
CONSILIORVM SIVE RESPONSORVM EMINENTISSIMI AC FACVNDISS. IVRISCONSVLTI DOMINI ANDREAE BARBATIAE SICVLI.

Volumen Primum.

HAC NOVISSIMA EDITIONE RECOGNITVM, pluribusq; in locis accuratissimè castigatum;

CVM QVÆSTIONIBVS, SVMMARIIS, & Indice locupletissimo.



VENETIIS.

Apud Bernardum Iuntam, & Fratres. M D LXXXI.

CONSILIORVM D. ANDREAE BARBATIAE

Siculi Iuriſconſulti clariſsimi, Ac vtriuſque iuris interpretis acutiſsimi. Liber Primus.

EPITOME.

¶ Conſilium Cardinalium non poteſt derogare poteſtati ſummi pōtificis etiam per ordinationem iuramento firmatam ante electionem Pontificis.

SVMMARIVM.

Papa ligatur lege conuentionis.nu.1.
Papa non poteſt ardua ſine conſilio cardinalium.nu.8.
Cardinales vacante ſede papali non habent iuriſdictionē, quam Papa viuens exercebat.nu.17.
Ordinatio præcipitata non valet.nu.31.
Cautela inſolita inducit ſiniſtram ſuſpicionem.nu.34.

CONSILIVM I.

EX ſacris excellētiæ tuæ literis, illuſtriſſime ac chriſtianiſſime prīceps, Borſi Dux ſapiētiſſime, nō minus virtute quàm fortuna inſignis, & ex legato tuo digniſſimo domino Auguſtino in vtraq; cenſura Pontificia. ſ. & Romana interprete optimo ac maximo: rei hęſitationem & eius magnitudinem, quam pro ſingulari ſapientia tua, & pro tua in eccleſiam Romanam obſeruantia declarari præcipis mihi gloriæ tuæ ſeruulo obſequentiſſimo expoſitam, ſumma cum deuotione percepi: ſed tenuis homo ſum & minimè doctus, nec de re tam ſublimi, tam ardua, tamque difficili verba facere aut conſilium præbere inter tot illuſtres, atque excellentes in iure viros opis eſt meæ. Eſt enim cauſa ipſius immortalis & ſupremi Dei, & inter ſummos iuris Deos. ſ. ſupremum eccleſiæ Paſtorem & ſacratiſſimum ſacroſanctæ Romanæ eccleſię, & reuerendiſſimorum dominorum Cardinalium cętum atq; ſenatum omni ſanctimonia pleniſſimum. Quis tam facundus & tanta in vtraque iuris copia inſtructus exiſtat, aut quæ tanta vis ingenij, aut conſulendi maieſtas ſufficeret? Eſt enim magno & excelſo iuriſconſulto digna, vt de Paulo, Pomponio, Scęuola, Celſo, Vlpiano dixerim ſummis profectò viris. Penſandæ ſunt hominum vires & examināda ingenia: & ſic ſunt illis onera imponenda. non enim, vt cum Poeta præclaro dixerim, Iſta decent humeros, pondera tanta, meos: & illud. Apparent rari nantes in gurgite vaſto. nam & prohpeta celeberrimus Hyeremias tremendi Dei ſeruulus admodum acceptiſſimus vocatus expauit. Ha, ha, inquit, domine neſcio loqui: quia puer ego ſum. & alibi pulchrè ſcribitur: tu qui es, qui ſententias patrum enarras, qua de re pauidus ego tremui, & adhuc mēte & viribus contremiſco, ſi quando coram tua ducali maieſtate non modo mihi tenui & parum exercitato, ſed cuius præſtantiſſimo in conſulendo & diſputando facile principi tremori permaximo eſſet, diſputationem apprehendere, conſultius, non mentior, eſſet calamo parcere, & vt agnus tacere coram tondente. ſed quis tam audax eſſe poſſet, qui ſanctum tuæ potentię recuſaret imperium? qui pro excellentiſſima domo tua Eſtenſi antiqua & ſuperba, innocentia, probitate, iuſtitia, liberalitate, manſuetudine, facilitate, prudentia, conſilio, & magnanimitate ſupra omnes ſacros Italiæ principes obtines monarchiam? nonne Eſaias ſanctiſſimus principi Deo vocanti fertur libenti animo reſpōdiſſe: Domine mitte me, & eccleſiaſtica atteſtatur hiſtoria. Accedat homo ad cor, altum, & exaltabitur Deus, & Pſalmiſta clariſſimus diuino cantauit ore: Loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regum, & non confundebar: quia in mandatis tuis credidi, & Apoſtoli glorioſi. Iubemur imperio cæteris gentibus grecis, latinis, barbaris ſapientibus, atque inſipientibus eſſe debitores. & doctiſſimus apud grecos ab omni natione celebratus Plato monebat, nos non nobis ſolis natos eſſe, ſed patriæ & amicis. Horum igitur præſtantiſſimorum virorum fretus exemplo, & benigno tuo iuſſus imperio non ſpōte mea, ſed pro obſeruantia & obedientia mandatorum tuorum aggrediar latiſſimum hunc atque ampliſſimum conſulendi campum, meis (non inficior,) viribus omni ex parte imparem, & conſultationem hanc, prout ſempiternus Deus bonorum omnium liberaliſſimus largitor contulerit, abſol-

tuam. Eoque magis, quia ipsius clementissimi Dei causa est. Surge ergo Deus in causam tuam, & adiuua, & da verbum in ore meo, & in corde meo consilium corrobora, teste Iudith sanctissima fœmina. 9 cap. & Ester. 8. tribuit, inquit, sermonem compositum in ore meo. dicam quod sentio, & quanto breuius tanta res dici possit: hac tamen ex corde præmissa pro testatione, tam in principio, medio, quàm in fine, quòd quicquid dixerim, scripserim, aut confecerim, illud prorsus subijcio decisioni sacrosanctę Romanæ ecclesiæ & summo iudicio diuini principis, domini Pauli secundi in ecclesia sancta Dei pastoris gloriosissimi, & reuerendissimorum dominorum sacrosanctæ Romanę ecclesię cardinaliũ: quia sub cura & obedientia tam sublimis pastoris, & vniuersalis ecclesiæ, & eorundem dominorum cardinalium intendo viuere & mori, quam stupendus Deus pro sua solita benignitate ampliare dignetur ad exteras nationes. Aggredior modò institutã consulendi prouinciam, & licet diuisa sit præsens consultatio in duos articulos, vt in excellenti & stupendo consilio in medium reddito ornatè, abunde, & subtiliter per eundem magnificum legatum domi. Augus. mihi fratrem summo honore obseruãdum demonstratur, ita vt nihil vtilius adduci vltra possit: tamen quia maiores nostri illud quemque scire arbitrati sunt, vt rectè decidit tex. in c. ego solis. 9. di. idcirco aliqua in medium pro meo exili ingenio afferre decreui: sed quia vnica dubitatio sufficere videtur, ideo in vnicam dubitationem thema & punctum quæstionis reducam hac consultatione, videlicet vtrum ordinatio facta per reuerendissimos dominos Cardinales collegialiter vacãte sede papali, cum certis capitulis num. 40. promissione, iuramento, & voto firmatis in derogationem potestatis plenæ & liberæ papalis, & postea celebrata & perfecta electione Romani Põtificis pręfatis capitulis approbatis & cõfirmatis per ipsum Romanum Pon. similiter promissione propria, iuramento & voto proprijs ipsius Papæ valeat de iure, & præfatus Romanus Pontifex sit obligatus & ligatus dictis obligatione, iuramento & voto, & non possit venire ꝯ dictam ordinationem, & ꝯ dicta capitula, seu aliquod prædictorum sine periurio & fractione voti. Et quia, vt voluit philosophorum facile princeps Aristoteles, opposita iuxta se posita magis elucescũt. ideo aliqua afferam in mediũ, quæ mihi videntur mirũ in modum facere ad validitatem dictæ ordinationis. Ideo videtur prima consideratione dicendũ, ꝙ Romanus Pontifex teneatur obseruare omnia dicta capitula, & quodlibet eorum tam ex promissione propria, q̃ etiam ex iurõ, & quàm ex voto, ꝙ sic demonstro ad oculum. Nam licet Deus gloriosus sublimis subegerit Romano Pontifici canones, & Romano Imperatori leges, vt probatur in l. princeps legibus solutus. ff. de legib. est enim in eis plena libertas nullis subiecta regulis arctatiuis, vt pulchrè dixit Bal. in l. 2. C. de serui. & aqua: tamen eisdem non subegit obligationes conuentionum & contractuum, vnde ligatur lege conuentionis & contractus.

1 † ita pulchrè probatur in c. 1. de natura feu. & ibi Bal. dicit non obstare, ꝙ Imperator habeat plenitudinem potestatis: quia verum est quoad leges: sed non quoad ꝯtus, ex quibus obligatus est. & ibi refert se aliàs dixisse, ꝙ imperator Federicus fecit comitem Papiæ in multis castris & terris eidem illa conferendo, sub iurõ fidelitatis, nec ipse concessor poterit reuocare sine culpa comitis Papiæ. & dicit esse arg. ꝙ Papa nõ possit supprimere dignitatẽ, donec superest persona, quę preest dignitati, nisi ex magna causa, & arguit ibi ꝯ Celestinum Papam, qui de mane conferebat gratiam, & de sero auferebat & alteri conferebat. & ideo dicit, ꝙ Imperator præcisè obligatur ex suo contractu, de quo sunt opiniones secundùm eum in l. digna vox. C. de legib. sed in d. c. 1. est casus, ꝙ obligetur. & ideo dixit idem Bal. in l. qui se patris. C. vnde liberi. quòd si Imperator recepta pecunia concedit mihi feudũ, & vtitur verbo, indulgemus, quòd non est donatio, sed venditio, & ideo non potest reuocare talem venditionem: quia obligatur ex tali contractu. & probatur formaliter in tex. c. 1. de probat. & si aliter diceremus, ꝙ princeps non obligaretur ex suo contractu, sequeretur vnum, quod esset absurdum & inconueniens: nam Bal. in d. l. princeps. refert Cyn. dicere in d. l. digna vox. quòd princeps potest cõtrahere cum suis fidelibus, & tenetur eis de iuregentium & ciuili: quia ciuili rationi natura. i. naturalis ratio cooperatur, allegat l. bona fides. ff. depos. nã etsi princeps non obligaretur alij rectè, nec alius obligaretur sibi ex natura correlatiuorum, quæ sunt simul in natura. C. de indicta viduitate. l. fina. quia natura contractus est vltro citroque obligatoria, vt probatur in l. Labeo. ff. de verbo. significat. si ergo princeps ex suo contractu non obligatur alii, nec alius obligatur sibi. & sic principi esset interdictum commercium, & esset tanquàm exul, qui est omnium præsul, ꝙ esset valde absurdum. & facit, quod voluit idem Bald. in l. 2. C. de serui. versi. & hoc facit ad propositum: quia licet lege positiua princeps non obligetur, nihilominus obligatur ad dictamina rationis: q̃a est animal rationale, nec est solutus a dictamine rationis: nulla enim authoritas nec principis, nec senatus potest facere, ꝙ princeps non sit rationale & mortale, nec potest eum absoluere a lege naturæ, nec a dictamine rationis, nec a lege æterna. & facit, quod voluit do. Cardi. in d. c. 1. de proba. in secundo notabili. vbi

2 colligit † ꝙ pacta inita per Imperatorem cum subditis suis sunt seruãda per successores imperij, nec possunt reuocari, & refert ita illum tex. ad hoc allegari per Cyn. in d. l. digna vox. & reputat tex. d. c. j. do. Cardi. ibi fore sing. & talia pacta & contractus principis habet vim legis secundùm eum, alleg. l. pe. C. de dona. inter virũ & vxorem. idem dicit in alio, qui possit legem condere, allegat dicta per Bart. in l. ciuitas. ff. si cert. pet. & in l. Cæsar. ff. de publica. & per consequens Papa ligatur lege conuentionis & contractus & dicit Bal. in conclusionibus iuris canonici, ꝙ licet Papa sit dominus legũ: non tamen est dominus morum. & ideo pulchrè dixit do. Anto. in c. 1. de consti. ꝙ Imperator ꝯtrahendo ligatur, alleg. d. c. 1. de constit. & l. Cæsar. ff. de publica. & eodem modo dicitur in Papa ꝙ astringitur voto, iuramento, & promissione, nec ab illis stante vinculo seipsum absoluere potest: vt no. 15. q. 6. c. authoritatem. & c. non est. de voto, & per do. Anto. in c. quanto, de iureiur. nam infe-

3 riorem se, absoluere nõ potest sine causa, † ergo nec seipsum absoluit a peccato. ca. omnis vtriusq; sexus, de pœni. & remis. Ex quibus infert d. Ant. ibi, ꝙ Gregorius duodecimus, qui in ꝯclaui ante papatũ promisit, iurauit, & voluit renunciare pro sedando scismate, quod durauerat 30. annis, suo astringitur iurõ voto & promissione cum in eo subsit causa ẽt nãlis. & refert, ꝙ pp hoc de mense Maij Cardinales penè oẽs recesserunt ab eo, & iuerunt Pisas: quia ꝯ iurm, vt dicebatur, creauerat ꝯ voluntatem Cardinalium quatuor Cardinales. vnde cum pp hoc timeretur, ne fieret magna plaga, aut per hos anfractus solueretur vnio. Dominus velit, inquit, do. Anto. ibi, ꝙ negocia bene succedant. Et plus voluit Io. And. in c. significasti, de for. compe. ꝙ licet non astringatur lege positiua; tamen astringitur mente legis, & naturali æquitate. & sic, aperto ore, do. Anto. tenet, quòd ligetur voto,

voto, iuramento, & promissione. Et adduco, quod pulchrè dixit Bal. in rub. de constit. ꝙ constitutio disponens. Pacta seruabo, posita fuit in ore prætoris ab ipso Deo. & ideo pulchrè dixit Bal. in tit. de pace Constan. §. omnes, ꝙ omnes ꝯtractus, qui fiunt cum principe, habent naturam bonæ fidei, & in eod. tit. §. pactiones. dixit, ꝙ contractus, qui fiunt cum principe, habent vim legis: quoniam vitio carent. & ideo pulchrè dixit Bal. in l. ex imperfecto. C. de test. ꝙ aut actus dirigitur in principem ab alio, & tunc vtitur iure communi, nec est solutus legibus, aut confertur a principe in aliū: & tunc est solutus legibus quoad possibilitatem, licet quoad honestatē, est secus; quia tunc vtitur iure communi secundùm æquitatem & æqualitatem, quæ in contractibus requiritur, non autem iure proprio: vt d. l. Cesar. nec potest illum reuocare de sua potentia. d. c. 1. de probat. & ita etiam concludit Ang. in d. l. ex imperfecto. Facit glo. in c. 1. §. fin. qui feu. da. pos. quæ dicit, ꝙ princeps non potest disuestire vasallum feudo sine culpa, & Bald. ibi allegat rationem: quia bonæ & naturales consuetudines ligant principem: quia potentius est ius naturale, q̄ principatus: tum quia in ore principium firmior debet esse veritas, vt legitur in li. exodi. Ideo dixit Cy. ꝙ princeps potest contrahere cum suis subditis, & tenetur de iure gentium & ciuili: quia naturalis ratio cooperatur. l. bona fides. ff. depositi. & facit, quod voluit do. Abb. siculus in d. c. j. de proba. vbi dicit illum text. habere locum in Papa. Et pulchrè dixit tex. in c. esto subiectus. 95. dist. vbi Gratianus allegat Hieronymum referētem illud dictum Domicij oratoris. Cur, inquit, ego te habeam in principem, cum tu non habeas me in senatorem? & sic tenetur seruare pactum suo inferiori factum. & facit. l. 1. ff. de pact. in versic. huius edicti æquitas naturalis est. quasi velit, ꝙ de iure naturali. i. gentium est, vt pacta seruentur. licet ergo Papa sit supra ius positiuū: non tamen est supra ius gentium quod dicitur naturale. & ideo dixit sing. Inn. ꝙ † non potest constitutio
4 disponere, vt nō fiat iustitia. ergo eodem modo non poterit Papa venire contra conuentiones: quia veniret contra iustitiam & contra æquitatem naturalem & contra ius positum in ore prætoris, ꝙ est, pacta seruari, vt dixi superius. & ideo dixit Bar. in j. constit. fforum. † ꝙ Imperator non potest mihi auferre
5 dominium rei meæ. ergo eodem modo non poterit non seruare obligationem, qua ex conuentione mihi astringitur. facit, quod voluit Rapha. Fulg. in d. l. digna vox. vbi dicit, aut princeps contrahit cum sibi non subdito, puta cū populo libero, de quo in l. nō dubito. ff. de capti. & tunc talia pacta seruanda sunt. l. conuentionum. ff. de pact. l. fi. ff. de legib. & d. l. non dubito. tum quia hoc est ius gentium, quod seruari debet. l. 1. ff. de pact. in prin. & hoc modo, dubius tamen, dicit posse intelligi. c. j. de proba. quia non aperte loquitur de subdito. aut contrahit cum sibi subdito, & adhuc tenetur, & allegat l. bene a Zenone. C. de quadri. præscript. probat etiam: quia si procurator Cæsaris adijt hæreditatem opulentam, facit Cæsarem opulentum. l. 1. in fi. ff. de offi. procur. Cæsaris. ergo ipse Cæsar obligatur. facit glo. in §. nulli. in auth. de defen. ciui. ¶ Et si quispiam dicat, ꝙ nullo modo princeps obligatur ex suo contractu: quia cōtractus cum eo celebratus habet vim legis; vt d. l. Cæsar. respondeo, ꝙ habet vim legis secundùm quid, quoad obligandum alios, & non simpliciter. Et si dicatur ꝯ non reperitur tex. probans, ꝙ Imperator indissolubiliter ligetur ex suo contractu celebrato cum subdito: nam c. 1. de probat. loquitur de pactis initis inter Imperatorem & regem, quo casu non est tanta imparitas inter Imperatorem & regē, quanta est inter Imperatorem & subditum eius. & ideo Raph. Fulg. in d. l. digna vox. intelligit illud c. ꝙ non loquatur in subdito: nam multi reges sunt, qui nō recognoscūt Imperatorē: vt not. in c. p venerabilem. qui filij sint legitimi, & c. Adrianus. 63. dis. nec etiam, c. j. de natura feu. in vsib. feu. probat: loquitur enim in principe inuestiente Marchionem & Capitaneum, & sic manifestè non probat de subdito priuato: defertur tamen aliqualiter dignitati talium, nec text. l. 2. C. de quadr. præscript. probat. loquitur enim in emptore, qui consequitur plenissimā securitatē ex legis dispositione, quę non posset sibi tolli. & eodem modo potest rnderi ad d. l. bene a Zenone. Ad ista potest rndere primò, ꝙ d. c. 1. loquitur in subdito: quia regulari-
6 ter reges subditi sunt Imperatori, † vt not. in d. c. per venerabilē, vnde attendimus illud, quod est regulare. l. in testamento. C. de testa. milit. l. non puto. ff. de iure fisci. & non illud, quod extraordinarium & gratiosum: vt d. l. & l. 4. in prin. ff. de fideicom. lib. Innoc. in ca. pastoralis, de causa pos. & propr. Bar. in l. j. ff. de condi. insti. & in l. apud Iulianum. §. fi. ff. de leg. j. & in l. continuus. §. cum quis. ff. de verb. obli. cum simi. ergo sequitur, ꝙ loquitur de subdito. ¶ Et si quispiam dixerit, ꝙ loquitur de Imperatore & non de Papa, respondeo, ꝙ procedit in Papa secundùm do. Abb. ibi, vt dixi superius, & sic non obstat illa obiectio superius formata. Nec obstat cum dicitur, ꝙ d. c. 1. de natura feudi. loquatur in viris dignitate p̄ditis: quia illud non est iuris ministerium, sed est facti accidentia. idem enim in viris priuatis, in arg. allego gloss. in cle. 1. de rescrip. & in c. 2. de confes. in 6. & in c. diaconi. 27. di. & in l. tale pactum. §. fi. ff. de pac. & in auth. cassa. C. de sacrosanct. eccle. & in l. 1. C. de his qui ad eccle. ꝯfu. & in l. 1. C. de rapto. virg. item quia etiam Cardinales sunt maxima præditi dignitate & summa gaudent prærogatiua, vt in c. 1. de officio leg. & alibi multum egregiè examinaui de hac suprema dignitate Cardinalatus. licet aliqui non leuis authoritatis viri antiqui voluerint, ꝙ sit officium tantum, & per consequens sequitur ex istis, quòd licet Papa sit princeps supremus, & vnum tribunal faciat cum Iesu Christo Saluatore nostro pijssimo: vt not. in c. quanto, de transla. episc. tamen ligatur lege conuentionis & contractus, & ligatur iuramento, & voto. ergo capitula inita cum illo sacro collegio tenetur obseruare ex dispositiōne iurisgentiū; vt est dictum, & multo fortius: quia voto & iuramento se illa seruaturum affirmauit. & quia geminata fuit talis obligatio & ante creationem & post creationem in Papatu interuenit, quo casu fortius insurgit vinculū: vt l. fi. C. ad legem Falcid. instit. de act. §. de ꝯstituta. l. antiquæ. C. ad velleia. l. cū scimus. C. de agric. & censi. lib. 11. l. rura. C. de omni agro deserto. eod. lib. c. & si Christus, de iureiuran. cum simi. & multo fortius: quia actus Papales trahūtur in exemplū erga alios. 11. q. 3. c. pręcipue. c. qualiter, el 2. de accu. tales enim sunt subditi, quales sunt principes animaduertēda enim sunt in ciuitatibus, quæ apud Platonem scripta sunt diuinitus. Quales principes essent, tales solere esse ciues. ita aiebat Cicero in suis familiaribus, & Boetius in primo de cōsolidatione philosophica. Beatas, inquit, fore respublicas & c. iuxta illud. Sancti estote: quoniam ego dominus vester sanctus sum. Et ista est ratio in fauorē sacri senatus dominorum Cardinaliū. Et si quispiam dixerit, amice, ista adducta procedunt, quando in vim pacti emanat talis conuentio: sed quando emanat in vim legis est secus: quia lex est reuocabilis ad nutum introducentis. l. omni nouatione. C. de sacrosanct. eccles. l. sancimus. C. de test. l. si quis in princip. testamenti. ff. de legat. tert. cum similib. sed huiusmodi conuen-

tio emanauit per viam constitutionis, ex quo facta est ab ipso senatu.ergo non ligat Papam:quia naturæ legis est, vt sit reuocabilis: maximè quia adaptatur tempori,& mutatur lex ad mutationem temporis, vt c.non debet,de consang.& affi.4.dist.c.erit autem lex. cum si.posito ergo,ꝙ papa teneretur illam obseruare:tamen potest illam reuocare, ex quo est lex. Ad ista respondeo adducendo in medium solennè dictum Inno.in c.quanto, de consue.vbi dixit,ꝙ potentior est prohibitio, quæ fit per viam constitutionis,alleg.illud dictum Bal.in l.1.ff.de consti.princip. Et ego adduco, quod voluit Cy.in l.1 orbe.ff.de statu,homi.per illum tex.& quod ibi voluit Bald.& tex.in l.1.ff.ad municip.& quod voluit ibi Bar.Ita dicamus in proposito,ꝙ fortior erit virtus illorum capitulorum, ex quo per viam constitutionis emanarunt.Item dico,ꝙ posito,ꝙ esset constitutio,nihilominus transiuit in quasi contractum, cum ipso Papa & Cardinalibus, ergo obligauit Papam ad illorũ

7 obseruantiam. vnde † constitutio transiens in contractum vel quasi efficitur irreuocabilis, vt pulchrè voluit Innoc.in c.in nostra,de iureiur.& in c.nouit, de iudi.& in c.dilectus,de tempo.ordi.& in c.quę in ecclesiarum,de constit.Ioan.And.in addi.Specul.in tit.de censi.§.nunc dicendum.& in ti.de instrumen. edit.§.nunc verò aliqua.domi. Anto.in c.1.de consti.& in c.quæ in ecclesiarum,& ideo dixit in c.cum M.eod.titu.ꝙ priuilegium concessum subdito transiens in contractum non potest reuocari.Barto.in l. omnes populi.de iustitia & iure, & in l.eum qui.ff. de excusa.mun.& in l.quod semel.ff.de decre.ab ordine facien.& in l.priuilegia.C.de sacrosanct.eccle. & facit c.ad apostolicam,de symo.Bal.in l.qui se patris.C.vnde liberi.& in l.si cum mihi.ff.de dolo.& in l.nuptæ.ff.de senato.& in c.1.de natura feud.& in l. princeps.ff.de legi.& in l.1.ff.de constitut.princip.& in d.l.digna vox D.Antonius in d.c.nouit,& ibi moderni,de iudi.ergo posito ꝙ emanassent huiusmodi capitula per viam ꝯstitutionis: tamen transiuerunt in contractum,ergo sunt irreuocabilia, & maximè cum sint firmata voto & iuramẽto:tenetur etenim Deo supremo reddere iuramenta & vota.c.debitores,de iureiuran.Secundò est summopere aduertendum,ꝙ huiusmodi capitula non videntur continere aliquod extraneum,aut detestatione dignũ:nam per illa capitula astringitur Papa ad id duntaxat,ad quod de iure, vel saltem de consuetudine longeuo tempore obseruata tenetur & astringitur.nam si ꝯsiderentur dicta capitula, continent casum arduum, quo casu Papa non potest facere ardua sine illo sacro senatu.vnde si vult infeudare præciosa castra ecclesiæ de nouo, vel similia ardua facere, non potest sine consilio dominorum Cardinalium.ergo sequitur,ꝙ huiusmodi capitula continent illud,ad quod de iure, aut de consuetudine Papa tenetur.ergo nihil de nono inducunt: sed bene Papa obligatur illa seruare non solùm de iure,aut de consuetudine,sed etiam expromissione, voto,& iuramento,& sic maiori vinculo astringitur & penè tota difficultas huius consultationis consistit in hoc.ideo erit summopere circa hoc iustandum.Et quod Papa non possit ardua sine consilio dominorum Cardinalium face

8 re.† Conabor demonstrare iuribus,rationibus,& illustrissimorum doctorum authoritatibus. Et præmitto,quòd Papa homo est,& peccare potest.2.q.7. c.nos si incompetenter aliquid egimus.c.si Papa.40. distinct.c. Anastasius.19.distinct.ca.nunc autem.21. distinc.tunc arguo sic formaliter,homo non potest esse simpliciter bonus sine virtutibus Cardinalibus: quia secundùm magnum Albertum sicut Cardines cœli sunt polus Articus & Antarticus,super quibus mouetur Cœlum: ita & Cardinales sunt Cardines ostij & portarum, super quibus reuoluuntur. sicut enim a simili virtutes illi dicũtur Cardinales, super quibus conuersatur boni hominis conuersatio, & eas si quis habet,dicitur bonus simpliciter,& sine ipsis non dicitur, sic domini Cardinales illud nomen assumpserunt:nam ipsi sunt mundi Cardines,super quibus tota mũdi gubernatio reuoluitur & figitur, & ad ipsos spectat supportare totum pondus gubernationis & motum ipsius fixum præstare,& fomentum dare.Illis duobus enim polis contenta est cœlestis natura,& sufficiunt,& stabiles & immobiles firmant ordinem motus, nec deuiant a loco fixionis generis humani. Et ad hoc adduco, quod bellissimè voluit Ioan.de Lignano in tractatu de bello, in rub.An fortitudo sit virtus Cardinalis.sicut ergo homo nõ potest esse simpliciter bonus sine virtutibus Cardinalibus, ita romanus Pontifex aptè & cõgruè regere & gubernare mundum nõ potest sine dominis Cardinalibus: quia totum regimen vniuersalis ecclesiæ versatur super ipsis Cardinalibus, vnde dicti sunt a Cardine, & dixit Archid.in c.sacrosancta. 22.distin.sicut ostium per Cardines regitur,ita ecclesia p Cardinales: & sicut domus habet Cardines & ostium, ita & ecclesia habet Papam,qui est ostium ecclesiæ,vel Dei,& etiam Cardines,quibus regitur. s.Cardinales:sicut ergo ostium habet firmitatem super Cardinẽ, sic & Papa super cõsilio Cardinalium. ergo sicut homo non est simpliciter bonus sine virtutibus Cardinalibus,ita & Papa nõ poterit simpliciter & congruè regere orbem sine consilio Cardinalium:ergo saltem in arduis requiritur eorũ consiliũ;arg.enim ab ethymologia vocabuli est validum in iure.l.1.ff.de testa.c.si cupis.16.q.1.cum simi.si ergo Cardinales ideo ita sunt dicti: quia eorum consilio regitur ecclesia necessario sequitur, ꝙ Papa non potest exprimere ardua sine eorum cõsilio: quia ad quid diceretur Cardinales? vnde viderentur nudum & inane nomen habere, ꝙ esse non debet: nomina enim debent esse rebus & personis consonantia, vt voluit Aristoteles in quarto metaphysicæ.c.cum secundùm Apostolum.de præben. Et adduco ad hoc text.19.dist.c.Anastasius.in versiculo,eo quòd communicasset sine consilio episcoporum,vel presbyterorum & clericorum ecclesiæ Catholicæ, vbi Papa non potuit facere decretum sine consilio episcoporum, vel Cardinaliũ, vt ibi dicitur.

9 ¶† Et si dicatur, ꝙ ille text. loquitur in facto fidem concernente, & sic est speciale fauore fidei:vt in c.in fidei fauorem, de hæreticis,libr.6.ergo in contrarium est ius commune in alijs.l.ius singulare.ff.de legi. Respondeo, ꝙ ratio specialitatis est:quia factum est arduum.argu.c.maiores,de baptis.& c.quod translationem,de offi.leg.ergo sumitur regula,quòd vbi factum est arduum requiritur consilium Cardinalium,& allego gloss.in d.c.Anastasius.vbi dicitur,quòd Papa tenetur exigere consilium,vbi agitur de fide.Ita dicamus in simili,quòd tenetur exigere consilium,vbi agitur de facto arduo suorum Cardinalium,& dico, quòd istud seruabatur in veteri testamento. hoc idem est seruandum hodie in nouo testamento. istud est expressum in c.per venerabilem.§.rationibus, qui filij sint legitimi. in versic.sanè deuteronomij lex interpretetur, vt quod ibi decernitur in nouo debeat obseruari.locus enim,quem elegit Dominus apostolica Sedes esse cognoscitur: sed in veteri testamento in his,quę ardua erant summus sacerdos adhibebat consilium sacerdotum,scilicet Leuitarum, nec explicabat ardua sine eorum consilio, vt probatur in dicto §. rationibus. in versicul. quia sicut in deuteronomio continetur, sit difficile & ambiguum,

ergo

ergo ita erit seruandum in nouo testamento: sed in veteri testamento summus sacerdos iudicabat difficile & ambiguum cum consilio sacerdotum & leuiticorum ergo etiã sic Papa tenetur necessario in arduis requirere consilium Cardinalium, qui sunt sacerdotes Leuitici generis. & per ɔsequens videtur, quòd Cardinales nihil de nouo induxerint, faciẽdo illa capitula, quæ concernunt ardua, vt Papa non possit illa facere sine eorum consilio. Et accedat ad prædicta ius diuinum acquisitum dominis Cardinalibus, quod non potest Papa auferre. c. quæ in ecclesiarum, de constit. l. fin. C. si contra ius vel vtilitatem publicam. l. ius nostrum. ff. de regulis iuris. sed Cardinales habent ius acquisitum a iure diuino, vt Papa non faciat ardua sine eorum consilio, vt probatur in d. c. per venerabilem. §. rationibus. & in d. c. fundamenta. §. decæt. de elec. lib. 6. ergo non poterit Papa facere, quòd Cardinales non sint coadiutores sacerdotalis officij: vt in cap. sunt qui. & c. quæ ad perpetuam. 22. q. 1. ergo non poterit explicare ardua sine eorum consilio. ¶ Et ad hoc adduco: nam summus Pontifex non debet dedignari illud sequi, quod per suos canones præcipit & mandat obseruari a subditis inferioribus suis reducendo factum in ɔtrarium, iuxta illud, quod dicitur de pijssimo Saluatore nostro Iesu Christo. Incepit Iesus facere & postea docere, & omnis Christi actio nostra fuit instructio, vt c. significasti, de electioni. Hieronymus in prologo Bibliæ, & Iacobus in sua canonica dicebat. Estote factores verbi non adiutores. & inquit Philosophus. Virtus in actione perficitur, & sapiẽtis dictat authoritas. Patere legem, quam tu ipse tuleris. c. cum omnes, de constit. sed Papa mandat, vt episcopi non faciant ardua sine consilio suorum capitulorum: vt c. quanto. & c. nouit, de his quæ fiunt a præla. ergo eodẽ modo & Papa non debet facere ardua sine consilio sui capituli, quod est collegiũ dominorum Cardinalium. ¶ Et si dicatur, quòd Papa est solutus legibus, vt d. l. princeps. de legibus. Respondeo, quòd nihilominus decet Papam secundùm legem viuere. Augmẽtum enim imperij est submittere se legibus. l. digna vox. C. de legibus. & pudor est se legibus non submittere. l. quę in adulteriũ. C. de adul. quia quod iustum credit in alijs, hoc debet in se credere, per totum titulum. ff. quod quisque iuris. & d. c. cum omnes. & aliter agere, est prouocare inuidiam & opprobrium contra principem: nam quanto quis est maior, tanto debet esse virtuosior. l. digna vox. C. de legib. maximè cum ecclesia, & sic Papa, seu eius potestas debeat esse auctrix & cultrix honestatis & iustitiæ, vt dixit tex. valde singula. in c. 1. §. & si clientulus. in tit. de succes. feu. maximè, quia omne indecens secundùm theologos est impossibile: vt voluit dominus Cardinalis in repetitione, c. licet de euitanda, de electio. & in repetitione, c. perpendimus, de sententia excommunicat. debemus enim inspicere illud, quod decet: vt l. semper. ff. de regul. iur. & l. semper. ff. de ritu nuptiarum. & c. vt iusta. in versic. indecens, de offi. ordinarij. c. contingit. in ver. decet, de arbit. c. conquerente, de restitutio. spoliato. c. suam, de pœni. c. sicut. in versicu. honestati. de accusationibus. c. decet, de immunitate ecclesię. lib. 6. Et ideo dicebat illuminatus doctor beatus Thomas secunda secundę. q. 96. arti. 6. quòd lex de sui ratione habet duo capita. primum est, ꝙ est regula humanorum actuum. secundum est: quòd habet vim coarctiuam, & sic lex habet virtutem coactiuam & punitiuam, & habet virtutem regulatiuam, licet ergo princeps non sit subiectus legi secundùm virtutem coarctiuam & punitiuam: tamen est subiectus legi secundùm vim regulatiuam. & ita intelligit. d. l. princeps. Et mihi videtur, quòd pro illa distinctione sit casus in d. l. digna vox. C. de legi. Modò si Papa mandat, quòd episcopi & pręlati non faciant ardua sine consilio capituli sui, quare non debet hoc accipere in seipso; vt cum ardua facit, requirat consilium & consensum suorum fratrum. Est enim indecẽs non pati legem, quam idem ipse tulit. & adduco ad prędicta. l. humanum. C. de legi. in versicu. Scitote, Patres conscripti, non aliter legem a nr̃a clementia promulgandam, nisi supradicta forma fuerit seruata. vbi Imperator in lege promulganda disposuit, quòd seruetur forma ibi tradita, videlicet quòd fiat per senatores & proceres sui palatij & per ipsum principem confirmetur. Si ergo Imperator quando condit legem generalem, mandat illam fieri cũ consilio senatorum: ergo idem in Papa, cum ardua facit, vt habeat consilium & consensum dominorũ Cardinalium, quod demonstro ratione demonstratiua & inconuincibili. Illud lumen & illam gloriam habent Cardinales, quam olim habebãt senatores & patritij, ita voluit tex. in c. Constantinus. 96. dist. ꝙ fuit per Romanum Pontificem approbatum. vt ibi. sicut ergo se habẽt senatores ad Imperatorem: ita se habent Cardinales ad Papam: sed Imperator facit ardua cum consilio & consensu senatorum: vt in d. l. humanum. ergo sequitur, quòd eodem modo Papa non facit ardua, nisi cum consilio & consensu Cardinalium. ¶ Et si quispiam dixerit, ꝙ d. l. humanum. procedit ex humanitate. Respõdeo, quòd illa humanitas est translata in iuris dispositionem, arg. l. humanitatis. C. de impube. & alijs substitutionibus, & l. humanitatis. C. de excu. tuto. & per respectum ad Papam inducit quandam decentiam & concernit bonos mores. ideo in simili dicit Bald. in l. omnem. C. ad Tertul. ꝙ licet non teneat statutum laicorum puniens contrahentem cum filiafamilias sine consensu patris; vt plenè scribitur per omnes, in c. statutum, de hæreticis. lib. 6. tamen quia tale statutum concernit bonos mores hominum & maximè prudentum tenet. & voluit dominus Pet. de Anchara. in suis consilijs, consil. 20. Nec obst. l. fi. C. de legi. quia loquitur de interpretatione generali, quam facit Imperator, quæ obseruatur vt lex. ¶ Et si dicatur, quòd immo Papa solus facit decretalem epistolam, vt dixit gl. 3. in sum. aliàs in c. omnes. Respondeo ꝙ illa glo. non procedit in arduis: sed quoad ea quæ nõ sunt ardua bene procedit. ¶ Præterea facit, Cardinales sunt capitulum ecclesię vniuersalis, clemen. ne Romani, de electionibus. & quod not. Hostiensis. in c. ad liberandam, de iudæis. & voluit Bald. in l. cum multa. C. de bonis quæ libe. vbi dixit, quòd Cardinales sunt c. ecclesiæ vniuersalis, sed prælatus non potest expedire ardua sine consilio sui capituli. vt c. j. de excel. prælato. c. qualiter, el 2. de accusat. ita nec Papa sine consilio sui capituli. ¶ Præterea facit, quod habetur. 20. distinct. in summa. vbi Christus contulit Petro duas claues, per vnam importatur potestas, per aliam importatur discretio: vt ibi est text. ergo non mirum si ad exercendam clauem discretionis, vt discernat inter lepram & lepram, causam & causam, debeat adhibere cõsilium & consensum Cardinalium in his, quæ sunt ardua. & hoc, si subtiliter ponderetur, sentit glos. in d. 20. distinct. in sum. in versi. inter lepram & lepram, quę exponit. i. causam & causam. & dicit, quòd Gratianus alludit ei, quod fiebat in lege veteri: cũ enim dubitabatur de aliquo, an esset infectus lepra, ducebatur ad sacerdotes, & secundùm eorum arbitrium recipiebatur, vel eijciebatur, alle. d. c. per venerabilem, quo circa videtur inferre, quòd Papa quoad exercendam clauem discretionis debet facere, vt olim fiebat in veteri testamento, in quo sum-

mus sacerdos requirebat consilium sacerdotum, qñ difficile & ambiguum occurrebat. ¶ Preterea adduci potest in simili, aut authentica habita. C. ne fi. pro patre. vbi dicitur, habita deliberatione abbatum, ducum, & procerum, vbi Imperator adhibet deliberationem consiliorum in lege condenda, & ibi gloss. dicit, quòd sic erit lex solennis, allegat. dicta l humanum. & sic sentit, quòd Imperator legem solennem promulgat de consilio senatorum. ergo multo fortius Papa in arduis debet adhibere deliberationem suorum fratrum. ¶ Præterea facit, ad illud debet intendere & incumbere sumus Pontifex, quod tendit ad beatitudinem ecclesiæ vniuersalis, & ad curam ouium Iesu Christi: sibi enim soli fuit dictum. pasce oues meas. cap. significasti, de elect. sed facere ardua cum consilio fratrum tendit ad gloriam & beatitudinem ecclesiæ vniuersalis & ouium: vt est tex. valde sing in l. humanum. in versic. bene enim cognoscimus, quod cum vestro cōsilio fuerit ordinatum, id ad beatitudinem imperij, & ad nostram gloriam redundare: nam illud, quod tot sapientissimorum virorum consilio digeritur, & deliberatur, videtur ad salutem orbis conferre mirum in modum, argumentum. l. omnium. C. de testamentis in versi inter tot nobiles, probataq; personas & conscientia principis tenet. facit cap. in canonicis. 19. distinct. c. prudentiam, de officio dele. vbi iudicium plurimorum dicitur esse firmum: nam præsumitur ibi adesse spiritus sanctus: vt habetur Matthei. 23. c. vbi dominica veritas dixit. si duo ex vobis, vel tres conuenient super terram in nomine meo de omni re quam petierint, fiet illis a patre meo. 24. q. 1. c. alienus. nam veritas magis aperitur per plures homines, vt dixit elegans text. in l. fina. C. de legib. & plus dixit text. quòd debemus habere consilium cū peritioribus ad hoc, vt melius deliberemus. ita dixit tex. valde singularis in l. si auia. C. de ingenuis manumissis. in versicul. si cum peritioribus sermonem habuisses, facile cognosceres, quem tex. allegat gloss. in c. quia ea. 38. distin. & Hostiensis in c. j. de primi. & Bal. in c. 2. de iudicijs, debet ergo Romanus Pontifex adhibere consilium sapientum dominorum Cardinalium. ¶ Præterea adduco elegantem tex. in c. ecclesia senatum habet. 15. q. 1. vbi textus formaliter dicit ecclesia habet senatum, & sine eorum consilio nihil licet facere. Romani enim habebant senatum, quorum ꝯsilio cuncta agebant, & nos habemus senatum nostrum, intelligendo illum textum, quòd loquatur de collegio Cardinalium, vt communiter sentiūt doctores: vt per Innocentium in ca. cum te, de re iudica. ergo sequitur, quòd cuncta, quæ Papa facit, debet facere cum consilio Cardinalium, & secundùm illum textum videtur decidi hæc dubitatio. ¶ Præterea accedant plurima iura, quæ enumerare esset potius laboriosum quàm subtile, quæ dicunt, cum consilio fratrum nostrorum statuimus: vt in cap. j. de renun. lib. 6. c. j. de scisma. lib. 6. cum similibus. vbi Papa adhibet consilium Cardinalium in rebus arduis: nam vt bonus pastor debet sequi illud, propter quod sabrius prouidetur ecclesiæ, & curæ ouium sibi commissarum: quia sibi soli fuit dictū, pasce oues meas: vt d. c. significasti, non enim debet disperdere oues: quia bonus pastor ponit animam suam pro ouibus suis, vt Saluator noster pijssimus: sed Papa deliberando cum cardinalibus melius regit, & gubernat ecclesiam & oues: quia firmius est iudicium, quod plurimorum consilio comprobatur: vt dixit text. in
10 c. prudentiam, de officio deleg. ideo dicimus † quòd decreta consiliorum dicuntur esse maioris authoritatis, quàm sint decretales epistolæ, iuxta not. 3. distinctio. in summa. aliter in capit. omnes. vnde dixit Archidiaconus; quem refert Bald. in l. humanum. C. de legib. quòd licet valeant rescripta contra decretales epistolas cum clausula generali, non obstāte, tamen non valent contra constitutiones conciliares, nisi apponat clausula derogatoria specialis.
11 † Et mouetur: quia sunt maioris vigoris ex eo; quia cum maiori deliberatione emanarunt ex consilio tantorum Patrum, & per consequens salubrius Papa gubernabit ecclesiam & gregem Dominicum si bi commissum cum deliberatione cardinalium, q̃ solus. ¶ Preterea facit illud, quod dici solet, quòd au
12 thoritas maiorum allegatur pro lege: † vt probatur in l. si idem cum eodem. in princip. ff. de iurisdictione omnium iudicum, & ibi pulchrè colligit Ange. quòd vbi non habemus casum legis, sufficit allegare authoritatem maiorum, & voluit Hostien. in ca. inquirendum, de pecu. cle. & probatur in c. 1. de decimis, vbi statur interpretationi magistrorum: sed maiores nostri ita tenuerunt, vt Papa non possit facere ardua sine consilio Cardinalium. ergo sequitur ꝙ sufficit allegare authoritatem maiorum. Istud voluit Io. modernus. in c. super eo, de hæreticis. libr. 6. vbi dixit, ꝙ collegium cardinalium est in quasi possessione, vt Papa nō explicet ardua sine eorum consilio, & commemorat Celestium, de quo fecit mentionem Bald. in d. c. 1. de natu. feu. contulisse multas abbatias, episcopatus, & superiores dignitates sine consilio fratrum, & ꝙ postea coram suo successore satis fuit disputatum de hoc, & dicit propter illam quasi possessionē collegiū Cardinaliū fecisse cassari dictas collationes. Dicit etiam Ioannes modern. in quadam additione, quòd per Benedictum fuerunt suspensa statuta, quę Bonifacius sine consilio Cardinalium dederat Marchianis: quia tangebāt ardua: licet in illis multa statuta fuissent iusta. dicens quòd defectus in persona facientis reddit factum inutile, allegat c. ecclesia sanctæ Mariæ, de consti. Et concludit, ardua gesta per Papam sine consilio Cardinaliū, esse inutilia & retractanda, hanc opinionem sequitur dominus Abbas consiculus meus in d. c. per venerabilem. §. rationibus. dicens illum textum fore singularem ad hoc, ꝙ Papa non debet facere ardua sine cōsilio Cardinaliū, & dicit illū textū fore ad hoc singularem. Et dicit, Papam teneri ad hoc de iure diuino. & idem etiam voluit in sua disputatione, quæ incipit, episcopus quidam. vbi concludit, collegium cardinalium esse in quasi possessione, & talem quasi possessionē dicit posse defendi de iure diuino per d. §. rationibus. & idem tenuit in responsione sua d. c. per venerabilem. Et accedat dictum Lau. quem refert Archidiaconus in d. ca. sunt quidam. 25. q. 1. vbi dixit, ꝙ Papa non potest condere generalem constitutionem super vniuersali statu ecclesiæ sine consilio Cardinalium, quod dictum dicit dom. Abbas in præfata sua disputatione probari de iure diuino in d. §. rationibus. idem voluit dominus Cardinalis in responsione. d. c. perpendimus, de senten. excom. vbi dicit, quòd posito ꝙ Papa posse tollere priuilegium. c. si quis suadente. 17. q. 4. non tamen illud posset tollere non requisito consilio Cardinalium, & allegat dictum Io. moder. in d. c. super eo. Et accedat, quod voluit Bald. in l. cum multa. C. de bonis quæ lib. vbi dixit, ꝙ castra magna & præciosa & ciuitates, quando Papa illas confert, debet interuenire consilium cardinalium, tanquàm sit capitulū ecclesiæ vniuersalis. & dicit ibi Bal. ꝙ requiritur consensus cardinalium, & sic non sufficit ꝯsilium: sed requiritur consensus in arduis gerendis. Et istam partem tenuit dominus Pet. de Ancharano in d. c. super eo. & adduco ego in medium, ꝙ in hac materia est notissimum, & posse allegare illud, quod Ouidio nostro venit in ore

in ore inuentum est medicina meū. nam legitur in historia virginis gloriosissimæ dominę nostrę in trāsitu huius nostræ vitæ, per cū transiuisset ad ipsum Deum supremum per manus Iesu Christi & corpus eius iam fuisset p manus Apostolorum sepultum, & reuersi fuissent ad domū dictę virginis Iesus Christus.& chori cælestes, & cætus Apostolorum, legitur, ꝙ Christus gloriosus, qui est vera sapientia requisiuit consilium Apostolorum suorum, & sic fratrum circa honorem impendendum suæ amantissimæ matri: qa omnes vno ore cōsuluerunt, ꝙ iā suscitari faceret cum corpore, & ita fecit. & certo certius est, ꝙ Christus non indigebat consilio fratrum: quia pater in manu sibi dedit omnia, vt dicitur in Euangelio, & tamen requisiuit consilium fratrum, quod nō videtur ad alium finem factum, nisi ad instructionē Romani Pontificis, vt ardua faciat cum consilio fratrum: quia omnis Christi actio nostra fuit instructio, vt d.c. significasti. de electionibus, & videtur, quàm non possit iudicio meo adduci melius in fauorem dominorum Cardinalium, quàm ista doctrina, quæ videtur ponere gladium huic dubitationi. & per consequens probatur ista pars facto & opera illius supremi sapiētis & supremi regis, qui fuit primus Pontifex & primus episcopus, vt habetur in c. loquitur. 24. q. j. iuxta illud quod voluit Paulus apostolus. Christus, inquit, existens Pontifex futurorum bonorum, & si summus Pontifex & primus adhibuit consilium fratrum & discipulorum: sequitur, ꝙ multo fortius Papa debet in arduis adhibere consilium suorum fratrum, Et adduco similia multum elegantia, quę cum difficultate possent ab aliquo adduci, sed Deus gloriosus satis clementer & liberaliter agit cum seruulo suo. Et adduco, quod pulchrè voluit do. & consiculus meus Abb. in suis consilijs, consilio 92. incipiente, tria circa dubium formatum sunt examinanda. vbi dicit, ꝙ sicut ciuitas non explicat ardua sine suo rectore. l. obseruare. C. de decurionibus. libr. 10. Ita dicit, ꝙ clerus non debuit attentare ardua sine approbatione archiepiscopi, allegat c. nō minus. de immu. ecclesię. facit c. ad hęc. de offi. Archid. vbi licet Archidiaconus habeat iurisdictionem in eos, qui sunt sui Archidiaconatus: tamen ardua debet referre episcopo, & non facit solus ardua, facit etiam, quod habetur exodi. 18. c. vbi maiora referebantur ad Moysen. & pulchrè dixit Innocentius in c. edoceri. de rescript. ꝙ licet prælatus possit agere in iudicio causam prælaturæ sine consensu capituli sui: tamen si causa est ardua, non poterit: sed requiritur consensus capituli. Ita dicamus in Papa, ꝙ licet regulariter omnia solus possit: tamen in arduis requiritur consilium suorum cardinalium. Facit, quod voluit idem Innocētius in c. causam quæ. de iudicijs. vbi dicit, ꝙ licet capitulum possit agere in iudicio sine cōsensu sui prælati causam spectantem ad mensam ipsius capituli: tamen si causa est ardua, requiritur consensus sui prælati. Facit, quod voluit idem Innocentius in cap. si. de officio delegati. vbi dixit, quòd vbi mandatur negocium arduum, videtur electa industria personæ. Facit elegans gl. 3. dist. §. porrò. quæ voluit, ꝙ metropolitanus non potest statuere super arduis in cōcilio prouinciali sine consensu episcoporum prouincię. Facit, quod voluit Hostiensis in c. literas. de restitution. spoliatorum. vbi dixit, ꝙ licet iurisdictio detur consuetudine: vt in c. cum contingat, de foro competenti: non tamen cōsuetudo illam dat in arduis. Facit, quod pulchrè voluit Innocentius in cap. j. de procuratoribus, vbi dixit, ꝙ licet episcopus solus possit constituere procuratorem ad agendum in iudicio causam suæ ecclesiæ sine consensu capituli sui: tamen quando causa est ardua, non potest, ita ibi voluit. Facit, quod voluit Bald. in c. si pro debilitate. de officio delegati, vbi dixit, quòd quādo causa est ardua, quis non compellitur mittere procuratorem, glossa in clemen. j. de foro competenti. Facit quod voluit Ioannes Andreas in additione Specu. in tit. de sindic. §. j. versi. sed pone, quod nomina. vbi tenet, quòd in arduis in facto vniuersitatis, aut capituli requiritur, quòd exprimantur nomina singulorum. Facit, quod egregiè voluit Innocentius in c. 2. de operis noui nuntiatione. vbi tenuit, ꝙ in arduis
13 debent vocari absentes. † Idem voluit Baldus in c. cum omnes. de constit. Facit, quod voluit dominus Cardinalis in c. cum ab omnibus, de testibus. vbi dixit, quòd Papa non potest explicare ardua sine consilio Cardin. Facit, quod voluit dominus Abbas in commento. c. at si clerici. in §. de adulterijs. de iudic. vbi dixit, ꝙ licet episcopus possit dispensare sine cōsilio capituli: tamen non potest, quando casus est arduus. Facit, quod egregiè dixit Baldus in l. nullum C. de testibus. vbi dixit, ꝙ in arduis debent recipi testes & examinari non solùm coram iudice, sed etiā coram honestis personis. Facit, quod voluit dominus Abbas in c. j. de exces. prælatorum. vbi dixit, ꝙ episcopus in arduis nō potest suspendere dominos temporales sine consilio sui capitu. Et quod voluit Baldus in l. iudices. C. de fide instrumentorum, vbi
14 dixit † ꝙ notarius nō potest scribere suam commissionem in arduis: sed debet esse rogatus alius notarius. Et qood voluit idem Baldus in l. parentes. C. de testibus, vbi dixit, ꝙ causa ciuilis ardua æquiparatur causæ criminali. Et idem Baldus in l. finali. C. de heredibus instituendis. dixit, quòd arduæ causæ debēt committi magnis aduocatis, & quod voluit idem Baldus in l. j. C. mandati. Ideo non videtur esse admiratione dignum si Papa non possit facere ardua sine cōsilio Cardinalium. ergo si Papa seipsum astrinxit ꝑmissione ꝓpria, aut iuramento, aut voto nō facere ardua sine cōsilio dominorū Cardinaliū: vt facere Cardinales, vel infeudare laicis terras ecclesiæ, nō videt̄ astrinxisse se ad noua, vel iniusta & illicita. Et facit, quod voluit dominus Cardinalis in dicto capit. licet. de electionibus. q. 44. vbi dicit, ꝙ ecclesia Romana non cēsetur esse solus Papa: sed ipse Papa cum Cardinalibus, qui sunt pars corporum Papæ, seu ecclesiæ, quæ constituitur ex Papa tanquàm ex capite, & ex Cardinalibus tanquàm ex membris, argu. 6. q. j. §. verum. versic. quisquis. de pœnis. c. fęlicis. lib. 6. & sic facit secundùm eum illud capi. maximè. in versicul. quis enim in eo. quod dicit ecclesiam Romanam subijci casibus, idest, cum sit iniuria alicui Cardinali. Et voluit Gulielmus de mōte Laud. ꝙ Cardinales sunt membra Papæ, in clementina fi. de exces. pręla. & idem not. in c. penul. de officio lega. in gloss. vbi dicitur, ꝙ legati de latere dicūtur secundi Cardinales, qui pars corporis Papæ intelligūtur, arg. c. ad eminentiam. de sententia excommunicationis. & licet dicatur Papa habere plenitudinē potestatis: non tamen debet sic intelligi, ꝙ ipse solus possit omnia: sed quòd Papa, idest, ecclesia romana, quæ repræsentatur in Papa tanq̄ in capite, & in cardinalibus tanq̄ in membris. & allegat dominus Cardinals verba Ioan. modern. in dicto capitu. super eo. de hæreticis. lib. 6. quæ superius retuli. Et licet sit solutus legibus: tamen secundùm eas viuere debet: vt d. l. digna vox. & d. l. ex imperfecto. 12. q. 2. capit. non liceat Papæ. & esse indecētiam in principe, qui est omnium director, est quid impossibile. & allegat Ioannes modern. quod habetur in libro sententiarum. distinct. 42. vbi dicitur, Deum omnia posse pręter ea sola, quibus eius dignitas læderetur,

eiusque

eiusque excellentiæ derogaretur: in quo tamen nō est minus potens. hoc enim non esset posse: sed non posse, cum ipse Deus non possit facere id, quod est indecens, per illud læderetur eius excellentia: quia ex hoc peccaret. igitur nec Papa, cuius potestas diuina est. c. j. & per totum. de translation. episcopo. Et subdit dominus Cardinalis, ꝙ cum dicimus, quòd Papa omnia potest, intelligitur habito cōsilio cum fratribus. & dicit etiam ibi dominus Cardinalis, ꝙ multi assentatores volentes placere Pontificibus, suaserunt eis, quòd domina poterant, vt si facerent, quicquid eis placeret pro libito, quasi omnia possēt etiam illicita, & sic plusquàm Deus; ex hoc enim infiniti secuti sunt errores: quia Papa occupauit omnia iura inferiorum ecclesiarum: ita quòd inferiores prælati sunt pro nihilo, & nisi Deus succurrat, status ecclesiæ periclitabitur, & oporteret secūdùm eum, ita determinare potestatem Papę, vt non subuertantur inferiores potestates. & ꝙ deinceps Papa possit, non quod libebit, sed quod licebit. nam & ipse Beatus Petrus non sic administrauit, vt occuparet aliorum potestatem, immo tanquàm vnus ex Apostolis accepit partem administrationis. Primū enim in ecclesia Antiochensi, deinde in Romana, vt in eius hystorijs legitur. & sic licet fuerit princeps Apostolorum: tamen non vsurpauit aliorum administrationem, nec debebit excedi modus in honorificentia exhibenda Papæ, vt videatur non minus honorari Papa, quàm ipse Deus. ita enim honorandus est, vt non adoretur, quod de se fieri non fuit passus Beatus Petrus, de quo legitur actuum. 10. capitul. ꝙ Cornelius procidit ad pedes eius adoraturus eum, Petrus autem eleuauit eum dicens. Surge, ego ipse homo sum. ¶ Et si dicitur, quòd hoc est imponere legem Principi, qui est solutus legibus. Respondetur, quòd est solutus legibus nō lege Dei. ita restringit potestatem Papæ domi. Cardina. ibi. Et est ponderandum: quia possibile esset, quòd domini Cardinales moti fuerint ratione optima ad sic capitulandum, restringendo potestatem futuri Pontificis: quia excessus preteritorum Pontificum in faciendo omnia pro libito, dedit causam huic dispositioni sic capitulandi & restringendi potestatem Romani Pontificis. & ideo non est admiratione dignum, si domini Cardinales ita ordinauerint: nam & iura humana limitant & restringunt iura diuina iusta suadente causa: vt in l. si vnus. C. de testamentis. & in capit. cum esses. eodem ti. & in l. finali. C. de fideicommis. nam de iure gentium & de iure diuino statur dicto duorum: vt habetur in dicto. capit. cum esses. & c. relatum. de testamentis. tamen iura positiua limitarunt & restrinxerunt, vt ibi per scribentes. & facit, quod voluit Bartolus in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. moderni in capitu. cum contingat. de iureiurando. ergo non est mirum, si cætus dominorū Cardinalium sede vacante pro bono statu & perfecto regimine ecclesiæ vniuersalis restringit potestatem Romani Pontificis, vt certa capitula seruet. & multo fortius, quia Papa ipse se ad hoc astrinxerat promissione, iuramēto, & voto, & sic promissio addidit vinculum, vt in simili dicit tex. in c. 2. de prebēdis. libr. 6. quòd Papa habet plenitudinem potestatis in beneficialibus: sed specialius in aliquibus sibi hoc contulit consuetudo. Et adduco, quod pulchrè dixit Bartolus. in l. non possibile. ff. de pactis. vbi voluit, quòd si in pacto deducitur illud, quod inest a iure communi. producitur actio ex pacto per legē legitima. ff. de pactis. Ergo fortius, quando apponitur iuramentum & votū, vt superius dixi, Papa obligatur voto & iuramento, vt voluit dominus Antonius post alios in dicto capit. j. de constitutionibus. & dominus Cardinalis in dicto capit. licet de euitāda. & dominus Petrus de Ancharano in suis consilijs, consilio 274. & Baldus in tractatu scismaticis. & dominus Petrus in repetitione, capi. accessorium. de regulis iuris. lib. 6. ¶ Et si dixerit quispiā, quòd collegium Cardinalium, excepta potestate eligēdi Papam secundùm formam traditam a iure, vacante sede papali nullā habet iurisdictionem, vt habetur in clemen. ne romani. de electionibus. Ad hoc respondeo, ꝙ immo habet iurisdictionem, & adduco ad hoc elegans dictum Bartoli, in l. vbi absunt. ff. de tutoribus & curatoribus datis ab his. vbi dicit, ꝙ vacante sede papali appellatur ad collegium Cardinalium. ergo sequitur, quod illud sacrum collegiū habet iurisdictionem sede papali vacante. & cum illo dicto Barto. communiter transeunt doctores, & maximè, quia hmōi capitula transeunt ad publicū bonū ecclesiæ vniuersalis, quo casu inhabilis cēset habilis: vt est tex. melior de iure in l. si quis in graui. §. ij quoq;. ff. ad Sillan. & ibi Baldus, & voluit Saly. in l. si serui vestri. C. de noxalibus. ergo sequitur, ꝙ romanus Pontifex astringitur ad huiusmodi capitula seruanda tam iuris communis seu consuetudinarij authoritate, quàm etiam propriæ promissionis & proprij iuramēti, & voti vinculo & ligamine, & ista erant, quæ videbantur facere hanc consultationem dubitabilem: sed istis sublatis apparebit veritas pura & indubitata. ¶ Et licet ista sint colorata & apparentia satis, tamen non obstant huic consultationi. & ideo videtur, ꝙ huiusmodi capitula sint nullius efficacię, nullius vigoris, & nullius momenti, nec iuramento & voto Papæ firmata simul cum promissione, & ꝙ non liget ipsum supremum pastorem. ¶ Et pro potissimo fundamēto formali huius consultationis præmitto aliqua. primum est, quòd Cardinalatus non est introductus à iure diuino, sumendo propriè & strictè ius diuinū, vt per glossam in capit. 2. de priuilegijs. lib. 6. quę declarat, quod ꝓpriè vocatur ius diuinum. Hug. in capit. humanum genus. j. distinctione. Hostiensis & alij in capi. j. de iuramento calumniæ. cum similibus. Quod demonstro ad oculum hoc modo, aliquid censetur de aliquo iure fuisse introductum, quando fuit introductum ab eo iure, a quo fuit inuentum. ita probatur in authentico, vt sponsalitia largitas, in princ. & institu. locati. §. adeo. cū similibus. Ideo dicimus, actiones esse de iure ciuili: quia sunt introductæ a iure ciuili. l. in commodato. §. quoniam. in versic. actiones ciuiles. ff. commodati. glo. & doctores in l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure. sed Cardinalatus fuit inuentus a iure positiuo. ergo debet esse iuris positiui & non iuris diuini. Papa enim & concilium introduxit Cardinalatū: vnde refert Archidiaconus Canonista supremus in capit. vbi periculum. de electionibus. libro sexto. ex vita Martiniana Marcellum Papā introduxisse Cardinales. fecit enim quindecim Cardinales ad sepeliendum mortuos, & ad baptizādum in fantulos: licet hodie non exerceant illa officia dicti Cardinales: vt dixit domi. Cardin. in clemētina ne romani. §. porrò. de electionib. & voluit Albericus de Rosate in rubri. C. de summa trinitate & fide catholica. & refert illustris doctor Oldradus cōsilio 62. quòd tempore, quo Constantinus fecit donationem beato Syluestro, non erāt Cardinales: sed postmodum congregauit Synodum vniuersalem, vbi introducti fuerunt Cardinale. 2. q. 4. c. præsul. ergo sequitur, quòd Cardinalatus dicitur esse de iure positiuo, ex quo fuit inttoductus de iure positiuo. ¶ Et si quispiā nō leuis authoritatis doctor dixerit. Amice, licet quoad nudum nomen Cardinalatus fuerit introductus a iure positiuo: tamē eorum potestas

testas & officium suum est de iure diuino, hoc decidit tex. dicto capit. per venerabilem. §. rationibus. in versic. sunt autem sacerdotes. Leuitici generis fratres, qui in executionibus sacerdotalis officij coadiutores existunt, vbi Cardinales dicūtur sacerdotes Leuitici, sed sacerdotes Leuitici fuerunt de iure diuino: quia de iure veteris testamēti ante omne ius positiuum Romanorum Pontificum licet istud nomen, Cardinalatus, non reperiretur in veteri testamento: sed sit dictum a iure positiuo, tamen quoad officium, & quoad executionem fuerunt de iure veteris testamenti, & sic de iure diuino. & sic videtur dicendum, quòd Cardinalatus effectualiter sit de iure diuino introductus. Pro certo mihi videtur quod non sit bene dictum nec est iuri consonum, nec graui & excelso doctore dignum. & nego assumptum ꝙ ille textus loquatur de Cardinalibus. quinimmo dico quòd loquitur de episcopis. quod sic ostendo: nam illa verba, fratres nostri potius congruunt episcopis quàm Cardinalibus. & ita tenēt multi doctores, quòd ille textus loquatur de episcopis, quo casu licitum est nobis allegare authoritatem maiorum: vt capit. j. de decimis. Secundò fratres Papæ propriè episcopi: vt capitulo, quàm graui. de crimine falsi. Tertiò episcopi sunt æquales Papę quoad ordinem successorium: quia episcopi successerunt in locum Apostolorum, vt in capit. in nouo. in versic. episcopis quoque decedētibus in locum ipsorum successerunt episcopi. 21. distinctione. sed Apostoli fuerūt æquales Petro quoad ordines, vt in dicto capitulo in nouo. versiculo pari consortio honorem & potestatem acceperunt. Et licet Papa sit maior eis: tamē vocati sunt ad partem solicitudinis. cap. ad honorē. de authoritate & vsu pal. & dixit Spec. in titulo de legatis. versic. 17. quòd episcopus est quoad quædam vicarius Iesu Christi. ad hoc allegat, cap. mulierem. 30. quæstione quinta. ego allego textum meliorem de corpore iuris, in clementina si quis suadente. de pœnis. in versic. episcopi enim dicuntur sanctissimi Christi legati spirituales patres, fratresque nostri. & coepiscopi columnæ ecclesiæ. & facit capit. accusatio. secunda quęstione septima. dicuntur etiam fundamentum ecclesiæ: vnde cū propheta clarissimus psalmo nonagesimonono dicebat, fundamēta eius esse in montibus sanctis, non intellexit de Cardinalibus: sed de ipsis Apostolis prædicatoribus, & per consequēs de ipsis, qui in locum Apostolorum successerunt: vt in dicto capitulo in nouo, facit textus in capitulo fundamenta. de electionib. libro sexto. Sed dicti Cardinales dicuntur filij Papę, vt probatur in capit. si quis episcopis. 69. distinct. & in c. fęlicis. §. pœnitentibus. de pœnis. libro sexto. Et licet aliquādo appellet Cardinales fratres, illud ideo est quoad eos, qui episcopi sunt, vt notat in capitu. primo. de officio legati. libro 6. in glos. ergo ille textus potius debet intelligi de episcopis, quàm de Cardinalibus: vnde cum loquatur simpliciter, debet intelligi de episcopis, q propriè sunt fratres Papæ. Et etiā facit: qa ad eū casum, ad quē nō adaptant verba legis, nō et adaptatur ipsius legis dispositio, ca. idēnitatibus. §. sed cum eas. de electionibus. lib. 6. l. j. §. loquitur. ff. de magistris conueniēdis: sed verba illius. §. rationibus. loquuntur de his, qui successerunt in locum sacerdotum Leuiticorū: sed multi Cardinales sunt diaconi & non sacerdotes: ergo non potuerunt succedere in locum sacerdotum Leuiticorū: quia subrogatum succedit in locū eius, in cuius locum subrogatur, vt capitulo ecclesia, vt lite pendente. l. eum qui. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautionibus. cum similibus. & quod habetur in l. certi cōdictio. in principio. ff. si certum petatur. Et etiam est ponderandum: quia posito quòd d. §. rationibus. loqueretur de Cardinalibus, non tamen sequitur, quòd Cardinalatus sit de iure diuino propriè sumpto: quia nec in ueteri, nec in nouo testō sit mentio de Cardinalatu. Et licet ibi dicatur, quòd successerunt Cardinales in locum sacerdotum Leuiticorum: tamē istud non habuit originem a iure diuino; sed habuit originem a iure positiuo Romanorum Pōtificum. vnde de iure Pontificum est introductum, quod Cardinales assistant Papæ quoad ardua, sicut sacerdotes Leuitici assistebant summo sacerdoti. & sic non sequitur, ꝙ Cardinalatus sit a iure diuino introductus, nec etiam in ecclesia primitiua reperitur hoc nomen Cardinalatus. l. illam. C. de collationibus. Et si bene considerentur iura posita in decreto loquētia de Cardinalibus non reperietur canon referens Cardinalatum esse de iure diuino introductum: vt apparet in dicto capitulo præsul. septuagesimanona distinct. capit. si quispiam. capitulo, transitus. §. oportebit. & capitulo primo, septuagesimanona distinctione. & sic multifariè demonstraui non obstare dictum §. rationibus. Et ex hoc confunditur, qđ voluit dominus Abbas in dicto §. rationibus. & ad prædicta adduco. capit. ecclesia senatum habet. decimasexta, quæstione prima. vbi ecclesia Romana habet senatum a iure positiuo: sed cætus Cardinalium est senatus ecclesiæ Romanæ, vt dixit Innocentius, in capitulo cum te. de re iudicata. & Bart. in lege prima. §. de qua. ff. de postulando. & in l. infamē. ff. de publicis iud. ergo sicut senatus Romanus fuit de iure positiuo, ita & senatus Cardinalium. Facit etiam, quod voluit Baldus in capitulo bonæ. de postulatione prelatorum. vbi dixit, ꝙ Cardinalatus est officium, & consistit in consulendo Romano Pontifi. vt in capitulo fundamenta. §. decet. de electionibus. libr. 6. & huiusmodi officium est introductum ab ipso Papa, vt etiam ibi colligitur. Et etiam consistit in baptizando & sepeliendo, vt dixi superius. ergo hoc nomen Cardinalatus, & eius officiū habuit originem de iure positiuo. Ergo est iure positiuo. Facit etiam: quia patriciatus est de iure positiuo introductus, instit. quibus modis ius patriæ potestatis soluitur. §. filius. l. nemini. C. de consuli. libro duodecimo. sed Cardin. sunt patricij. vt in capitulo Constantinus. nonagesima sexta distinctione. ergo Cardinalatus est introductus de iure positiuo. & posito (non tamen concesso) quod esset inductus de iure diuino: tamen ex quo à iure positiuo fuit additum hoc nomen Cardinales: qa istud nomen non reperitur in veteri testamento, ergo assumpsit nomē a iure positiuo & etiā assumpsit potestatē a iure positiuo, vt dixit Archidiaco. in d. c. vbi periculum. & etiā fuit addita gloria senatus & patriciatus: vt in dicto capit. Constantinus. habetur: tunc arguo sic, adueniēs enti in actu, qualificat illud & reponit in diuersa specie: vt probatur in l. ius ciuile. ff. de iustitia & iure. vbi ius ciuile addens iuri naturali facit illud esse ius ciuile. & facit, quod voluit Guilielmus de Cuneo in l. edita actio. C. de edendo. vbi dixit, ꝙ si aliqd additur libello, dicitur esse nouus libellus, & glossa cap. admonendi. 33. quæstione 2. & glossa in capitu. presbyter. 82. distinctione, quas reputat singulares dominus Abbas in ca. consulit. de iud. quæ dicunt, licitum esse comedere oua tempore, quo non est licitū comedere carnes, quasi mutata rei substantia. & ibi dixit idem dominus Abbas, ꝙ licet iudæi possunt reparare veteres sinagogas: nō tamen possunt facere preciosiores: qa tunc viderentͨ nouas sinagogas facere. Facit glo. singu. in c. statutum. de electio. libro 6. coniuncto. capit. licet canon. eodem tit. libr. ꝙ appellatione ecclesiæ parochialis nō venit ecclesia pa-

sia parochialis collegiata, qa videtur esse alterius speciei. Ita dicamus i casu nostro, ꝙ posito, ꝙ Cardinalatus assumpsit originem a iure diuino, non tamen concesso, nihilominus dicitur esse effectus de iure positiuo propter illas qualitates sibi additas a iure positiuo Romanorum Pontificum, ergo non dicitur esse de iure diuino. Ego longè miror, si Cardinales fuerint incogniti a iure diuino. ergo non est verum dicere, ꝙ de iure diuino Papa teneatur adhibere in arduis consilium Cardinalium. Cũ ergo sint factura romanorũ Pontificum, sequitur, ꝙ Romani Pontifices possunt extinguere Cardinalatum: qa eius est tollere, cuius est cōdere. l. omni nouatione. C. de sacrosan. eccle. Et sic potest afferri in mediũ illud, quod Iob homini patiētissimo venit in ore, manus tuæ domine fecerunt me. ergo non est verum dicere, ꝙ Papa non possit ardua explicare sine consilio dominorum Cardinalium, vt ex inferius dicendis clarior erit conclusio, & istud sit primum presuppositum. Secundò præmitto, ꝙ potestas domini Papæ est amplissima, de quo est glossa magna in capit. quod translationem. de officio lega. Facit enim vnũ tribunal cum Iesu Christo, vt in capitul. quanto. de trãslationi. episcoporum. & ibi Hostiensis adęquat quadrata rotundis. secundùm Hostiēsem in capit. cum venissent. de iudic. Preterea est sibi subdita omnis creatura secundùm Innocentium in capitulo primo. de constitutio. & apud Psalmistam dicitur. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Papa enim solus habet omnem potestatem & omnem dignitatem, quam habuerunt Patriarchæ. vt pulchrè describit Bernardus de contemplatione ad Eugenium, solus tenet locum principis Apostolorum. duodecima quæstione secunda. capit. videns. maior est authoritas Papę, quàm sanctorum. capitulo de libellis. vigesimaprima distinctione, a nemine cogit. vigesimaprima distinctione. nunc autem. pro Papa præsumitur. capitul. non vos. quadragesima distinctione. Et dixit gloss. valde singularis in capitulo vbi periculũ. de electionibus. libr. sexto. quòd Papa potest reuoca

15 re constitutionem totius † concilij. & ratio traditur in capitulo significasti. de electionibus. vbi dicitur, ꝙ concilia nō possunt præfigere legem Papæ: qa cōcilia authoritatē receperunt a Papa. ¶ Ex quo infertur vera & indubitata conclusio, ꝙ cum Cardinalatus receperit esse & subsistentiam a Papa, non poterunt Cardinales præfigere legē Papæ, & in oībus dispositionibus excipitur potestas Papæ: qa ipsi Petro & successoribus eius fuit data potestas ligãdi & absoluendi, dicente domino. Quodcunque ligaueris super terram, erit legatum, & in cœlis: vt scribitur Matthæi. 16. capitulo: & quia vniuersaliter locutus est, nihil excipit a iurisdictione Petri, decimanona distinctione, capitulo si Romanorum. & capitulo solitę. de maio. & obedientia. & hanc authoritatē exposuit Innocentius in capitulo quãto. de consuetudine. vt intelligatur quodcũque ligaueris per viam constitutionis & præcepti: quia Papę obediendum est in omnibus, quæ ad animam spectant: & ideo Innocentius in capitulo quod super his. de voto. dixit, quòd per illa verba. Quodcunque ligaueris. & p illa verba, Pasce oues meas. Petrus & eius successores receperunt potestatem nō solùm super fidelibus: sed etiam super infidelibus iuxta illud euãgelicum, fiat vnum ouile &c. Et finaliter dixit Innocentius in capitulo cum ad monasterium. de statu monacorum. ꝙ in his, quę sunt iuris positiui, Papa pro velle dispēsat, de quo facit festum Antonius in capitulo primo. de cōstitutionibus. Et sic Papa omnia potest vt Deus, excepto peccato, vt de pœn. distinctio. 2. charitas. Et pulchrè dixit Speculator in titulo de electionibus. §. nunc ostendendum. versicu. 89. quòd Papa est Petri successor & vicarius Iesu Christi, vicem nō puri hominis, sed veri Dei gerens in terris. capitul. 1. & 2. de translatione episcoporum. vnde omnia iudicat & disponit, prout sibi placet. nona quæstione tertia. capitulo cuncta per mundum. capit. per principalem. Et licet quilibet episcopus sit vicarius Iesu Christi quoad quid: tamen Papa habet plenitudinē potestatis, ad quam vocatus est, alij autem in partē solicitudinis, vt dicto capit. ad honorem. de author. & vsu pal. nec potest sibi dici, cur ita facis. capit. in memoriam. 19. distinctione. nec habet superiorem, & est supra omnes. 21. distinctione. capitu. in nouo. & habet cœleste arbitrium. l. cunctos populos. C. de summa trinitate. Facit, quod habetur in euangelio Ioannis, cum Christus dixit Apostolis, Vos quē me esse dicitis. Petrus tanquàm os Apostolorum respondit pro omnibus. Beatus Chrysostomus exponit, Petrus est virtualiter, aliàs vertical. idem ait Dionysius in libro de diuinis nominibus, vbi appellat Petrum virtualem Apostolorum. ergo sicut caput omnes virtutes vitales, & spiritus gubernat & dirigit, vt dixit textus in capitulo primo. §. in capite. de sacra vnctione. & facit lex cum in diuersis. ff. de religion. & sumptibus funerum. ergo sicut Petrus dirigit totam ecclesiam: ita & Papa. facit, quod scribitur apud Psalmistam, minuisti eum paulo minus ab Angelis. Facit, quod habetur actuum vndecimo capite. vbi Petro & non alij fuit missum linteum de cœlo, in quo vidit quadrupedia terrę, & bestias, & reptilia, & volatilia cœli, & audiuit vocem de cœlo dicentem. Surge Petre, & occide, & manduca, per quod linteum significatur mundus cum hominibus diuersorum rituum. & manducare & occidere non erat aliud in Petro, quàm peruersos mores rescindere, & soli Petro fuit data potestas iurisdictionis. Facit, quod habetur Matthęi decimoseptimo capite, dum dixit dominus Petro. Mitte hamũ, & eum piscem, qui prius ascenderit. tolle, vbi Christus iussit Petro piscari hamo: nam per hamum significatur iurisdictio, qua Petrus præfuit alijs: quia hamo, idest ferro, secantur carnes putridę, ita bellissimè scripsit Ambrosius, quem refert Gratianus vigesima quarta, quæstione prima. est aliud. Et sic apparet ex istis, ꝙ cum Petro soli fuerit data iurisdictio & potestas & Papa sit successor Petri, sequitur, quòd solus Papa iurisdictionē exercet. ergo sine consilio & deliberatione Cardinalium. Facit, quod habetur actuum decimoquinto capite, vbi formaliter probatur, quòd Petrus habuit principatũ inter ardua: nam cum esset quæstio orta, an lex cum euangelio, & circuncisio foret seruanda cum baptismo, ad ecclesiam fuit delata pro decisione. Petrus verò solita libertate pro omnibus respōdit negatiuè, & in eius determinatione principem se constituit. tacuit autem ad dictum Petri omnis multitudo, & omnes presbyteri tacuerunt ad dictum Petri. Facit illud, quod dicunt philosophi, quod illud, quod per superabundantiam dicitur, vni soli congruit: sed Romanus Pontifex appellatur sacerdos potentissimus textus est, quem nescio alibi, in capitulo nulli phas. vigesimaquinta quęstione prima, in versiculo quia nos. qui potentissimi sacerdotis administramus officia. non ergo esset potentissimus sacerdos Papa, si cũ alijs teneretur deliberare. Facit ēt, vbicunq; sunt multa ordinata in vnum, debet esse aliquod vniuersale regimen supra particularia regimina: quia in omnibus virtutibus: vt dicitur primo Ethicorum, est ordo secundùm ordinem finis, bonum autem commune est dignius, quàm bonum speciale. & ideo cum ecclesia sit vnũ corpus, vt scribit Cyprianus

nus relatus à Gratia vigesimaquarta, quæstione prima. capitulo loquitur. quomodo multi radij sunt, inquit, sed vnũ lumẽ. & rami arborum multi sunt: sed robur vnum radice tenaci fundatum. & de fonte vno riui plurimi defluunt. & vniuersitas licet diffusa videatur ex copia largitate: vnitas tamen seruatur in origine. auelle radium solis a corpore, diuisionem vnitas non capit. sic & ecclesia Domini luce perfusa per totum orbem radios suos porrigit: vnũ tamen est, quod vbique diffunditur, nec vnitas corporis separatur, ramos suos per vniuersum orbem copia vbertatis extendit, profluentes largiter riuos & ramos latius expandit: vnum tamen caput est, vna propago, vnus fons, vna origo, & vna mater ecclesia copiosæ fecunditatis, adulterari non potest sponsa Christi, incorrupta est & pudica, vnam domum nouit, vnius cubiculi sanctitatem casto pudore custodit. cum ergo ecclesia vnum corpus existat, oportet, si ista vnitas debeat seruari, quòd sit aliqua potestas regitiua respectu totius ecclesiæ supra potestatem episcopalem, qua vnaquęque specialis potestas ecclesiæ rogatur, & ista est potestas Papæ. ita concludit beatus Thomas 4. sententiarum, distinctione, vigesimaquarta, quæstione vltima. ergo sequitur, quòd Papa solus habebit istam potestatem, & non Cardinales cum eo: quia tũc non esset vnus sacerdos potentissimus. ¶ Et si quispiam opponat, quòd omnes episcopi sunt loco Apostolorum, & potestas, quæ fuit data Petro, fuit etiam data alijs Apostolis, vt Matthęi 16. capite. ergo omnes episcopi sunt pares, & vnus non est supra alium, & per cõsequens Papa non est super Apostolos nec super alios episcopos. Respondetur, quòd licet omnibus Apostolis data sit potestas ligandi & absoluendi: tamen in hac potestate vt aliquis ordo significaretur primo soli Petro data est, vt ostendatur, quòd ab eo debet ista potestas descendere, propter quod etiam ei dixit Christus singulariter, confirma fratres tuos, & pasce oues meas. idest loco mei, vt dicit Chrysostomus. Caput & ꝓpositus es fratrũ, vt ipsi te in loco assumẽtes, vbique terrarum te in throno tuo sedentẽ prædicent & confirmẽt. ita dixit beatus Thomas in loco pręallegato. & etiam idem voluit libr. quarto contra gentiles. licet ergo populi per diuersas dioceses & ciuitates distinguantur: tamen sicut est vna ecclesia, ita debet vnus esse populus Christianus. sicut ergo in vno speciali populo Christi requiritur vnus episcopus, qui sit totius populi caput, ita in toto populo Christiano requiritur, quòd sit vnum totius ecclesię caput, ergo Papa solus erit caput, & solus reget ecclesiam, & nõ cum Cardinalibus, facit, quod scribitur apud psalmistam. Constituisti eum super opera manuum tuarum. ergo solus Papa est, qui suam ecclesiam reget & gubernabit. facit etiã, quia Apostoli possunt cõsiderari, prout Christo astiterunt principaliter ante eius ascẽsionem, quo quidem statu omnes pares fuerunt, nec Petrus eis pręerat: sed omnes erant simplices sacerdotes: vt de pę. distinctio. 1. econtra. & §. quem pęnitet. fuerunt ordinati sacerdotes a Christo: cum dixit eis. Hoc facite in meã commemorationem, vel cum fuit eis dictum. Ite baptizate &c. vt not. gloss. in versicul. pari consortio. 21. distinct. c. in nouo. licet Paulus & Barnabas ex præcepto spiritussancti ad prædicandum euangelium in sacerdotes & episcopos ab alijs fuerint ordinati. Christus enim viuens inter homines solus primam in ecclesia habuit potestatem, vt dicit tex. in c. loquitur. 24. q. j. idẽ inter vos viuos prior sacerdotum fuit. 23. q. 8. cum & iudæis ipse viuẽs verus & solus pater omnium & Pontifex assistebat. 56. distinc. c. dominus noster. 15. distinctio. ca. santa Romana. & in illo tempore, & in illo statu Petrus non fuerit maioris potestatis, quã fuerint alij Apostoli. Et isto modo possunt procedere multa, quæ adduci possunt, ꝙ Petrus nõ fuit maior ipsis Apostolis. possunt etiam considerari Apostoli eo statu, quo Christus ascẽdit in Cœlum, quo tempore ipsi Apostoli astiterunt Petro, tanquàm primo pastori ante Apostolorum diuisionem & separationem, & ab hinc Petrus præfuit. In nouo enim testamento post Christum dominum a Petro incepit sacerdotis ordo, ipsique fuit traditus in Christi ecclesia pontificatus ꝑ illa verba. Pasce oues meas, c. in nouo. 21. distinct. c. solitæ. de maio. & obedientia. 8. q. j. c. in scripturis. & ipsi Apostoli ipsum eorum principem esse voluerunt, vt reliquis omnibus præesset, & caput & principatum teneret apostolatus eandemque formam suis accessoribus etiam reliqui episcopi tradiderunt tenẽdam, vt in dicto c. in nouo. & c. sacrosancta. 23. distinct. 3. q. 6. ca. dudum. & in noua ecclesia Petrus fuit princeps, & omnia faciebat sine Cardinalibus, & Papa est successor Petri: vt in d. c. fundamenta. ergo &c. Facit etiam, quod scribitur Lucæ. 5. capit. vbi alijs fuit dictum, ꝙ laxarent retia: sed soli Petro fuit dictum dux in altum. quod Ambrosius exponit. 24. q. j. c. non turbatur. id est in profundum disputationum. Ad ipsum enim tanq̃ ecclesię primatem pertinet fidei causas alta disputatione districtas lucida sentẽtia terminare, & text. Hieronymi relatus a Gratiano. 24. quæstione, capitu. hic est fides. Et clarum est, quòd non erant Cardinales. ergo ad Papam spectat explicare ardua. facit. capit. Constantinus. 96. distin. vbi dicitur. Petri successor principatum teneat supra omnes Dei ecclesias, & eius iudicio disponantur. ergo non iudicio Cardinalium. & pulchræ dixit Baldus in prooemio Gregoriano, quòd Papa non solùm est episcopus: sed etiam culmen episcoporũ & cœterorum, quos intellectus potest imaginari, cui data est clauium multitudo & summa & libera potestas, quæ appellatur absoluta ab omnibus vinculis canonum, & ab omni regula arctatiua, præterq̃ ab euangelica. Papa enim non est Apostolus, sed Apostolicus, & debet esse vir apostolicæ sanctitatis. Et dixit pulchra glossa in capit. mistis. 4. distin. quòd sententia Papæ præualet sententiæ omnium episcoporum. Et dixit Ioannes Andreas in capitu. cum de beneficio. de præbendis, libr. 6. ꝙ potestas Papæ non est ab homine, sed a Deo, & probatur in cap. nouit. de iudicijs. Et idem Ioãnes Andreas in capit. is cui. lib. 6. in nouel. dixit, quòd concilio Lateranensi non potest derogari per legatum: sed solus Papa: quia concilia non ligant Papam. c. significasti. de electionibus. Et dicit Ioannes moder. in proæmio Sexti. ꝙ Papa est paterpatrum & cum omni prælato & potestate & iurisdictione concurrit, refert Baldus in proœmio decretalium. Et ideo dixit Baldus in commento. l. Barbarius. ff. de officio prætoris. in suis finalibus verbis, quòd Papa est omnia, & est supra omnia in spiritualibus, vt sanctè & deuotè attestatur doctor veritatis Bernardus, libro de contemplatione ad Eugenium. Facit etiam: quia Petrus a Christo habuit plenitudinem potestatis: quia sicut rex præter particulares thesaurarios, vult habere vnũ, cui magis confidit super omnes thesaurarios, & per cuius manum omnia transeunt, sicut actuum. 8. capitulo, Eunuchus Candacis reginæ Ethicorum erat super omnes Gazas eius. & sicut Pharao rex Ioseph constituit dominum domus suę, & principem omnis possessionis. & sic Christus super omnes thesaurarios suos regni cœlorum voluit esse vnum principem & vniuersalem thesaurarium, qui haberet plenam dispensationem totius thesaurari: sed quia fidelitatem

delitatem Petri fuerat expertus, voluit ponere fidelē Petrum super hoc opus: vnde Petrus Lucę duodecimo capite. dominus ad vos, qui, dicit hanc parabolam: an ad omnes, cum dixit Petro singulariter, quis, puta, est fidelis dispensator & prudens, quem cōstituit dominus, &c. Amen dico vobis, cōstituet eum super omnia bona sua: vnde Chrysostomus ad consulta Bulgarorum petractans illud Ioannis vltimo, dicit ei tertio. Amas me, ex persona Christi loquentis ter, te interrogo, an me diligis: qa trepidus & timidus me negasti, nunc reductus, ne credant te fratres gratiam & potestatem clauium, supple promissam prius, nondum tamen datam, sed tunc dandam amisisse: quia amas me coram ipsis eam tibi confirmo, idest, amittere te non debere, idest iuxta promissum non recepturum esse, quod meum est plenum. &, ne si essent plures insolidum vniuersales thesaurarij, thesaurum diriperent in arcem, diffidendo, soli Petro inter Apostolos singulariter commisit plenitudinem potestatis. vnde dicit Cyrillus patriarcha Alexandrinus in libro thesaurorum, nulli alij quàm Petro Christus, quod suum est plenum: sed ipsi soli dedit. patet per Ambrosiū, vigesimaquarta quæstione quinta. capit. non turbetur nauis, quæ Petrum habet: quia soli Petro fuit dictum, duc in altum, & sic Petrus accepit præeminentiam a Christo singularem in iurisdictione, cū Petro fuit dictum, mitte hamum, vt superius dixi. Et supra illud, Ioānis vltimo capite dixit Iesus, Afferte de piscibus, quos præhendidistis &c. ascendit ergo Simon Petrus, & traxit rete. dicit Gregorius in Homilia, quòd ideo dicitur singulariter ascendere, & rete cum piscibus trahere: quia ipsi a domino ecclesia specialiter est commissa, scilicet ad portum salutis, & ad Christum cum fidelibus trahenda. & ipsi specialiter est dictum, pasce oues meas. Et facit: quia ipsi Petro immediate a Christo fuit data potestas, & dignitas episcopalis, & ab ipso Christo fuit consecratus & factus episcopus. vnde Anacletus Papa, vigesimaprima distinctione. capitu. in nouo. dixit, quòd ipsi Petro primus fuit datus pontificatus in ecclesia, dicente domino, tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo claues regni cœlorum, atque absoluendi potestatem primò accepit a domino. & ratio huius est: quia ipsius Dei perfecta sunt opera: vnde sicut Deus in creatione mundi homines perfectos fecit, ex quibus propagatio naturaliter procedere potuit: sic Dominus Apostolos, quos principes ecclesiæ in creatione fecit, perficere debuit; vt per eos ecclesia propagari possit: sed sine episcopo ecclesia non poterat perficere, à quo sola bona sacrata ecclesiastica
16 possunt administrari. ergo oportuit, †quod Christus Pontifex recedens aliquem loco sui episcopum relinqueret: sed si aliquem fecit vniuersalius, est de Petro, qui præ cœteris dignior fuit: vt pulchrè dixit Chrysost. super illud Lucæ vigesimoquarto, apparuit Simoni Petro primo digniori & fideliori omnibus cœteris, qui in cathalogo Apostolorum semper & vbiq; primus ponitur, Matthei quindecimo, Lucæ sexto, actuum tertio. vnde Augustinus super illud Ioānis decimotertio, venit ergo ad Simonem Petrum. quis enim nesciat ipsum esse primum Apostolorum & beatissimum Petrum? vnde beatum Petrum episcopum fecit, quod patet authoritate scripturæ Ioannis vigesimoprimo, vbi dicit. Pasce oues meas: pasce agnos meos. cui ergo ecclesia cōmittitur, videtur commissum omne illud, quod inducit effectum, executionemque eius, quod commissum est. lege secūda. ff. de iurisdictione omnium iudicum. capit. preterea. capit. suspicionis. de officio delegati. sed pascere gregem Dominicum perfectè non potest quis, nisi sit episcopus: quia agni per sacramentum cōfirmationis pasti fiunt arietes per fidē: sed errantes oues per sacramenta ordinis fiunt spirituales: ergo imponendo sibi pastum gregis, imposuit sibi officium pastorum & episcopi. si quidē ipse sine sacramento rem sacramenti dare potuit p potestatem excellētiæ, quam in sacramētis habuit: vnde solo illo verbo Petrum episcopum fecit. Ex istis infertur necessariò, quòd dum pijssimus Saluater noster Iesus Christus fecit opus pefectissimum, Petrum suum vicegerentē faciendo, ita quod ad ipsum solum spectaret gerere vices Dei in terris & nō ad Apostolos, ita & eodem modo est eligendus Papa solus perfectus, qui possit gerere solus vices Dei viuentis in terris, & non debet eligi homo imperfectus, qui solus nesciat gerere vices Dei in terris, nisi habeat ad faciendum ardua deliberatione dominorum Cardinalium. Et, quòd durissimum mihi esse videtur, quòd vno contradicente non possit Papa agere ardua, maximè cum merita Petri tanta sint, vt ea Papam sanctum faciant, aut videant. cap. non beatum. 40. distinct. ex quo sequitur, ꝙ merita Petri reddunt romanum Pontificem perfectum & capacem ad regendum ecclesiam & gregem Dominicum: esset enim signum magnæ imperfectionis, ꝙ Papa non posset solus ardua facere sine consensu & deliberatione dominorum Cardinalium. ¶ Tertiò præmitto, ꝙ vacante sede papali sacrū collegiū domi. Card. non habet iurisdictionem, nec ptātem,
17 quam Papa vnius exercebat.† hoc decidit tex. valde elegās in c. ne romani. §. irritum. de electio. per quē text. dico cōfundi opinionem Bartoli in d. l. vbi absunt. ff. de tut. & curato. dan. ab his. inquantum voluit, quòd vacante sede Papali appellatur ad collegium Cardinalium, sicut appellaretur ad ipsum Papam, si viueret: quia pro certo malè loquitur: quia mortuo Papa iurisdictio & potestas ipsius Papæ nō remanet apud collegium Cardi. vt ibi est tex. & hoc voluit glo. ibi. vbi glos. ponit differentiam inter collegium Cardinalium, & alia collegia. Et inquantū ipse voluit, ꝙ propter defectum iudicis appellationis appellatur ad decuriones, est dictum verissimū, & probatur in tex. valde sin. in auth. vt nulli iudicū. §. hoc peruenitur. in versi. primatibus ciuitatis. quē text. ad hoc allegauit pro singulari Bald. in l. 2. C. quando fisc. vel priua. & etiam idem Bal. in l. j. ff. de offi. consu. q. 19. & quod voluit idem Bald. in ca. j. in tit. de inuestitura si inter do. & vasal. lis oriatur. Et idem dixit in dicta clemen. ne romani. §. irritum. q̄ voluit, ꝙ cętus Cardinalium non succedit in potestate Papali mortuo Papa: sicut in alijs collegijs, & voluit gloss. in c. vbi periculum. §. ideoque. & ꝓbat ibi tex. Et idem voluit gloss. in c. j. de scisma. libr. 6. in glo. magna, quæ voluit, ꝙ vacante sede Papali non debeant se intromittere domini Cardinales, nisi de prouisione & de his quæ ad prouisionem pertinēt, nisi ex grandi causa & eminenti periculo. & mouetur ad sic dicendum per dictum §. ideoque. ¶ Nec obstat, si dicat, ꝙ minora collegia possunt, ergo multo fortius collegium Cardinalium: quia respondet ob accelerādam prouisionem ecclesiæ, in cuius tardatione immi net periculū, speciale est, quid statui debet. est simile secundùm glo. ibi in c. accusatus. §. sanè. de hæreti. lib. 6. Et dicit etiam ibi glos. ꝙ Cardinalatus est officium. ¶ Ex istis glo. & ex d. §. irritum.
18 sequitur, quòd cętus Cardinalium vacante sede nō potest facere constitutionem: † quia condere constitutionem, est iurisdictionis, vt voluit gloss. in l. j. ff. de iurisdictione omnium iudicum. Innoc. in c. cum accessissent.

accessissent.de constitut. probatur in l.nulli.C.de sentent.& interloc.omnium iudicum. & in c.vt animarũ. de constit.lib.6.& in cap.ecclesia sanctæ Mariæ.de constitu.Bart. in l.omnes populi.ff.de iustitia & iur.ex quo sequitur vnum; quòd si illa quadraginta capitula facta per cetum dominorum Cardinalium sede vacante fuerint facta per modum constitutionis, sunt nulla ex eo: quia condere constitutionem est iurisdictionis. cui ergo non competit iurisdictio, is non potest statuere. licet ergo prohibitio, quæ fit per viam constitutionis, fit fortior:vt voluit Innocentius in capitul. quanto. de consuetu. tamen cetus Cardinalium non potuit facere illa capitula per modum constitutionis, & per consequens sunt nullius efficaciæ.¶ Præmitto etiam,quòd non reperitur introductum de iure diuino, quòd Cardinales eligant Papam: sed est introductum de iure positiuo Romanorum Pontificum,vt in capitu. in nomine domini.23.distin.& 79.dist.per totum. capitu.vbi periculum.de elect.lib.6.& clemen.ne Romani. eod.titu. & cap. licet de euitanda. eodem titul. ¶ Et si quispiam dixerit, quòd immo Cardinalatus est de iure diuino per id,quod habetur Regum.cap.2. vbi dicitur,domini sunt cardines,& super eos posuit orbem. quam authoritatem extendit ad dominos Cardinales Hosti.in cap. ex gestis.de cleri.non residen. & voluit Ioan. de Fantu. in capit.sacrosancta.22.distinct.& quod voluit gloss.in clemen.ne Romani.de electionibus. Respõdeo,quòd (salua semper honorificentia tantorum doctorum) illa authoritas nullum habuit respectum ad Cardinales:sed solùm voluit inferre, quòd Deus esset dominus totius orbis, & disponit de eo, prout sibi videtur. nec est credendum in hoc Hostiensi: quia caro & sanguis sibi reuelauit, & non spiritus, loquitur enim in causa sua, ideo sibi non creditur.l.1.C.ne quis in sua causa. ¶ Et licet Bald.in tractatu scismatis, quem posuit in rubri.C.si quis aliquem testari prohibuerit. appellet cetum Cardinalium senatum diuinum, & textus in dicto capit.in nomine domini. 23. distinctione. appellet illud, gremium ecclesiæ: tamen non fuit introductus de iure diuino, sed de iure Romanorum Pontificum. & licet Cardinales dicantur esse membra ipsius Papæ: vt notatur in capitul.fœlicis.de pœnis. libro sexto, vbi per Archidiaconum & Ioannem Andream, & nota. in capitulo primo de officio legati. libro sexto.vbi per Ioannem modernum.in capitu.j.de scism.libro sexto. & ideo dixit Ioannes de Lignano in capitu. 2. de clericis non residentibus. quòd Cardinales dicuntur esse pars corporis Papæ.Et dixit Hostien.in capitu. antiqua. de priuilegijs. quòd licet episcopi iurent fidelitatem Papę,vt in capit.ego N.de iureiurando.tamen Cardinales non iurant fidelitatem Papæ, tanquàm inuisceratì & pars corporis ipsius Papæ: tñ ego dico, ꝙ ista sunt vera: sed non ex dispositione iuris diuini veteris, aut noui testamenti, sed ex dispositione iuris positiui Romanorum Pontificum. ¶ Vltimò nota quòd Papa solus potest explicare ardua, & per consequens non tenetur adhibere consilium dominorũ Cardinalium & super hoc erit difficultas. ¶ Et etiam est aduertendum, quòd in dicta promissione, & in dictis capitulis dicitur, quòd Papa futurus nõ possit aliquo modo venire contra prædicta, vel si velit venire, non possit quoquo modo sine consensu omnium Cardinalium, adeo quòd vno contradicente prædicta non possit facere summus Pontifex, & sic ponderanda est illa clausula,quòd si vnus ex Cardinalibus contradicat, Papa non possit facere, nec venire contra prædicta capitula, quæ clausula iudicio meo videtur reddere hanc consultationem claram & indubitabilem & sine nodo aliquo. Quod autem Papa habeat solus iurisdictionem in vniuerso,adduco glossam singularem in clementin. prima.de hæreticis,quæ voluit, quòd Papa sit summus: & solus omnia possit: voluit enim, quòd ista ecclesia militans sit fundata ad instar ecclesiæ triumphantis, vt scribitur in Apocalypsi. vidi Hierusalem sanctam descendentem de cœlo.& quod habetur Exod. capite vigesimoquinto.vbi fuit dictum Moysi. quod omnia faceret ad exemplum demonstratum sibi. & quod scribitur apud Boetium in tertio libro de consolatione philosophica. dum dicit. Mundum mente gerens, similique ab imagine formans, &c. sed in illa ecclesia triumphante vnus est summus princeps, cui omnia obediunt,omnia parent, solus omnia administrat. ergo idem erit in ista ecclesia militante, vt vnus sit summus princeps cui omnia pareant, qui omnia obediant, qui omnia solus administret. Et facit, quod voluit Matthæus in dicta clementina ne Romani. vbi dicit, quòd Papa habet iurisdictionem generalem in omnes prælatos mundi, & eorum subditos. capitulo finali, de foro competenti. capitulo antiqua,de priuilegiis, & Speculator de legatis.§.4.& illam habet ex plenitudine potestatis,vt in clementina prima, vt lit. pendente.in versiculo, Romanus Pontifex propter authoritatis prærogatiuam, & in versiculo salua tamen in præmissis omnibus Romani Pontificis potestate,ad quem ecclesiarum,personatuum, dignitatum, aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum plena & libera dispositio ex suæ plenitudine potestatis noscitur pertinere. vbi est casus melior, qui reperiatur in iure, quòd Papa solus habeat liberam & plenam potestatem administrandi. Et est diligenter ponderandus ille textus, qui non loquitur de ecclesia Romana, quo casu diceret quispiam, quòd venirent Cardinales, quod non est dicendum: quia appellatione Romani Pontificis excluduntur Cardinales. & de hac plenitudine potestatis Papæ facit capitulum proposuit. de concessionibus præbendæ.capit.innotuit. de electionibus, & capit. per venerabilem, qui filij sint legitimi. ¶ Et est bene ponderandum: quia textus dictæ clementinæ primæ vtitur illa geminatione verborum: quia dicit, plena,& libera. simile dicit textus in capitu. eam te. de rescriptis. in versic. mandatum dedimus, & pręceptum. Simile dicit textus in clementina prima, de pęn. in versicu. sufficienter & idoneè. Simile dixit Baldus in authentic. sed cum testator. C. ad legem Falcidiam. quando testator dixit, tota & integra, & refert dominus Cardinalis in pręallegato loco dominum suum Ioannem de Lignano dicere, quòd Papa habet quandam potestatem generalissimam,quæ fuit translata à Christo in Petrum & successores.vigesimaprima distinctione.capitulo in nouo. & capitulo primo de translat. episcoporum. & secundùm hanc est dominus orbis in spiritualibus & temporalibus.nona quæstione tertia.capitulo,per principalem. & capitulo, cuncta per mundum. & facit ratio viua & indubitata, quòd in habentibus ordinem in vniuerso impossibile est esse duo æquè perfecta. ergo sequitur, quòd Papa erit ille: quia multitudo principatuum mala. Aristoteles duodecimo metaphysicæ vnus ergo sit princeps. ergo sicut Deus regit ecclesiam triumphantem solus, ita Papa regit ecclesiam militantem solus. ergo non est necessaria deliberatio si consilium Cardinalium: quia ergo Papa est cœlestis, rectè posset adduci illud Virgilianum. Igneus est illis vigor, & cœlestis origo. in sexto Eneidos. & illud, quod voluit in sexta egloga, in bucolicis. Iam noua progenies cęlo demittitur alto. & etiam tex. dicto capitulo nouit. dicit, ꝙ potestas Papæ est ex alto. iuxta illud, quod habetur Marci ad finem, donec, inquit virtute induemini ex alto, & per consequens huiusmodi potestas non fuit a Deo data Cardinalibus: sed fuit data soli Petro & eius successoribus, & per consequens Papa solus regit ecclesiam sine deliberatione & consilio Cardinalium. Secundo adduco text.in ca.alius.15.q.4. in ver-

in versiculo Romanus Pontifex Zacharias, vbi Papa solus: quia ibi non dicitur cum consilio fratrum, priuauit regno regem Franciæ, & in locum eius constituit Pipinum. Ecce qualiter istud est arduum, & connumeratur inter ardua priuare tam excelsum regem tam maximo regno, & tamen solus fecit, ergo Papa fecit ardua solus. Et adduco Bald. in dicta lege rescripta. C. de precibus imperatori offeren. vbi dixit, quòd solus Pa-
19 pa priuat & deponit imperatorem. ¶ † Et si dicatur, quòd congregatum fuit concilium ad eius priuationem, respondeo, quòd fuit de honestate non de necessitate. & facit ratio inconuincibilis. Papa vtitur vice Iesu Christi. ita dicit textus in dicto capitulo, ad apostolicæ. §. nos itaque. sed pijssimus dominus noster Iesus Christus solus gubernauit ecclesiam suam, & non requisiuit consilium Apostolorum suorum immo paruipendit: vt apparet quando dixit Petro, abi Sathanas: quia non sentis, quæ Dei sunt: sed quæ hominis sunt. ergo sequitur, quod eodem modo Papa gubernat suam ecclesiam. ¶ Præterea facit, si de quo minus videtur inesse, & tamen inest, ergo & de quo magis, authentica multo magis. C. de sacrosanctis ecclesijs. capit. cum in cunctis. de elect. cum similibus. sed minus videtur inesse, quòd imperator non possit facere ardua si-
20 ne consilio suorum procerum ex eo: † quia minor est ipso Papa, vt volunt omnes scribentes in dicto capitulo nouit. vbi per Ioannem de Lignano, dominus Cardinal. domin. Anton. & domin. Abbas vbi etiam ego pro paruitate mea dixi. idem voluit domin. Cardinal. & capitul. per venerabilem. de electione, & in dicto capitulo per venerabilem. qui filij sunt legitimi. & domin. Anton. in capitulo translato. de constitution. Et tamen solus administrat imperium, nec astringitur petere consilium alicuius, ergo sequitur, quòd multo fortius Papa non compellitur requirere & sequi deliberationem Cardinalium. ¶ Præterea adduco text. qui formaliter decidit hanc dubitationem. in capitu. fundamenta. §. decet. de electione. libr. sexto. in versicul. decet Romano Pontifici præuenire consilia per fratres suos Cardinales in quibuscunque contigerit eorum consilia peti. vbi textus apponit gladium ad radicem huius dubitationis, ideo rectè dici posset, illud, quod habetur Matthæi. 3. posita, inquit, est securis ad arborem: ita dicebat ille præcursus domini sanctissimus Ioannes baptista. ideo disponit textus, quòd tunc Cardinales consulunt Papæ, quando contingenter petit eorum consilia. Et sic ponitur in potestate Papæ & voluntate, si velit petere consilia. ergo si non petat, valet, quod gerit Papa, ergo est ibi casus formalis, quòd Papa non tenetur petere, nec sequi consilia dominorum Cardinalium. Et licet ille text. & alia iura appellent Cardinales fratres illud ideo est, quòd Papa ita eos appellat propter episcopos Cardinales, & facit ex quadam benignitate apostolica: vnde non possent Cardinales appellare Papam fratrem nostrum, & adduco glossam in capi. esto subiectus. 95. distinctio. quæ dicit, quòd episcopus appellat suos sacerdotes fratres; sed caueant presbyteri, ne appellent eorum episcopum fratrem. ¶ Præterea arguo sic: Potestas Cardinalium est & dependet a Papa, ita dixit Archidiaconus in capitu. vbi periculum. de electio. libro sexto. Et ideo pulchrè dixit Balddus, quòd præclarior est Cardinalis, qui stat in curia Papæ, quàm
21 Cardinalis, qui est absens a curia Papæ, † ex eo quia illustratur & decoratur ex radijs & splẽdore ipsius Papæ, quod non contingit in eo Cardinale, qui est absens a curia. Et mouetur ad sic dicendum ex textu ad hoc mirabili in l. prima. C. de præposi. labo. lib. 12. in versicu. quos lateris nostri decus illustrat. Licet. n. omnis ordo recipiat splendorem a principe: non tamen æqualiter: quia maiorem splendorem recipiunt Cardinales a Papa in præsentia, quàm illi, qui sunt absentes. ita dixit Baldus in rubrica. ff. de offic. proconsulis & lega. Et facit simile, quod dixit Angelus Gabriel Zachariæ Prophetæ apud altare: Ego inquit, sum Gabriel, qui sto ante Deum: sed ille, qui habet potestatem & dignitatem a principe, non potest illa vti contra ipsum principem: vnde dicebat Isaias. cap. quadragesimo. nunquid gloriabitur securis contra dominum secantem. cap. inferior. 21. distinct. capitulo cum inferior. de maior. & obediẽ. l. ille a quo. §. tempestiuum. ff. ad Trebellianum. Ideo dicimus, quòd episcopi non possunt facere constitutionem contra ius commune ipsius Papæ: quia illã iurisdictionem & ptãtem, quam habent, recipiunt a Papa, ita no. in ca. fi. de offic. Archidiac. & in c. non solum. de appella. ideo dicimus, ꝙ miles, aut doctor non tenetur vocare vxorem suam dominam. facit, quod habetur in l. post mortem. §. fi. ff. de contratabul. ex quo sequitur necessariò, ꝙ domi. Cardin. non potuerunt vti sua potestate & sua iurisdictione, si quam habent, contra ipsum Papam: quia illam recipiunt ab ipso Papa: vnde Christus gloriosus conquerebatur, quòd ille, qui mãducabat panem suum, leuaret calcaneum cõtra ipsum Iesum, quo ergo colore, aut quo vigore poterunt domini Cardinales imponere iugum & seruitutem Papę? vt non possit exercere ea, quæ sunt de iurisdictione ipsius Papæ sine eis, adeo quòd vno contradicente, factum a Papa & Cardinalibus esset nullius efficaciæ. ¶ Et est diligenter ponderandus ille text. dicto capitul. fundamenta. §. decet. quia dicit, in quibuscunque, vnde claudit os volentibus dicere, quòd ille text. debeat restringi: vt non comprehendat ardua, quæ requirunt exactam & exquisitam solennitatem: quia ad hoc respondeo, quòd illud verbum, quibuscunque tollit contrarium: quia Innocen. comprehendit ardua, vt in lege a procuratore. C. mandati. capit. solitæ, de maio. & obedient. cap. vt circa. de priuil. cum simili. & maxime: quia ille text. addit aliud verbum vniuersale: quia dicit, in omnibus, qui pro tempore imminent, liberè consulant. & sic sunt geminata illa verba, quibuscunque, & omnibus, quę reddunt dispositionem efficaciorem. iuxta ꝙ dicimus omnia, & singula, vt est gloss. sing. in dicto capitulo vbi periculum. de elect. libr. 6. quia verba geminata videntur prolata cum maiori deliberatione, vt dicit text. & in capitu. & si Christus. de iureiurand. & ideo dixit Bald. in capitu. fina. de officio leg. ꝙ si geminentur ista verba, tu, tu, & actus non requirat industriam personę, ꝙ illa geminatio inducit industriam personæ, sequitur dominus Cardinal. ibi. faciat. l. Balista. in versiculo, quantacunque. ff. ad Trebell. Et adduco gloss. valde singu. in clemen. j. de iudicijs. in versic. quibuscunque personis, & glos. ibi, dicit ꝙ includitur quælibet persona cuiuscunque sit status & dignitatis, ecclesiasticæ vel mundanæ, etiam si imperiali perfulgeat dignitate. Ecce nũc qualiter illa verba, quibuscunque, comprehendunt ardua, quòd est mirabile in quæstione ista. Et faciũt, quod voluit Angelus in l. quòd si nolit. §. si quid ita. ff. de ædil. edict. facit text. in clementin. dudum. in §. huiusmodi. versicu. verum. ibi, quibuscunque. de sepult. & textus in clementin. prima, in versicu. quibuscunque. de sentent. excom. & quod voluit gl. in cle. j. de re iud. & per consequens non restringitur tex. d. §. decet. Ideo comprehendit ardua & non ardua, pro certo ille text. apponit gladium ad hanc dubitationem, & per consequens non potuit imponi iugum Papæ a Cardinalibus: vt illud, quod est voluntarium, sit necessitatis. ¶ Præterea accedat ad prædicta. l. humanum. C. de legibus, vbi dicitur, quòd si negocium contingat coram imperatore emergere, vel in causa publica, vel priuata, humanum esse videtur, ꝙ proferatur causa coram proceribus & senatoribus. & cum omnes cõsenserint, tradatur notario scribenda: & tunc illa sit seruanda vt lex. & ibi Bart. Bald. & communiter alij doctores dicunt, ꝙ illa lex loquitur

quitur de honestate & non de necessitate, ꝙ manifeste probat ille text. dum dicit humanum. & l. humanitatis. C. de impub. & aliis substit. & l. humanitatis. C. de excusatione tutorum. Et sic est ibi casus, ꝙ qñ fit lex generalis, Imperator facit illam de cõsilio senatorum & procerum de honestate, non de necessitate. Et ex hoc datur intellectus ad auth. habita. C. ne filius pro pa. inquantum dicit, habita deliberatione abbatum, ducum, procerum &c. quia processit de honestate, non de necessitate. Et hic arguo formaliter hoc modo, subrogatũ sapit nãm eius, in cuius locum subrogatur. c. ecclesia. vt lite pend. l. eũ qui. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. cum simi. Sed domini Cardinales successerunt in locum senatorum, vt d. c. ecclesia Senarum habet. 16. q. j. & in cap. Constantinus. 96. distin. sed Imperator de vrbanitate adhibet consilium senatorum, & nõ de necessitate, quando condit legem generalem. ergo sequitur, ꝙ eodem modo Papa, & multo fortius de honestate adhibet consilium Cardinalium, quando facit ardua, & per consequens non potuerunt facere Cardinales: vt futurus Papa illaquearetur periurio, & fractione voti, si non sequatur eorum consilia. ¶ Praeterea facit l. fi. C. de legibus. vbi Imperator facit, & potest facere legem in causa mere sua, & sic est argumentum, ꝙ facit legem sine congregatione senatorum & procerum, de quibus loquitur dicta lex humanum. Et multo fortius Papa poterit facere ardua sine consilio cardinalium. ¶ Preterea accedat ad prędicta glossa ordinaria in d. c. fundamenta. §. decet. in versi. contigerit. quae dicit, quod Papa non cogitur petere consilium cardi. Et clarum est, ꝙ nemo est qui nesciat, quanta sit gl. authoritas, vnde dixit Baldus. in l. haereditas. C. depositi. quod authoritas glossae omnes alios antecellit, & voluit Iacobus Butrigarius in l. 1. C. qui pro sua iurisdictione. & ideo dixit idem Baldus in suo peculio, referens Cynum in l. non moriturum. C. de contrahenda & committenda stipulatione, audi Idolum tuum. idest gl. & sic Idolum aduocatorum est glossa, & pulchrae dicebat Salyce. in l. traditionibus. C. de pactis. idem vt dixit glossa singularis in lege omnes diffinitio. ff. de regu. iur. & ideo dixit idem Saly. in l. 2. C. de sententiis quę sine certa quantitate: ꝙ ille qui nescit equitare, teneat se ad arzonem, ita dicit, ꝙ iudicantes debent se tenere ad opinionem glossę, & pulchrè dixit Baldus in l. fi. §. necessitate. C. de bonis q̃ liberis. adhaereas, inquit, vehiculo veritatis, idest glos. & in perpetuũ non errabis. Et idem dixit Bald. in l. precibus. C. de impuberum & aliis substitutionibus. & in auth. cessante. C. de legitimis haeredibus. idẽ dixit in l. 1. ff. de vulgari & pupil. idem voluit in c. 1. de natura successioni feudorum. & in ca. j. de gradibus successorum in feudo. & in c. ne innitaris prudentiae. de const. & idem voluit Ang. in l. 2. ff. de accusat. Et ideo multũ pulchrè dixit Barto. in suis consiliis consi. 5. incipiente, Andriolus. sequere inquit glo. ordin. quae melius prae caeteris intellexit, & sic apparet, quòd glo. maxima est in iudicando, & consulendo authoritas. Si nõ tenetur Papa petere cõsilia Cardinalium, ergo illa non tenetur sequi, & per consequens contra potestatem Petri, & contra honorem illius diuinae Sedis esse videtur, ꝙ cogatur Papa per iuramentum & votum ad non faciẽdum Cardinales, & ad alia, quę Sedes facere potest ex lege Christi, qui plenitudinẽ potestatis illi sedi apostolicae contulit. Et indubitanter glosf. illa reddit sopitam hanc haesitationem. ¶ Praeterea facit, quod voluit practicus, & solennis doctor Albericus de Rosate in rub. C. de legi. vbi dixit, quòd Papa potest condere legẽ sine Cardinalibus, propter quod reprehendit Laurentium dicentem, quòd non possit condere legem generalem sine Cardinalibus per d. l. humanum. C. de legib. & dicit, ꝙ communis opin. est contra Laurentium, & de facto ita seruatur secundùm eum, ꝙ Papa faciat legem generalem sine Cardinalibus, & alle. ea, quę no. Archidiaconus in c. quae ad perpetuam. & in ca. sunt qui. 25. q. j. & in capitu. quamuis. de officio ordinarii. lib. 6. Et subdit ibidem praefatus Albericus, ꝙ illa clausula de fratrum nostrorum consilio magis emanauit de honestate, quam de necessitate. & reprehendit Io. mo. dicentem contrarium. Et idem voluit idem Alberic. in d. l. humanum. Sed clarum est, ꝙ condere legem generalẽ connumeratur inter ardua, vt d. l. humanũ. & d. auth. habita. C. ne filius pro parte. ergo sequit, ꝙ poterit Papa facere ardua sine consilio Cardinalium. Et adduco, quod voluit do. Dominicus in d. c. super eo. de hered. lib. 6. vbi dicit cõem opinionem doctorum esse; vt Papa possit explicare ardua sine cõsilio Cardinalium. Et mouetur: quia Papa est supra cõcilium, vt no. in d. c. significasti. de elect. & in c. proposuisti. de concel. praebẽ. refert ita tenere Hug. 4. dist. leges. Et ad dictum Ioã. mo. respondet non esse sibi credendum: quia cum esset Cardinalis, conabatur defendere partẽ suam & dicit hanc eandem rationem ponere ipsummet Ioan. mo. in extrauagan. Bonifacii octaui, quae incipit, excommunicamus. vbi voluit defendere, ꝙ appellatione clericorum nõ veniunt Cardinales. & tamen ad vltimum dicit non esse credendum in hoc: quia loquitur in causa propria. l. j. C. ne quis in sua causa. Et idem etiam voluit idem Dominicus in c. j. de scisma. lib. 6. vbi dicit istam fore communem opinionem pro Roma. Pontifice. ¶ Et est diligenter põderandum hoc quod dixit Albericus hanc esse communem opinionem. & ita etiã voluit Dominicus, quo casu communis opinio est tenenda: quia presumitur verior, vt in l. j. in versic. crebior apud veteres opi. ff. de off. quaesto. & in l. j. ff. de senato. & in l. Athletas. §. j. ff. de his q no. inf. & in l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquiliam. & in c. in canonicis. 19. distin. & in c. de quibus. 20. distin. & in §. quidam. de poeni. dist. j. Inno. in c. ne innitaris. de consti. gl. in c. 1. de postu. praela. lib. 6. Hostiensis. in c. capellanus. de fer. Ioan. Andre. in c. 1. de constitu. Bart. in l. fina. C. de poena iudic. & Bald. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offic. proconsul. & in l. 1. ff. de senato. & facit illud Catonis, Iudicium populi nunquam contempseris vnus, & per consequens seruanda est communis opinio tãquam verior. Et hanc partem tenuit solennis doctor Ioan. de Ligna. in c. 2. de clerici. non residen. & et illã sequitur Do. & consiculus meus Ab. in d. c. 2. & dicit ibi Io. de Lign. ꝙ ista opinio est verior in pũcto iuris. Et accedat ad praedicta tex. in c. 2. 22. dist. in ver. qui beatae eterne vite clanigero terreni simul & coelestis Imperij iura commisit & Matthaei. 16. ca. Si ergo Petro fuit data potestas terreni & coelestis Imperii: ergo sequitur, ꝙ sine Cardinalibus potest illã exercere alias non fuisset data sibi potestas, & per consequens poterit, exprimere ardua sine consilio Cardinalium. ¶ Praeterea facit, Petro fuit data potestas ligandi & soluendi, vt in ca. qudcunque. 24. q. 1. sed non potest Papa commodè ligare & absoluere, nisi discernat causam a causa, & leprã a lepra: ergo sequitur, quòd in consequentiam fuit data potestas discernendi & declarandi. ergo non requiritur consilium Cardinalium: quia si Papa habet ligare & soluere: ipse habet discernere absoluendum, vel ligandum. Et ideo dixit Inno. in cap. 1. de constitu. ꝙ conditori canonis est subdita omnis creatura, quod dictum non esset verum, si in rebus ecclesiasticis peragẽdis Papa teneretur adhibere cõsiliũ dñorum

rum cardinalium. ¶ Præterea facit ad prædicta tex valde elegans.11.q.1.c.saluo in omnibus Romanæ ecclesiæ priuilegio nullus metropolitanus absq; cæterorum omnium prouincialium episcoporum cõsilio instantiam aliquarũ audiat causarum, vbi est tex.formalis ab initio seculi decidens istam quæstionem: vult enim, ꝙ sedes papalis est priuilegiata in hoc, quod licet metropolitanus non possit decidere causas sine consilio episcoporum prouinciæ: tñ papa solus potest.ergo sequitur, ꝙ sine consilio cardinalium poterit papa decidere ardua. ¶ Præterea facit, maior est potestas concilij vniuersalis, quàm ipsorum dominorum cardinalium, arg.c.legimus.93.dis.sed papa solus potest explicare ardua sine cõsilio vniuersali, vt decidit tex.formalis.in c.cuncta ꝑ mundũ.9.q.3.in ver.apostolica Sedes sine vlla synodo.&c.ergo sequitur, ꝙ multo fortius poterit explicare ardua sine consilio do.Cardinalium. ¶ Præterea adduco elegantem tex.in c.ipso.9.q.3.vbi dicit, ꝙ episcopus non debuit iudicare subditos sine consil. sola enim ecclesia Romana sua authoritate valet iudicare. vbi videtur casus pro hac dubitatione sic inducendo. si episcopus non potest iudicare sine cõsilio sui capituli, iuxta ea, quæ habentur in c.qualiter.el 2.in versi.cum ecclesiæ se iuribus.de accu.sed sola ecclesia Romana sua authoritate potest iudicare sine consilio.sequitur ergo necessario, quod intelligitur sine cõsilio cardinalium ex eo: quia collegiũ dominorum cardinalium dicitur esse capitulum ecclesię Romanæ: vt in d.ca.ecclesia senatum habet.36.q.1.& voluit Bal.in d.l.cum multa.C.de bon.quę libe. vnde cum tex.ibi dicit, ꝙ episcopus non potest iudicare sine consilio sui capituli: sed postea facit exceptionem de ecclesia Romana,& clarum est, ꝙ exceptio fit à regula.l.in his,ff.de legibus.l.j.ff.de regul.iuris.cum similibus. ex quo sequitur, ꝙ ecclesia Romana iudicat, & sic facit ardua sine consilio sui capituli,& huiusmodi est collegium Cardinalium: ergo cum exceptio fiat a regula, vt l.nam quod liqdæ.ff.de penu.leg.& in c.in nostra.de sepu.sequitur, ꝙ Papa solus sine suo capitulo potest iudicare & ardua facere sine collegio cardinalium. Et ex hoc tollitur, quod posset opponi, videlicet ꝙ appellatione ecclesiæ Romanæ venit Papa & cardinales: qa sunt membra Papæ,& faciunt vnum corpus cũ ipso Papa: quia ego fateor, ꝙ sunt membra Papæ hoc modo: quia ex quo assistunt lateri Papæ, dicuntur esse membra Papæ: vt in simili habetur in l.quisquis.C.ad legem Iul.maiest.sed non sunt proprie ita membrum, vt in homine: quia caput esset nihil, si non haberet membra,& sequeretur vnum inconueniens, ꝙ Christus fuit diminutus: quia cõstituit Petrũ suũ vicarium sine cetu cardinalium, vel sine cetu, hoc est sine membris, ꝙ non est dicendum. & ideo cum ibi textus dicat, ꝙ episcopus debet adhibere consilium sui capituli: sed sola ecclesia Romana sua authoritate iudicat, sequitur, ꝙ exclusit cõsiliũ Cardinalium, vt exceptio fiat a regula, & sic non dñr proprie membra,& dñr membra quoad fauorem ipsorum cardinalium: vt si aliquis offendat cardinalẽ, dicatur offendisse mẽbrum Papæ ad hoc, vt puniatur offendens acrius: sicut qui offenderet membrũ Christi sui: sed habito respectu ad ipsum Papam & ad preiuddicium ipsius Papæ non dñr esse mẽbra ipsius Papæ ex eo: quia caput nõ põt hře esse & suã subsistentiam sine suis membris: sed successor Petri potest esse sine Cardinalibus, vt iam fuit olim, anteq̃ essent creati Cardinales: vt fuit dictum superius, & sic quoad præiudicium ipsius Papę non dñr mẽbra, nam, vt essent mẽbra, fuit introductum ex iure Romanorum Pontificũ,& non ex iure diuino: ergo illo priuilegio, vt sint membra Papæ, nõ possint vti Cardinales contra ipsum Papam per ea, quæ dixi superius,& quod in simili habetur in vxore effecta domina ex radijs maritalibus, vt non teneatur maritus illam vocare dominam: vt dixi superius. Et credo dicere veritatem, & ex hoc confunduntur multa dicta. maximè cum dixit Hostiensis, ꝙ Cardinales nõ tenentur intrare fidelitatẽ ipsius Papæ: ex quo sunt membra ipsius Papæ: quia immo tanti doctoris salua semper honorificentia, ipsi non possunt appellare se membra Papæ quoad præiudicium ipsius Papæ: vt dixi, quia non debent vti priuilegio cõtra Papam a quo illud habuerunt,& sic ita inducendo habetur casus formalis pro ista quæstione in d.c. ipso. ¶ Et si quispiam dixerit mihi, amice tute ipsum percutis cum ligone tuo: nam in tractatu a te edito circa præstantiam Cardinalium tenuisti aperto ore, ꝙ Cardinalatus est de iure diuino, & ꝙ Papa non potest explicare sine consilio dominorum Cardinaliũ ardua de iure diuino, & sic secutus fuisti contrariã opinionem, nunc tenes contrarium, ergo non bene: quia allegans contraria nõ est audiendus.l.1.C.de furtis.cum similibus.ideo erubescenda est hic variatio, istud est, quod mihi posset opponi. fateor plane, quòd ita tenuerim in dicto tractatu Cardinaliũ circa principium: sed sunt anni sexdecim iam elapsi quibus illum tractatum incepi, nã si lex adaptatur tempori, vt c.non debet.de consanguini.& affini.& 3.du.in.§.erit autem lex. quãto fortius adaptabitur tempori opin.doctoris: quia ex longiori studio homo efficitur perfectior, vt pulchrè dicebat Hieronymus in prologo Bibliæ. Scribimus indocti, doctique poemata passim. nam propter diuersa fantasmata quotidie in nobis generantur diuersæ intellectiones: quia intelligere nostrum aut est fantasma, aut non est sine fantasmate, vt dixit in tertio de aĩa philosophorum facile princeps Aristoteles, & facit.l.diui fratres.de iure patr. ideo non improbatur
22 mutatio consilii in melius † l.non vnquam.ff.de cõd. Et ideo ꝓpheta gloriosus dicebat. Iunior fui, & senui, & ille gentium supremus prædicator dicebat. Cum eram paruulus, loquebar vt paruulus: cogitabam & paruulus, sapiebam vt paruulus: sed postq̃ factus sum vir, euacuaui ea, quæ sunt paruuli. voluit Io.And.in proœmio sexti. Et facit gl. in l. de tutela. C.de in integ.restit.& quod ibi voluit Bald. & maximè qñ mouetur quis ad dicendum contrarium eius, quod alias dixit, melioribus rationibus & subtilioribus motiuis: quia illa opinio est tenenda, quæ melioribus rationibus & subtilioribus motiuis mouetur, vt in c.capellanus.de feriis.ideo non est admiratione dignum, si nunc teneam contrarium eius, quod alias tenui. ¶ Item alius est consulere.vel iudicare,& aliud est asserere aliquid legendo, vel disputando: vnde videmus plurimos non leuis authoritatis doctores vnum tenuisse legendo, sed cõsulendo & iudicando tenuisse contrarium. Item ista est communis opinio, vt voluit Albericus & Dominicus in locis allega.iudicando & consulendo, & sic sequenda est communis opinio: non ergo est admiratione dignum, si vnum tenui in lectura, sed contrarium tenui in consulendo. ¶ Et ex istis stat vera conclusio, ꝙ Romanus Pontifex ex vi & natura suæ supremæ dignitatis potest explicare ardua negocia sine consilio cardinalium, ergo astringere Papam voto, aut iuramento, aut promissione, vt non explicet ardua sine consilio Card. est derogare potestati & dignita-
23 ti illius supremæ Sedis. ¶ † Præterea est ponderandum: quia in dicto pũcto dicitur, adeo quòd vno ꝓ dicente, prędicta non possit facere, propter qđ redditur clara ista cõsultatio: quia nõ solùm voluerũt

Card.

Card. ꝙ Papa non faceret illa reseruata in capitulis nisi de consensu omnium Car. sed ꝙ etiam vno ꝯdicente ex Car. non possit Papa, etiam si interueniat consensus omnium Card. Pro certo istud est durissimum auditu, & dictu: vnde posito, non tñ concesso, ꝙ Papa nõ posset facere ardua sine consilio omnium Car. tamen si interueniret consensus maioris partis, bene dicetur fore satisfactum iuri: quia satis dicitur factum ab omnibus de capitulo, qñ aliquid est factum a maiori parte capituli, vel. quod maior. ff. ad municip. Et dixit gl. valde peregrina in c. non potest. de reg. iu. ꝙ sñia epõrum dr̃ esse concors, qñ maior pars epõrum concordat, ar. d. l. quod maior. 65. dist. c. Et dixit do. Card. in d. c. non potest, ꝙ factũ a maiori parte capituli dr̃ factũ in cõcordia: aliter tñ loquitur, sed And. & Pet. de Anch. ibi sequuntur gl. illam & adduco gl. in c. 1. de maio. & obe. quæ dicit, ꝙ illud dr̃ concorditer & in vnitate fieri, quod fit a maiori parte capituli, ꝙ est no. ſm Andr. ibi ad q. statuti, & allegat gl. in d. ca. vbi periculũ. & in c. indemnitatibus. §. deniq;. de ele. lib. 6. Et illud dr̃ fieri cõcorditer, quod fit a maiori parte capituli. & facit tex. & gl. in c. in singulis. de statu monac. Et facit gl. quæ reputatur sing. in d. c. vbi periculũ. §. ideoq;. q̃ dicit, ꝙ tũc dr̃ cõcorditer fieri illud, quod fit a maiori parte capituli, qñ simpliciter a iure dr̃ actũ debere fieri concorditer: sed qñ dr̃, ꝙ oẽs & singuli cõcorditer hoc faciãt, requirit, ꝙ fiat nemine discrepãte. posito ergo, non tñ concesso, ꝙ ita sit, ꝙ de iure dẽat Papa adhibere consilium. Car. tñ sufficit, ꝙ maior pars consulat vnum: quia Papa tenetur adhibere illud consiliũ, quod vr̃ præstitum ab oĩbus Card. sed qñ dr̃, ꝙ vno ꝯdicente nõ possit aliquid arduum facere papa, istud est ꝯ oẽm iuris censurã: vt in præfatis iuribus. Et ẽt est cõsiderandũ: quia doct. ponũt quæstionem, vtrum papa teneatur deliberare cum consilio fratrum, sed non dicunt cũ consensu: quia aliud est consentire, aliud cõsulere, vt no. plenè per Bar. in l. 1. §. si plures. ff. de exercito. ex primo enim magis deprimitur potestas Petri, & derogatur honori suo. ¶ Et arguo sic. Cardinales sunt subiecti papę: sunt enim subiectæ omnes nationes. 9. q. 3. c. cũcta ꝑ mundum. sed inferior non põt apponere onus eius futuro dño, ꝓp qđ grauaret̃ ex eo libera ptãs, ita decidit. 8. q. 3. c. Artaldus. & no. in c. significasti. de ele. & ĩ summa, aliàs c. qđ aũt. 4. q. 3. & in l. 1. §. quæ onerandę. ff. quarũ rer. actio nõ detur. & hãc rõnẽ facit solennis doctor do. Pe. de Anch. in suis cõsiliis, cõsi. 249. quod incipit. In auxiliũ veritatis & iustitiæ. vbi egregiè consuluit in facto Gregorii duodecimi allegati superius, vbi consuluit, vtrum potuerint dom. Cardi. onerare eligendum in papam futurum, ꝙ renuntiaret papatum, qñ Benedictus cederet & renũtiaret. & format hanc rationem ꝙ nõ potuerint cardinales imponere onus futuro domino, ne vtat̃ sua libera potestate. Et ad casum dicti Gregorii concludit, ꝙ aut loquimur in vnico & indubitato papa, & tunc non potest imponi onus, vt nõ vtatur sua libera potestate. & mouetur: quia eius potestas dependet a Deo, allegat c. ad apostolicæ. de re iu. li. 6. vt in eius electione non possit pactionibus coarctari, vel onerari. secus dicit, qñ est contentio de papatu: q̃a tunc bene potest imponi onus cedendi & renuntiãdi, & refert se dixisse ita in tractatu scismatis, quem tunc tpis ipse composuit. ¶ Cũ ergo in casu non est contentio de papatu, sed vnicus & indubitatus est papa. ergo sequitur, ꝙ non potuit per dños Cardinales imponi onus, ꝓp quod futurus Pontifex non posset vti libera potestate papali, quę est sibi cõcessa liberè ab ipso Deo. ¶ Et est bene ponderãdum hoc dictum do. Petri: quia videtur in terminis decidere istam dubitationem: quia cum Gregorius in casu illo astrinxerit se promissione, voto, & iuramento çedere & renunciare papatum, si & qñ Benedictus cedet vel renuntiabit. & decidit, ꝙ ideo fuit obligatus promissione, voto, & iuramento: quia non erat vnicus & indubitatus papa, sed erat cõtẽtio de papatu. sed si non fuisset cõtentio: tunc nec voto, nec iuro, nec promissione obligaretur ad onus, quo nõ posset vti libera potestate papali, & sic in indubitato do. Pet. decidit hanc dubitationem. Et etiam facit illud, quod voluit idem do. Petr. in c. accessorium. de reg. iur. lib. 6. in 6. q. vbi dicit, ꝙ dicta obligatio facta per Gregorium redditur nulla & inutilis: quia non est dare iudicem, qui de ea possit cognoscere. nam postq̃ quis est assumptus in papam, oẽs alios iudicat, & ipse a nemine iudicatur. hinc dr̃, nemo iudicat primam sedẽ, & nemo potest sibi dicere, cur ita facis. 9. q. 3. c. cuncta per mundum. c. nemo. & c. alio-
24 rum. nec potest dici, ꝙ subsit concilio generali, † vt ab eo possit condemnari; quia non subest concilio generali, nisi in casu hæresis, ut in c. si papa. 40. dist. Dicit etiã, ꝙ electores non pñt eorũ dño futuro imponere onera, ꝓp quæ grauetur eius libera ptãs, vt est dictum. Et dicit, ꝙ prædicta procedunt in vnico & indubitato papa, in cuius promotione contentio de cedendo, vel alia non possint apponi, nec post assumptionem ad papatum: sed cum duo contendũt de papatu, & ꝓp talem cõtentionem vniuersalis ecclesia est scissa in duas partes, vt propter dictam dubitationem durauit scisma & scissura in ecclesia iã 30. annis, vr̃ proculdubio dictam ordinationem super scissione prędicta piam esse, sanctam, & rationabilem, sicut est in multis similibus, vt propter probabile dubium, possint quædam deduci in conuentionem, quę aliàs prohibentur. l. 1. l. post rem. ff. de transa. l. j. C. de patri. potesta. cum similib. Ita formaliter decidit domi. Pet. in d. c. accessorium & loquit̃ in voto, & iuramento, & promissione facta per Gregorium post assumptionem in papatum, & de ordinatione facta ꝑ dñm Car. ante electionẽ. & decidit, ꝙ quando est vnicus & indubitatus papa, illa conuentio, per quam oneratur papa, futurus eorũ dñs non ligat ipsum Papam, nec iuramentum, votũ, & promissio facta per ipsum papam ligant eundem: secus esset, qñ essent duo contendentes de papatu: quia tunc ꝓp euitandum scisma in ecclesia sancta Dei talis ordinatio valet & tenet, & per consequens decisa est ista dubitatio: quia cum nulla esset contẽtio de papatu, & ageretur de eligendo vnico & indubitato papa, non potuerunt do. Card. illam ordinationem facere, ꝓp quã dehonoraretur potestas Petri. nec est credendum, reuerẽdissimos dños Cardinales ꝓp eorum summam sapientiam, singularẽ industriam, & exploratam fidem, vt verbis vtar iurisconsulti, positis in l. j. ff. de offi. præfecti prætorio. velle defendere, aut tueri illam ordinationẽ dictorum capitulorum, cum non potuerit de iure fieri. ¶ Præterea ponderetur accuratè: quia dicta ordinatio vr̃ cedere potius ad deterius, q̃ ad bonum: quia cum ex iuris dispositione do. Car. teneantur facere prouisionẽ vtilem & valde necessariã toti mundo, prouidendo de sponso ecclesiæ idoneo, ita dixit tex. formalis in c. vbi periculum. §. cæterum. in ver. idoneo celeriter dato sponso. Et licet postquam fuerit electus, non possit opponi contra electum: vt habetur in d. c. licet. de euitanda. tñ teneantur cardinales eligere idoneũ ſm ꝙ nã humanæ fragilitatis patit̃, mõ si fieret ordinatio ante electionẽ a do. Card. cõgregatis in cõclaui, ꝙ futurus nõ posset facere ꝓhibita in quadraginta capitulis sine cõsensu Cardinaliũ oĩum, adeo ꝙ vno ꝯdicẽte Papa nõ posset venire contra

ꝯ aliquid de illis prohibitis; pro certo daretur via & occasio, vt nō eligat idoneus, ex quo ligata eius futura ptās, vt illa ꝓhibita ñ faciat &c. & sic est ꝯ iuris humani dispositionē, ꝙ ligat ipsū cetum Card. vt in d.c. vbi periculum. §. cæterū. & est ꝯ ius diuinū, nam (vt superius dixi) gloriosus noster Saluator Iesus Christus elegit in suum vicarium Petrum, vt fideliorem omnibus alijs: vnde daretur per illā ordinationē, vt nō eligatur idoneus, adeo ꝙ quilibet Cardinalis videret posse obuiare ptāti ordinariæ ipsius Petri ꝯdicendo quò ad dicta capitula, & (ꝙ deterius est) qa ecclesia Romana est speculū oīum: vt rectè dici possit illud psalmistę dicentis. Oculi oīum in te sperant domine. vr̄, ꝙ sit cā pessimi exempli: vt aliæ ecclesiæ sic faciant: vt regna & regnicolæ in suis futuris regibus, idem conueniant, & grauēt & onerēt suos futuros dños, ꝙ non est dđm. reijcienda. n. sūt, quæ sunt exemplo pessima: vt dixit tex. elegans. l. si
6 quis aliquid. §. qui abortionis poculum. in versi. res pessimi exēpli est. ff. de pęnis. & l. j. ff. ad maced. & l. diuus. ff. de re iu. l. exemplo. C. de ꝓba. l. 3. §. ex senatusconsulto. & l. si mulierem. ff. de sicar. cum si. Cū ergo ecclesia Ro. sit norma aliarum, facile trahet in exemplū aliarū, facit. c. præcipuæ. 11. q. 3. Et qđ voluit Plato, quales principes essent, tales solere esse ciues. iō conquesta est Philosophia scientiæ, & pedissequæ decepissent Boetiū: qa illa deceptio traheret ab alijs in exemplū. ita ipse scripsit in princi. de ꝯsolatione publica. & p ꝯñs non tm̄ a malo abstinēdū est: sed ēt abstinendū est ab oī eo, qđ hēt spēm mali: vt in c. cū ab oī. de vita & hone. cle. Præterea, ꝙ do. Cardinales non potuerint illam ordinationem facere, arguo sic. si de quo minus vr̄ inesse, illud inest, ergo & de quo magis; philosophus ī j. posterio. c. cū in cunctis. de ele. aut. multo magis. C. de sac. san. ecc. sed minus vr̄, ꝙ collegiū Cardinaliū sit prohibitum disponere de redditibus Cameræ papalis, seu apostolicæ, q̄ de ptāte ipsius Papę: qa dignior est ipsa potestas, & ipse magistratus Petri in vniuerso orbis terre, quā sint redditus temporales: qa caduci sunt & perituri sunt, & vilissima bona, si bona dici possint, sūt: vt pulchrè scribitur apud Lucanū in 3. sed pars vilissima rerum, certamen mouistis opes, & Seneca in prima epistola. tanta, inquit, est stultitia mortalium: vt tantùm appetāt ea, quæ caduca sunt & tēporalia. Et Cicero in suis Paradoxis dixit. Nec tecta magnifica &c. in bonis expetendis connumeranda esse duxi. iō si posset disponere de potestate futuri Papę, fortius posset disponere de redditibus ecclesiæ tpalibus: sed non pōt disponere, ita probatur in d.c. vbi periculum. §. prouisioni. in vers. sed dispōni futuri Pontificis reseruanda. si ergo non possunt disponere de minimis: ergo multo fortius de ipsa ptāte & imperio Petri & successorū suorū; quinimmo plus dixit tex. in eodē c. & §. idem quoq; Cardinales sic vacent accelerandæ prouisioni attentius, ꝙ nequaquā de alio negotio se intromittāt, nisi adeo vrgens necessitas incideret pro defendēda terra ecclesiæ &c. Cui oēs & singuli Cardinales arbitrarent succurrendū. Et est subtiliter pōderādus ille tex. dū dicit, īcidera t: qa infert, ꝙ de nouo incidat, & sic cū
25 exceptio firmet regulā † in casibus non exceptis: vt l. in his. ff. de legi. seqtur, ꝙ cū iste casus nō sit exceptus, ꝙ remanebimus in regula: vt nihil possint disponere Sede papali vacante. Et iō dixit Bal. in suis verbis finalibus in d.c. licet de euitanda, quòd sicut electores imperij simul cum ipso imperatore non possunt mutare formā electionis futuri imperatoris, ita nō possunt Cardinales facere talē ordinationem, & per ꝯñs remanebimus sub regula prohibitiua; vt Cardinales nō possint onerare futurū Papā.

¶ Præterea accedat ad prædicta tex. aureis literis ad hoc scribendus, in d.c. vbi periculū. §. cæterum. vbi tex. dicit, nuda electionis conscientia ad eum actū tm̄modo necessaria & vtilis totius mūdi ꝓuisio. ex quibus verbis apparet, quòd nudam electionem facere debent, & ad id duntaxat intendere. ergo seqtur, ꝙ quicqd agūt pter electionis actū, est ipso iure nullum, & si aliter faciant in grauem incidunt culpā, & subiacent pænæ ipsius Dei. ergo seqtur, ꝙ nō potuerunt facere illam ordinationem: qa habēt legē resistentē. Quinimmo plus dixit ibi tex. in versic. nihilominus pactiones, obligationes, cōuentiones, & cōpositiones oēs siue iuramēti, siue cuiuslibet alterius fuerint vinculo firmitatis innexę cassamus, & irritamus, & virib⁹ decernimus omnino carere, ita vt nullus ad illa seruanda quoquo mō sit astrictus, ne quisq̄ ex eorū trāsgressione notā vereat fidei nō seruatæ: sed nō indignę laudis potius titulū mereatur, cū lex humana ēt testetur, Deo magis transgressiones hmōi, q̄ iurisiurādi obseruationes acceptas. Ista sunt formalia verba illius tex. ex qbus liqdo apparet, nō potuisse Car. ordinare dicta capitula in ꝑiudiciū ptātis plenæ & liberæ Papæ, nec p viā constitutionis, nec p viā pacti, nec p viā obligationis, nec per iurm̄, nec per aliqđ aliud vinculum. ¶ Et sunt pōderanda verba prægnātia illius tex. dū dicit, siue iuramenti, siue cuiuslibet alterius fuerint vinculo firmati: qa illa verba ita pinguia copulant expressis maiora, vt est glos. in cle. j. de re iudi. in ver. alia quāuis. quē Io. de Imo. reputat esse singu. ibi, sed aliam allego in cle. ne Romani. de elec. & per ꝯñs comprehendit votum, licet votū & iurm̄ æquiparentur. vt in c. j. de vot. tñ etiam comprehendit maiora, ergo non tenetur ad pænam, si quam promisit Papa, nec tenetur ex voto, nec dicitur voti frustrator: quinimmo meretur Papa veniendo contra talem promissionem, & contra tale iuramētum: vnde non diceret transgressor iuramenti & voti nō seruando huiusmodi votū, facit, l. si qs inquilinos. ff. de lega. j. authen. ꝙ eis permittit. C. de nup. l. iurisgentium. §. generaliter. ff. de pac. ¶ Et si ponderet ille text. quia prohibet actum, & prohibet iuramentū, tūc nūq̄ iuramētum dat robur. de quo per Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideius. & l. is cui bonis. ff. de verb. ob. & in l. cum lex. ff. de fideius. & per Iac. de Areti. in l. qui haber. ff. de tutel. & respondet Ia. de Aret. ad l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. ij. ꝙ iuramentum in casu d. l. si quis inquilinos. §. fi. erat iuri cōtrariū, sed nō sic in d. §. filius matrē. per quē tex. dicit ibi Dyn. ꝙ donatio inter virum & vxorē non firmatur iuramento: qa videtur esse contra bonos mores, & multominus hēt dubitationē hoc: qa lex canonica est, quæ reprobat actū & iuramētū, quo casu cessat illa antiqua qō, ꝙ statutū laicorū ñ pōt īfringere iurm̄. Cum ergo lex canonica reprobet actū & iuramētū, & ꝓnūciat & declarat, ꝙ obseruātia talis iuramēti est periuriū, sequit, ꝙ a tali iuramēto nō venit absoluēdus Papa: qa nullū vinculū vr̄ iniecisse ꝑstatio talis iuri aut voti. ¶ Pręterea facit ad prędicta, quę sunt principia generandi, sunt principia corrumpēdi. c. omnis res. de regul. iur. l. Stichum aut Pamphilū. §. naturalis. ff. de solu. sed Papa solus potest deponere Cardinalē. suis demeritis exigētibus, vt dixit gl. in c. 2. de cle. non resi. ergo sequitur, ꝙ Papa pōt creare Cardinales, cū solus possit illos deponere. Et ibi dicit domi. Abb. consiculus meus, ꝙ non pōt introduci consuetudo: vt Papa non faciat ardua sine cōcilio Cardinalium: qa esset pręscribere ꝯ suprema ptātem Papæ, ꝯ quā nō valet aliqua ꝑscriptio, vt pulchrè voluit Inn. in c. bonę. el 2. de postu. præla. & allegat etiā gl. in cle. j. de hæreti. q̄ voluit, ꝙ sicut in ecclesia triūphante

phante est vnus solus, cui cuncta obediũt, ita in hac ecclesia militãte dẽt esse vnus solus Vicarius Dei, q omnib⁹ pręsit. Et ẽt dicit, ꝙ solus Papa põt depone-
26 re Imperatorẽ,† reges, & quoscunque alios licet de honestate ad hoc qñque cõgregauerit cõciliũ & alleg. c. alius. 15. q. 6. vbi solus Papa deposuit regẽ Franciæ. & licet Host. in c. 2. teneat, ꝙ solus Papa nõ possit facere ardua, tremulus illud asserit ex eo, ꝙ cũ ꝓtestatione illud asserit, qđ non intẽdit scribere ꝯ potentiã Papæ. & facit, qđ voluit do. Cardi. in d. c. 2. vbi dixit, ꝙ Romani Pon. non approbant illa dicta Host. ibi, nec ſm eũ possunt iure probari: cum ptãs Papæ sit supra concilia, vt in c. significasti. de elec. & dicta Host. procedũt de maxima honestate, & per ꝯñs do. Cardi. tenet. ꝙ solus Papa explicet ardua de iuris dispositione. & facit. qđ voluit Bald. in l. 2. C. de serui. ver. sexto q̃ro. & eundẽ Bal. in repetit. l. j. C. de emanci. lib. vbi allegat Inno. in d. c. bonæ. & glo. in c. volumus. 16. quæstio. 4. facit gl. in c. j. de cle. ægro. lib. 6. Et facit, qđ voluit idem Bal. in auth. quas actiones. C. de sac. san. eccle. ad fi. vbi dicit, ꝙ suprema ptãs Papæ nõ põt præscribi, nec vtilis iurisdictio exclusiua directe. l. cõpetit. C. de præscrip. 30. anno. & qđ voluit Arch. in d. c. volumus. ergo sequit̃, ꝙ non potuit ꝑscribere cetus Cardinalium: vt Papa nõ faciat ardua sine eorum consilio, & multominus habet dubium ista consultatio: qa non dicitur in dicta ordinatione, ꝙ Papa non possit facere contenta in illis. 40. capitulis sine concilio Cardinalium: sed dicit, sine consensu Cardinalium, & vno ꝯtradicẽte &c. vt iam superius dixi. ¶ Præterea facit, Papa non põt consentire in id, qđ tendit ad opprobriũ sedis suæ Apostolicæ: qa vr̃ irrogare iniuriã piissimo nr̃o Saluatori, cuius est Vicarius. ista est elegãs doctrina Io. And. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. vbi dicit, Papa non potest subij-
27 cere se iudicio inferioris, † vt in c. nos etsi incompetẽter. 2. q. 7. & est regula in iure tradita. l. est receptũ. in versi. si qs maior. ff. de iurisd. om. iu. quærit Io. And. Papa vult subijcere se iudicio laici, vtrum possit, dicit se credere, ꝙ nõ possit, & eũ sequitur ibi D. Abb. qa tenderet in præiudiciũ sui apostolatus, & ignominia irrogaretur Deo, si Vicarius eius posset iudicari per secularẽ. vnde Papa nõ põt renũciare illi priuilegio. c. si diligenti. de fo. cõpe. cũ principaliter nõ concernat vtilitatẽ suã, sed Dei & ecclesiæ. Et ad d. c. nos etsi incõpetenter. respondet Io. And. ꝙ ibi iudicium non capitur pro iudicio, sed pro discretione. & putat etiam d. Abb. in d. c. ecclesia. ꝙ Papa nõ posset subijcere clericos iudicio seculari: quia hoc priuilegium
28 fori habent clerici a Deo, † vt no. Inn. in c. 2. de maio. & obe. & allegat glo. in c. si imperator. 96. dist. & hoc voluit glo. in c. quanquam. de censi. libr. 6. non enim potest Papa tollere ea, quę sunt de iure diuino introducta, vt in c. sunt qui. 25. q. j. & quod voluit do. Car. in c. perpendimus. de sen. excõ. in repetitione. Et sic potest formari ratio inconuincibilis, actum Papę nõ tenet quotiescunq; tendit ad opprobriũ Dei & suæ ecclesiæ, sed ꝙ non possit facere Cardinales, & ꝙ nõ possit infeudare terras temporaliter subiectas ecclesiæ, & ꝙ non possit conferre beneficia, & ꝙ non possit facere ardua ex officio suę potestatis Papalis, sed ꝙ oporteat, ꝙ habeat consensum oĩum Card. adeo, ꝙ vno ꝯdicente non possit disponere circa ꝯtenta in dictis. 40. capitulis. diminuitur honor ecclesiæ, cuius est sponsus ille piissimus Saluator Iesus Christus. ergo non videtur potuisse ligari nec iuramẽto, nec voto nec ꝓmissione. Iurm̃. n. dẽt hr̃e tres comites, veritatẽ, iustitiã & iudiciũ. auth. ꝙ eis. C. de nup. & in ca. aĩaduertendum. 22. q. 2. c. & si Christus. de iureiu. sed in hoc iuro nec est iustitia, nec est discretio, seu iudiciũ, vt Papa hẽat facere tot ꝯtenta in tot capitulis cũ ꝯsensu oĩum Car. & ꝙ vno ꝯdicẽte non possit; nã per hmõi iurm̃ votum, & ꝓmissionẽ decoloratr̃ status & honor sedis Paplis, & ꝑ ꝯñs non ligabit̃ tali voto, seu iuro. & accedat, qđ voluit Bal. in l. si ad excludẽdã. C. de iureiu. vbi dicit, ꝙ ubicũq; peius est seruare iurm̃, q̃ nõ seruare, tale iurm̃ nõ ualet: qa tẽdit ĩ peiorẽ exitũ, & ita formaliter est in ipso iuro, ꝑ d. c. ubi periculũ. in loco superius allegato, ponit exẽplum Bald. qñ iurm̃ in seipso est nãliter malũ. allegat tex. l. iurisgentiũ. §. gñaliter. ff. de pac. Istud voluit gl. formalis in d. c. vbi periculũ. §. cæterũ. in ver. humana lex. idẽ dicit ibi Bal. in iuro, qđ est cõtra publicum bonum, vel sapit monopolium, ideo statuta artium, quę sapiunt monopolium, iurata nõ ligant ſm eum. facit, qđ voluit Bar. in l. sub ꝓtextu. ff. de var. & extraordi. cri. sed istud iurm̃ est huiusmodi: qa tendit ad peiorem exitum: vt Papa non possit explicare ea, quæ incumbũt suo officio pastorali. ergo sequit̃, ꝙ non astringitur, nec ligat̃ tali iuro: qa aliàs per indirectũ & obliquũ aperiret̃ via ad illud, qđ recta fieri non posset via, ꝙ non est dicendum. l. fraus. ff. de leg. l. nõ dubiũ. C. eo. cũ si. ergo &c. & bellissimè dicit ibi Bald. in finalibus verbis, ꝙ in istis casibus & simi. nõ est necessaria absolutio epi, & propter istas causas tam laici, q̃ clerici sunt excusati a periurio, & perditione bonorũ & beneficiorũ & dignitatũ, ꝙ dicit esse notabile, & ꝑ ꝯñs ex tali iuro & voto Papa nõ est periurus, nec fractor voti. ¶ Præterea facit, ꝙ officiũ vnius non debet scindi in duos, aut plures officiales, sicut econtra, vnus non debet habere officium duorum. l. si plures. ff. de pac. sed officiũ papale dẽt esse apud vnũ Pontificẽ, ergo sequitur, ꝙ non dẽt esse apud plures in vniuerso nã Christus solus habuit officium regendi & gubernandi, ex eo qa in veteri testõ dr̃ de Christo; cũ conuenissent reges & principes terrę aduersus dominũ & Christũ eius, cõstitutus fuit rex ab eo super Sion mõtẽ sanctũ eius, predicãs pręceptũ eius, dñs dixit ad eũ filius meus es tu, postula a me, & dabo tibi gẽtes hæreditatẽ & possessionem tuã terminos terræ, Reges eos in virga ferrea & tanq̃ vas figuli cõfringes eos, & in nouo testamento, vt scribitur Matthæi. 16. c. dixit Iesus Petro, tu es Petrus. idest peritus, & Petrus. i. fortis & firmus Iã petra, & super hanc petrã & firmitatẽ fundabo ecclesiam meã: vnde non imposuit illud nomen Petri, quod esset nomẽ proprium, quod finiret dignitatẽ & ptãtẽ in sua ꝑsona, vt faceret personalẽ, sed vt faceret appellatiuũ firmitatis, & pitiæ, quasi ſsup hac firmitate & peritio cognitionis Christi & fidei stet oĩs ptãs postea attributa ei, cũ subijcit. Et quicquid ligaueris sup terram &c. igitur velut cõcessa ei sub appellatiuo noĩe firmitatis & peritię trãsit ad quẽlibet successorẽ eius in dignitate, vñ appellauit Simonẽ quasi monitũ & sciẽtẽ, iõ dixit Dñica veritas, Beatus es Simon: qa nec caro, nec sanguis reuelauit tibi, sed pater meus, q est in cælis. Ecce nunc qualiter Christus fuit ꝯstitutus solus ad regendum & gubernandum, & solus & vnicus ecclesiam suam gubernauit, dũ esset cũ suis Apostolis, postea ꝯstituit Petrum vnicum Vicarium & vnicũ pastorẽ, & vt peritũ & doctũ ad regendũ ecclesiã suã. Et iã sacri canones ita ẽt disponũt, ꝙ ad ecclesiam cuius Christus est spõsus, eligatur idoneus. vt d. c. vbi periculũ, vt superius dixi. si ergo vt peritus & idoneus eligit̃, ad quid dñi Cardinales ordinant, ꝙ non possit facere multa sine cõsensu eorum simul & Papæ sufficientia. istud non faciunt ex eo: qa in eligendis aut faciendis Cardinalibus ista requirantur ꝑcipua industria, singularis, & fides explorata, & morũ maxima grauitas, & sapientia, ita decidit̃ in l. j. ff. de offi. præfec. præto. qa ab oĩbus appellat̃, qui sub Papa sunt, tamen glos. ibi æquiparat Cardinales præfecto prætorio, q p̃t procede-

cedere quò ad iustitiā, quò ad fidē, quò ad mores, & quò ad sapientiā. vñ præsumunt Cardinales esse industriosi, fideles, morigerati, & sapientes, vt ibi hr, & est pura veritas. & dixit ibi gl. ꝙ præsumitur pro Cardinalibus, ꝙ rectè & iustè faciāt. & dixit ibi Bal. quòd quāto qs eligitur ab honestioribus & honorabilioribus viris, tantofortius præsumitur melior. Modò in proposito ad quid fuit opus apponere illud onus Papæ. pro certo ad nullum opus bonum, ex eo: qa si in eo adest industria singularis, explorata fides &c. vt est dictū, & præsumitur, ꝙ Cardinales fecerint illud, qđ facere debebant, & debebant eligere idoneum, præsumptio est, ꝙ elegerint hominem prudentem, exercitatum, industriosum, fidelem, & sapientem. sapiens seipso contentus est, sapiens oīa a seipso quærit & hēt: vt dicunt morales philosophi. ad qđ ergo onerarunt futurū Papā, vt nō faciat Cardinales, aut infeudet terras ecclesiæ, & alia similia, qn debeat interuenire ꝯsensus oīum Cardi. adeo vt ꝯdictio vni⁹, impediat Papā, ne vtatur sua libera ptāte. pro certo vr̄ ꝙ hmōi ordinatio tendat in deteriorē exitū, & tēdat, vt Papa non videatur esse prudens, industriosus, fidelis, & sapiens. Quinimmo plus videtur, ꝙ non vr̄ esse Papa quo ad omnia: nam quo ad illa. 40. capitula videtur, ꝙ non habeat potestatem liberam, quam consuetum est Romanū Pontif. habere. Facit simile, quod voluit Bal. in l. lenium. C. qui testa. fac. poss. vbi dicit, ꝙ pater potest emancipare filium, quo ad vnum actum, & quo ad alios non, licet aliter dixerit Bar. in l. j. §. in filij. ff. ad Treb. sed dictū Bald. sequitur Io. de Imo. in d. §. in filij. & in l. si is pro emptore. ff. de vsuca. Facit l. si pariter. & l. si duobus. ff. de libe. causa. vbi quis non potest esse pro parte seruus, & pro parte liber. Facit l. ideoque. & l. libertas. ff. de fideicom. liber. vbi dicit, ꝙ quis non potest pro certo tempore esse seruus, & pro certo tēpore esse liber. Facit, quod eleganter voluit Io. An. in addi. Spec. in titu. de na. ex lib. ven. vbi dicit, ꝙ si pater emancipat filium hic pacto, vt habeat vsumfructum in bonis quærendis, ꝙ valet emancipatio, sed non valet talis reseruatio. Facit glo. valde sing. in c. fi. de clandesti. despō. vbi qs nō potest esse ꝑ parte legitimus. Et ita videtur dicendū in proposito, vt illa ordinatio reijciat, & dñs noster Papa remaneat cum libera potestate plena & absoluta nullis subiecta regulis arctatiuis. vt pulchrè dixit Bal. in commento. l. 2. C. de seruitu. Et adduco ad ꝓdicta, quod voluit Pe. de Anch. in d. c. accessorium. in 6. q. vbi dicit, ꝙ Gregorius & Bñdictus obligarunt se votis & iuramentis ad id, ad qđ de iure tenebant, ideo in tā euidenti bono nō debuit vnus alium expectare, sed in casu nr̄o iurauit & vouit id, ad qđ de iure non tenebatur Papa, immo est peior exitus seruare iur̄m, vt dixi superius, ergo nec votū, nec iur̄m eum obligauit. Et iō dicebat Bal. in suo tractatu scismatis, ꝙ Papa debet esse re & nomine, & per consequēs cū do. Papa sit vnicus & indubitatus Papa, dēt habere liberam & plenam ptātem, vt Petrus & alij successores. ¶ Præterea ad prædicta adduco, quod pulchrè voluit Bal. in dicto suo tractatu. uersi. suppono autem, ꝙ Cardinales ꝯ sacrum conciliū in hoc dispensare, uel ipsum suspendere nō pn̄t. allegat no. in d. cle. ne Romani. nec est f'm eū admiratione dignū: qa non habent talē & tantā iurisdictionem, per quā, si haberent, pn̄t uniuersalē statū ecclesiæ perturbare, quæ de facili pturbatur, cū quasi mersa nauicula Petri in summi Pontificis electione claudicatur. 23. di. c. in noīe Dñi. non enim pt̄, nec dēt cetus ille, licet diuinus id, quod pro totius mundi utilitate sancitū est, resoluere & sacro concilio illudere: unde sena-
29 tus † non potest facere legem, per quam senatorum vel principis destruat ordinem, & multominus totius congregationis legem abrumpere. Facit, qđ no. in l. hæ veniunt. §. pridie. ff. de peti. hære. vñ nonnulla statuta senatus princeps cassat, vt C. de senatuscon. claudiano. per totū, nec mirū: qa penes ipsum est imperij plenitudo in qua ei nullus absolutè ꝯparari potest, vt hr̄ in l. j. ff. de cōsti. princi. præcipuè nemo corrigit, nisi Deus: qa hoc sibi dñs reseruauit. 79. di. c. si. licet successori non possit legem imponere. l. digna vox. C. de legi. seruare ergo debent do. Cardina. legē (vt ita dixerim) regiā, quę de imperio supremi principis lata est, ne lex fiat ludibrio. c. commissa. de elec. li. 6. l. si p̄tor. ff. de iud. ꝑfecto non est debitoris abrūpere uinculū, sed soluere obligationem. obligatio. n. passiua ptātiua nō est: qa non est obligatio, ubi libertas, insti. de obl. ī prin. oīs aūt coarctatio obligatio dici pōt largo mō & iō iuri arctatiuo Card. renūciare nō pn̄t, nec omittere unū vota: uñ dū ordo omittitur, dispō viciat. dicit ēt ibi Bal. ꝙ iuri traditiuo certę formę in actibus hoīum nō pōt renūciari, voluit idē Bal. ī l. quos ꝓhibet, ff. de postu. & l. fi. C. de edic. diui Adri. tol. & Pau. de Ca. ꝯsi. 346. Et pulchrè dixit Bart. in l. si quis in ꝯscribendo. C. de pac. & in l. ius publicū. ff. eo. ti. ꝙ vbicūq; est data certa forma in actibus hoīum celebrandis, tūc illi formę non pt̄ pacto renūciari, tenēt moderni in c. si diligēti. de fo. cōpe. Facit ad hoc gl. q̄ reputat sing. in l. a diuo pio. ff. de ritu nuptia. Mō ī proposito isto bellissimè decidūt istā dubitationē. Cū. n. d. c. vbi periculum. apponat certā formā in actu electionis celebrādæ, sequtur, ꝙ pacto non pōt illi formę renūciari. Itē cū illa sit ꝯtō ꝓhibitoria, ergo non pōt illi formę renūciari. Itē cū illud capitulum sit ꝯciliale, vt voluit ibi Arch. sequtur, ꝙ non potuit cetus do. Card. derogare illi ꝯstitutioni conciliali: tenēnt ergo d. Cardi. seruare legem regiā: vt dicebat Bal. d̄ Papa supremo principe & corporali, vt ita dixerim, orbe Deo. ¶ Præterea facit, do. Cardinales tenent ꝓuidere vniuerso orbi eligendo idoneum pastorē, vt dixit tex. in d. c. vbi piculum. §. ceterum. & non vt ꝓuideāt sibi & suis cōmodis: vt pulchrè scripsit Plato, quē refert Cicero in libro officiorū. q reipublicæ ꝓfuturi sūt, duo Platonis ꝓcepta teneāt &c. obliti cōmodorū suorū. sed ꝑ hanc ordinationem videtur ꝓuidere sibi, ergo &c. ¶ Præterea accedat, qđ voluit do. Abb. in sua elegāti qōne, quæ incipit. Episcopus & qdā Rector parrochialis ibi, quinimmo. vbi dicit, ꝙ Papa ex hac ptāte amplissima, quā recepit a Christo, pōt solus ēt sine concilio deponere ex cā imperatorē &c. vt iā superius dixi. Et subdit se putare, ꝙ solus Papa pōt ex cā deponere Card. ita vt nō sit necesse ꝯuocare conciliū, & si concilium cōuocaret, non esset necesse, ꝙ concilium deponeret, sed ipse Papa, vt sentit gl. & Inno. in d. c. 2. de cleri. non resi. licet aliud sentiat ibi Hosti. sed plus placet sibi gl. & Inno. pro quibus dicit esse hodie tex. in c. j. de scisma. lib. 6. dicit tamē, ꝙ in arduis est requirendum consilium Cardinalium, allegat Ioan. mo. in d. c. super eo. & d. c. per venerabilem. §. rationibus. per quē text. dicit posse sustineri opinio. Lauren. recitatā per Archi. 25. q. j. c. sunt qui. de qua dixi superius. Ego iā superius respondi ad istud dictum domi. Abb. & ad d. §. rationibus. ¶ Etiam in prefato loco do. Abb. q̄rit, vtrū prætermisso ꝯsilio Cardinaliū gesta per solū Papā veniant reuocanda. remittit se ad no. in d. c. 2. vbi not. non posse induci consuetudine, vt Papa nō faciat ardua sine concilio Cardinalium, & per consequens videtur decidere, quòd non veniant gesta per eum reuocāda, & per ꝯn̄s solus Papa potest creare Cardinales, & infeudare terras ecclesiæ. ¶ Et si q̄spiam dicat. Titire, coge pecus. tu tenuisti ꝯ do. Anto. in commento. c. translato. de constitu. vbi voluit, ꝙ cetus Cardinaliū non potest facere legē vniuersalem:

lem: sed tu tenuisti contra per capitu. ecclesia senatum habet. 16.q.j. quia respondeo, ꝙ ibi non fui locutus decidendo, sed arguendo, & dixi, ꝙ contra dictum dom. Anto. faciat d.c. ecclesia senatum habet. sed qa locus ille nõ patiebatur inuestigationem huius quæstionis: ideo non decidebam. Et dico, ꝙ illud dictum domi. Anto. est verissimum: qa non possunt facere nec legem vniuersalem, nec particularem ex eo: qa condere legem est iurisdictionis, vt dixi superius, quam non habent domi. Cardinales, vt in d. clemen. ne Romani. §. irritũ &c. ¶ Et si quispiam opponat, ꝙ cetus Cardinaliũ potest creare Cardinalem, vt voluit gloss. in c. nullus. 79. distin. quæ gloss. vult, ꝙ sede vacante cetus Cardinalium tenet locum Papæ mortui. ex quo sequitur, quòd poterit facere illud, quod potest facere Papa viuens: quia illa gloss. non bene loquitur: quia mortuo Papa ecclesia nõ remanet sine sponso. Christus enim est sponsus ecclesiæ, vt voluit glo. & doct. in d. clem. ne Romani. & in d.c. j. de scisma. lib. 6. & in d.c. vbi periculum. & contra illam glo. dicti capit. nullus. facit text. d. clementina, ne Romani. & per consequens ista est veritas, quòd nullam iurisdictionem habet cetus Cardinalium, q̃ habet Papa viuus, vt in dicta clementina, ne Romani. Et ideo honoranda & magnificanda est potestas Papę, & amplianda potius, quàm oneranda & diminuenda: quia si humiliabitur, ad cuius recurremus auxilium? ideo libet in medium afferre illud, quod Esaias spiritusancto plenus aiebat de arca fœderis? si hęc humiliabitur, ad cuius fugiemus auxilium, & vbi relinquetur gloria vestra? refert Gratianus in c. aliorum. 9. q. 3. ¶ Et ex istis elicitur conclusio vera & indubitata, quòd cetus domi. Cardinalium non potuit per suam ordinationem, & per sua capitula imponere onera Romano Pontifici futuro, vt non vtatur sua libera & plena potestate papali. nec Romanus Ponti. iam creatus Papa potuit illaqueare se voto, aut iuramento, vel promissione, vt nõ vtatur sua libera potestate, nec est periurus, nec voti fractor, & ita concludo. ¶ Vltimò opus est respondere ad contraria superius formata, primò cum dicitur, ꝙ Papa & imperator ligantur lege contractus & conuentionis, & iuramento, & voto, & adducũtur multa egregia dicta. &, ita fuit ligatus Papa Gregorius & Benedictus: quia circa hoc est aduertẽdum, ꝙ aut dicimus, ꝙ ista ordinatio domin. Cardinalium fuit facta per viam constitutionis: & tunc licet transeat in quasi ꝯtractum cum subdito: ex causa tamen potest reuocari per principem. ita pulchrè voluit Innoc. in c. in nostra. de iniur. quem sequuntur omnes ibi, & sequuntur scribentes, in c. nouit. de iudi. & in ca. dilectus. de tempo. ordi. & in c. j. de constitu. & in c. cum omnes, eod. titu. & plenè per domi. Cardina. in repe. c. perpẽdimus. de sen. excom. & in principe, vt est Papa, semper præsumitur adesse iusta causa: vt voluit Innoc. in c. quæ in ecclesiarum. de constit. & videtur, ꝙ ista ordinatio dominorum Cardina. fuerit facta potius per viam constitutionis, ex quo fuit facta a collegio collegialiter congregato. potuit ergo Papa illam cõstitutionem reuocare etiam posito, ꝙ transiuerit in quasi contractum, & procedit istud, quando valuit & tenuit talis constitutio: tunc enim ligat Papam, sed ex causa illam reuocare potest, quæ causa iusta in eo præsumitur: sed vbicunque talis cõstitutio est nullius efficaciæ, tunc non ligat, nec aliquẽ effectũ producit: sed in casu isto collegium domi. Cardinalium non hẽt iurisdictionem, vt oneret Papam futurum: vt probatur in d. clemen. ne Romani. §. irritũ. & voluit ibi gl. & idem voluit gl. in d.c. vbi periculũ. & idem voluit domi. Petr. de Anch. in dicto suo consilio. & in dicta regula, accessoriũ. & in dicto tractatu scismatis; & superius dixi. Aut illa ordinatio fuit facta per modum conuentionis, aut contractus: & tũc ligat principem contrahentem, quando contractus fuit celebratus inter ipsum principem & alium, & est talis contractus quidem iure validus & tenet. Modò in proposito si dicamus, ꝙ illa ordinatio emanauit per viam contractus & conuentionis, dico, ꝙ aut loquimur quoad tempus, quo facta extitit: quia sede vacante, & non ligauit futurum Papam; quia cum eo non fuit celebrata, & non est ꝯctus quoad ipsum Papam futurum: quia non contraxit ille, qui adhuc non erat Papa. ideo falsum est dicere, ꝙ contractus fuit celebratus cũ Papa. Aut loquimur quoad tempus, quo Papa iam fuit creatus & electus Papa: quia tunc promisit, iurauit, & vouit seruare illa capitula. Circa hoc est aduertendum: qa in casu nostro, vt supra dixi omne id, quod collegium Cardi. fecit, siue per viam obligationis cõuentionis, aut promissionis cum iuramento, cum voto, & cũ pœna, est nullius efficaciæ, & eius obseruãtia est potius periurium. ergo illa talis ordinatio est nullius efficaciæ, ita probatur in d.c. vbi periculum. §. cæterum. & iam superius dixi. ergo Papa posito ꝙ approbauerit illã ordinationem, & promiserit cum iuramento & voto illam seruare: tamen illa approbatio non emanauit causa cognita & ex certa scientia, iuxta nota. in c. j. & 2. de confir. vtil. ideo talis approbatio non validat actum nullum, nec iuramentũ suũ, nec votũ eum obligauit, vt probatur in d. §. cæterum. nec potuit se ad hoc obligare: qa tendit ad peiorem exitũ & ad dedecus sui, & diminutionem plenarię & liberę ptãtis, per iura allegata superius. Et, vt dixit Ioan. Andre. in d.c. ecclesia sanctæ Mariæ. sicut Papa non põt se obijcere iudicio iudicis secularis: qa faceret iniuriam Deo. Ita non potest suam potestatem papalem subijcere consensui do. Cardinalium. † maximè, qa vno ex eis contradicente non potest priuari apostolica ptãte data sibi a Deo plena & libera. 30
¶ Et si dicatur, ꝙ agitur de præiudicio personę suę, ideo potuit renunciare fauori suo, vt c. porrectum, de regula. Respondeo, ꝙ immo est fauor publicus, vt Papa habeat plenam & liberam potestatem papalem, & videtur renunciare publico fauori, & non videt̃ seruari honor Iesu Christo, cuius est vicarius. Iuramẽtum enim, & etiam votum debet esse discretum & non temerarium, ergo cessat illa obiectio, ꝙ Papa ligetur ex suo contractu & voto. Et in indubitato decidit hanc dubitationem Petrus de Anch. in p̃allegatis locis, dum dicit, ꝙ iuramentum, votum, & promissio, quam facit Papa, vel vt renunciet papatũ, vel vt oneretur, procedat, quando est contentio inter duos de papatu, vt cesset scisma & scissura in ecclesia Dei, valet talis obligatio, votum, & iuramẽtum: sed quãdo est vnicus & indubitatus Papa, decidit, ꝙ non potest ad hoc astringi nec voto, nec iuramento, nec promissione. Et idem si ponderent̃ verba do. Anto. in d.c. j. de constit. sentit ibi domin. Anto. cum dicit., cum subsit cã naturalis pro sedando scismate. & sic sentit, ꝙ extra illũ casum scismatis euitandi non obligaretur. & ita etiam sentit domi. Cardinalis in dicto c. licet. ¶ Et etiam est ponderandum, ꝙ licet pręfatus Gregorius iurasset non facere Cardinales: tamen non obstante voto & iuramento fecit quatuor Cardinales: quia credendum est, ꝙ habuerit cõsilia summorũ doctorũ in vtraq; censura & in sacra theologia: & tñ non erat vnicus & indubitatus Papa, & perseuerarunt in Cardinalatu illi quatuor Cardinales facti a Gregorio, inter quos fuit Gabriel de Condulmerijs, q superioribus annis fuit creatus summus Põtifex, qui mirũ in modum augmẽtauit religiones, quãto ergo fortius quando est

est vnicus & indubitatus Papa non tenebitur obseruare huiusmodi promissiones iuramento, aut voto firmatas. ¶ Preterea est aduertendum, ꝙ facta dicta ordinatione congregatis in conclaui domin. Cardinalibus & electo in Papam domino nostro Paulo, statim & illico fecerunt, quòd promisit iuramento, & voto seruare dicta capitula, vnde nullum interuallum interuenit inter illam ordinationem & inter assumptum in Papam, quo casu propter celeritatem actus videtur orta quædã sinistra suspicio, oĩa enim iura & omnes parui faciunt illam celeritatẽ, & illam iudicant, aut non valere, aut suspectam & dolosam. †ita probatur in l. si ventri §. in bonis ff. de
31 priuilegijs creditorum. l. post contractum. ff. de dona. c. 2. de renũ, libr. 6. ideo dixit text. sing. 5. q. 5. §. sed aliud. ꝙ restis, qui nondum lecto sibi articulo deponit ita esse, presumitur esse falsarius, † & dixit tex. cũ
32 glo. sua in c. ponderet quisque sermones suos. l. dist. tempore egemus, vt aliquid maturius agamus. & arguit ibi Dominicus contra iudices, quibus de mane mittitur processus, & in vesperis ferunt sententias quinimmo oritur sinistra suspicio in ipso summo Pontifice propter festinantiam, vt non præsumatur deliberasse, ita dicit tex. in c. cum ex literis. de in integrum resti. ita dixit Bal. in l. j. C. de requi. re. ꝙ excusatur quis, si dicat, ꝙ non credebat iudicem ita cito recedere de tribunali, alleg. gl. in l. si expressim. ff. de appel. Et pulchrè dixit domi. Anto. in c. si pro debilitate. de offi. deleg. ꝙ non valet consilium sapientis p̃cipitatum. Bal. in l. captatorias, C. de test. mili. & qđ voluit Barto. in l. prolatam. C. de sentent. & interlo. omn. iud. Facit l. si ita fuerit. ff. de manu. testa. Et ex ista celeritate nõ videtur vt Papa approbasse illam ordinationem. ¶ Quinimo plus dico præiudicare potestati suæ liberę & plenarię hoc modo, censetur factum arduum, nonne debuit vt Papa habere tempus ad examinandum & discutiendum, vtrum esset vtile ecclesiæ vniuersali diminuere suam potestatẽ & non ita instantaneè approbare, iurare, & vouere: sicut enim fuit præcipitata illa approbatio, ita fuit pręcipitata illa emissio voti, & iuramenti, arg. l. fin. C. de non num. pecu & qđ voluit gl. sing. in l. cũ patronus, §. si patronũ. ff. si quid in frau. pat. Et posito ꝙ ita sit, ꝙ Papa debeat habere consilium domin. Cardi. & Cardinales tractabant de commodo proprio & honore proprio: quia videntur participare de papatu, quodãmodo volendo, ꝙ Papa non possit facere illa talia sine consensu omnium, & vno ꝯtradicente Papa nõ possit &c. Scirem libenter quonam modo possent consulere domi. Papæ quoad commodum proprium & interponere partes suas ad proprium commodũ contra omnia iura de hoc loquentia, vt l. j. ff. de autho. tut. cum simil. ergo ista approbatio fuit indeliberata. ergo venit reuocãda. vnde debuerunt in locum Cardinalium constitui aliqui ad deliberandum cum dom. Papa super hoc: qa ipsi erãt suspecti; qa caro & sanguis eis reuelabat ad hoc adduco gl. in l. si furiosi. C. de nupt. & qđ ibi voluit Bal. & per consequens sine matura deliberatione factus Papa approbauit. erat enim actus consistorialis, & solenni & appensata deliberatione dignus, cum interuallo temporum, ꝙ non fuit. Et ideo bellissimè consuluit domi. Petr. de Anchar. in duobus suis consilijs, quæ ego multũ egregiè refero cũ additionibus meis in commento. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de cõstit. in lectura mea. ꝙ cum hodie sit ali-
33 quis† contractus super rebus minoris, & adducitur notarius corã iudice, & dicitur, ꝙ causa cognita interponit suam authoritatem in illo contractu non aliter data deliberatione, nec cognitione, decidit talem contractum nõ tenere: qa ex celeritate temporis præsumitur non cognouisse, vt d. c. cum ex literis. de in integr. restitu. & l. magis puto. §. ne passim. ff. de rebus eccle. Et sic tale votum dicitur indeliberatum, & eodem modo iuramẽtum, quo casu votum indeliberatum non obligat vouentem, vt est glos. sing. in c. dudum de conuersat. coniugato. Deus enim vult cor & non verba. 14. q. 5. c. si quid inuenisti. & qđ voluit Ioan. Andr. in c. literaturam. de voto. vbi dicit, ꝙ in voto requiritur deliberatio, propositũ, & promissio secundum beatum Thomam: sed hic non interuenit deliberatio ex parte Papæ. quia fuit repentina & præcipitata, vt dixi, ergo voluntarium militem nõ coactum Deus eligit. c. non est. 15. quæstio. 1. Et eodem modo dicimus de iuramento indeliberato, vt non obliget vt l. 2. C. ad l. iul. maie. & quod habetur in c. sicut. el j. de iureiuran. Idem dicimus in confessione indeliberata, vt est glo. sing. in c. ex literis. de diuor. & per consequẽs nõ obligarunt papam huiusmodi votum, iuramentum, & promissio præcipitatè & indeliberatè facta. ¶ Et etiam facit: quia nõ carent sinistra suspicione ex eo: quia videtur insolita
34 cautela † vt incontinenti, post ꝗ est electus, promittat, voueat, & iuret non existente legitima causa: ita indeliberatè considerata persona supremi pastoris, cuius potestas venit ex alio, vt in d. c. nouit. de iudi. & Seneca in sexta tragedia, dũ dicit, quicquid facimus, quicqđ patimur mortale genus, venit ex alto: in hoc tamen sequor nostram fidem catholicam, & per cõsequens sequitur, quòd insolita cautela inducit sinistram pręsumptionem vt dixit glo. singu. in l. si quis sub conditione. ff. de cond. insti. & facit quod voluit glo. in l. cum allegas. C. de usur. Si ergo ita esset, ꝙ in arduis papa deberet adhibere consilium do. Cardinalium, aliàs aliter factum venit retractandum. pro certo istud erat arduum factum, vt Papa non posset facere contra illa 40. capitula, modò si debuit fieri deliberatio consistorialis super hoc, non potuit fieri cum do. Cardinalibus: qa in casu suo nõ debebãt cõsulere, ergo debebant eligi in locum eorum aliqui ad consulendum Romano Pontifici, quòd factum minimè extitit, ergo sequitur, ꝙ venit retractandum hmõi factũ per consequens allegando, ꝙ debeat interuenire consilium do. Cardinalium, videntur seipsos percutere cum ligone suo. ¶ Et accedat ad p̃dicta, qđ voluit Petrus vltramon. in l. per retẽtionem. C. de vsur. quem refert Cy. & sequitur ibi Bal. & alij ꝙ dicta in precedentibus videntur repetita in sequẽ
35 tibus. † Modò in casu nostro illa ordinatio facta in conclaui fuit in preparatoria eius, quod Papa promisit, vouit, & iurauit, ex quo sequit, ꝙ attendi debet potius illa prima ordinatio & non secunda facta per Papam: sed prima non tenuit: quia nullam iurisdictionem circa hoc habebant do. Cardinales, ego nullius efficaciæ videtur esse huiusmodi promissio. Itẽ dum dicitur, quòd Papa obligatur ex contractu suo, vt in c. j. de probat. ego nolo insistere circa hoc, si illud c. procedat: quia vbicunque lex debet loqui de principe supremi gradus, debet hoc exprimere: vt singulariter voluit Ioann. Andr. in cap. 1. de homici. libr. 6. debuit ergo ibi exprimi de Papa, qui vnicus monarcha est in spiritualibus & temporalibus, vt bellissimè demonstraui vltra alios in d. c. nouit. de iudi. in lec. quam hoc anno feci: tamen in proposito dico, ꝙ iste non est contractus: qa non est vltro, citroq; obligatorius: vt esse debet. l. Labeo. ff. de verb. sign. Item resultat quoddam dedecus ex tali contractu. si ꝯtus dici possit, ꝙ membra velint adequari in multis capiti suo. immo debent obedire cap. c. cum non liceat. de præscrip. si domi. Cardinales sunt mẽbra Papæ exerceant officium eis deputatũ, & nolint adæquari in præfatis capitulis suo capiti: quia si dictum

ctum caput humiliabitur, membra ad cuius confugient auxilium. & ideo dicebat Philosophus in 2. de anima, ꝙ actus actiuorum sunt in patiente bene disposito. Modo huiusmodi ordinatio non potest cadere in ꝯctum: quia membra non possunt obligare caput, & videtur, ꝙ in illo instanti, quo fuit electus, fuerit præcipitatus vigore illius ordinationis nullæ, & inefficacis, vt non videatur contraxisse vt Papa liber: quia videatur adhuc inesse timor, ne do. Cardinales perseuerarent in electione & forte timuit do. Papa, ꝙ si ꝯdixisset illi ordinationi, ꝙ do. Cardinales non perseuerassent in illa electione, & per ꝯsequens vt meticulosa non tenuit. Est em̄ timor iustus amissio magni lucri, vt l. non est verisimile. §. ꝙ si fœnerator. ff. quod met. causa. ita singulariter dixit Cy. in l. interpositas. C. de transf. voluit Pet. de Anch. in c. Abbas, quod metus causa. & ex hoc capite redditur illa approbatio Papæ nulla. Et cum dicitur, ꝙ Deus posuit in ore prætoris, Pacta seruabo. Respondeo, ꝙ eodem modo Deus posuit in ore prætoris: cum dixit, gesta metu rata non habebo. ita dixit frater Raymundus in summa, de iuramentis, vt refert Bald. in titu. de controuersia inuestit. in princip. in vsib. feud. ¶ Nec obstat, cum dicitur, ꝙ interuenit multiplicatio, scilicet votum iuramentum &c. quia circa hoc ponderetur. tunc enim dicitur multiplicatio vinculi, quando diuersa vincula interponuntur interpellatim cum interuallo temporis, vt est gl. solennis in l. si conuenerit. ff. de pign. act. & ibi scribentes, & voluit do. Anto. in c. fi. de consue. & Bal. in prima consti. C. cum ergo ista interuenerint insimul in eodem momento temporis, sequitur, ꝙ non fuit multiplicatio vinculi. Item est etiam considerandum, quia posito, ꝙ contractus celebretur inter principem & subditū eius: tamen vbi est causa iusta princeps potest resilire ab illo contractu, iste est casus singula. in l. Titius. ff. de obseq. sed in casu nostro est iusta causa: vt Papa resiliat a tali ꝯctu; quia tendit ad dedecus suæ potestatis Papalis. † ergo &c. Item in qualibet dispositione semper intelligitur excepta publica vtilitas, vt l. iubemus. C. de sacrosanct. eccle. sed publica vtilitas est, vt ecclesia regatur ꝑ vnicū monarcam & non per plures: vt per glo. in cle. 1. de hæret. ergo Papa nō est obligatus aliquo modo seruare dictam ordinationem. ¶ Et sic multifariè demonstraui non obstare illam rationem, ꝙ conuentio ligat Papam. ¶ Venio nunc ad tertiam rationem, in qua consistit maxima difficultas huius ꝯsultationis dum dicitur, ꝙ huiusmodi ordinatio ꝯtinet illud, quod de iure est fiendum, & iam de consuetudine est obseruatum, ꝙ do. Papa non faciat ardua sine cōsilio domi. Cardinalium. & circa hoc noo insisto: quia superius demonstraui iuribus & authoritatibus magnorum doctorum & glossatorum, ꝙ Papa non tenetur in arduis requirere consilium Cardinalium, & illa est opinio communis, & ita videmus de facto seruari: nam obseruandæ memoriæ Calistus papa multa ardua gessit non requisito consilio do. Cardinalium. Idem fecit fœlicis recordationis Pius secundus, ita communiter audiui dici. Nunquid igitur illud, quod fuit toleratum in illis prædecessoribus in papatu dānabitur in isto diuino principe Papa Paulo secundo. Hoc durum est dictu & auditu, & adduci potest illud, quod dr̄ apud Ioannem Bocacium in lib. de geneologia deorum lib. 16. de poesi. vbi dicit, damnabitur ne in poetis, quod summè in philosophis commendatum est. ¶ Et cum dicitur homo est, & peccare potest. Respondeo, illud esse verum vt in iuribus, quæ ad hoc allegata sunt, sed non sequitur, ergo Papa nō poterit bene administrare papatum: quia possibile est, ꝙ aliquis sit malus in se & peccabilis, & tamen in communi sit bonus, & bene administret, iuxta illud Lucani in 2. libr. cum debet In cōe bonus. Concedo ꝙ Papa potest peccare inquantum homo, sed inquantum Papa bene administrabat: nam anteꝗ essent Cardinales introducti in ecclesia Dei, Papa erat & ecclesia Dei bene & beatè regebatur & gubernabatur. ecce nunc, ꝙ erat Papa & regebat ecclesiam sine dominis Cardinalibus: vnde pone, ꝙ esset sublatus Cardinalatus, non propter hoc ecclesia deficeret, & sic illud argu. non concludit necessariò. Nec ob. cum dicitur, ꝙ homo non est simpliciter bonus sine virtutibus Cardinalibus, istud fateor, de plano, cum dicitur, ꝙ ostium regitur cardine etiam fateor, cū dicitur, ꝙ ecclesia non potest regi sine Cardinalibus, dico istud non sequitur necessariò, & scirem libenter quis spiritus reuelauit Hostien. ꝙ illa authoritas veteris testamenti. Domini sunt Cardines, & posuit super eos orbē, quod intelligatur de dominis Cardinalibus. pro certo nulla authoritate digna illud habuit, nec cōsideranda est authoritas loquentis: sed est ꝯsideranda ratio, quare ad sic dicendum moueatur vt dixit text. in ca. ego solis. 9. quæstion. 1. quia aliquando bonus dormitat Homerus, vt dixit gl. in c. si quis cum nouerca. 32. q. 7. & not. in l. 1. §. recusare. ff. de acquiren. hære. & iam D. Abba. in illa sua quæstione incipiente, Episco. & quidam rector curatus ausus est reprehendere Hostien. dicens, ꝙ aliud sentit author illius tex. & idem etiam voluit in c. ex gestis, de cle. non resi. Et licet Io. de Lignano solennis, & subtilis doctor istam rationem fabricauerit, vt iam retuli: tamen ego retorqueo illam rationem contra hoc modo, si homo non est bonus simpliciter sine virtutibus Cardinalibus, sequitur, ꝙ si habet virtutes, est simpliciter bonus, & in se & in alios: sed Papa habet & præsumitur habere virtutes Cardinales: quia non eligitur nisi sit Cardinalis, & in Cardinale præsumuntur adesse quatuor virtutes Cardinales, vt probatur in l. 1. ff. de offi. præfec. præto. & superius dixi, multo fortius in Papa, ergo sequitur, ꝙ cum habeat virtutes velut quatuor cardines, ꝙ per seipsum poterit ecclesiam regere sine Cardinalibus. & ideo possum sic argumētari quilibet habens virtutes Cardinales est simpliciter bonus, ergo præsumitur bene & beatè regere: quia, vt dixit dn̄ica veritas. Bona arbor bonos fructus facit: sed in Papa præsumuntur adesse virtutes Cardinales, ergo seipso contentus erit, ergo a seipso quęrit omnia, per consequens ad necessarium regimen ecclesiæ non videtur Papa indigere Cardinalibus: vnde videtur, ꝙ tantum ad melius requiratur consilium Cardinalium ad regimen ecclesię, & non de necessitate, & etiam ad subleuationem do. Papæ propter labores, quos ipsi Cardi. assumunt: quia qn̄ Papa petit ab eis consilium ipsi parati sunt consulere: quia potentes sunt opere & sermone. & licet appellentur hoc nomine Cardinales, non sequitur, ergo sunt Cardines orbis, vt est polus Articus, & Antarticus. & Hosti. bene facit fauere parti dominorū Cardinaliū: quia ipse Cardinalis erat. Omnis enim charitas incipit a seipso, vt l. præses. C. de serui. & in illo Terentiano in Andria dicitur, verum est illud prouerbiū. Omnes malle sibi quàm alteri. Et apud Esopum, res tua te reperit Argum, res altera cecum. & gloriosus dominus noster Iesus Christus dicebat. Venit regina de extremis partibus mundi, audire sapientiā Salomonis, & ecce plus ꝗ̄ Salamon hic, & in 2. Eneidos dicitur. Sum pius Eneas: non est ergo admiratione dignū, si Ioannes monacus, qui fuit Cardinalis, fauit parti Cardinalium. idem fecit Franciscus Paduanus Cardinalis Florentinus in d. ca. licet, sed an sit standum dicto eorum. Io. mo. vt superius

retulit

retuli,dixit non esse credendum sibi:quia res sua agi tur,quia erat Cardinalis, & sic ipsemet vult, ꝙ non stetur dicto suo quare ergo nos stabimus dicto eorũ, si ipsi nolunt stare.l.1.C.ne quis in sua. vnde posset adduci illud,quod dicit in passione dominica, gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi. Et fateor, ꝙ sunt Cardines ecclesiæ, & ꝙ honorant ecclesiam & decorant virtutibus mansuetudine, pietate, clementia,moribus,& honestate,& omni denique sanctimonia,non tñ papa astringitur sequi eorum consilia, vel petere eorum consilia.¶Nec obst.d.c.Anastasius, qa loquitur in casu fidei catholicæ,quo casu est congregandum cõcilium vniuersale, de quo dic vt per glo. in cap.quod translationem, de offi.leg.& ibi dixi,& habetur in c.maiores,de baptis.Nec obst. cum dicitur istud fuisse in veteri testamẽto,ꝙ ardua referebantur summo sacerdoti,qui cum sacerdotibus deliberabat: tamen illud non obstat,& iam rñsum est,cum arguit in fauorem Papę.Et ad huc dici potest,ꝙ in veteri testamento non dicitur, ꝙ teneretur summus sacerdos, sequi consilium sacerdotum Leuiticorum:sed ꝙ summus sacerdos audiebat consilium sacerdotum,sed non probatur, ꝙ teneretur. Item ex iure Romanorum Pontificum est introductum,vt Cardinales consulant,ita vt ꝯsulebant summo sacerdoti Leuitici sacerdotes, ergo ex iure Romanorum Põtificum tolli potest.& non bene ponderauit do. Abb.d.c.per venerabilem.§.rationibus. vt iam deduxi,cum argumẽtaui pro ista parte. Item est vnum ponderandum,ꝙ posito,non tamen concesso,ꝙ opinio eorum, qui tenuerunt pro dominis Card.ꝙ Papa teneatur sequi consilium do.Cardinalium,sit vera:tamen quęstio nostra ꝯcipitur in consensu do.Cardi. vnde in casu nostro Papa teneretur facere cum consensu dominorum Cardi.&(ꝙ plus est) contradictio vnius impediret omnem deliberationem Papæ & Cardinalium, ꝙ videretur satis absurdum:quia potius viderentur esse similes Papę,& non mẽbra Papæ,& viderentur esse pars capitis Papę & non membra,quod vr̃ esse ꝯ mentem oĩum iurium.& sic falsa est illa argumentatio, ꝙ Cardinales habeant ius quæsitum de iure diuino: vt Papa non faciat ardua sine consilio Cardinalium.¶Nec obst. cũ opponitur,ꝙ iura mandant episcopis, vt non faciant ardua sine consensu suorum canonicorum.c. nouit,& c.quanto,de his quæ fi.a præla.sine consensu capituli. ergo Papa idem tenetur facere:quia pro certo ista non est bona argumentatio:quia data vna dissimilitudine,corruit arg.vt in c.sicut vrgeri.1.q.j. sed Papa habet plenã & liberam iurisdictionẽ supra ecclesias.vnde dicitur Papa habere plenitudinẽ potestatis:vt in cle.1.vt lit.pend.cum similibus iuribus allegatis superius,sed epi habent iurisdictionem strictam,& regulatam,vnde dicuntur esse custodes canonum, vt in c.institutionis.25.q.1.ideo non sequitur argumentatio de episcopo ad Papã, qui est maior omnibus,& potest omnia, & facit vnũ tribunal cum Iesu Christo,vt dixi superius. & ideo nõ est bona argumentatio, tenetur episcopus habere consilium suorum canonicorum:ergo idem erit in Papa non sequitur,bene posset sequi argumentatio affirmatiuè,quis põt facere. ita ergo & fortius Papa,sed non eꝯ:non enim valeret arg.negatiuè.vnde si dicatur, eps non potest explicare sine ꝯsilio suorum canonicorum,ergo sequitur,ꝙ non poterit Papa.istud non sequitur:quia plenior & vberior est potestas Papæ,q̃ epi.& sic bene valet argumẽtatio affirmatiuè, quicquid potest facere eps,idem & Papa,sed nõ negatiuè. Et adduco simile,quod dicimus de statuto, & pacto: qa quod potest fieri pacto,põt fieri statuto

37 affirmatiuè; † vt est text.melior de iure in l.gñaliter. C.de fideiuss.sed non sequitur prohibitiuè, vt illud, quod non potest fieri pacto,non possit fieri statuto: vt voluit glo.quæ reputatur sing.in rub.C.de decre. decur.lib.10.& gl.in c.pen.de ꝯsue.li.6.Bart.in l.non impossibile.ff.de pac.Bal.in l.de quibus.ff.de legi.& per ꝯñs non obstat illa argumentatio. Nec ob.cum allegatur.l.humanum.C.de legi.quia satis est superius rñsum,qñ allegaui in fauorem Papę,& Albe.de Rosa.in d.l.humanum.sequitur partem Papæ:quia non arctat Papam. d.l.humanũ.sicut non arctat Imperatorem.¶Nec obst.cum allegatur dictum Bal.in d.l.cum multa.cum dicit, ꝙ capitulum Papæ est senatus d.Cardinalium.& sicut eps non potest facere ardua sine ꝯsensu sui capituli,ita nec Papa sine consensu dominorum Cardi. quia iam rñsum est superius. Et licet Cardinales sint capitulum domini Papæ:non tamen cogitur Papa requirere eorum consilium, & sequi. Et cum dicitur,ꝙ sunt caput ecclesię,procedit illud vacante sede,quoad ius prouidendi de futuro Pontifice,& aliam iurisdictionem non habent:vt in d.cle.ne Romani.§.irritum.Nec obst. cum adducitur, quod habetur in summa.20.dist.ꝙ Christus contulit Petro duas claues potestatis & discretionis: quia fateor illud:sed cum dicitur, ꝙ per discretionem importatur,vt discernat inter lepram & leprã.ergo,ꝙ ad hoc,vt discernat,requiritur consilium d.Cardi.quia ad hoc respondeo,ꝙ posito ꝙ ita sit, tñ istud argumentum retorqueo ꝯ do.Cardinales hoc modo,vna & eadẽ res non debet iure diuer-

38 so censeri.† l.eum qui ædes.ff.de vsuc.cũ si.& vnum determinans sequens duo determinabilia debet illa æqualiter determinare.l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pupil.l.si legatarius.ff.de legat.3.Modò illæ duæ claues,scilicet potestas & discretio pariter referũtur ad Papam.si ergo solus vtitur potestate concessa:ergo solus vtitur discretione:quia non est dare rationem diuersitatis, nec eadem res debet iure diuerso censeri. Et scirem libenter quis spiritus reuelauit,quòd Papa non habeat discretionem discernendi lepram a lepra, & causam a causa, nisi interueniat consilium Cardinalium:quia si ita esset, Cardinales fuissent creati à tempore, quo fuit data potestas Petro, & iam legimus multos Ro.Põtifices,q mirũ in modum claruerunt discretione, prudentia,iustitia,sciẽtia, & sanctimonia. & videmus quotidie assumi in Ro.Pontifices versatos homines in rebus gerendis, quorũ prudentia regatur ecclesia.est enim dare practicam & experientiam rerũ,ex qua quis dicitur esse probatus homo,ita probatur in l.certissimi iuris.in in ver.per vsum quotidianum iam esse approbatos, vt audiant lites,& eas dirimant,& pro sui sciẽtia huiusmodi altercationibus fines imponant,& iam habent auditores & proceres doctissimos.¶Nec obst. cum opponitur,ꝙ Imperator fabricauit auth.habita.cum deliberatione abbatum, ducum, & procerum:quia illud fecit, quia ita sibi placuit: potuisset enim solus illam edere:quia,quod principi placuit, legis habet vigorem.l.j.ff.de constit.prin.¶Nec ob. cum opponebatur,ꝙ Papa debet intẽdere ad illud, quod tendit ad beatitudinem ecclesiæ vniuersalis: quia hoc fateor, sed cum dr̃,ꝙ tendit ad beatitudinem,ecclesiæ vniuersalis facere ardua cum consilio Cardinalium istud, non est iure cautum: fateor tamen, ꝙ tendit ad bonum regimen ecclesiæ, tamen non sequitur, ꝙ si Papa non facit ardua cum consilio Cardinaliũ,sed per seipsum,ꝙ tendat ad ruinam seu præiudiciũ ecclesiæ:nam soli Petro fuit dictum. tu es Petrus.i.peritus.fuit enim Petrus peritus,& expertus,& emendatus peccator,& qui bene scit parcere peccantibus,vt habetis per gloss. valde singula. in c.fidelior.l.dist.& faciat illud Virgilianum. Non

ignara

ignara mali, miseris succurrere disco. Et etiam ideo dixit Christus, tu es Petrus & super hanc petram ędificabo ecclesiā meam, & iam superius dixi. & facit, quod voluit subtilis & excellens doctor do. Richardus de Saly. in prima constit. ff. vbi ita exponit illam authoritatem dñicam. ergo satis beatè regitur Romana & vniuersalis ecclesia, qñ regitur per Papam: quia peritus esse dicitur, & præsumitur, vt in c. 1. de consti. lib. 6. & l. omnium. C. de test. ¶ Et cum opponitur, ꝙ illud, quod a pluribus approbatur, præsumitur verius, ego fateor istud, quando res est dubia: data enim dubitatione rei magis aperitur veritas ingenio plurimorū: vt in d. l. auia. sed non est idem in Papa: quia quicquid Papæ placet, legis habet vigorem: sufficit enim dicere, sic placuit legislatori. c. si qñ, de rescript. & l. j. §. pueritlam. in versi. prætor ratus. ff. de postul. & quod ibi voluit Fede de Sen. quem ibi refert Ang. iuxta illud Iuuenalis. Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas: tamen etiam quia potest Papa eligere iudicium plurimorum, & illud sequi, si sibi videtur, ideo non sequitur, ꝙ pp hoc Papa cogatur sequi consilium Cardinalium. ¶ Nec etiam ob. illud, quod dicebat Bald. in d. l. cum multa, ꝙ Papa non potest infeudare preciosa sine consensu Cardi. pro certo non bene loquitur, & posset dici sibi a nemine dictum, a nemine acceptum excepto solo Saturnino. ita dixit tex. in l. j. ff. de sen. Istud videtur esse singulare mendaciū: quia in nulla iuris censura reperietur illud verbum, de fratrum nostrorum consensu: sed bene dicitur de fratrum nostrorum consilio. & ideo solus est peregrinus in hoc dicto Bald. & sic dici posset sibi illud, quod scribitur apud Dātem loquentem de inferno. Et solo parti vidi il Saladino. ideo Bal. non bene loquitur, nec requiritur consensus Cardinalium: nam vbicunq; ꝯsensus præstatur ab eo, qui habet officium a publico, talis ꝯsensus dr̄ authoritas. Ita pulchrè post alios retulit Bal. in l. fi. §. necessitate. C. de bo. quę lib. sequeretur ergo, ꝙ cum dicti Cardinales habeant officium de publico, ꝙ eorum consensus esset authoritas, & per consequens essent duo capita in eodem corpore, ꝙ esset error supinus, ita dicere. 1. q. 7. c. non autem. ergo videtur, ꝙ malè Bald. sentit in d. l. cū multa. & sic concluditur, ꝙ præfata ordinatio dictorum capitulorum concepta de consensu omnium nemine discrepante non est legitima. ¶ Nec obst. cum opponitur de c. ecclesia senatum habet: quia ex aditis pro parte papę apparet ad oculum illū text. nemini obstare. Item nec ille tex. probat de collegio domi. Cardinalium. Item iste tex. procedit. ita ut ꝓcedit. l. humanum. C. de legib. Itē ille tex. procedit de iure positiuo Romanorū Pontificū. & sic Cardinales sunt ꝯsiliarij Papæ de iure positiuo. ergo non pn̄t Ro. Pontifices facere alios consiliarios, vel possunt Ro. Pontifices petere consilia ab eis, & illa non sequi. vt voluit glo. in d. c. fundamenta. §. decet. ¶ Et cum opponitur de multis iuribus, in quibus dicitur, de consilio fratrum nr̄orum. fateor: sed nō sequitur, ꝙ de necessitate Papa disponat de consilio Card. fratrum, vt dixi superius. Non obst. cum dicitur, ꝙ bonus pastor &c. quia sequeretur, ꝙ non erant boni pastores, nec bene regebant ecclesiam Ro. eo tempore, quo adhuc non erant inuenti Cardinales in ecclesia Roma. quòd non est verum. ego fateor de plano, ꝙ consultius esset Papę requirere consilium illorum patrum, sed si non faceret, nō pp hoc peccaret, aut malè regeret ecclesiam. ¶ Nec obst. cum dicitur, ꝙ maioris roboris sunt constitutiones conciliales, q̄ decretales epistolæ: quia non propter hoc roboratur illa ordinatio capitulorum disponens de consensu Cardinalium nemine discrepāte. Nec ob. cum dr̄, ꝙ authoritas maiorum

seruatur pro lege: quia dico illud esse verū, vbi non est casus legis, sed vbi est casus legis, tunc stamus legi, & non dicto doctorum & magistrorum, quia nō habent potestatē legis condendę, sed cum dicitur, ꝙ authoritas maiorū ita se habeat, ꝙ Papa non faciat ardua sine consilio do. Cardinalium. ego respondeo posito, non tñ concesso, ꝙ ita se haberet authoritas nostrorum maiorum: tñ staremus legi de hoc disponenti & non authoritati doctorum, vbi habemus casum legis: tunc enim cessant dicta doctorum. l. ille, aut ille. §. cum in verbis. l. non aliter. ff. de leg. 3. & scribitur in passione Dominica. nos legē habemus, & alibi dr̄. Scriptū est in lege: vt in c. ad audientiam, de sponsal. sed pro hac parte ego superius adduxi iura multa, quæ in terminis decidunt hanc dubitationem. ideo non est opus recurrere ad authoritatem maiorum, & sic cessat hæc obiectio. Item cum dr̄, ꝙ ita se habet authoritas maiorum, salua honorificentia, non est sic bene assertum: quia immo ꝯ͠rium est verius. nam, vt superius demonstraui. cōis opinio se habet, ꝙ Papa possit facere ardua sine consilio Cardinalium; vt voluit Alberic. & alij quos superius retuli. Item tollitur etiam alio modo, vt dicamus, ꝙ illi doctores, qui tenent pro collegio do. Cardina. loquuntur eo casu, quo interponitur consilium, sed non loquuntur de consensu, ꝙ Papa non possit facere ardua, nisi de consensu omnium Cardi. nemine discrepante, & per hoc tollitur illud, quod dicitur, Cardinales esse in quasi possessione, vt non faciat sine eorum consensu ardua Roma. Pontifex. primò enim hoc nō probatur iure. Secundò nos videmus, Ro. Ponti. seruare ꝯ͠rium. Tertiò illud dicitur a doctoribus, qui fuerūt Cardinales. & licet præsumptio sit, ꝙ dicant verum propter excellentiam Cardinalatus: tñ ex quo agitur de preiudicio supremi principis, vr̄ dubium, an sit credendum, maximè vt superius dixi; quia Io. mo. dixit, non esse sibi credendum. ¶ Nec obst. ꝙ coram successore dñi Celestini fuit disputatum de collationibus factis per eundem Celestinum, scilicet de earum valore, & fuerunt cassatæ; quia sit ita, ꝙ cassatę fuerint, non tñ sequitur ex hoc, ꝙ Papa teneatur requirere ꝯsilium Cardinalium, & dicitur ex supradictis, ꝙ non debuerunt cassari. Item sit ita, ꝙ fuerūt cassatæ, & canonicè, & legitimè; non tñ infert ad casum nr̄m, ergo sequitur, ꝙ Papa tenetur adhibere consensum omnium Cardinalium nemine discrepante: quia ex diuersis non infertur. l. Papinianus exuli. ff. de mino. l. eum actū. ff. de neg. gest. cum si. Et eodem modo respondeo ad statuta indulta Marchioni per Bonifacium. Nec obst. cum dr̄, ꝙ do. Abba. vltra alios doct. dicit hoc esse de iure diuino, & probari in d. §. rationibus: quia, sua pace salua dixerim, istud nullo iure probatur, & ad c. per venerabilem. §. rationibus. responsum fuit in rationibus deductis pro domi. Papa, & sic do. Abb. sine l. loquitur. Nec obst. ꝙ domi. Cardinalis Florentinus ita teneat, & Bal. & sic posset adduci illud Lucani. Victrix causa dijs placuit, sed victa Catoni. nam communis opi. est in contrarium: vt dixit Dominicus & Albericus superius relati. Nec obstat, cum allegatur illud, quod fecit Dominus noster, & Deus noster, & Saluator nr̄ in assumptione corporis dnę nostrę & reginæ nostræ: quia illud non refertur author. scriptura rum, & posito quod ita esset, non tñ requisiuit ꝯsensum, & vt nemine discrepāte non posset disponere, & sic est aliena illa authoritas, & illud exemplum a casu nr̄o. Nec obst. cum dr̄, ꝙ ardua requirunt exquisitam solennitatem, & adducta sunt pulchra & peregrina dicta quia procedūt in casibus expressis, & sic non obstant: sed non reperitur casus expressus, ꝙ Papa teneatur facere ardua cum ꝯsensu Cardinalium

nemine

nemine discrepante. Et posset formari ratio iudicio meo inconuincibilis hoc modo. oīs pactio & ꝯuentio, quæ est aliena ab institutis sanctorum patrum, & a generali ecclesię consuetudine, est nulla: sed ista pactio & conuentio, vt Papa non possit facere contra illa 40. capitula sine consensu omnium Cardinalium, nemine discrepāte: est aliena ab institutis sanctorum patrum, & a generali cōsuetudine ecclesiæ: quia nō inuenitur in institutis sanctorum patrum, ꝙ successor Petri non possit vti plena & libera & generali consuetudine, nisi habeat consensum oīum Cardinalium, ergo sequitur, ꝙ nulllius est efficaciæ. Nec obst. cum allegatur do. Car. in d. c. licet, dicens, ꝙ ecclesia Ro. non censetur esse solus Papa, sed ipse Papa cum Cardinalibus, qui sunt pars corporis Papæ, & Papa est caput. 6. q. j. ver. quisquis. quia ad hoc respondeo, ꝙ licet Cardinales dicantur membra ecclesiæ & Papæ, dico istud est de iure positiuo, & non de iure diuino: & est hoc introductum in fauorem ipsorum Ro. Pontificum, vt offendens ipsos Cardinales videatur offendere membrū Papæ. & isto modo considerando non est ꝯ hanc consultationem: nam vbi agitur de præiudicio ipsius Papæ, non possunt dicere, se esse membra Papæ, vt vtantur priuilegio contra ipsum Papam, vt iam superius dixi. Nec dictum do. Cardi. obstat: quia loquitur de præstando, non tñ loquitur de præstando consensu, vt est dictum, ergo &c. Nec ob. cum do. Car. dicit, ꝙ Papa debet viuere ſm leges: quia fateor, & oīs indecētia est remouenda in principe, & non debet facere illud, quod est indecens: sed non probat do. Card, ꝙ si Papa gubernat ecclesiā solus, vel facit ardua solus sine consilio Cardinalium, committat indecentiam, ergo erubescimus, cum sine lege loquimur. l. illam. C. de colla. immo est talis ꝯuentio illicita, vt Papa non possit facere ꝯtenta in illis capitulis, nisi interueniat consensus oīum Cardinalium nemine discrepante. istud est inconuenientissimum per ea, quæ superius dicta sunt. Item qui vtitur iure suo, nemini facit iniuriam, vt in c. ecclesia, de ele. Sed Papa vtitur iure suæ potestatis faciendo ardua per se. ergo nulli facit iniuriam, ergo non committit aliquam indecentiam. licet enim iura adaptentur ad id, quod decet, vt c. decet. de immu. eccle. li. 6. cum simi. tñ illud dr̄ decere, quod de iure competit: quia ius fundatur super ho-
19 nesto † immo vr̄ quędam indecentia petere, vel in ꝯuentionē deducere illud, quod nec de iure competit, nec de ꝯsuetudine. A seculo enim non est auditum, ꝙ Papa non possit facere ꝯtenta in dictis capitulis sine consensu omnium Cardinalium, & quod vno ꝯdicente non possit. Et cum do. Car. dicit, ꝙ Papa oīa potest cum Cardinalibus, ergo sine Cardinalibus non potest oīa, pro certo do. Cardi. sine l. loquitur, & ego adduxi iura & dicta superius in euidentia libus pro ista parte de potentia Papę, nec ibi dicitur, ꝙ Papa possit cū consilio Cardinalium, immo Bal. in l. 1. de consti. princ. dixit, ꝙ sunt duo supremi principes, Papa & Imperator, q si ꝯcordant, oīa possunt, alias quilibet potest in sua iurisdictione, & superius probaui iuribus, & authoritatibus, & obtinet communis, ꝙ Papa non tenetur adhibere ꝯsilium Cardinalium, nec est plena fides adhibenda do. Cardinali: quia in causa sua loquitur. Itē non obstat dictum eius: quia loquitur de consilio: sed nos loquimur in consensu. ergo &c. & sic ex separatis non infertur l. naliter. §. nihil cōe. ff. de acq. pos. Nec ob. cum dicit, ꝙ multi assentatores suaserunt Romanis Pontificibus volentes eis cōplacere, ꝙ oīa possint pro voluntatis libito, & quasi possent oīa etiā illicita: qa miror vehemēter, ꝙ potuerit suaderi alicui Romanorum Pon. ꝙ possit facere illicita ex libito voluntatis: quia merita Petri, aut sanctum demōstrant, aut sanctum faciunt, vt in c. non nos. 40. di. & ꝙ plus posset, quàm deus, pro certo nullus esset tam audax, qui ita suaderet Vicario Iesu Chri. Et cū dicit, ꝙ infiniti errores secuti sunt: quia Papa occupauit potestatem oīum inferiorum prælatorum, ego vehementer admiror excellentem prudentiam tanti doc. nonne Papa est oīa & super oīa: vt iam superius dixi. nonne dictum fuit oīa subiecisti sub pedibus eius, & ꝯstituisti eum super opera manuum tuarum. nonne hēt oēm potestatem aliorum nemini facit iniuriā: quia tūc vtitur potestate sua. vr̄ enim esse arca fęderis, quæ si humiliabitur, ad cuius fugiemus auxiliū, nam Iesus Christus voluit esse ouile vnum & pastorem vnum, & neminem excepit ab ouili & a cura pastoris: nam totus muudus est parochia Papæ. si exercet potestatē inferiorū, vr̄ exercere suā propriā: quia ipse est rector illius. ergo non bene vr̄ sentire do. Car. Est tñ iudicio meo excusandus: quia tempore, quo illa verba dixit rat scisma in ecclesia sancta Dei, & erat contentio de papatu, & quia dixit philosophus in primo physicorum, vno inconuenienti dato, & plura sequūtur. l. ratas. C. de rescin. ven. ideo non est mirū, si talibus temporibus sequebantur errores & illicita, & non fienda multa. & licet dicat, ꝙ Petrus nō administrauit primò in omni ecclesia: sed in ecclesia Anthiocensi, & postea in Romana ecclesia, est ponderandum, ꝙ in illa ecclesia primitiua erant Apostoli prędicantes, baptizantes & similia facientes. & sic erat necessaria opera personalis. Petrus nō poterat exercere personam suam personaliter in omni ecclesia: sicut etiam hodie Papa non ministrat in oī ecclesia: tñ quoad vniuersalem demōstrationem Petrus impediuit se de vniuersis, vt apparet in Concilijs factis tempore Apostolorū. nam & si gentiles illi, qui verum Deū non cognouerunt, & si cognouerunt non sicut Deum honorificarunt, ideo eos tradidit Deus in sensum reprobum, vt præclarè scripsit, primo ad Romanos, vas electionis Paulus, appellauerunt vrbem Romę sedem deorum, vt inquit Lucanus in 3. cum dixit, tene Deum sedes &c. quanto fortius nos, qui verū Deum adoramus & Iesum filium eius ex corde colimus magni faciemus sedem Petri, & successorum gerentium vices veri Dei in terris, iuxta illud, sedes tua Deus. & ideo non ur̄ bene dictum, ꝙ Papa occupet uniuersa, si propria administrat. Et cū dicit do. Car. ꝙ Papa non est adorandus: nam & Petrus non uoluit adorari, bene facit illud, quod scribitur in libro Apocalipsis, vbi Angelus recusauit adorationem sibi fieri: vnde inquit, ne feceris: quia ego conseruus tuus sum. ego fateor, ꝙ non est adorandus vt Deus. ¶ Nec obst. cum opponebatur, ꝙ forte malefacta aliorū dederunt causam huic ordinationi: præteriti enim ratio & contextus scire futura facit. c. semel malus, de reg. iur. lib. 6 ego respondeo, ꝙ licet vicia defuncti transeant in successorem, vt not. in l. cum hæres. ff. de diuer. & temp. pręscri. & in c. fi. de præscript. & in regula cum quis. lib. 6. cum si. non tñ transeunt in successorem dignitatis: quia non hēt ius ab illo prædecessore mortuo, ita hr̄ in c. cura, de iure pat. per Inn. & alios. Modò in proposito nostro, si alij Pontifices malè fecerūt, qđ ego minimè ꝯcedo: tñ non debuit puniri successor. l. sancimus. C. de pœnis. c. cognoscentes, de consti. cum simi. scribitur in lamentationibus Ieremiæ prophetæ celeberrimi conquerentis. Patres, inquit, nostri peccauerunt, & non sunt, & nos puniti sumus, debuerunt do. Card. insistere ꝯ illos, qui excedebant metas Petri, & non restringere potestatem successoriū: qa peccata suos debent detinere authores, nec est præsumendum, ꝙ Pontifex modernus excedat terminos Petri, vt l. meritò.

meritò.ff.pro socio.c.estote misericordes,de reg.iu. cum si.nam merita Petri,aut sanctum demonstrāt, aut sanctum faciunt,vt est dictum. ¶ Nec obst.cum dr̄,ꝙ lex diuina recipit moderationem & restrictionem a lege positiua Romanorum Imperatorū,vt in iuribus ad hoc allegatis. ergo eodem modo recepit limitationē potestas Papæ.vnde scribitur apud psalmistam.Beati qui ambulant in lege dñi.& tñ restringitur a lege ciuili.& alibi dr̄ lex Dñi immaculata : & tñ moderatur a lege positiua. Quia ad hoc respondeo,ꝙ licet lex Imperatoris dicatur lex positiua ; tñ est inuentio & donum Dei,ita dixit text.in l.nam & Demosthenes.ff.de legi.facit.l.fin.C.de pręscrip.lon. tempo.& quod hr̄.8.dist.c.quo iure.sunt enim leges per ora principū diuinitus promulgatæ : quia Deus posuit leges in ore principum , iuxta illud. Per me reges regnāt & principes iuxta decernūt,& apud Boetiū dr̄.tu ex ore Platonis sanxisti.nō est ergo mirū,si imperator limitat & restringit legem diuinam ex iusta causa,vt volunt docto.in locis præallegatis:quia Deus videtur restringere p os principis. iuxta illud, ex ore infantium perfecisti laudē.& iuxta illud,non estis vos,qui loquimini ; sed pr̄ uester,qui est in cœlis.requiritur ergo,ꝙ ille,qui uult restringere & limitare legem superioris habeat potestatem legis ꝯdendæ;quia tunc promulgat ut Deus,& faciat ut Deus, ut in auth.de hær.& fal.in prin.& ita uidemus leges ciuiles Romanorum imperatorum limitasse disposita per ius dininum;ut per Bar.in l.oēs populi.ff.de iusti.& iure.Et ita uī Romanos Pontifices limitasse iura diuina ex causa,ut hr̄,in c.cum esses, de testam. & limitent non ad commodum proprium:quia uiderentur non moueri bono zelo : sed ad publicum commodum.4.di.c.erit autem lex.in uer.nullo priuato commodo cum simul.sed cetus ille sacer dñorum Cardinalium non uī habere ad hęc iurisdictionem,ut limitent & restringant potestatē futuri principis;vt in d.cle.ne Romani.§.irritū.& superius dixi. nec pacto,nec conuentione,nec uoto,nec iurō possunt ligare futurum Pontificem . Nec ob.cū allegatur do.Pet.de Anch.in consilio suo,& in d.c.accessorium , & in tractatu scismatis:quia loquitur, qñ est cōtentio de papatu,ut euitetur scisma:secus est, qñ est unicus indubitatus Papa , quia tunc non ligatur uoto,nec iurō,nec promissione ad onerādam suam pontificalem potestatem datā sibi a Deo plenam,liberam & generalem,& per consequens do.Pet.decidit pro Papa,& magna est authoritas dom.Pet.fuit enim solennis in utraq; cēsura doctor,& elegit communes opi.ut ex lect.& consilijs suis concipio . Nec obstat,cum dr̄,ꝙ collegium do.Cardinalium habet iurisdictionem uacante sede,quæ competit Papę uiuo,& allegatur dictum Bar.in d.l.ubi absunt.pro certo licet Bar.fuerit doctor supremus : tñ ut homo errauit,nec mirū: quia dixit Psalmista.solus Deus uerax,oīs homo mendax.nam & iurisconsulti sæpenumero errarunt.l.diui fratres.ff.de iure pat. Et Augustinus multa ex dictis suis retractauit,ideo dixit Boatinus in cap.significantibus, de libelli obla.ꝙ in isto mundo non est dare perfectionem,& dicit, Romanos Pōtifices etiam defecisse circa perfectionem in condendis iuribus:nam & Petrus errauit ut homo. unde Bart.uī dixisse ꝯ casum.d.cle.ne Romani.§.irritū.sileant ergo fauces eius. Nec obst.cum dr̄,ꝙ tradita sunt hęc capitula ad publicum bonū ecclesię uniuersalis.ego credo bono zelo , & ob publicū bonum motos fuisse d.Cardinales : tñ erant ad hoc incompetentes,quæ incōpetentia semper opponi potest:ut est glo.in cle.1.de sequestra.pos.& fruct.cum simi.nec l.si quis in graui.§.hi quoque.ff.ad silla.adduci potest ad hoc:quia dr̄ ibi , ꝙ licet quis sit inhabilis ad accusandū : tñ quoad publicum bonū dr̄ habilis, non autem dr̄ ibi , ꝙ priuatus homo possit facere legem.Et talis ordinatio tendit ad commodū ordinantium , & ad onus Papæ.Nec obst.cum dr̄,ꝙ potuit ligari iurō &c.quia procedit, qñ ut priuatus homo iurat,sed vt Papa non potuit facere iniuriam suæ sedi papali suo iurō : quia debet augere potius, ꝙ diminuere suam pontificalem potestatem,exemplo eius,quod dicimus de imperatore in prima ꝯsti. Et ex istis elicitur,ꝯclusio vera & indubitata,ꝙ reuerendissimi do.Cardinales non potuerunt facere illā ordinationem sede papali vacante ad onerandū futurū Pontificem,nec iurō,nec voto potuerunt eum obligare ad seruandam talem ordinationem,nec talis ordinatio ligauit futurū Pontifi.nec valet vt constitutio , nec vt pactum,aut conuentio,& huiusmodi obseruantia talis iuri,aut voti dr̄ potius periuriū, & est ꝯ bonos mores.Et eodem modo do.Papa non potuit illam ordinationem approbare,nec ad illam seruādam se obligare voto,aut iurō,& talia uotum, iurm , & promissio sunt nullius iuris & efficaciæ ; & potius periuriū dr̄ eius obseruantia , nec ex iuris dispositione obligatur Papa sequi consilium do.Car. sed illud petere potest , & eidem consulere tenetur. Et ita mihi uī dicendnm in hac consultatione.Poterit ergo Ro.Pon.prouidere ecclesię Ro.creando nouos Cardinales,& infeudare terras ecclię:sit tñ memor sanctitas sua,ut prouideat ecclesiæ,& non personis,ut sanctos uiros literatos , & ualde disciplinatos , & illustres promoueat ad tantam dignitatem. Et menti teneat illud,quod glorioso doct. Hieronymo uenit in ore,turba clericos cōtemptibiles facit. Impono finem huic consultationi . Et si quid bene dictū est,attribuamus Deo supremus bonorum omnium liberalissimo nō autem paruitati meæ.Et qm̄ homo tenuis sum,& minimè doctus,ideo emendetur,corrigatur,reijciatur , & ad pedes conculcetur, subijciens me prorsus decisioni sacrosanctæ Romanæ ecclesię,& optimi maximi,& sanctissimi domini nostri , dñi Pauli Papæ secūdi & reuerēdissimis dñis Cardinalibus. Postremò gloriosissime ac excellentissime dux Borsi Christianissime,hoc est munuscu-lū , quod paruitas mea gloriæ tuæ deuouet & affert noīe Ioannis infantuli mei pridie nati,quem pro facili & benigna natura tua de sacro baptismatis fonte eleuari tuo sacro nomine iussisti,ꝯstituto ad hoc procuratore magnifico,& perornato uiro domino Ioanne de Bentiuolijs milite potentissimo.

SVMMARIVM.

Vltimum testamentum tollit primum,posito etiam,quòd de primo non faciat mentionem,nu.1.

Clausula derogatoria non requiritur,vbi superuenerit noua causa mutandi primum testamentum.nu.5.

Dispositio legis non adaptatur nisi ad casum,ad quem verba legis adaptantur,nu.7.

Principalia in iure attendimus , & non quæ per consequentiam accidunt.nu.8.

Hæres quamdiu potest ex testamento , non potest ab intestato adire.nu.15.

Trebellianica prohiberi potest,quemadmodum falcidia.nu.16.

EPITOME.

¶ Quidam in testamento filiam suā in dote tantum hæredem instituit,& præterit.Iacobum quendam eiusdem testatoris fratrem vniuersalem hæredem sibi fecit,mortuus est Iacobus superstite testatore , qui alio testamento nepotes suos filios dicti Iacobi sibi fecit hæredes,dicitur hic , ꝙ primum testamentum fuit reuocatum , nec fuit opus dispositione authent.hoc inter liberos.C.de testamentis.

CONSI-

CONSILIVM II.

Testator Instituit hæredẽ dominam Drudam filiam legitimam dicti testatoris in libris. 115. quas habuit tempore contractui matrimonij ab ipso testatore, iubens eã de ijs fore tacitam, & contentam de ipsa sua hæreditate. Postea dicitur, in omnibus autẽ suis bonis mobilibus &c. Iacobum eius fratrem & filium legitimum dicti quõdam Pagni sibi hæredem vniuersalem instituit, reliquit, & esse voluit pleno iure. Modò iste Iacobus mortuus est superstite ipso testatore, qui postea fecit aliud testamentum, in quo instituit sibi hæredes nepotes suos filios dicti quondam Iacobi fratris sui, dubitatur modò: quia in isto secundo testamẽto testator non reuocauit expresse illud primum testamentum, in quo filiam suam instituerat in illis 115. libris, vtrum in casu isto habeat locum dispositio Auth. hoc inter liberos. C. de testa. ¶ Et pro certo dicendum est, ꝙ fuerit reuocatum primum testamentum, nec fuit opus solennitate & dispositione. d. auth. hoc inter liberos, ꝙ sic demonstro ad oculum, dispositio. d. auth. hoc inter liberos, habet locum in testamento in scriptis facto, & non in testamento nũcupatiuo, sed primum testamentum non fuit celebratum inscriptis: sed fuit nuncupatiuum, ergo sequitur, ꝙ sumus extra casum. d. authẽ. hoc inter liberos. vnde non habemus regulam iuris antiqui, vt secundum testamentum solenne, rumpat testamentum primum, insti. qui. mo. testa. infir. §. posteriore. l. si quis prior. ff. ad Trebell. posteriora enim derogãt prioribus. l. pacta nouissima. C. de pact. l. si quis in princ. testam. ff. de legat. 3. 13. q. 2. c. vltima voluntas. l. sibi & mihi. §. in legatis. ff. de legat. 1. c. cũ Marthæ, de celebratione missarum. nam in legibus contrarijs stamus vltimis, vt in c. 1. de constitutionibus, libr. 6. & vltima voluntas est lex, vt in auth. de nuptijs. §. disponat. & d. c. vltima voluntas. & quod notant in c. quoniam. 18. dist. Et ideo dicit glo. in d. c. 1. de constitutionibus, lib. 6. quod licet secundum testamentũ non faciat mentionem de pri-
1 mo † nihilominus stamus vltimo: quia vltima volũtas est ambulatoria vsq; ad mortem. l. ꝙ si iterum. ff. de adimendis leg. & sic cum regula sit, ꝙ vltimum testamentum tollit primum, posito etiam ꝙ de primo non faciat mentionem, per supradicta. & facit, quod notãt in l. sancimus. C. de testa. sequitur, ꝙ stabimus regulę: nisi quatenus per ius nouum est regulæ derogatũ. l. sancimus. C. de testa. l. præcipimus. C. de appel. ideo stabimus dispositioni iuris antiqui, argumento. l. si extraneus. ff. de ꝯditione ob causam. l. commodissimè. ff. de liberis & posthumis. l. si cum dotem. ff. soluto matrimonio. ¶ Stat modò difficultas in demonstrando, ꝙ dispositio dictæ authenticæ hoc inter liberos. vendicet sibi locum dũtaxat eo casu, quo præcessit testamentum in scriptis factum inter liberos, ꝙ probo facile: nam in d. auth. hoc inter liberos. imperator vtitur illo pronomine demõstratiuo, hoc, quod refertur ad auth. quod sine. immediate precedentem. vnde refertur ad oculum corporis, licet propter euitandam falsitatem sæpe referatur ad oculum intellectus: vt per glossam & Bart. in l. 1. ff. de oper. no. nunciatione, & quod voluit Bald. in prima constitutione. C. in principio. vbi dicunt, testis examinãs in palatio Potestatis super articulo de-
* ponit de palatio Episcopi, postea super alio articulo interrogans: vbi audiuisti respondit, in hoc palatio, quod refertur ad oculum intellectus: vt non demonstraret palatium Potestatis: sed palatium Episcopi. l. hæc actio. ff. de calumniat. l. 1. ff. de serui. rust. præd. & quod scribitur in 1. Eneidos. hic pietatis honos. & in 1. Eneidos. hoc opus, hic labor est. & apud Lucanũ in 2. hi mores, hæc secta Catonis &c. & per consequens cum dicta authen. dicat, hoc testamentum: & immediate præcedat. d. authen. ꝙ sine. ergo sequitur, ꝙ determinationem & restrictionem recipit secundùm dispositionem. d. authent. quòd sine. Facit, quod habetur in l. in testamento magna. ff. de condi. & demonstr. vbi probatur, ꝙ demonstratum
2 recipit determinationem & demonstrationem: † & quòd text. in auth. de filijs ante dotal. instru. na. §. j. vnde text. in d. authen. dicit, hoc inter liberos testamentum infirmatur, ita si parent. & dicit, ꝙ illud testamentum, de quo disponit. d. auth. ꝙ sine infirmatur per secundum, ita &c. & ideo nos non debemus recedere a regulis communibus: nisi qñ specialiter exprimitur in iure: vt probat tex. melior de corpore iuris. in l. fin. in versic. specialiter. C. de indi. vidui. & quod habetur in authen. de hære. & fal. §. si verò expressim. & quod voluit Ang. in l. 2. C. quando ꝙ quibus quar. pars debetur. lib. 10. & facit text. in l. si seruum. versi. non dixit prætor. de acquir. hæred. & non debemus per sensum improprium & subauditũ recedere a communibus regulis iuris communis: vt dixit gl. quæ reputatur sing. in c. cupientes. §. ꝙ si per viginti, de elect. lib. 6. quinimo per sensum subauditum, & improprium debemus excludere legis antiquæ correctionem: vt voluit glo. quæ reputatur singul. in authen. ex testamẽto. C. de colla. & est melior text. iuris ciuilis in l. si serui vestri. C. de noxal. & probatur in c. cum dilectus, de consue. & in c. cum causam, quæ. de rescrip. & per consequens recedere debemus a veteribus regulis quatenus expresse & spiritualiter disponitur per ius nouum: vt in d. l. final. in versi. specialiter. C. de indi. vidui. Et sic sequitur, ꝙ in testamento nuncupatiuo stabimus regulæ, vt secundum testamentum reuocet primum, licet nullam faciat mentionẽ de primo testamento, & hanc partem tenuit solennis doctor Angel. in d. auth. hoc inter liberos. vbi dicit, nota diligenter illud verbum, hoc, ibi positum, & illud verbum, tale testamẽtum; & per hoc ipse est in opi. vt secundum testamentum reuocet primũ, in quo sunt instituti liberi: licet non faciat mentionem de illo si primum testamentum est nuncupatiuum. nam illa authen. loquitur eo casu, quo testamẽtum est factum inter liberos cum solennitate, auth. ꝙ sine. in omni alio casu dicit se stare in dispositione iuris antiqui: vt secundum testamentum solenne rumpat primum, & allegat. d. §. posteriore. & dicit falsam esse opinionem tenentiũ, ꝙ d. authen. habeat locum, quando præcessit testamentum nuncupatiuũ. ista sunt formalia verba Ange. ibi, & sic aperto ore Ang. ibi tenet primum testamentum nuncupatiuũ factum inter liberos reuocari per secundum. licet non reuocetur ita, vt disposuit. d. auth. hoc inter liberos, nec est admiratione dignũ, si Ang. teneat contra illud, quod alij tenent: quia do. & consiculus meus Abb. in cap. j. de consti. post Io. And. dic, ꝙ communis opi. potest conuinci ratione: quia sæpenumero Deus aperuit ingenium vni minus perito in aliquo passu melius, quàm fecerit alijs doctoribus & peritioribus, vt est tex. singu. in l. 1. §. neque. C. de veteri iure enuc. facit, quod habetur in c. nolite. 11. dist. & in c. literas, de restit. spolia. & in c. esto subiectus. 95. dist. & quod voluit Petr. de Anch. in d. c. literas, & ibi d. Abb. in d. c. proposuisti, de proba. & voluit Hierony. in ꝓlogo Bibliæ. hęc, inqt, doctus Plato nesciuit, hæc Demostenes eloquens ignorauit. & propheta inquit. ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. & ideo dixit tex. in cap. capellanus, de fer. ꝙ est tenenda illa opi. quæ mouetur melioribus rationibus & motiuis. Item hoc voluit

luit gl. in præallegata authen. hoc inter liberos, quæ dicit, ꝙ est pp præcedentem solennitatem, aliter ex eo, ꝙ fit secundũ rumpitur primum testm̃, & ad hoc allegat d. l. hac consultissima. §. pe. C. de testa. Ecce nunc qualiter glo. tenet istã partem in indiuiduo, in quantum tex. ibi dicit, ꝙ testator debet dicere in secundo testamento, nolle valere tale primum testamentum, & propter precedentem solennitatem, de qua in d. authen. ꝙ sine: ergo sequitur, ꝙ si primum testamẽtum non emanauit: ita vt disponit d. authẽ. ꝙ ex eo, ꝙ testator facit secundum testamẽtum rũpitur, primum testamentum. Et sic glo. hanc partẽ tenet in indiuiduo, ꝙ videtur reuocatum primum
3 testamentũ, si in eo non fuit apposita solẽnitas. † d. authẽ. ꝙ sine. & sic res videtur modò indubitata &, quãta sit authoritas gl. nemo est qui nesciat: vt dixit Bal. in l. hereditas. C. depon. cũ simil. & de ista authoritate glos. superius in cõsilijs pluribus plenè est allegatum. Et ideo non est tutũ iudici iudicare contra opi. gl. cuius authoritas omnes antecellit, & per consequens glo. tenuit aperto ore hanc partẽ, & facit, ꝙ voluit Raph. Fulg. in d. authen. hoc inter liberos. vbi dicit super illa glo. ꝙ innuit, ꝙ si in priori testõ inter liberos sit solennitas communis, ꝙ ad id tollendum, non desideratur clausula spiritualis derogatoria. dicit tamen ꝙ doctores non sequuntur illam glo. & ad sic dicendum mouetur ex eo: quia si non tollitur testamentum inter liberos speciali iure validum, ergo sequitur, ꝙ multominus tolletur eo casu, quo est vallatum solennitate iuris communis, & potentior est dispositio iuris cõis, q̃ iuris spiritualis. & facilius tollit ius spirituale q̃ ius cõmune,
4 † arg. l. eius militis. §. militia missus. ff. de mil. te. & l. antique. C. ad velleianũ. & in §. quia verò. in authẽ. de nõ alie. & ista fuit ratio Iacobi de Are. quam rationem Bal. ibi non videtur approbare: sed dicit distingue: vt ipse distinxit in prçcedẽti quçstione mota ibi per eum. vbi distinguit, an requiratur clausula derogatoria ad reuocandum primũ testamentũ, in quo sunt instituti liberi. & distinguit hoc modo, aut noua causa mutandi primum testamentum superuenit de nouo, & tũc nõ requiritur clausula de-
5 rogatoria † vt l. 3. C. de inoffi. testamen. argu. l. si cum Cornelius. ff. de solut. aut non superuenit causa, & tunc aliter distinguit, modò primum membrum distinctonis continet casum nostrum. nam in casu nostro interuenit noua causa mutandi istud testamentum: quia mortuus fuit ille Iacobus frater ipsius testantis ad quem volebat deferri hæreditatem suam, per quẽ ɔseruatur domus & agnatio, & iõ, quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, vt in c. insinuante, de offi. deleg. l. de ætate. §. ex causa. ff. de inter ro. act. cum simi. Ideo nõ est admiratione dignum: si non fecit mentionem de illo primo testamẽto, & sic posito, non tamen concesso, quòd debuisset facere mentionem de illo primo testamẽto: tamen non fuit opus propter causam de nouo surgentem, & sic posito ꝙ primum testamẽtum fuisset scriptum manu tabellionis & etiam secũdum, & fuisset primum inter liberos: tamen propter causam de nouo surgentem staretur secundo non facienti mentionem de primo. & istam distinctionem Bal. sequitur Salycetus in dicta auth. hoc inter liberos. & illam etiam sequitur ibi Raphael Fulgo. & per ɔsequens ex isto capite primum testamentum est reuocatum. Facit etiam: quia illa l. hac consultissima. vsque ad §. per nuncupationem. exclusiuè loquitur de testamento in scriptis, & ante illum. §. per nuncupationem. appositæ sunt illæ duæ authen. videlicet authen. quod sine. & authen. hoc inter liberos. & sic debent intelligi secundùm dispositionem legis, ad quam referuntur; vt in d. l. in testamento. sed d. l. hac consultissima. loquitur in testamento in scriptis maximè, quia dicta authent. quod sine. expresè loquitur de testamento in scriptis. & per consequens dicta auth. hoc inter liberos. debet intelligi de testamẽto in scriptis; maximè, quia vtitur illo pronomine demonstratiuo, vt superius demonstraui. Ergo tale testamẽtum est, reuocatum per secundum non faciens mentionem de primo. facit etiam, quod habetur in auth. de testament. imperfect. §. & si quidem. in versi. quia voluit forte talem voluntatem mutare. & in versi. si fecit talem quandam voluntatem: non tamen eam valere vlterius vult &c. vt est text. formalis pro hac dubitatione, dicitur enim ibi, ꝙ si pater inter liberos fecit testamentum, ita vt ibi traditur, videlicet in scriptis cum certa forma vt ibi, si postea vult talem voluntatem vlterius eam valere non vult. Ecce qualiter illa verba relatiua, talem voluntatem, bis geminata & postea apponitur illud demonstratiuũ, eam, quo casu aperto ore loquitur tex. ille, quòd testator vult mutare voluntatẽ factam in scriptis secundùm formam ibi traditam, ergo si vult mutare dispositionem prius factam nuncupatiuè, & non secundùm formam ibi traditam, sumus extra dispositionem illius tex. ergo remanebimus sub terminis regulæ antiquç, vt secundum testamentum rumpat primum, licet de illo non faciat mentionem: quia quod non mutatur non est ratio, vt stare prohibeatur. d. l. sancimus. C. de testa. apparet ergo manifestè ex prædictis, ꝙ illa auth. hoc inter liberos. loquitur de testamento facto in scriptis. & per consequens est reuocatum & hoc voluit Angel. & idem voluit gloss. vt superius demonstraui: & quia causa superuenit de nouo, potuit mutari non seruata illa solennitate reuocandi, vt voluit Bald. Salyce. & Raph. & idem etiam voluit Ange. in d. authen. hoc inter liberos. quando superuenit noua causa mutandi, allegat d. l. 3. C. de inoffi. testam. & d. l. si cum Cornelius. ergo res est sine dubitatione aliqua in fauorẽ istorum de Bellinis, maximè, quia testator in primo suo testamento voluit, quòd ista non posset petere aliud, & vbi voluntas testatoris est aperta, non est opus, nisi seruare illam: nec est recurrendũ ad interpretationem verborum; vt l. ille, aut ille. §. cum in verbis. l. non aliter. ff. de lega. 3. facit tex. in l. 3. C. de liberis præteritis, in versic. vbi enim manifestissimus est sensus testatoris, nunq̃ interpretatio uerborum tantũ ualet, ut melior sen-
6 su existat. † facit l. in conditionibus primũ locum. ff. de condi. & demonst. c. ultima uoluntas. 13. q. 2. cum similibus, & sic non poterit amplius aliquid petere.
¶ Præterea nos non sumus in casu d. auth. hoc inter liberos. quia d. authen. loquitur eo casu, quo pater fecit testamentum, in quo instituit liberos. & sic ad commodum liberorum fecit testamentum: quia ipsos liberos sibi fecit hæredes: sed iste non est casus noster: quia ille Barto. fecit illud testamentum primum ad fauorem sui fratris, & nõ ad commodum filiæ. immo filiæ suæ Drudç in dicto suo testamento nihil reliquit nisi 115. libras, quas dictus testator dederat pro dotibus ipsius suç filiç genero ipsius, & sic istud testamentum nõ fuit factum ad commodum dictæ Drudæ: sed illius Iacobi fratris dicti testatoris. ideo nõ dicitur testamentum factum inter liberos:
7 nam ad illum casum † ad quem non adaptantur verba legis, non adaptatur dispositio ipsius legis, ut l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. l. quòd constitutum. ff. de testa. mill. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accu. c. indemnitatibus. §. sed cum eas, de elect. lib. 6. l. iam autem. ff. de admi. tuto. ca. ex parte Astensis, de conces. præbend. sed uerba illius authen. hoc inter liberos. & in corpore, unde sumitur, non adaptantur huic

casui,

casui, ergo non adaptatur eorum dispositio, & per consequens sumus extra casum.d.authen.hoc inter liberos.& sic frustra quæritur, ꝙ debuit reuocari testamentum secundùm formam ibi traditam. vnde tex.in d.authen.de testa.imperfec.in §.non igitur.dicit inter suos filios voluerit facere dispositionem,& vxori aut extraneis aliquibus voluerit relinquere legata, aut fideicommissa, aut libertates.& sic loquitur, quando testamentum principaliter emanauit ad commodum liberorum,& si recte ponderetur.l. hac consultissima.§.ex imperfecto.C.de testa.coniũcta.d.authen.ꝙ sine. apparet, ꝙ loquitur,quando in illo testamento sunt instituti liberi,& persona extranea habet pro nõ instituta: sed in casu nostro huiusmodi institutio emanauit principaliter in fauorem illius Iacobi ex eo: quia illum instituit sibi vniuersalem hæredem: & sic testamentum emanauit in fauorem illius Iac. Et si dicatur, ꝙ iam instituit illam Drudam filiam suam hæredem. Respondeo, ꝙ illa institutio emanauit potius ad fauorem testãtis, vt valeret testamentũ,quàm ad fauorem illius Drudæ,arg.l.inter cætera.ff.de libe.& posthum.& l.filio præterito. ff. de iniusto test.vnde in consequentiam illud testamentum tendit ad fauorem illius Drudę: sed principaliter tendit ad fauorem illius Iacobi, & clarum, quòd in iure attendimus illud,quod principaliter fit,non illud quod incidenter & in ꝯsequen-
8 tiam; † vt l.interdum.§.qui furẽ.ff.de fur.vbi iudex maleficiorum incidenter cognoscit de causa ciuili, licet principaliter cognoscere non posset, vt l.solemus.§.latrunculator.ff.de iudi.l.1.§.fi.& l.quod dicimus.ff.de autho.tuto.Facit, quod voluit do.Anto. in c.j.de transla.epis.vbi dixit, ꝙ electus confirmatus nondum cosecratus potest cognoscere de causa criminali incidenter: sed non principaliter: quia non attenditur, quòd fit in ꝯsequentiam & incidenter. Et ideo licet quis non possit esse testis in causa, vbi agitur de commodo proprio principaliter: tamen põt testificari,vbi incidenter agitur de proprio commodo.c.insuper,de testi.glo.2.q.4.c.placuit,& quod voluit Cyn.& Bal.in l.dictantibus.C.de testa. Et facit text.valde singu.in l.non solùm.§.fina.ff.de procur. coniuncta l.1.§.penul.& fin.ff.de suspec.tut.vbi probatur, quòd licet nõ possit interuenire procurator, vbi venit imponenda pœna capitalis: vt l.pen.§.ad crimen.ff.de public.iudic.c.veniens,de accusa.cum simil. tamen illud est verum, quando principaliter venit imponenda pœna capitalis, secus si in conse-
9 quentiam: † quia tunc potest interuenire procurator,quod dictum reputauit fore nouum.d.meus Io. de Im.in commento.d.l.pe.§.ad crimen.ff.de pub. iudi.Facit,quod voluit Iacob.But.in l.non solùm.§. quæritur.ff.de ꝓcur.facit,quod pulchrè voluit Bal. in l.1.§.huius studij.ff.de iusti.& iure.vbi dixit,quòd si testis interrogatur, an commodum spectet ad eũ, & ipse respondeat ꝙ non, valet eius dictum, si commodũ non spectat ad eum principaliter: sed in consequentiam ad eum spectet: quia non videtur a iure considerabile de eo, quod accidit incidenter, & in consequentiam. Facit.l.si sponsus.§.donationis.& §. generaliter.ff.de donat. inter virum & vxo. vbi valet donatio, si maritus ĩ ꝯñtiam,& nõ principaliter do-
10 nat vxori: † licet principaliter esset prohibita donatio inter virum & vxorem. Facit glo.in cap.per venerabilem,qui fi.sint legi.quæ voluit, ꝙ incidenter & in ꝯsequentiam valet legitimatio Papæ quoad tem-
11 poralia. † Facit,quod voluit Bart.in l.si confessus.ff. de custo.reo.vbi dixit, ꝙ ex confessione facta in iudicio incidenter iudex nõ potest aliquem punire, pro quo dicto est glos.sing.in c.ex pœnitentibus.l.dist.& sic ex istis apparet, ꝙ illud,quod fit in ꝯsequentiam,

non est de iuris ꝯsideratione. ideo licet ad substantiam testamenti sit opus,vt ista filia institueretur: vt in d.l.inter cætera.& in auth.vt cũ de ap.cognoscit. §.aliud quoque.c.tñ istud testm̃ testator fecit principaliter ad commodum ipsius Iacobi & non ad commodum ipsius filiæ.vnde non dr̃ testm̃ factum inter liberos. ideo sumus extra casum contentum in illis authẽticis,& per ꝯñs ex illis nihil infertur.l.Papinianus exuli.ff.de mi.l.eum actũ.ff.de nego.ges.cum si. ¶ Quinimo plus dico, ꝙ vr̃ loco legatarij institutus in re particulari dato cohęrede vniuersali.l.quoties. C.de hære.instit.licet habeatur loco hæredis quoad exclusionem querelæ & iuris dicendi nullum testm̃ pr̃num: vt patet in §.aliud quoq; capitulum.& in §. cæterum.in auth.vt cum de ap.cogno.& in l.si quis priore.ff.ad Trebel.dixit esse speciale odio querelæ, & supple,& iuris dicendi nullum: quia non poterit dici præteritus, ex quo habet titulũ institutionis: & licet gl.ibi dicat esse speciale odio querelę,& de iure dicendi nullũ nihil dicat: tñ capitur ibi verbũ, querela,ẽt pro iure dicendi nullũ.& sic si est speciale, vt dicatur institutus odio querelæ.sequitur, ꝙ regulariter non dr̃ esse hæres instituto hærede. & sic stat verissima conclusio ꝙ istud testm̃ non dr̃ factum inter liberos: sed dicitur factum inter extraneos: quia dñr oẽs extranei, preterq̃ filij, vt hr̃ in l.j.C.de impo.lucr. descript.& ibi Bar.lib.10.& per ꝯñs sumus extra casum d.auth.hoc inter liberos, quia hoc verbũ testm̃, prolatum simpliciter intelligitur de testamento in
12 scriptis † per illum tex.& si aliter diceremus, illa verba ibi posita superfluerent, & per ꝯñs multo clarius probatur, ꝙ d.auth.loquitur de testamento facto in scriptis. ¶ Præterea est aduertendũ, ꝙ frustra loquimur, ꝙ debuit reuocari pñaliter illud primũ testm̃ per d.auth.hoc inter liberos, ꝙ ostẽdo: nam d.auth. hoc inter. præsupponit primũ testm̃ fore validum, aliàs secus; quia si non est validum, est nullius efficaciæ, & per ꝯñs nulla est fienda de illo primo testõ mentio: quia priuatio pręsupponit habitum: vt c.venerabilem,de elect.c.ad dissoluendũ.de despon.impu.l.manumissiones.ff.de iust.& iure.qm̃ paria sunt aliquid non fieri,uel fieri & non solẽniter.l.quoties. ff. qui sa.cog.l.4.§.condemnatum.ff.de re iudi.cũ si. Sed hmõi testm̃ factum primo loco per illum testatorem non tenuit: ergo frustra loquimur de tali testamẽto reuocando: quia d.auth.hoc inter liberos. dicit, ꝙ dẽt fieri mentio de tali testõ: sed si illud non est testm̃, sequitur, ꝙ nõ est tale; quia cui deficit esse, deficit qualitas: quia, vt inquit philosophus, accidentis est inesse.l.eius qui.ff.si cer.pe. illud assumptũ probo, ꝙ non sit validũ illud testm̃: quia in eo testamento non instituit illam suam filiã vltra dotem in quinque solidis, ut iam fecit in isto suo secũdo, ut uoluit glo.in l.3.§.sed utrum.ff.de mino.quæ dicit, ꝙ cautela est, ꝙ filia instituatur in duodecim imperialibus
13 unà cum dote.† & ibi Bar.dicit, ꝙ ita obseruatur de facto.ergo sequitur, ꝙ communis obseruantia facit ius, ut l.de quibus.ff.de legi. cum simil. Et ideo dixit Bald.in l.quicunque.C.de ser.fugi.ꝙ illud, quod est consuetudinariũ, non est arbitrarium: & minimè mutanda sunt, quæ certã interpretationem habuerunt.l.minimè.ff.de legi. Facit, qđ uoluit Ange.in l. Papinianus.§.si quis mortis.ff.de inof.test. ubi dicit, ꝙ debet institui filia saltem in uno denario, ut testamentum sit inexpugnabile,& debet esse singularem gloss. in dicto §.sed utrum.& in §.aliud quoque capitulum,in auth.ut c.cum de appel.cogno.& idem uoluit Ang.in l.posthumus.§.si quis ex his.ff.de libe. & posthu.allegans glo.in d.§.sed utrum.facit, quod uoluit Bal.in l.non fine.C.de bo.quæ lib. Ecce nunc qualiter Bald.concludit, ꝙ ad hoc ut non rumpatur testamentum,

testamentum, requiritur, ꝙ vltra dotem instituatur in aliquo. & licet gloss. dicant, ꝙ est cautela & consilium, vt instituat vltra dotem: tñ dico, ꝙ illud consilium est deductũ in consuetudinem. & ideo seruanda est consuetudo. & dixit Bar. in d. §. sed vtrũ. quòd ita seruatur de facto, quinimo dico, ꝙ est deductum ad iuris ministerium, vt vltra dotem relinquat sibi aliquid, vt hodie est casus sing. in cap. Raynutius. de testa. vbi dr̃, ꝙ pater reliquit vltra dotem domum & hortum. & ibi do. Cardi. dicit per illum tex. quòd pater debet vltra dotem aliquid relinquere filiæ, & vltra dotem debet eam instituere in aliquo. & dicit, ꝙ ad euitandas opiniones est consilium, ꝙ instituat in aliquo vltra dotem: quia dos est proprium patrimonium ipsius filiæ, vt l. Pomponius Philadelphus. ff. fami. ercis. & ideo Bald. in authen. nouissima. C. de inoffi. testa. dicit, ꝙ debet esse instituta in vno nũmo vltra suam dotem allegat gl. in d. §. sed vtrum. & idẽ voluit idem Bal. in l. quoniam nouella. eo. tit. & allegat gl. in d. §. aliud quoque capitulũ. quę dicit sufficere, ꝙ instituat in vno nũmo: sed (vt dixi) cum esset dubitatio apud doctores, an deberet institui vltra dotem in aliquo alio, & gl. dicunt, ꝙ est cautela: qa emanauit text. iuris canonici declarans dubia iuris ciuilis, vt in d. ca. Raynutius. vnde quia Papa potest declarare dubia iuris ciuilis, vt in ca. per venerabilẽ. qui fil. sint legi. declarauit illam dubitatiõnẽ. & sic hodie est standum decisioni. d. c. Raynutius. & maximè: quia ita hodie seruat consuetudo, vt dixit Bald. & etiam multo fortius, qa in vilis & locis rusticanis ita seruat. Et sic in casu nostro cõcurrunt multiplicata vincula, quæ fortiorem inducunt dispositionẽ, vt in authẽ. itaque. C. cõmunia de succes. & in c. j. de treuga & pace. & ideo dixit glo. in l. 2. §. j. ff. de excu. tut. ꝙ quæ non prosunt singula, multa iuuant. gl. in l. instrumenta. C. de proba. & in ca. accedens. el 2. vt lite nõ cõtest. Et etiam facit; q̃a iste testator spreuit consilium legis; qa oẽs glo. voluerunt ad euitandas opiniones, vt instituere pater filiã vltra dotẽ in aliquo, & vbi nõ habemus casum, licitũ est nobis allegare authoritatem maiorũ: vt l. si idem cũ eodem. ff. de iurisd. omn. iudic. & ibi Ang. & tex. in c. j. de decimis, vnde vr̃ spreuisse consilium legis, quo casu nõ valebit tale testm̃ iuxta illud, qđ voluit gloss. in l. codicillis. §. fi. ff. de leg. 2. quæ dicit, audi stultum testatorem, qui spreuit iuris solennitatem. glo. ibi dicit, audi stultũ testatorem, non tamen sibi prodest stultitia sua. Ita dicamus in proposito nostro. & sic multifariè multisque modis demonstratum est nullo modo posse istam Drudã venire ex illo primo testamento nullo ẽt reuocato per scđm testm̃. facit etiã, qđ voluit Saly. in d. l. qm̃ nouella. C. de inoff. testam. vbi transit cũ gl. d. §. sed vtrum. ¶ Item est ẽt ponderandum circa hoc: quia si nos tenemus opinionem Bar. in l. quoties. §. si duo. ff. de hæredib. instit. vbi tenuit, ꝙ testator potest prohibere ius accrescendi ex-
14 pressè & tacitè. † & idem voluit in l. pen. ff. de iniust. testa. & tunc testm̃ non tenet, vt latè ibi per eum. sequitur, ꝙ istud primũ testm̃ fuit nullum, & per consequens rectè dicimus, ꝙ non fuit opus reuocare testamentum, qđ erat nullũ. & sic nõ vendicat sibi locum dispositio d. authẽ. hoc inter liberos. Modò cũ istud secundum testm̃ fuit validum, vt demõstraui in consilio meo reddito contra sñiam latam, inde sequit, ꝙ standum erit huic secundo testamento, & ista vr̃ pura veritas. ¶ Præterea est aduertendum, ꝙ ista Druda repudiauit hæreditatẽ. d. quondã patris sui ex illo testamento, & venit ab intestato, an hoc facere potuerit, aduertat iudex: quia si capi potest via ex testamento, nõ põt capi via ab intestato: vt l. quãdiu. ff. de acq. hęre. quia quandiu hæreditas põt

15 adiri ex testamento, cessat via ab intestato. † Modò testator prohibuit dictam Drudam plus petere &c. ex quibus verbis apparet, ꝙ testator vr̃ prohibuisse Trebellianicam & Falcidiã, vt dixit Io. de Imo. in repetitione l. j. §. si ex fundo. ff. de hære. insti. Et si dicat, ꝙ non vr̃ satisfactum dispositioni authẽ. de hęre. & falc. §. si verò expressim. vbi debet expressè prohibere. Ad hoc respondeo, ꝙ satis expressè videtur illam prohibuisse: nam si testator dicat, volo integra legata solui, vr̃ prohiberi falcidia, vt est tex. formalis in l. 2. §. ad filiorum. C. qñ & quibus quarta pars deb. lib. 10. & tenuit ibi Ang. ergo multo fortius in casu nostro, in quo testator expressè prohibuit illã plus pe-
16 tere. † Et si dicatur, ꝙ iura nõ exprimunt, ꝙ testator possit prohibere Trebellianicam, vt patet in d. §. si verò expressim. dico, ꝙ satis exprimunt ex eo: quia vbicunque duo sic se habent, ꝙ lato sumpto uocabulo unum uenit appellatione alterius, & est eadẽ ratio in utroq;, & in iure exprimit rõ: tunc ius exorbitans & correctoriũ disponẽs de uno habet locũ in reliquo, istę sunt tres gl. ualde sin. q̃ hoc dicũt: uidelicet in cle. j. in cle. auditor. de rescrip. & in clem. j. de ele. & faciat simile, qđ dicimus, ꝙ ius pęnale loquẽs in electione habet locum in postulatione, ut uoluit glo. sing. in c. j. de postul. pręla. quia appellatione electionis uenit postulatio, simile dicimus in pręsentatione. ita dixit gl. in c. fi. de ele. lib. 6. sed lato sumpto
17 uocabulo appell. falcidiæ uenit Trebellianica, † ut probat in auth. de eccle. ti. §. si aũt. uer. omni cessante falcidia. & eadem rõ est in utraque, & exprimit in iure, ut in d. §. si uero expressim. ergo sequitur, ꝙ ius correctoriũ loquens de falcidia habet locũ in Trebellianica. & istud tenuit Ang. in d. §. si uerò expressim. & in d. auth. sed cũ testator. C. ad l. fal. idẽ voluit Bal. insti. de fideicom. hære. Bar. in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Treb. & in d. authẽ. sed cũ testator. vbi ẽt idem voluit Cy. Pet. Bal. & Sal. & idem voluit glo. in d. §. si verò expressim. & in d. §. sed qa. & scribẽtes in c. si pater. de test. libr. 6. & sic ista est cõis opi. ideo sequenda iudicando & consulendo, vt per Bar. in l. fi. C. de pęna iud. Io. And. in c. j. de consti. Inno. in c. ne innitaris. de consti. sed certum est, ꝙ nõ potest repudiari hæreditas ex testamẽto, vbi prohibetur Trebellianica, vt probatur in d. §. si verò expressim. vbi satis lucratur quoad cõmodum animæ talis hæres, quẽ tex. ad hoc reputat sing. Bar. in l. nemo põt. ff. de leg. 1. ergo sequit, ꝙ ineptam viam elegit dicta Druda venire ab intestato & repudiare hæreditatem ex testamento: quia cũ ipsa dicat & malè, ꝙ scđm testm̃ non tenuit: sed valuit primum, sequitur, ꝙ quandiu hæreditas possit adiri ex testamento, non debemus recurrere ad viam ab intestato, vt dicta l. quandiu. ¶ Item si nos tenemus opi. Dy. qui voluit, ꝙ testator nõ possit prohibere ius accrescẽdi, vt plenissimè refert Ioã. de Imo. in repetitione d. l. j. §. si ex fundo. cuius opi. dicit esse veriorẽ de iure: licet Bart. in l. quoties. §. si duo. ff. de hære. insti. tenuerit ꝙ possit prohibere: tñ Io. de Imo. sequitur opi. Dyn. in d. §. si ex fundo. & in d. l. quoties. §. si duo. & etiã in lectura. d. §. si ex fundo. & illam etiam sequitur Sal. in d. l. quoties. C. de hęre. insti. licet Bal. circa hoc variauerit: tamẽ in quibusdam locis sequitur opi. Dy. vt plenè refert Ioan. de Imo. in d. §. si ex fundo. sequitur ergo, quòd reiecta illa prohibitione, ꝙ plus petere non possit, valet & tenet testamentũ, & per consequens potuit venire ad totam hęreditatem ex testamẽto, posito, non tamen concesso, ꝙ secũdum testm̃ non tenuerit. & sic ineptè videtur fecisse repudiando hęreditatem ex testamento valido & veniendo ab intestato: & sic debet succumbere. ¶ Et si quispiam dixerit, ꝙ vbicunq; testator instituit in re particulari, & pro-

hibet illam plus petere posse: videtur, quòd talis prohibitio intelligitur, rebus sic se habentibus & durantibus: aliàs secus, vnde si viuo testatore moriatur masculus: tunc filia venit ad totum nō obstante tali prohibitione, arg.l.qđ Seruius.ff.de condi. ob cau.& c.cum P.de renuntia.cum si.ita in quęstione facti consuluit Bald. vt ipse refert in d.l.quoties. §.si duo.& etiam Bar.ibidem sequitur Ioā.de Imo.& in repetitione.d.§.si ex fundo.ergo sequit̄, ꝙ malè fecit repudiare hæreditatem ex testamēto: cum ex testamento videretur vocata ad totā hęreditatem, & sic non potuit venire ab inrestato, cum esset vocata ex testamento. ¶Et si quispiam dixerit: ergo sequit̄, ꝙ si dicta Druda venisset ex testamento, ꝙ consecuta fuisset totam hæreditatem non obstante, ꝙ testator prohibuerit illā plus petere nō posse, cum dixit, iubens illā fore tacitā & contentā. Ad hoc respondeo, ꝙ Saly.in d.l.quoties.C.de hære. insti. posuit veram & æquam opin.Dyn.qui voluit, ꝙ testator nō possit prohibere ius accrescendi, & si prohibeat, nō valeat prohibitio, addidit Saly. illi opinioni Dyn. ꝙ videat̄ rogasse, ꝙ hæreditatem illā restituat venientibus ab intestato. vnde dicit: aut apparet fauore cuius personæ testatoris fecit illā prohibitionem: & tunc illa persona videt̄ vocata, argu.l.filiusfa.§.cum qs.ff.de leg.j.& voluit glo. in l.peto.in versi.idem dicemus. ff.de leg.2.& si non apparet de certa persona, cuius fauore fuit prohibitus plus petere institutus in re certa, vel in quota: tūc testator vr̄ voluisse relinquere & reliquisse videt̄ venientibus ab intestato, argu. l.si quis cum nullum. ff.de iure codicillorum. quo casu illi venientes ab intestatò possunt petere illa sibi restitui, allegat ad hoc ibi Salyc. d.l.peto. in secundo respōsō.& in hoc residet Saly.¶Si dicat̄ modo, Amice, fateor tibi de plano, istā Drudam fuisse iussam fore tacitā & contentam de dictis libris. 105. & sic nō petere plus cōtemplatione & fauore illius Iacobi: sed ille decessit viuo illo testatore, ergo videt̄ vocata dicta Druda: qa cessat fauor illius Iacobi, & per consequens non videntur vocari venientes ab intestato ex quo constat, ꝙ fauore illius Iacobi fuit iussa esse tacita & contenta. Ad ista do respōsionem facilem & verissimam, ꝙ licet testator prohibuisset fauore agnationis & domus: quia voluit bona sua peruenire ad suos agnatos: quia per agnatos virilis sexus conseruantur domus & familiæ, quę absq; diuitijs nō conseruant̄. l.j.§.si seruus. ff.de vent. inspi. & l.ab omnibus.circa princ.de leg.j.cum similib.& hac consideratione testōr vocauerit fratrem ad hęreditatem istā eum vniuersaliter instituens: tamen illā considerationem, quam habuit ad ipsum Iaco. circa excludendā illam Drudam, eādem habuit ad filios natos ex illo Iac.ad exclusionem illius Drudę, quòd clarissimè apparet ex fine: qa exitus acta probat, vt voluit Poeta, & probatur in l.rem non nouā. C.de iudi. quia in secundo testamento iste testator uocauit ad suā hęreditatem filios natos ex illo quōdam Iacob.& uoluit, ꝙ illa Druda haberet illas. 115. lib. & ulterius quinque solidos, & per consequens sublato de medio illo Iacob.nō uidet̄ sublata ratio, quæ mouit ipsum testātem ad uocandum illos nepotes, & sic uidentur illi uocati ad illam hæreditatem. & sic habet locum in casu nostro opin.Salyce. Item fuit etiā alia ratio: quia quòd iusserit testator, quòd illa staret tacita & cōtenta, fuit odium, qđ ad ipsam Drudam filiam suam gerebat: quia antequā traduceret̄ ad maritum dicta Druda fecit se grauidari & impregnari, propter quòd continuè & semper eius pater habuit illam odio, & per cōsequens fuerunt duæ rōnes prohibendi & uolendi, quòd illa esset tacita & contenta dictis libr. 115. posito ꝙ esset una rō: quia mortuus fuit ille Iacob.uiuente testatore: non tn̄ cessat alia ratio prohibitionis, uidelicet ꝙ testator odium gerebat erga ipsam Drudā, ergo remanet prohibitio firma: ut l.liberorum.§.notantur.de his qui no.infa.insti.de nup.§.affinitatis.cum si.& sic cessat dictum Bald.& Bar. in d.l.quoties.§.si duo.quia loquuntur, quando filia est exclusa duntaxat fauore instituti vniuersaliter: sed non qn̄ odio sui est exclusa: vt est casus noster.ergo &c. Et procedunt ista, quando testator non fecisset aliud testm̄: quia tunc vocarent̄ dicti nepotes de Bellinis ex tacita voluntate testantis, vt dixit Salyc. & dicta Druda teneret̄ eis restituere hæreditatem, nec posset detrahere trebellianicam: quia per illa verba videt̄ illam expresse prohibuisse, vt dixi superius, quāto ergo fortius vocantur isti nepotes, cum emanauerit secundum testamentum, propter quod reuocandum est primum. Et etiam accedat ad prædicta, quod pulchrè voluit dom.Pe.de Anchar.in c.j.de testa. ad fi. ¶Et ex istis multifariè, multisque modis demonstrauit, dictā Drudam nullum ius habere in bonis & hęreditate dicti quondam Barth. vnde si non emanasset secundum testm̄, adhuc nullū ius haberet in dictis bonis, iuribus allegatis superius, ergo multo minus cum emanauerit secundum testm̄. Et sic cōcludo in fauorem illorum de Bellinis.

SVMMARIVM.

Cnuentio contra substantiam actus apposita vitiatur & non vitia. nu.1.

Professio & matrimonium regulantur a pari. nu.5.

Professio non patitur, vt professus quid proprij habeat. num.6.

Actus remouetur, vbi pars substantialis ipsius actus remouetur. num.8.

Monacatus & matrimonium in multis ęquiparantur. nu.9.

EPITOME.

¶Quidam professus est se cōuersum cuiusdam hospitalis facta protestatione, si & inquantum liberè de bonis suis tam in vita, quam in morte, tam de proprietate, quàm de vsufructu ipsorum bonorum disponere valeat: non valet huiusmodi protestatio, nec prodest ipsi professo.

CONSILIVM III.

STat dubitatio vtrum dicta professio facta per ipsum quōdam do. Iacobum valuerit & tenuerit. & quia ex facto ius oritur, ideo ante omnia videndū est de tenore ipsius professionis, qui est talis.¶Honestus vir presbyter Iac.rector ecclesiæ curatæ sancti Ioan. constitutus personaliter in præsentia domini Bartholomei de Bonromeis Abbatis ordinis vallis vmbrosæ &c.Cupiens atque desiderās si & inquātum liberè de bonis suis tā in vita, quàm in morte, & tam de proprietate ipsorum bonorū, quàm etiam vsufructu disponere valeat, nec non liberè retinere dictam ecclesiam sancti Ioan.& non aliter, nec alio modo, & cum hac protestatione pręmissa, & in qualibet parte huius instrumenti repetita, ꝙ si futurus conuersus hospitalis sanctæ Mariæ de Mōzono dicti comitatus Bononiæ dicto Abbati & eius monasterio suppositi, & non professus petijt indui &c.qui do. Abb. audita petitione dicti domi. Iacobi etiam inquātum dicta protestatio possit sortiri effectum, & non aliter nec alio modo, pręfatum presbyterum Iaco. præsentem habitu conuersorum prędictorum induit &c. & hoc fecit & ordinauit dictus dom.Abb. inquantum conditio & protestatio præmissa possit sortiri effectū, & nō aliter nec alio mo-

alio modo, dictus Iacobus promiſit & conuenit dicto Abbati ſtipulanti & recipienti vt ſupra ſub obligatione ipſius & omnium bonorū ſuorum omnia prædicta attendere &c. Poſtea dicitur in alio instrumēto, quòd cum dictus presbyter Iacobus propter guerras nō poſſit, nec potuerit cum dicta cōditione & proteſtatione præmiſſa in cōuerſione hoſpitalis S. Mariæ habere locum, ideo petijt liberari & abſolui a dicta conuerſione, & contentis in ea a dicto do. Abbate. Ideo dictus domin. Abbas cauſa cognita & plenariè informatus, ꝙ narrata per dictum presbyterum Ia. ſunt vera, abſoluit, & liberauit eundem dom. Iaco. a dicta cōuerſione & promiſſione & cōtentis in ea &c. Ita formaliter dicitur in dicto inſtrumento. Item apparet etiam, quòd cum fuiſſet lis & quæſtio ſuper dicta cōuerſione & promiſſione fuit ipſa lis & cauſa cōmiſſa per ipſum dom. Abbatem, dom. Gaſpari de Manzolinis, Abbati Coruariæ doctori in iure Pontificio præſtantiſſimo, qui pronunciauit & declarauit dictam profeſſionem, & cōuerſionem, & promiſſionem vt conditionalem fuiſſe nullam, & nullius efficaciæ & valoris, & ita extitit cauſa cognita pronunciatum. ¶Stat dubitatio modo ſtantibus prædictis, vtrum dicta cōuerſio, & promiſſio valuerit & tenuerit de iure. Et quidem glo. in auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccle. tenuit, ingreſſum tenere: ſed reſeruationem eſſe nullam ex eo: quia cōuentio cōtra ſubſtantiam actus appoſita vitiatur
1 non autem vitiat: † vt l. cum precario. ff. de pre. l. vbi ita donatur. ff. de dona. cauſa mor. ſed hæc reſeruatio eſt contra ipſius ingreſſus, aut conuerſionis ſubſtantiam: vt in capit. 2. de ſta. mo. & in dicta authen. ingreſſi. ergo valuit cōuerſio & nō reſeruatio. Idem tenuit glo. decreti. 32. q. 2. cap. ſolet, per tex. cap. inſinuante. qui cle. vel uo. vbi eſt text. quòd valuit votū caſtitatis factum per mulierem non obſtante ꝙ ſibi propriū reſeruauerit. Sed ad illud daī rñſio triplex: prima ſecūdū Inn. ibi. & in c. fraternitatis. de frig. & maleſi. ꝙ ibi licet mulier vouerit caſtitatem: non tñ apparet, ꝙ ingreſſa fuerit religionem aliquam, de cuius ſubſtantia foret votum paupertatis, ſecunda reſpōſio datur, ꝙ ibi nō apparet, an ipſa mulier reſeruauit ſibi bona ad ſui proprietatē. vnde forte potuit ſibi reſeruare ad ſimplicē vſum, quem habere poteſt religioſus, conniuentibus oculis ſuperioris, vt de ſeruo in ſimili dicit tex. in l. 4. in verſi. primò quidē. ff. de manumiſ. tit. generali. vel daī tertia rñſio, ꝙ ibi fuit facta reſeruatio per viam modi: nō autē per viam conditionis: qm̄ dictū fuit voueo, vt patrimonium meū mihi retineā. vnde adiectio per viā modi cōtra ſubſtantiā diſpoſitionis vitiatur, & non vitiat.
2 † iſte eſt caſus ſin. in d. l. cū precario. Et pro hac parte adduci pōt tex. in c. diaconi. 28. di. vbi dr̄ valere promotionem ad ordinē diaconalē, licet promotus de retinenda vxore proteſtatus fuerit, ꝙ tñ eſt contra ſubſtantiā talis ordinis, cū clerici teneantur vouere caſtitatē: vt no. in c. cum olim. de cle. coniug. & in c. Nicena ſinodus. 31. di. ¶ Ad idem ēt facit. 10. q. j. c. ſi quidā. vbi valet conſtructio eccleſię, & eius dotatio per laicū facta licet fuerit appoſita cōditio, ſeu proteſtatio, ꝙ dicta dos debeat gubernari per ipſum laicū & nō per epm. reijcitur. n. talis proteſtatio ex eo: qa eſt cōtra nām ipſius dotis, quę eſt, vt per epm de-
3 beat gubernari. † Et iſta faciūt nunc, vt dicta cōuerſio facta per ipſum presbyterū Iac. valuerit, & reijciatur illa cōditio, ſeu proteſtatio, vt poſſit retinere bona quò ad proprietatē & vſumfructū, & de illis liberè diſponere in vita & in morte: & iſta fuit vna principalis opi. in hoc paſſu, vt valuerit cōuerſio, ſed non valuerit dicta proteſtatio. ¶ Sed fuit ēt ſecūda opi. principalis in hac materia gl. in l. per ſeruum. ff. de vſu & habi. volētis, ꝙ aut hmōi bonorū reſeruatio adijcitur ad profeſſionē incōtinenti, & tali caſu ſit profeſſio nulla, aut ex interuallo, & tūc profeſſio ſit valida: ſed reſeruatio ſit nulla, & hoc per tex. d. l. per ſeruū. cum ſeq. & l. j. poſt princ. ff. ſi vſusfru. peta. & eius, quod habet in l. j. ff. de adi. leg. in quibus dr̄, ꝙ legatum vſusfructus eſt nullū, ſi iter ad eum, vel eius vſus adimatur incontinenti: quoniam de ſubſtātia fruēdi vſus eſt & via: ſecus verò ſi hęc adimātur ex interuallo: qa tunc ademptio eſt nulla, legatum verò eſt validum. ¶ Fuit etiam tertia opi. gl. in c. 2. de ſtatu mo. & in c. inſinuante. q cle. vel vou. volēs profeſſionem vitiari ex ipſa reſeruatione, & hoc per tex. c. fi. de condi. appoſi. vbi matrimonium contractum ſub cōditione, ſi generatio prolis euitabiī, nullum eſt ex eo: quia ei adijcitur conditio, quæ eſt cōtra ſubſtantiam matrimonij, cuius quidem ſunt
4 tria ſubſtantialia. ſ. proles, fides, & ſacramentū, † vt in c. omne itaque. 27. q. 1. Ita ergo in caſu propoſito profeſſio erit nulla ex eo: qa ſibi adijcitur conditio, quæ continet id, quod eſt contra ſubſtantialia. ſ. caſtitatē, obedientiā, & paupertatē, vt in d. ca. 2. & c. cū ad monaſteriū. eo. ti. Sed Inn. & Io. An. qui ſequunī opi. glo. in d. auth. ingreſſi. volentis reſeruationē eſſe nullam, & profeſſionē de iure validam eſſe, reſpondent ad d. c. fi. duobus modis. primò, ꝙ tex. ille procedat, qñ vterq; coniunx conditioni conſentit: quia ſi vnus conſentiret & alter nō, tunc matrimonium nō erit validum, & conditionis adiectio nulla. allegāt ad hoc tex. valde no. 32. q. 2. c. aliqñ. ſecus autē ſi mulier aſſentiendo reſponderet, ꝯho ſub cōditione eadem: qm̄ tunc matrimoniū erit nullū, vt in d. c. fi. licet ergo intendens profiteri apponat illam conditionē, ſi mihi licitū fuerit retinere, & ēt cōſentiat ſuperior profeſſionē recipiēs: tñ Deo præiudicare nō pōt igiī profeſſio eſt valida. Secundò rñdent. ꝙ magna diuerſitas eſt inter vtrunq; caſum: qm̄ de magis formali & intrinſeca ſubſtantia eſt in matrimonio productio prolis, q̄ in profeſſione carentia proprij, ꝙ patet: qa primęua inſtitutione fuit matrimoniū introductū, vt liberorum proles inſurgeret, vt in d. cap. omne itaque. ſed vt profeſſi religionem proprio careant, non fuit a primęua inſtitutione introductum, ſed ex poſtfacto authoritate eccleſiæ: vt patet. 12. q. 1. c. non dicatis. & cap. certe. cum ſimilibus. ¶ Præterea ꝯtus matrimonij reſpicit commodum vtriuſq; partis: qa ſicut obligaī vxor viro: ita econtra. & ideo meritò vxor cōſentiens adiectioni cōditionis cōtra ſubſtantiam matrimonij ſibijpſi prędicat ex eo: qa in eam principaliter verba mariti ſe obligantis diriguni: ſecus aūt eſt in profeſſione: qa qui profiteī religionem vnā, non intendit in cōmodum profeſſionē recipientis, nec illi profitens principaliter obligatur, ſed Deo, cui ſe ipſum vouet. Sed hæc reſponſio nō placuit Paulo de Leazarijs, in cle. eos. de regula. volenti, ꝙ immo hoc caſu profeſſio & matrimoniū regulanī a pari, ꝙ dupliciter appa-
5 ret. † primò: qa ſicut profeſſus nō pōt a religione, quam profiteī, recedere, niſi velit ad ſtrictiorē tranſire, vt in c. licet. de regul. Ita matrimonium ꝯctum non poteſt conſenſu coniugum ſeparari: quia quos Deus cōiunxit homo nō ſeparet, c. inter corporalia. de tranſlatio. epiſc. ¶ Præterea ſicut, vt celebreī matrimoniū, requiriī conſenſus illius, cui quis vult eſſe maritus. & econtra. ita & ad eſſe profeſſionis requiritur, ꝙ ſuperior ſit, qui in ſuis manibus eius profeſſionē, qui intēdit profiteri recipiat: vt in c. porrectū. de regula. & ideo non videtur bona opi. Inno. cum ſua ratione. Fuit etiam quarta opinio, quam poſuit Bartol. in dicta authen. ingreſſi. dicentis, quòd aut profitēs reſeruat ſibi patrimoniū ſimpliciter, & tūc

professio valet: eo quia nõ intelligit sibi reseruasse patrimonium vt domino, sed potius vt simplici administratori, vel vsuario: non est autem dubium, ꝙ patrimonium vt simplex administrator potest professus habere, vt in dicto cap.2.& quod not. per scribentes in l. Lucius.§.tres hæredes.ff.ad Trebel.& ita est dicta reseruatio intelligenda: qa secundùm hoc est valida, & aliter intellecta periret: vt l.quoties. ff. de reb.dub.l. quoties.ff.de verbo. obliga. cum similibus, aut sibi reseruans intendit sibi reseruare proprietatem: & tunc aut fit reseruatio per viam modi, & tũc professio valeat, & reseruatio sit nulla: aut fit per viam conditionis, & tunc professio sit nulla, per d.cap.fin.de condi. appo.sed hæc distinctio fuit quasi ex tota glo.d.c.insinuante.quam Bart. tacuit. ¶Quinta opin.fuit dom. Ant.volentis hoc dictum Bart.& glo. volentium valere reseruationem, cum illa fit ad retinẽdam administrationem simplicem, seu vsum, sibi non placere ex eo: quia de substantia professionis est, quòd professus nil habeat proprij,
6 † vt in dicto capitu. non dicatis.cum similibus. ergo eoipso, ꝙ ex reseruatione hoc proprium habet, scilicet administrationem, vel vsum, resultat, ꝙ est contra substãtiam professionis. ergo &c. Nec obstat dictum capitul.2.quia ibi vult, monacum professum habere peculium in administratione posse: non tñ ex pacto, seu conuentione: sed ad nutũ Abbatis, vel superioris reuocabilem, vt probatur in dicto capit. cũ ad monasterium. Spec. in titulo de statu mona. §.j. versicul.49.refert opiniones circa istum passum. Sed nullam firmare videtur. Sed Iacobus Butrigarius in dicta authen.ingressi.dicit limitando ibi glo. ꝙ si per viam cõditionis ei adiectæ sit facta reseruatio, quòd nõ valet professio.dicit etiam idem esse, si dicat, profiteor, si mihi liceat retinere talem fundũ in proprietatem: vt l.nõ solùm.ff.de actio.& obligationibus.idẽ dicit, si dicat, protestor, ꝙ volo profiteri tali pacto & non aliter, nec alio modo: qa ista verba habent vim conditionis: vt notat in simili in l.si quidẽ.C.de exceptionibus. Baldus uero in dicta authẽtica ingressi. dicit, ꝙ aut ista verba non fuerunt prolata in ipso ingressu: sed ante ingressum, tunc non habent vitiare: ad hoc allegat, c.cum dilectus, de successione ab intestato. & in l.cum plures. §.locator horrei ff.locati. sed ita non est in casu nostro: quia fuerunt prolata illa verba in ipso ingressu, & istam partem tenuit Salycetus in dicta authentica, ingressi. vbi vide. & refert idem tenuisse Richardũ eius patruum. Et sic stat in conclusione, aut incõtinenti in ipso ingressu fit talis reseruatio, & per viam conditionis, & vitiatur ingressus. & ad hoc facit dictum capitul. finale. de condit. appositi. Nec obstat illa responsio Ioannis Andreæ, quòd minister Dei licet recipiat illam professionem eo modo: non tamen ipse Deus illam recipit: quia dico, quòd Deus illam recipit: ita vt ipse minister eius recipit: & ad hæc allego, quod notat Innocentius in capitul. scripturæ. de voto. vbi dixit textus capituli finalis. 32. quæstione vltima. votum conditionale, quod principaliter fit Deo vouentem non astringit nisi conditione purificata, quãtuncunque ipsa conditio de se non foret licita: vt est illa, de qua tractamus. Item
7 † quia non est dubium, quòd hic professus non aliter habuit animum professionis obseruãdę, quàm sic, cum conditio haberet effectum. vnde si aliter ad professionem obligaret, esset obligatus coactè. vnde dicit textus, quòd militem voluntarium non autem coactum sibi Christus eligit. decimaquinta quæstione.j.capitulo non est. & ideo dicimus, professionem, si metu facta fuerit, non obligare: vt cap. primo. quod metus causa.& vigesima quæstione 3.

capitul. præsens clericus. ¶Nec obstat, cum dicebatur, quod minister Dei, id est ille, qui talẽ professionem recipit, non potuit Deo prçiudicare illam professionem acceptando: quia respondeo, quòd licet in quæsitis nõ possit inferior prçiudicare superiori: tamen in quærendis potest: vt in dicta l.finali. C.de acquirenda possessione, & quod voluit Federic. de Senis consilio 9.& quod habetur in l.quid autem. ff.quæ in fraudem credit.& quod voluit Bald.in authen. si qua mulier.C.ad Velleianum.& pro hoc facit capitu.dudum.de conuer.coniuga. vbi Papa loquẽs de eo, qui professionem fecerat religionis alicuius proprij nõ capacis. ita dicit, insuper quamuis aliqua spes memorato.C.data fuisset, per quam ad hoc conductus fuisset: eo tamen tempore, quo hæc facta fuerunt, purè, simpliciter & voluntariè ad votum & alia supradicta noscit processisse. vnde vult ibi tex.a sensu contrario, quòd si non purè: sed conditionaliter ille. C. professus fuisset religionem, & in cõditionem venisset reseruatio proprij, de qua loquitur ille text. professio fuisset nulla. vnde per sensum a contrario ibi videtur casus, quòd huiusmodi professio non tenuit, & hanc partem tenuit solẽnis doct.domin.Raph.Fulg.in dicta authen.ingressi. & sequendo Bartol.dicit, ꝙ illam distinctionem Bar. accepit ex dictis Martini de Sillimanis. & sic videt, quòd huiusmodi professio cõditionalis vitietur per huiusmodi reseruationem bonorum, & per ista apparet responsio ad cõtraria. ¶Præterea facit, remota parte substantiali actus videtur remotus, & ipse actus: licet enim accidẽs possit adesse & abesse prçter corruptionem subiecti: tamen nõ est sic in subiecto & substantia: quia remota parte substantiali,
8 actus remouetur. † cap. tua.de sponsal.sed retentio proprij est contra substantiam religionis: vt in dicto cap.cum ad monasterium. ergo talis conditio, siue modus vitiabit actum, etiam si sit cõditio resolutiua, & hanc partem vt veriorem tenuit do. Car. in d. c.fi.de cõdi.appo.& sequitur do. Abb.in d.cap.fi.& respõdet ad illud, quod opponitur, ꝙ recipiens professionem nõ potest præiudicare ipsi Deo: qa procedit in quæsitis nõ autem in quærendis: quia facilius abdicatur a nobis ius quærendum, quam ius quæsitum, de quo per scribentes in c.tua.de his quę fi.a prælа.& in c.vt super.de re.eccl.nõ alie.dicit etiam, ꝙ Deus nõ recipit obligationem, nisi a voluntario, 15.q.1.ca.non est. 14.q.5.c.si quid inuenisti. hinc est quòd votum emissum per metũ non obligat: vt in d.c.j.qđ metus causa.& cap.abbas.eo.tit. sed iste nõ vult aliter obligari, nisi teneat proprium, ergo non est præsumendum, ꝙ Deus voluerit ipsum vinculare contra suam voluntatem: cũ non indigeat Deus religione nostra, sed quisq; recipiet mercedẽ secundùm opera sua. Idem videmus inter homines contrahentes: nisi ambo idem sentiant, nõ valeat actus. l.j.ff.de verb.obligat. & hanc opinionem putat esse verissimam, & ad c.2. 10.q.j.respõdeo, quòd ibi conditio non fuit cõtra substantiam consecrationis ecclesiæ: sed contra consequentia ad ordinationem ecclesiæ. & ideo habetur pro non adiecta: cum sit contra ius commune: quia nõ potest facere patronus, vt ecclesia non sit sub ordinatione episcopi.& ad cap.diaconi.allegatum per glossam in d.cap.fin. respõdet, ꝙ matrimonium nõ est cõtra substãtiam ordinis clericalis: vt not.in capitu.cum olim.de clerico cõiugato. sed illud processit ex ordinatione ecclesiæ: vt in capitu. Nicena sinodus.31.distinctione. & ita firmat do.Abb.in dicto capitul. fin. istam partem tenuit Lud. Roma. in l.j.§.sed si mihi.ff.de verborum obligat. & allegat motiua abbatis authore suppresso. Et accedat ad hoc, quod voluit idem dominus

dominus Abbas in dicto cap. insinuante, vbi distinxit, aut quis simpliciter profitetur cum protestatione de suis bonis tenendis, & videtur, ꝙ in dubio reseruauerit sibi illa bona vt obedientiarius, aliàs minister monasterij: quia verba apposita in contractu debent intelligi secundùm naturam contractus. l. si vno. ff. locati. maximè vt potius res valeat, ꝗ̃ pereat, vt in capitul. abbate. de verbor. signification. etiam impropriando verba: aut constat, quòd sibi voluit reseruare proprium, ita ꝙ non est locus interpretationi, & tunc si fiat reseruatio per viam conditionis suspensiuæ, vel resolutiuæ, tunc vitiat actus, sed non conditio: vt in d. cap. fi. de condi. apposi. Idem dicit, si fiat per viam pacti: puta quia dixit, nec aliter, nec alio modo profiteri intendo: nam hæc verba habẽt vim conditionis, allegat Bald. in d. authen. ingressi. Item istam partem tenuit dom. Card. in capit. cum M. de constitutionibus. & Ang. in l. si ita quis hæres. ff. de hære. instituendis. vbi tenet glo. in dicta l. si per seruum. §. j. ff. de vsu & habi. & istam partem tenuerunt communiter glo. in d. cap. 2. de statu monac. & glo. in d. cap. insinuante. & glo. in d. c. fi. Idem tenuit Hugo in c. nunc autem, 19. q. vl. idem tenuit Barth. Brixiensis, vt refert Ioan. Andr. in d. cap. fin. idem tenuit Paul. de Eleazarijs, in clem. eos. de statu regul. & idem ibi tenuit Ioann. de Ligna. & hanc partem etiam tenuit do. Pet. de Ancha. in dicta cle. eos. nam Paul. ibi reprehendit responsionem Ioan. Andr. in dicto capi. fin. de condit. appo. inquantum Ioannes Andreas voluit, quòd d. cap. fin. procedat in matrimonio carnali: sed non in monacatu, quia ista responsio non est vera: quia immo valet argumentũ de matrimonio carnali ad monacatum, vt 7. q. 1. c. sicut, cap. j. & 2. de translatio. episco. de sponsal. cap.
9 tuæ. nam similitudo est in vtroque: † quia in matrimonio carnali contrahentes obligantur Deo in tantùm, ꝙ communi consensu separari nõ possunt. de conuers. coniuga. per totum tit. idem in monacatu. monacus enim non recedit de religione, nisi causa curæ animarum. capit. quòd Dei. de statu monacorum. vel causa transeundi ad strictiorem religionẽ: vt capit. licet. de regula. ideo dicit, quòd protestatio facta abbati, qui habet illum incorporare religioni, tuetur protestantem: quia non dicitur voluisse obligari, & potuit ab Abb. recipi, cui debet acquiri obligatio, sicut in matrimonio obligatur vxor viro & econtra, & plus dicitur esse obligatus monacus abbati: quia non habet velle. 12. q. 1. capit. non dicatis. ita dixit Paul. in dicta clemen. eos. & idem sequitur do. Cardin. ibi, qui dicit se ita tenuisse in dicto cap. Et si dicatur, quòd Bald. in dicta l. si ita quis. tenuit, quòd non vitiatur ingressus. Ad hoc dico, ꝙ Bal. ibi loquitur argumentatiuè, vnde dicit sic arguendo & non decidendo, vt apparet ex suis verbis. & ideo statur suæ decisioni, quam ipse posuit in dicta authen. ingressi. Et idem etiam sentit idem Bald. in dicta l. per seruum. §. 1. de vsu & habi. ¶ Et si quispiam opponat, quod adducit Ioann. de Imol. in dicta l. si ita quis. vbi dicit, quòd Goffre. Philip. Vincen. Dama. Hostien. & Inno. tenuerunt, quòd vitiatur illa reseruatio bonorum: sed ingressus valet, & idem voluit Ioannes in dicto capit. fina. Et subdit, ꝙ ista videtur esse communis opinio. ergo sequitur, ꝙ erit iudicandum & consulendum secundùm eam, vt probatur in l. j. ff. de offic. quæsto. in versicul. crebrior apud veteres opin. Ioan. Andr. in capitul. j. de constitutioni. Innocen. in cap. ne innitaris. eodem titu. videamus si ita est, quòd communis opinio teneat glo. in dicta authen. ingressi. & quidem, aut ipse sentit de doctoribus iuris ciuilis, aut censuræ canonicæ. primo casu dico, quòd errat vehemeter ex eo: quia licet Petrus Iacobus de Rauen. & Cyn. in dicta authen. ingressi. sequantur ibi glo. nihilominus moderni omnes sequuntur glo. in dicta l. per seruum. §. 1. nam Bartol. in dicta authen. ingressi. vt superius retuli, sequitur glossam in dicta authen. ingressi. idem voluit ibi Salycetus & Richardus & Raphael Fulgosius: & idem sequitur ibidem dominus Florianus doctor Bono. & idem voluit Angel. in loco allegato superius, & idem sequitũ Ludouicus Romanus. ecce nunc qualiter apud legistas communis opinio sequitur glos. in dicta l. per seruum. §. j. & sic errauit Ioan. de Imo. dicens, quòd opinio communis sequitur glos. in dicta authen. ingressi. licet idem Ioann. in l. vbi ita donatur. ff. de donationibus causa mor. & in cap. cum M. de constitutionibus. idem teneat, & etiam dom. Antonius ibi. & idem dominus Antonius in cap. 2. qui remittit ad dicta per se in dicto capitul. fin. ideo etiam tenuit Iacob. Butrig. in dicta authen. ingressi. vt superius retuli, & sic apud legistas est communis opi. Si verò loquimur de iure canonico, eodem modo ista est communis opinio: nam illam tenent glo. communiter in dicto cap. 2. & in dicto cap. fin. & in dicto ca. insinuante. & eam sequuntur moderni penè omnes, & do. Card. in d. cap. cum M. & in d. c. 2. & in d. cap. fina. & in d. cle. eos. idem tenuit do. Petr. de Ancha. & Paul. idem tenuit do. & consiculus meus Abb. item ipse respondet rationibus Ioan. Andr. & deijcit eas in profundum, & illas ẽt fecit Lud. Rom. & etiam Paul. respondent iuribus Io. Andr. & etiam probatur in d. c. dudum. & superius induxi. Et licet Io. de Imo. sequatur glo. d. auth. ingressi. tamen non vidit do. Card. & do. Petr. tenentes contrarium, nec allegat rationes nouas ad probandũ opi. gl. d. auth. ingressi. nec respondet rationibus Pauli. Et licet do. Ant. in d. c. fi. dicat, nunquam sibi placuisse opi. Bar. in d. auth. ingressi. & dicat, legistæ decidant suas leges, & dimittant canones: quia non est sine culpa imponere falcem in messem alienam. do. Ant. non rectè loquitur: quia idem do. Ant. dixit in c. 2. de sta. mo. ꝙ Bart. assumpsit illã distinctionẽ ex gl. d. c. 2. & d. c. fi. & d. ca. insinuante. ergo Bart. non mouetur ex legibus: sed ex ipsis canonum partibus. Item domi. Ant. ibi facit illam rationem dumtaxat, videlicet ꝙ non potest pręiudicare recipiens professionem ipsi Deo, istud est falsum ex eo: qa in quærendis potest prȩlatus prȩiudicare, vt no. in l. iubemus. C. de sacr. sanct. eccl. Lapus allegationibus. 93. & Io. And. in c. constitutus. de relig. do. Inno. in c. verum. de condi. appo. do. Abb. in c. j. de dolo & contu. item illa opi. est tenenda, quȩ mouetur melioribus rationibus & subtilioribus motiuis, vt in ca. capellanus. de fer. & ista mouẽt melioribus rõnibus & motiuis. ergo &c. item istam opinionem tenẽt oẽs moderni penè, & quanto moderniores tanto speculatiores, vt voluit glo. sing. in d. l. Gallus. in prin. ff. de libe. & posthu. & ideo est sequenda. Et licet Ioã. de Imo. dixerit, quòd contraria opi. est communis, dico, ꝙ sibi fuerunt incogniti doc. sequentes istã opi. quos superius retuli. Quinimmo idem Ioãnes de Imola in dicta l. vbi ita donatur. tenet istam partem, quòd vitiẽt ingressus. dicit enim, quòd est casus pro hac parte in dicto c. fi. de condi. apposit. arguendo de matrimonio carnali ad spirituale, argu. c. 2. de transla. episco. & ideo dicit, ꝙ sicut cõditio contra substantiam matrimonij carnalis vitiat ipsum matrimonium, eodem modo viciat matrimonium spirituale cõditio apposita contra substantiam matrimonij spiritualis, & dicit hoc tenuisse Marti. de Silli. & Bart. in dicta auth. ingressi. & respondet ad dictum capitul. insinuante. ꝙ ibi nõ fuit emissum votum paupertatis. & ibi voluit Innocentius, item ibi non constabat, quòd volebat

lebat retinere proprietatem, ideo intelligit, ꝙ velit retinere vsum conniuentibus oculis abbatis, & dicit, ꝙ ita sentit ibi Innoc. & Batt. & Bal. in dicta authentica ingressi. vel ibi votũ non fuit conditionale, sed modale, & sic sequitur ibi dictũ Iac. de Butr. & Bar. & Bal. & subtilius loquitur ibi, quàm fecerit in d. c. cum M. in d. l. si ita quis. vbi dumtaxat retulit rationem Ioannis Andreæ. & ideo standum est dicto suo in dicta l. vbi ita donatur. quia maturius ibi loquitur, argumen. l. diui fratres. ff. de iure patronatus. ¶ Nec obstat, ꝙ in dubio eligenda & tenẽda est opinio quãuis non communis fauens matrimonio, vt singulariter tradit pro regula Host. & ibi est bonus tex. ibi, humanus &c. in c. 2. de cogn. spir. qa respondeo, ꝙ procedit, nisi opinio verior & approbatior esset in contrarium: quia tunc non deberet iudicari pro matrimonio, vt probat text. valde singularis in l. si pars. ff. de inoffic. testamen. in versicul. iniquè. & sic Bartolus, Bald. Ang. Iacob. Butrig. Raph. Richar. Salyc. Martin. de Silli. Ioann. de Imola, Florianus, dom. Cardin. dom. Abb. do. Petrus, & sic tota penè iurisprudentia sequitur istam partem, ergo nõ esset tutum iudici in sindicatu iudicare contrarium, vt l. j. ff. de senatoribus. l. ita vulneratus. ff. ad legẽ Aquiliam. l. athletæ. ff. de his qui notatur infamia. cum similibus. ¶ Sed restat modò applicare omnia ista ad consultationẽ istam: nam iste dominus Iacobus desiderauit esse conuersus dicti hospitalis, si & inquantum liberè de bonis suis tam in vita, quàm in morte, tã in proprietate, quàm in vsufructu disponere valeat, & liberè retinere ecclesiam, quam habebat in titulum, & non aliter, nec alio modo, & cũ hac protestatione in qualibet parte illius instrumẽti præmissa, &c. Ecce nunc, quòd nunquã fuit conuersus, nisi cum illa conditione, vnde non potuit retinere ecclesiam, quam habebat in titulum & esse conuersus illius hospitalis S. Mariæ, nec potuit disponere de suis bonis. & ideo dixit glossa in capitul. vt lex continentiæ. 17. quæstione 2. quòd conuersus ad ecclesiam regularem videtur vouisse & renunciasse proprijs, ergo contra substantiam conuersionis fecit sibi illam reseruationem, ergo sequitur, ꝙ vitiatur talis conuersio & maximè; quia dicitur in dicta protestatione, ꝙ non aliter, nec alio modo, & recipiens talem professionem illam recepit, si dicta protestatio haberet effectum, & non aliter, vel alio modo, & sic concurrit voluntas profitentis, & volũtas recipientis professionem, seu conuersionem. Et est ponderandum illud verbum liberè: quia secundùm subiectam materiã importat, quòd sine licentia superioris possit retinere in proprietate & vsufructu, vt voluit glossa peregrina in clementina dudum. in versicul. liberè, de sepulturis. & quod notatur in capitulo in illis. de sponsalibus. & in capitulo lator. de homicidijs. Secundò probatur in capitulo ex literis. eodem titulo, & quod voluit dñs Abbas in dicto capitul. lator. & per consequens voluntas sua fuit nullo modo profitendi conuersionem, nisi liberè retineret proprietatem & vsumfructum suorũ bonorum. & licet fuerit absolutus ab illa professione conuersionis ab Abbate illius ordinis: tamen fuit de facto; quia nihilominus erat ligatus per supradicta. Item faciat etiam: quia per sententiam cognita causa latam & solenni animaduersione ab illo optimo canonista abbate de Manzolinis fuit absolutus ab illa asserta professione, quæ re vera fuit ipso iure nulla, & istam partem tenuit subtilissimus doctor Ioannes de Lignano in dicta clemẽtina, cos. istam partem tenet Ioannes Andreas in additione Speculatoris in titu. de statu monac. §. i. versicu. 44. in addit. quæ incipit, secundùm Accursium in authen. ingressi. C. de sacrosanct. eccles. vbi refert dominum suum in legibus, qui fuit Martinus de Silli. dicere, quòd quando in ingressu fiebat talis protestatio, dicebat, quòd ex quo principale nõ tenebat, nec accessoriũ. allegat. l. cum principalis. ff. de regu. iur. & sic licet Ioan. Andr. aliter dixerit in d. cap. fin. de condi. appo. tamen contrarium voluit in præfata additione. & ideo debemus stare vltimo dicto Io. And. quod voluit in præfata additione, argu. l. qui filium. §. Sabini. ff. de dam. infec. & per consequens non tenuit dicta conuersio, & sic non potest allegari in contrarium, quod dixit Ioan. Andr. in d. capit. fin. item istam partem tenuit Ioan. de Imol. in d. l. j. §. si mihi. ff. de verbo. obl. vbi remittit se ad dicta sua in d. l. vbi donatur. ibi autem sequitur gl. dicta l. per seruum. §. j. vt superius dixi. Facit, quod voluit Iac. de Bel. in auth. de mona. §. si quis autem. ꝙ aut certum est, ꝙ omnino voluit esse monacus, & tunc valet professio. aut constat, ꝙ non voluit esse, nisi compleretur conditio, & tũc non valet professio: & iste est casus noster: quia ex instrumento apparet, ꝙ ille nudo modo voluit esse monacus, nisi haberet proprietatem & vsumfructum bonorum, & liberè posset disponere in vita & in morte de illis, & communis opin. est vera, & est ista, & secundùm eam est iudicandũ. & per consequens isti pauperes rustici, qui emerunt bona ab illo domino Iacobo sunt tuti & securi, nec possunt impeti aut molestari iure aliquo a commendatario dicti hospitalis. Et ita concludo.

SVMMARIVM.

Familia conseruatur in agnatis. nu. 1.

Statutum, ꝙ femina non succedat, sed sit dote cõtenta stantibus masculis agnatis valet. nu. 2.

Legatum si sit alicui, si non ingrediatur monasterium, reijcitur. nu. 4.

Episcoporum decreta in locis exemptis non ligant. nu. 5.

Receptum ab aliquo debet recipi secundum naturam recipientis. nu. 7.

Clausula apposita in principio refertur ad sequentis. nu. 8.

Castrum regulatur lege ciuitatis, cui subest. nu. 11.

Statutum excludens feminam a successione intestati excludit feminam effectam monacam. nu. 12.

EPITOME.

¶ Valet statutum, ꝙ filia a patre, vel a fratre dotata non succedat.

CONSILIVM IIII.

STupendo & eleganti viso consilio abunde, subtiliter & ornatè reddito per celeberrimum & insignem in vtraq; censura interpretem dominum Philippum de Perusio, qui mirum in modũ hãc hesitationem enucleauit, vt nil melius, nil vtilius, nil acommodatius adduci vltra possit, & omnibus in puncto adductis solenni animaduersione examinatis, idem videtur aperto ore dicendum, quod in præfato consilio dictum est. Sed quia maiores nostri illud quemq; scire arbitrati sunt, quod ratione optima demonstratum esset. ideo aliqua succinctè in medium afferam. ¶ Et capio primum huius hesitationis articulum. videlicet, vtrum valeat illud statutum, quòd filia a patre, vel a fratre dotata non succedat. Mihi videtur, quòd circa istud non est necessaria aliqua inuestigatio ex eo: quia istud statutum est de iure validum, quod ad oculum demonstro isto modo, istud statutum disponit, quòd filia, vel soror dotata a patre, vel a fratre secundùm vires substantiæ patris, vel fratris sit & esse debeat contenta dote sua, nec possit venire ad successionem

cum

cum fratribus:& item aliud statutū disponit, ꝙ nulla mulier se nubat extra iurisdictionem communis Laudæ, & si nupta fuerit extra dictam iurisdictionem, nō succedat alicui de iurisdictione Laude. sed illa hęreditas perueniat ad agnatos proximos, & sic hoc casu apparet, ꝙ mens hmōi statuentium fuit fauere agnatis, vt agnitionum salua sit dignitas. l.ab omnibus.circa principium.ff.de leg.j.l.j.§. seruus.ff. de ventre insp.l.super statu.C.de quæstionib. Con-
1 stat autem, quód per diuitias familia † conseruatur & nobilitas, quæ perit propter inopiam.l.j.ff.de custodia reorum.& in authen. de defen. ciui.in princi. & §.j.& l.si creditores.ff de priuil.credit.l.pietatis.C. de suspe.tut. immo egestate sordentibus vita est supplicium, & mors solatiū.l.quisquis.C.ad legem Iul. maiest. familia verò propriè consistit in agnatis. l. pronunciatio. ff.de verbo. significat.& conseruatur per masculinam prolem.l.familiæ.eod.tit.ad publicam ergo vtilitatem spectat, ꝙ masculinam prolem comitentur paternæ & auitæ diuitiæ: quia auorum erit per nepotes ęterna memoria. l.liberorum.ff.de verbo.signific.instit.quibus modis ius pa.po. sol.§.j. ff.de interro. actioni.l.& quia. nec est nouū propter publicam vtilitatem derogari naturali ęquitati.l.j. ff.de vsucapio.l.ita vulneratus. ff.ad legem Aquiliā. est enim tale statutum rationabile ex causa & rōne, quæ verisimiliter mouit statuentes. primò, ratione cuiusdam recompensationis & ex cōsuetudine modernorum temporum, ex qua consuetudine probabiliter sumitur coniectura mentis & ratio statuentis.l. si seruus plurium. §.fin.ff.de leg.j.est enim consuetudo moderna, vt superstites agnationis subeant onera defunctorum ad propulsandas iniurias actiuè & passiuè, & ad similia multa onera & incōmoda. Est ergo ęquū, vt ibi collocentur commoda prouenientia ex agnatione, vbi collocantur incommoda.l.j.§.fi.ff.de aqua pluuia arcenda. secundò, ratione publicæ vtilitatis, quæ expostulat facultates suas singulis agnationibus conseruari, vt familiarū salua sit dignitas & honestas, vt in dicta l.j.§.si seruus.cum alijs allegatis superius; quia honores & munera publica potentioribus & honestioribus indicēda sunt. l.honores. ff.de decurionibus.l.ad subeunda. C.eodem. libr. 10. quia interest reipublicę per digniores & ditiores regi, non per pauperes & abiectos, dicta l.honores. & in authentico, de defen. ciuitatum. in princ.& §.j.& reipublicæ interest, facultatibus suos abundare subiectos, in authent. vt iudices sine quoquo suffragio.§. cogitatio. honores namque & munera publicorum gerendorum officiorum constat solùm ad virilem sexum pertinere. l.fœminæ. ff.de regulis iuris. & hæc facit ratio mouens coniecturatiuè modernos iurislatores. & ideo pulchrè dicebat illuminatissimus doctor Augustinus libr. 3.de ciuitate Dei. Quòd per diuitias in familijs decus & honor conseruatur, & apud Iuuenalem Satyricū præclarè scribitur. Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat. Res angusta domi. & fuit lex Mosaica, vt inuitarentur masculi ad succcessionem parentum exclusis sororibus dotatis, vt habetur Numeri capit. 24. refert & sequitur Angelus in disputatione sua incipiente. Nobilis quidam genere. & in consilio suo incipiente. statuto ciuitatis Terdonæ cauet. 299. vbi erat statutum, quòd filia dotata non succedat: consuluit enim tale statutum valere & esse conforme statuto diuino, & hanc dicit fore legem Mosaicam. & voluit Salycetus in l.cunctos populos.C. de summa trinitate & fide Catholica. vbi exclamat contra Bartolum ibi, qui tenuit tale statutū tenere, sed esse irrationabile: nam illud statutum principaliter non ad odium, nec ad pœnam mulierū emanauit, sed ad fauorem agnatorū, quo casu principalis causa est consideranda, vt l.si quis nec causam.ff. si certum petatur.& dicit tale statutum habuisse ortum ex lege Mosaica Numeri. 27. capitu.& subdit, ꝙ litera ibi cantat, ꝙ talis lex erit sancta & perpetua filijs Israel: sicut præcepit Dominus Moysi, & respondet ibi Salycetus ad legem maximum vitium.C.de liberis pręteritis.& sic tenet ibi Salycetus, valere huiusmodi statutum. Idem Ioannes Andre.in additione Speculatoris in rubrica, de successio. ab intestato. idem voluit Baldus in l.venia. C.de in ius vocando.& in l.lege duodecim tabularum.C.de legitimis hæredibus. idem voluit in quodā suo eleganti consilio incipiente. Martinus Ioaounis de Florentia, quod est 67.in ordine, & ponitur inter consilia Angeli, & in l. certissimi.C.vnde cognati. & in l.quicūque. C.de seruis fugitiuis. & in l.si defunctus. C.de suis & legitimis.& in quodam cōsilio relato per dominum Petrum de Ancharano in repetitione capituli primi.de constitutionibus.in quindecima quæstione principali. versiculo iuxta prædicta. & idem voluit Bald. in capitu.j. de successione feud. & in l. quod verò.ff.de legibus.& ideo dixit Ioan. de Imola in l.Titio centum.§.j.ff.de conditionibus & demonstrationibus. quòd tale statutum est rationabile, si aliqua ratione moueatur: puta quia reseruat mulieri dotem, vt in casu nostro & quod voluit Baldus in l.quod verò.ff. de legibus.& in l.si plures.ff.de cōditionibus insertis.& in rubri.de consuetudi. & in l. sancimus. C.de nuptijs.& in l.si pater. & in l.fi.C.de sponsalibus. & Bartolus in dicta l.Titio centum.§. primo. & in l.cum in plures. ff.de administratione tutorum. & in l.qui pupillam.ff.de adulterijs. voluit idem Baldus in capitul.j.de feud.cognitione. vbi di-
2 cit, quòd statutum † disponens, quòd fœmina non succedat, sed sit dote contenta, stantibus masculis agnatis, tenet. & idem voluit in l.cum lex.C.de episcopis & clericis. vbi dicit, quòd tota Italia seruat talem consuetudinem, sicut olim volebat media iurisprudentia, quæ coarctabat filias ad certam quantitatem, vt l.maximum vitium.C.de liberis præteritis. & idem voluit in authentica, nunc autem.C.de sacrosanctis ecclesijs.& in l.prima. §.ius naturale.ff. de iustitia & iure. Facit, quod commemorat Ioānes Andreas in additione Speculatoris in rubri. de success. ab intestato. vbi dicit, esse expressum in Lombardia, quòd si pater, vel frater maritat filiam, vel sororem debet esse contenta, & nil plus petere. allegat titu. de successorib. in l.si pater filiam. & idem voluit Oldradus in consilio 133.& allego glossam in capitulo primo.§.cum verò Conradus. in versic. hoc autem notandum. in glossa magna super verbo legibus. versicul. item si pater dotauerit filiam, non veniat amplius ad eius successionem, in titul. qui feu.da.poss.& quod voluit Alber. de Ros.in prima parte statutorum.quæstio. 43.& in secunda par. quæstion.105.& in proœmio ffōrum Bald. in l.Papinianus.§.si conditioni.ff.de inoffic.testamen. Ange. in l.Gallus.§.& quid si tantùm. ff.de libe. & posthu. & in dicta l.Papinianus.§.si quis mortis. & in l.posthumus.§.si quis ex his. ff.de inoffic.testament. & voluit Bald.in l.si verò.§.de viro. ff.solut.matrim. & facit, quod plenissimè dixi in repetitione mea. capitu. Raynutius. de testament. Et facit ratio inconuincibilis, potentior est prouisio legis, quàm prouisio cōuentionis: quia illud quod non potest fieri pacto, potest fieri statuto. sed non econtra, gloss. in rubri. de decre.decur. libro 10.quæ ad hoc reputatur singul. facit gloss. in capitul. non putamus. de consue. libr.6.text.melior de iure in l.generaliter. C.de fideiuss.l.neque pignus.& l.nec ex prætorio. ff.de reg.iur.

Bar.in l.non impossibile.ff.de pac.& in l.oēs populi. ff.de iust.& iure. plenè Bal.in l.de qbus.ff. de legi.& scribentes,in c.fi.de consue. sed mulier potest pacto iuramento firmato repudiare successionem paternam accepta dote † dūmodo non inducatur metu
3 aut dolo,vt est casus sing.in c.quis.de pac.lib.6.ergo fortius hoc poterit statutū populi disponere, & per consequens validum erit tale statutū,& si ponderet statutū istud emanauit etiam in fauorem publicæ vtilitatis,quę voluit,ꝙ bona remanerent in municipio propter subeunda onera municipij.¶ Et si quispiam opponat,ꝙ hmōi statutū vr̄ tendere ad prohibendum matrimonium, dico ꝙ istud est falsum, & contrarium tenent omnes scribētes, quos superius retuli: qa tenent,vt mulier sit dote contenta,& non possit succedere stantibus fratribus & agnatis, & videntur tenere,ꝙ hmōi statutum non prohibet matrimonium contrahi. Quinimmo dico,ꝙ statutum ipsum inuitat ad matrimonium contrahendū : vnde expedit dotatas esse fęminas ad sobolē procreandum, vt l.j.ff.sol.matr.cum simi.eo enim ipso ꝙ constituit dotem,inuitat ad matrimonium contrahendum,& maximè:quia disponit,ꝙ dotetur secūdùm vires substantiæ patris, vel fratris : vnde ista stant simul, ꝙ mulier dotata non succedat, & tamen non prohibet̄ propter hoc matrimoniū contrahi; vt apparet per totū titulū.C.de secundis nup.vbi in certis casibus mulier secūdò nubens nō succedit:& tū nō propter hoc impeditur libertas contrahendi matrimoniū.dicit ergo,ꝙ primo casu non impeditur: qa statutū disponit,ꝙ dotetur,ergo permittit contrahi matrimoniū. secūdo casu dicit, nulla mulier nubat cū hæreditate extra iurisdictionem communis : sed illa hereditas perueniat ad agnatos proximos,certū enim est,ꝙ non propter hoc impeditur libertas matrimonij ex eo : quia poterit contrahere matrimoniū in municipio, vel in locis subiectis iurisdictioni ipsius municipij l.hoc modo.ff.de condi. & demon. vnde per tale statutū non prohibetur matrimoniū,
4 ideo dicūt ibi scribentes,si sit legatum alicui,si † nō ingrediatur monasterium,vel religionem, ꝙ reijcit̄ talis conditio per illud, qđ habetur in auth. de sanctissimis episc.§.sed hoc pręsenti.nihilominus si fiat legatum alicui, si certam religionem non fuerit ingressus,puta religionem Minorum,ꝙ teneat relictū, & nō reijciatur talis conditio, cū multæ alię sint religiones,quas possit ingredi, ꝙ est sing.not.ad limitationem eius,qđ no.in dicto.§.sed hoc præsenti.& in auth.nisi rogati.C.ad Trebel. ita dixit do. meus Ioā. de Imo.in d.l. hoc modo.sed re vera hoc dixit Bal.in d.l.cum ita. vbi colligit, ꝙ licet testator non possit prohibere generaliter ingressum monasterij dicendo,lego,si monasterium non ingredieris, vt in dicto §.sed hoc pręsenti.sequendo opi. Ricar.tamen bene valet,si prohibetur in specie,puta si non ingredieris monasterium Prædicatorum, cum sint multa alia monasteria, ad quæ possit ingredi.ergo ita formaliter est in casu nostro : quia istud statutum non prohibet matrimonium in genere, sed in specie. Et ad hoc adduco, quod bellissimè voluit Bald.in l.j.§.ius naturale.ff.de iusti.& iure.vbi dixit,statutum prohibet sub pœna, ꝙ nemo accipiat Gibellinam in vxorem,sub pœna mille, decidit, quòd si tale statutum sit propter aliquam publicam vtilitatem, vel ęquitatem, quòd teneat statutū respectu pœnæ, allegat l.si tutor.C.de interdic.mat.& l. hac edictali.C.de secun.nupt.coniuncto eo quod not.Innocen.in capit. fi.de secun.nupt.& in l.omnem. C.ad Tertul. & do. Petr.de Ancha. consil. 20.& Ludo. Roma.in rub.ff. sol.matr.& Barto.in l.edicimus. C.de muril eg.li.11. facit, qđ voluit idem Bald. in rubr.de consti.ad fi.& maximè in casu nostro : qa istud statutū non prohibet matrimoniū simpliciter: sed dicit, ꝙ mulier nubens cū hæreditate extra iurisdictionem non succedat alicui de iurisdictione communis Laudæ,& fuit ex iusta & vtili causa introductum huiusmodi statutū, vt dixit superius. Facit simile, quod voluit Rich. de Saly. in repetitione l.j.C.de sacrosanct. eccle. per Bald.in c.clerici.de iudic. & latissimè in repetitione rubricę,de rebus eccle.non alie.de quo per scribentes in cap.ecclesia.de constitutionibus.cum similib. Et sic potuit de suis rebus municipium disponere, maxime cum agatur de iure quærendo.facit tex. in l.si qs ita.C.de pac. inter emptorem & venditorem. & quod ibi voluit Bal. & sic istud statutum non impedit matrimonium, & per consequens est validū. Et ita concludo circa istum articulum vltra ea, quæ dicta sunt per dominū consulentem.¶ Capio secundùm articulum, videlicet vtrum statuta communis Laudæ habeant locum in dicto castro tanquam in loco exempto & in personis iam exemptis a iurisdictione, potestate, subiectione, & seruitute cōmunis Laudæ. ¶ Et pro certo nihil est iudicio meo, ꝙ magis obstet huic articulo, quàm disputatio Ioannis Calderini quem refert & sequitur Ioan.Andr.in ca. 2.de constitutionibus.lib.6.vbi quærit, vtrum delinquens in loco exempto, posito tamen in diocesi puniatur secūdùm statuta diocesis,aut ciuitatis,& concludit ꝙ non.& ad hoc allegat d.cap.2.& c.si episcopus.de off.ordi.lib.6.& per glo.in clem. quamuis.de foro compe.quia locus exemptus positus in diocesi, & locus non exemptus, nec positus in diocesi æquiparantur: sicut ergo statutum non porrigit vires extra iurisdictionem statuentis,vt l.fi.ff.de iurisdi.om. iudi.Bar.in l.fi.ff.de decre.ab ordi.faci.allegat etiam capitu.luminoso.18.q.2.& cap.j.de sta. regula.lib.6. & cle.fina.de priuile.ex quibus iuribus probatur, ꝙ exceptis quibusdam casibus nullam iurisdictionē, vel potestatem habeant episcopi in locis exemptis. & ideo episcoporum decreta in illis locis non ligāt.
5 † sed Marti.de Filli.dom.Ioan.Andr.aliter disputando terminauit; videlicet quòd aut persona non erat exempta:sed locus erat exemptus : & tunc ligabitur statuto ciuitatis,aut diocesis,aut persona simul & locus erat exemptus : & tunc non ligabitur. sed Ioan. Andr.dicit decisionem Ioan.Cal.fore veriorem per iura præallegata, & istam partem tenuit do. Dominicus in dicto cap. 2.& mouetur: quia ad hoc vt per viam statuti quis liget aliquem,requiruntur duo,ꝙ statuēs habeat iurisdictionem in loco, vbi dirigitur virtus statuti,& ꝙ persona sit subiecta sibi saltem ratione causæ, propter quam vult illum ligare, quod requiratur iurisdictio in loco,probat text.in capitu. ecclesia. de consti. & cap.bene quidam.96.distinct. nec sufficit territorium,nisi etiam daretur virtus: vt probat tex.d.capit.ecclesia.& cap.fin.de reb. eccle. non alie. & ideo licet laici habeant iurisdictionem in sua ciuitate,tamen clerici ibi degentes non ligantur eorum statutis,sic est cum locus exemptus:quia exclusus a iurisdictione ordinarij, & sic deficit ibi iurisdictio ordinarij. Fed. de Senis in suis consilijs, consilio 2.disputauit istam quæstionem,& distinxit ita, vt superius fuit dictum, videlicet aut locus tantùm erat exemptus & non persona, & tūc ligabitur, aut persona delinquens in loco exempto est etiam exempta,& tunc non ligatur. sed do. Petr.de Anch. in c.postulasti.in sua eleganti repetitio.distinxit hoc modo, ꝙ aut prælatus loci exempti ex forma priuilegij habet iurisdictionem episcopalem in loco exēpto, & sit vera opinio Ioan. Cald. vt non ligetur tali statuto, aut non habet iurisdictionem episcopalē in loco: & tūc ligetur statuto. & sic procedat opi. contra-

contraria: quia quicquid per exemptionem non acquiritur prelato, vel loco exempto, intelligitur ibi episcopo reseruatum, vt ibi latè per eum. & idem voluit in d.c.ij. Modò dicitur in priuilegio indulto per inclytum ducem Ioannem. Liberauit prędictos fratres & eorum successores in infinitum, & pręfatum castrum, & bona, possessiones nūc & in futurum in diocesi Laudę existētia ab omni potestate, iurisdictione & obidientia, subiectione, & seruitute ciuitatis Laudę & omniū officialium suorum pręsentiū & futurorum. & quòd dicti fratres & eorum bona, & res sint immediate subiecti eidem domino duci & successoribus suis in ducatu, protectione, iurisdictione & cętera. & non alterius, nec aliorum, quicūque ordinatus fuerit per ipsum do. Ducem, vel successorem in Ducatu iudicās: quia in hoc priuilegio concurrunt multa, primò, ꝙ personæ & bona sunt exempta a iurisdictione Laudēsis ciuitatis & castrorum, & alia feuda sunt translata in iurisdictionem & subiectionem domini Ducis. vnde aut tenemus opi. Io. Cal. & Io. And. & sequacium. & sit veritas, ꝙ non ligat̄ statuto Laudensi. aut tenemus opi. Feder. de Senis. & Marti. de Silli. & Archid. & adhuc idem q̄a etiam persona est exempta. aut tenemus opinionem domini Petr. & istem, q̄a dominus Petrus voluit, ꝙ si in loco exempto quis habet iurisdictionem episcopalem, tunc non ligatur statuto diocesis: sed dictum castrū & bona vniuersa & p̄lonę dictorū fratrū & successorum sunt translatæ in ipsum dominū Ducem habētem merum & mixtum imperium, & vnicam monarchiam in suo Ducatu iuxta illud, q̄d voluit Bal. in c. cum venissent. de eo qui mitt. in poss. ergo sequitur, & meritò, ꝙ nullo modo vendicat in casu isto locum statutum communis Laudæ. & pro certo istud est quod magis reddit hanc consultationem dubitabilem: vnde tūc succedit regula c. trāslato. de consti. vbi habet̄, ꝙ abolito titulo regis abolet̄ vigor & titulus suæ legis. & ideo leges Lombardorū non sunt in causis allegandæ secundùm Bal. ibi: q̄a gens illa & regnū eorū est abolitū & sublatū, & omnia simul corruerunt s̄m Bal. ibi. & ideo dicimus, ꝙ ciuitas iure canonico regit̄ & nō iure ciuili. c. si duobus. de appel. gl. in c. 2. de arbi. lib. 6. Bal. in l. 2. C. qui bo. cede. pos. & per consequens personæ & bona vniuersa debent regi legibus & constitutionibus ducalibus & non statutis ciuitatis Laudensis, & per consequens sumus in illa doctrina communi & vera, ꝙ ille, qui est exemptus a iurisdictione alicuius, videtur exemptus a suis legibus & constitutionibus: q̄a condere statutū est iurisdictionis. l. nulli. C. de sent. & inter. om. iud. gl. in l. 1. ff. de iurisd. om. iudi. Inn. in c. cū accessissent. de consti. Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & ideo singulariter dixit do. Pet. de Anch. in repetitione. c. 1. de constit. ꝙ ille, qui præscripsit iurisdictionem in aliqua parte diocesis, videt̄ ibi præscripsisse potestatem condendi statuta: q̄a condere
6 statutū est iurisdictionis. c. † ecclesia. vt lite pendē. ex quo sequit̄, ꝙ cum personæ sint exemptæ a iurisdictione Laudensi ꝙ videntur exempti a dispositione statutorum Laudensiū. Et facit ratio: q̄a omne, q̄d recipitur ab aliquo, debet recipi s̄m naturam reci-
7 pientis, & non secūdū naturam rei receptę. † l. licitatio. §. mercatores. ff. de public. l. Paulus. §. fi. ff. de acquir. hære. ergo debet iudicari secundùm leges ducales, ex quo immediate sunt translati in iurisdictione domini Ducis. & ideo dicimus nouus rex, noua lex. Facit, quod voluit Bald. in l. etiam. C. de iure do. vbi voluit, quòd si aliquis est bannitus de ciuitate Paduæ, videtur bannitus de castro accedente illi ciuitati: quia censetur esse eiusdem rationis, cuius est ipsa ciuitas. & quod voluit Guil. de Cug. in l. si cōuenerit. §. nuda. ff. de pigno. act. & quod etiam voluit ibidem Bart. & per consequens sequitur, ꝙ in dictis castris & bonis non debet seruari statutum Laudense. & ista affero in medium, quæ non sunt tacta in dicto reddito consilio. ¶ Et licet ista sint colorata: tamen non procedunt contra istam consultationem, & ante omnia considero illud, quod dicitur in vltimo priuilegio, videlicet cōcedimus dictis nobilibus de Cauatijs pro se & suis liberis descentibus masculis vsq; in infinitum, & vt melius præfati fratres de Cauatijs, ipsorū hæredes & successores fidelitatis affectum per optata valeant demonstrare, liberauit p̄dictos fratres & eorum successores in infinitum &c. Ex quibus verbis apparet, ꝙ dominus dux non liberauit a iurisdictione & potestate ciuitatis Laudę, fœminas descendentes ex ipsis fratribus & masculos descendentes per fœminas. & hoc summè ponderet D. iudicans. Et etiam dicitur in prædicto priuilegio. insup vt melius p̄fati fratres de Cauatijs, ipsorumq; hæredes & successores fidelitatis affectum per optata valeant demonstrare, liberauit prædictos fratres, & prædictum castrum, & bona in feudum data, ac vniuersalia eorum bona &c. quo casu si rectè ponderent̄ hæc verba. Dominus dux exemit dicta bona respectu ipsorū masculorū, & sic quatenus bona sunt transitura ad ipsos fratres, vel eorū hæredes & successores descendentes masculos, non fœminas, aut masculos descendentes ex fœmina. hoc enim apparet ex verbis præmissis, dum dicitur, descendentibus
8 masculis: quia cl'a apposita † in principio refertur ad omnes cl'as sequentes, sicut econtra cl'as sequens refertur ad præcedentes. c. secundò requiris. c. inquisitioni. de appel. c. causam quæ, de rescrip. l. 1. C. de diuer. rescrip. l. 1. C. de libe. præte. Facit l. per retentionem. C. de vsur. & ibi dixit Bal. ꝙ dicta in pręcedentibus vident̄ repetita in sequentibus, quando pręcedētia sunt pręparatoria sequentium: secus si sint distincta & separata prorsus, q̄d dicit esse notabile. & facit, q̄d pulchrè voluit Ange. in l. si quis cum aliter. ff. de verb. obl. vbi voluit, ꝙ verba celebrati contractus sequentis etiam ex interuallo si sunt dubia, & habent plures intellectus recipiunt interpretationem a præcedēti. & idem voluit in l. pacta nouissima. C. de pac. & ad hoc allegat dictum Innoc. sequitur Ludo. Roma. in d. l. si quis cum aliter. & ad hoc facit, q̄d habetur in l. eleganter. ff. de condi. indebi. & q̄d voluit gl. in l. 1. ff. de iudi. facit l. regula. §. licet. versi. initium cōstitutionis demonstrat. ff. de iuris & facti igno. & q̄d habetur in l. 1. C. de impo. lucr. descrip. lib. 10. in vers. a primordio tituli posterior formatur euentus. & in l. fi. ff. de hære. insti. & l. Titia. §. idem respondit. ff. de verb. obl. cum simi. Cum ergo in principio apponit̄ illa clausula, pro descendentibus masculis, sequitur, ꝙ videt̄ repetita in omnibus sequentibus. & sic sequitur, ꝙ non vendicat sibi locum dicta exemptio quoad fœminas vel descendentes ex fœmina, & per consequens dicta domina nullo modo poterit allegare pro se & ad sui fauorem dictam exemptionem, & p̄ consequens remanemus in dispositione iuris communis. l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. l. commodissimè. de libe. & posth. l. si cum dotem. in princi. ff.
9 sol. matr. cum simi. † quia limitata causa limitatum parit effectum. l. in agris. ff. de acqui. re. do. Item ratio subiectæ materię hoc suadet: q̄a feudum regulariter conceditur pro filijs masculis: q̄a fœminæ non suc-
10 cedunt in feudo, † vt c. 1. §. notādū. qui feu. dare pos. & dixit Io. de Imo. c. potuit. de loca. ad fi. ꝙ si quis accepit emphyteusim pro se & suis filijs, intelligitur p̄ masculis & non pro fœminis. Et sic sumus in meris terminis iuris commuis, quo cauetur, ꝙ statutum ciuitatis ligat totū suū territoriū, & sic castra posita in suo

suo terriorio, vt l.q ex vico.ff.ad municip.& in auth. qui.mo.nat.effi.legiti.§.si qs. facit.l.nulli. C.de epi.& cle.l.fi.C.de testa.lex enim capitis porrigitur ad mēbra, quæ legem non habent, vt in dictis iuribus,& qđ voluit Bart.in l.1.ff.de dam.infect.vbi dixit, castrum, villa,& similia quæ subsunt alicui ciuitati, vel alteri castro magno nullam iurisdictionē habent: sed ciuitas est, quæ in eis habet iurisdictionem, vt in iuribus præallegatis. illud voluit Pet.de Anch.in c.licet causam.de proba.& in c.nimis.de iureiur. & in c.fin.de iudi.facit tex.in c.conquestus.de foro compe.& hoc ibi voluit do.Abb.alleg. Bar.in d.l.1.de dam.infect. & ideo dixit gl.in l.ex ea.ff.de postu. ꝙ consuetudo
11 ciuitatis† vendicat sibi locum in castris ciuitatis. & ideo dixit Bal.ꝙ castra debent viuere ſm legem ciuitatis, cui subsunt.facit, qđ voluit Inno.in c.ex literis. de iure patro.& Bal.in c.1.§.ad hec.de pace iur.firm. & in l.ex hoc iure.ff.de iusti.&.iure. in l.1.§.initio. ff. de offi.præfec.vrb.& qđ voluit Io.mo.in c.statutum. de hære.& sic remanemus in dispositione iuris communis, vt seruetur statutum Laudense, & domina Paul.non succedat nupta extra territorium, & eodē modo filius natus ex ea, ex quo venit ex fœmina. Et pro certo ista consideratio ad hanc consultationem est nouissima & vera, quam ego inueni. & sic durat lex Laudensis in dicto castro quoad fœminas & descendentes per fœminas, & apponit gladium ad radicem huius consultationis hæc mea consideratio. & ideo non est opus insistere circa illam dubitationem, vtrum si castrum transferatur ad aliud territorium: transferatur cum lege sua, & an abolito titulo regis videatur abolita lex regis, de quo plenè habetur per Gul.de Cug.Bar.& alios in l.si conuenerit. §.nuda.ff.de pign.act.& per eundem Bar.in l.1.§.cohæredē.ff.ad legem Fal.& in l.1.C.de metropo.lib.x. & melius & plenius idem Bar.scripsit in tractatu Tyberiadis in rubrica de insula, quæstione, quæ incipit. sed quæro.& plenè per Io. And.in additione Specu. in tit.de treu.& pace.in prin.q. & in l.cunctos populos.C.de sum.trini.& fide catho.& glo.in c.1.ne sede vacan.& in c.recolentes.de statu mona. & in c.& tēporis qualitas.16.q.1.Bald.post Cyn.in l.etiam.C.de iure dot.& in ca.translato.de consti.vt ego ibi plenè dixi.& Bal.in l.quicquid.C.de aduo.diuer.iudic. plenè per Ludo. Roma.in consi.215.vbi consuluit, an ciuitas Pisana subiecta ciuitati Florentiæ debeat regi statutis Florentinis, super hoc ego non insisto: tū quia non opus est ad hanc consultationem: tum qa hoc est discussum per dictum consulentem, nec est verum dicere, ꝙ abolito titulo regis videt̄ abolitus vigor eius legis: nam populus Romanus transtulit regnum suum in principem, & tamen non fuerunt abolitæ leges & plebiscita populi, nisi quatenus placuit Cęsari: vt l.2.§.nouissimè.ff.de origi.iur. vnde illud, quod dicitur nouus rex, noua lex, intelligitur, si mutetur: sed si non mutetur, durat.& ideo dicimus, ꝙ durant leges Federici Imperatoris posito, ꝙ Federicus fuerit priuatus Imperio. ¶ Et istis non ob.cum opponebatur, ꝙ locus etiam exemptus regulatur secūdùm leges municipij: vt voluit Io.Cal.& Io.And. quia potest responderi multipliciter. primò negando illud assumptum ꝙ dictum castrum cū suis possessionibus & vniuersis bonis illorum de Cauatijs sit exemptum: quia istud est falsum quò ad dominam Paulam & filios descendentes ex ea: quia imo remanemus in dispositione iuris cōmunis, quo cauet̄, ꝙ castrū regulet̄ lege ciuitatis, cui subest.& ita tollit̄ illud contrarium, & propter hoc non est insistendū, quis verius dixerit, an Io.Cal.& Io.And.Marti.de Sil li.& Archi.& Feder.de Se.& do.Pet.de Ancha. quia dominus dux non exemit illam dominam Paulam, nec nascituros ex ea & castrū & bona feudalia nec alia bona illorum de Cauatijs, prout peruenirēt ad fœminas, vnde inclusio masculorum est exclusio fœminarum: vt c.qualis.25.dist.c.nonne. de præsump. l.maritus.C.de procur.l.cum prætor.ff.de iudicijs.cū similibus. Item potest responderi ad illud dictum Ioannis Cal.fore verum, quando locus est exemptus & etiam persona: vt tunc non ligetur constitutione diocesis: sed quando persona est subiecta, licet delinquat in loco exempto: tñ ligatur lege municipij, vt voluit Martinus de Syl.& Archidiaconus, vt referūt scribentes in d.c.2.de constitutionibus. lib.6.& plenissimè Federicus de Senis in consi.2.sed dicta domina & descendentes ex ea non sunt exempti ergo ligantur constitutione municipij. Item potest dari alia responsio, quæ traditur per Ioannem Andream in c.sine culpa. de regulis iuris. lib.6.in mercurialibus.ibi dicit, stante consuetudine, quòd primogenitus succedat in regno vtrum noceat talis consuetudo secundogenito clerico.& tenet Io.And. ꝙ sic, in mercurialibus ibi, quam opin.sequitur domi.Anto. in cap. quod clericis. de foro competen. vbi concludit, quòd si consuetudo primogenituræ fuit introducta, antequam secundogenitus fuerit effectus clericus, quod excludit a successione: quia iam consuetudo talis iniecit ei vinculum ante clericatum. & iō dominus Antonius in d.c.quod clericis.refert se cōsuluisse cum do. Pet.de Ancha. quòd stante statuto
12 † quòd masculus excludat fœminam in successione intestati, ꝙ huiusmodi statutum excludit fęminam effectam monacam, nisi illud statutum emanasset, postquam illa fuisset effecta monaca: quia tunc non ligaretur tali statuto cōdito post monacatum, & sic statutum iniecit vinculum ante monacatum. & facit, quod voluit Ludo.Roma.in l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.obl.vide arg. l.si quis postea. ff.de iudi.l.incola. ff.ad municip.& hoc secundùm eum, quod singulariter determinat Io.And.in mercu.in d.c.fine culpa.aliqui tamen reprehendunt illā rationem Io.And. ꝙ iniecerit vinculum ante monacatum dictum statutum. ¶ Modò in proposito nostro istud statutum Laudense emanauit in fauorem masculorum, & in fauorem publicum, vt superius fuit dictum in primo huius consultationis articulo, sequitur, ꝙ iniecit vinculum: quia posito, ꝙ persona sit exempta, & locus sit exemptus: nihilominus ex quo illud emanauit, antequam illud castrum esset exemptum a iurisdictione ciuitatis Laudæ, & antequam illæ personæ essent exemptæ, sequitur, ꝙ iniecit vinculum, & per consequens talis exemptio non attenditur, ex quo emanauit post editum statutum. & multo fortius in casu nostro ex eo: quia istud statutum emanauit in fauorem publicę vtilitatis, vt bona municipij non transeant in alienigenas, & per cōsequens liquidò apparet, ꝙ non obstat illa decisio Ioan.Cal.& Io.And.in d.c.2.de consti.lib.6.quinimo, vt dixi, non videtur necesse dare illam responsionē, ex qua mouetur Io.And.in d.c.fine culpa. ideo non oportet examinare, si procedat, an non, ex eo: quia dominus Dux habuit mētem & deliberatam dispositionem, quatenus concernit ipsos masculos descēdētes ex masculis, & ideo posset suaderi ista pars alia ratione, videlicet rescripta principum sortiuntur effectum ex mente ipsius rescribentis & concedentis;
13 † vt pulchrè voluit Inno.in c.cum ecclesiæ.de excep. & refert Bal.in l.pręscriptione.C.si contra ius vel vti. pub.& in l.1.ff.de consti.prin. & facit glo.in c.super eo.de offi.dele.& tex.in c.cum adeo. & in c.cum dilecta, de rescri.& in l.fi.C.de his qui a non do.manu. Et sic colligitur cōclusio, ꝙ qualis fuerit dicta exemptio, colligitur ex mente principis concedentis. & ēt col-

colligitur ex tenore ipsius indulgentiæ & exemptionis: sicut in simili dicimus, qualis naturæ sit emphyteusis, colligitur ex tenore contractus: vt habetur in l.1.C.de iure emphyteu. Simile dicimus in feudo vt qualis sit ipsius feudi natura, tenor inuestituræ demonstrat. ita dixit Bal. in l.1.C. de lati.lib.tol. ꝑ illũ tex. ita probatur in ca.1.de duo.fra.a c.inuesti. in vsibus feud. vbi est egregius textus ad hoc, & probatur in c.si cui.in versi.tenorem inuestituræ sequendum, in tit.de extraordi.capitulis Conra. voluit Baldus in præludijs feud. Et ad propositum est tex.accommodatissimus in c.porrò.& in c.recepimus.de priuileg. vbi inspicimus tenorem priuilegij, & voluit Inno.in c.1.ne sede vacan. Modò si attendimus ad tenorem priuilegij, apparet, ꝙ pro masculis & descẽdentibus ex eis fuit facta illa exemptio: ergo sequitur, ꝙ non pro fœminis aut descendentibus ab eis.& per consequens non potest allegari illa exemptio, vt dicamus ꝙ non habeat locum statutum Laudense: nam ex verbis comprehendimus mentem: vt dixit Aristoteles primo Periermi. voces, inquit, sunt signa earum, quæ sunt in anima passionum.l.Labeo.§.idem Tubero.ff.de supel.lega.ideo dixit Bal.in c.mandatum. de rescrip.ꝙ imperator linguæ est cor &c.& per consequens seruanda sunt statuta Laudensium. si vero consideramus mentem concedentis, dico idem, qđ ostendo duobus modis. primò: quia mens principis fuit velle conseruare bonum publicum, quod fuit in rescribendo, vel indulgendo, ꝙ commune Laudę habeat sua commoda, ꝙ est, quando ea, quæ sunt in suo municipio, non transeunt ad alienigenas. & in dubio semper videtur excepta publica vtilitas in priuilegio alicui indulto. & ideo decidit text.in l.iubemus.la 1.C.de sacrosanct.ecclesijs.ꝙ priuilegium ge-
14 neraliter†indultum non comprehendit casum publicæ vtilitati contrarium.l.iubemus.C.de naui.executio.lib.11.l.j.C.vt ne.lic.se in emp.spe.lib.11.l.nullus.C.de cursu publi.lib.12.c.non minus.de immu. eccle.l.prouinciali.§.fin.cum l.sequen.ff.de ope.no. nunci.l.decurionibus.C.de silen.lib.12.l.si venditor. §.constat.ff.communia prædi.cum simi. Et ideo do. Dux in huiusmodi exemptione non derogauit statuto Laudensi introducto fauore publicæ vtilitatis: vt bona municipij non transeant in alienas familias, & ad id debemus reducere omnia priuilegia & rescripta principum. Item demõstro alio modo, videlicet in dicto priuilegio dicitur, vt melius præfati fratres de Cauatijs & eorum hæredes & successores valeant demõstrare affectum fidelitatis. ex quibus verbis datur intelligi mens concedentis, quæ fuit, vt masculi & descendentes per masculos habent huiusmodi exemptionem in persona & in bonis a iurisdictione ciuitatis Laudensis.& inde est, ꝙ dedit dictis fratribus & eorum successoribus merum & mixtum imperium, & omnimodam iurisdictionẽ &c. Et sic ex verbis concessionis & ex mente ipsius principis cõcedentis fuit prouidere masculis & per masculos descendentibus, ergo quò ad fœminas & descendentes ex fœminis non videtur facta exemptio, & remanemus in dispositione iuris communis, vt lex ciuitatis afficiat castra & villas in suo territorio existentes. ¶Item est etiam ponderandum quoad aliud, quod voluit Io.Cald.& Io.And.Dominicus in d.c.2.quia licet dicant, ꝙ delinquens in diocesi in loco tamen exempto nõ puniatur lege diocesis: tamẽ punietur, & delictum eius non remanebit impunitum: quia poterit puniri per iudicẽ domicilij, si ibi conueniatur: vt probatur in l.1.C.vbi de crimi.agi oportet.& in c.fi.de foro compe. sed casus noster nõ est sic: qa si non seruabitur statutum Laudense, illa mulier & descendentes ex ea succedent contra ius municipale, & etiam contra legem Mosaicam, vt di xi in primo dubio superioris: ergo sequit, ꝙ sumus extra casum consideratum a Io.Cal.& a Ioanne Andre.nec materia subiecta hoc patitur ex eo; quia huiusmodi interpretatio esset contra publicam vtilitatem, si intelligeremus, ꝙ per dictam exemptionem esset sublatum statutum Laudense introductum fauore publico, vt bona municipij remaneāt in agnatis subditis municipio. Item quoad dictã exemptionem potest etiam responderi, ꝙ intelligitur, nisi statutum Laudẽse iniecisset vinculum ipsis rebus, aut ipsis personis, vt dixi superius. vnde res immobiles affectæ & obnoxiæ reipub.ad quemcunq; transeant videntur transire cum suo onere, vt voluit glo. valde sing. in d.l.incola.ff.ad municip. vnde posito, non tamen concesso, ꝙ exemisset masculos & fęminas: qđ tamen non est verum quoad fęminas: nihilominus quoad successionem bonorum existentium in territorio communis Laudæ seruaretur statutum Laudense: quia iniecit vinculum huiusmodi statutum, vt voluit Io.And.in d.c.fine culpa. & do.Anto in d. c.quòd clericis.& Ludo.Roma.in d.l.stipulatio hoc modo. Item consideret do.iudicans hęc verba indulgentię, seu exemptionis debent intelligi secundùm communem modum loquendi & consuetum ipso-
15 rum†vulgarium; vt voluit gl.quæ reputatur sing.in c.nonnulli.de rescrip.& facit gl.Io.And.in c.statutũ. §.si verò.§.cum autem.de rescri.lib.6.& tex.in c.præsenti.§.loca.de præben.lib.6.& quod no.in c.ex literis.de spons.& gl.in l.stipulatio ista.§.hi quoq;.ff.de verb.obl.& in d.l.2.in principio. ff.de origine iuris, modo illa verba, quòd exemit castrum, bona, & personas &c. intelliguntur quoad onera, quæ consueuit imponere ciuitas suis castris & villis, vt communiter fieri videmus. & istud voluit dominus Dux concedens huiusmodi exemptionem: sed non videtur propter hoc voluisse tollere dispositionem statutorũ, quæ emanarunt, quoad ius successionis: vt fœminæ nõ succedant stantibus masculis agnatis. ¶Et si opponatur, quòd domina Paula tempore, quo venit succedendum non erat ligata statuto Laudensi, dico istud fore falsum quoad bona sita in territorio Laudensi: quia statutum iniecerat vinculum, vt est dictum.& ideo huiusmodi exemptio debet intelligi strictè, vt minus lædat ius tertij, quam fieri potest: vt l.2.§.meritò.& §.si quis a principe.ff.ne quid in loco publico.c.quamuis.de rescript.lib.6.cum similibus. Esset enim huiusmodi exemptio iniqua, si tolleret huiusmodi statutum, quod emanauit pro recompẽsatione onerum, quæ subeunt masculi agnati, prouenietium ex agnatione quoad iniurias propulsandas & quoad alia onera prouenientia ex agnatione: ideo fuit æquum, vt ibi collocarẽtur commoda, vbi etiam sunt onera: vt voluit Bal. in consi.incipiente Martinus Ioannis de Florentia, vt latè dixi.s̃.primo dubio: vnde reduceretur ad iniquum intellectum, qđ esse non debet: quia principẽ reputamus ęquum & iustum: immo esset contra iustitiam: quia statutũ municipij iustitia mediante ita statuit ad recompẽsationem onerum, quæ subeunt agnati, quę ex agnatione proueniunt; ideo absonus intellectus est euitãdus ab huiusmodi priuilegio. l.1.C.de condi.inser. l.conuenticulam. C.de epi.& cle.c.cum apostolica. de his quæ fi.a præla. cum simi. Et ideo tex. valde singu.in c.penul.de cle.non resi.dicit, quòd vbicunque emanauit priuilegium, & postea effectum est iniquum, videtur reuocatum.c.suggestum.de deci.l.ex facto.ff.de vulga.& pupil. Ergo in casu nostro debemus interpretari dictam exemptionem, vt non sit iniusta, nec iniqua, nec cõtra publicum bonum. nã finis iuris ciuilis est dirigere homines ad publicum bonum;

bonum: voluit gloss. quæ reputatur singu. in c. cum
contingat. de iureiurando. Et sic ex prædictis multi-
fariè, multisque modis demonstraui ad oculum
statutum Laudense quò ab huiusmodi successionē
non esse sublatum & per consequens domina Pau-
la & filius ex ea natus non sunt exclusi a præfato sta
tuto. Et ita concludo.

SVMMARIVM.

Repetitio fit in his, quæ in eodem contractu sequuntur. nu. 1.
Institutio fieri non potest verbo tantum hoc modo. Lucius. & ni-
hil amplius. nu. 2.
Error notarij non nocet. vide hic. nu. 5.

EPITOME.

¶Omissio istorum verborum, hæredes instituit,
non vitiat testamentum: quoniam minus scriptum,
plus nuncupatum censetur.

CONSILIVM V.

CLementissimi Dei patris do
mini nři Iesu
Christi ex corde inuocato præsidio.
Circa hęsitationem istam stante testa
mento condito sub illa conceptione
verborum, videlicet, & ipsis descendē
tibus voluit dictum legatum peruenire ad hæredes
suos infrascriptos, & immediate sequitur, in omni-
bus autem alijs suis boni Franciscum ipsius testato-
ris filium, & Bartholomeum fratrem dicti Francisci
ipso viuente æquis portionibus & quoscunq; eius fi
lios legitimos & naturales, & aliud non dixit testa-
tor, stat difficultas. vtrum videtur huiusmodi filij in-
stituti hæredes, & per consequens teneat huiusmo-
di testamentum. ¶ Et pro certo non more causidici
vendentis iurgia, vt præclarè scribitur in prima tra-
gedia Senecæ. Iurgia, inquit, vendēs, improbus iras
& verba locat. Sed more doctoris cōsulentis verita-
tem pro meo exili ingenio & studiorum exercitatio
ne pauca dicam. videntur huiusmodi filij instituti
1 esse hæredes, ꝙ sic ostendo ad oculum. †dicta in pre
cedentibus videntur repetita in sequentibus, quan-
do in eodem actu, seu contractu, aut dispositione ap
posita sunt: quia repetitio fit in his, quæ in eodem
contractu sequuntur, iste est casus formalis in l. per
retentionem. C. de vsur. hoc decidit ibi Bal. secus vi-
detur, si fiat nouus cōtractus sequens ex interuallo.
quinimmo plus dixit Petrus subtilissimus doctor
ibidem, ꝙ quando præcedentia sunt præparatoria
sequentium, tunc præcedentia videntur repetita in
sequentibus. secus dicit, si sint distincta & separata
prorsus, quòd dicit esse notatu dignum. & ad hoc al
legat. l. 3. §. idem respondit. ff. de verb. obliga. facit ad
hoc. l. regula. §. licet. versi. initium constitutionis de-
mōstra: ff. de iuris & facti ignorātia. & l. 1. C. de impo.
luc. descript. libr. 10. vbi a primordio tituli posterior
formatur euentus. l. fi. ff. de hæredi. instit. & quod ibi
voluit Bald. & Bart. & tex. in l. 1: ff. ad maced. & quod
ibi voluit Bar. & gl. in l. 1. ff. de iudi. & quod ibi voluit
Ang. & Bar. in l. cum quid. ff. si cer. pet. & in l. demon
stratio. ff. de conditio. & demon. facit. c. ex multa, de
de voto. & ibi voluit domi. Abb. & ideo dixit Saly. in
d. l. per retentionem. ꝙ dicta in pręcedentibus viden
tur repetita in sequentibus incontinenti. & sic in eo
dem contextu factis non ex interuallo, vt ibi, vel in-
telliguntur repetita, quando præcedentia sunt præ-
paratoria sequētium: quia sunt qualitas eorum, vel
forma: secus si sint distincta, & prorsus separata. &
dicit etiam idem Saly. ꝙ si illud, quod dictum est in
præcedentibus, est dictum ad præfationem & decla-
rationem post dicti, semper, in post dicto etiam ex in
teruallo intelligitur repetitum: quia eius declarato-
rium allegat ad hoc. l. 1. ff. de origine iuris, & ita se-
cundùm eum intelligatur primum membrum solu
tionis. Petri. & ad hoc facit, quod voluit Ang. in l. pa-
cta nouissima. C. de pact. vbi dixit, ꝙ si verba sequen-
tis contractus sunt dubia, declarantur ex præambu-
lo contractu pręcedente. & dixit fuisse dictum Inno.
Et idem voluit idem Ange. in l. si quis cum aliter, de
verb. oblig. quem ibi refert, & sequitur Lud. Roma.
Modò ista decidunt istam dubitationem: nam illa
verba, ipsis decedentibus &c. quæ volunt, dictum
legatum peruenire ad hęredes suos infrascriptos
videntur præparatoria verborum sequētium imme
diate, dum dixit, in omnibus autem suis bonis Fran-
ciscū &c. quo casu videtur instituisse illos suos filios
hæredes. & sic videtur repetijsse illud verbum hære-
des, & per ꝯsequens videtur apposuisse illa duo ver-
ba, videlicet Franciscum & Bartholomeum hęredes
& sic satisfecisse dispositioni legis. j. §. fi. ff. de hæredi.
institu. & pro certo ista illuminant & decidunt quæ-
stionem istam, & per consequens validum est testa-
mentum: siue enim dicamus, ꝙ illa verba sunt præ-
paratoria sequentium, siue dicamus, ꝙ ponantur ad
præfationem, videntur repetita in sequentibus. Se-
cundò accedat: quia dicitur in dicto testamento. Itē
iure institutionis reliquit canonico, & Beneuenutæ
&c. Et sic instituit illos hæredes in certa summa. 300.
librarum postea sequitur dictio aduersatiua, in om-
nibus autem alijs, & sic videtur aduersari ad præce-
dentem clausulam, & repetere verbum instituit, vt
dicamus, iure institutionis reliquit dictis nepotibus,
& dum postea subdit, in omnibus autem suis bonis,
repetitur iure institutionis, & sic instituit, argu. eius
quod voluit glo. & Bart. in l. hoc amplius. in princ. ff.
de damn. infec. & per consequens satisfactum est di-
spositioni. d. l. j. §. fi. ff. de hęre. instit. Tertiò facit: quia
in dicto testamento dicitur, in oībus alijs suis Fran-
cisc. & Bartho. æquis portionibus ipso Bartho. viuen
te, quo casu vide casum pro hoc in d. l. 1. §. fi. versi. er-
2 go. & si ita † Lucius, solummodo. Marcellus non in-
subtiliter putat, hoc procedere. vbi est casus, ꝙ tunc
non valet institutio, quādo est appositum solummo
do vnum verbum, puta, Franc. & Bartho. sed quan-
do sunt apposita plura verba tunc est secus: quia va-
let testamentum: quia facta videtur institutio, hoc
decidit ille text. a sensu contrario, quod est validum
in iure: vt l. 1. §. huius rei. ff. de offic. eius. & l. qui testa-
mento. §. mulier. ff. de testamentis. cum simi. Et est
ratio: quia vbi profertur vnum tantum verbum de
tribus, tunc l. non supplet duo, sed vbi proferuntur
duo de tribus, tunc l. supplet tertium: sicut lex faci-
lius facit vnā fictionem, quam duas: vt l. 1. C. de do.
promiss. Et quia quādo est vnum verbum solummo-
do, non est oratio, nec esse potest: ideo non potest ge
nerare aliquē sensum in animo auditoris, ideo non
potest cadere suppletio. quid enim est dicere in testa
mento. Titius, dumtaxat, pro certo nihil, sed vbi ap-
posita sunt plura: vt est in casu nostro: quia testator
dixit in omnibus autem alijs bonis. oratio licet ca-
reat verbo principali: tamen generat sensum perfe-
ctum in animo auditoris, & per consequens facile
est supplere hæredes instituo. & sic videtur ibi casus
in indiuiduo, ꝙ videantur instituti præfati fratres &
filij ipsius testantis: ideo posset sic argui, vbi vnicum
duntaxat est prolatum: tunc non valet testamētum,
sed hic sunt prolata plura. ergo valet testamētum.
Et pro certo videtur ibi casus in terminis ꝓ ista du-
bitatione. Quartò facit text. ibidē in versicu: diuus
Pius, cū quidam portiones inter hęredes distribuis-
set, nec adiecisset, heres esto, rescripsit valere insti-
tutionem, Ecce nunc qualiter text. ille apponit gla-
dium ad radicem huius quęstionis: quia cū testa-
tor

tor ille distribuisset portiones inter hæredes suos infrascriptos, postea dicit, in omnibus autem alijs suis bonis Franc. & Barth. æquis portionibus, & ipso Bartholomeo mortuo quoscunq; eius filios legitimos & naturales. Cũ ergo distribuit portiones inter suos filios, licet non dixerit hæredes estote: tamen videt̃ eos instituisse. Quintò facit. verba relata ad personã intelliguntur secundùm conditionem eius ita decidit tex. in l. ex militari. ff. de testa. militari. & ibi dixit Bal. Papa concessit episcopo, ꝙ posset celebrare tempore interdicti, ꝙ intelligitur in pontificalibus ſm qualitatem inhærentem ipsi episcopo. & facit l. plenum. §. equitij. ff. de vsu & habi. & ibi dixit Bal. testator legauit vxori lectum, quod intelligitur de lecto viduali. & facit, quod voluit Inno. in c. pastoralis. de dona. sed clarum est, ꝙ iuris dispositione dicimus, filius: ergo hæres, vt scripsit Apostolus: ergo eoipso, ꝙ testator dixit, in omnibus alijs suis bonis filios suos æquis portionibus, intelligitur hæredes: sed ex iuris censura subauditur verbum instituo, vt in d. l. 1. §. fi. ergo sequitur vnum, qđ est nouum in hac materia, quòd posito, ꝙ pater apposuisset vnum verbum dũtaxat: quia dixisset Titium & Meuium filios meos, ꝙ valida est institutio: quia ex iuris dispositione subauditur verbum instituo, quod ex conditione personæ infertur, ꝙ vt hæredes eos vocauit, & tex. in d. l. 1. §. fi. ver. diuus. & versic. hæredes, debet exponi. s. præsumptos ex dispositione iuris. Et facit in argu. l. cum auus. ff. de condi. & demon. & l. cum acutissimi. C. de fideicom. & l. generaliter. §. cum autem. de institut. & substit. & d. l. 1. §. fi. debet restringi: vt non comprehendat filios testatoris, quando voluit, ꝙ non sufficiat dicere Lucius. dũtaxat, filius meus. & aliud non dicat, validum erit testamentum: quia filius ergo hęres. & isto modo potest saluari opinio Placen. glo. in d. l. 1. §. fin. qui dixit ꝙ vnico verbo poterat fieri institutio, vt sit vera sua opi. in filio ipsius testantis. Facit etiam ad prædicta, vbi mentem testantis possumus præsumere ex verbis prolatis ab eo vel expressione personę, quam in suo testamẽto expressit: tũc debet subaudiri verbum, per quod actus reddatur validus: vt no. in d. §. fi. Et ideo dixit tex. in l. si quis filium. C. de liberis præte. quòd vbi manifestissimus est sensus testatoris, nusquam interpretatio verborũ tantum valet, vt melior sensu existat: sed in casu nostro apparet manifestissimus sensus testantis ex verbis prolatis in dicto testamento: maximè cum voto patris congruat filio omnia parari, vt l. nihil. §. facilior. ff. de bonis libe. l. scripto. ff. vnde libe. cum simil. ergo sequitur, quòd cum appareat de mente testatoris, & conditione personarum, sequitur, quòd valet institutio: quia in primis debemus sequi voluntatem testantis. l. in conditionibus primum locum. ff. de condi. & demonstra. cum simil. & per consequẽs valida est institu. Facit etiam ad prædicta: quia si ex præsumpta mente testantis subauditur clausula, si ne filijs decesserit: vt in d. l. cum auus. & d. l. cum acutissimi. ergo multofortius subaudietur, hr̃des sunto. & sic non habet locum in filijs dispositio. d. §. fi. Facit tex. valde sing. in l. 3. C. de inoffi. testa. vbi coniectura pietatis maternæ operatur institutionem filij eo casu, quo mater filium non instituit. & sic videtur vocatus filius ad hęreditate matris ex coniectura pietatis, quam mater præsumitur gerere ad filium: ergo in casu nostro multo fortius eo casu, quo fuisset opus quò ad filios exprimere, hęredes instituo, ꝙ debent subaudiri illa duo verba: quia propter cõiecturam pietatis paternæ videtur plus fuisse dictum per ipsum patrem testantem, quam fuerit scriptum per ipsum tabellionem: vt singulariter voluit tex. in d. l. cum auus. & per consequens valet talis distinctio.

3 ¶Præterea est aduertendum: quia† non est opus insistere circa. d. l. 1. §. fi. vt superius dixi ex eo: quia sumus in casu nostro extra dispositionem illius. §. fin. ex quo ponuntur plura verba in casu nostro & non vnicum verbum. nihilominus videtur, ꝙ posito, ꝙ in testamento sit appositum vnum verbum dumtaxat, nihilominus testamentum est ualidum ex eo; qa præsumitur, ꝙ per errorem notarius non apposuerit illud uerbum, hæres esto. Et ad hoc adduco text. in l. errore. C. de testa. ubi dicitur. errore scribentis testamentum non debet mutilari solennitas testamẽti. ita dicit ille tex. in prin. sui. postea subdit quando minus scriptum, plus nuncupatum videtur. & ideo rite testamento facto, licèt desit, hæres esto, ibi videt̃ casus ad literam inducendo hoc modo, ibi nõ apparet, ꝙ testator dixerit, estote hæres, sed scribens testamentum non apposuit illa verba, esto hæres, & ideo per errorem scribentis accidit. ¶Si dicat quispiam, testator expressit illa verba, Lucius hr̃s esto in casu d. l. errore. sed tabellio non scripsit per errorem. ita formaliter dixit gl. in d. l. 1. §. fin. reprehendens opi. Placen. & ita respondet ad d. l. errore. quam pro opi. sua allegauerat Placen. & communiter omnes gl. & docto. damnant glo. in d. l. errore. pro certo opi. Placen. probatur formaliter in d. l. errore. inquãtum dicit minus scriptum, plus nuncupatum videtur: illud enim verbum videtur, est verbum fictionis & nõ veritatis. vt l. non videtur. ff. de reg. iur. l. non videtur. ff. de acqui. poss. & est verbum legis & non verbum testatoris: quia si fuisset verbum testatoris, lex dixisset minus scriptum, plus dictũ esse a testatore, sed hoc non dixit illa lex, sed dumtaxat dixit, plus dictum videtur. & sic est casus, ꝙ vbicunq; notarius in institutione hæredis non apponit verba illa hæres esto, lex præsumit, ꝙ notarius per errorem omiserit illa verba, hæres esto. & ideo lex supplex errorem notarij, vt voluntas testantis valeat & non pereat, & sic lex pręsumit, ꝙ testator dixerit illa verba perfectè. Et iste est verus intellectus illius. l. quam ad hoc reputo valde sing. & in ea datur intellectus ad d. l. 1. §. fin autem. ff. de hære. insti. inquantum disponit, testamentum nõ valere: vt suppleamus & dicamus, ꝙ valeat, quia lex præsumit, ꝙ notarius non scripserit illud, quod testator sibi dixit. & per consequens malè reprehenditur Placen. quia pro certo dixit puram veritatem. & est diuinatio quædam ad d. l. errore. dicere, ꝙ testator ibi dixerit illa verba perfecta, & omnis responsio diuinatoria est reijcienda: vt voluit gl. sing. in l. filium quem habentem. C. fami. er. immo est contra illum tex. inquantum dicit, plus nuncupatum videtur. & licet gl. in d. l. errore. alleget contra opi. Placen. text. in l. his verbis. in princ. ff. de hære. instit. dico, quòd ille tex. non obstat. ibi enim dicitur ꝙ verbis his testator est vsus, Titius hæreditatis meæ dominus esto. illud verbum dominus, idem est ꝙ hæres. vt l. quoniam. C. de testa. & sic testator protulit verba integra & ꝑfecta. sed in casu d. l. errore. quando notarius scripsit vnum verbum dumtaxat, dico, ꝙ lex præsumit, ꝙ testator integram orationem protulerit: sed ꝙ notarius per errorem omisit dicta duo verba, hæres esto, & sic nõ loquitur eo casu, quo testator re vera dixit illa verba integra. & istud dictum meum habet rationem euidentem in se: quia si testator re vera dixit totam orationem perfectam, & notarius illam non scripsit, potius videtur falsarius, quasi dolosè fuisset versatus: vt dixit tex. optimus in l. iubemus. ad fin. C. de testa. & per consequens opi. Placen. est vera. & iõ ex humanitate quadam fauore vltimæ voluntatis emanauit dispositio. d. l. errore. & sic gl. non bene dixerunt, nec est dicendum, quòd magna est authoritas glossarum, vt dixit Iacob. But. in l. 1. C. qui pro sua

iur. & Bal. in l.hæreditas. C.deposit. quia respondeo, ꝙ etiam auctoritas Placen. maxima est: qa glossator fuit: licet Accursius videatur eius hostis, vt apparere potest in glossis suis, tamen est attendenda ratio dicentis & non authoritas. ita dixit tex. Augu. in c.ego solis. 9.dist. sed dictum Placen. probatur in d.l.errore. ergo seruabitur eius opi. nec est admiratione dignum, quia quandoque bonus dormitat Homerus: vt no. in l.recusari. ff. de acquir. hęre. & licet communis opin. præsumatur verior: vt l.1. ff. de sena. cum simil. nihilominus potest conuinci ratione & consuli & iudicari contrarium. ita pulchrè dixit Io. Andr. in c.1. de consti. & ibi do. Abb. allegat casum singularē in l.j.§.neq;. C.de veteri iure enucle. in ver. cum possit vnius forsitan etiam deterioris sententia multos & maiores in aliqua parte superare. & facit illud, qđ scripsit Hieronymus in prologo Bibliæ: hæc doctus Plato nesciuit, hæc Demostenes eloquēs ignorauit. facit c.si quis præpostera. 50. dist. & c.si habes. 24.q.3. vbi dixit paratus addiscere ab anniculo. & quod voluit Io. And. & Pet. de Anc. in c.literas. de resti. spo. & per consequens recto iudicio & libramine, vt verbis Inno. vtar. potest do. iudex iudicare secundùm opi. Placen. & eo maximè: quia in casu nostro multa verba concurrunt, vt superius dixi. ¶ Præterea accedat, qđ voluit Bar. in d.l.errore. versi. sed hoc credo. vbi dicit, quòd si in scriptura testamenti continetur solū vnum verbum, Titius, & abest, heres esto, & testamētum est nuncupatiuum, quod ualeat, quia ibi scriptura non est de substantia testamenti, sed ad probationem solam fit. & ideo talis error scripturæ nō nocet: & licet dicat, cum constet, testatorem nūcupasse & compleuisse perfectè ea, quæ debuit ad substātiā testamenti, arg. l.contrahitur. ff. de pign. & l.pactum. C.de pact. vnde loquitur ibi Bal. quando probatum est per testes, ꝙ testator dixerat. Titius hæres esto: qa in hoc dico, salua sua pace, in dicta l.errore. non est opus probare, ꝙ testator dixerit orationē perfectā: qa lex præsumit eum dixisse orationem perfectam. & sic Bal. non rectè loquitur eo casu, quo unum uerbum dumtaxat est appositum in testamēto, quo casu, ipse uult, quòd probari debeat, ꝙ testator protulit integram orationem: sed notarius omisit, quo casu ualebit testamentum nuncupatiuum: sed in casu nr̄o apparet error notarij re ipsa impfecto ipso testō: ex quo ī testō dixit, ad hęredes meos īfrascriptos &c. ut superius fuit dictum. apparet enim re ipsa, quòd testator non omisit solennia institutionis hæredū: sed ipse notarius, & per consequens uendicat sibi locū opi. Placen. facit ad prędicta, quod uoluit Ang. in d.l.errore. ubi dicit esse speciale fauore ultimæ uolūtatis, ut ualeat institutio, si omittantur illa duo uerba. & ratio specialitatis est; quia amplius non redit
4 arbitriū, ut l.1. C.de sac. san. eccle. & † benigna interpretatio est fienda fauore ultimæ uoluntatis. l.in testamentis. ff. de regulis iur. l.benignius. ff. de legibus. l.si pars. ff. de inoff. testa. c.fi. de re iudic. cum similib. Præterea facit, quod uoluit do. Raph. Ful. in d.l.errore. ubi ponit istam quæstionem nostram in terminis. dixit enim testator, Titius in omnibus bonis meis mobilibus, uel se mouentibus. & in omnibus actionibus, quæ competent, uel competere possent. propter longitudinē orationis omissum est, hæres esto, quòd nihilominus ualida est institutio. Ista sunt formalia verba Raph. in d.l.errore. istud decidit in indiuiduo istam dubitationem: quia ita formaliter dicit in casu nostro: quia testator dixit, in omnibus autē alijs bonis suis &c. & istam considerationem ego feci superius, antequā uidissem Raphaelem &c. ¶ Pręterea est etiam ponderandum: quia in nostro puncto sunt uerba notarij, & non sunt concepta uerba in persona ipsius testantis. dixit enim in omnibus autem alijs suis bonis &c. & sic ex errore notarij interuenit, quòd non apposuit heredes instituit, & per cōsequens error notarij non nocet. † vt d.l.errore. vnde
5 non videtur imputandum testanti. Et si dicatur, ꝙ notarius debet apponere illud, quod a testatore sibi dicitur: vt voluit gl. in d.l.fi. C.de condi. ex leg. & Inno. in c.fraternitatis. de hæreti. dixit, quòd notarius in instrumento, & testis in dicto non debet dicere,
6 nisi illud, quod in veritate nouerit, & audiuerit. † & gl. in auth. de tabellionibus. dicit, quòd notarius omnia, quæ ponit in protocollo, debet audire & videre,
7 & Bald. in l.contractus. C.de fide instru. dicit, † quòd instrumentum & contractus non recipiunt supplementum facti, allegat ad hoc, quod not. in c.cum P. tabellio. de fide instru. & etiam quia notarius debet apponere ea, quæ suo officio incumbunt: vt d.l.iubemus. ad fi. C.de testa. Ad ista responderi potest, & q. dem rectè, & dico, ꝙ testator dixit notario, ꝙ scriberet, quòd eos instituebat hæredes, quòd apparet ex eo: quia dixit, volo legatum venire ad infrascriptos hæredes. vnde videtur dixisse illi notario, quòd suos filios instituebat hęredes. si ergo notarius nō ita scripsit, errauit. ideo vendicat sibi locum dispositio. d.l.errore. Item datur alia responsio, ꝙ lex præsumit, ꝙ testator dixit notario, quod illos scriberet hæredes in d.l.errore. inducendo, vt induxi superius. Item notarius præsumitur rogatus apponere clausulas, quæ de consuetudine consueuerunt apponi: vt dixit tex. sing. in l.generaliter. C.de fideiuss. voluit Bal. in rubr. C.de fide instru. & in l.imperator. ff. de statu homi. sed de consuetudine est, quòd quando pater in suo testamēto facit suam dispositionem vltimo loco dicit, in omnibus autem alijs suis bonis filios suos ęqs portionibus instituit hæredes. Ita videmus communiter fieri. & ideo dixit Bal. in l.quicunque. C.de seruis fugiti. quòd illud, quod est consuetudinarium,
8 non est arbitrarium. † & idē voluit in l.1. C.de fruct. & lit. expen. ergo sequitur, ꝙ notarius videtur rogatus apponere illa verba, maximè stātibus verbis amplissimis in ipso testamento, videlicet, in omnibus alijs bonis &c. & per consequens videtur dixisse notario, ꝙ scriberet, quòd illos instituebat hæredes: si ergo ita non scripsit notarius, vt præsumitur dixisse testator sibi, fuit in errore, qui error non debet nocere voluntati ipsius testantis. & ideo dicit Aristo. quē refert Bal. in l.contractus. C.de fide instru. ait enim, consuetum uelut innatum: sicut enim non separatē materia a subiecto, ita nec consuetudo: ut l.uel uniuersorum. ff. de pign. act. Quis ergo sani capitis diceret, quòd non processerit ex errore notarij, ꝙ testator dixerit. in omnibus autem alijs suis bonis &c. & ideo perinde est, ac si dixisset, ꝙ eos instituebat hæredes. & ideo dixit Bal. in d.l.contractus. ꝙ si in instrumēto ego assero, me debere Titio x. ex causa depositi, defuit uerbum, promitto, utrum hæc scriptura dicatur completa, & arguit pro & cōtra. & dicit, ꝙ subauditur uerbum promitto. nec dicitur oratio defectiua, cum eius intellectus ex uerbis concipi potest: ut l.uerbum, uolo. C.de fide c. item hoc non est supplere, sed intelligere. & refert Cyn. dicere, quòd imbreuiaturæ notarij recipiunt perfectum intellectū a forma communi, & quod notarij perficiant eas in forma consueta: sed ita est forma consueta: quia notarij scribunt in alijs suis bonis suos filios æquis portionibus &c. ut eos instituant hęredes, ergo sequitur ꝙ hanc suppletionem habet hæc scriptura, ut instituerit eos hæredes. ¶ Præterea facit: quia ex dispositione statuti potest compleri talis clā, ut apparet expresse, cum statutum dicit, scripturam testamenti continentem effectum, seu substantiam testamenti,

&

& illam nõ esse completam quoad clausulas & alia communiter in talibus instrumentis apponi cõsueta, ꝙ notarius, qui haberet rogationes talis notarij mortui, illas possit extendere, & debeat iuxta, & secundùm quod sibi videbitur de stilo talis notarij in simili stilo communiter consueto &c. vt in d. statuto exprimitur. ergo sequitur, quòd potuit notarius extendere istam clausulam secundùm quòd communiter fieri consueuit, & per consequens apponere illa verba, hęredes instituit. Et ex istis apparet multifariè, multisque modis huiusmodi testamentum valere & institutionem tenere. & sic inquãtum Bal. in d.l. errore. & Cy. & alij tenuerunt, ꝙ debet probari error notarij per testes. & sequitur ibi Saly. ipsi loquuntur, quando appositum est vnicum verbum solummodo, quòd nõ fuit in casu nostro. & sic loquũtur in casu diuerso, & sic non infertur, vt l. eum actũ. ff. de nego. gest. Itẽ in casu nostro posito, quòd esset vnicum verbum: tamẽ error probatur, eo ipso quòd notarius scripsit vnicum illud verbum: quia lex præsumit, ꝙ plus dixerit testator, quàm scripserit notarius, & sic nõ est necesse probare errorem. Item Bal. non loquitur in filijs, vt est casus noster, vt superius dictum est. Item Bal. non loquitur, quando est longa oratio, vt est casus noster, vt voluit Rapha. Fulgo. Itẽ est ẽt ponderandũ: quia Bald. non loquitur eo casu, quo testator non fecit mentionem de hæredibus, quos infra scribere debeat, & immediate secuta est illa clausula in omnibus &c. & eodem modo potest responderi ad gl. d.l. errore. & ad gl. d.l. 1. §. fi. quia loquuntur, quando vnicum verbum solummodo fuit expressum in institutione. Item nõ loquuntur eo casu, quo testator distribuit bona sua inter suos hæredes, vt fuit in casu nostro. Item loquuntur eo casu, quo vna clausula declaratur & determinatur per ꝑcedentem, vt voluit Petr. Bald. & Salyce. in d.l. per retentionem. & sic sumus extra casum, de quo loquuntur gloss. illæ & doctor. ideo non potest dici, tu dicis contra glo. quia casus est separatus a casu glossatoris. Item quia in diuersis opinionibus & sententijs fauendum est opinioni, quæ fauet testamento, vt in d.c. fin. de re iudicata. Item quia nemo scribentium decidit contra nostram consultationem. & vt dixit Rapha. decidit in indiuiduo pro nobis. Item quia per istam viam fauetur voluntati testantis, quã Deus & sancti patres omnibus modis seruare voluerunt: vt c. vltima voluntatis. 13. q. 2. item quia oratio
9 imperfecta recipit suppletionem verisimilem: † vt probatur in l. cum pater. §. imperfecta. ff. de leg. 2. Itẽ qa sunt qdã abbreuiaturæ, q̃ recipiunt suppletionẽ ex consuetudine vel ex natura negotij, vt per Bald. in l. verbum volo. C. de fideicommiss. Item facit text. in l. si quis argentarius. §. si initium. ff. de eden. vbi initium regulat sequentia. & sic illud verbum, ad hæredes meos infrascriptos, determinat & clarificat illã clausulam sequentem. Item quia debemus assumere sensum, per quẽ res potius valeat, quàm pereat. l. quoties. ff. de verbor. obligation. ¶ Et si dicatur, quòd per istam viam non seruatur æqualitas inter patruos & nepotes. Dico, quòd nihil noui sub sole: quia iam testator est, qui illam voluit seruare: magis enim dilexit filios, quàm nepotes. & ideo vbi manifestissimus est sensus testatoris est seruandus, vt d.l. si quis filium. quia voluntas testatoris seruatur pro lege, vt in auth. de nupt. §. disponat. Et ex istis conclusionibus elicitur vera & indubitata conclusio, quòd valida est huiusmodi institutio. & sic validum est testamentum. & ita concludo.

SVMMARIVM.

Præsumptiones plures insimul coniunctę faciunt plenam & sufficientem probationem. nu. 1.

Matrimonij fauore vnius opinio præfertur communi. numero 2.

Matrimonium per duos tantùm testes probari potest. numero 7.

Mulieres admittuntur ad testificandum fauore matrimonij. numero 9.

Sermones nostri debent verificari in communem opinionem habentium intellectum. nu. 10.

Tacens præsumitur consentire in his, quæ sunt honoris & vtilia agenti. nu. 11.

Facto datur intelligi voluntas, quemadmodum verbo. numero 12.

Subarrationis effectus. nu. 13.

Matrimonium arguitur ex eo, quòd mulier portat anulum. numero 14.

Vir & vxor non debent ad imparia iudicari. nu. 15.

Posterioritas notitiæ est probanda. nu. 18.

Confessio erronea reuocatur vsq; ad sententiam. nu. 19.

Probatis terminis videntur probata media. nu. 20.

Mulier præsumitur vxor patris potius, quàm concubina. numero 22.

Matrimonium clandestinum. nu. 23.

Clandestinitas non vitiat matrimonium. nu. 25.

Verba non sunt de substantia matrimonij. nu. 26.

Matrimonium censetur sequuta copula carnali, etiam si alter contrahentium vtitur verbis dubijs animo decipiendi. numero 29.

Præsumitur quis honestus, nisi probetur contrarium. nu. 30.

CONSILIVM VI.

SCriptum est præclarè primo regum. cap. 2. Nolite loqui sublimia gloriantes: quia Deus scientiarum est dominus. Idcirco supremum Deum ex corde ad hanc cõsultationem inuoco, vt pro sua immensa benignitate pijssimo Saluatore nostro Iesu Christo mediatore veritatem huius hæsitationis mihi aperiat. Amen. Eoque magis: quia pro matrimonio et ꝑ matrimonij fauore agit, est enim inter sacramenta connumeratum: vt in c. veniens. & in c. debitum. de biga. & ab ipso Deo viuente inuentum in Paradiso & in statu innocentiæ, genesis. c. 27. q. 2. §. his ita. c. 1. de voto. lib. 6. & prouerbiorum. 19. c. scribit, diuinitus mulier iungitur viro. ca. deinde. 26. dist. Et teste sacratissimo Imperatore, in authen. de nupt. in princi. dicitur matrimonium afferre quandam immortalitatem generi humano, idcirco omnis meus spiritus, quatenus iustitia exigit, tendet & incumbet fauori huius matrimonij: nam iura omnia in dubio fauent matrimonio. ca. fi. de re iudic. cum similibus. Erit ergo aperienda via legibus, iuribus, & summorum doctorum authoritati. Quod fuerit contractũ matrimonium inter hos nobilissimos, videlicet inter dominam Margaritam & dominum Nicolaũ, & ad enucleationem huius hæsitationis præsuppono ante omnia, ꝙ plures pręsumptiones insimul cõiunctæ, faciunt plenam & sufficientem probationẽ,
1 †ita decidit gloss. in l. 2. §. 1. ff. de excu. tut. quam Bal. ad hoc reputat singu. in rubr. C. de proba. & in rubr. eo. titu. in decretalibus. & idem voluit glo. in c. illud. de præsump. & in c. cum Bertoldus. de re iudica. ca. cum dilectus. de succes. ab intest. & in c. accedens. vt lit. non contesta. & in l. instrumenta. C. de proba. & in l. 3. §. eiusdem. ff. de testa. quæ omnes gl. volunt, ꝙ in materia probationis, quæ non prosunt singula, multa iuuant. & idem probatur in c. illo vos. de pig. & in c. ad nostram. de emptio. & vendit. & in l. excipiuntur. ff. ad silla. & in l. indicia. C. de rei vendi. & gl. in c. tertio loco. de proba. & c. cum causam. eo. titu.

Et

Et ideo dixit Bald.in rubric.de controuer.inuestit.in
vsib.feu.ꝙ iudex ex diuersis animi motibus & varijs
suggestionibus partium testium & instrumentorũ
deuenit ad vnum finalem conceptum animi nõ in-
digentem alio adminiculo: quandoque tamen indi
gente alio adminiculo, videlicet iuramenti. & pro-
batur in c.cum ad sedem.de restitu.spol.& in c.præ-
terea.& in c.in nostra.de testibus.Et idem voluit idẽ
Bal.in l.1.C.qui pro numero tutel.vbi dixit, quòd ex
diuersis præsumptionibus quis probatur hæreticus.
Et facit,quod voluit idem Bald.in d.c.cum causam.
& in d.l.3.C.ad l.Iul.maiest.& in l.spadonem.§.quia
iura multa.vbi dicit, quòd iudex in materia proba-
tionis nõ debet applicare animum suum dumtaxat
2 ad vnam speciem probationis, † vt l.3.§.idem diuus.
ff.de testib.& ibi dicebat Dyn. quòd in materia pro-
bationum fauor est publicus & generalis, ne facul-
tas probationum restringatur,& idem voluit Bal.in
d.c.cum causam . & in l.patre furioso . ff. de his qui
sunt sui vel alieni iuris.& in l.sciant.C.de probationi
bus.idem tenuit Barto. in l.1.§.item Cornelio . ff.de
quæst.& l.admonendi.ff.de iureiurando. idem vo-
luit do.Abbas consiculus meus in dicto c.cum cau-
sam.& in dicto c.tertio loco. & idem voluit do.An-
to.& Ioan.de Imo.in dicto c.veniens.el primo.de te-
sti.domi.Pet.de Ancha.in suis consilijs, consi.240.&
idem voluit dominus Ludo. Roma.in consilio 7.&
53.& ad hoc allegat gl.dictam l.secundam.§. primũ.
ff.de excusa.tuto. Stat ergo pura veritas ex iuribus
pręfatis,quòd huiusmodi matrimonium poterit ꝓ-
bari ex pluribus præsumptionibus insimul coniun-
ctis.& idem voluit Albericus de Rosate in dicta l.in-
strumenta.¶Præmitto etiam , quòd adeo iura præ-
stant fauorem matrimonio cõtrahendo, quod mul-
tum singulariter voluit Hostiensis in cap. secundo ,
de cogna. spiri. ꝙ vbicunq; doctores & magistri per
suas regulas separant matrimonium , nec dant ca-
sum expressum in iure pro illa separatione,si reperi
tur vnus doctor , vel magister sustinens contractum
matrimonij,tunc illius opi.est sustinenda, ex quo di
cto datur singularis theorica, ꝙ licet cõmunis opin.
sit præferenda, & secundùm eam sit iudicandum &
consulendum: vt l.1.ff.de offi.quæsto.in versicu.cre-
brior apud veteres opin.& l.athletæ.§.1.ff.de his qui
no.infa.& l.ita vulneratus.ff.ad legem Aquil.& in c.
in canonicis. 19.dist.& c.de quibus.20.dist.& §.qui-
dam.de pœni.dist.1.c.ne innitaris . de constit.& iux-
ta illud . Iudicium populi nunquam contempseris
vnus , nihilominus quoad sustinendum matrimo-
nium opi.vnius præfertur communi opi. fauore ip-
sius matrimonij secundùm Hosti.de quo dicto sin-
gulariter exclamat D.Abb.in d.c.2. & in c.fin.de re
iudic.ꝙ est mirabile.& pro certo probatur istud di-
ctum in d.c.fi.vbi dicitur,ꝙ stante diuersitate senten
tiarum statur sententiæ faventi matrimonio. ergo
sequitur, ꝙ licet ex vna parte plures teneant vnam
opinionem , & vnus teneant contrariam opin.quæ
3 faueat matrimonio,vt sit contractum†standum erit
illius opin.& sic videtur ibi casus formalis pro dicto
Hosti.& ideo text.valde singu.in l.si pars.ff.de inoffi.
testa.dicit,ꝙ si sententia fauens testamẽto fouet eui
dentem iniquitatem,non statur illi sententiæ pro te
stamento . secus ergo si non est euidenter iniqua.&
ideo tex.ibi fundat se super fauore testamenti : licet
ergo vnus doctor teneat opinionem,quę fauet testa
mento,& alij plures teneant contrarium expressum
in iure pro aliqua illarum partium , ꝙ nihilominus
stabitur sententiæ faventi testamẽto. hoc dico pro-
pter illud elegantissimum & stupẽdum dictum Ho-
stien.ex eo : quia regulariter sententiæ in causa ma-
4 trimonij,testamenti, & libertatis æquiparantur:†vt
probatur in d.c.fin.& illud,quod dicitur de vno, ha-
bet locum in reliquo,per id,quod voluit glos.singu.
in c.si quenquam. §.fi.de elect.lib.6.quam gl.magni
facit ibi do.Dominicus,& est nouum dictum,ad hoc
propositum non ponderatum ab aliquo scribente
vsq; ad hæc secula: vt dicamus, ꝙ opi.vnius doctoris
fauens testamento sit præferenda communi opin.
5 † intelligendo tamẽ de doctore excelso & præclaro,
vt verbis gl.vtar,quam reputo sing.in c.cum beatissi
mus.24.q.1.& per id , quod voluit Oldra. in l.quæsi-
tum.ff.de fun.instru.quod refert & sequitur Consi-
culus meus in c.1.de postu.præla. & in medium po-
test allegari illud , quod Lucano poetæ præclaro ve-
nit in ore.lib.j.Victrix causa dijs placuit,sed victa Ca
toni.ecce nunc , ꝙ æquiparatur sententia vnius ho-
minis sententiæ Deorum . Facit illud, quod egregiè
scripsit illustrissimus doctor Hieronymus in prolo-
go Bibliæ.hæc,inquit,doctus Plato nesciuit,hęc De-
mostenes eloquẽs ignorauit , & in medium adduco
tex.singularem, quem ad hoc propositum allegauit
Consiculus meus in d.ca.2.text.est . C.de veteri iure
enuc.l.1.§.sed neq; ex multitudine. vbi vnus interio
ris reputationis superabit multos magnæ authorita
tis doctores super aliquo passu : quia Deus tremen-
dus aperiet intellectum potius illi, quam alijs maio
ribus.facit ca.literas.de resti.spol.& text.in l.Labeo.
ff.de sup.leg.in ver.ait enim Labeo.licet me magna
moueat authoritas Tuberonis : tamen Seruio non
dissentio. facit c.si habes. 24.q.3.vbi dicitur paratus
sum discere ab anniculo &c. esto subiectus.95.dist.
& c.non licet.11.dist.& iuxta illud,quod dixit glorio
sus psalmista.ex ore infantium & lactentium perfe-
cisti laudem.& iuxta illud,quod testata est Euangeli
ca veritas.nõ estis vos,qui loquimini, sed spiritus pa
tris vestri,qui me misit.Et sic ex istis stat cõclusio ve-
ra & indubitata,ꝙ in dubio,vbi nõ habemus casum
in iure expressum,stamus sententiæ & opinioni,quę
fauet matrimonio, licet illa sit singularis doctrina ,
aut pauciorum doctorum.Simile dicimus in proba
tione,vt stetur probationi, quæ fauet matrimonio :
sicut enim stamus sententiæ & opinioni,quę fauent
matrimonio.eodem modo stamus probationi,quæ
6 fauet matrimonio: †vt decidit text.l.lege Iulia. ff.de
manumis.quem reputat sing.Bal.in l.contractus. C.
de fide instru.& in c.domino guerram. §.promptio-
res.in tit.hic finit lex Conra.in vsibus feu.¶Prętεrea
præsuppono etiam, ꝙ in matrimonio distrahẽdo &
dissoluendo requiritur , ꝙ interueniant testes circũ-
specti & omni exceptione maiores: vt in c.1.de con
sang.& affinitate.& facit text.in c.insuper. in ver.per
testes fama & cõuersatione præclaros . qui matr.ac-
cu.pos.& idem voluit lex ciuilis in l.nullum.ff.de re-
pudijs . vbi requirit adhiberi septem testes puberes.
gl.ibi singulariter dicit,ꝙ debent rogari : sed de iure
canonico tam ad coniungendum matrimonium,ꝗ
etiam ad disiungendum sufficiunt duo testes mascu
7 li & ẽt feminæ, † vt ꝓbat tex.formalis in c.sup eo.de
testib. vbi quęsitũ fuit de duabus mulieribus testifi-
cãtibus pro matrimonio,& Papa decidit,ꝙ possunt:
sed in casu illo remouit matrem a testificãdo ex eo :
ꝗa testificabat pro incremento honoris ipsius filiæ.
& sic si non fuisset mater,sufficiebant duę feminę te
stificantes in fauorẽ matrimonij. Et facit ille text.in
primo responso, coniuncta l.vbi numerus.de test.fa
cit gloss.in capitul.præsul.secunda quęstione 4.alias
8 in capitul.quod vero . quæ dicit † quòd duo testes
sufficiunt in causa matrimoniali , & istud post alios
doctores decidit aperto ore solennis doctor domi.
consiculus meus Abbas in dicto capitulo super eo.
& quod sufficiant duæ mulieres probatur ibi : quia
Papa remouendo matrem , certo casu videtur per-
missise

misisse aliam matrem, de qua quærebatur cum vno ex duobus negato alterum concessum videatur. ca. nonne. de præsump. 25. dist. c. qualis. l. maritus. C. de procura. l. cum prætor. ff. de iudic. Item mulier regulariter admittitur in testem. 4. q. 3. ex eo. ff. de testib. l. ex eo. ergo sequitur, quòd est permissa testificari mulier in causa matrimonij: quia cum edictum de testibus. sit prohibitorium certarum personarum, censetur esse permissorium omnium aliarum, vt voluit gl. in c. insinuante. & in c. cum R. canonicus. de offic. deleg. & in c. 1. de testib. & quod voluit gl. in simili. in l. qui accusare. ff. de accu. in quibus quilibet admittitur, & per consequens cum mulier non reperiatur expresse prohibita censetur permissum ei testificari in causa matrimoniali. & istud expresse voluit Host. in d. c. super eo. Ex istis modò elicitur alia conclusio vera & indubitata, ꝙ istæ duæ mulieres admittuntur ad testificandum in fauorem matrimonij.
9 †quinimmo plus probatur in d. c. super eo. in secundo responso, ꝙ vbicunq; agitur ad impediendum matrimonium cōtrahendum: tunc vnus testis facit plenam probationem. facit. c. præterea. de sponsa. & quod voluit do. Abb. in præallegato. c. sup eo. in scdo responso. ergo multo fortius valebit testimonium vnius concurrentibus præsumptionibus fortissimis, ergo multo fortius in casu nostro: cum concurrant duo testes, & præsumptiones vehementissimæ a iure approbatæ & validæ, & per cōsequens poterit ꝓbari matrimoniū ex istis duabus mulieribus, & multo fortius cum agatur de fauore ipsius matrimonij, vt teneat & validetur. ¶Præsuppositis modò istis ꝓ fundamento valido & potissimo huius consultationis. Statur difficultas nō mediocris, vtrum dictæ duæ mulieres deponant pro matrimonio, & verba quæ dicta domina Margarita protulit probata per ipsos testes sint apta & nata ad matrimonium contrahendum & cōgruant matrimonio, totus effectus huius consultationis cōsistit in hoc, & operepretium erit videre, si illa verba comprehendant matrimonium, & ipsi matrimonio futuro adaptentur, & præmitto, quòd sermones nostri debent verificari in commu-
10 nem opinionem habentium intellectum. †l. si ita qs. in versic. ꝙ nemo sanus diceret. ff. de euict. nā sermonum verorum experimentum est, vt concordent cū rebus sensatis & verisimilibus. l. milites. §. oportet. C. de quæst. nam illud, quod nō est verisimile, est quędam falsitatis imago. ita dixit Bald. in l. 1. C. de seruis fugiti. vbi allegat Auerroim. & idem voluit idē Bal. in rubrica. C. de proba. & in tractatu scismatis, quē posuit in rubr. C. si quis aliquam testa. prohi. & in l. fi. C. de edicto diui Adria. tol. & in rub. de postu. prælato. & ego allego optimum textum. in c. fin. de consue. & ideo dixit idem Bal. in d. l. j. C. de seruis fugitiuis, ꝙ in facto fuit cassata quædam inquisitio, in qua dicebatur, quòd famulus mandauerat domino facere maleficium: quia tanquam continens rem nō verisimilem non debuit admitti. facit c. super hoc. de renunt. & l. nō est verisimile. ff. qđ met. causa. Modò in proposito plura verba prolata per illam dominā Margaritam sapiunt matrimonium, nec est verisimile, ꝙ ad aliud propositum fuerint prolata, quàm ad matrimonium contrahendum. Si dicatur, quæ sunt illa verba, ꝙ sunt ista. videlicet, cum illa famula, tunc existens in camera cum ipsa domina Margarita, dixisset illi dominæ prouideatis vobis: quia iste est vnus ribaldus. ipsi sunt omnes ribaldi. & dicta domina dixit aliqua mala verba illi reo, quorum erat effectus, ꝙ ipsa nolebat facere voluntatem illius rei, & ipse respondit, ego nihil faciam tibi dilecta Margarita: tūc ipse Agnes testis, dixit eidē dominæ Margaritæ, prouideatis vobis: quia iste est vnus ribaldus; tunc domina dixit hæc verba. videlicet, Agnes sicut ipse hic iacet, siue ipse sit Rex, siue Imperator, siue liber, aut comes non debet habere facultatem meæ personæ, nisi quantum est honoris & probitatis ipso reo præsente & audiente, qui reus respondit, dilecta Margarita, ego nolo aliquid tibi facere. Item dixit ēt ipse reus dictæ Agneti testi, credis, ꝙ ita sim fatuus, ꝙ petam res non honestas a domina tua. Modò factis istis verbis seu dictis inter ipsos reum & dominā Margaritam & ipsam testem, secuta fuit copula carnalis inter ipsos, & alia, de quibus inferius dicetur. Si do casum legis, quòd illa verba congruant matrimonio, & sapiant matrimoniū, res est clara & aperta in fauorem matrimonij. Et pro certo casus est formalis, qui ab initio seculi decidit istam dubitationē in d. c. super eo. in versicu. mater diligit incrementū & honorem filię. vbi honor est mulieris; si nubat, & maximè si nubat nobiliori se. Nobilitantur enim mulieres ex personis maritorum. l. 1. C. de dignita. lib. 10. l. fœminę. de senat. l. fin. C. de incolis. lib. 10. & hunc honorem retinet etiam mulier soluto matrimonio, dum remanet vidua: vt c. licet. §. mulier. de sepulturis. lib. 6. l. filius. §. vidua. ff. ad municip. cap. de vxore. de sepulturis. & c. ex parte. de foro competenti. Baldus in l. cum quędam puella. ff. de iurisdict. omnium iudicum. c. de his. de sepult. dominus Abbas in dicto c. super eo. Ex quibus verbis rectè & sanè pōderatis apparet, ꝙ dicta domina Margarita consensit, quòd ille reus haberet facultatem ipsius actricis intuitu matrimonij: quia cum dixit, sicut iacet, si iaceret rex & c. vt dixi superius: vnde voluit, quòd ille haberet facultatem corporis ipsius dominæ matrimonialiter & intuitu matrimonij. hoc apparet ex illa dictione, nisi, quæ est ab ea expressa, cuius natura est, vt si oratio negatiuè pręcedat, & sequitur dictio, nisi, includit potentiam: vt in authenti. nisi rogati. C. ad Trebel. & l. Titia. §. fi. ff. de manum. testa. Bal. in dicta authen. nisi rogati. & facit, quod voluit Ang. in d. l. Titia. §. fin. vbi dicit, quòd quoties præcedit oratio negatiua, dictio, nisi, sequens operatur oppositū, habetur in l. actione. C. de transactio. per omnes scribentes. & in l. decem. ff. de verb. obli. & per Dyn. in c. peccatum non dimittitur. de regulis iuris. lib. 6. facit l. & si feriatis. de ferijs. Facit, quod voluit Richar. de Salyce. & Salyce. in d. l. actione. & Barto. & Bald. vbi dicunt, quòd quando præcedit oratio negatiua, dictio, nisi, sequens ex mente loquētis affirmat. & ideo stat inclusiuè. facit, quod habetur in ca. cū ab omni. de vita & honestate cleri. capitu. si quis. de rebus ecclesię non alienandis. 24. quæstio. 3. cap. transferunt. 35. quæstio. 3. porrò. 13. quæstio. 2. capit. Ebron. l. 1. in fi. ff. de pign. actio. l. Seia. §. vxori. ff. de annu. leg. l. diui. ff. de iure patronat. & quod not. Innocen. in c. all. immo in l. eum qui. §. iniuriarum. ff. si quis cautio. & quod not. gl. in cle. 1. de vsuris. ¶Modo in proposito nostro vera est & indubitata conclusio, ꝙ affectione maritali & intuitu matrimonij reus habuit facultatē & potestatē personę ipsius dominæ. etenim vxor est sub potestate mariti, vt habetur genesis, c. 2. & in c. quæcunq; mulier. 30. dist. & in c. manifestum. & in c. mulierem. 33. q. 5. vbi mulier dicitur esse famula mariti, & vir dicitur dominus mulieris. & habetur genesis. 18. vbi Sara vxor Abrahę dixit postq̄ senui, & dominus meus decrepitus est operam voluptati dabo? & sic appellauit maritum suum dominum. facit, qđ hr̄ in l. si vxorē. C. de conditionibus insertis. facit c. illud. de præsumpt. in ver. vir eam vendicās. vbi maritus agit rei vendicatione petēdo vxorem. Cum ergo dixerit, exhibebo facultatē personæ meæ, quātum est honoris & probitatis. videtur dedisse personam suam vsui maritali & intuitu sacri matrimonij

illi reo:ergo si ille reus acceptauit facultatem corpo
ris & personæ illius dominæ oblatam intuitu hono
ris & probitatis,videtur acceptasse vt vxorem , & cũ
ea intuitu matrimonij & maritali affectione concu
buisse. Et ponderet dominus iudicans : quia illa fuit
quædam protestatio præambula ex parte vxoris prę
fatæ,seu dominæ præfatæ, quòd ille reus non vteret
corpore & persona ipsius dominæ,nisi vt maritus,&
sic declarauit animum ipsius dominæ actricis, vt l.
non solùm.§.morte. ff.de operis noui nun. c.cũ M.
Ferrarien.de constit.c.Cumana ecclesia. de elect.c.1.
qđ metus cau.l.si quis in prin.testamenti.ff.de leg.3.
& quod no.in l.pacta nouissima.C.de pactis. si ergo
ille reus vsus est persona illius dominæ carnaliter:vi
detur ea vsus secundùm protestationem præambu-
lam: debuit enim expresse contradicere,quòd ea nõ
vtebatur respectu honoris & probitatis. ideo videt
acceptasse illam protestationem . ¶ Et si dicatur , ꝙ
tacens non videtur confirmare, vt in regula , is qui
tacet.de regulis iuris.libro sexto. cum similibus. Ad
hoc est summopere aduertendum : quia aut loqui-
11 mur in his, quæ sunt honoris & vtilia tacenti, † aut
in his, quæ sunt vituperabilia & damnosa tacenti.
primo casu præsumitur tacens consentire ,secundo
casu præsumitur contradicere. Ista fuit elegans do-
ctrina Inno.in c.in genesi.de elect. & rectè probatur
coniuncta gl.in l.qui patitur.ff.mandati.¶ Stat mo-
dò difficultas in hoc, vtrum tacẽdo videatur iste no
bilis consentire, ꝙ vtendo persona illius dominæ vi-
deatur vti vt maritus,& non vt amasius & coitu dã-
nato.Et pro certo videtur, quòd voluerit vti vt mari
tus;quia habere vxorem est actus iustus , licitus, ho-
nestus, Deo acceptus,& viro vtilis:quia in eo consi-
stit euitatio fornicationis,& salus animæ: vt in c.nisi
cum pridem . de renun.& in dubio capitur via, quæ
est ipsi animę tutior & securior: vt c.iuuenis.de spon
sal.ergo præsumitur consentire. facit l.in adoptioni
bus.ff.de adoptionibus.vbi filius tacens, dum pater
illum in adoptionem dat,præsumitur consentire.fa
cit l.sed & Iulianus.§.quãquã.ff.ad macedonianum.
vbi ad validandum contractum gestum per filium-
fa.adeo vt infringi nõ possit exceptione macedonia
ni,taciturnitas patris pręsumptionem consensus in-
ducit.facit c.continebatur.de his quæ fi.a præla. vbi
consensus capituli requisitus ad validitatem aliena-
tionis rerum ecclesiæ factæ per prælatum ex eiusdẽ
capituli taciturnitate resultare præsumitur . facit c.
1.& c.puella. 21.q.2.vbi consensus parentum,qui re-
quiritur ad roborandum ingressum filij sui ad reli-
gionem,si ille fiat ante legitimam ætatem,intelligit̃
resultare ex parentum scientia & taciturnitate . Fa-
cit, qđ voluit Inno.in c.super eo.de officio delegati.
vbi dicit, ꝙ si delegatus ordinet ecclesiam,vt in casu
illius.c.sciente & patiente eo, ad quem spectat ordi-
natio illius ecclesiæ,quod valet talis ordinatio;quia
præsumitur consentire. Facit l.sed quæ patris. ff. de
sponsalib. vbi filia non contradicens patri in sponsa
libus contrahendis præsumitur consentire. Facit in
simili dicit Innocẽtius in c.ex parte decani. de rescri
ptis.& in c.cum in iure peritus. de officio deleg.& in
c.in nostra. de procur.vbi dicit, ꝙ si quis agit nomi-
ne meo vt procurator meus, & ego scio & taceo , ꝙ
videor dare sibi mandatũ . Facit l. 1.§.magistrum. ff.
de exercit.& l.sed & si pupillus.in princ.ff.de instit.&
in l.fin.ff.qđ cum eo.ergo sequitur in casu isto,ꝙ iste
reus videtur consentire . Si verò dicamus,ꝙ iste non
est actus vtilis & honoris,vt est dictum,nihilominus
adhuc dico,quòd vr̃ dictus reus consensisse, ꝙ ex eo
apparet:quia vbicunq; sumus in actu præiudiciali ,
& interuenit patientia cum actu positiuo , semper
inducitur consensus .casus est valde sing.in l.si filius.
ff.ad macedonianum.vbi si filiusfamilias dirigat lite
ras patri,vt soluat certas pecunias, & pater illas lite-
ras a filio destinatas recipiat,& taceat,non contradi
cat,pater vr̃ cõsentire,quem tex. Ang.ibi reputat sin
gu.pro schedulis, quæ quotidie mittunt mercatori-
bus eoipso, ꝙ litera est recepta & lecta videatur ap-
probata,nisi in contrarium protestentur. Facit cle.1.
de procuratoribus.vbi si constitutus ad causam pro-
curator recipit mandatum procuratorium & non
contradixit,vr̃ acceptasse mandatum , voluit Bal.in
l.fin.C.ad Macedonianum. & facit l.Publia.§.fin.ff.
depositi. Cum ergo in casu nostro interuenit actus
positiuus, ꝙ interuenit copula carnalis . ergo sequi-
tur, consensit matrimonio contrahendo præfatus
reus,& habẽdo copulam carnalem cum ipsa domi-
na videtur consumasse matrimonium initiatum ꝑ
illa verba prolata ab ipsa domina Margarita. Quin-
immo plus videtur aperto iure dicendum , ꝙ dictus
reus expresse consensit,inquantum ipse reus respon
dens dixit ancillę,quæ vocatur Agnes . credis,ꝙ ego
sim ita fatuus , ꝙ petam res non honestas a domina
tua:ergo videtur voluisse petere res honestas, sed cõ
cubitus non potest dici honestus cum muliere , nisi
cum vxore : ergo ex illis videtur contrahere matri-
monio cum dicta domina Margarita, quod videtur
incontinenti contraxisse facto habendo copulam
12 carnalem secum.† Facit illud, quod dicimus, si testa
tor legauit mulieri mille,si honestè vixerit aut castè,
ꝙ contrahẽdo matrimonium non perdit legatum :
quia dicitur honestè & castè viuere : vt probatur in
auth.de non eligendis secundò nub.§.quoniam . &
in l.quoniam.C.si mulier secundò nupserit . de hoc
voluit ibi Bartolus. Baldus & Salycetus. Barto.& mo
derni in l.mulier.§.cum proponeretur.ff.ad Trebel.
Bald.in l. 1.C.de indicta viduitate tollenda. & in au-
then.cui relictum.facit tex.in authen.de sanctissimis
episcopis.§.sed hoc præsenti.c.quoniam. 31.q.1.l.ca-
stitati.C.de adulte.domi. Petr.de Anch.in cle.ex eo.
de pœn.& in c.quòd ad te.de cleri.coniug. & ibi per
Ioan.de Imola & modernos,& sic dicendo a contra-
rio sensu illorum verborum , quòd petet res hone-
stas ab illa domina,videtur sensisse,quòd volebat cõ
trahere matrimonium cum ea maximè stantibus ꝑ-
paramentis:quia spoliauerat se indumentis suis, &
nudus posuerat se in lecto,& dixerat,domina dicen-
te , quòd reus nõ haberet facultatem & potestatem
ipsius dominæ,nisi quantum esset honoris & probi-
tatis,& vir dixit, se velle petere res honestas concur-
rente honestate & nobilitate ipsius dominæ : quia
honesta & nobilis nec est verisimile,quòd coram il-
lis mulieribus voluisset dicta domina committere
fornicationem, & per consequens verba ipsius apta
fuerunt ad inchoandum matrimonium, & etiã ver-
ba ipsius dominæ cum voluit gratia honoris & ma-
trimonij dare illi reo facultatem & potestatem per-
sonæ suæ,ex quibus apparet expresse illum reum in-
choasse matrimoniũ : vnde succedit regula tradita
in c.1.de consang.& affinitate. vbi vr̃ casus pro ista
q.ibi enim vir subarrauit viduam , & carnaliter co-
gnouit, quo casu vr̃ contractum matrimonium ꝑ
illa duo,quę interuenerunt,scilicet subarratio,& co
pula carnalis,posito ꝙ illa copula, & illa subarratio
factæ fuissent in occulto: sed in casu nostro interue-
nit subarratio & copula,ergo sequit̃, ꝙ est cõtũ ma
trimonium.¶ Si dicatur,amice, quid est subarratio,
dico,ꝙ gl.in c.tenor.de re iudic.in versi. subarrasset
dicit,ꝙ est fidem per consensum de presenti dedisse
& est vulgare loci, vt inquit ibi gl.ꝙ subarratio fit ꝑ
missionem annuli interueniente consensu tacitè ,
vel expresse.& ideo stabitur huic subarrationi,& ꝓ
sumitur ꝑ matrimonio,arg.c.nostrates.& c.feminę
30.q.1.

30.q.j.quia nihil interest,an facto,an verbo quis declaret suam voluntatem,arg.43.dist.c.1.& 46.dist.c.1.& facit gl.in l.item quia.ff.de pact. & gloss.in l.1.in princip. ff.de verborum obligation. & in c.quia.74. distinctione.& ideo dixit glo.in l.de quibus.ff.de legibus.quòd facto datur intelligi voluntas. l.reprehendenda.C.de instit.& substit. sub conditione fact.gl. in l.apud Celsum.in princip. ff.de doli exceptione. & gloss.in l.Fulcinius.§.quid sit latitare. in versicul. hic animus.ff.ex quibus causis in possessio. eatur, & quod habetur in l.falsus.§.si tacitum ex naui.ff.de furt.& quod ibi voluit Bartol.iuxta illud poeticum. & facta loquentur.& faciat gloss.in dicto capitulo fęminæ.30.quæstio.5.Et ex aduertendum, quòd licet iura velint in matrimonio contrahendo debere interuenire verba in valentibus loqui, vt no.in ca.tuæ. & in c.cum apud.de sponsa.& est glo.magistra.& in iure vnica in l.cum notissimi.C.de præscript.30.annorum : nihilominus restringitur illa gloss.limitatiuè,nisi procedat immissio annuli:qa tunc facto ostẽditur voluntas.& facit gl.in c.fin. de despon.impub.
13 quæ loquitur de huiusmodi subarratione: †& dicũt tamen illæ gloss.quòd in dubio semper præsumitur pro matrimonio, & ꝙ siue appareat cõsuetudo mittendi annulum siue non:tamẽ præsumitur pro matrimonio. ¶Si dicat quispiã. Amice, ista subarratio fit a marito mulieri & non econtra, vt probatur in dicto capitulo fœminæ. & in dicto cap.1.& in d.c.fi. & ideo tex.in c.illud.de præsumptionibus.arguit matrimonium,seu presumit matrimonium ex eo:quia mulier portabat annulum, gl.ibi dicit, ꝙ si annulus
14 †datur mulieri in ecclesia præsumitur pro matrimonio,si verò detur coram parentibus,tunc præsumũtur sponsalia,& sic glo.& doctores loquuntur,quando maritus subarrabat mulierem,& nõ ecõtra. Modò aduertat accusare do.iudicans: quia isti duo testes producti pro parte ipsius dominæ Margaritæ, videlicet domina Agnes & domina Beatrix dicunt se vidisse illum reum portare in digitis duos annulos, qui fuerunt illius dominæ Margaritæ; nesciunt tamen quo animo,aut quo prætextu, aut respectu illa domina illos annulos dederit, & sic apparet manifestè,ꝙ annulos ex illa domina habuit,& in suis digitis apportauit,quo casu certum est,ꝙ ꝓsumitur vt maritus. & videtur quoddam signum matrimonij iam contracti,ꝙ sic ostendo ratione demonstrabili & vera, vir & vxor non debent ad imparia iudicari.c.gaudemus.de diuor.sed si maritus tradat annulum mulieri,præsumitur pro matrimonio, aut pro sponsalibus.ergo eodem modo erit econtra,si mulier tradit annulum viro præsumitur pro matrimonio,vt causa matrimonij dederit marito, & in signum contracti matrimonij: quia par debet esse conditio mulie-
15 ris & viri circa matrimonium.†Et licet iura præfata loquantur de viro tradere annulum,denotant quandam facti frequentiam; qa ita frequentatur: vt vir mittat annulum: vnde non denotant iuris ministerium:ita dixit glo.in l.1.C.de his qui ad eccle.confu. in auth.cassa.C.de sacrosanctis ecclesijs. & in l.tale pactum.§.fi.ff.de pactis. & ideo text.in l.1.C.de rapt. virginum. apponit pœnam viro rapienti virginem, sed econtra nihil disponit,& gloss.ibi quærit, quid si mulier rapit virũ, an imponetur ei pęna ibi expressa,decidit quòd sic.& secundùm illam glosam dicit ibi Ang.fuisse practicatũ in splendida vrbe Florẽtiæ, vbi fuit combusta quædam mulier rapiens quendã iuuenem,& illam glo.etiam sequitur ibi Bald.Et est ibi mirum : quia ille text. loquitur in supplicio vltimò,qđ est vltimum terribilium,& imponit illud viro:tñ comprehendit mulierem,& ideo potius expſsit de viro:quia magis frequẽtabatur in viris, vt cõc docet experimentum : ideo non denotat iuris ministerium, ergo multo fortius cum nos simus in casu fauorabili,vt matrimoniũ,ꝓ quo iura omnia fauẽt, esset pronuntiandum. Et etiam facit gl.valde sing.in cle.abbatem.de rescrip.quę dicit,ꝙ licet ponatur casus exorbitans, & loquatur de prælatis regularibus: tamen cõprehendit prælatos seculares, & ideo potius expressit de religiosis: quia erat magis frequentatum in eis, ideo idem vr̃ dispositũ in secularibus. facit gl. aureis literis scribenda.in c.2.de confess.lib. 6.vbi est exorbitans,& loquitur in reo,gloss.ibi quærit in actore,decidit,ꝙ idem: si enim opponatur,ille tex.est exorbitans,& non loquitur in actore. respondit ibi glossa,ꝙ ex quo eadẽ ratio est in vtroq;, habebit locũ dispositio in vtroq;. & ideo expressit in reo potius; quia erat magis frequentatum in reo. facit, quod no.gl.in c.vnico. de rerum permutatione. lib. 6.& quod no.in cle.1.de supplen. negligentia prælatorum.& ideo gl.valde peregrina.in c.Diaconus.27. distinctio. vbi text.pœnalis loquitur de Diacono, gl. ibi dicit idem in subdiacono,& ex frequentia potius loquitur de Diacono. & ibi Dominicus allegat aliã gl.in c.vnico.de rerum permutatione. lib.6.Et facit gl.solennis. in l.1.C.de nili agger.non rumpen. vbi gloss. extendit ad ripas alterius fluminis, vt ad ripas Padi,quam gloss.sequuntur ibi omnes. & est ratio: quia potius frequentatur in illo:ideo potius expressit.& idem videtur disposuisse in alijs. facit glo.in l. vnica.C.de his qui ante apertas tabulas.vbi dicit idẽ esse ab intestato, quòd ibi disponitur ex testamento. facit, qđ pulchrè voluit dominus Cardinalis in cap. abbatem.de rescrip.vbi dixit, illum textum loquentem de Abbate,& sic religioso.pari ratione procedere etiam in alijs,non religiosis. Et si dicatur,quòd ille text.expressit de religiosis, respondet factum narrat.facit, quod voluit idem domi.Cardi.in c.præterea.el primo.de transact.vbi idem dicit, inquantum tex.loquitur de regularibus, ipse dicit idem in alijs: quia ille tex.factum narrat.idem voluit in c.pleriq;. de pactis. Et ideo scribentes omnes in ca.1.§.si quis rusticus.de pace tenenda in vsibus feudorum. quærunt,ille textus loquitur in rusticis portãtibus arma, vt puniantur,quid in alijs,& decidunt idem.Et ideo expressit de rusticis:quia magis frequẽtabatur in rusticis.Modò ex istis liquidò apparet, quòd licet iura dicant de traditione annuli, quæ fit a marito vxori seu a viro mulieri. Idem erit contra: quia non debent ad imparia iudicari. & maximè cum ista sint correlatiua,maritus & vxor,& ius disponens de vno habet locum in reliquo.l.fin. C.de indicta viduitate tollenda.& l.nemo martyres. C.de sacrosanct.eccle. cum similibus.¶Et si quispiam opponat, quòd ista subarratio competit ex consuetudine, vt dicunt illæ gloss.sed consuetudo non extenditur, ergo &c. Ad hoc respondeo, quòd immo consuetudo exten-
16 ditur de simili ad simile.†ista est gloss. magistra in l. de quibus.ff.de legibus. Ita dicamus in casu nostro, maximè cum simus in correlatiuis, quæ sunt simul in natura, vt voluit maximus commentator Albertus in summa naturalium.& facit dicta l.nemo martyres.cum similibus. Idem dicemus in casu nostro. ¶Et si quispiam dixerit,Amice,illa iura loquuntur, quando priusquam cõtrahatur copula carnalis, datur,aut mittitur annulus. sed hic interuenit ex postfacto ista traditio annulorum, & sic post copulam carnalẽ.Item posset dicere quispiam. Amice, illud procedit eo casu,quo annulus fuit datus digito cordis:vt notatur in dicto c.fœminæ. secus si fuit datus in manum: quia tunc est quædam donatio,& non est subarratio. ita pulchrè dixit dominus Antonius in c.fin.de despon.impuber. quia ad ista respondeo,

& nego istud assumptum, ꝙ non fuerint illi annuli immissi in digito cordis, ex quo non probatur contrarium, ex quo præsumimus pro matrimonio, vt voluit etiam gl. in d.c. tenor. & in d.c. fi. & vt superius dixi in causa matrimoniali capitur probatio, quæ fauet matrimonio: vt probatur in d.l. Iulia. & per consequens alleganti contrarium incumbit onus probandi: vt l. ei qui. ff. de probatio. & maximè, quia ita consuetum est fieri, vt antea mittatur, aut tradatur annulus, quam interueniat copula, & quòd mittitur in digitum cordis: tunc succedit regula tradita per glo. valde singu. in l. neque natales. C. de probation. quæ dicit, ꝙ præsumitur factum illud, quod fieri cõ-
17 sueuit, † & allegãti contrarium incumbit onus probandi. & ita colligit ibi Barto. & bene facit textus ad hoc valde singular. in l. in fideicommissi. in princi. ff. de vsur. in versic. non facile. vbi probatur, ꝙ illud, qđ consueuit fieri transfert onus probandi aduersario. & ideo dicebat Ludoui. Roma per illum text. in suis not. 363. quòd si creditor vocari fecit debitorem ad iudicium, & debitor dicit, quòd non fuit interpellatus prius a creditore, quòd eidem debitori incumbit onus probandi ex eo: quia consueuerunt creditores prius mouere suos debitores, vt soluant, anteꝗ̃ eos vocent ad iudicium, & per consequens præsumptio est, ꝙ fecit illud, quod fieri solet. Ita in proposito nostro est dicendum. facit text. in l. in exceptionibus. ff. de probation. vbi ponitur regula, ꝙ ille debet probare, qui affirmando ponit. Cum ergo iste reus dicat, dationem annuli fuisse datam post copulam, ergo sibi incumbit onus probandi. Facit gl. valde singu. in cle. fin. de rescript. ita ergo est dicendum in casu nostro. facit decisio Dominorum de Rota. 113. & 518. vbi volunt, dicentem se acceptare vigore literarum malè acceptasse; eo quia post mensem acceptationi præfixum in gratia debere probari posterioritatem ex eo dicunt: quia satis fundata est acceptantis intentio docentis, gratiam & beneficij vacationẽ, ita satis est, fundatam esse intentionem agentis pro-
18 bãdo dationem annulorum, † quia iam probatur ꝑ confessionem ipsius rei. facit ad prędicta elegans decisio Domi. de rota. 414. vbi decidunt, allegantẽ nullitatem processus ex eo: quia per prius incepit procedere delegatus, quam ei esset nota recusatio suorũ delegatorum, debere probare posterioritatem notitię: quia satis est probata processus validitas, si ostenditur delegati iurisdictio, & cum esset delegatorum recusatio nota, vt in c. prudentiam. de offi. dele. facit etiam, qđ hr̃ in l. ex facto. §. si quis. ff. ad trebel. vbi est tex. sing. secundum veriorem intellectum, ꝙ allegãs fideicommissariam substitutionem euanuisse sub conditione factam, & si hæres decesserit sine liberis; vt quia decessunt liberi post hæredem debet probare mortis posterioritatem eo: quia fideicommissi fauore præsumatur decessisse per prius. Ita ergo in ꝓposito fauore matrimonij præsumat̃ annuli datio ante copulam carnalem. Et pro certo ista sunt elegantissima & ad propositum accommodatissima. & per consequens ista est veritas, ꝙ per prius dati fuerunt annuli a dicta do. Margarita illi reo apparet ex confessione ipsius rei, qui in responsione ad propositiones dicit se habuisse dictos annulos a dicta domina Margarita. Nec obst. si in contrarium dicatur, ꝙ dicta domina Margarita ponit, qualiter illos annulos dedit illi reo, vt marito, die lunæ & sic post carnalem copulam. & per consequens dicta omnia iura adducta superius cessant. Et sic veritas est, ꝙ post copulam interuenit datio annulorum: quia ad hoc respondeo, ꝙ ille procurator dominæ Margaritæ, vel eius aduocatus per errorem fecit illam positionem, & ideo debet domina Margarita reuocare illam cõ-
19 cessionẽ aduocati, aut procuratoris, † vt erroneam vsq; ad sententiam: vt l. fi. C. de erro. aduoca. l. error. C. de iur. & facti igno. in l. obseruare. C. quorum app. non recip. Simile dicimus in patre, vt possit reuocare confessionem sui filij, vt erroneam. l. principaliter. & ibi Baldus colligit istud ex illo text. C. de libe. causa. no. in l. 2. §. si absens. ff. si ex noxali causa agat̃. Et simile dicimus in Abbate: vt possit reuocare confessionem sui monaci vt erroneam, & dominus pro seruo: vt l. 2. C. de accusa. voluit Baldus in d.l. principaliter. Simile dicimus in procuratore, vt possit reuocare erroneam confessionem domini, vt l. si hominem. ff. mãdati. Simile dicimus in hærede, vt possit reuocare erroneam confessionem testantis. l. non idcirco. C. de iur. & facti ignoran. facit, quod voluit Bal. in d.l. error. & per consequens poterit dicta domina Margarita reuocare illam positionem vt erroneam. ¶ Præterea est etiam aduertendum circa prædicta, posito, non tamen concesso. quòd huiusmodi præstatio annuli fuisset facta per dictam do. Margaritam huic reo post habitam copulam carnalem: nihilominus fuerunt dati annuli in signum matrimonij consumati, & eadem intentione præsumuntur acceptati ab ipso reo, quòd apparet ex præparamentis & præambulis verbis ad contrahendum matrimonium dispositis, vt apparet ex dictis superius; quia cum prædicta domi. Margarita fuisset protestata, quòd nõ habebit facultatẽ suę personę ille reus, nisi quantum est honoris & probitatis. & ille respondit, quod non peteret, nisi rem honestam ab ipsa domina, illa fuerunt verba ad matrimonium: vnde secuta copula carnali & datione annuli ista arguunt matrimonium præcessisse & consumatum fuisse: vnde succedit illa regula, quæ nõ prosunt singula, multa iuuant, vt dixi superioris in præsuppositis. ¶ Præterea facit, quòd ille reus & illa actrix animo cõtrahendi matrimonium adinuicem copulauerunt, apparet manifestè ex eo: quia nõ est verisimile, ꝙ rem ita turpem dicta domina præfata fecisset præsentibus illis duabus mulieribus, s. Agnete & Beatrice in eadem camera existentibus & videntibus illum præparare ad actus venereos, vt iam testificantur: quia hmõi actus venerei consueuerunt fieri clam & occultè, maximè cum domina nobili & superba & de genere militari nata & honestè viuente, vt fuit præfata domina Margarita. facit, quod hr̃ in l. 1. C. de collu. deteg. & in l. capite quinto. ff. de adul. & in c. literis. de præsump. vnde illud, quod non est verisimile, est quędã falsitatis imago, vt dixit Bal. in d.l. 1. C. de seruis fugi. & superius dixi. Facit. l. 1. præallegata de collu. detegen. ibi, turpis cõiunctionis macula. Simile dicimus in c. in nõnullis. in ver. damnatę commixtionis. de iude. & in auth. ex cõplexu. de incest. nupt. eo ipso ꝙ dictus reus dixit, non velle petere ab eadem domina Margarita, nisi rem honestam, & erat nudus in lecto cum ea domina Margarita. Ita certum est, ꝙ dictus reus non ob illud venerat nudus ad lectum, in quo iacebat dicta domina Margarita, nisi vt rem carnalem haberet cum ea: vt voluit Bartol. in d.l. capite quinto. ff. de adul. & text. in c. præterea. de testi. & ibi per scribentes, & per domi. Abbatem in c. tertio loco. & in c. literis. de pręsump. et sequit̃, ꝙ nõ venit ꝓ amplexu turpi & damnato. ex quo enim dixit, quod non nisi rem honestam peteret, & erat paratus ad copulam, sequitur necessariò, ꝙ intellexit pro copula maritali & intuitu matrimonij: neũ di: nã voces sunt signa earũ, quæ sunt in anima passionum: vt voluit philosophus in primo Periermenias. l. Labeo. §. idẽ Tuberro. ff. de sup. lega. l. ille aut ille. §. cum in verbis. l. non aliter. ff. de leg. 3. Imperator enim linguæ cor est, ita dixit Bald. in capit. mandatum.

datum.de rescrip. & dictus Bal.in tractatu scismatis
dixit,ꝙ præco cordis est lingua. illud ergo voluit,qđ
verbis expressit, & per ꝯns contraxit matrimonium
maximè precedentibus verbis illius domine Marga
ritæ sonantibus in matrimoniū congruentibus ma-
trimonio,vt superius dixi. ergo sequitur necessariò,
ꝙ videtur contraxisse matrimonium,& voluisse ma
trimonium contrahere. facit,quod voluit Bal.in d.
l.1.C.de collu.deteg.vbi dixit, ꝙ si quis comprehen-
ditur cum aliqua,& iurat se eam accepisse in vxorē,
ꝙ habet pro veritate dictum suū. & dicit hoc voluis-
se gl.sed non allegat, vbi sit illa glo.reuera de hoc vr̄
in gl.in l.pe.C.de fideiuss.quam gl.idem reputat sin-
gu.in l.1.C.de seruis fugi.& in l.vnica. C.de confess.
& in capitu.1.§.furtum . de pace iur.fir.in vsi.feu.&
ideo in d.l.1.C.de collu.deteg.dixit idem Bald.ꝙ illa
gloss.est vera,si qualitas personarum, & alia iudicia
patiantur, alias secus, Et ad hoc allegat illum tex.&
ego pro suo dicto allego glo.quam reputo valde sin
gu.in cap.aliter.30.quæstione 5.Ita dicamus in casu
nostro, & multo fortius cum concurrat qualitas &
conditio personarum, vt matrimonium verisimili-
ter contraxerint.Item cōcurrunt præambula ad ma
trimonium: quia præfata dña voluit illum habere
facultatē suæ ꝑsonæ, quantū esset honoris & probi-
tatis.& idem voluit ipse reus, & secuta est copula,&
traditio annulorum, & gestio ipsorum in digitis ip-
sius rei, nonne multo fortius videtur isto casu con-
traxisse matrimonium tot adinuicem concurrenti-
bus.pro certo multo magis.c.non æstimemus.14.q.
2.c.cum in cunctis.de elect. cum simi.¶ Præterea ad-
uertat do. iudicans quia fallo mentitur reus in sua
responsione dicens, dictam domi. Margaritam do-
nasse loco propinæ illi reo duos annulos nō medio-
cris valoris, vt iudex potest ex eorū æstimatione co-
gnoscere,& vnam torquem auream & centum flo-
renos Ianuenses, cadit ne in aliquem conuenientē
intellectum hæc responsio, ꝙ loco propinæ illa ho-
nesta domina donasset bona tanti valoris?nam natu
raliter femineum genus inclinatum est ad auaritiā;
vt rectè decidit tex.in l.stipulata.in ver.contra sexus
naturam.ff.de donatio.inter virum & vxorem. vbi,
ꝙ vxor donet marito est cōtra naturam sexus, & qđ
habetur in l.sed si ego. ff.ad velleia.& in l.quæ dotis.
ff.sol.matri.Quanto ergo fortius in isto casu videtur
dicendum,ꝙ illa præfata domina Margarita nō do-
nauerit in locum propinæ tot bona,contra illud, qđ
est de natura fœminarum : quia auarissimum,qui-
dem genus est fœminarum:& maximè cum dicit lo
co propinæ; quia quotidie videmus ꝙ ꝓpina est qñ
donant comestibilia; q̄ paucissimo tpe durāt. & sic
non est inconueniens illa responsio illius rei iuxta il
lud, quod habetur in passione dominica dum dici-
tur.& conuenientia nō erant eorum testimonia. &
ideo præsumendum est,ꝙ loco dotis data fuerint &
pro parte dotis,qa istud est verisimilius & honestius:
& etiam positis extremis posita intelliguntur esse
20 media† & probatis terminis videtur esse probata me
dia, vt voluit gl.optima, in c.volumus.16.q.4.quam
gl.sequuntur communiter doct.in ca.accedentibus.
de priuil.& quod voluit gl.& do.Anto.& alij scriben
tes in c.cum ad sedem. de resti.spol.& glo. & ibi per
eundem do.Anto.in c.accedēs.de conuer.coniug.&
voluit idem do.Ant.in c.ex parte . de rescri.do.Abb.
in c.olim.de resti.spo.& in d.c.accedentibus.Bald.in
prima constit.C.§.quibus.& in l.siue possideris.C.de
proba.& in l.ordinarij.C.de rei vendic. Bar.in l.Cel
sus . ff.de vsucap.& in l.sicut.§.superuacuum.ff.qui.
mo.pig. vel hypo.sol.& qđ etiam ipse voluit in l.ad-
monendi. ff.de iureiurand. Et ideo dicimus,ꝙ vbi fit
21 mentio dotis,præsupponitur matrimoniū , † vt ple-
nè & pulchrè scribit Bal.in auth.si quis in aliquo do
cumento. C.de eden.pro cuius doctrina do.Petr.de
Anch.in cle.1.de proba.facit, qđ no.per omnes scri-
bentes in c.illud.de præsumpt.vnde ponderet do.iu-
dicans qualiter bellissimè & plenissimè,& cum om-
ni claritate est probatum huiusmodi matrimoniū.
Cū ergo concurrant tot insimul de quibus superius
est dictū,& cōcurrat dos præsumpta,seu donatio do
tis in parte; & quia in dubio iudicādum est pro ipso
matrimonio,vt superius fuit dictū.ergo sequitur, ꝙ
partes domini iudicantis erunt in declarando ipsos
do. Margaritam & ipsum reum ꝯxisse matrimoniū
legitimum & canonicū,ex quo omnia præparamen
ta ad matrimonium contrahendum interuenerant.
nam vt voluit philosophorū facile princeps Aristo-
teles in secundo de anima, actus actiuorum sunt in
patiente bene disposito. maximè, quia ex hoc tollit
scandalum, quod inde posset sequi, quod omnibus
modis est euitandum.c.nihil cū scandalo. de rescri.
c.cum teneamus.de præben.c.cum olim.de cle.con
iug.l.qui ceden.ff.de sica.& c.inquisitioni. & quod
ibi pulchrè voluit Inno.de sent.excom. ergo sequit,
ꝙ iudicādum erit pro matrimonio, cum ex hoc eui-
tetur periculum animarum, ad quē finem tēdit oīs
canonum dispositio,vt voluit gl.quæ reputat singu.
in c.cum contingat.de iureiur.& est text.in c.vt ani-
marum periculis.de constit.in 6.¶ Preterea facit,qđ
habet in l.in concubinatu.ff.de concubinis.vbi præ-
sumitur,ꝙ mulier sit vxor potius quam concubina.
22 †& gloss.in versic.habere.ibi dicit,quòd presumitur
eo ipso, ꝙ nō probatur contrarium.similem modū
loquendi ponit gl.in l.1.C.de testa.mili. & etiam in
l.in testamēto.C.eo.& in l.si creditor.C.de pign.act.
& in l.super seruis . C.qui mili.non pos.lib.12.& in l.
1.C.de fide instru.& iu.astæ fisc.lib. 10.& in l.2. C.de
erro.aduo.& in l.si tutor.C.de pericu.tut.& in l.2.C.
de peti.hære.& glo.in c.1.quod met.causa. & in c.il-
lud.de præsump.& in c.sicut.el 2.de iureiur.& in ca.
pe.de excep.& in c.3.de præscrip.& in c.proposuisti.
82.dist.& in c.sup eo.de testi.cog.& in l.siue posside-
ris.C.de proba.Ita dicamus in casu nostro,ꝙ non cō
currentibus supradictis præsumitur vxor eo ipso, ꝙ
non probatur contrarium. facit etiam ad hoc tex.in
l.in liberæ.ff.de donatio.Et si quispiam opponat di-
cendo.Amice,istud procedit de iure ciuili: sed de iu
re canonico non procedit,quo casu debet in matri-
monijs seruari dispositio iuris canonici:quia matri-
monium est res spiritualis,& connumeratur inter sa
cramenta:vt deciditur in c.debitum.de bigamis . &
c.veniens.de transact.sed de iure canonico istud nō
procedit ex eo: quia requiritur, ꝙ mulier petatur in
vxorem ab his,qui supra eam habent dominationē,
& a quibus custoditur, vt a parentibus vel propin-
quioribus petatur vxor, & sponsetur, & dotetur &
suo tempore sacerdotaliter benedicetur, ita decidit
textus formalis in c.aliter.30.q.5.hoc voluit gloss.in
præallegata.l.in concubinatu. sed cum ista non in-
teruenerint in huiusmodi matrimonio, sequitur,ꝙ
non dicetur matrimonium.Et eodem modo respō-
detur ad l.in concubinatu.ff.de concubinis.quantū
dicit animi destinatione estimari oportet & ibi gl.di
cit vt in matrimonio: quia ex animi destinatione iu
dicamus,ꝙ illud procedit secundùm iura ciuilia.se-
cus secundùm canonica, istud vr̄ obstare huic con-
sultationi.Circa qđ est aduertendum. Et dico,ꝙ ſm
dispositionem iuris ciuilis sufficit animi destinatio,
vt mulier dicatur vxor, quo casu non est recedendū
a iure ciuili,nisi quatenus reperiatur expressum a iu
re canonico,arg.c.cum expediat.de elect.lib.6.& l.3.
C.de inoffic.dot.non enim debet apponi dr̄ia inter
vtrunq; ius,nisi quatenus reperitur expressa de iure.

argu.c.ecclesia vestra.de electio. quia vnum ius supple tur per aliud: vt c.si in adiutorium. 10. dist. & c. 1. de oper. noui nunc. cum similibus. Oportet ergo dare expressam dispositionē iuris canonici, ꝙ ista non sit vxor. Et allegatur ad hoc gl. in d.l. in concubinatu. & tex. in d.c. aliter. Ego respondeo, ꝙ est quoddā matrimonium solenne contractum soleniter & publicè in facie ecclesiæ, & de hoc loquitur dictū c. aliter. Et quoddam matrimonium clandestinū & non celebratum in facie ecclesiæ, qđ requirit solennitatem, de qua habetur in d.c. aliter. & in c. cum inhibitio, de cland. despon. est quoddam matrimoniū clādestinum, quod dr̄ clandestinum: quia non est celebratum ſm solennitatē. d.c. aliter. & d.c. cum inhibitio. & facit, quod voluit Bar. in l. 2. C. si ex publ. rationi. lib. x. & qđ volunt moderni in l. clam possidere. ff. de acquir. pos. & isto casu clandestinitas non maculat, nec vitiat matrimonium, † solus ergo consensus
23 sufficit ad matrimonium contrahendū: vt l. nuptias. ff. de reg. iur. Licet autem hæc conclusio clara sit. Fateor tn̄, ꝙ peccant contrahentes matrimonium clādestinum: vt in d.c. cum inhibitio. & d.c. aliter. coniūcta gl. & idem dicimus in collatione beneficij clāde
24 stinè facta: vt valeat† de iure, sed non caret suspitione si de ea quoquo modo potest fieri fides, de quo videtur tex. valde sing. in c. vnico. vt eccle. benefi. ad ꝓpositum facit text. in c. 1. de clandestina despon. vbi probatur formaliter, ꝙ clandestinitas non vitiat ma
25 trimonium, † & colligit ibi domi. Abb. in primo notabili. Modò istud tollit matrimonium formatum, & proijcit illud in profundum, vt dicamus, ꝙ istud fuit clandestinum matrimonium, & sufficit, ꝙ probetur cōsensus viri & mulieris ad hoc, vt teneat: sed ex dictis superius satis apertissimè probatur consensus vtriusq;, videlicet agentis & rei cōuenti ad ipsum matrimonium contractum. ergo sequitur, ꝙ valet & tenet dictum matrimonium, & per cōsequens stabimus dispositioni eius, quod voluit tex. cum glo. in d.l. in cōcubinatu. & cum dicit aliud esse de iure canonico, intelligitur quoad matrimonium solenne, & non quoad matrimonium clādestinum. & ista est pura & indubitata veritas, & sic imponetur diuersitas inter ius canonicum & ciuile. ¶ Et si quispiā opponat, ꝙ in isto matrimonio consensus non fuit expressus per verba a valentibus loqui: debuerūt enim exprimere verbo se velle ꝯhere matrimoniū: vt voluit gl. sing. in l. cum notissimi. C. de præscrip. 30. anno. & voluit Inno. in c. tuæ. de sponsa. vbi tenuit, verba esse de substantia matrimonij quoad ecclesiam militantem. & ideo statuit ecclesia ſm eum, ne tantū sacramentum esset incertum: aliàs sequi posset absurdū, ꝙ si vir videns mulierem consentiret cū ea in corde suo, & idē faceret mulier, ꝙ inter eos esset matrimoniū, ex quo possent sequi multa absurda. Cū ergo non interuenerint in casu nr̄o verba ad ꝯhendū hm̄oi matrimonium. & ideo dixit gl. instit. de verbor. obl. §. sed hæc solennia, ꝙ qn̄ conficit stipulatio, debent interuenire verba apta & congrua ad illum actū: vnde non sufficeret respondere promittis mihi 10. & quis respōdeat. eh: quia ad ista rn̄deo. & primò nego illud assumptum, ꝙ requirant̄ verba de necessitate, ad hoc allego text. formalem in c. cum apud. de
26 spon. vbi dicitur, ꝙ sufficit solus consensus† ad ꝯhendum matrimonium, ex quo sequitur, ꝙ non requiritur consensus parētum: nam de natura illius verbi, sufficit, est, ꝙ importet illud, qđ de necessitate requirit ad conficiēdum actū, hoc decidit gl. in c. statutū. in prin. in ver. sufficit. de rescript. lib. 6. quam reputat sing. do. Abb. in c. 1. de postu. præla. & hoc voluit idē domi. in d.c. cum apud. idem voluit Hosti. in c. tuæ. de sponsal. vbi dicit, quòd verba non sunt de substātia matrimonij etiam quoad ecclesiam militātem: sed satis est, qualitercunq; appareat de consensu. Io. And. ibi dicit, ꝙ aut præcessit tractatus de contrahēdo matrimonio, & non requiruntur verba, aliàs verba sunt necessaria. sed domi. Abb. ibi refert moderniores communiter sentire cum Host. vt satis sit, si appareat de consensu per signa, & hanc opin. dicit ibidem domi. Abb. se semper tenuisse veriorem, vt probatur per tex. d. ca. tuæ. ibi enim consultatio fuit facta in genere, & Papa respondendo probat, verba non esse de substantia adducendo exemplum in muto. si enim quoad validitatem matrimonij voluisset æquiparare mutum, & loqui valentem, ineptè adduxisset exemplum de muto, & licet postmodum dixerit, verba esse necessaria, habuit respectum: quia cōmuniter loqui valentes exprimunt consensum per verba. Item videmus, ꝙ legatum & fideicommissum possint relinqui nutu etiam a valētibus loqui, vt ꝓbant iura, quæ allegat gl. in d.c. tuæ. Item non refert, quid ex æquipollentibus fiat, vt in c. licet ex quadā. de testibus. cum similibus. Item probo istud ratione inconuincibili hoc modo. videlicet matrimonium est de iure diuino; vt in ca. vno. de voto. lib. 6. cum similibus. sed de iure diuino nō distinguitur inter mutum & loqui valentem: nam certum est, quòd mutus potest contrahere matrimonium sine verbis, dūmodo exprimat consensum suum signis, vt habetur in d.c. cum apud. vbi Papa respondit non statuendo de nouo, sed secundùm ius antiquum. ergo fortius poterit hoc valens loqui: quia cum sit melius sensatus, melius poterit sensum suum ostendere signis, argu. auth. multo magis. C. de sac. sanc. eccl. Item si pōderentur iura loquentia in hac materia, nō reperietur tex. præcisè loquens, res est vera. Quibus nec obstat d. ca. tuæ. de sponsal. quia ibi Papa respondet ad consultationem, & sic nō posuit ius de nouo, vt no. gl. in c. consultationi. de tempo. ordi. & per hoc tollitur motiuum Inn. dicentis, ꝙ ecclesia hoc statuit: nā istud statutum nullibi habetur, ad idē facit c. ex parte. de restitu. spolia. & hanc opi. sensit glo. elegans in c. sufficiat. 27. q. 2. vbi gloss. exponit textum illum, dū dicit quoad ecclesiam, idest quoad probationem, probatio verò consensus non restringitur ad verba:
27 † vt l. nutu. ff. de leg. 3. Et istam partem dicit do. Abb. in d.c. tuæ. sequi communiter moderniores. Cum ergo hoc teneat gloss. Hosti. domi. Abbas & communiter Modern. sequitur, quòd secundùm istam partem erit iudicandum. l. 1. ff. de offi. quæsto. in versic. crebrior apud veteres opin. l. 1. ff. de sena. c. in canonicis. 19. distinct. cum multis similibus, quæ possent allegari in ista materia. Item illi opin. est standum, quæ mouet melioribus rationibus & subtilioribus motiuis, vt in d.c. capellanus. sed ista opinio adiuuat̄ melioribus & subtilioribus rationibus & motiuis, vt est responsum. ergo &c. Item in dubio est standum opinioni, quæ fauet matrimonio, etiam si est singu. doctoris opinio, vt voluit Host. in loco superius allegato. quanto ergo fortius in casu nostro standum erit huic opin. cum sit communis. Item facit, quod dixit Ioan. Andre. qui voluit, quòd si præcederet tractatus de matrimonio contrahendo: tunc sufficit, quòd consensus declaretur signis, aut facto in valentibus loqui: quia in casu nostro ita formaliter accidit: interuenit enim tractatus de contrahendo matrimonio, circa quod aduertat do. iudicans, quia ꝓbatur per testes, & etiam per cōfessionem ipsius rei, qualiter ipse reus venit ad cameram illam, & posuit se in lecto, vbi iacebat illa domina Margarita, & tūc interuenerunt illa verba dominæ M. ꝙ etiam si ipse esset Rex, vel Impator &c. nō hēret facultatē ꝑonē illius dn̄æ, nisi quātū esset honoris, & honestatis, seu

probitatis ipso reo præsente & audiente, qui etiam dixit, quòd non erat ita fatuus, ꝙ peteret a dicta domina rem nõ honestam, quæ verba, vt dixi superius, sonant in matrimonium. ¶ Et ex istis colliget bonus iudicans, ꝙ præcesserit etiam tractatus de matrimonio: quando enim iam ille reus antea venerat & fuerat loquutus cum ipsa domina, si secuta est copula carnalis, clarum est, ꝙ fuit contractum & consumatum matrimonium: vnde contractus sequens decla
18 ratur ex tractatu præambulo: † vt plenè voluit Ang. allegans ad hoc Imo. in l. pacta nouissima. C. de pactis. & idem voluit in l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig. & probatur per glo. in l. 1. ff. de iudi. & faciunt ea, quæ dixi superius in euidentalibus. & facit, quod pulchrè voluit Bal. & Salyc. in l. per retentionem. C. de vsuris. vbi dixit, ꝙ dicta in præcedentibus vidētur repetita in sequentibus, etiam si sequentia fiant ex interuallo, si sunt præcedentia præparatoria sequentis. Cū ergo in casu nostro illa verba sic prolata fuerint præparatoria ad matrimonium sequens, sequitur, ꝙ illa copula carnalis secuta inter ipsos interuenit respectu tractatus præambuli matrimonij. & sic isto casu vēdicat sibi locum opinio Ioannis Andreę volentis debere interuenire tractatum de matrimonio cōtrahendo. & sic cessat omnis dubitatio. & per cōsequens sumus in casu. c. is qui. de sponſ. vbi licet per carnalem copulam dumtaxat non inducatur matrimonium: secus si præcesserunt sponsalia de futuro: tunc enim oritur præsumptio iuris & de iure, vt non possit probari contrarium, vt ibi habetur. ita dicamus, quando pręcessit tractatus de contrahendo matrimonium, & mulier obtulit suam personā intuitu matrimonij: & vir obtulit se petiturum rem honestam, vt est dictum: & sic non interuenit mera copula carnalis. ¶ Præterea facit ad prædicta tex. aureus in hac materia secundùm communem lecturā & veram in c. tua. de sponſ. vbi est casus, quòd si alter contrahentium vtitur verbis dubijs animo deci-
29 piendi † postmodum cognoscit mulierem carnaliter, quòd iudicatur in fauorem matrimonij in foro iudiciali. pro certo ille tex. apponit gladium ad radicem huius consultationis: vnde posito quòd illa verba prolata ab ipso reo, ꝙ ipse non petet a muliere nisi rem honestam, essent dubia ipsa muliere volente contrahere matrimonium, vt fuit in casu isto: qa obtulit suam personam intuitu matrimonij: nihilo minus secuta copula carnali posito ꝙ ille reus habuerit animum decipiēdi ipsam dominam, nihilominus ecclesia iudicat pro matrimonio: non enim quis debet ex suo dolo iuuari: vt in c. ex tenore literarum. & c. sedes apostolica. de rescript. odit enim Deus iniquitatem; vt scribitur lib. Iudic. indubitanter tex. d. c. tua. decidit istam quæstionem in fauorē matrimonij. Et sic est ibi casus, ꝙ quibuscūq; verbis quis vtatur in ɔ̄hendo quantuncunq; adhibeat dolū, censetur matrimonium secuta copula carnali. facit, qđ ibi voluit dominus Abbas, vnde nos dicimus, ꝙ matrimonium componitur ex substantia & forma, vt voluit gl. in d. c. tua substantia vel signo æquipollenti verbis. Cum ergo in casu isto interuenerit consensus & verba & etiam signa indicantia consensum, ergo sequitur, ꝙ censetur matrimonium verū & canonicum in foro iudiciali. & sic sopita est ista quæstio per dicto c. tua. ¶ Pręterea facit ad prædicta, quod voluit Spec. & Ioannes Andreas in addit. Spe. in tit. de sponsalib. in prin. & refert & sequitur dominus Abbas in cap. ex parte. vbi dicunt, ꝙ si vir dicat hoc modo. promitto tibi, ꝙ non habebo aliam in vxorem, nisi te, quòd illa dictio, nisi apponitur affirmatiuè, & quod habebit eam in vxorem. modò ista domina dixit illi Agneti præsente illo reo & audiente, etiā si hic reus, qui hic iacet esset imperator &c. non habebit facultatem personæ meæ, nisi quantū est honoris. videtur, ꝙ talia verba affirment, & habēdo postea copulam cum ea, videtur consensisse illi protestationi. maximè: quia dixit, ꝙ non petet nisi rē honestam. & ideo cum dixit. dilecta Margarita, ego nihil tibi faciam, intelligitur, præterquam rem honestam, quæ est copulādo se illi dominę carnaliter affectione maritali; vt sibi non videatur contradicere, arg um. l. non ad ea. ff. de condi. & demonstr. quia non videtur incontinenti seipsum ita corrigere, & verba in dubio debent capi contra proferentem. c. contra eum. de regulis iuris. lib. 6. & l. veteribus. ff. de pact. cū similibus. Et licet verba illius actricis fuerint directa illi Agneti: tamē fuerunt prolata respectu illius rei, maximè quia actrix fuit vsa illo pronomine demonstratiuo, etiam si hic esset. facit l. si quis in fundi vocabulo. ff. de legat. 1. ¶ Præterea idem etiam deponit illa domina Beatrix producta in testem pro ipsa actrice præsente, audiente, & acceptante: sed postea dixit ille reus, & addit etiā illa verba dicta illi Agneti, per illū reum. creditis, quòd sim ita fatuus, quòd res indecentes a domina tua petam? ipsa actrice præsente, audiente, & acceptāte: si postea dixit ille reus. ego nil faciam dominæ tuæ, intelligitur. s. indecens. oportet ergo stricta iuris maturitate dicere, ꝙ affectione maritali habuit copulam cū actrice: ex quo enim verba illa sunt apta ad matrimonium de futuro, videtur, quòd trāsiuerint in verum matrimoniū per copulam carnalem incontinenti secutam quò ad iudicium ecclesiæ. Item sufficit, quòd ille erat pręsens, & audiebat ipsam actricem loquentem: & maximè quia cum dicta domina Margarita dixerat illi Agneti verba demonstrādo illum reum: ɔstat enim absentem absenti despondere posse, si absens hoc sciat. puta; quia nuncium misit, vel de conscientia sua fit, vel postea ratum habet: licet ab initio de hoc nihil sciret, & hoc quotidie fieri videmus. nec refert, vtrum scriptura interueniat, vel ne. l. sufficit. cum l. sequēti. ff. de sponsal. c. veniens. qui cle. vel vou. c. ex parte. de conuer. coniugat. capitu. ne illud. 30. q. 5. & 32. q. 2. c. honoratur. & probatur in c. 2. de matrimonio contract. contra interdict. eccle. Ita dixit Hostiensis in summa, de sponſ. §. qualiter. versicul. constat enim. & ibi etiam dixit, quòd sicut vir potest ducere vxorem per nuncium eodem modo mulier virum; quia nō debent ad imparia iudicari circa matrimonium, vt in c. gaudemus. de diuortijs. Et subdit etiā, quòd solus consensus sine annuli traditione faciat matrimonium, nisi ætas, vel aliud impedimentum impediat. & sic voluit Hostiensis, quòd quoad matrimonium non debent iudicari ad imparia, & per consequens sequitur, quòd d. capi. feminæ. superius allegatum: & alia iura habent locum in muliere dāte annulum viro: vt dixit superius. Item licet mulier ista non fuerit traducta ad domum istius rei per ipsum reum: tamen fuit matrimonium. ergo &c. ¶ Et si quispiam opponat, quòd huiusmodi testes sunt fęminæ, & sic non possunt testificari in matrimonijs, dico illud fore falsum, vt superius demonstraui per dictum c. super eo. Et si opponatur, ꝙ illa Agnes nō fuit honestæ vitæ, ergo non stabitur dicto suo: quia ad hoc respondeo negando istud assumptum: quia immo est honesta mulier, & præsumitur, ꝙ sit hone
30 sta, donec probetur contrarium; † vt l. merito. ff. pro socio. c. estote misericordes. de regulis iuris. ca. 1. de scrut. 1. q. 2. c. sancimus. & ideo pulchrè dicit Innocētius in c. dudū. de electionibus. ꝙ si probatur, ꝙ eps alienat pro annuo censu ecclesiastica, ꝙ capitur sensus: vt non sit simoniacus, & intelligitur de ecclesiasticis temporalibus & non de spiritualibus, vt euitetur

tetur vitium simoniæ. Ita dicamus in proposito, cũ non sit probatum, ꝙ illa domina Agnes sit vitæ turpis, ergo &c. Quinimmo iura volunt: ꝙ turpitudo ita excludat testem, si insit tempore, quo testificat: vt nota. in c. testimonium. de testibus. & ideo multum eleganter dixit Bartolus in l. 1. C. de testamen. ꝙ exceptio, quæ opponitur contra testem testamenti, ꝙ erat fatuus, non concludit. Et pulchrè dixit Angelus in suis consilijs, consilio primo, quòd si opponitur, quòd testis est domesticus, non concludit exceptio, nisi dicatur, quòd tempore testificationis erat domesticus producentis. Ita dicamus in proposito nostro. Debuit enim apponi contra ipsam testem, ꝙ erat turpis vitæ tempore, quo testificata est: quia potuisset esse emendata, voluit textus in dicto ca. testimonium. & sicut libellus debet concludere, ita & exceptio; vt l. j. §. Labeo. ff. de flu. sequitur ergo, quòd ita debuit excipi, scilicet probare exceptionem. l. exceptionibus. ff. de probationibus. cum ergo non fuerit probata illa exceptio. ergo remanemus in dispositione iuris, quòd illa domina Agnes potuerit testificari in casu matrimonij, vt probatur in dicto c. super eo. Et si opponatur, quòd ex alio capite repellentur ambæ dictæ testes a testimonio ferendo contra ipsum reum ex eo: quia sunt de familia ipsius Agnetis, quo casu dicũtur esse domesticæ: †vt probat tex.
31 melior de iure in l. præsenti. §. sanè. C. de his qui ad ecclesiam confu. & testis domesticus nõ admittitur ad testificandum in fauorem eius, cuius est domesticus: vt l. etiam. in versic. iure ciuili domestici testis testimonium improbatur. C. de testi. cum simili. ergo non est adhibenda fides his mulieribus. ad hoc respondeo, & adduco illud, quod voluit Bal. in dicta l. etiam. vbi dicit, ꝙ familiares honesti & bonæ famæ recipiuntur in testes: secus si sunt familiares cerdonum & hominum vilium, allegat ad hoc dictum Innocen. in c. insinuante. de officio delegati. ergo sequitur, quòd istæ mulieres potuerunt testificari pro ista nobilissima fœmina; cum sint honestæ fœminæ: & maximè, quia deponunt rem verisimilem, & standũ est testibus deponentibus illud, quod est verisimile, vt l. ob carmen. §. fi. ff. de testibus. c. licet causam. de probationibus. cum similibus. Et ex hoc capite admittuntur in testes pro dicta domina actrice. Item potest dari illa responsio, quòd aut famulus tempore, quo producitur in testẽ stat in seruitio domini, & tunc distinguatur, vtrum sit famulus nobilis, aut vilis, vt dixit Innocẽtius & Baldus, aut tempore, quo producitur, non est in seruitio domini, & tunc possit esse testis. ita dixit Baldus in l. etiam. C. de testibus. Et facit, quod idem voluit in l. seruos. C. eodem. Bartolus in l. 1. §. cum quis. ff. de quæstionibus. & in l. peto. §. fratre. ff. de legatis secundo. & voluit dominus Petrus de Ancharano in c. in literis. de testibus. & scribentes in capitulo insinuante. de officio delegati. facit, quod habetur in l. 3. §. duæ causæ. ff. ad Carbonianum. & in l. 4. §. lege Iulia. ff. de testibus. & in l. notionem. §. instrumentorum. ff. de verborum significatione. quod voluit Angelus consilio primo. & per consequens habiles fuerunt tempore testificationis dictæ mulieres, cum tunc temporis non essent in seruitio & famulatu dictæ actricis. Si opponitur modò, quòd testes non deponunt, quòd illa verba prolata a dicta domina actrice non fuerunt prolata ante copulam carnalem: sed fuerunt prolata illa verba, domina prouideatis vobis &c. Et domina dixit, quòd nullus habebit facultatem &c. Ista verba fuerunt prolata ante copulam. & per consequens carnalem copulam præcessit præfatio matrimonij. ¶ Et si quispiam etiam opponat, quòd posito, quòd fuissent decem viri præsentes, & domina Margarita dixisset illa verba, & omnes illi decem habuissent rẽ carnalem cum ipsa domina. sequeretur, ꝙ omnes illi decem fuissent mariti sui, est nihil, nec est verum dictum. Nec obstat casui nostro ex eo; quia scriptũ est, quòd matrimonium est maris & fœminæ coniungatio &c. vt instit. de pa. po. in prin. & l. 1. ff. de ritu nuptiarum. & l. aduersus. C. de crimine expilatæ hæreditatis. & l. 1. ff. rerum amotarum. & 27. quæstio. 2. §. 1. & ideo dicitur maris & fœminæ in singulari: & nõ marium & fœminarũ in plurali: quia nec vnus masculus plures fœminas, nec econtra ducere debet, vt in c. gaudemus. §. quia verò. de diuortijs. Modò ita dicamus in casu nostro, quòd primus, qui habuisset rem cũ ea, fuisset maritus, cæteri vero fecissent adulterium. & ideo non fuissent omnes mariti, & per cõsequens nõ obstat obiectio. ¶ Et ex istis remanet ista conclusio & consultatio clara in fauorem matrimonij, vt matrimonium sit contractum inter ipsos reũ & actricem & in foro ecclesiastico inducentur ad inuicem. Et ideo concludo, partes esse in pronunciando matrimonium contractum inter reum & actricem, & ipsos esse virum & vxorem, & dictum reum esse condemnandum ad acceptandum dictam dominam Margaritam in vxorem legitimam. Et ita concludo.

SVMMARIVM.

Generalia verba contractus, legis, vel statuti non adaptantur ad impossibilia ipsis contrahentibus, vel statuentibus. numero 1.

Præsumptio non fit in genere eius, quod non fit in specie. numero 4.

Vniuersitati non potest inferri præiudicium ex facto non necessario. nume. 5.

Vniuersi intelliguntur etiam duo de tribus. nu. 6.

Consilium debet congregari authoritate superioris. nu. 9.

Maior pars dicitur respectu interesse, quando agitur de interesse singulorum. nu. 10.

EPITOME.

¶ Constitutio sindici facta per maiorem nõ obligat commune, aut socios absentes duabus rationibus, primò si obligatio huiusmodi non erat necessaria, secundò si non fuit adhibita solennitas requisita.

CONSILIVM VII.

Clementissimi Dei patris domini nostri Iesu Christi ꝑsidio ex corde inuocato huic consultationi. Mihi videtur apertò iure dicendum, quòd Michael de Gazo & alij socij eiusdem nõ expressi, nec nominati in illo mandato sindici, seu procuratoris terræ Bazani nullo modo comprehendantur in illo mandato, & per consequens non tenentur pro portionibus suis soluere condemnationem factam per illos arbitros, quòd sic ostendo ad oculum. Generalia verba contractus legis, statuti, priuilegij, & similium non adaptantur ad impossibilia ip-
10 ſtabitur conſuetudini, † ſed conſuetudo ſeruat contrarium: vt dixit Bal. in d. l. captatorias. quo caſu ſtatur doctori aſſerenti in contrarium eſſe conſuetudinem, vt eſt glo. in l. ſi locus. ff. quemadm. ſerui. amit. & in l. rem non nouam. C. de iudi. & in c. multæ. 15. q. vlt. & in cap. j. de treug. & pace. & in cap. cū olim. de cleri. coniu. & in capit. dolentes. de celebr. miſſa. doc. in cap. j. de treug. & pac. glo. in cap. in cauſis. de teſti. & in cap. fi. de præſcrip. & Ioan. And. in cap. j. de mutu. peti. Bald. in cap. fi. de conſue. & per ſcribētes in l. de quibus. ff. de legi. Nec obſtat, cum opponitur de monitione fienda, vt in d. authen. hoc amplius, quia loquitur in hærede executore. Item ſi currit ignoranti, vt eſt dictum, ergo non eſt opus monitione. item quia D. Abb. in d. cap. nos quidem, dicit, ꝙ cōiter hodie epiſcopi habent cōſtitutiones, in quibus monent debentes exequi a morte teſtātis. & ita ēt conſuluit Lud. Ro. in d. ſuo conſi. 225. & facit, qđ voluit Bal. in l. cum eorum. C. de poſtula. qui dicit, ꝙ idem operatur monitio, quam cōſtitutio ſinodalis, quod operatur ipſa monitio facta a iudice, ar. illius glo. & idem voluit Angel. in d. authentica hoc amplius. Bald. in c. j. §. fin. de pace iur. fir. & in d. l. captatorias. Bar. in l. cum quidem. ff. de leg. 2. Et maximè, vt dixi ſuperius, iſtud tempus currit executori ignoranti: ergo non requiritur monitio. Et ex iſtis redditur enucleata iſta hæſitatio, vt executio non ſpectet ad executorem teſtamenti. ¶ Reſtat nunc videre, ſpectet ne talis executio ad Archiepiſcopū. Et vr̃, ꝙ eodem modo tempus curreret epiſcopo, & ſic executio ſit deuoluta ad Archiepiſcopū, & ſic non potuit eps exequi: quia ſicut executor teſtamentarius priuatur officio exequendi pp lapſum tp̄is, eodem modo priuatur eps, & ſic eps non potuit exequi, & per

per consequens non cōpetit ius agendi.d.Petro, ex quo agit ex iure cesso ab epo: quia ad hoc est aduertendum, ꝙ non possumus fundare ius epi dicendo, ꝙ tps non currat ignoranti, ex quo agitur de fauore pauperū: sicut ergo excluditur executor testamētarius, eodem modo excluditur eps: licet videatur cōtrarium in epo, ex quo est pater pauperū, vt l.nulli.l. id qđ pauperibus. & leg.si qs ad declinandam.C.de episcopis & cleric. vnde videretur, ꝙ vnum & idem ius varietur in persona plurium, vt in cap.j.de iure patro.lib.6.& quod voluit Bal.in l.2.C.de seruitu.vt in iure legitimandi, qđ vario modo stet apud Imperatorem, & aliter apud Comitē Palatinum. & etiā valde eleganter dixit Bar.in l.publicanus.§.si.de public. vbi dicit, ꝙ breuiori tempore pręscribitur contra principem, qđ dictū refert, & sequitur Bart.in c. conquerente.de offi.ordi.& D.Abb.cōsiculus meus in c.super quibusdam.§.pręterea.de ver.sig.& quod habetur in c.cum dilecta.de confir.vtili.vbi minori tpe præscribitur contra ecclesiam minorem, quàm contra ecclesiam Romanam. & quod habetur per glo.in c.j.de cleri.ęgro.lib.6.ita dicamus in proposito nostro: licet tempus currat executori ignoranti: quia illud ius exequendi competit sibi a iure cōi. & sic fortiori vinculo: & quia est pater pauperum, & quia metropolitano non competit in diocesi suffraganei, nisi in casibus expressis: vt in c.pastoralis. de officio ordi. sed non reperitur casus expressus in iure, ꝙ episcopo ignoranti currat tempus ad exequendum indultū a iure, & deuoluatur Archiepiscopo. Item pōdero vnū, qđ in hac materia est notissimū, videlicet nos sumus in eo casu, quo dñs eps est executus, & si mora potest sibi imputari, purgata est, ar. l.si insulam.ff.de verb. oblig.& cap.potuit. de loca. & sumus eo casu, quo res nō est integra: sed est executioni mandata, quo casu multa fieri non debent, quæ tñ facta tenent: vt l.patre furioso. ff.de his qui sunt sui vel alie.iur. vnde si cōcurrerent ante factam executionē episcopus & Archiepiscopus, esset tunc disputandum, quis esset preferendus in exequendo: sed qñ iam facta est executio per episcopū tunc esset secus, ex quo res non est integra: vnde ille dicit esse potior in executione, qui illa fecit tam fauore testātis, quàm etiam fauore pauperum. vnde adduco in medium illud, quod scribitur per doct.in capit.2.de testa.lib.6.vbi ponitur conflictus disputandi nō mediocris, quis debeat restituere malè ablata: vtrum episcopus, an presbyter parrochialis: Hostiē.tenuit, ꝙ episcopus. Archi.tenuit, ꝙ sacerdos parrochialis. Ioan.And.concordant opin.dicens, ꝙ ante factum procedit opi. Host. & præferatur episcopus presbytero parrochiano: sed post factum procedit opin. Archi. vt executio restitutionis facta per sacerdotē parrochialem nō rescindatur per episcopum.& isto casu procedit opi.Archi.refert dom.Abb.in c.cum sit nimis absurdum.de iudę.Ita formaliter dicamus in casu nostro, vt ante factam executionem per episcopum nō reuocetur executio facta per eum: † qa

11 ageretur de præiudicio volūtatis defuncti & de preiudicio pauperū & pię causæ, & est huiusmodi mea distinctio ęquissima iuri & rationi consona.& accedat ad hoc tex. valde sing.in l.potioris.C.de offic.recto. prouin. vbi dicitur, ꝙ minor nullam iniuriam fecit iudici maiori, si veritatem inuestigauit. ita dicamus in proposito: cum ergo do.episcopus executionem fecerit: quia cessit ius sibi vt episcopo competens dicto do.Petr.sequitur, ꝙ valet & tenet talis cessio: quia videtur esse executio voluntatis defuncti, & ex illo text. l.potioris probatur formaliter, ꝙ non refert, per quem fiat executio voluntatis defuncti.Et accedat, qđ pulchrè dixit Bar.in l.ne quicquā, §.obseruare. ff.de offic. procon. vbi voluit, ꝙ iudex

12 † debet curare, vt relicta ad pias causas mandentur executioni, si hæres est negligens in soluendo, vel episcopus negligens, & non petantur ab aliquo, iste est tex.solennis in auth.de eccle.ti.§.sinautē. ꝙ dicit esse valde not. & ideo dicit, ꝙ licet fratres minores non sint capaces relictorum: tñ consulitur eis: quia quilibet de populo agere potest, voluit Ang.in d.§. sinautem. & Bald. in l.nulli.C.de episc.& cle. voluit Host.Ioan.And.& do.Pet.de Ancha.in c.si hęredes. de testa.Bal.in auth.hoc amplius.C.de fideicom.facit l.ciuitatibus.& quod ibi voluit Bar. & Bald.ff.de lega.j.voluit Ludo.Rom.consil.67.& in repetitione auth.similiter.C.ad leg.fal.& facit, quod voluit do. Anto.in d.c.nos quidem.& ego latè dixi in d.c.si hęredes.si ergo quilibet de populo agere potest: ergo fortius ipse episcopus negligens.Facit etiā in simili, quod not.in l.sancimus.C.de sacrosan.eccl.& quod not.in c.cum deputati. de iudi.& in cle.j.de rescrip. & in c.cum dilectus.de success.ab intestato, vbi traditur doctrina, ꝙ superior agere potest pro mēbro sibi subiecto, posito (non tamen cōcesso) quòd illud membrum non habeat proprium prælatum, sed pone, ꝙ ambo concurrant ad agendum, quis eorum preferetur, cōcludit tota iurisprudentia, ꝙ preferet prælatus immediatus. Modò in proposito ita videt dicendum, ꝙ si cōcurrant ad inuicem, ꝙ preferatur episcopus, ex quo immediate ad eundē spectat executio. Et si dicatur episcopus fuit negligēs, istud est falsum: quia ipse ignorauit huiusmodi testamentū, maximè cum sit antiquissimum. Et etiam posito, ꝙ fuisset negligens: tamen ex quo executio est facta, non est amplius quærendum de executione, vt iam dixi. Item non est opus insistere, procedit, si Archiepiscopus velit: vt dicitur in allegationibus dominorum aduocatorum: quia iam facta est executio. & si non fuisset facta: tamen procederet, quod dicitur per dominos aduocatos, argum. eius quod dicimus de filio preterito, iuxta not.in l.filio.ff.de iniusto testamen.& etiam quia non potest aduersarius opponere de iure tertij: cū non sit exclusiuum iuris agentis ipso iure. Vt habetur per glo. in l.his consequenter.ff.fam.er.l.cum seruum. C.de serui.fugitiu.glos. in l.indebiti.§.sed & si nummi.ff.de condictione indebiti.& facit, quod voluit Bald.in l.solennibus.C. de rei vendi.facit glo.in l.2. ff.si ager vecti.& in l.fructus.& quod ibi voluit Bald.& Ange.ff.de rei ven.& ideo dixit Archi.in c.j.de rescrip. lib.6.quòd si excōmunicatus ex causa, quam habet mecum, impetrat rescriptum contra alium, non possunt opponere de excommunicatione, & ita dicit se obtinuisse de facto. Facit ibi, quod voluit Dominicus, & quod dixit do.Abb.in cap.conquerente.de cleri.non resi.facit, quod volunt scribentes in capitul. mandatum. de rescrip.& in cap.ad audientiam. de rescrip.& Bal.in l.3.& ibi Ang.C.de noua.& in l.si vnus. §.pactus ne peteret.ff.de pac.& in l.j.C.si quis aliq.testa.prohib. & maximè cum in omnem euentum debeat fieri distributio precij dictarum terrarum. vnde exceptio de iure tertij nō releuat ius ipsius aduersarij.& ideo

13 talis exceptio † vt calumniosa ad impediendā executionem iam factam seu ad retractandā, debet iudex ex suo officio reijcere, dixit tex.melior de corpore iuris in l.satis aperte.C.de fal.& ideo dixit Inn. in c.post electionem. de conces. preben.ꝙ si excipiens opponat legitimam exceptionē, & iudici videtur, ꝙ aīo dilatandi & differendi opponat, ꝙ debet illam reijcere.ita dicamus in casu nostro, voluit do.Abb. in c.ex parte.el 2.de offi.deleg.& in c.pastoralis.§.qa verò.eo.tit.& Ioā.de Imo.in c.cum contingat.eo.ti. Ita dicamus in proposito, quòd iudex debet reijcere talem

talē exceptionē.iō dixit Bal.in l.j.C.q accu.non pos. ꝙ exceptio malitiosè opposita non impedit proces-
14 sum.† & ideo dixit gl.valde peregrina in c.super eo, de offi.deleg.ꝙ si quis interponat appellationē malitiosè,vt impediat executionem,iudex debet non audire:istud ēt voluit Io.An.in addi.Spe.in tit.de iudi. delega.§.iam nunc dicendum,in addi.magna, quæ incipit,ponit verba Rof.& per ꝯn̄s iudex non debet admittere talem exceptionē. Et ex istis elicitur ꝯclusio vera,ꝙ potuit eps exequi & cessionē facere,& sic dicto D.Petro competit ius agendi ꝯ Io.An.de Lampugnano.¶ Venio ad aliam dubitationem,hæreditas ipsius Luchini non fuit adita,& hæreditate non adita,vel non aditis bonis causa ꝯseruandi legata in testō relicta,legata non debentur.¶Circa istam hęsitationem longus esset conflictus disputandi:se breuiter circa hoc & succinctè me expediam,& dico,ꝙ imo legata ad pias causas debentur hr̄ditate nō adi
15 ta † nec aditis bonis,& hoc decidit Bar.in repetitione.l.j.C.de sac.san.eccle.ver.4.quæro,an valeat talis voluntas,& dicit,ꝙ qn̄ relinquuntur oīa bona, nec instituitur hæres, ponit exemplum,si dico,oīa mea distribuant in pauperes per fideicōmissarios meos, decidit valere testm̄,& ad hoc allegat. c.cum tibi,de testa.cum ibi no.per Inn.& Io.An.in c.Ioannes,eo. tit.& Spe.in ti.de instr.edi.§.nunc aliqua.ver.scias.si verò relinquat oīa bona sua pauperibꝰ, tūc ipsi pauperes essent instituti hæredes,& sic Bart.in terminis decidit casum istum:quia cum testator voluerit oīa bona distribui in pauperes per suos fideicommissarios,valet tale testm̄,postea quò ad aditionem decidit subtiliter ibi Bar.ꝙ legata debeantur, licet hæreditas non sit adita, nec requiritur aditio bonorum, vt subtiliter Bar.ibi inducit iura quæ non refero. Et licet in aliquibus locis legēdo dixerit ꝯrium:tn̄ cum maiori deliberatione loquens in isto, passu decidit ꝯrium in dicta sua singul.repetitione,ꝙ apparet euidēter quia inducit iura,quæ ad hoc cōiter non sunt allegata.& istam partē sequitur Ang.in l.1.C.si quis omis.cau.testa.vbi dicit, ꝙ in relictis ad pias causas non est necessaria aditio, nec remedium illius edicti.insti.de eo cuilib.causa.addit rationem: quia de iure canonico debentur talia relicta hęreditate non adita,& ad hoc allegat Spe.in ti.de testa.§.in primis. versic.pone nullus.& in §. restat post principiū.& in ti.de instru.edi.§.nunc aliqua.ver.sed pone,& quod hr̄ in l.in testamento.ff.de fideicō.libe.& dicit, & talia legata debētur iudicis officio. & ad hoc allegat.l. hæredita.§.j.ff.de pe.hære.& illud dictum Spe.alleg. Bar.in præfata repetitione. Ecce nūc,ꝙ licet Ang.in plerisq; locis tenuerit, requiri aditionē bonorum: tn̄ illud non est necessariū de iure canonico,nec procedit istud eius dictum, secus de iure ciuili. & istud voluit Bal.in lectu.l.1.C.de sac.san.eccle.vbi dicit,ꝙ iudicis officio mandantur executioni relicta ad pias causas,allegat.d.l.hæreditas.§.j.& idem Bal.in auth. si qua mulier.C.de sacrosan.eccles.& colligit ex illo tex.ꝙ ad pias causas sufficiat mors testantis sine aditione hæreditatis:qui non tantum compellunt hæredes, sed etiam executores, allegat tex.in cle.exijt, qui seminat.§.ad hęc.versic.an pia legata,de verbo. sig.quem tex.dicit esse meliorem de iure: vt ibi per eum.& vidi ego allegari illum tex.in publica repetitio.ꝯ quendam repetentem, ad quem nesciūnt rn̄dere.& ibi erat do.meus Io.de Im.qui etiam non bene respondit ad illum tex.& facit,quod voluit idem Bal.in l.fi.C.de sac.san.eccle.vbi idem tenet,& idem voluit in l.nulli.C.de epis.& cle.vbi dicit,ꝙ licet differatur aditio: tn̄ non debet deferri executio in relictis ad pias causas,& idem Bal.in l.id qđ pauperibus. C.de episc.& cleri.quęrit,an annus currat executori
16 ad pias causas ante aditam hæreditatem,† & decidit ꝙ sic,& mouetur ratione:cum talia legata non pendeant ab aditione hæreditatis,& istud decidit in indiuiduo casum nr̄m,vt annus currat executori,etiā posito,ꝙ hęreditas non fuerit adita.& idem Bald.in d.l.hæreditas.§.j.dicit,ꝙ in relictis ad pias causas nō requiritur aditio,allegat no.in cle.dispēdiosam, de iudi.& Spe.in d.§.restat. post prin.de testa.& idē voluit in l.qui filio.§.seruus.ff.de hęre.insti.& secundū istam partem ꝯsuluit solennis doc.D.Pet.de Ancha. consilio incipiente, exhibitis mihi postea duobus testibus, quod in ordine est 303.& allegat rationes,vt ibi per eū.allegat Bar.in d.repetitione,& idē voluit in c.cū esses,de testa.& licet Raph.Fulg.in d.l.j.C.de de sac.san.eccle.teneat ꝯ dictum Bar.ibi:tn̄ in l.eam quam.C.de fideicō.dicit se non audere recedere ab opi.Bar.& aliorū,& idem voluit Bal.in l.fi.C.de ꝯdi. vbi dat regulam,ꝙ vbicunque non requiritur hæreditatis aditio,& ponit exemplū, vt in relictis ad pias causas,dicit deberi legatū non adita hęreditate,allegat.d.l.hæreditas.§.1.nec refero rationes eorū:quia sunt manifestæ, & maximè in casu nr̄o: qa testator ꝯstituit executorem ad scribendum bona,quo casu nulla requiritur aditio:quia executio deuoluitur ad epm̄,vt in terminis dixit Bald.in d.l.id quod pauperibus.& supra retuli.Istud etiam voluit Lud.Roma. in repet. auth. similiter.C.ad l.fal.& idem voluit D. Benedictus de Plumbino.in l. Antonius. ff. de fideicommi.lib. Et in casu nostro non est opus insistere, vtrum legata debeantur hæreditate non adita facta ad pias causas,ex quo nō est datus hæres in testamēto,& sunt assignati executores,qui debent distribuere pauperibus bona testantis,& sic non est opus insistere, an Bart.& sequaces dixerint verū,ꝙ legata ad pias causas debeantur hæreditate non adita,ex quo sumus in alio casu.& licet Io.de Imo.in d.l.qui filio. §.seruus.dicat,ꝙ communis opini.est ꝯ Bar.tn̄ salua pace sua dixerim, imo communis opi.sequitur doctrinam Bart.illam tenuit Spec.in locis præalleg.Io. And.Barto.Bald.Ang.Pet.de Ancha.& alij superius enarrati:& etiam est æquior opi.& maximè in casu nostro:quia non fuit institutus hæres,sed datus fuit executor, quo casu currit tempus executoribus, & deuoluitur ad episcopum illud ius, quod competebat illis executoribus. Et si dicatur,ꝙ isti executores tenent locum hæredis,fateor,ex quo testator dixit, ꝙ omnia alia bona sua vendantur, & distribuantur in pauperes per suos executores, & sic videtur tenere locum hæredis in quantū exequantur: sed si sunt negligentes, tunc deuoluitur ad episcopum,qui est pater pauperum, & tenet locum pauperum, vt voluit Bal.in d.l.id quod pauperibus.Et ideo dixit Bal. in l.precibus.C.de impube.& alijs substi.quòd sicut si moritur executor testamentarius deuenitur ad legitimum,ita si non exequitur testamentarius,deuenitur ad legitimum:vt l.nulli.C.de epis.& cleri.& sic episcopus habetur loco hæredis,& subrogatur in locum illius executoris,arg.l.si eum §.q iniuriarum.ff. si quis cau.ca.ecclesia,vt lit.pen.& sic ex iuris dispo-
17 sitione executio spectat ad episcopum, † & per consequens potuit episcopus cedere huic D. Petro ita, vt cessit. ¶ Et sic dicatur,quid est illud,quod debet distribui in pauperes vigore testamenti conditi per illum Luchinum:nam in d.suo testamento dicitur. Item legauit, saluis omnibus infrascriptis, per infrascriptos suos commissarios omnia alia bona dicti testatoris vendantur, &c. quia videntur illa verba sapere exceptionem: vt simili dixit gloss. quæ reputatur singula.in l.item Labeo.ff.famil.ercifcund. quæ dicit, saluo quod infra dicam: vnde si facit exceptionem de inferius dicendis,quòd non vendantur,nec

tur,nec distribuantur,sequitur, ꝙ omnia alia bona possunt vendi, & distribui pauperibus excepto pretio dictæ possessionis & dictarum terrarũ:ergo non potuit facere cessionem episcopus dicto dom.Petro de dictis terris : quia illarum pretium non debet distribui pauperibus:cum dictus Luchinus excipit dictum precium. Ad hoc rñdeo,ꝙ pro certo illa verba fuerunt ↄcepta saluis omnibus suprascriptis, & sic nõ voluit testator alienare bona,de quibus superius disposuerat, & ita debent stare illa verba,& si recurratur ad prothocollum, videbitur clarè, ꝙ ita stant sed si starent ita,vt dicitur saluis infrascriptis,ad hoc respondeo, ꝙ verba debent deseruire menti. ꝙ vbi habemus mentem testantis, non curamus de verbis.l.ille.§. cum in verbis.l.non aliter.ff.de leg.3.l.si quis filium.C.de libe præte.& ibi dixit tex.vbi manifestissimus est sensus testatoris,nusquàm interpretatio verborum tantum valet, vt melior sensu existat. c.intelligẽtia.c.preterea, de verbo.signi.1.q.j.c.Marchion,& Basilides.cum si.Cum ergo appareat clara & indubitata mens testantis,ꝙ voluit,ꝙ omnia alia sua bona venderentur & distribuerentur in pauperes, sequitur, ꝙ quicquid habuit vltra disposita per eundem in dicto suo testamento, debent vendi, ex quo expresse hoc voluit testator. & cum postea dicit,saluis infrascriptis,respiciunt illa verba tractum de futuro:si illa exceptio in genere veniret ad indiuiduum & speciem:sed cũ non venerit ad specificandam illã exceptionem, quam fecit in nube & in genere, sequitur, ꝙ perinde est,ac si nullam exceptionem fecisset de futuro, ex quo non venit ad indiuiduũ.ideo intelligit,saluis infrascriptis,videlicet, illa expressit,sed illa expressit:ergo sequit̃,ꝙ perinde est, ac si non fecisset aliquam exceptionem.¶ Et si dicatur,ꝙ vr̃ excepisse pretiũ dictæ possessionis. Ad hoc rñdeo:quia istud non est verisimile, nec cadere põt in aliquem intellectum:quia cum non remanerent alia bona vendenda, quorum pretium posset distribui in pauperes,sequitur,ꝙ non põt intelligi de pretio dictarum terrarum : quia aliàs nihil disposuisset pro aĩa sua testator,quod esset ꝯ expressam voluntatem ipsius testãtis,nec debemus capere viã, vt quis sit oppugnator suorum iudiciorum, dixit tex.valde sing.in l.3.ff.de testa.mili.nec est præsumendum, ꝙ ita cito iste Luchinus correxit suam dispositionem. l.non ad ea.ff.de ↄdi.& demõ imo debemus impro-
18 priare verba,vt saluemus mentem testantis†l.pater Seuerinam.§.ↄditionum verba.ff.de ↄdi.& demon. l.& puto.ff.fami er.l.& Proculus.ff.de vsufru.& glo. in l.si pater.ff.de vulga.& pup.l.cũ antea.C.de dona. ante nup.ideo dixit Bar.in l.1.ff.de condi.& demon. ꝙ vt saluetur dispositio, & mens testantis, dictio,si, quæ de sui nã facit ↄditionem,ponitur pro q̃uis, & hoc ideo,vt saluaretur æquitas & mens disponẽtis. Ita vr̃ dicẽdum in proposito nr̃o,vt illa dictio,infra, ponatur pro sua,& intelligatur, saluis omnibus suprascriptis.Ita vr̃ dicendum in proposito,& per ↄñs precium dictarum terrarũ seu dictæ possessionis dẽt distribui in paupes:vt voluit testator, & ita ↄcludo. ¶Venio nũc ad aliam dubitationẽ,vtrum ex forma conuentionis factæ de vendendo dictas petias terræ dicto precio secuta apprehensione possessionis non celebrata venditione fuerit translatum dñium dictarum terrarum in dictum Pichũ, & per ↄñs comprehendatur in dicta confiscatione & donatione.Et circa hoc est aduertendum : quia aliud est vendere, & aliud pactum de vendendo,aut ↄuentio ad vendendũ.l.1.C.de pac.pig.& ibi Ia.But.& Ang.hoc voluit glo.in l.bonæfidei.ff.de eo quod certo loco.facit.l.j. ff.de admi.tu.vbi aliud est gerere,aliud est hr̃e mandatum de gerendo,facit cle.1.de renun.vbi aliud est renunciare,aliud procuratorem ↄstituere ad renunciandũ.facit,quod voluit Ang.consi.181. Ex quibus iuribus apparet, ꝙ ista non fuit venditio,licet enim illi arbitri ↄdemnauerit ad vendendum:non tñ fuit vẽditio. hoc apparet ex verbis laudi,in quo dr̃,ꝙ habita integra solutione precij teneatur dictus Luchinus facere dictam venditionem per publicũ instrm̃ Ex quibus verbis apparet,ꝙ interim non erat venditio.& ex hoc datur intellectus ad verba laudi,in quibus dr̃,ꝙ dictus Pichus statim sua propria authoritate possit ingredi & apprehendere tenutam & corporalem possessionem dictarum terrarum, & illas tenere,donec vẽditio fiat,& sic apparet,ꝙ interim nulla fuit celebrata venditio.& plus dixit text.valde solennis in l.quod vendidi.ꝙ etiam si vendidi rem, & precium non est solutum, ꝙ res non sit soluentis.& gl.ibi voluit, ꝙ venditor remanet dñs ex eo:quia dicit,ꝙ venditor potest rem venditam vendicare,quo casu rei vendicatio præsupponit dñiũ ex parte agentis,vt l.officium.ff.de rei ven.c.examinata,de iudi.& plus dixit Bal.in l.si pater.C.de act.emp.per illũ text. ver.extimabit,an precium,ꝙ si iudex videt precium non solutum,ex suo officio mandat emptori agẽti, ꝙ soluat precium : licet ad hoc non sit actum.& dicit,ꝙ ratio est:quia est quid annexum actioni.l.cum eorum.C.de sen.& interlo.om.iud.idem voluit Bal. in l.filiæ.C.de col.& in l.Iulianus.§.offerri.ff.de act. emp.tex.in c.constitutus.& ibi D.An.de religio.domi.& sic loquitur Bald.eo casu, quo est celebratum instrm̃ venditionis,& adhuc non est solutum pretiũ, ꝙ non potest consequi rem tradi pretio nondum soluto, facit,quod hr̃,insti.de rerum diui.§.venditæ.& in l.Proculus.§.pe.ff.de trib.ergo sequitur ꝙ ex quo non fuit celebrata venditio,posito,ꝙ habuisset possessionẽ:non tñ fecit rem accipientis.¶ Et si dicatur, ꝙ eoipso vr̃ hr̃e fidem de precio,ꝙ tradit rem,vt voluit glo.in d.l.qđ vendidi. Dico,ꝙ illa gl.intelligitur ſm dispositionẽ.d.l.quod vendidi. quæ loquitur eo casu,quo res fuit vendita,& sic fuit celebrata venditio,& sic ↄcurrunt duo,videlicet:quia venditio fuit facta,& res tradita : sed in casu nr̃o nõ fuit celebrata vẽditio.ergo sumus ex̃ casum ↄsideratũ ab illa gl.& maximè in casu isto:quia non fuit facta ista traditio ad finem habendi fidem de precio:quia in d.laudo apparet,ꝙ non est celebrata venditio,ergo nec habita fides de precio : quia actus actiuorum sunt in patiente bene disposito,vt voluit Aristoteles in secundo de anima.c.ad dissoluendum,de despon.impub. l.manumissiones.ff.de insti.& iur.cum si.Et sic non põt cadere ↄiectura,ꝙ fuerit habita fides de precio, ex quo adhuc non fuerat celebrata venditio.& ideo illa gl.non meretur allegari ꝯ istam dubitationem. Item illa gl.loquitur eo casu,quo volũtariè emanauit illa traditio possessionis:sed in casu nr̃o non emanauit voluntariè,sed ex laudo ipsorum arbitrorum, qui ita laudarũt,& sic ex necessitate laudi transtulit possessionem in illum Pichum.& non vt hr̃et fidem de precio arg.c.ab arbitris,de offi.deleg.lib.6.in l.si. C.de iudi.& ideo stabimus dispõni iuris,ꝙ in uenditorem non est trãslatum dñium precio non soluto, multofortius in casu nr̃o:cum non fuerit celebrata uẽditio.Item ex nõ ente non fit ens,ut volunt philosophi,ex nihilo nihil existere,vera sñia est.l.actor.C. de proba.c.cum ecclesia sutrina, de cau.pos.& proprie. Itẽ ex defectu causæ impedit̃ effectus.l.adigere. §.q̃uis.ff.de iure pat.Sed in casu nr̃o ex uẽdõne trãsfert dñiũ p̃cio soluto & uẽdõ est cã trãslationis dñij: ergo si nõ est celebrata uẽditio,nec est facta solutio p̃cij nullo mõ possumus dicere translatũ esse dñiũ : q̃a ad nullitatem causę sequit̃,nullitas effectus.ergo nullũ dñium fuit translatum.itẽ nihil dr̃ esse actum,

cum

cũ aliquid restat agẽdum.l.fi.C.ad sylla.l.si vnus.C. de testamen.cum si. Et si opponitur de eo,quod voluit Bulgarius in l. ꝯtus.C.de fide instr.vbi tangitur qõ si res tradat,anteq̃ ꝯtus compleatur vtrũ statim transeat dñium rei traditæ.vr̃ ꝙ nõ:quia traditio est nuda,& ꝯsequẽter erit obligatio nulla,vt l.nuda rõ. ff.de dona.& quod no.in l.triticum.ff.de ver.ob hoc ẽt tenuit Bulgarius per literam illius.l.quæ dicit, ꝙ non quærit̃ aliquod ius ex tali ꝯtu imperfecto, postea Bulgarius mutauit propositũ,& dixit,ꝙ trãsfertur dñium est immediata cã,quæ est ꝯsensus tradentis.l.3.§.subtilius.ff.ꝺ ꝯdi.ob cãm.l.dotis. & l.stipulatione.ff.de iure dotium.l.j.§.j.ff.de vsuc.pro dot.in l. sub ꝯditione.ff.de solu.l.eleganter. in prin.ff.de doli excep.nisi qñ ꝯtus esset reprobatus a lege, non dubiũ.C.de legib.l.donationes.C.de dona.inter virum & vxo.Bal.ibi dicit,ꝙ aut illa traditio præcessit respectu futuræ causæ:& tunc transfertur dñium:quia vr̃ habita fides de cã,aut in eodem actu intercessit non repectu futuræ causæ: sed respectu actus instãtis, & tunc non transiuit dñium:quia non est fides habita de cã,nec partes hoc senserunt,ꝙ transferatur dñiũ. l.si quasi.ff.de pigno.actio.ita dicit Bal.in d. l. ꝯtus. ¶ Stat dubitatio modò in casu nr̃o, fuit tradita res, anteq̃ ꝯtractus compleretur,vr̃ trãsiuerit dñium, ex quo respectu futurę causę fuit facta traditio:quia respectu futuri precij soluendi: unde ur̃, ꝙ istum effectũ translationis dñij operatus fuerit ꝯsensus ipsius Luchini. & maximè:quia ex laudo arbitri fuit facta illa traditio: quia ad hoc rñdeo & deduco ad illud, quod esset inconueniẽs,hoc modo, ubicunq; ꝯtus debet celebrari in scriptis ante perfectionem scriptu-
19 ræ non transiuit dñium.† istud probatur in l. 1.C.de iusfra.Ita dicamus in proposito: cum duæ perfectiones debeant interuenire in isto ꝯtu, uidelicet celebrare uenditionem,& soluere pretium:sequitur, ꝙ nullo mõ ur̃ translatũ dñium, arg. c.j.de treu.& pa. & auth.itaq;.C.cõia de succes.hic non fuit celebrata uenditio,nec solutum pretium,quinimo interuenit alius defectus,uidelicet ꝙ in nullo fuit seruatum statutum Cremonæ disponens de rebus vendendis. Item Bulgarius & Bal.loquuntur eo casu,quo causa separata fuit secuta, vt videatur translatum dñium ex eo tpe,quo fuit facta traditio,arg.l.3.§.j.de mino. sed vbi causa separata nunq̃ fuit deducta in esse, sequitur,ꝙ nihil operatur traditio respectu causę,quę nunquam fuit adimpleta.Item loquuntur eo casu, quo interuenerat completio ꝯtus,vt sentiunt præfati doctores,& solutio pretij conuenti, vt d.l.quod vendidi,& sic præsupponunt,venditionẽ in esse productam: sed in casu nr̃o, nunq̃ fuit factum pactum de vendendo:ideo adhuc non erat venditio producta in esse.& sic sumus extra casum, quo loquuntur Bul.& Bal.Cy.& alij in d.l.ꝯtus.& sic non solùm deficiebat solutio pretij:sed etiam ipsa venditio: quia adhuc non erat in esse producta: qa aliud est pactũ de vendẽdo,& illud est ipsa venditio. & maximè qñ ex laudo arbitri fuit translata possessio non ex mera dispositione vẽdere volentis. Item datur etiam alia rñsio eneruans ex toto illã obiectionẽ,ꝙ tunc transfertur dñium,qñ ꝯtus non est completus pp confectionem solutionis: quia traditio possessionis tunc trãsfertur dñium:sed vbi ꝯtus parit alium defectũ: quia est ꝯ dispositionem legis,aut statuti,tunc traditio nunq̃ transfert dñium,vt l.non dubium.C.de legi.ita not.oẽs scribentes in d.l.ꝯtus.Cy.Raph.Saly. & alij,sed in casu nostro ita est: quia non interuenit solennitas inducta a statuto:ergo sequitur, ꝙ nullo modo fuit translatum dominium dictarum terrarum: licet facta fuit traditio, & ista vr̃ pura veritas. ¶ Capio nũc vltimam dubitationem, pars aduersa nõ produxit aliqua iura,ergo succumbere debet. Si dicatur,ꝙ produxit oĩa iura generaliter,vt pulchrè dixit D.Ant.in c.imputari,de fide instru.referens dictum Io.An.in addi.Spe.in tit.de instru.edi.§.uidendum.vers.Item non exhibeas,vbi dicit,ꝙ si produco iura mea in confuso & in genere producendo saccũ instrorum simpliciter,valet talis ꝓductio: sed si fiat cum protestatione,non valet.& ita transit D.Anto. in d.c.imputari.sed Spec.tenet ꝯrium.in d.ver.item nõ exhibeas.vbi trufatur de procuratoribus producentibus saccum scripturarũ,& eam sequitur Bald. in addi.Spec.in præfato.§.uidendum.& etiam sequitur D.Pau.de Castr.in l.fi.C.de fide instru.pro certo ista quęstio fuit in curia Ro.coram Auditoribus Rotæ,& fuit pronunciatum,per Dños de Rota ꝯ quendam magnũ procuratorem, qui produxerat unum saccum instrumentorum & iurium partis,vbi erant alia iura: debuit enim producere iura facientia ad causam,ita refert Ludo.Ro.se vidisse pronuntiari ꝯ illum procuratorem in suis singularibus. num.260. ¶ Mihi vr̃ dicendum hoc modo circa istum passum, videlicet,ꝙ si producitur saccus scripturarum in ge-
20 nere † & opponit̃,vt in casu nostro: quia opponitur ꝙ aduersarius non vr̃ producere iura sua in specie, ꝙ talis productio est nulla,& ad hoc dicendum mo-ueor. Citatio de die & de actu fiendo debet esse indi-
21 uidua & non in genere & in confuso l.† aut qui aliter.§.1.ff.quod vi aut clã.item & exceptio debet esse in specie,& in indiuiduo & non in genere,ut l.Titiæ textores.ff.de leg.1.& allego gl.in c.pastoralis,de excep.quę uoluit,ꝙ si dico,oppono talem exceptionẽ saluis mihi omnibus alijs, ꝙ non ualet talis reseruatio,quia est generalis & ꝯfusa.& pulchrè dixit Bald. in l. scire oportet.§.sufficit.ff.de excus.tuto.ꝙ si quis dicat, appello de omnibus grauaminibus generaliter,ꝙ non potest prosequi grauamina, nisi expressa ante lapsum 10.dierum datorum ad appellandum, & Ang.in l.si sic.ff.de lega.j.& in l.quicqd astringendæ.ff.de uer.obl.& in l.si qñ.C.de bo.uacant.lib.10. dixit,quidam hoc modo ꝯcepit, ego appello ab omnibus grauaminibus generaliter, & cras exprimam causas grauaminis,ꝙ nõ ualet talis appellatio:quia est ꝯfusa,generalis & obscura,& adduco, quod uoluit Bart.in l.fi.§.oẽm.C.de admi.tut.ꝙ si tutor promittit in genere agere utilia pro pupillo, & prætermittere inutilia,ꝙ nõ valet talis ꝓmissio: qa est larga,gñalis,& ꝯfusa,cum debeat fieri in specie & in indiuiduo.l.j.C.de pręscript.longi temporis,& ad hoc allegat Barto.in d.l.1.omnia ista mirum in modum reddunt ueram doctrinam Spe.quam sequitur Bal. & Paul.de Castro, ꝙ talis productio non est admittenda ita in genere & in ꝯfuso. sed mihi uidetur, ꝙ est opus,ꝙ pars contradicat,& opponat, & moueor ex eo, quod dicimus, libellus generalis non est admittendus, si opponitur: sed si non opponitur admittitur, ut est textus in l.ut perfectius. C. de anna. exceptio.&c. Ita uidetur dicendum in casu nostro, & adduco singu.glo.in simili in cap.uxor Felicis.17. q.4.& idem uoluit glo.in clem.sæpe, de uerbo.sign. simile dicimus in iuramento calumnię,ut no.in l.2. §.sed quia ueremur.C.de iura.calumn. Ita dicamus in casu nostro, ut si quis producat saccum scripturarum, & non opponatur, ualeat talis productio: sed si opponatur, non teneat: quia libellus generalis admittitur, si non opponitur. ita mihi ur̃ secundùm paruitatem ingenij indultam mihi ex liberalitate Dei, quòd sit ipso iure nulla talis productio. & probatur formaliter ex dispositione. d. l. Titiæ.textores, & gloss.dicto capitul.pastoralis, quas allega supra. Cum ergo fuit nulla, quia generalis,obscura, uaga, & confusa, per consequens non ualet.

 ¶ Et si

¶ Et si quispiā opponat de eo, qđ pulcrè voluit Bar. in l. accipientis. ff. de autho. tuto. vbi dicit sufficere, ꝙ reus compareat, & vno verbo dicat, ego compareo ad omnes causas, quæ in isto iudicio motæ sunt contra me. Ad hoc respondeo, ꝙ istud non obstat ex eo: quia ista comparatio non est incerta & generalis, ex quo certæ sunt in iudicio causæ, ad quas comparens est vocatus, & sic non obstat dictum Bart. & per consequens talis productio est nullius efficaciæ. Et ista, quæ in hac dubitatione recensui & adduxi sunt noua, nec adducta per aliquem docentem, qui vsque ad hęc secula scripserit super ista hesitatione. Et sic concludo, illam productionem iurium in genere fuisse nullius vigoris, & imputetur reo. Et ita ꝯcludo. Andreas Barba. 1464. die 7. Octobris.

SVMMARIVM.

Antiquitati standum est, vbi est quæstio de pontibus, aquis, pascuis, molendinis, cæteris commoditatibus aquarum. nu. 1.
Seruitus amittitur, si quis per tempus non vtitur ea. nu. 2. & 3.
Restituitur in integrum, qui non sua culpa amisit ius aquæ ducendæ. nume. 4.
Succedens in ius alterius iustā videtur habere ignorantiā. nu. 5.
Restitutio in integrum est remedium extraordinarium, & sic nō videtur sublatum per præscriptionem tanti temporis. nu. 6.
Mala fides ex coniecturis præsumitur. nu. 9.
Malæ fidei possessor nullo tempore præscribit. nu. 10.
Mala fides defuncti transit in successorem. nu. 11.

EPITOME.

¶ Non valet præscriptio aduersus consuetudinē antiquam, neque tollitur remedium extraordinarium, scilicet restitutio.

CONSILIVM IX.

Viso puncto & solenni animaduersione pensato mihi videtur aperto iure dicendum, succurri debere his nobilibus de Pepulis possessoribus præfati molendini volentibus reficere dictum canale per dictam possessionem, & facere illud habere decursum suū per dictam possessionem, prout hactenus fieri ꝯsueuit. ¶ Et ante omnia protestor vnum, quod pulchrè voluit Bal. in l. tutor. §. quæ tutoribus. ff. de excus. tut. ꝙ si Papa promouit consanguineum suum in Cardinalium, caro & sanguis sibi reuelauit & non spiritus: sinistra enim oritur præsumptio ex consanguinitate, vt in c. postremo. de appel. tamen licet affinitas sit inter eosdem magnificos & pręstantissimos de Pepulis & me, a veritate nullo modo discedere institui: dicam profecto id, quod mihi videtur verum de iure dicēdum, nec egredietur verbum ex ore meo falsum, vt præclarè scribit apud Iudith. veritatē enim colimus: vt dr̄ in l. j. C. de lati. lib. tol. & l. is apud quem. C. de edē. & teste glorioso Apostolo primo ad Romanos. cæteris gentibus debitor sum. ¶ Et præsuppono, ꝙ res de facili reuertitur ad suam pristinam nām, vt c. ab exordio. 35. di. l. si vnus. §. pactus ne peteret ver. ꝙ in specie. ff. de pac. ideo nō erit admiratione dignum, si canale discurrat per locum antiquum suum nālem. Premitto ēt, ꝙ in pontibus, aquis, molendinis, pascuis, & etiam in ipsis commoditatibus aquarum standum est antiquitati, tex. expressus & multum solennis in ti. de pace Constātiæ, in prin. in ver. sicut ab antiquo. per quem tex. ita ibi colligit Bal. ꝙ in commoditatibus aquarum & in ip
1 sis molendinis standū est antiquitati † antiquę enim ꝯsuetudines sunt seruādæ: vnde dicit lex, ne quid ꝯ longam ꝯsuetudinē fiat, ad sollicitudinem suam reuocabit præses ꝓuinciæ. & l. si manifestę. C. de serui. l. si in aliqua. ver. sm̄ mores & ꝯsuetudinē. & l. obseruare. §. sicut. versi. magni enim facient prouinciales seruari sibi ꝯsuetudinem. ff. de offi. proconsul. habet enim ꝯsuetudo vim decreti, & tenaciter obseruata habet vim iustitię. ita dixit Bal. in c. 1. qui feu. da. poss. dat. n. iurisdictionem. l. vt viros. C. de diuer. offi. li. 12. c. cum ꝯtingat, de for. comp. Item erat mandatum. l. nulli. ff. quod cuiusq; vniuer. no. l. fi. C. de agr. & censi. li. 11. l. super creandis. C. de iure fis. lib. 10. not. in c. cū clerici, de verb. sig. in c. nouella. & in c. j. de capel. mo. in nouella, & in c. ad hæc de officio archi. in nouella, & in c. sua, de confirmatione vtil. vel inuti. per Inn. in c. edoceri, de resc. accedat ad hoc tex. solēnis, in c. dilectus, in ver. spectat ab antiquo, de offic. ordi. vbi probatur, ꝙ illud, quod alicui competit ab antiquo, petitur vt debitū, & facit, qđ ibi voluit dn̄s Car. & accōmoditate ad hoc facit tex. in l. qui luminibus, in ver. antiquiorū ædificiorum formam & statū custodire. ff. de seruit. vrba. prædio. vbi dēt attendi status antiquorum ædificiorum & forma eorū. Ex istis sequitur ꝯclusio vera, ꝙ dictū molendinū debet hr̄e suum canale per antiquū suum cursum & meatū, & dicti nobiles pn̄t reponere canale & eius decursum ī dicta possessione & cogere possessores dictæ possessionis ad patiendum dictos possessores dicti molēdini reficere per dictam possessionem dictū canale, & ipsam possessionē facere illud hr̄e decursum, prout antiquitus hr̄e ꝯsueuerat. ¶ Et si quispiam opponat, ꝙ spatio 10. annorum amissa est talis seruitus, vt canale discurrat per possessionē prædictā, & hoc decidit tex. in l. Labeo ait, si is qui hēt haustum. ff. quem admo. ser. amit. vbi probatur, ꝙ si is, qui hēt haustū
2 per tp̄s, quo seruitus admittitur † nō erit ad fontem, nec aquam hauserit, iter quoque eum amisisse, vbi ēt si quis habet seruitutem eundi ad fontē alienum, vt inde extrahat aquam, & steterit per tantum tempus, quo seruitus amittitur, perdidit ius hauriendi aquā, & ius eundi ad fontem, & sic iter. Ita vr̄ dicendum in proposito, ꝙ ex quo dicti nobiles steterunt vltra sexaginta annos, quibus non duxerunt canale sui molendini per possessionem illorū. Et ēt clarius probatur in l. sequenti, quæ incipit, si quis alia aqua vsus fuerit, ꝙ̄ de aqua, de qua in seruitute imponenda actum est, seruitus amittitur, eod. ti. vbi probatur formaliter casus huius dubitationis, vbi amittit seruitus, si quis vtatur alia aqua, ꝙ ea, quæ erat in seruitute. Ita formaliter vr̄ dicendum in proposito nr̄o. Cū ergo dicti nobiles fuerint vsi alio itinere ducendi canale p̄dicti molendini, ꝙ̄ itinere, seu via decurrendi per possessionem illorū, vr̄, ꝙ perdiderint seruitutem ducendi canale per illam possessionē: ergo sequitur, ꝙ cū illa seruitus fuerit extincta, ꝙ non pōt amplius reuiuiscere: quia quod semel extinctū est, amplius reuiuiscere non potest. l. qui res suas. §. areā. ff. de solu. philosophus in primo de gn̄atione & corruptione, facit tex. l. si cōem. §. j. ff. quemad. ser. amit. vbi formaliter dr̄, si is, qui habet nocturnū aquædu-ctum, interdiu per ꝯstitutum ad amissionem tēpus vsus fuerit, amisit nocturnam seruitutem, qua vsus non est, idem in eo, qui certis horis aquęductum habet, si alijs horis vsus fuerit, amisit seruitutem illarū primarum horarum. Cum ergo in proposito nostro fuerit vsus alio itinere ducendi canale, sequitur, ꝙ perdidit primū cursum & per ꝯn̄s dicti nobiles amiserunt seruitutem antiquam, vt canale eorū discurrat per possessionem illorum. Facit: quia validum est arg. de loco ad tempus. l. vinum. ff. si cer. pet. sicut ergo quis perdit seruitutem constitutam certo tempo
3 re vtendo eam alio tp̄e † eodem modo perdit eam, si illa vtatur alio loco: ita videtur dicendum in proposito nostro. Sed indubitāter ista nullo iure obstant, aut obstare possunt, quod demonstro ad oculum, & præsup.

& præsuppositis adductis primo loco fundamento potissimo allego vlterius. l. si manifestæ. C. vbi in aquęductu antiqua consuetudo est seruanda: vnde si ad puteum existentem, vel ad fontem existentem in prędio fisci consueuerunt ire vicini profundis eorum irrigandis, & ire ad nemus publicum pro lignis ista consuetudo est perpetuò seruanda, & adduco in medium, text. qui decidit istam dubitationem. ff. de ser. rusti. præd. l. Attilicinius. in ver. petierũt, vt quod non negligentia, aut sua culpa amiserunt ius aquæ ei restitui placeret, vbi est text. formalis, ꝙ vbi quis non est vsus iure aquęducendę sine sua culpa etiam tempore apto ad præscribẽdum restituitur in integ.

4 † Cũ ergo in casu nostro isti nobiles de Pepulis non fuerunt vsi iure ducendi aquã per canale antiquum culpa, nec negligentia: quia cum restituti fuissent, inuenerunt mutatum cursum aquarum, sequitur, ꝙ restitui debent ad antiquum cursum ipsius canalis ducendi aquam ad eorũ molendinum, cum non interuenerit culpa eorum: quia mutatio ducendi aquam per canalem antiqnũ non habuit originem ab ipsis nobilibus: ideo nesciuerunt causam, quare huiusmodi mutatio emanauerit, maximè cũ tunc temporis cõmodè duceretur aqua per illam aliam viam. Cum ergo non emanauerit illa mutatio culpa defectu eorum, sequitur, vt restituendi sint, vt ducant canale per viam antiquam & consuetam. facit tex. in l. j. §. si quis. & quod ibi voluit Bar. ff. de itinere actuque priuat. vbi dixit, ꝙ licet præscriptio currat ignoranti, nihilominus restituitur ignorans aduersus lapsum præscriptionis, & idem voluit Raph. Fulgo. in l. fi. C. de præscript. lon. temp. & ad hoc allegat Bar. in d. l. j. & istud voluit gl. ĩ l. si sic. ff. quemadmo. serui. amit. & ad hoc allegat. l. si partem. §. fi. eo. titu. quinimo plus videtur dicendum, ꝙ etiam impedito impedimento facti nedum conceditur restitutio in integrũ: sed etiam remanet illæsus ipso iure de ęquitate canonica. Ita decidit text. formalis in c. quia diuersitatem, de concess. præbend. vt dicamus, ꝙ de æquitate canonica non sit opus, ꝙ impeditus impedimento facti restituatur in integrum: sed etiam remaneat illæsus, & ideo non currit præscriptio ipso iure: ergo multo fortius restituentur in integrum dicti nobiles maximè ex clausula generali, si qua iusta causa videbitur, de qua per Bar. in l. cum filius. §. in hac. ff. de verbo. obligat. & in l. ad diem. eo. tit. & l. Emilius Largianus. ff. de mino. Et facit, quod voluit Host. in c. bonæ, de appel. vbi dicit, ꝙ officio iudicis potest agi contra quemlibet possessorem ex naturali æquitate, vt 2. q. 1. in primis. ideo si res mea peruenit ad te, possum agere iudicis officio, vt illam mihi restituas. l. si me & Titium. ff. si cert. petat. & maximè hoc procedit de æquitate canonica secũdùm Hosti. argu. c. dilecti, de iudi. & maximè considerato, ꝙ per tempus longissimum dicti nobiles steterũt banniti, & exules a ciuitate Bononiæ, & restitutione eis indulta mutatus erat cursus aquarum ad dictum molendinum: vnde iustam causam habuerunt credendi, ꝙ ex dispositione superioris, vel ex aliqua censura iuris fuerit facta illa mutatio, si continuauerunt illum cursum aquarum ita repertum currere commodè ad dictum molendinum: ergo æquitas dictat eos restituendos: quia quodammodo videntur succedere illis, qui dictum molendinũ tenebant & possidebant: facit, quod voluit Rapha. in d. l. fin. alias in d. l. j. vbi dicit, quòd ignorans restituitur aduersus decursam præscriptionem, & subdit, esse iustam ignorantiam, si successit in ius alterius, allegat. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. c. cum quis. eo. ti. li. 6. & facit glo. in l. 2. C. de iure emphy. quæ dicit, quòd de æquitate datur restitutio ex clausula generali, de qua in l. 1. ff. ex qui. cau. maio. & idem voluit Dyn. in c. cum quis ideo dixit ibi glo. ꝙ si hæres non soluit debitum canonem: quia ignorauit, ꝙ restituitur aduersus lapsum tẽporis de æquitate: quia effectualiter nõ currit sibi talis præscriptio. & ideo dixit ibidem Saly. in 16. q. ꝙ si succedens vasallo ignorauit vasallum fuisse inuestitum, ꝙ talis dicitur esse iusta ignorantia restituendi aduersus præscriptionẽ, vt non perdat feudum, & idem dixit Salyc. in l. 2. C. si aduer. vendi. pigno. vt succedens in ius alterius habeat iustam igno-

5 rantiam, † per d. l. qui in alterius. & d. c. cum quis. & ideo videntur isti nobiles quodammodo succedere in ius illius, qui dictum molendinum tenebat: ideo fuit tolerabilis eorum ignorantia, vt crederent ex aliqua iusta causa fuisse immutatum antiquũ cursum aquarum ad dictum molendinum; cum per ipsum cursum commodè aqua discurreret ad commoditatem dicti molendini. debent ergo restitui, nec dominus illius possessionis debet locupletari cum aliena iactura: quia nulla æquitas hoc patitur. l. nã hoc natura. ff. de condi. indebi. c. locupletari, de reg. iur. li. 6. Et accedat, quod voluit subtilis doctor Francisc. de Albergotis, quem referunt Moderni, in d. c. bonæ, vbi dicunt, ꝙ per l. finalem. C. de præscr. long. temp. & per l. 1. §. fuit quæsitum. ff. de separa. & per l. 1. C. si aduersus vsucap. dicebat idem dominus Fran. ꝙ statutũ excludens generaliter omne remedium, videtur excludere tantum ordinariũ, ex quo dicit, ꝙ minor poterit restitui non obstante tali statuto disponente, quòd contra laudum non possit reclamari, vel appellari. Ita dicamus in proposito, ꝙ per pręscriptionem tanti tpis videatur sublatum remedium or-

6 dinariũ, † sed remediũ extraordinariũ non videatur sublatũ, & sic non vr̃ sublatũ remediũ restitutionis in integrum, ꝙ dr̃ extraordinarium facit. quod in simili voluit Bald. in rub. ff. de rerum diuisio. versi. sed pone, quòd impetus fluminis abstulit mihi simul & semel, vel successiuè totum agrum meum non applicãdo vicinio sibijpsi flumini: quia fecit sibi alueũ, tãdem post tempus breue alio impetu alueum mutauit, nunquid de æquitate aget meus mihi restituetur, & allegat in argu. d. l. Attilicinius, nec est simile de alluuione: quia in ea est iam ius quæsitum priuatis personis, & refert ibi Bal. hanc opi. tenuisse Dyn. ¶ Modò in casu nostro est diligenter aduertẽdum: quia isto tempore dictum canale non potest ire ad molendinum per istam viam modernam, opus est vt restituatur ad antiquam de æquitate, & per consequens sequitur, ꝙ æquitate poterit restitui via antiqua illi canali, vt trãseat per possessionem illius ad dictum molendinũ. ¶ Preterea facit: quia. d. l. si communem. §. si is qui. loquitur eo casu, quo quis sciens certo tempore ꝯstitutam seruitutem illa vtitur alio tempore, quo casu non est admiratione dignum, si seruitutem debitam perdit: quia illi renuntiare videtur. Sed ĩ casu nr̃o isti nobiles ignorabãt se vti seruitute non debita: qa si sciuissent se vti seruitute nõ debita fuissent vsi seruitute debita: ergo eis non currit ꝓscriptio: quia, vt dicit Imperator in l. gñali. C. de tab. li. 10. scientiam non ignorantiam cupimus allegari: ergo sequitur, quòd eis non pręiudicat dispositio. d. §. si is qui. ideo de iure ciuili restitui eis dẽt seruitus antiquitus eis debita ad dictum canale, vel de æquitate canonica, dicamus, ꝙ dicta præscriptio nõ currit in eorũ præiudicium, quin possint redire ad antiquam viã, licet fuissent vsi alia. Facit ẽt: quia aut dicimus, ꝙ iste dñs possessionis præscripsit libertatẽ contra nobiles de Pepulis, aut præscripsit ꝯtra illum tertium, qui tenuit & possedit illud modernum absentibus, & bannitis illis nobilibus primo casu certum est, quòd ꝯtra illos non præscripsit ex eo: quia contra

ↄ illos nobiles non incepit præſcribere: ergo ↄ eos non ꝯtinuauit pręſcriptionem, ꝙ aũt non inceperit, apparet: quia præſupponitur in facto, ꝙ poſt bannũ ↄ eos latum ſuperuenit mutatio viæ ſolitę decurrendi ad dictum molendinum, & ſic ↄ eoſdem nobiles nõ potuit currere talis præſcriptio:|quia cum eſſent impediti impedimẽto iuris, non currit ipſo iure præſcriptio, vt probatᷣ in l. 1. C. de anna. excep. & per ꝯñs ille dñs poſſeſſionis nõ pręſcripſit ↄ illos nobiles, cũ ↄ eos nullo modo inceperit pſcriptio, & cũ fuerint impediti impedimento iuris: quia agere non potuerunt, nec incepit, & ſic nec cucurrit ↄ eos pſcriptio, vt probatur in d. l. 1. & d. c. quia diuerſitatẽ, de ꝯceſ. præb. & c. nos quidem, de teſta. nã præſcriptio eſt in-
7 ducta odio negligentis, † vt no. in c. 2. de reg. iu. lib. 6. l. fi. C. de pręſcr. lon. tẽp. l. ſicut. C. de præſcr. 30. anno. & ſic cum non poſſit eis imputari negligentia, ſequitur, ꝙ non põt incipere, nec currere præſcriptio. aut dicimus, ꝙ iſte dominus poſſeſſionis pręſcripſit ꝯtra illum tertium, qui tenuit & poſſedit dictum molendinum, & ad hoc dico, quòd iſtud eſt probandum, quòd præſcripſerit, ſed ꝙ non præſcripſerit ↄ illum, euidẽter demonſtro. Iſte dominus poſſeſſionis erat malęfidei poſſeſſor, quia ſciebat poſſeſſionem ſuam pati illã ſeruitutem, vt per eam ducatur aqua canalis ad molendinũ prædictum, ſequitur ergo, ꝙ nullo tpe pręſcripſit, & in c. fi. de præſcr. & in c. 2. de reg. iu. li. 6. Et ſi dicitur in pręſcriptione pręſumitur bonafi-
8 des † vt voluit gl. in c. ſanctorũ. & in c. ſi diligenti, & in c. fi. de pręſcrip. 16. q. 3. Bar. in l. Celſus. ff. de vſuca. gl. in l. ſi quis per triginta. in ti. ſi de feu. fue. ꝯtrouer. & hr̃ in c. auditis, & in c. cum olim, de præſcr. ad hoc r̃ndeo multipliciter. primò iſtud procedit, qñ apparet de titulo vero, vel putatiuo: tunc enim pſcribẽs pręſumitur eſſe bonęfidei, voluit Archi. in c. j. de pręſcri. li. 6. Bal. in l. 1. C. de ſeruitu. ſed dñs huius poſſeſſionis nullũ habuit titulũ libertatis acquiſitæ: ergo ſequitur, ꝙ non præſumitur eſſe bonęfidei. Item r̃ndeo aliter, videlicet ꝙ illa pręſumptio ceſſat, vbicunque pręſcribens ſcit ſeruitutem competere alteri, & illam pręſcribit quo caſu pręſumptio ſuccumbit veritati. 8. di. c. veritate, & nõ incertis: ſed in incertis ſtamꝰ ꝯiecturis. l. ſi certis annis. C. de pac. l. certa forma. C. de iure fiſci. li. 10. l. ꝯtinuus. §. cũ ita. ff. de ver. obli. cũ ſi. Cum ergo dñs poſſeſſionis ſciuiſſet ſeruitutem ab antiquo ꝯſtitutã in dicto fundo, ſequitur, ꝙ fuit in mala fide, & ſic ceſſat illa præſumptio bonæfidei, & per ꝯñs nullo tpe præſcripſit. Quinimo plus vr̃ dicendum, ꝙ poſito, ꝙ habuiſſet titulum libertatis: tñ adhuc vr̃ eſſe ĩ mala fide, ſi eſt fama in loco, ꝙ res eſt aliena: vt pulchrè voluit Bar. in l. Celſus. ff. de vſuc. allegat gl. in l. ſi tutor. C. de peri. tut. & qđ hr̃ in c. quanto. & c. quoſdam, de præſump. idem ſi fuerit denunciatum, vt l. ſi fundum. C. de rei ven. idem ſi corã aliquibus dixit, rem fore alienã, vt in c. per inquiſitionem, de ele. & per alios ſimiles modos ꝯiecturandi,
9 † arg. c. 2. de tenun. lib. 6. ita dixit Bar. in d. l. Celſus, voluit D. Abb. in c. ſanctorũ. & in c. ſi diligenti, de præſcri. quod voluit Ang. in l. eum qui. §. in publiciana. ff. de publi. & quod voluit Inno. in c. cura, de iurepa. in 4. ſol. & ideo dixit Spec. in ti. de em. & ven. §. nunc dicẽdum. in fi. verbis, vbi refert Marti. de Ta. dixiſſe, ꝙ ſi apparent aliqua indicia pręſumitur mala fides, & ponit exemplum, ſi eras vicinus meus, ꝙ non ſit veriſimile, te facta mea ignoraſſe, condemnandus es, argu. l. octaui. ff. vnde cogna. & l. de tutela. ff. de in integr. reſtitu. mi. & d. c. quoſdam. & cap. quanto, de præſum. iſto modo probatur mala fides, multo fortius probatur mala fides in iſto, qui fuit dñs huius poſſeſſionis cũ ageretur de facto ꝓprio: quia enim ſciebat, & ſcire debebat fundum ſuum pati ſeruitutem vt aqua duceretur per canale ad præfatum molendinum, per medium illius fundi, pręſumitur eſſe in mala fide: vt l. fi. C. pro ſuo. & c. ab excommunicato, de reſcrip. cum ſimil. & per conſequens ſumus in regula, ꝙ malæfidei poſſeſſor nullo tẽpore præſcri-
cit gl. in c. fi. de elect. lib. 6. vbi pœna apposita in ele-
ctione habet locum in præsentatione. facit gl. valde
sing. in c. 2. de renun. lib. 6. qui tex. loquitur in eo, q̄
renunciat tenue beneficium ad hoc, vt vacet, quod
habebit locum etiam in eo, qui occidit habentem
tenue beneficium. facit gl. in c. j. de re. permu. lib. 6.
3 vbi constitutio exorbitans extenditur. † Facit simile
dictum Ioan. And. in c. j. de homic. lib. 6. vbi dicit, ꝙ
fauore animæ illa constitutio pœnalis loquens de
principe extenditur ad principem maximi gradus.
Facit gl. singu. in c. quanquam. de vsur. lib. 6. vbi illa
constitutio pœnalis loquitur in testamento, & extē
ditur per identitatem rationis ad donationem. Fa-
cit gl. in c. si gratiosè. de rescrip. lib. 6. vbi extenditur
constitutio de stricta significatione ad latam pro-
pter identitatem rationis. multofortius in casu no-
stro extendetur pœna imposita vasallo relinquenti
dominum existentem in bello campestri, vt perdat
faudum: vt in d. c. 1. ad istum Dominum Pe. haben-
tem illum magistratum in beneficium relinquētē,
seu dimittentem Dominum Regem in bello cam-
pestri, cum habuerit illud beneficium ad præsenta-
tionem & supplicationē domini Regis a Papa pro-
pter guerram ineundam contra infideles: quia ea-
dem ratio & maior est. ideo poterit per Romanum
Pontificem priuari tali magistratu. commisit enim
ingratitudinem erga ipsum Regem & cōtra finem,
ad quem institutus fuit ille magistratus: nam si cle-
ricus aduocet contra ecclesiam, in qua habet bene
4 ficium, priuatur ipso beneficio vt ingratus, † & etiā
ille, qui habet officium in ciuitate, si assumit patro-
cinium contra ipsam ciuitatem, perdit salarium: vt
probat tex. valde sing. in l. qui necessario. C. de aduo.
diuerso. iudi. de quo tex. Bart. ibi facit festum. quan-
to fortius in casu isto debet perdere magistratum il
le, qui venit contra finem debitum, ad quem institu
tus est magistratus ille, & qui relaxat se a guerra mo
ta contra ipsum dominum Regem recedendo ab
exercitu Regis, & constituit dominū Regem in peri
culo, relinquendo eundem in bello, maximè cū ad
supplicationem domini Regis habuerit illum ma-
gistratum præfatus dominus Petrus. & sic multas
ingratitudines videtur commisisse cōtra institutio-
nem beneficii & finem eius, & contra maiestatem
Regiam dimittendo Regem & Regiam Potestatē
in periculo & præcipuè non mediocri, quo casum
vt ingratus multipliciter venit magistratu priuan-
5 dus. † Facit, quod no. in c. fi. de dona. & in l. his solis.
C. de reuoc. dona. & facit illud, quod scribitur apud
Xenophontem de vita Regis Cyri. vbi refert fuisse
legem apud Persas, qua ingrati poterant puniri a p̄-
tore, licet nō accusarentur ab his, in quos ingratitu-
dinem exercebant, & erat actio popularis: quia qui-
libet de populo ingratos accusare poterat, & puta-
bant ingratos contemnere Deos, & offendere pa-
triam. ideo instituerunt, ꝙ quilibet de populo pos-
set ingratos accusare, & ideo non obstat, dum oppo
nebatur, ꝙ non erat posita pœna priuationis de ma
gistratu præfato domino Petro: quia (vt dixi) tacitè
videtur apposita ex eo: quia ingratus priuabitur ma
gistratu, & contra ingratos procedit̄ de similibus ad
similia: vt probat text. in ca. j. §. porrò. quæ sit prima
causa benefi. ami. in vsi. feu. & maximè quia dicitur,
ꝙ iste D. Petus habuit istum magistratum in com-
mendam. & non in titulum, quo casu facilius venie
bat priuandus, quàm si habuissem in titulum ex eo:
quia titulus est quid fortius commenda: vt no. in c.
nemo deinceps. de elect. li. 6. & in c. si constiterit. de
accus. & ex isto capite veniebat deponendus a dicto
magistratu. Secundò ex alio capite veniebat priuā-
dus: nam in facto presupponitur, ꝙ iste dominus Pe
trus erat personaliter cum inclyto Rege inuito, nec
petita a sua Regia maiestate licentia, nec obtenta
prefatus dn̄s Petrus recessit dimisso Rege in bello
campestri, quo casu contumacia aduersus Ducem
meretur penam capitalem: est enim reus capitis cō
tumax talis: vt est tex. peregrinus in l. omne delictū.
§. contumacia. ff. de re mili. vbi, qui disciplinam mi-
li. vbi, qui disciplinam militarem contemnit, reus
est capitis, alibi punitur pœna exilii, facit, quod Bal.
in l. legis, ꝙ si contemnitur mandatum Regis, punit̄
talis contemnens vt violator supremæ Potestatis. &
dicit idem Bald. ꝙ imponitur pœna arbitraria non
obedienti mandato Regis, si in illo mandato non
est expressa pœna, argu. l. j. §. expilatores. ff. de effra.
& expil. vt sic pœna contemptus delicto congruat:
6 † vt in authē. vt iudi. sine quoquo suffra. §. sic igitur.

& Rex

& Rex poteſt iuſtè etiam pro re leui, ſi in obediẽtia
ſit atrox, imponere pœnam mortis: quia pœna de-
bet imponi iuxta Regiam voluntatem.l.cunctos po
pulos.ad fi.C.de ſum.tri. & fide catho. Modo redu-
cendo ad propoſitum, dominus Rex requiſiuit illũ
dominum Petrum, vt cum ſua Regia Maieſtate ac-
cederet ad bellum ineundum contra infideles in
Aphrica, qui paruit, & cum ipſo Rege tranſiuit in
Aphricam, & poſtea inuito Rege obtenta, nec peti-
ta licentia receſſit.non ne contempſit diſciplinam
militarem, & incidit in pęnam. d.l. omne delictũ. §.
contumacia.& facit rem peſſimi exempli, quo caſu
iura imponunt ſeueriſſimam pęnam, vbi ſit res peſ-
ſimi exempli: vt dicit text. in l.ſi quis aliquid.§.qui
abortionis.ff.de pœnis. cum ab omni eo, quod hẽt
ſpeciem mali, iuſſerit Apoſtolus abſtineri. facit. l.
exemplo.C.de prob.l.1.aliàs 3.ff.de ſicar.cum ſimil.
vnde recedendo non petita, nec obtenta licentia a
Rege videtur feciſſe rem mali & peſſimi exempli, &
videtur cõtempſiſſe Regiam Maieſtatem, quo caſu
videtur, ꝙ non ſolùm deberet imponi pęna priua-
tionis a dicto magiſtratu: Sed etiam grauior pœna
arbitrio Regis eſt imponenda, tanquam violauerit
ſupremam Maieſtatem Regis. ideo non eſt mirum,
ſi potuit inſtare dominus Rex, vt Roma.Põtifex pri
uaret eundem tali magiſtratu: quia contempſit Re
giam Maieſtatem.& vr̃ etiam incurriſſe indignatio-
nem Regiæ Maieſtatis, ex quo Regem contempſit,
quo caſu imponitur pęna priuationis beneficiorũ:
quia indignatio Principis inducit priuationẽ benefi
ciorũ: vt pulchrè voluit Bal.in c.1.§.porrò.per illum
tex.in tit.quæ fuit cauſa benefi.amit. in ver.indigna
tionem dñi non euitauit, ꝙ inducit ad literas Papa-
les, in quibus dicitur, indignationem beatorũ Apo-
ſtolorum ſe nouerint incurſuros, pro quo ego alle-
go tex.in l.2.in ver. noſtri numinis indignationẽ. C.
de peti.bono.ſubla.lib.11.voluit Bald.poſt Petrũ in
auth.ſtatuimus.C.de epi.& cle.& ſic cum incurrit il
le D.Pet.ex hac ſua contumacia indignationem dñi
Regis, ſequitur, ꝙ debet perdere beneficia, quæ in-
tuitu ipſius Regis habet in Regno eiuſdem. & facit
illud, quod ſuperius fuit dictum.videlicet, quòd ille
dominus Petrus incidit in crimen, quo violauit ſu-
premam Poteſtatem Regis.quo eſt imponenda pœ
na capitis, vel pęna arbitrio Regis: Sed vbi iudex po-
teſt imponere pœnam arbitrariam, poteſt arbitrari
pęnam mortis: vt eſt gl.ſingu.in ti.de pace iur. fir.&
communiter docto.ſequuntur illam gl. in c. ex lite-
ris.de conſti.vbi plenè per do.Abb. conſiculũ meũ,
& Io.de Imo.& ſatis accumulatè dixi ĩ lectura mea.
& in c.inquiſitionis. de accuſa.& in ca.de cauſis.de
offi.deleg.& in Principe nulla eſt dubitatio, ꝙ poſſet
arbitari pœnam mortis: quia quo ad ipſum Princi-
pem omnes pœnæ ſunt arbitrariæ: vt d.l.cunctos po
pulos.C.de ſum.tri.& voluit ibi Bal.in ſua repetitio.
& D.Bal.in d.l.legis virtus.ergo ſequitur, ꝙ poſſet ar
bitrari pœnam mortis, ſi velit, cum contempſerit
Maieſtatem Principis, recedendo ſine licentia peti-
ta & obtenta a ſuo Rege, dimittendo ipſum in bel-
lo campeſtri & in periculo & in præcipitio perſonæ
Regis & ſtatus ipſius Regis: vnde rectè poſſet arbi-
trari pœnam mortis maximè in Principe: quia ſcri-
ptum eſt in lege, morte moriatur: de quo eſt text.in
c.2.de maio.& obed.maximè contemnendo ipſum
Regem: vt dixit gl.quæ reputatur ſingu. in d.c.2. de
qua datur intellectus, & enucleatio mirabilis ad ſin
gulare dictum Barto.in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſ.
vbi dixit, ꝙ peccat mortaliter ille, qui non ſeruat ſo
lennitatem ſtatuti: quia videtur venire contra legẽ
ſuperioris, & non videtur obedire ſuperiori ipſi, er-
go moritur morte æterna: quia peccat mortaliter.

ita dixit ibi Bar.nam illud eius dictum debet intelli-
gi, quando ſubditi non ſeruant ex contemptu ſolẽ-
nitatem ſtatuti contemnendo ipſum ſuperiorẽ. nã
pœna grauetur propter cõtemptum & punitur gra
uiori pœna contemnens ipſum Rgem. ideo gl. val-
de ſing.in c.de libellis.20.diſt.quæ dicit, ꝙ clerici ec
cleſiæ Orientalis non ſeruantes conſtitutionem ec-
cleſiæ Romanæ, vt clerici non ſint vxorati, non pec-
cant, ſi non ſeruant illam conſtitutionem glo.illa di
cit non tamen contemnunt eccleſiam Occidentalẽ
ita ſtatuentem. Ecce nunc, ꝙ contemptus facit rem
punibilem: vbi aliàs non eſſet punibilis. facit, quod
voluit gl.quæ reputatur ſing.2.q.7.c.ſacerdotes.quę
dicit, ꝙ ſubditi iuſtè poſſunt denegare obedientiam
ſuo epiſcopo non ſeruandi canones: quia dicunt il-
lud eſſe verum, quando ex contemptu epiſcopus
non ſeruat canones: quia contemnit conditorẽ: ita
dicunt ſcribentes in c.nam concupiſcentia.de con-
ſti.facit, quod pulchre voluit Bald.in l.nullus. C. de
maleſi.& mathem.vbi dixit, ꝙ communicans excõ-
municato in contemptum clauium poteſt non ſolũ
puniri pœna ſpirituali: ſed etiam pœna temporali,
dictum ampliat illud, quod voluit Io.An.in c.ſacris.
qđ met.cau.vbi dixit, ꝙ cõicans excõicato in contẽ
ptum clauium peccat mortaliter: facit, quod voluit
gl.ſing.10.diſt.c.quis autẽ.quæ dicit, quòd licet lex
conſilij non liget ad peccatum mortale: vt habetur
in d.c.nam concupiſcentia.& in c.j. de vita & hone.
cleric. cum ſi.tamen qñ quis contemnit legem con
ſilii peccat mortaliter. & ſic venit puniendus. facit
gloſſa elegans.in c.veniens.de tranſa.quæ voluit, ꝙ
ille, qui contemnit ſacramenta, quæ nõ ſunt neceſ-
ſitatis, peccat propter contemptum, facit ſing.dictũ
Io.Cald.in c.ab excommunicato. de reſcri. vbi dixit,
ꝙ licet excommunicatus poſſit defendere ſe in iudi
cio; vt in c.intelleximus.de iudi.& in c.cum inter.de
excep.tamen ſi contemnit petere abſolutionem, nõ
poteſt ſtare in iudicio ad ſe defendendum. facit ca.
auditis.de procur.vbi propter contemptum iudicis
quis punitur in expenſis.facit tex.valde ſing. ſm̃ Dy.
Bar.& alios in l.Fulcinius.§.fina. ff.ex quibus cau.in
poſ.eatur.vbi licet quis non mittatur in poſſeſſionẽ
ex primo decreto: tamen non lucratur fructus, illud
eſt verum, niſi contempſerit iudicem, qui contem-
ptus colligitur & probatur eo ipſo, ꝙ eſt nimis con-
tumax: & facit tex.valde ſing.in l.is cum quo.ff.fam.
er.vbi propter nimium contemptum iudicis poteſt
iudex mandare, ꝙ euertatur domus illi tali contem
7 nenti.Et † facit tex.multum peregrinus & ſingu.ſm̃
Bald.in l.conſentaneum.C.quomodo & quando iu
dex.vbi propter nimiam contumaciam, & ſic pro-
pter contemptum locus eſt remiſſioni in cauſa ciui
li, ꝙ eſt contra regulas iuris: vt in c.Romana.§. con-
trahentes.de fo.comp.lib.6.facit illud, quod voluit
Bald.in d.l.legis virtus. vt ſuperius retuli, ꝙ propter
contemptum Regis quis punitur pęna. ¶ Ponderet
modo accuratè iſte dominus iudicans: quia ſi pro-
pter contemptum crimen efficitur grauius ratio-
ne perſonæ contemptæ, arg.l.atrocem. C. de iniur.
inſtitu.eo.§.atrox.etiam ratione loci grauius punit:
vt pbat̃ in l.nullus.aliàs in l.nemo.C.de ſu.tri.& qđ
voluit ibi gl.de illis, qui ob loquũtur de ſtatu in pla-
teis: vt grauius puniantur. Modò iſte dominus Pe-
trus primo venit contra finem, ad quem ille magi-
ſtratus fuit inſtitutus, & contra finem, ad quem ſibi
fuit collatus. Secundò contempſit Regem ſuum, ꝙ
autem contempſerit apparet ex puncto: quia illo
non requiſito de campo receſſit: debuit enim prius
honorare Regiam Coronam petendo licentiam &
obtinendo, ꝙ non fecit: vnde licentia eſt petenda
& obtinendo: vt dixit tex.no.in ca.cum venerabilis.
in

in verbo propria licentia nec habita.de consue. vbi probatur formaliter, ꝙ ibi quis debet facere actum cum licentia superioris, debet illam petere & obtinere.aliàs dicitur temerarius,& pulchrè probat tex. & ibi do.Card.& D.Abba.ꝙ vbi qui debet facere actum ex permissione, seu sententia superioris,& illa non petita actum facit, dr̄ præsumptuosus & præsumere.ita dicunt in c.decernimus.per illum tex.cum sua gl.de iud.facit cle.1.ī ver.præsumpserit.de priui. c.1.& c.monasteria.de vita & ho.cle. c.omnis. §. caueant.de poe.& remis.c.cū laici. de iure patr.c. fi.de tempo.ord.li.6.c.fi.ne prela.vic.c.cū in officiis.de testa.& ideo sequitur, ꝙ vt temerariè faciens & p̄sumptuosè debuit puniri: tum etiam, quia contempsit disciplinam militarem, quæ est pœna capitis: qa nō obediuit regenti illud bellum & illum campum recedendo insalutato hospite, vt vulgarium sermone vtar. item fecit rem pessimi exēpli, quod est pęna & seueritate dignū: quia in futurū dabitur exemplum aliis habentibus eundē magistratū,& similes magistratus deputatos ad guerram infidelium, vt relinquant Regem Regni, & magnates Regni in terris alienis. & cum maximo periculo corporū & aīarū & opprobrio sacrosanctæ orthodoxæ fidei, ꝙ esse non debt: quia pœna vnius dēt esse terror aliorū, ne in eodē crimine alij coinquinentur.cap.clericos.de habi.mulie.& cleri.c.sacerdotes. 10.q.1.ca.tanta.de exces.præla.l.capitalium.§.famosos.ff.de pœn. cum simi. Ita videtur necessario dicēdum, vt puniatur in priuatione dicti magistratus dictus D.Petr. ne detur aliis occasio & exemplum in similibus delinquēdi: vt l.conuenire. ff.de pa.dota.l.siue hæreditaria. ff.de neg.gest.cū si. Etiam ponderet D.iudicans ꝙ coniūgendo oēs istos excessus in simili iuxta illud, quod habetur.25.dist. §. criminis. vbi dr̄, ꝙ peccatum veniale geminatū efficitur mortale. & iuxta illud, qđ habetur.in l.3.C.de episc.audi.de eo qui geminauit delictum,& ideo bellissime retulit Bal.in l.apud antiquos.C.de fur.referendo Odof.& Nicol. de Math. ꝙ si dapifer, vel mercenarius hodie furatur vnam rem vilem,& cras aliam rem vilem,& sic facit multa furta, ꝙ sic poterit accusari de furto & puniri, ar. l.3.C.de epi.audien.& ita limitatur.l.respiciendum. §.furta.ff.de poe.& idem dixit Bald.in c. 1.§.furtū.de pac.iur.fir. vbi ad hoc allegat Cy.in d.lege, apud antiquos. Facit, quod voluit idē Bal.in c.de appellationibus.de app.& quod hr̄ in l.capitalium.§.grassatores.ff.de pœ.ita dicamus in simili in casu nostro, vt cū tot delicta fecerit D.Pe.dimittendo Regē in campestri prelio; vt sit dignus priuari illo magistratu iuxta illud, quæ non ꝓsunt singula multa iuuant: vt dicit gl.in l.2.§.j. ff.de excu.tuto.& in l.instra.C.de proba.& c.cū dilectus.de suc.ab intesta. & in c. accedēs. vt lit.non conte.el 2. Item ponderet D.iudicās: quia si dn̄s Rex potuit arbitrari pœnam mortis ꝯ do. Pe. vt superius demonstraui: nonne multo fortius poterit do.Papa arbitrari pœnam priuationis dicti magistratus: quia si per illa demerita potuit puniri pœna mortis, sequitur, ꝙ mulo fortius potuerunt cōfiscari eidē bona propria,& multo fortius dictus magistratus eidē cōmendatus, arg. Auth.multomagis. C.da sa.san.eccl.c. cū in cunctis.de ele.& c.non exstimemus.13.q.2.simile dicimus in statuto permittente bannitum posse impune occidi: quia poterit disrobari:& spoliari: quia vbi permittitur illud, quod est fortius, vr̄ permissum illud, quod est leuius: ita ꝓbatur in l.nec in ea.§.occidendi.in versic. occidere, multo fortius contumelia afficere.ff.de adulr. & qđ ibi voluit Bar.& quod voluit Io.An. in addi. Spe. in tit.de consti.in rub. Ita videtur dicendum in proposito nostro, vt possit ꝑ huiusmodi demerita priuari

8 tali magistratu. † & facit tex.in l. 1. C.de his qui latro.occid. vbi ille, qui potest arbitrari pœnam mortis, potest imponere pęnam confiscationis bonorū: licet Bal.in c. 1. de pace.tenē. & viola.eius, dixerit, ꝙ qui habet Potestatem arbitrandi, nō potest arbitrari pęnam confiscationis omnium bonorum, quod dictum confunditur per dictam l.maximè in Principe, qui Princeps arbitrando potest imponere pœnā confiscationis bonorum, cum possit arbitrari mortem: vt d.l.cunctos populos. Et si dicatur, dominus Rex Portugalię non est Princeps, seu Imperator. & iura loquentia de Imperatore non habent locū in rege. ita decidit Bal.in l.pe.C.de do.inter vir. & vxo. & facit, quod voluit An.de Iser.in 4.col.in c. 1.q feu. dare pos.& maximè vt sunt Reges Hispaniæ, qui in Regnis suis non recognoscunt Imperatorem: vt dicit gl.in c.Adrianus.63.dist.inter quos connumerat Rex Portugaliæ, quo casu habent in Regnis suis iura Imperii: vt voluit Bar.in l.hostes.ff.de cap. & in l. infamem.ff.de public.iudic.& in lege non ambigit. ff.de legib.& in l. 1.ff.de minoribus.& in l. 1. C. ne qs in sua causa.ergo &c. ¶Præterea accedat ad prædicta, in supplicatione Regię Maiestatis Portugalię dicitur, ideo supplicat domino Papæ, vt dignetur sua Sanctitas conferre alteri, qui posset seruare fidelitatem sine suspicione aliqua suæ Regiæ Maiestatis & sui Regni, quo casu vendicat sibi locum elegans & singulare dictum Innocentii in c.super his. de accusationibus, vbi voluit, ꝙ Princeps potest opponere
9 contra electum in episcopum † ꝙ timet de coniuratione, vel proditione orienda contra eūdem, vel de reuelatione secretorum suorum & hoc ratione patriæ, vnde electus est oriundus, vel propter parentes suos, qui Regiæ Maiestatis fuerunt infesti, ꝙ tunc satis est audiendus Princeps: quia prosequitur interesse proprium.& ideo non cōfirmabitur eius electio, quod dictum est singular.no.& idem voluit Io.An. in c.nobis.de iure patro.& facit gl. valde solen.in ca. nullus.61.dist.& in ca.si forte.63.dist.& ideo multū sin.dixit Old.in suis consiliis cōsi.100.ꝙ vasallus ecclesiæ etiam admittitur contra promouendum: qa interest sua defendere ecclesiā, & etiam habere bonum prelatum & bonum dominum habere. Facit etiam, quod sing. voluit Inn. in c.sicut, de ele. vbi dixit, ꝙ valet consuetudo, vt mortuo prælato canonici teneantur denuntiare Regi mortem prælati, & petere a Rege licentiam eligendi episcopum, & si nō fecerint, cassabitur electio facta ab eis. Et ad hoc accedat, quod voluit D.& consi.meus Ab. in c.2.de elect. vbi dixit, ꝙ si populus non vult consentire electo in episcopum,& non iustam causam contradicendi habeat: tamen generatur scandalum, ꝙ non debet electio confirmari, nec præfici tali populo, ꝑ ca.cum teneamur.de præb.& etiam allegat, ca.nisi. de renuncia.& refert Inno. dicere, ꝙ si populus prosequitur prælatum constitutum, nec potest compesci a tali persecutione, ꝙ vt populus quiescat, & in quiete regatur, debet prelatus cedere, vel remoueri per superiorem, assignato tamen sibi aliquo. dicit ibidem dominus Abbas, ꝙ potest Princeps dicere contra electum, ꝙ est sibi suspectus in regimine: non enim tenetur admittere prælatum, de quo non possit confidere: ne forte reuelaret aduersario Regis secreta Regni sui, allegat Inno.in d.c. ꝙ super his. quod reputat esse valde singu. propter quod dictū satis æquum secundùm eum poterit Princeps non admittere prouisum per Papam, si potest probabiliter ostendere illum sibi suspectum. Ita formaliter dicit do.Abb.in d.c. 1. ¶ Modo in proposito nostro dominus Rex licet non opponat contra istum dominum Petr. ꝙ non sit sibi fidelis: quia dixit, ꝙ habens dictum

dictum magistratum tenet oppida multa, quæ sunt maxima pars tuitionis Regni, & iste dominus Petr. asseritur esse effectus Rex Barchinonæ, videtur non nimis confidere de excellentia sua: maximè si odiū aliquod sit causatum ex parentibus. vnde propter istam causam si fuisset electus, vel fuisset prouisus per Papam, posset non admitti. Et si dicatur, ꝙ facilius non admittitur hospes, q̄ expellatur. c. quemadmodum. de iureiurand. tamen concurrentibus istis adminiculis causantibus priuationem, de quibus superius dixi, satis est dignus priuatione dicti magistratus: ergo &c. ¶ Præterea facit, quod dicitur in dicta Regia supplicatione, vbi dominus Rex pro sua incredibili sapientia commemorat absentiam illius do. Pe. propter quam absentiam ille magistratus patitur magna detrimenta, & nisi dominus Rex prouideat, de maioribus detrimentis ipsi magistratui futuris timet. ex quo sequitur, certum esse, ꝙ propter
10 absentiam a beneficio, seu dignitate † quis potest priuari, si monitus non redeat ad residendum. quinimmo plus dixit tex. ꝙ est ipso facto priuatus hoc decidit valde singulariter tex. in c. final. de cleri. non resid. vbi tex. dixit, ꝙ debet spoliari beneficiatus non veniens ad residendum, si est monitus, quod verbū importat priuationē esse factam a iure, eo ꝙ tm̄ requiritur, quòd executio fiat per iuris ministrum. ita probatur. in c. ex tuæ. de cleri. non resi. facit, quod voluit glo. & ibi pulchrè dixit do. Anto. se consultum in accidentia facti respondisse in ca. fin. de postul. ꝙ illud verbum spoliari, importat canonem latę sententię, & sic sententiam legis latam esse, & requirit executionem facti facit. c. querelam. in ver. remouentes. de iureiu. & c. ex literis. de excef. præla. & c. in nostra. de procur. Ex quo sequitur vnum, quod decidit secundum dubium: quia cum esset priuatus per sentētiam legis ipso magistratu, vt est dictum, sequitur, ꝙ non potuit renuntiare illud, quod non spectabat ad eum, renuntiatio præsupponit renuntiabile. ergo non potuit dici renuntiatio: quia actus actiuorum sunt in patiēte bene disposito: vt dixit philosophus in secundo, de anima. & per consequens non potuit renunciare illud, quod non habebat tempore renūtiationis. ¶ Et si dicatur, ꝙ debet moneri, vt veniat, istud ego non nego: sed dictum non est mihi, ꝙ fuit monitus a domino Rege, ꝙ resideret, & ꝙ non recederet: quia stando in guerra infidelium satis diceba tur residere in suo magistratu: vt habetur in cap. ex parte. de cler. non residen. vbi dicitur residere in ecclesia, qui est absens pro negociis ecclesiæ. ¶ Et
11 † si dicatur quòd nullo modo fuit monitus, dico, ꝙ nihilominus non erat opus, ꝙ moneretur ad residendum: quia nullo modo venisset, quia vocatus ad maius tribunal. vocatus enim fuerat ad culmen regale assumendum & assumptus fuerat in Regem per Barchionenses, quo casu nulla spes erat redeundi ad residendum, immo videtur, ꝙ desierat habere administrationē illius magistratus; ex quo enim erat notorium, ꝙ non rediret amplius ad residendum in illo magistratu, ad quid erat necesse monere eundem? Facit simile, quod habetur in ca. non oportet. el 2. de consecra. dist. vlti. vbi dicitur, ꝙ si beneficiatus incipit vagari per mundum, ꝙ desinit habere administrationem beneficij, & sic poterit conferri per illum, ad quem spectat collatio illius beneficij. pro qua gl. ego soleo allegare singu. tex. in l. liberi peculii. ff. de pecul. vbi dicitur, ꝙ si seruus habet liberam administrationem peculij, & se absentet, & ignoratur, an viuat, an sit mortuus, ꝙ desinit habere administrationē peculij. Ita dicamus in casu nostro eo casu, quo sumus certi beneficiatum non vēturum amplius ad residendum in beneficio: quia non posset, vel non vellet. puta quia esset notorium, vt in casu nostro: quia tūc frustratoria erit monitio. ob quid enim iuxta illud Lucani. Bella geri placuit nullos habitura triumphos. & ideo in casu nostro non fuit opus monitione: & ideo videtur priuatus ipso magistratu, & potest Roman⁹ Pōtifex prouidere alteri de huiusmodi magistratu. Et ex isto capite concluditur, ꝙ nullo modo potuit renunciare huiusmodi magistratui ille D. Pe. & ex tunc potuit do. Papa conferre alteri. ¶ Præterea dicitur in supplicatione, ꝙ D. Pe. a Castellanis sæpe alias requisitus absque licentia nostra Barchinonam profectus in Regem electus est, ex quo sequitur, ꝙ per assumptionē ad regalem culmen videtur renūciasse illi magistratui do. Pe. & vnr̄ dignitates incōpatibiles, magistratus illius ordinis religiosi, & Regia dignitas, non enim bene conueniunt, nec possunt in eadem persona morali: quia vna est spiritualis & alia temporalis laicalis. vnde non possunt cadere in laicis dignitates spirituales, & ecclesiasticæ habentibus dignitates Regias. c. bene quidē. 96. dist. c. quāto. & c. decernimns. de iud. acceptando enim Regiam Maiestatē renuntiasse videtur magistratui. facit cle. gratiæ. de rescrip. & c. de multa. de pręb. & l. 2. C. de iure domi. impe. & quod vbi voluit Bal. & quod no. in c. dudū. el 2. de elect. & in c. sanctorum. 70. di. quilibet enim debet stare contentus ea vocatione, qua est vocatus vt dixit Apostolus, & vr̄ ipso iure vacare primum beneficium, quod quis habebat acceptationē & receptionem secundi incompatibilis quo casu videtur vacare primum ipso iure, text. est formalis, qui hoc decidit in indiuiduo, vbi dicitur, liberè conferat, cui meritò viderit conferendum: vnde infertur ex illo tex. ꝙ primū vacat ipso iure. facit. c. licet episcopus. de priuil. c. dudum. in ver. liberè. de sep. & c. j. in ver. liberè de regula. lib. 6. & c. statuimus. eo. tit. & c. pro humani, in versi. liberè. de homici. libr. 6. & cap. 2. in versi. liberè, de procu. & in c. 2. de feud. & in capit. 2. de testamen. libro sexto. & in l. Imperialem. §. callidis. in ver. liberè reuertatur, de prohibita feu. alien. per Fede. in cle. fi. in ver. liberè. de priuil. & in c. 2. de arb. in ver. liberè definire. & c. omnis vtriusq; sextus. de pœn. & remis. & sic vacauit, vt liberè potuit conferri per eum, ad quem spectabat collatio. sequitur & meritò, ꝙ vacauit huiusmodi magistratus per receptionem ad Regium culmen: non enim potuisset tenere magistratum illum, qui est dignitas spiritualis & ecclesiastica: acceptando igitur Regiū culmen renuntiasse videtur magistratui. & per consequens potuit superior illum cōferre liberè, & sic ipso iure. Pro certo istud apponit gladiū ad hāc hæsitationem. & consequuntur duo ex isto. vnum est, ꝙ est priuatus ipso iure. secundum est, ꝙ non potuit renūtiare, ex quo liberè poterat superior conferre illum. Præterea in puncto præsupponitur, ꝙ si dominus Petrus hēret huiusmodi magistratum orietur multa scandala, & iam videtur istud sentire Regia Maiestas in eius supplicatione, dum dicit, ꝙ propter absentiam domini Petri magna detrimenta patitur ille magistratus & maiora imminent. Modo si ita est, ꝙ orietur scandalum, sequitur, ꝙ nullo modo erat tolerandus: & ideo dixit gl. valde sing. in d. c. 1. 61. di. ꝙ si oritur scandalum in pupillo, potest impediri, ne electus confirmetur episcopus, & multum singulariter dicitur in capitu. cum teneamur. de præben. ꝙ ad euitandum scādalum habilis censetur inhabilis. & dicit Inno. sing. in c. quanto. de consue. ꝙ non est tolerandus Papa scandalosus. & gl. sing. in c. si Papa. 40. distinctio. dicit, ꝙ si Papa peccat, & est incorrigibilis, & peccatum suū scandalizat ecclesiā, ꝙ tunc potest priuari Papatu. facit c. nihil cum scādalo. de præscrip.

prescrip.& ibi dicit singu.do. Anto.ꝙ si quis renunciat liti pp euitandum scandalum, ꝙ poterit aliàs deducere ad iudiciũ litem illam. Et facit l.qui decẽ. ff.de sicar. vbi accelerat̃ mors pp euitandũ scandalum.& ideo non paret̃ rescripto principis, si exoriat̃ scandalũ. facit glo.sing. in c.per principalem.9.q.3. quæ dicit, ꝙ Papa non posset priuare oẽs epos mũdi:qa turbaret vniuersalẽ statum ecclesiæ. facit glo. in ca.apostolica.8.q.j.quę dicit, ꝙ Papa non potest eligere sibi successorẽ: quia generaret scandalum. facit, quod sing. voluit Inn.in c.inquisitioni. de sent. excom.vbi dicit, ꝙ si Papa mãdat aliquid, per quod timentur mala futura ecclesiæ, nõ est sibi parendũ: quia generatur scandalum. facit, qđ voluit do. Car. in d.c.si qñ.vbi refert, ꝙ Papa mandauit epo Florentino, ꝙ publicaret quędam processum, & erat scandalum in pupillo publicare illum processum, se cõsuluisse epo, ꝙ poterat supersedere & notificare Papæ illud scandalum: facit, qđ voluit idem Inno. in c. quãto.de cõsue.vbi dixit, ꝙ nõ est tolerandus Papa, si facit scandalum. Facit illud, qđ dixit dominica veritas.vhe homini illi, per quẽ scandalũ veniet. Facit, qđ dr̃ li. Apocalipsis, vhe mũdo a scandalis. facit sin. dictum Innoc.in c.olim.de restitu.spol.vbi dixit, aliquis detinet rem meã, nec possum illã consequi per iudicẽ, dicit, licitũ esse mihi illam furari, vel ęquiualentem, arg l.ait prętor.§.si debitorẽ.ff.quę in fraudẽ cre.ꝙ limitat, nisi oriret̃ scandalũ: qa tũc nõ posset. Facit, qđ pulchrè voluit do.Card. in repetitione.ca. perpendimus.de sentẽ.excom.vbi dixit, ꝙ Papa non posset reuocare priuilegiũ clericorũ, de quo habet̃ in c.si diligenti.de foro cõpe.qa esset scandalũ: quia fuit datũ a Deo: vt voluit glo.sing.in c.si imperator. 96.di.facit c.nulli. de sen.excõ.vbi si oriret̃ scandalũ in ecclesia, nõ posset Papa inducere, ꝙ iniiciens manus in clericũ nõ incidat in canonẽ, c.si qs suadẽte. 17.q 4. facit gl.elegans in c.super eo.de cogna.spiri. quæ dicit, ꝙ licèt cõsuetudo tollat constitutionẽ: vt voluit gl.in c.j.de consti.lib.6.tñ non tollit, vbicũq; oriretur scandalũ. Ita voluit do. Dominicus in d.c.j. de consti.lib.6.facit, qđ voluit Host. & ibi dñs Abb. in c.significauit.de offi.ordi.& Ioã.And.in d.c.si qñ. & qđ voluit glo.ordi.j.q.7.c.si illa. Ecce nunc qualiter multa impediuntur propter euitandum scãdalũ. ex quo sequitur necessariò, ꝙ cum esset scandalum, ꝙ idem do.Pet.teneret illũ magistratũ, & esset rex Barchinonæ, & sic nõ solũ erant duæ dignitates incõpatibiles, sed ẽt erat scandalũ regno Portugaliæ, ꝙ rex Barchinonæ teneret illum magistratum.

¶Præterea ille magistratus requirit residẽtiam per-
13 sonalem, † vt no. per scribentes in c.fi.de cleri.non residen.quia oĩa beneficia cõiter requirunt residentiam. sed certum est, ꝙ non poterat do.Pet.residere in regno remoto a regno Portugalię, vbi est ille magistratus, & residere in illo magistratu. ¶Et si dicat̃, ꝙ potuisset residere per substitutũ, seu per vicariũ: iuxta no.in l.quisquis.& in l.ad similitudinem.C.de episc.& cleri.& in l.nullus.C.de decur.libr.10.& ibi Bal.vbi illustris potest deseruire per substitutũ: sed ipse est illustris vir, qui est de genere inclitorum regum Portugaliæ. ergo &c. Ad hoc rñdeo: quia aliud est: vtrum quis possit residere per substitutũ, vt volunt iura pręfata: & aliud est quærere, vtrũ qs possit residere per substitutũ in beneficio requirente residentiã. licet enim Cardinalis sit illustris: vt voluit gl. in l.j.ff.de offi. pręfec. pręto.& qđ voluit gl.in c.2.de offi.lega.li.6.& do.Car.in rubri. de offi.leg. tñ debet residere in titulo suo personaliter, & nõ per substitutũ, aliàs esset iusta cã priuandi eundẽ dignitate Cardinalatus: vt decidit tex.in c.2.de cleri.non resid. & & probatur in illo tit. de Archiepiscopo & epo non residentibus: vt possint priuari.& ẽt censent̃ ipso iure priuati pp non residentiam. Ita dicamus in proposito, licet dñs Petrus sit illustris dñs: tamen tenetur residere in illo magistratu.& ideo tex. valde sin. in c.quia in tantum.de prębend.dixit, ꝙ si est dispensatum cum aliquo, vt possit habere duas dignitates requirentes residentiam, ꝙ videtur dispensatum, vt in vna possit residere per substitutum: quia aliàs di-
14 spensatio non operaretur aliquem effectum, † ideo vt dispensatio teneat, trahitur ad accessoria. & sic illa glo.in indiuiduo tollit istam obiectionem: quia requiritur dispensatio, ad hoc vt habens dignitates possit in altera facere deseruiri per substitutũ. maximè in casu nostro, cũ illa dignitas sit ecclesiastica. cum ergo fuerit dispensatum, vt posset regnum tenere, sequitur, ꝙ non potest deseruire per substitutum in dicto magistratu.& per consequens suadente iure & iustitia potuit priuari tali magistratu: qa res deuenit ad casum, a quo incipere non potuit: vt l.qui res. §.aream. ff.de solut. & sic non est insistendum, quòd potuisset deseruiri per substitutum, ex quo non fuit secum dispensatum: cum magistratus sit dignitas ecclesiastica & spiritualis. Et si dicatur, quòd fuit sibi commendata illa dignitas, & in commendam eidem data a Papa, licet esset laicus, quo casu possit: vt nota.2.q.5.c.menam.& c.præter hęc. 32.distin.& c.bene quidem.96.distin. Respondeo, ꝙ illa commenda intelligitur, & videtur collata rebus sic stantibus.& sic durantibus, secus si mutetur, arg. ca.cum inter P.Gaufredi. de renunciat. & quod ibi voluit do.Anto.& quod not.in l.quod Seruius.ff.de condict. ob causam. & in l.eum seruum. ff.de verb. oblig. Ita videtur dicendum, ꝙ si dictus dom.Petrus perseuerasset in eodem statu, in quo erat, videretur durasse commenda. sed cum fuerat assumptus in regem a Castellanis & reductus ad statum incõpatibilem cum ipso magistratu, vr̃ cessasse commenda, & per cõsequens renunciasse illi magistratui.& per ꝯñs deuoluta fuit eius collatio Romano Pontifici, & sic extinctum fuit omne ius, quod ipse habebat in dicta cõmenda. ¶Pręterea, vt ex puncto colligit̃, & ex supplicatione regia, magistratus ille tenet multa oppida munitissima ferè in confinibus Castellæ, in quibus ab antiquo magna pars tuitionis atq; securitatis regnorum dñi regis cõsistit, quo casu esset timendũ de securitate regni, ne inuaderetur regnũ, nisi illa castra essent fidelissimi dñi regis, quo casu iura detrahunt iuri ecclesiarum & priuatorum, ne habeãt fortilicia in confinibus regni, vt plenissimè scribit dom.Card.in repetitione.c.perpendimus.de sen.excom.vbi quærit, vtrum valeat statutum disponens, ꝙ ecclesia non possit acquirere in confinibus territorij alicuius principis aut domini, & cõcludit ꝙ sic; vt non impediatur quies regni. expedit enim, vt quęlibet prouincia habeat tuta sua territoria: vt ibi per do.Card.& maximè si iste illustris do.Petrus non sit beneuolus ipsi dño regi Portugaliæ: facit c. fi.de insti.vbi dixit, postq̃ fuit Abb.effectus, non potuit custodiam obtinere. Ita dicamus in proposito, postq̃ fuit electus in regem illustris do.Pet.a Cathelanis nõ potuit obtinere magistratum prædictum. Facit etiam c.referente.de prębendis.in ver.ꝙ cum duas ecclesias haberet ipsas alteri personæ ecclesiasticę incunctanter non differas assignare. vbi ptobatur formaliter, ꝙ si quis habet duo beneficia incõpatibilia, vnum incontinenti debet assignari alteri personæ idoneæ celeriter. ita videtur in proposito dicendum, vt sine mora potuerit in continenti Romanus Pontifex illum magistratum alteri cõferre. ergo præsupponitur ex receptione regni Castellanorũ non solùm potuisse priuari: sed videtur etiam ex iu-

ex iuris cēſura priuatus: qa aliter nō poſſet conferri alteri perſonę idoneę, niſi talis eccleſia videatur vacare. Et ſic vr̄, ꝙ per acceptationē regalis culminis vacauit dictus magiſtratus fruſtra, ergo quæritur vtrum dn̄s Petrus potuit renunciare alteri dictum magiſtratum, cum per Papam potuerit incontinenti conferri, Modò cōcurrentibus omnibus expreſſis ſuperius poterit do. iudicans deuenire ad vnum finalem conceptum mentis, & ferre ſententiā contra renunciationem illam, velut factam ab eo, qui erat priuatus ipſo iure, vel veniat priuādus de proximo. Facit c. præterea. de teſti. c. cum ad ſedē. de reſti. ſpo. vnde ex varijs ſuggeſtionibus partium, teſtiū inſtrumentorum deductorum coram iudice deuenit iudex ad vnum finalem conceptum non indigentem alio adminiculo c. in noſtra. de teſti. Item dr̄ in puncto, ꝙ in conſilio dn̄i regis fuit decretum pp pacem regni, ꝙ illuſtris do. Pet. amplius non haberet illum magiſtratum; quia ſi illum magiſtratum haberet, poſſent multa ſcandala ſequi in regno, ex quo ſuccedit illud, quod voluit glo. quę eſt valde ſing. in c. miramur. 61. diſt. in ver. perſona. ꝙ pp perſonam non recedimus a iure cōi: vt c. ex pęnitentibus l. di. 63. di. c. hoc ad nos. tamen quandoque recedimus a perſona propter ſcandalum euitandum. 23. q. 3. c. non poteſt. ex quo ſequitur, ꝙ poſito, ꝙ dominus Petrus haberet commendam dicti magiſtratus, & ſic eſſet in iure quæſito, & non in iure quęrendo. quo caſu difficilius abdicatur a nobis ius quæſitū, q̄ ius quęrendum: vt l. quod aūt. ff. quæ in frau. cre. nihilominus pp ſcādalum recedimus a perſona. ideo pp euitandum malū venturum regno, licitū fuit dn̄o regi inſtare penes dn̄m Papam, vt remoueretur a dicto magiſtratu pręfatus D. Petrus & maximè: quia iam apparet manifeſtè de volūtate ſua, ꝙ magiſtratum non poterat, nec volebat, ſi poſſet, retinere, ex quo illum renūciauit. Et ſic apparet, ꝙ ex intentione ſua ipſe nō erat amplius commendatarius illius magiſtratus, cum illum renunciauerit. ¶ Et ex iſtis ſequit̄ concluſio vera & indubitata, ꝙ ipſe do. Petrus fuit ipſo iure priuatus dicto magiſtratu, & per cōſequēs dn̄s Papa potuit illum conferre alteri. & ita concludo quò ad iſtam primam dubitationem. ¶ Venio ad ſecundam dubitationem. Iſte domin. Petrus renunciauit alteri huiuſmodi magiſtratū, poſtquam inclitus do. rex Portugaliæ ſupplicauit dn̄o Papę: vt talem magiſtratum conferret dn̄o Alphonſo filio illuſtris ducis Brabantiæ, & poſtquā ſciuit magnates regni Portugaliæ, & milites dicti ordinis, & habitantes in caſtris ipſius magiſtratus inſtantiſſimè requiſiſſe corā domino rege, vt dignaretur regia maieſtas prouidere, vt magiſtratus ille daretur perſonę idonęę, quæ poſſet tenere religioſos milites dicti ordinis, & gubernare bona dicti magiſtratus, & qui eſſet fidelis dn̄o regi & regnis eiuſdem, & poſtquam electus erat in regem a Caſtellanis, pro certo iſta renunciatio calūniosè facta in fraudē iuris eſt nullius momenti & efficaciæ. nec debet quis ex ſua malitia commodum reportare: vt in c. ſedes apoſtolica. & in c. ex tenore literarum. de reſcriptis. Et pręmitto,
35 ꝙ dolus probatur ex coniecturis † quia ex quo conſiſtit in animo, non pōt rectè probari animus: quia ſoli Deo eſt notus, vt ſcribitur lib. Apocalipſis. ego ſum ſcrutans renes & corda. inſti. de act. §. alię. ideo probatur ex coniecturis: vt voluit gl. in l. Fulcinius. §. quid ſit latitare. ff. ex qb. cauſ. in poſſ. eatur. in ver. hic animus. & in l. apud Celſum. in princ. ff. de doli excep. & in l. cum proponas. C. de bon. autho. iudic. poſſ. & in l. quæro. §. fi. ff. de accuſat. & ideo gloſſa in l. dolum. C. de dolo. narrat modū & practicam articulandi & probandi dolum per coniecturas, ex quo directè probari non poteſt. l. poſt ʒctum. ff. de dona c. illo vos. de pigno. c. ad noſtram. de empt. & vendi. c. cum in dioceſi. de vſur. l. ſi quis. ff. de bon. damnat. Et ideo Belliſſimè dixit Odoffredus, quem refert & ſequitur Bald. in l. quoties. C. de rei vendica. ꝙ poſtq̄ quis eſt vocatus ad iudiciū, ꝙ pręſumitur, ꝙ emptio facta per emptorem ſit doloſa, & mala fide facta. & ideo non patrocinatur emptori. allegat, quod colligitur ex l. ea res. ff. de actio. empt. ꝙ dicit eſſe menti tenendum. Et per hoc aperitur via ad obuiandum contra multas fraudes & baratarias ſecundū Odof. ſuper illa l. quoties. quem omnino videas. Ita dixit Bal. in d. l. quoties. Et facit, quod voluit Bart. in l. qui petitorio. ff. de rei vend. vbi quærit, qualiter probabitur, ꝙ quis deſierit poſſidere bona fide & incęperit poſſidere mala fide & dolo. decidit eo ipſo ꝙ poſt libellum datum, vel poſtquam dixi me daturum libellum cōtra eum ipſum ipſe alienauit. allegat, qđ habetur in ſimili in l. Fulcinius. §. 2. ff. ex qui. cauſ. in poſſ. ea. & Dy. in c. pro poſſeſſore. circa princ. de reg. iur. lib. 6. Facit, quod voluit idem Bart. in l. 3. §. fin. ff. de aliena. iudi. mutan. cau. fac. vbi dicit, ꝙ idem ſi aduerſarius ſciebat me mouere litem: quia forte ita ego dixeram, allegat, quod not. in d. l. Fulcinius. §. j. & l. quęro. §. fina. ff. de ędil. edic. & quod no. in l. antepenul. ff. ex quib. cau. maior. in integ. reſti. & Dyn. in d. c. pro poſſeſſore. Facit, quod voluit Bald. in d. l. antepenul. vbi allegat Dy. in d. c. pro poſſeſſore. & in d. l. Fulcinius. §. ſi is qui. Et facit, quod voluit idem Bal. in c. penul. de excep. vbi dicit, ꝙ ſi reus tempore primæ citationis poſſidebat, & poſtea deſinit poſſidere, ꝙ præſumitur, ꝙ dolo deſijt poſſidere, allegat glo. in d. l. apud Celſum. in princip. de doli excep. & Bernar. in d. c. penul. & facit, quod voluit. idem Bar. in l. Fulcinius. §. quid autem. vbi gloſſ. dat modum probandi dolum: puta, quia ego dixi, cras tibi dabo libellū, & ille ſtatim vendit. & per hoc dicit ibi Bar. ꝙ ſi quis poſt controuerſiam motam alienat rem, quòd dolo malo præſumitur alienaſſe. ita ſecūdùm eum dixit per illam glo. Dy. in dicta regula, pro poſſeſſore. Et ad prædicta allego text. valde ſing. in l. ſin autem. in ver. a Titio petere vellem, qui poſſidebat. ff. de rei vendi. & ibi Ang. eleganter dixit, ꝙ hæc voluntas, ꝙ volebat agere, probatur per pręparamenta ex parte actoris, ponit exemplum: qa acceſſerat ad aduocatum, & fecerat libellū concipi, vel etiam fecerat eum citari, vt veniret ad reſpondendū, ſi poſſideret: vel quia actor publicè dicebat, ꝙ a tali petere volebat, allegat d. l. Fulcinius. §. quid ſit latitare. ita reſidet ibi Ang. Accedat ad prædicta ſolennis gl. in l. per diuerſas. in ver. exceptis. C. manda. ſuper tex. ibi, vel his qui res. & ibi Saly. quia illa gl. dicit, ꝙ redemptor litis debeat dici, adeo ꝙ titulus non habet ſibi prodeſſe, quam glo. dicit eſſe valde no. ad fraudes, quæ cōmittuntur quotidie, & remittit ſe ad dicta per eum in d. l. quoties. C. de rei vend. vbi autem in. 10. oppo. refert Odof. ibi dicere, ꝙ cum multoties emptores cadant a poſſeſſione, & is, qui poſtea eſt nactus poſſeſſionē, facit illam ſibi vendi ab amico, vt poſſeſſorem excludat in publiciana, ꝙ probato, ꝙ iā vocatus fuerat ad iudiciū, vel ꝙ ſpes erat, ꝙ vocaret̄, ꝙ pręſumit̄ emptio doloſa & malæ fidei, ideo talis emptio ſibi nō habet prodeſſe, allegat d. l. ſi eas res. §. j. ff. de actio. empt. & l. ſiue autem. §. ſi duobus. ff. de publi. & adducit glo. in d. l. per diuerſas. & allegat ēt glo. in d. l. quoties. idem etiam dicit ibi Salyc. ſi probaretur dolus, vel ſciētia venditoris: nā hodie mala fides authoris nocet. & hoc dicit eſſe notandū propter fraudes, quæ quotidie committūtur, & remittit ad dicta per ſe in l. 3. C. de rei vendi. & etiam idem voluit Salyce. in l. cogi. ad fi. C. de peti. hære.

vbi allegat glos. in d.l.per diuersas. ponderet modò accuratissimè dñs iudicãs hæc,quę adduxi pro enucleatione huius secundæ dubitationis ex eo:qa doctores præfati intelligunt,ꝙ sufficiat dolus presumptus eius,qui emit,vel renunciationem acceptauit. & sic sufficit dolus eius, qui acquisiuit, inquantum dicunt,ꝙ dolosa est emptio,& etiam ꝙ sufficiat dolus vendentis,vel renunciantis:quia dolus authoris
16 bene nocet acquirenti,† vt voluit Salyc.in d.l.quoties.& etiã dicunt,ꝙ sufficiat cõtra ipsum emptorẽ, ꝙ timorem habuit,ne vocaret ad iudiciũ.& hęc doctrina est illustrium doc.vt fuit Odof. Dyn.Bar.Bal. Ang.& Saly.nec reperiť improbata per aliquẽ.ergo erit tenenda iudicando & consulendo: vt in l.j.in ver. crebrior apud veteres opi.ff.de off.quæsto.& in l.j.cum si.ff.de senato. Et quia interpretatio doctorum habeť pro lege, vt est tex.valde sing.in l.si idem cum eodem.ff.de iurisdi.omn.iudi.vbi colligit hoc dictum Ange.& probatur in cap.j.de deci. & voluit Host. in ca.inquirendum.de pecu.cleri.& maximè: quia hoc voluerunt gloss. vt d.l.per diuersas. & d.l. quoties.quarum authoritas omnes alios antecelli: vt voluit Bal. in l.hæreditas.C.deposi.& Bar. in suo cõsilio incip. Andriolus.vbi dicit sequere glo. ordi. quæ melius prę cęteris intellexit,voluit Iaco.But.in l.j.C. qui pro sua iurisdic. Ista enim apponunt gladium ad hanc dubitationem: quia illustris & inclitus dom.Petrus frater regis verisimiliter sciuit & notitiam habuit omnium prædictorum, ꝙ magnates regni, & alij superius nominati instituerunt cum illustrissimo domino,vt prouideret dicto magistratui de persona idonea,quæ esset potens,prudens, & regi & regnicolis fidelis,& priuaretur do.Petrus,vel esset iam priuatus,& pręsciuit dominum regem fecisse porrigi supplicationem do. Papæ circa prouisionem fiendam de dicto magistratu, & præsciuit inclitum do.Petr.assumptũ fuisse ad regale culmen per Castellanos, & sic per actum incompatibilem renunciasse dicto magistratui,& sic esse vel priuatũ, vel de proximo priuandum.. & sciuit preces porrectas fuisse do.Papę. Facit glo.quæ reputatur melior de iure in l.si tutor.C.de pericu.tuto.& tex.in l.2.in prin.in ver.pro rostris.ff.de orig.iur.& tex. in ca.j.de postu.præla.& c.quod dicitis.16.distin.& tex. c.proposuisti.82.dist. & c.si.qui ma. accu. poss.& l.j.ff.de recepta.& ibi gl. vnde nõ excusať ab eo, qđ publicè dř,c.cognoscentes.in glo.de cõsti.Bar.in l.is potest. ff.de acq.hæred. & non excusatur ab eo, qđ publicè dř in locis vicinis,cap.quanto.& c.quosdam.de pręsump.& ideo pulchrè dixit Bar.in l.Celsus.ff.de vsucap.ꝙ probat mala fides,ꝙ res sit aliena eoipso,ꝙ in loco est fama,& vox publica,& hoc volunt scribentes.in c.si diligenti.de pręscri.& Specu.in ti.de emp. & vendi.§.nunc dicendũ. ad fi. quo casu vendicant sibi locum dicta superiora Odof. & sequacium, ꝙ in dolo fuerit dñs Infans acceptando illam renunciationem,& sic fuit talis renunciatio fraudolosa & dolosa : quia cum esset illustris dñs Infans in regno Portugaliæ: & forte verisimiliter in curia dñi regis, sciuit & verisimiliter scire debuit, illum dominum Petrum recessisse de exercitu regio vocatum a Castellanis,& assumptum in regem eorũ: quia vt Virgilij vtar verbis.Fama est notissima Lesbo. & esse in guerra cõtra Illustrissimũ & Excellentissimum regem Aragonum, & in consequentiã scire illũ acceptasse dignitatẽ regiã incõpatibilem cũ ipso magistratu : qa lata culpa esset ignorare ius: vt no.in l.leges.C.de legi.& ignorare illud,qđ publicè dř,& maximè,qñ est factũ arduũ & elegans, vt fuit istud famosũ,ꝙ vocaret a Castellanis & assumeret regale culmen,& hmõi negotiũ ita arduũ & elegans & maximè ad preiudiciũ regis Aragonũ,qui orbi est notissimus pp multa regna, quæ in diuersis regionibus habet,iuxta illud virg. Fama malũ,quo nõ aliud velocius vllũ. Mobilitate viget, viresq; acquirit eũdo. Parua metu primo, mox sese attollit ad auras. ideo spargiť per orbẽ facile, vt hic Bononię statim fama sparsa extiterit,tam longa distanti regione.& sic ista magna, & elegantia facta magis publicantur, & ẽt retinenť,iuxta illud,qđ voluit Bar.in l.de ętate.ff.de mino.Itẽ præsumitur,ꝙ sciuerit ex eo:qa est cõiunctus dicto D.Petro sanguine & agnatione: est enim de inclito genere regio,& propinquissimus coronę regię Portugalię,quo casu cõiunctus & vicinus pręsumitur scire facta coniunctorũ & vicinorũ : vt l.de tutela.C.de in integ. resti. mi.& l.octaui. ff. vnde cogna.l.si vicinis.C.de nup.c.quãto. & c.quosdam. de præsump.Bar.in l.j.ff.si cer.pe.& in d.l.de ętate.Bal. in l. conuenticulã.C.de epis.& cleri. ergo vera conclusio est, ꝙ dñs Infans sciuit hæc iuxta illud, tu solus peregrinus in Hierusalem.sciuit etiam deliberationem factam per regem ad instantiam Baronum regni & militum ordinis & subditorum habitantiũ in locis ipsius magistratus,qui volebant regi per aliquem gratum & fidelem regi & regno,& vtilem regimini, & ipsis subditis, & ẽt supplicationẽ regiam transmissam dño Papæ. Ex quibus omnibus apparet dictam renunciationem fuisse dolosam & malitiosam tã ex parte renũciantis, q̃ ex parte acceptãtis renunciationem. sequitur ergo, ꝙ nõ debet habere aliquem effectũ,aut efficaciã:quia dolus & malitia non debet alicui patrocinari:dixit tex.in c.sedes. & in cap.ex tenore.de rescrip.quia quoad ipsum dñm Petrum satis patrocinaretur eius malitia, si illa renunciatio facta per eum haberet executionem : qa satis dicimur lucrari,qñ satisfacimus voluntati nostræ,licet nihil consequamur aliud, vt rectè decidit tex.in l.qđ seruius.ff.de condi.ob cau.& sic nõ esset aliqua fraus aut malitia, nisi ex parte ipsius do.Petri,sufficeret quoad annullandum ipsam renunciationem : vt dixit Salyc.in d.l.quoties.C.de rei vend. item concurrit malitiosa acceptatio dñi Infantis in acceptando dictã renunciationem. vnde non debet hmõi fraus sibi patrocinari.& sic concurrit hincinde ex renunciante & acceptante malitia & dolus,& fortior redditur nullitas huius renũciationis : quia duo vincula sunt potiora vna, vt in auth. itaque.C. cõia de success.& in c.j. de treu. & pa.quia cũ ambo scirẽt illum magistratũ vacare ipso iure,vel de proximo vacaturũ, in fraudem iuris fuit procurata renũciatio,& eius acceptatio, quo casu actus fuit nullius efficaciæ,& nullius vigoris.¶ Et ad clarã & indubitatã decisionẽ huius dubitationis adduco in mediũ tex.c.2.de renuncia.lib.6.vbi apponitur gladius ad radicẽ huius hęsitationis. dř enim ibi, si quis expectat prębendã in ecclesia proximè vacaturã, quidam obtinens præbendã, vel dignitatẽ tenuẽ fraudulenter renunciet,vt illa sic vacante pręcludať illi via ad obtinẽdum dignitatẽ pinguiorẽ de proximo vacaturam,Papa ibi decidit,ꝙ per renunciationem hmõi nõ intendit afferri preiudiciũ illi expectanti. Et si quęrať de fraude probanda, ꝙ in fraudẽ fuerit facta dicta renunciatio, tex.ibi dicit,ꝙ sufficit,illam probari per coniecturas probabiles, & probabiť ex eo : qa tpe renũciationis qui prębendã, vel dignitatẽ habebat pinguiorẽ, infirmitate graui retinebať, vel aliquod aliud imminebat,pp qđ illius prębẽda, vel dignitas vacare de proximo probabiliter credebať, nullũ volumus tibi obstaculũ interponi, quominus prębenda, vel dignitate sic fraudulenter renũciata omissa possis dignitatẽ pinguiorem petere liberè veluti tibi debitam, & habere. Ita formaliter

dicit ibi tex.& qa tex.ibi loquitur renunciante, glo. ibi dicit, idem si occidat, vel deponatur, & ēt ibi gl. extēdit illum tex.loquentē, qñ erat dignitas de proximo vacatura, gl.ibi dicit. idem si non de proximo esset vacatura, dūmodo in fraudem hoc fiat. Et sic fraus, & dolus probat. interpretat ibidē gl. per cōiecturas.& sic decidit ibi tex. ꝙ illa renūciatio est nullius efficaciæ, ad hoc vt expectans habeat tenuē dignitatē.ideo habebit dignitatē pinguiorē vacantē. Et sic pōderet dñs iudicans: qa tex.ita ibi disponūt, vt obuiet fraudi, & ne expectans apostolicus sua expectatiua defraudet. ita decidit ibi tex.rectè intellectus, quo casu vbicunq; concurrūt duæ rōnes prohibitiuæ in aliquo disposito, licet cesset vna: tñ si altera superest, remanebit dispō legis firma: vt decidit.l.liberorū.§.notant.ff.de his qui not. infa. & l.si verò lex Elia Sentia.ff.de her.insti.& insti.de nup.§. affinitatis. vnde in proposito nostro posito, non tñ cōcesso. ꝙ hmōi renūciatio nō emanasset ad p̄iudiciū alicuius: nihilominus ex quo emanauit in fraudē: qa iste dñs Pet.vel erat ipso iure priuatus, vel veniebat priuādus, fecit talē renunciationē in fraudē, ergo nō tenuit: qa aliter sequeret. ꝙ ius pararet viā fraudi, & dolo, ꝙ esse nō debet: vt l.conuenire. ff.de pac.do.l.siue hęreditaria.ff.de neg.ge.& sequeret, ꝙ reportaret cōmodū renūcians, & ēt procurās, ꝙ renūciatio fiat ad eius vtilitatē, ꝙ esse nō debet, vt d.c. ex tenore. & d.c.sedes. & sic ex isto capite nō potuit renūciare ille dñs Pet.& ille dñs Infans ēt nō potuit acceptare cū fraude renūciationē factā dolo & malitia ab eo, qui erat priuandus de proximo, vel saltē erat ipso iure priuatus, posito ēt ꝙ de nullius p̄iudicio agat, sed vt dolus non patrocinet doloso. Itē aut dicimus, istū do.Petrū venisse priuādū de proximo: vt iā ex superius dictis liquidò est ostēsum, maximè pp preces principis oblatas dño Papæ: & pp deliberatiōnē factā per magnates regni.& milites ordinis, & habitatores locorū extantiū de iurisdictione dicti magistratus, ex quibus apparet, ꝙ de proximo erat priuandus, aut dicimus, ꝙ erat priuatus ipso iure, & vltimo casu res est sine dubitatione aliquā, quodcūque istorū duorū capiamus, sumus in casu victorię. ¶Capio primū, ꝙ veniat priuādus. potuit ne renunciare huic magistratui? pro certo dico ꝙ nō, nec aliquē alium actū facere in præiudiciū alicuius: iuxta illud, qđ voluit glo.valde sing.16.q.j.§.hinc est, quæ dixit, nō parcit populis regimē breue.nos habemus iura aperta, ꝙ ille, q alienat seu donat, quæ sua sunt, & de proximo facit delictū: quia illa alienatio vr̄ in fraudē fisci facta, & agit de iure quęrendo ipsi fisco. & sic vr̄ fraudatus fiscus in lucro quęrēdo, & (ꝙ plus est) nō potest ille talis alienare suum propriū patri-
17 moniū in fraudē fisci, † vt plenissimè scribit Bar. in l. post ꝯtum.ff.de dona.& Cy.in l.si qs post.C.de bo. dā.ergo multominus potuit renūciare do.Pe.illum magistratū, cū non esset suū propriū patrimonium post actus secutos, de quibus dictū est in pręcedenti dubio, & post supplicationē dñi regis porrectā do. Papæ: qa perinde est, ac si penderet accusatio cōtra do. Petrū eo casu, quo deliquisset. & post delictum fuisset porrecta denunciatio criminis dño regi eo casu, quo bona venirent publicanda pp delictum, si donaret bona sua, videret in fraudē donare, multo fortius vr̄ in fraudē renunciare suo fratri patrueli, ad hoc vt priuet Papam iure conferendi. & sic vr̄, ꝙ non potuerit renunciare, sicut non posset donare propriū patrimoniū, si post crimen esset denuntiatū regi, ꝙ deliquerit si bona sua venissent publicanda. vnde vr̄ agi de præiudicio Ro. Pontificis quoad ius cōferendi, qa illud ius cōferendi erat deuolutū dño Papæ per illas pr.ces regias porrectas suæ sanctitati: sicut ergo nō potest per fraudes præiudicari expectāti apostolico in dignitate de proximo vacatura; vt dicit d.c.2.de renunci.li.6. Eodem modo nō pōt pręiudicari dño Papę in iure cōferendi deuoluto suæ sanctitati pp priuationē dicti magistratus de proximo imminentem.& multofortius: qa semper ius Papæ vr̄ reseruatū: vt probatur in c.veniētes. de iureiu. vndē posito, ꝙ illa renunciatio teneret: non tñ concesso, nihilominus est sublatum ius cōferendi deuolutū do.Papę. ideo posset Papa conferre. Itē etiam agitur de præiudicio ipsius do. Alphonsi, quo casu vēdicat sibi locū dispō.d.c.2.qa ex quo d.rex in dicta supplicatione asserit, ꝙ inter cęteros magnates regnorum suorū venisset in mētem D.Alphonsus.& facta maxima deliberatione regia super dicto D. Alphonso institit, ꝙ do.Papa conferret illū magistratum eidem D. Alphonso, & ꝙ neminem repeⁿriebat, quē quouis modo pręferre debeat sua maiestas eidem.& dictus do. Petr. sciens huiusmodi deliberationem regiam & supplicationem porrectam domino Papæ renuntiauit dicto do. Infanti scienti & cognoscenti omnia prędicta, & acceptanti hmōi renunciationem.pro certo talis renunciatio fuit dolosa & malitiosè facta ad præiudicium iuris quæsiti eidem do.Alphonso: quia acquisitum erat ius ex supplicatione illa porrecta dño Papę: licet enim nō esset expectatiuus apostolicus adhuc, vt loquitur d. c.2.tñ erat de proximo fiendus magister a do.Papa. vnde satis vr̄ esse expectatiuus apostolicus, ex quo do.Papa de proximo conferebat eidem ipsum magistratum, & per consequens sumus in terminis d. c.2.quia expectatiuus erat, ex quo dominus rex nominauerat eundem dño Papæ ad dictum magistratum conferendum. & sic vendicat sibi locum dispositio d.cap.2.& quia dr̄ ibi in finalibus verbis, ꝙ renunciatio facta illi doloso non prodest sibi immo omnino illa carere debet, & per consequens ex renunciatione non potuit consequi aliquod ius in dicto magistratu præfatus do. Infans. ¶Et si dicatur, ꝙ ille tex.c.2.requiret, ꝙ de proximo esset vacatura dignitas: ego respōdeo, ꝙ hic bene erat vacaturus de proximo magistratus: qa facta erat deliberatio dñi regis, vt prouideretur de alio, & porrecta erat dño Papę supplicatio, & notoria erat priuatio illius do. Petri, & per cōsequens de proximo erat vacaturus magistratus: & qa gl.d.c.2.vt dixi superius, extendit, ēt si ex interuallo, si tñ appareat de fraude. Et si dicatur d.c.2.loquit, qñ erat graui infirmitate detentus.& postea dicit, vel per aliud impedimentū, intelligitur de simili, & sic de graui: hic enim apparet de grauissimo indicio priuandi dictum do. Petrum, & sic vacationis dicti magistratus: tum pp eius recessum sine lnīa regis, tum pp assumptionem ad regiū culmen, vt plenè dixi in primo dubio.& sic erat causa grauissima & proxima, vt priuaretur dicto magistratu. vnde non decuit illustrem dñm Infantem
18 procurare renunciationem illam, nec decuit † illustrem do.Pe.renuntiare dictum magistratum, cum sint de inclito sanguine regio; qa per hoc illuserunt regnicolis Portugaliæ, & do.regi, deliberantibus de dicto do. Alphonso, & ēt do. Papę: non enim debet illudi populus, & multominus rex, & maximè Romanus Pōtifex; qui vices summi Dei gerit in terris: vt in c.vt nostrum.vt eccl.bene facit l.i.C.de lati.lib. tol.vbi nō debet illudi populus, & ibi refert Bal.per illum text.grauiter fuisse reprehēsos do.Cardinales tpe scismatis, qui illuserunt populo Christiano. & idem tex.cle.cum illusio. de renun.prohibet hmōi illusiones maximè in casu nostro; quia illusit Papæ, regi, & regni magnatibus, ꝙ est detestandum; eoq; magis, ad quod summè aduertat do.iudicans; quia do.In-

do. Infans fuit vnus de illis, qui institit, ꝙ d. rex prouideret de persona idonea. & fideli ad ipsum magistratũ. & verisimile est, cũ sit frater carnalis do. regis, ꝙ vnà do. rex cũ ipso deliberauerint de dicto do. Alphõso, & porrecta fuit supplicatio do. Papæ, quo casu tex. in terminis decidit casum huius hęsitationis in ca. bonæ memoriç. el 2. de postula. prelato. in ver. si enim postq̃. per quẽ tex. deciditur ista quęstio, ꝙ do. Infans nullo modo debuit acceptare dictã renunciationem. nam si fuit vnus de illis, qui inflectit corã rege, vt prouideret de alio magistro & de dicto do. Alphõso, & rex vnà cũ eo deliberauerit de dicto do. Alphonso, supplicando Papæ: pro certo vr̃ illusisse dño Papæ. & vr̃ iudicium do. Papæ pendere ex arbitrio suo. & sequitur, ꝙ est nullus efficaciç acceptatio dictæ renũciationis, & sic apponitur finis ad istã qõnem per illũ tex. Et est ẽt ponderandũ: qa ille tex. fundat̃ super illusione do. Papæ tollenda. & per istã deluditur Papa tã ab illustri do. Petro, q̃ etiã ab illustri do. Infante. ideo pp talẽ illusionẽ actus eorũ redditur nullus. Et si aliter diceremus, daret̃ materia illudendi Papæ porrectis supplicationibus suæ sanctitati, ꝙ esse nõ debet, vt d. l. j. & d. clem. j. & d. c. bonę. & esset causa pessimi exempli, ꝙ nõ est faciendũ. l. si qs aliquid §. si quid abortionis. & ver. res pessimi exẽpli est. ff. de pęnis. c. cũ ab omni. de vi. & ho. cle. vnde posito, ꝙ non adhibuisset do. Infans operã, ꝙ prouideret̃ de nouo magistro, & ꝙ daret̃ do. Alphonso. tñ ex quo sciebat regẽ supplicasse Papę pro illo do. Alphõso & supplicatione porrecta do. Papę preuenit ipsum Papã, acceptando renũciationẽ ipsam, vr̃ illusisse dño Papę: & ẽt regiæ coronæ. debet ergo puniri in eo, in quo deliquit, vt dicũt iura vulgatia, nec ẽt decuit, & iura volũt, ꝙ nõ solũ debem' inspicere illud qđ licet: sed illud qđ ẽt decet: vt c. cũ nõ deceat. de ele. li. 6. c. decet. de immu. eccl. l. semp. ff. de ritu nup. & ibi Bal. arguit ꝯ legatos de latere dispensantes super matrimonijs ꝯhendis, vt accedant ad id, qđ decet: qa si licet, & nõ decet, debẽt abstinere vt ibi. Et iõ dixit do. Car. in repetitione, c. licet. de elec. & in repetitione, c. perpẽdimus. de sen. excõ. ꝙ in tm̃ debet attẽdi illud, qđ decet: qa reputat̃ impos-
19 sibile illud, qđ nõ decet, † c. iusta. de off. ord. c. cõcurrẽte. de cle. nõ resi. c. sicut. in ver. honestati. de accu. l. semper. ff. de reg. iur. & procedũt ista eo casu, quo veniret priuãdus: sed vbi esset priuatus per sñiam iuris, non & est opus tm̃ insistere circa hoc: qa nemo renũciat illud, qđ nõ hẽt. j. q. j. gratia. & q. 2. c. Dialbertũ. cũ si. ꝙ aũt ipso iure vacauerit prima dignitas magistratus nõ curo intrare illũ conflictũ disputandi, an requirat̃ consensus prelati, qñ clericus acceptat aliã dignitatẽ in aliena diocesi: qa do. Anto. in c. de multa. de pbeñ. dicit, ꝙ vbi acceptat̃ beneficiũ scdm curatũ, vacat primũ, verũ est si superior acceptat: tũc enim vacat primũ, aliàs secus. vnde dixit se distinxisse olim, ꝙ si habens dignitatẽ in vna diocesi acceptat aliã dignitatẽ in aliam diocesi, ꝙ nõ vacat ipso iure beneficiũ primum, si superior illius primi non cõsentiat: qa sine literis cõmendatitijs non vr̃ posse acceptare beneficiũ extra diocesim, c. fraternitatis. de cleri. nõ resi. & rõ rõnis est: qa tunc primus eps perdit clericũ suũ. ideo cum de eius præiudicio agat̃, vr̃ requiri eius cõsensus: sed si acceptat beneficium, aut dignitatẽ in ea diocesi tũc non requiritur cõsensus epi: qa nõ perdit eũ. primo casu nõ vacabit ad preiudiciũ superioris, secundo casu vacabit, ita concordat inter se gl. in ca. si qs iam trãslatus. 1 1. q. 2. & gl. c. si qui verò. 7. q. j. & gl. c. ex ore. de his quæ fiũt a maio. par. c. Host. & ibi Goff. in c. cũ venerabilis. de cõsue. tñ doc. ibi tenẽt cõiter, ꝙ quò ad ipsum acceptantẽ vacat primũ ipso iure: nõ aũt ad præiudiciũ superioris. Modò in casu nostro iste do. Petrus acceptauit regiã dignitatem in alieno regno, & eps loci. vbi est ille magistratus, perdidit dictũ magistratum: qa rõne ordinis est subiectus epo loci, per id qđ hr̃ per Ioã. Mona. in c. ex eo. de elec. li. 6. & qđ not. in c. q̃uis. de deci. vel ẽt do. rex perdidit illũ, inquãtum est regiæ maiestatis districtualis: vt probatur in c. fi. & ibi Io. And. de off. dele. li. 6. & acceptauit istã acceptationẽ, quã fecit dictus do. Pet. de regno Cathaloniç, cui dubiũ esse põt, ꝙ vacauit magistratus prçfatus, & per ꝯñs renũciatio sua nullũ effectũ operat̃: qa illud, quod nõ habebat, non potuit renunciare. ¶ Et si dicat̃, ꝙ habet in cõmendã, ideo potuit acceptare aliã dignitatẽ, nec vacat pp hoc cõmenda: vt probat̃ in c. nemo deinceps. de elec. li. 6. Ad hoc rñdeo, ꝙ illud procedit, qñ cõmenda fuerat data ad tps: sed qñ erat data nõ ad tps, tũc est secus, vt ibi hr̃, & idẽ voluit Io. de Imo. in c. de multa. ad fi. de pben. ergo nõ obstat. Item procedit ẽt eo casu, quo acceptaret aliã dignitatẽ ecclesiasticã, quæ nõ repugnaret statuti clericali: sed qñ acceptaret dignitatẽ repugnantẽ cõditioni ordinis dicti magistratus, esset secus, & ita ẽt limitetur, d. c. nemo deinceps. per id, qđ habetur in c. Ioan. de cle. coniug. maximè in casu nostro, in quo dñs Petrus immiscuit se regio culmini cum guerris, occisione hominum, incẽdijs, & similibus enormitatibus, quç solẽt accidere in guerris: vt not. in c. perpendimus. de sentẽ. excom. & per scribentes in d. c. Ioannes. ergo videtur vacasse ipso facto: qa videtur, ꝙ habuerit pro derelicto dictum Magistratum. ¶ Præterea accedat simile, qđ voluit Io. And. in d. c. Ioan. quem ibi sequuntur oẽs: nam ibi tangit, qñ vacat beneficiũ, si clericus faciat actus contrarios clericatui, & inter alia dicit ibi Ioã. And. ꝙ si clericus contrahat matrimonium cum sua cõsanguinea in gradu prohibito: tunc communiter tenetur, ꝙ perdit beneficium: quia videtur habere beneficium pro derelicto, & ideo etiam soluto matrimonio non poterit ecclesiam repetere: tñ Ioan. Andr. hoc limitat ibi nisi beneficiatus contraheret matrimoniũ in fraudem, ad hoc vt ipse renũciaret ecclesiam. & illa renunciatio non teneret in præiudicium prælati nolentis acceptare illam renunciationem: quia cum in eius manibus deberet fieri talis renunciatio quoad ipsum renunciantem tenet: sed quoad ipsum superiorem nõ tenet, quin ipsum possit retinere in beneficio: aliàs daret̃ via eludendi prælatum cõtra ea, quç habentur in c. admonet. de renunci. & in c. quãto. de diuor. quia facile esset volenti renunciare beneficiũ sine consensu superioris ꝯhere matrimonium per verba de præsenti cũ sua consanguinea, & vlterius nõ procedere. & sic fieret illusio, ita voluit ibi Ioã. Andr. quem post alios scribentes sequitur ibi Ioan. de Imo pro certo istud dictũ decidit casum nostrum ex eo: quia voluit Ioan. And. ꝙ vbicunq; renũciatio fieret ad illusionem superioris non tenere talis renũciatio, & licet loquat̃ de renunciatione tacita, quæ resultat ex matrimonio ꝯcto de facto: tñ idẽ est in renũciante expresse: quia taciti & expressi eadem ratio. l. cum quid. ff. si cer. pe. l. nonnunq̃ ff. de condi. & demonst. l. non recte. C. de fideiuss. & fortius vilipendit̃ superior. Modò ita est formaliter in casu nostro: quia cum ille dns Petrus acceptasset statum cõtrariũ illi magistratui, vr̃ tacitè habuisse illum pro derelicto, ꝙ apparet per absentationem factã non petita, nec obtenta licentia sui regis, & per acceptationẽ dicti regalis culminis, ex quo fuit aperta via domino Papæ, vel alteri superiori, ad quẽ spectat collatio dicti magistratus, vt possit illum conferre alicui idoneæ personæ, & maximè: qa res non erat integra: qa porrecta fuerat sup-

rat supplicatio dño nostro Papæ. & quã magni effectus sit porrigere supplicationem superiori, probat tex. in l. si quis maior. C. de transac. nonne ista renũciatio sit in illusionem ipsius Papę & ad tollendum sibi ius cõferendi, cui vellet dictũ magistratũ, certè sic. sicut ergo nõ põt tacitè renũtiari beneficiũ ĩ illusionẽ superioris, vt nõ possit inuitũ retinere beneficiatũ in beneficio: eodẽ modo nõ poterit in illusionẽ superioris tollere sibi ius conferendi idoneę personæ cõpetens de pręsenti, & ẽt porrectũ sanctitati do. Papæ, & maximè cũ iam esset deuentũ ad personam dicti dñi Alphonsi. nominatã per dñm regem ipsi do. Papæ. ceci viderent, & surdi audirent istam illusionẽ dolosam & malitia inuolutam. sicut ergo non valuit renũciatio: ita non valuit acceptatio, & renũciatio. Indubitanter istud dictũ Ioan. And. in c. Ioannes. apponit securim ad arborẽ huius qõnis, & maximè: qa cũ habuerit dictũ magistratũ pro derelicto immiscendo se regio culmini, & guerris, & accessorijs guerrarũ, quę repugnãt statui dicti ordinis, videtur, ꝙ nullum ius habuerit in dicto magistratu. ¶ Præterea facit, qđ voluit glo. in c. fi. de cleric. non resid. quę voluit, ꝙ eoipso ꝙ clericus efficit miles secularis, eoipso vr̃ habere ecclesiã pro derelicta. sicut & qñ contrahit matrimoniũ, & idem voluit glo. in c. qualiter. eo. ti. & idẽ voluit Inno. in c. ex tuæ. eo. ti. & est opi. cõis secundũ Io. de Imo. in d. c. fi. ergo erit tenenda iudicando & consulendo: vt per Inno. in c. ne innitaris. de consti. Ioan. Andr. in c. j. eo. ti. Bar. in l. fi. C. de pęna iudi. ergo &c. Et etiam illas gl. tenuit idem Ioan. de Imo. in c. fi. de cle. coniug. & in d. cap. qualiter. Modò in proposito licet dñs Pet. non esset clericus: nihilominus habebat dictũ magistratum in commenda, qui est ecclesiasticus & personis ecclesiasticis cõfertur, multofortius videtur illum habuisse pro derelicto, eoipso ꝙ fuit assumptus in regem Castellanorum: quia reges milites esse videntẽ per id, quod habetur in l. j. C. de testa. milita. in ver. optimos fidelissimosq; commilitones meos. & ibi Bald. colligit ex illo tex. ꝙ princeps appellat se militem. & idem videtur dicẽdum de rege, qui in regno suo est monarcha: & maximè, quia idem dñs Petr. non petita, nec obtenta licẽtia domini regis recessit relinquẽdo magistratum, & immiscuit se regali culmini, quo casu cũ videretur habuisse magistratũ pro derelicto, non fuit opus, vt moneret tribus monitionibus, vt veniret ad residendum, iuxta no. in c. tuæ. & d. c. qualiter. & d. c. fi. de cleri. non residen. & quod voluit Io. And. in addi. Spec. in ti. de cleri. non resi. in prin. quia ad quid erat terendum tp̃s in monendo illum tribus monitionibus, postq̃ certũ est, ꝙ nullo modo venisset ad residendũ in d. magistratu, cũ habuisset illum pro derelicto vocatus ad regiam dignitatem. simile dicimus de eo, qui est verus contumax: vt no. in l. diuus. ff. de in integ. resti. & in cle. j. de dolo & contu. vnde ex quo certũ erat, ꝙ nõ veniret ad residendũ, & habuerat magistratum pro derelicto, non erat opus monere: quia in incertis & non certis locus est cõiecturis: vt l. si certis annis. C. de pact. l. certa forma. C. de iure fisci. lib. 10. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obl. cum ergo vacauerit, & adhuc vacet, non fuit necessaria monitio. ¶ Et sic multifariè, multisque modis apparet ad oculum, ꝙ huiusmodi renũciatio non potuit fieri per illum dominum Petr. nec eius acceptatio per illum dominum Infantem in illusionẽ sanctissimi do. Papę, & illius illustrissimi regis Portugaliæ, & magnatum suorum regnorum, & fuit dolosa, & malitia inuoluta. & ad pręiudicium illustris Alphonsi nominati & pręsentati ad dictum magistratum per illustrissimum dominum regem sanctissimo D. nostro Papę. Et cõcludo, partes do. iudicãtis esse in pronunciando & declarando dictas renunciationẽ & eius acceptationem nõ potuisse fieri, & factas esse nullius valoris, aut efficacię. Et ita cõcludo fuisse illusorias & nullas & exemplo pessimas.

EPITOME.

¶ Stante statuto, ꝙ vir nõ possit relinquere vxori vltra cẽtum libras, & si contra factũ sit non valeat, An tale statutũ valeat. Et an hæredes, ad quos ventura erat hæreditas, possint renunciare illi statuto. Et an testator possit cõminari hæredi illo casu, ne molestet vxorẽ. Itẽ an eo casu possit testator velle, ꝙ distribuat bona sua in piã causam. Et an statutũ, de quo supra, possit præiudicare consortio cuidam substituto in casum, quo molestiam afferret vxori. Itẽ quid si iussit, ꝙ hæredes non possent locare sine licẽtia prædictæ vxoris. Et qñ dicat fieri molestia.

SVMMARIVM.

Statuto & constitutioni in sui fauorem introductæ quisq; potest renunciare. nu. 1.

Publica vtilitas attendi debet. nu. 2.

Testator debet allegare causam legitimam sui pręcepti. nu. 4.

Substitutio directa facta in codicillis trahitur in fideicommissum. nu. 5.

Legatum inter virum & vxorem valet. nu. 7.

CONSILIVM X.

Perspecta contingentia, & allegationibus subtiliter, ornatè, & abunde redditis per summos iuris interpretes dños aduocatos, qui hanc cõsultationem summo ingenio pro eorũ cõsuetudine enuclearunt, vt nihil melius, nil præstantius, nil deniq; accõmodatius vltra afferri possit, vti ego, vt scribit Baruch. 3. c. post terga metentiũ colligendo spicas, ſm Bald. in l. precibus. C. de impub. & alijs substi. Et omnibus solenni aduersione pẽsatis, & examinatis, mihi vr̃, ꝙ isti hæredes inciderint in pęnam inflictã a testatore in dicto suo testõ, qđ ostendo ad oculum multifariè, multisq; modis. Et pręmitto, ꝙ hmõi statutũ splendidæ ciuitatis Parmæ principaliter emanauit ad priuatã vtilitatẽ hęredis instituti, vt colligitẽ tam ex verbis ipsius statuti ex dispõne prædicta: & ẽt apparet ex verbis superioribus ipsius, dũ dicit, siue marito superfint filij vel descendẽtes ex eis, siue nõ. Et sic nõ cõsiderauit agnationis fauorẽ, tẽdit ergo principaliter in fauorẽ hr̃dũ, quos testator instituit maritus, quo casu certũ est, ꝙ hæres institutus põt huic fauori pro se introducto renunciare, ex quo principaliter ad sui commodũ emanauit l. si qs in ɔscribendo. C. de pac. c. ad apostolicã. & c. porrectũ. de regula. Et adduco in mediũ illud, quod pulchrè Lud. Ro. venit in ore in consi. 157. incipiẽte, pręfati consultoris eximij cõfirmo, vbi quidã consuluerat, ꝙ posset cõductor renũciare cõstitutioni danti certam formã in fauorẽ eius. Lu. confirmat illud cõsilium, & dicit, ꝙ illa cõstitutio principaliter concernit fauorem priuatũ, secundariò fauorem publicũ, & mouetur ex simili, quod dicimus de muliere, quę potest renũciare beneficio Velleiani inducto in fauorem suũ. l. fi. §. fi. ff. ad Velleia. sicut põt renũciari per minorem restitutionis integrũ beneficio in sui fauorem principaliter introducto, dum tamen in maiori ętate renunciet l. si intra. C. de in integ. resti. l. si iudex circumuento. ff. de mino. Et dicit, ꝙ ista fortificantur ex his, quæ traduntur in c. si diligenti. de foro compe. sic concludit in d. consilio, ꝙ põt quis renunciare statuto, aut constitutioni introducto in sui fauorem. Et allego pro hmõi decisione elegantem

tem tex.in c.j.de loca.vbi formaliter dr̄,ꝙ si cōstitutio pęnalis est edita in fauorē alicuius,ita demū incidit in pęnam contrafaciens,si ille, in cuius fauorē emanauit,cōsentit.ita colligit ex illo tex. ibi solēnis doc.do. Pet.de Ancha. & inducit ad quæstionem,si eps mādat alicui,vt sub pęna excōicationis suo creditori soluat intra certū tps,ꝙ nō incidit in pœnam creditore prorogante terminū, vt in c.præterea requisisti. voluit Bart. in l.j.§.& post operis.ff.de oper. no.nun.& dixi in c.j.adducendo in mediū elegās dictū Bald.in l.maximum vitiū.C.de libe. pręte. ſm ꝙ aliàs cōsului in ciuitate Forliuij. Bal.in loco præal. in ver.sed pone,ꝙ frater meus nō vult excludere sororem meā,sed secū admittere ad successionē,& renunciare beneficio statuti:creditores verò volūt eū conuenire tanq̄ insolidū hęredem.Bal.ibi decidit,ꝙ pōt renūtiare beneficio statuti,& mouet: qa res de facili redit ad ius cōe c.ab exordio. 25.dist.l.si vnus. §.pactus ne peteret. in ver.sed ꝙ speciē.ff.de pac.ita ibi concludit Bald.dicens, ꝙ iuri municipali pro se itroducto potest renunciari, allegat instit. de hęre. quali. & diff.§.sed permittit prętor. & est diligenter hoc ponderandū:qa istud statutū emanauit principaliter in fauorē agnationis & familiæ ad exclusionem fęminarū.vt per Bal. Saly. & alios in l.cunctos populos.C.de sum.tri.& fi.cath.& in l.venia.C.de in ius vocan. & in l.si defunctus. C.de suis & legit.hæredi.Bart.in l.liberorū.ff.de ver.sig.Bal.in l.qđ verò. ff.de legi.& est conforme iuri diuino: vt scribit Numeri 23.c.& refert Ange.in sua eleganti quęstione, incipiente,nobilis quidā genere.& Salyc.in d.l.cunctos populos.& tū potest renūciari tali statuto,multo fortius poterit hęres institutus renunciare huic statuto; cum sit cōe ad regulas iuris communis,cū testm̄ sit nostræ voluntatis iusta sententia de eo, qđ quis post mortem suam fieri vult,vt l.j.ff.de testā.& l.j.C.de sacrosan.eccle.& in re propria quis est moderator & arbiter,vt l.in re mādata.de facili:ergo redit res ad propriam naturam: si ergo in casu Bald. potest renunciari beneficio illius statuti, quod ten-
1 dit ad fauorem publicum, † vt l.prima. §. seruus. ff. de vent. inspi. sumus in casu huius statuti directi principaliter in fauorem priuatorum. Et est diligenter ponderandum: quia isti hæredes renunciarunt beneficio huius statuti in vita ipsius testātis,& anteq̄ esset perfectum testm̄, & eo tpe quo nullum ius acquisiuerant in dictis bonis & in hæreditate illius defuncti, quo casu ius non erat quæsitum illis hęredibus in hęreditate ipsius testātis:sed erat quęrendum, quo casu facilius abdicatur a nobis ius quęrendum,quàm ius quæsitum.l.ꝙ autem.ff.quæ in frau.cre.l.si sponsus.§.si maritus.ff.de dona. inter vi.& vxo.no.Bal.in c.clerici.de iud. Inno. in c.admonet.de renuncia.& ideo consuluit Feder.de Sen.cōsilio 9.quòd prælatus potest repudiare legatum relictum ecclesiæ,ex quo agitur de iure quærendo.Bal. in auth.si qua mulier.C.de sacrosanc.eccle. cum si. Et affero in medium tex.sing. probantem hanc doctrinam in c.nonnulli.in princ.de rescrip.vbi constitutioni prohibitoriæ potest renūciari.vbi tex. dicit, nisi de consensu partiū fuerint impetratæ. Ecce illa cōstitutio prohibet impetrari literas, per quas quis trahatur vltra duas dietas: & tamen possunt partes renunciare illi constitutioni impetrando literas vltra duas dietas. ¶Et si quispiam dixerit, Amice, illud est verum, quando expresse renunciatur constitutioni contrariæ, & fit mentio de statuto cōtrario. Sed in casu nostro licet illi hęredes cōsenserint voluntati & dispositioni testantis:tū non fecerūt mentionē de statuti Parmensi disponentes. Cōtrarium istud tollit ex eo: qa nō oportuit facere mētionē de statuto hmōi: sufficit enim, ꝙ de illo habebāt notitiā,ex quo erat de municipio, vt c.j.de postula.pla.c. ꝙ dictis.16.dis.c.proposuisti. 82.di.c.fi.qui ma.accu. pos. gl.in c.cognoscentes. de cōsti.& in l.si tutor.C. de pericu.tuto.maximè cum sint de municipio: qa pręsumitur, ꝙ habeant notitiā legū sui municipii: vt voluit glo.in c.2.de consti. lib.6.ideo nō fuit opus facere mentionē de hmōi statuto, ad hoc facit tex. 40.di. c.nōnulli.in ver.nisi de consensu partiū.vnde sufficit,ꝙ literæ sint impetratæ de cōsensu partium, quo casu vr̄ derogatū illi constitutioni.Ita in proposito sufficit, ꝙ testator disposuerit,ita vt disposuit,& hæredes instituti consenserint,& promiserint seruare dispositionem testantis,ita vt iacet in testamēto. & licet nemo possit facere, ꝙ leges non habeant locum in suo testamento, vt l.nemo potest.ff.de leg.j. c.requisisti.de testa.istud nullo modo obstat: qa ſm leges testm̄ istud redit ad suam nām:quia ita ius disponit, vt seruetur id, qđ testator voluerit post mortem suam fieri.& potuit hęres renunciare illi beneficio statuti, vt est dictū. licet ergo testator non potuerit disponere cōtra statutū præfatum: tū recipit limitationem,nisi hæres,in cuius fauorem ita dispo suit statutū,renūciauerit tali beneficio. ¶Et si quispiā opponat de eo, ꝙ statutū pręfatū disponit, videlicet,ꝙ aliqua cōminatio, vel dispositio alicuius priuationis, vel amotionis ab hr̄ditate, vel legato &c. apposita, vel quæ apponeretur, quæ obuiet dispositioni alicuius statuti,non valeat,nec teneat, ex quibus verbis apparet,ꝙ statutum tollit testantibus potestatem disponendi ſm ius cōe, quo casu non potest statutū tolli per testatorem,nec hęredē: qa resistit actui, quo casu consensus priuatorum non potest infringere statutum.vnde pulchrè dixit Bald.in l.j.C.qui admitti.statuto cauet,ꝙ in contractu mulieris debeat interuenire cōsensus propinquorum, aliàs ꝯctus sine illa solennitate,ꝙ nihilominus contractus est nullus:quia non potuerunt conualidare illum ꝯctum & renunciare.d.statuto. Ad hoc rn̄detur facile,ꝙ illud dictū nullo modo obstat ex eo:qa Bal.ibi loquitur,qn̄ statutū denegat potentiam resistendo actui, & dat formam actibus hominū. & sic duo interueniunt in eo,quod dicit enim,cauetur,ꝙ mulier possit adire, quo casu resistit lex actui & potentiæ, & ideo non oritur validitas.l.stipulatio ista. §.alteri.ff.de verb.obl.in casu nostro non vtit̄ statutū verbo,potētię, vt nō possit disponere, sed habilitat ad faciendum,dicit tū,ꝙ non valeat, nec præiudicet.Præterea idem Bal.ibi loquitur, qn̄ statutum apponit formam actui gerendo,quo casu actus sine forma redditur nullus tanq̄ informis; quia forma est,quę dat esse rei,& conseruat rem in esse:vt volūt philosophi.l.si is qui. §.quædam. ff.ad legem falc.c. cum dilecta.de rescri.cum si.ergo in casu nostro cū non apponat forma & esse actui gerendo:sed dicit, ꝙ si fiat, nō valeat in præiudiciū hæredis,vel legatarij.ergo si consentiat, non dr̄ sibi præiudicare: quia ad cōmodum hęredis,aut legatarij emanauit dictū statutum. ¶Et si quispiam opponat de eo, qđ voluit idē Bal.in d.c.j.in ti.qui.suc. tene.vbi quærit,an possit renunciari illi constitutioni, & decidit ꝙ nō: sed assignat rationem ex eo:quia tradidit rationem aliàs formam:sed in casu nostro istud statutum nō tradidit formam. ergo potest renunciari beneficio huius statuti,quinimo ibi idem Bald. decidit in indiuiduo istam cōsultationē: dicit enim, ꝙ vbi actus tenet,sed aliquo beneficio potest impugnari:tūc aalet renunciatio.& ad hoc allegat.l.fi.ff.ad Velle. sed vbi actus est ipso iure nullus, tunc renunciatio nihil operatur. & ad hoc allegat l.conuenire. ff. de pact. dot. & quod ibi voluit Ricard. & Cyn. Ecce qualiter for-

ter formaliter decidit istam dubitationē: quia cum de se actus iste legandi secundùm iuris cōis regulas valuerit & tenuerit, & etiam per dispositionem statuti non reddatur actus ipso iure nullus: quia dicit, non valeat, quo casu sunt verba ferendæ sententiæ & non latę: vt voluit glo. in l. iubemus. §. sanè. C. de sacrosanc. eccl. & in l. in criminali. C. de iurisdi. om. iudi. & in auth. quod semel. C. quomodo & quādo iudex. & in c. si diligēti. de foro compe. & in c. inclita. 11. q. j. ergo valuit actus ex cōsensu illorum hęredum approbantium dispositionem testātis & promittentium illam dispositionem conditionalē seruare etiam quò ad ipsam vxorem: ergo potuerunt sibi præiudicare. ¶ Et si quispiam adducat in cōtrarium illud, quod voluit Paulus de Castro in cōsilio suo 346. vbi in facto consuluit Florentiæ, ꝙ constitutioni prohibitoriæ nō potest renunciari. Ad hoc respondeo, quòd ipse ibi consuluit, quando constitutio prohibitoria emanauit ad fauorem Florentinorum, ne depauperentur ad modum forensium; quo casu non potest renunciari. Et ad sic consulendum allegat d. c. si diligenti. de foro competen. & sic loquitur in casu, quo illa emanauerat principaliter propter publicam vtilitatem, ꝙ non est in casu nostro, ergo sequitur, ꝙ contrarium tenet, si ad priuatam vtilitatem emanauit constitutio: qa fauori suo quilibet potest renunciare: maximè in casu nostro ęquo & fauorabili, vt inferius ostendam. Et plus ēt audeo dicere in casu nostro, ꝙ posito, non tñ concesso, ꝙ induceret formam hmōi statutum, adhuc dico, quòd posset ille, in cuius fauorem emanauit, renunciare. iste est casus valde elegans in c. fina. §. is autem. de offi. dele. in ver. dūmodo partes consentiant. vbi est casus, ꝙ vbicunq; emanat mandatum cum certa forma, & illud respicit fauorem priuatorum, ꝙ tunc possint priuati disponere illum actum circumscripta illa forma. Ita decidit ibi text. dicit enim, si cōcerneret fauorem publicum, ꝙ partium consensus nihil posset operari contra illam formā. ponderet. c. iudicans. quia partes non possunt disponere, qñ datur a lege certa forma, sed si actus prohibetur in pręiudicium alterius: quia poterit ille alter consentire in sui præiudicium. ¶ Et si quispiam allegaret, quod voluit Bart. in sua distinctione quam fecit ad. l. ius publicum. ff. de pac. & ad l. pe. C. eo. vbi voluit, ꝙ si ex causa, aliquid statuitur propter publicam vtilitatem & principaliter respiciat vtilitatem priuatam, quòd tunc nō potest renunciari, allegat l. de die. ff. de pact. dota. & l. quemadmodum. C. de agri. & censi. lib. 11. primo dico, ꝙ istud statutum ita disposuit ad vtilitatem priuatā principaliter, & ad merum fauorem priuatum, vt patet ex tex. in quantum dicit, ad eius præiudicium. Ecce nunc qualiter ad fauorem priuatum principaliter emanauit, & sic dictum Bart. est extra casum nostrū. Item doctrina Bart. non vr̄ vera, quam tollo è medio subtiliter & rectè: nam regula iuris antiqui est, ꝙ omnes leges dicentes, quem posse iuri pro se introducto renunciare, de quibus habetur in l. pacisci. & in l. pactum. ff. de pact. & in d. l. penult. dicuntur esse conditæ ex cā publicæ vtilitatis, vt apertè probatur in proemio institutio. in prin. & in l. j. in princ. C. de nou. Iustin. Codi. condi. cōpo. tamen quia leges illæ, scilicet l. penult. & l. pacisci. & similes respiciunt principaliter priuatam vtilitatem. ideo priuatorum pacto renunciari eis pōt, & in specie allego casum in l. j. ff. de fer. nā causa, quare introductæ fuerint illę ferię, fuit publica vtilitas, vt ibi dr̄: tñ qa principaliter respicit vtilitatē priuatā, pōt tali legi pacto priuatorum renūciari, & ibi est casus formalis, & in l. si feriatis. eo. ti. & soleo adducere illū tex. contra cōem doctrinā, tex. est sing. in c. dilecto. de pręben. vbi a gl. & doctoribus tradit doctrina, ꝙ vbi apponit clausula decreti, non pōt per partes renunciari: quia istud cō fūditur per tex. d. l. j. in ver. nullius momenti. vbi apponitur clausula decreti, & annullat ipso iure: & tñ consensus partiū conualidat actū, & potest renūciari, & soleo deijcere in profundum illā doctri. Bal. in d. c. j. qui succ. tene. & Ricar. & Cy. in d. l. conuenire. in quantum volūt, ꝙ vbi actus redditur nullus ipso iure, quòd propter consensum partium non potest actus conualidari: quia eorum pace salua dixerim, illud dictū ab initio seculi ruinam patitur ex d. l. j. & vt meis detur audacia verbis, dico istam meam doctrinam approbari per gl. valde sing. in auth. vt sine prohibi. matres debitrices vel cre. §. quia verò. vbi formaliter ita intelligit illam l. j. Facit etiam, ꝙ propter publicam vtilitatem est inuentum, vt mulieres pro alijs intercedentes non obligentur, vt l. j. & 2. ff. ad Velleia. quia reipu. interest, ne quis re sua malè vtatur. insti. de his qui sunt sui vel alie. iur. & in §. expedit enim. & in §. cogitatio. in auth. vt iudi. sine quoquo suffra. tñ quia principaliter respicit priuatam vtilitatem mulierū: qa earum fauore Velleianum est introductū, vt l. qui exceptionem. ff. de condi. indebi. ideo potest pacto priuatorum mutari, vt est casus in l. fi. §. pen. ff. ad Velleia. & est cōis opi. vt ibi, de quo in l. doli exce. §. diuersum. ff. de noua. & in l. sciendum. ff. de verb. ob. facit ad prędicta, quod habetur instit. de iust. & iure. §. fi. & l. j. §. ius publicū. ff. eo. vbi eo ipso, ꝙ ius principaliter respicit priuatā vtilitatem, ergo respicit publicam secundario, vt dr̄ in illis iuribus, & illud tūc propriè dr̄ ius priuatum. ergo potest mutari pacto priuatorum, per regulam: l. ius publicum. ff. de pact. a contrario sensu. nam in iure semper inspicitur illud, ad quod principaliter est inuentum. l. j. & l. quod dicimus. ff. de autho. tut. l. si quis nec causam. & l. rogasti. §. j. ff. si cer. pe. Facit etiam ius appellandi est introductum causa publicæ vtilitatis, vel ex eo, vt quis malè vtatur re sua, vt §. expedit. præalle. vel vt errores, & iniqua grauamina puniantur. l. j. in princ. ff. de appellatio. & istud fieri interest reipublicæ, vt l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. sed quia istud concernit principaliter vtilitatem priuatam, ideo pacto mutari potest, leg. j. §. fin. ff. a quibus appel. non licet. l. fin. ff. de tempo. appel. facit ad prædicta gloss. in l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pact. nam quatenus respicit priuatam vtilitatem, potest pacisci. & valet pactum, si separari potest a publica vtilitate, cum illud, quod secundario respiciat, non consideretur: vt l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. & l. 4. §. si dicatur. ff. fini. regun. facit l. 2. C. vt in pos. leg. & l. vel negare. ff. quemadmo. testa. ape. & in l. Gallus. §. quid si is. ff. de libe. & post. vbi Bald. dicit melius probari quam alibi, quòd voluntates defunctorum seruari est fauor publicus, & adde. l. de die. ff. de pact. dota. quam Bar. allegat pro suo dicto: sed ego respondeo, ꝙ pactum ibi nō ideo reprobatur: qa respiat publicam vel priuatam vtilitatem: sed ex eo: qa ex illo pacto resultaret quędam donatio, quę est reprobata inter vir. & vxo. secundùm ea, quæ habentur in l. & si liberis. §. fi. ff. de pac. dota. vel posset responderi, ꝙ in d. l. de die. concurrit publica & priuata vtilitas ęquè principaliter. text. enim simpliter dicit, reipublicæ interest mulieres saluas suas dotes habere. ita dicit l. 2. ff. de iure do. intellige ergo in potiori significato. s. quòd intersit ęquè principaliter & nō secūdariò, prout sentit Bar. & etiam istud probat tex. formaliter in l. j. ff. sol. ma. vbi publicè interest dotatas esse fęminas ad replendā liberis ciuitatē. & istud decidit tex. l. 2. C. de priui. fis. vbi probatur, quòd fiscus & dos paribus passibus ambulant.

ambulant.ergo vtrunq; spectat ad publicam vtilitatem principaliter,istud decidit idem Bar.in d.l.1.ff. solu.matri.in 4.oppo. & etiam glo.d.§.quia vero.in Auth.vt matres debi.vel credi.et gl.in l.pe.C.de pac. simpliciter enim dicunt,quòd in d.l.de die. est communis vtilitas reipubli.& mulieris. ideo tale ius pacto tolli nõ potest.ideo debet intelligi,ꝙ æquè principaliter.l.de precio. ff.de publi. Si ergo publica & priuata vtilitas in eodem subiecto concurrunt,prout est ibi,si attenditur priuata,valet pactum:si attenditur publica,non valet:sed iura dicũt, quòd publica debet attendi:vt l.fi.in fi.C.de cadu.tol.& authẽtica,res quæ. C.communia de lega.& hoc sentit ipsemet Bartolus in 4.oppo.in d.l.1.ff.solu.ma. ¶Praeterea,quòd in d.l.de die.non respiciatur principaliter ius priuatum,demonstro hoc modo. Velleianũ respicit priuatam vtilitatem,& est factum causa reipublicæ,vt est dictum superius † & tamen potest tol-
2 li.d.l.de die.cum esset tunc eadem ratio; & tamẽ dicitur ibi contrarium.ergo necessarium est dicere, ꝙ ibi non respicit priuatam vtilitatem principaliter, alias deberet esse idem ius in vtroq; , vel posset dari intellectus ad illã.l.de die. quòd vtilitas publica ibi non potest separari a priuata,& istud sentit Barto.in d.l.de die.vt l.pe.C.de pac.Item Bar.allegat pro sua doctrina.l.2.& l.quemadmodum. C.de agri.& cẽsi. lib.11.ad quas ego dico, quòd respiciunt publicam vtilitatem principaliter, vt agricultura non deserat, & fiat copia frugum, & hic est finis illarũ. ergo &c. quæ principaliter.& istud vult gl.in ver. vendi.circa finem in ver.Item oppo.in d.l.quemadmodum. & facit gl.ordi.insti.de iusti.& iure.§.fi.super versi.iure priuato.vbi dicit, quòd omnes fere tres libri. C.tractant de iure publico authoritate & vtilitate sicut in titu.ff.& C.de iure fisci.cum simili. in quibus clarum est,ꝙ pactum priuatorum non tenet, vt d.l.ius publicum. non ergo ibi respicit priuatam vtilitatẽ, & ꝙ istud sit verum,apparet:quia sufficit dare instãtiam;vt in c.sicut vrgeri. 1.q.1.sed possibile est, & instantia datur, ꝙ illud statutum non respicit priuatã vtilitatem,ergo &c.præcedens tamen solutio est verissima.Et sic apparet ad oculum,ꝙ vbicunque tendit ad priuatam vtilitatem principaliter, & secũdariò ad publicam vtilitatem potest pacto priuatorũ renunciari.ergo videtur aperto iure dicẽdum, ꝙ cũ istud statutum tendat principaliter ad commodum hæredum, potuerunt hæredes renunciare tali fauori.Et adduco in indiuiduo text.apponentem finem huic dubitationi.dicitur hic,non valeat,nec teneat, nec præiudicet alicui, quatenus disponit contra huiusmodi statutum : quia illa verba, non valeant ad præiudicium &c.ita annullant actum, quatenus velit hæres institutus ab eo : vnde text.ad propositum solennis in c.ꝙ sicut.de elect.dicit, ꝙ si celebrata est electio aliquo ex canonicis contempto, electio non est nulla:sed annullatur ad instantiam illius non vocati,sed contemptio, vt apparet in vers.ꝙ si eos non vocatos fuisse, sed contemptos infirmanda erat penitus electio celebrata. Modò ita est formaliter in casu nostro: quia istud statutum non annullat ipso facto dictam testantis dispositionem: sed per sententiam;quia dicit,non valeat,quo casu venit annullãda:vt voluit glo.in d.l.in criminali.Si ergo illi hæredes consenserũt,sequitur,quòd remãsit illa dispositio testantis valida.Et ad hoc facit, quod voluit do. Fran.de Rampo.in repetitio.l.filio præterito. ff.de iniusto testa.vbi dixit, tenendo, ꝙ testamentum factum non præstita cautione secundùm forma.c.q̃q̃. de vsur.lib.6.non reconualescit per cautionem iam mortuo vsurario præstitam per eius hæredem, & respondet ad motiuum Io. And.dum arguit de c.qa propter.& d.c.ꝙ sicut.quia respondet,ꝙ electio non est ipso iure nulla:sed quatenus contemptus pro sequitur suum contemptum,sed,si approbat electionem,vel non contradicit, tunc electio remanet valida:quia non erat ipso iure nulla.Ita est pro certo in casu nostro,quòd licet testator apposuerit suam cõditionem,quòd nõ est ipso iure nulla: sed venit annullanda,quatenus hæres contradicat,& si non cõtradicit,remanet dispositio firma:sed in casu nostro approbauerunt hęredes illam dispositionem testantis,& promiserunt eandem dispositionem executioni mandare, maximè quatenus concernit commodum vxoris dicti testantis. ergo sequitur,ꝙ illud,q̃d semel approbauerunt, & promiserunt exequi non possunt contradicere:quia euolat emissum semel irreuocabile verbum.l.sicut. C.de actio.& oblig.cum simi.Facit glossa secundùm Ray.de For.sing. & vnica in l.his conseq.§.sed cum monumẽtum. ff.fami. erc.quæ dicit,ꝙ inter testatorem & hæredem oritur quidam quasi cõtractus,vt hæres adimpleat disposita per testatorem, & voluit Baldus in rubr.C.res inter alios acta.vbi illam glo.allegat. ¶Et si quispiam opponat,ꝙ non potest in testamento inmisceri contractus:quia vno eodemque contextu debet fieri testamentum,& nihil aliud commisceri. vt probatur in l.hæredes palam.§.fi.ff.de testa.l.cum antiquitas. C.eodem.ego respondeo, ꝙ tamen vbicunque celebratur contractus mixtus testamento, super eo, q̃d ad ipsum testamentum pertinet, semper cõtractus fieri potest in ipso testamento. ita bellissimè voluit Lap.de Casteliono in suis allegationibus. nu.92.vt est contractus super datione tutelæ,hoc decidit tex. elegans in l.vxoris.§.qui se.ff.de fal.ibi dum dicit:qa videtur consensisse voluntati testantis &c.& etiam probatur in l.ex sententia. ff.de testa. tutel.in versic. quia promisisset.& ita intelligatur glos.in l.hæredes palam.§.fi.prealle.& facit l.assignare.ff.de assignat. lib.& quod voluit Ludo.Ro.in l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.obl.in princi.nec potest allegari accomodatius, ad hoc, quam allegatio Lapi. præfata,quam adducit in medium Ludo.Roma.in d.l.stipulatio.& facit tex.valde singu.in l.tam is.ff.de dona.causa mor.& quod voluit Ang.in d.l.cum antiquitas.Bar.& alij in d.l.hæredes palam. §.fi. Modo in proposito nostro cum iste contractus,siue ista ꝓmissio facta in ipso testamento per illos hęredes spectat & pertinet ad ipsum testamentum; quia tendit ad executionem ipsius testamenti, & etiam tacitè erat orta quędam obligatio;vt hęres adimpleret voluntatem testamẽti;vt voluit gl.in d.§.sed cum monumentum.ergo sequitur, ꝙ cessat omnis obiectio, quæ opponi posset contra talem promissionem: cũ non fuerit extranea ipsi testamento : sed conformis & consentanea:debuerunt ergo hæredes pręfati adimplere illud,ad quod se obligarunt ipsi testatori viuo:cum tacitè videantur se obligasse adeundo hęreditatem testantis.Stat ergo veritas, ꝙ cum illa dispositio testantis, posito ꝙ veniret annullanda in fauorem ipsorum hæredum:tamen consentiendo illi dispositioni videntur eam fecisse inexpugnabilem; qa nõ poterat annullari nisi per eos,cum ad eorum fauorem ita disposuerit statutum, sequitur, ꝙ huiusmodi dispositio testantis non potuit infringi ad eisdem.potuerunt ergo per pactum renunciare in futurum iuri eis competenti, vt probatur. d.l.1. C.de pac.& iudicio vniuscuiusq; rectè & iustè sentientis, ista est via ad priuandum ipsos hæredes dicta hæreditate:quia potuerunt renunciare constitutioni ꝓhibitoriæ,vt voluerũt iura & doc.adducti superius. ¶Et si opponitur,ꝙ nemo potest facere, ꝙ leges nõ habeant locum in testamento; vt d.l.nemo potest; respondeo

respondeo aut dispositio testantis est turpis & inhonesta, & non potest, vt l.1.C.de his quæ pœnæ nomine. aut est honesta & non turpis, sed est cōtra publicam vtilitatem, vt ꝙ per pactum prorogetur instantia, alias iurisdictio, & non potest, vt c.si diligenti. de foro compe. & l. properandum. §. si quidem. C. de iudi. Et etiam dixit Bart. in l. Seius & Augerius. ff. ad leg. falc. quòd licet dispositio non sit turpis, si apponatur pœna, tamen non valet appositio pœnæ. & ideo dicebat Baldus in l.1. C. de his quæ pœnę no. ꝙ si legatur monaco adiecta pœna ademptionis, si Abbas eum molestat, non valet pœna, sed relictum remanet firmum monaco, cui legari potest gratia alimentorum, ita videretur dicendum in proposito nostro: quia ꝑ certo ista sunt verba ad Ephesios, ex eo, quia ista dispositio testantis ita non valet, si hæres contradicat: quia ad suum commodum emanauit, & sic consensit. ergo sequitur, quòd sibi præiudicauit. & istud statutum recipit illam interpretatione declaratiuam a iure cōmuni: vt possit pacto renūciari, ex quo tendit ad vtilitatem priuatā principaliter, vt est dictum, quo casu constitutioni prohibitoriæ renunciatur pacto priuatorum, vt est dictum. & illud de monaco facit pro nobis ex eo: quia est iniquum, vt propter inobedientiam vnius alter puniatur: quia pœna suum debet detinere authorem, vt l. sancimus. C. de pœnis. 1. q. 4. §. item peccato. & facit tex. valde singu. in l. paterfamilias testamento. ff. de hære. insti. vbi pęna apposita obedienti propter inobedientiam alterius non valet, nec pęna, nec adēptio. facit, quod voluit Bal. in d. l. 1. nec facit illa allegatio ad propositum nostrum: quia hic non ponitᷣ ademptio relicti propter inobedientiā alterius, nec loquitur Bal. eo casu, quo abbas ipsi testanti promisit, quòd monacus teneret illud legatum, vt est casus noster. nec etiam procedit contra hanc consultationem exemplum de monaco qui formaliter prohibetur habere legatum ad sui commodum, vt in c. cum ad monasterium. nisi conniuentibus oculis abbatis: vt per Bar. in authen. excipitur. C. de bo. quæ lib. sed vxor ista est naturaliter & effectualiter capax relictorum factorum a marito: sed statutum disponit, ꝙ non valeat in præiudicium hæredis, sed hæredes consenserunt, ergo remanet vxor habilis, vt erat prius, & res redit ad suam naturam. ergo valet relictum factum vxori, & valet appositio pœnæ, ex quo hæredes consenserunt; vt superius demonstraui. Et pro certo ista videtur mihi veritas, & procedunt ista posito, non tamen concesso, ꝙ legatum vsusfructus factum vxori non tenuisset ex dispositione dicti statuti. ergo hæredes inciderunt in pœnam. Ex istis infertur, quòd contrafactio hæredum est liquida, ergo inciderunt in pœnam. ¶ Et si dicatur, quòd illud verbum, molestia. capitur in malam partem, & quādo fit malo & iniquo animo: vt voluit glo. in l. si seruum. §. si prætor. in ver. qui non malo. ff. de acquir. hæredi. quam allegauit Bal. in l. 1. C. de his quæ pœ. no. & gloss. valde singu. in c. pro illorum. de præben. quæ dicit, quòd si Papa in suis literis dicit, amoto quolibet contradictore, intelligitur de facto, & non de iure. & quod voluit Bal. in l. 1. C. de vsufru. & Io. de Imo. in l. paterfamilias testamento. ff. de hæredi. instituen. & quod habetur in c. in nostra. de rescrip. & in c. constitutus. de fideius. & in c. significante. de pignori. & quod ibi voluit domi. Pet. de Anchara. & Io. de Imo. & tex. in clemen. fi. in ver. molestiam inferant. de priuileg. Et ideo dixit Compostel. in c. causam quæ. de rescrip. quòd si Papa confert alicui beneficium, & apponit clausulam nō obstante, quòd alij contulerimus, intelligitur de facto, non autem de iure. Et quod bellissime voluit do. Pet. de Ancha. in suis consilijs, consi. 83. ꝙ si princeps committit alicui, quòd eum defendet de facto, restringitur & intelligitur, si offendatur de facto & contra ius, secus si offendatur de iure, & facit illud, quod voluit Ludo. Roma. in suis singularibus. nu. 89. quando testator legat alicui domum, & dicit, ei molestiā fieri veto. & facit. c. audita. de resti. spo. in ver. indebitè molestarent. & ibi dixit Baldus, etiam si extra iudicium. Respondeo, quòd omnia tolluntur; quia ista molestia est iniusta, calumniosa, & malo animo facta: quia venerunt contra promissionem suam & contra fidem datam testatori viuo, & non seruant mortuo illud, quod seruare eidem viuo promiserunt, & potuerūt renunciare illi suo statuto, vt est dictum. & sic non obstant dicta contraria: vnde molestia facta per eos illi vxori est liquida & clara. Quinimo plus dixerūt Domini de Rota cōclusione 392. quos refert Abb. in c. 2. de resti. spo. quòd qui promittit non molestare, intelligitur de iure & de facto, & sic videtur illa conclusio decidere casum nostrum in indiuiduo: quia posito, non tamen concesso, quòd ita sit, quòd ex iusta causa, potuerint molestare eundem in vsufructu relicto, & in alijs contentis in testamento, ꝙ intelliguntur illa verba, siue de iure, siue de facto nō possunt molestare; maximè: quia sumus in contractu: quia illi hæredes promiserunt. vnde obligatio hominis multoplus operatᷣ quàm dispositio legis: quia mitius agitur cum lege, quàm agatur cum homine. vt l. Celsus. ff. de arbi. quinimo plus dixit Bal. in l. 1. C. de nundi. per verbum molestia appositum ibi, ꝙ etiam illi, cui promittitur nō dari molestia, ꝙ non poterit capi pro represalijs: & tamen ex iusta cā capitᷣ quis, quādo capitur pro represalijs, & sic plus operatur dispositio hominis quàm legis. ideo Ang. in l. nō solùm. ff. de re. vendi. dixit, si statuto cauetur, quòd victus victori condemnetur in expensis, ꝙ si victus habuit iustam causam litigādi de iure communi, non punitur expensis: vt l. properandum. §. si quidem. C. de iudi. tamen statutum operatur, quòd ēt si habuit iustam causam litigandi, punietur in expēsis, allegat gloss. ibi. & idem voluit in auth. de exhib. reis. Ang. in prin. alias in §. 1. vbi etiam est glo. quam ibi idem reputat sing. ideo in proposito non est admiratione dignum, si punietur, etiam si iustam causam habuerit molestandi; quòd tamen non est verum, immo iniustam habuit molestandi causam; cū dicti hæredes promiserint non molestare dictā vxorem, & multo fortius cum testator apposuerit verba pręgnantia: quia dixit, quouis modo, vel quocunque: quia talia verba copulant maiora expressis, vt dixit glo. in cle. 1. de re iudi. & in cle. ne Romani. de elect. etiam si ex causa non considerata a iure. vt voluit glo. quæ reputatur singu. in l. cum pœna. ff. de arbi. & ideo tollitur illud, quod opponitur, ꝙ iure mediante molestat. immo enim contra omnem iuris dispositionem molestauit, vt superius dixi: quia venerunt contra promissionem per eos factam. ¶ Et si dicatur, ꝙ opi. docto. excusat iuxta notata in l. fin. C. de pœna iudi. & in capi. capellanus. de fer. & quod voluit Inn. in c. per tuas. de simo. & Bal. in l. ab eo. C. quomodo & quando iudex. & do. Abb. in c. cum dilectus. de consue. & quòd habetur in l. cum prolatis. ff. de re iudi. ideo dicimus, quòd colorata causa excusat quem a pęna: vt l. igitur. §. potest. ff. de lib. cau. & l. 1. ff. de abige. l. plagij. C. de plag. nam bona fides causatur etiam ex iniustis & temerarijs causis, gl. & Bald. in l. fi. C. vbi cau. sta. & colorata causa excusat quem a contumacia: vt est glo. elegans in l. ex consensu. §. fi. ff. de appel. ideo videtur dicendum, quòd isti hæredes excusantur a pœna inflicta ab ipso testāte. Pro certo ista nullo modo obstant: nam super

isto

isto passu non est ꝯtrarietas doctorum: vt dicamus, ꝙ opi.excuset: vt d.c.capellanus. de fer.hic nullum colorem habuerunt molestandi illam dominam: quia ore proprio promiserunt testatori exequi suā voluntatem & obseruare relicta illi dominæ, & ipsi potuerunt renuntiare constitutioni prohibitiuæ, vt consuluerunt Bal.Ludo.Roma.& Pau.de Cast.quā ergo coloratam causam habuerunt malignandi cō tra illam dominam?pro certo nullam. & sic inciderunt in pœnam testamenti: in casu enim isto nō est aliqua dubitatio inter doctores: quia quilibet potest renūciare fauori pro se introducto, vt est dictū. Item quia istud statutum emanauit propter vtilitatem priuatam:nec tollit facultatem marito. ¶ Et si dicatur,quòd immo tollit facultatē marito, & resistit potestati relinquendi vltra centum libras,vt apparet ex verbis ipsius statuti in princi.dum dicit, & vltra quoquo alio relicti titu.relinquere non possit. Ecce qualiter priuat virum facultate relinquendi vltra & resistit.ergo sequitur, quòd non potuit aliquo modo relinquere vltra centum libras,& per cōsequens nō potuit ille hæres approbare illud,quod non potuit maritus facere:nam omnes actus humani originantur ex duplici principio voluntatiuo.(.& potestatiuo: vt c.super abb.de offi.dele.sed hic non erat potestas relinquendi vltra cētū libras. ergo &c. Ad hoc facile datur responsum: nā in dicto statuto ad fin.dicitur,quòd si aliqua cōminatio, vel dispositio apponeretur,quæ obuiet dispositioni huius statuti,vel præiudicet alicui,non valeat,nec teneat. Ecce qualiter declarat statutum illud verbū, non possit, & illud ideo est: quia cum ad præiudicium alterius emanauit dispositio testantis,ideo statutum apposuit illud verbū,non valeat,vt ostēderet,ꝙ ita demum non possit maritus ita legare suæ vxori, si hæres,de cuius præiudicio agitur, velit rescindere talē dispositionem: sed eo casu,quo contentus est, & cōsentit tali dispositioni,erit secus. & ideo illud verbū non possit, restringitur,nisi hæres,de cuius præiudicio agitur consentiat: quia ad quid statutum istud decerer,non valeat: nam si denegauit potētiam relinquēdi ipsi marito,ad quid fuit opus dicere, quòd non valeat talis dispositio in præiudicium hæredis: quia si non potest, ergo actus factus est ipso iure nullus: vt l.stipulatio ista.§.alteri.ff.de verbo.obli.vnde huiusmodi statutum non stetit in finibus illius potentiæ denegare: sed alterauit naturam eius,& reposuit in potestate eius, de cuius præiudicio ageretur. ¶ Et si dicatur,quòd si sic esset,sequeretur, ꝙ statuētes se incontinenti correxerint, quòd non præsumitur. vt l.non ad ea.ff.de condi.& demon. & iuxta illud Terentianum.hny tam cito. Ad hoc respōdeo, ꝙ statutum se non corrigit,nec facit contrariam dispositionem quò ad maritum disponentem. sed iō ita disposuit postea,vt cum huiusmodi statutū emanauerit ad commodum eius,cui relinquitur,voluit statuēs,quòd talis prohibitio eatenus teneret, quatenus ille,de cuius præiudicio ageretur,consentiret: quia tunc valeret dispositio testantis facta aliter, ꝗ statutum disposuit,& sic statutum istud se non correxit, sed dumtaxat limitauit & declarauit illam rigorosam suam dispositionem. & istud est faciendū, vt statutum istud reducatur ad terminos iuris communis: vt l.1.C.de nox.c.cum dilectus. de consue.c. dilecto.& c.ex parte.de verbo.signifi.l.fi.§.in computatione.C.de iure delibe.per gl.Et licet correctio iuris non debeat induci per verba impropria, est glos. quæ reputatur singu.in c.cupientes.§.quòd si per viginti. de elec.lib.6.tamen etiam per sensum subauditum,& improprium debet excludi,singu. est gl.in authen.ex testamento. C.de coll. Sed allego casum in ca. causam quæ. de rescrip.& licet loquatur de rescripto, allego tex. in cap. cum dilectus. de consue.& licet loquatur in consuetudine,allego text.in l.si serui vestri. C.de noxa. quæ iura sunt meliora de corpore iuris ad hoc. Et ideo non est admiratione dignum, si huiusmodi statutum disponens contra regulas iuris communis restringatur: vt quàm minus lædat ius commune. & per consequens stat veritas,quòd consentiente eo de cuius præiudicio agitur,non sublata sit potestas marito relinquendi vxori suæ.Facit simile,quod voluit glo.in l.1.C.de vsur. quæ dicit, quòd licet testator non possit remittere cautionem vsufructuario de vtendo arbitrio boni viri:tamen hæres potest, quia cum agitur de præiudicio suo potest suo fauori renunciari, & per consequens valuit huiusmodo legatum factum vxori,nec potest esse aliqua dubitatio circa hoc,& sic interuenit præiudicium circa voluntatem & potestatem, & sic actus actiuorum fuerunt in patiente bene disposito,vt voluit philosophus in secundo de anima, & inciderunt in pœnam priuationis ipso iure, quia propter huiusmodi verba apposita in dicto testamēto eam molestando,est locus substitutioni dicti consortij,nec habuerunt aliquam iustam causam molestandi, nec de facto potuerunt eam molestare, vt voluerunt Domini de Rota,& do.Abb.in loco allegato superius.¶ Venio nūc ad codicillos, in quibus dicitur, quòd dicti sui hæredes non possint, nec valeant locare sine expressa licentia,& consensu dictæ suæ vxoris &c.Modò hæredes prædicti locarunt dictas terras sine expressa licentia & cōsensu dictæ vxoris,erit ne locus substitutioni factæ de dicto consortio?Et circa hoc mihi videtur,quod nulla dubitatio digna sit,quia locus est substitutioni. Ista conclusio sumitur ex præcedenti dubio, quia ex quo dicti hæredes consenserunt dispositioni ipsius testantis, eodem modo videntur consensisse dispositioni istorū codicillorum.sed posito,non tamen concesso,ꝙ dicti hæredes non consenserint tali dispositioni, videtne prohibitus testator ex dispositione statuti apponere illā conditionem?Pro certo mihi videtur de iure ꝙ non,est enim aduertendum, vt dicunt domini aduocati, ad proœmium statuti; quia ex eo colligitꝰ mens statuentis, & nullum bene allegarunt circa hoc.Facit tex.in l.j.C.de impo.lucr.descrip.lib.x.vbi dicitur,a primordio tituli posterior formatur euentus.glo.elegans,& ibi Ange.in l.1. ff.de iudi.Bar.in l. eum quid. ff.si certū peta.& in l.demonstratio.ff.de condi.& demon. nō tamē in statuto mihi transmisso apponitur præfatio. sed dico, ꝙ sola mens statuti est intendere,ꝙ maritus nō relinquat vxori,nisi cētum libras & alimenta. istud colligitur expressè ex principio dicti statuti,ideo valebit illa regula, quòd causa proœmialis dicitur esse causa finalis legis, aut constitutionis.istud probatur in c.secūdò. requiris. de app.hoc ibi colligit Bal.quòd causa finalis legis colligitur ex suo proœmio.c.ex multa. de voto.& ibi hoc voluit do.Abb.idem voluit Bar.in 1.l.ff.ad macedo.hoc decidit ibi tex.& tex. melior de iure in l.fi. ff.de hære.insti.Bald.ibi & Bar.probatur.in l.regula. §.licet.ver.initium constitutionis demonstrat. ff.de iuris & fac.igno.quem tex.ad hoc allegat do.Ant.in cle.1.de elec.voluit Bald.in l.vt liberis.C.de coll.Pet. de Ancha.post Bald.in l.1.ff.de orig.iur. ¶ Ponderet accuratè do.iudicans:quia cum in proœmio sit causa finalis,& omnis agens agat, propter finē, & finis sit,qui mouet agētem: vt probatur in l.eam quam. C.de fideicommiss.& in l.nec apud.C.de hære.insti. ergo causa finalis statuti fuit, quod mulier non haberet vltra alimenta & cētum libras, & est ista pura veritas. Cum ergo dicitur in fi.dicti statuti, quòd si aliqua

aliqua comminatio, vel dispositio alicuius priuationis &c. apponeret, quæ deroget dispositioni huius statuti, vel præiudicet alicui, quominus statutum suum sortiatur effectum, non valeat, nec præiudicet alicui, quatenus disponat fieri contra dispositionē prędictam. Ita dicit formaliter istud statutum. Et sic aperto ore vult, ꝙ omnis dispositio facta per testatorem, quatenus obuiet dispositioni ipsius statuti, quę fuit, vt vxor non habeat aliquid vltra dotem & alimenta, non teneat, videatur nec per viam obliquam, vel indirectam disponere contra huiusmodi statutum: vt in simili dixit Bald. in l. non dubium. de legi. de statuto disponente, quòd Magnas non possit emere bona immobilia in ciuitate, & in fraudem statuti facit famulum emere, & ipse in vero soluit pecuniam, & facit concipi instrumentū in persona sui famuli, vt non valeat talis emptio. Simile facit prælatus, qui de pecunia ecclesiæ emit fundum, & facit concipi instrumentum in persona sui coniuncti, vt non valeat talis emptio in fraudem iuris. Inno. in c. cum in offi. de testa. & Bal. in l. quāuis. C. si quis alteri vel sibi, & per scribentes in c. 1. de pecu. cle. facit, quod voluit Bal. d. l. non dubium. vbi connumerat multa ad casum nostrum pulchra, q̄ retulit do. Petr. de Ancha. in repetitione. c. canonū statuta. de consti. & facit, quod voluit Bar. in l. Seius & Augerius. ff. ad legem Fal. cuius verba referunt & sequuntur moderni in c. si diligenti. de foro compe. & quod voluit Bald. in d. l. 1. & in l. fraus. ff. de legi. sed dispositio facta per ipsum testantem in codicillis non priuat ipsos hæredes ad commodum & lucrum. d. suæ vxoris: quia hæreditas applicatur consortio. ergo sequitur, quòd talis conditio apposita p ipsum testatorem valuit & tenuit; quia cum huiusmodi dispositio sit contra ius commune, & debeat intelligi in casu proprio. l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. gest. & l. 1. §. si is qui nauē. ff. de exercito. c. susceptū. de rescrip. libr. 6. c. in nostra. de iniur. cum simi. ergo sequitur illud, quod non dicit statutum, non dicemus nos: vt l. si seruum. ver. nō dixit prætor. ff. de acquir. hære. ideo remanebimus in dispositione iuris communis. l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. l. si cū dotem. in princip. ff. solu. mat. cum simil. Modò illa verba, quòd non possit locare sine consensu dictæ vxoris non sunt apta nata disponere contra dispositum statuto: quia statutum voluit, quòd testator nō possit per aliquam pœnam, aut per aliquem alium modum facere, quòd vxor haberet vltra centum libras & alimenta: sed huiusmodi dispositio non tendit ad hoc, ergo sequitur, quòd potuit disponere testator illo modo: & apponere pœnam priuationis ab hęreditate deuoluenda in piam causam: quia cū non applicet testator illam hæreditatem personæ coniunctæ ipsi vxori, de qua esset suspicio verisimilis, quòd ab ea consequeretur dictam hæreditatem vxor testantis, ar. l. hæres meus. §. fina. ff. de condit. & demon. & quod ibi voluit Bart. & idem Bart. in l. Titia. ff. de verborū obliga. & no. in c. Gemma. de despon. Bar. in l. si is qui duos. ff. de lib. lega. & in l. si gener. ff. de his qui. vt indig. Bal. in l. eam quam. C. de fideicō. & in l. hac edictali. §. omni circūscriptione. C. de secun. nup. & quod not. Moder. in c. Petrus diaconus. de homicid. & in l. data. C. de dona. & in l. Lucius. §. testamento. ff. de leg. 1. & ideo limitata causa limitatum parit effectum. l. age cū Geminiano. C. de trāf. l. in agris. ff. de acqui. re. do. Cum ergo istud statutum limitauerit suam dispositionem, quando testator p viam indirectam veniret contra illud, quod statuit relinquendo vxori. l. vltra centum & alimenta: & vltra ista priuatio ab hæreditate n[illegible] [illegible]dit ad commodum vxoris, sequitur, quòd potuit t[illegible]stator talem dispositionem facere. & sic tota intentio statuti fuit tendere ad hoc, ne per directam, vel indirectam viā vxorem contingeret consequi hæreditatem mariti iuxta illud Boetij in 3. lib. omnis mortaliū cura quā multiplicium studiorum labor exercet, diuerso quidem calle procedit: sed ad vnum finē beatitudinis nititur peruenire. & in primo Eneidos dicit. Per varios casus, per tot discrimina rerum tendimus in Latium. & facit, quod volunt scribentes in c. cum quid vna via. de regu. iuris. lib. 6. vbi dicunt, quòd quoties lex considerat effectum, & illum prohibet, videtur tollere omnem modum, per quem deuenitur ad effectum illum. c. putat quidam. & c. plerique. 14. q. 3. & ibi glo. valde sing. loquitur. & habetur in l. oratio. de sponsa. Cum ergo hmōi hæreditas sit deuoluta consortio tot hominum, cessat omnis suspitio fraudis, quòd huiusmodi hæreditas sit peruentura ad ipsam vxorem. Et sic omnis dispositio statuti contraria. vnde posito, non tamen concesso, quòd illi hæredes non promisissent testatori, quòd d. vxor consequeretur executionem eius, quod testator eidem reliquit, nihilominus potuit testator apponere illam conditionem, ꝙ non locarent sine consensu & licētia illius dominæ: potuit enim testator apponere illam conditionem, cum non sit turpis, nec propter hoc erat impedita potestas hæredis in alienādo, vel locando bona dictæ hæreditatis: quia si dicta domina consentiebat, poterat alienare, vel locare, si vero non consentiebat, nec habebat iustam causam contradicendi; tunc videbatur consensisse, & pro cōsentiente habita, vel poterat adiri superior, qui deberet illam compellere ad consentiendum, vt ipse superior consentiret illi locationi, vel alienationi p id, quod habet in l. nullus. de iure patro. & ibi dixit do. Abb. illum tex. fore no. quòd vbi desideratur cōsensus vnius ad fauorem alterius, si nō vult consentire sine causa legitima, potest haberi recursus ad superiorem, vt ipse det licentiam & consensum, vel ꝙ compellat illum tale ad ꝯsentiendū, quod inducit ad statutum vigens in multis ciuitatibus: vt nullus contrahat matrimonium cum minori 25. annis sine consensu duorum agnatorum ipsius puellæ, ꝙ si agnati requisiti denegant præstare consensum, potest adiri potestas loci, vt ipse det licentiam causa cognita, vel compellat agnatos ad consentiendum, & ita refert se alias in contingentia facti consuluisse. & dicit, ꝙ fuit de mente Bar. in d. l. si cum dotem. §. si post solu. ff. solu. ma. & in l. fi. §. necessitate. C. de bo. quæ libe. ad quod dicit optimè facere illum text. facit, quod in simili voluit Bald. in l. furiosi. C. de nup. Et ideo non impediebantur isti hæredes, si volebant locare: quia mulier ista non poterat illam impedire non dando licentiam. Et est ponderandū circa hoc, quòd licentia vbicunq; est præstāda in aliquo actu, debet præcedere ipsum actum. vnde non sufficit, ꝙ sequatur ipsum actum, vt voluit Bar. in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. hære. scribentes in c. cum consuetudinis. de consue. habetur in auth. licētia. C. de episco. & cle. & in c. cum venerabilis. de cō sue. in ver. licentia nec petita, nec obtenta. & debet interponi licentia verbis expressis: sicut dicimus de authoritate, quæ debet interponi verbis expressis:
3 †vt protulit tex. elegans in l. 1. §. mutus. ff. de tutel. Et facit, quod voluit Io. And. in c. si abbatem. de elect. lib. 6. in nouella. vbi dixit, ꝙ licentia debet interponi verbis expressis. allegat illud dictum pro sing. Ludo. Roma. in l. 2. ff. solu. ma. sequitur Lap. in suis allegationibus, allegatione 86. voluit Bal. in l. obseruare. §. fin. ff. de offi. proconsu. vbi allegat Io. Andr. in d. c. si abbatem. Et sic posito, quòd ex postfacto illa domina consensisset illis hæredibus locationi p eos factę; nihilominus

nihilominus non videret satisfactū dictę dispositioni testantis: nec etiam si tacitè, puta quia sciuisset & non contradixisset. & per consequens ex hoc capite illi hæredes sunt priuati ipso iure hæreditate & bonis prædicti defuncti, & locus est substitutioni illius consortij.¶ Et si quispiam opponat, ꝙ si nō fiat ꝯ dispositionem statuti præfati per hmōi conditionem appositam in codicillis, ligauit ne ipsos hæredes tale præceptum? Pro certo vr̄ dicendum ꝙ non: quia testator non allegauit causam legitimam sui præ-
4 cepti† debuit enim illud iustificare: quia non est parendum inepto præcepto testantis: vt no. in l. filiusfami. §. diui. ff. de lega. 1. sicut dicimus, ꝙ quis nō debet parere inepto præcepto iudicis: vt per Ray. Bal. & alios in d. l. filiusfa. §. diui. per eundem Bal. in l. ius alimentorum. ff. vbi pu. educa. deb. & in l. interlocutorio. post Ia. Bu. C. comi. epistolas. & in l. 1. in fi. prin. ff. si quis ius di. non obtem. & Specu. in tit. de contuma. §. fin. ver. sed bone iudex. & in titu. de sen. §. 2. ver sicu. sed nunquid iudex. & ibi per Ioan. Andr. in addi. & quod habetur in c. Roma. §. caueant. de sentē. excom. lib. 6. Cum igitur in casu nostro hmōi præceptū fuerit ineptum: quia nulla fuit assignata causa, quare prohibebat alienationem &c. Ad hoc rn̄deo, ꝙ testator nō ꝓhibuit alienationē, vel locationem simpliciter: sed dūtaxat disposuit, ꝙ sui hæredes non possent alienare, vel locare, vel pignori obligare bona sua sine expressa licentia, & consensu dictæ suæ vxoris, & sic illa verba sapiunt arbitriū boni viri. vnde nō ꝓhibuit alienationē: sed voluit, ꝙ alienatio fieret cū expressa licētia suę vxoris & sic sumus extra casum. d. l. filiusfa. §. diui. quia nō ꝓhibuit alienationem & locationem: sed voluit, ꝙ fieret cum licētia illius dominæ: quæ verba sapiunt illam intelligentiam, ꝙ debeat consentire, vel dare licentiam, & si sine iusta causa non consentiat: tunc superior vel faciet illam consentire, vel ipse supplebit consensum. Et iō non obstat, cum opponebatur de inepto præcepto.¶ Nec obstat, si dicatur, ꝙ hereditas nō adimitur in codicillis: nec datur in codicillis: quia istud ꝓcedit iure directo, sed per fideicōmissum potest hereditas dari. nam substitutio directa facta in codicillis
5 trahit̄ ad fideicōmissum: † vt probat tex. in l. Sceuola. ff. ad treb. & sic vbi substitutio non dēt valere iure directo, trahitur ad fideicommissum: & sic licet iure directo non possint desinere esse hæredes, tenentur tn̄ iure fideicommissi: vt not. in l. verbis ciuilibus. & l. centurio. ff. de vul. & pup. l. paterfamilias. l. hæreditas ex die. ff. de hæredi. institue. ¶ Preterea ponderet dn̄s iudicans. posito, non tn̄ concesso, ꝙ non potuerit relinquere testator illa, quæ reliqt in dicto testō dictæ suæ vxori, & in codicillis apposuit illā ꝯdōnē, ꝙ non possint hr̄des alienare &c. sine exp̄ssa licētia. d. suæ vxoris, al's priuabat ipsos &c. vr̄ ne ꝓhibita ꝑꝑ hoc consentire & licētiā dare illis hr̄dibus, posito ꝙ non possit acquirere dictam hæreditatē? Et pro certo dicendū est ꝙ nō, & moueor: qa hmōi licētia est fundata super aliquo cōmodo illius vxoris, & adduco illud, quod Bar. venit in ore in tractatu minoritarū in tertio lib. vbi quærit, an fratres minores relicti executores possint exequi testamenta? Et distinguit hoc modo. quandoq; tales executores obtinent locū hæredū, & ipsi habēt actiones mouere, & in iudicijs rn̄deret, ꝙ est, qn̄ pauperes, vel captiui sunt simpliciter instituti, vel ex alia pia causa. l. si quis ad declinandam. C. de epi. & cleri. Inn. in c. cum tibi. de testa. & hoc casu est interdictum officium executores ipsis fratribus per id, quod hr̄ in cle. exiui. de verbor. sign. quandoq; vices hæredum non tenent: nec aliquod litigium speratur: & tunc si quidē aliqua res venit vendenda, & pecunia distribuenda: tunc etiā de illo executionis officio non licet se intromittere: vt habetur in d. cle. exiui. §. cumq;. Nec obstat, ꝙ isti possent has pecunias per alios nominandos ab eis dispensare, sicut nominare possunt aliquos qui dispensent inter eos legata pro eleemosynis eis facta: quia illud verū pro eorum necessitate dumtaxat, hic vero fieret distributio pro alijs, ꝙ eis nullo modo licet, vt d. cle. exiui. § porrò. vbi pro alijs causis, q̄ ibi expressis non licet eis ad alios recurrere. Ex istis infert ibi Bar. ꝙ si relinquitur pecunia distribuenda pro necessitatibus fratrū arbitrio talis fratris minoris, ꝙ talis executionis officiū pōt implere, hærede sponte soluente. Idē ibi si relinquatur pecunia distribuenda inter moniales & sorores monasterij: quæ regunt̄ per ipsos, & hoc probat constitutio Benedicti. quandoq; committitur eis executionis officiū, in quo nullū litigium & nulla pecuniæ administratio, seu distributio vertitur. ponit exemplū, ꝙ decē floreni expendant̄ inter pauperes, videlicet vnus ꝓ quolibet paupere: qui pauperes eligantur per talē fratrē; & tunc cum nulla sit fienda distributio pecuniæ: nā testator ipse distribuit, sed per fratrē fiet sola electio personarū, an hoc possit fieri per talem fratrem. putat Bar. ꝙ sic: qa cessant oēs rōnes prohibentes, cum nullū ius fratribus acquiratur. Ista enim noīatio est meri facti, qđ patet: qa cadit in deportatū: qui non est capax eorū, quæ sunt iuris ciuilis: vt l. cū pater. §. hæreditatē. ff. de le. 2. & l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad treb. facit, quod voluit Bar. in d. §. hæreditatē. vbi dixit, ꝙ excōicatus pōt esse arbitrator. & idē voluit in d. §. si quis rogatus. quia est capax eius, quod est facti. Facit. c. ꝓ illorū. de præben. & qđ voluit ibi Io. de Imo. & quod hr̄. in c. capitulū. de rescrip. & in ca. cū te. eo. tit. & iō dixit idē Bar. in d. §. hæreditatē. ꝙ licet fratres minores non possint esse executores: tn̄ pn̄t eligere, & allegat dicta per se lib. 3. minoritarū. subdit Bar. in præfata sua distinctione: hoc enim si fiat fideliter, meritoriū est. Ipsi enim ꝑꝑ secreta, quæ audiunt in cōfessione, melius cognoscūt pauperes verecūdos, q̄ alij homines: hoc enim nec malū est, nec habet speciē mali: hortat̄ tn̄ eos ſm Deū, ne eligant personas, de quibus possit esse sinistra suspicio. me-
6 ra ergo pauperum electio † inter quos fiet pecuniæ distributio, non vr̄ esse prohibita ſm Bar. in præfato loco. pro hoc facit: quia actus simpliciter verbi non repugnat regulæ. vnde sicut pōt assumi ad præbendū consilium distributioni: vt disponit. d. cle. exiui. ita & simplici nominationi & electioni. ecce nunc qualiter ista decisio dn̄i Bart. concludit duo multū pulchra ad hanc consultationē, videlicet ꝙ ista dn̄a licet non possit institui, aut substitui in præiudiciū hæredis vltra, q̄ disponat ipsum statutū: tn̄ pōt eligere, pōt consentire & consulere circa executionē fiēdam. ergo multofortius in casu nostro poterit dare licētiā alienādi & locandi, vt voluit testator, & multo fortius ita disponit, ne fiat præiudiciū hr̄di in fauorem & cōmodum ipsius vxoris excludēdo hr̄dē, ꝙ nō est in casu nr̄o. Scdō cōcludit aliud, qđ est bellissimū ad illā dubitationē. vtrū dicta vxor potuerit institui vsufructuaria hr̄ditatis dicti testantis ad distribuendo dictos fructus in vsus pauperum. & Bar. cōcludit in dicto tractatu ꝙ sic. ex quo talis distributio non fit ad cōmodū ipsius dn̄æ. Et ex hoc recipit declarationē & limitationē illud, qđ voluit Alber. đ Rosa. & Io. And. vt inferius dicet̄. Sed Bald. in auth. ingressi. C. de sac. san. eccl. cōmemorat istā doctrinā Bar. dicēs, ꝙ gn̄alis executio testatorū nō pōt cōmitti fratribus minoribus: sed pn̄t deputari, vt ꝯsulant executoribus: vt in cle. exiui. §. cū prædicta. & dicit, ꝙ hmōi deputatio ad noīandū est potius facti: sed ꝙ executores bene pn̄t exequi cum consilio ipsorum fratrum

fratrũ. Et subdit, quid si testator dixit, ꝙ executores administrent cum cõsilio talis fratris minoris, aliàs non valeat: qa tales executores licet benefaciant in requirendo consilio: si tamẽ non requirũt consiliũ, tñ valet, qđ faciunt aliàs sequeretur, ꝙ illud, qđ fratres minores non possent consequi vna via, cõsequerent alia via, si sine eis nihil posset administrare ſm Cy. ꝙ Bal. credit verum, si testator simpliciter voluit ↄsiliũ requiri. At si vltra processit annullãdo, nõ valeat ↄ factum: quia in officijs non sumunt formam a lege, sed ab homine, debet seruari dispositio hoĩs in propria forma. l. 1. §. si plures. ff. de exercito. & l. si quis mihi bona. §. fi. ff. de acqui. hære. ita residet Bal. in d. auth. ingressi. in ver. super hoc tamen dicit Bar. Sed idem Bal. in d. auth. ingressi. ver. nunc de executio. pono duas cõclusiones. refert illud dictum Bar. in præfato tractatu, ꝙ executor potest deputari ad distribuendum frater minor. Bal. contradicit Barto. dicens, ꝙ nullo modo cadit in fratre minore officiũ executoris: quia de facili posset tale officium trahi ad quæstum pecuniarium: multi enim sunt, qui nominant & eligunt propter pecuniam, & sic nõ videtur abstractus ex hoc frater minor a cogitatione tẽporalium, ꝙ est contra mentem regulæ, allegat, qđ habetur in l. si fine. ff. de vsur. Item quia litera in d. cle. exiui. est generalior, quam ratio: nã vt plurimũ generalior est litera ratione. vnde rõ non arctat dictũ: nã dictum est maius & amplius quàm ratio. l. 1. §. sexum. ff. de post. non obstat, ꝙ frater minor potest esse consiliarius: qa per hoc nil habet officij, vel iuris. Itẽ qa consulere est de iure naturali & de officijs vitæ contemplatiuæ. sed habere officium est de iure ciuili, qđ in mortuum & fratrẽ minorẽ non cadit. iõ concludit, ꝙ fratres minores negotium alienum nõ possunt facere debent. n. esse vacui a solicitudine, ita residet Bal. & officij gestione, in d. auth. ingressi. & sic quò ad primũ concludit Bal. cũ Bar. ꝙ possit consulere: sed eligere non põt: qa sæpe illud faceret ꝑpter pecuniã. Ego miror, ꝙ Bald. assumat hanc sinistram suspicionẽ contra fratrẽ minorem: qa pp sanctitatẽ vitæ non prẽsumĩt ista sinistra suspicio: vt est tex. melior de iure in c. 2. de ope. nou. nunc. & in simili voluit Hosti. in c. finem litibus. de dolo & contu. facit, qđ voluit do. Ant. in c. postremò. de app. vbi voluit, ꝙ non possit recusari in iudicẽ, si vnus ex litigatoribus sit sibi coniunctus: quia propter coniunctionẽ non præsumĩt sinistra suspicio in eo. Facit gl. in c. expedit. 12. q. j. & tex. & ibi Ang. in l. si a bonęfidei. ff. de rei ven. & ideo tollitur illa sinistra suspicio, ꝙ frater participaret cũ illis, quos eligeret frater ipse: quia istud non est præsumẽdũ in fratre minore pp obseruãtiæ ꝓfessionẽ: quã facit de religione sua, licet do. Pet. de Anc. in d. cle. exiui. faciens mentionẽ de do. Bal. in d. auth. ingressi. dãnet doctrinã Bar. & etiã do. Car. ibidem dãnet doc. Bar. qa subest alia ratio prohibitionis ſm eũ. ne auocent a spũalibus laboribus, in quibus debent quotidie occupari: vt in §. rursus. in ea cle. exiui. Item posset fieri fraus ſm eũ: qa frater eligeret aliquos, cum quibus participaret facile: namq; in talibus fraudes finguntur: nec potest negari, quin sit pars executionis talis electio, est text. in d. cle. exiui. §. verum. vbi prohibet indistinctè, ne sint executores. ergo nec in toto, nec in parte possunt esse executores: vt c. solitæ. de maio. & obe. c. si Romanorum. 19 dist. & sic tenet contra dictũ Bar. do. Car. in d. cle. exiui. §. verum. nullam tñ facit mentionem de Bal. in d. auth. ingressi. Et sic nulla dubitatio est, ꝙ stante dicto statuto non vr̃ prohibita ista dña consentire alienationi & locationi fiendæ per illos hæredes. Et accedat, quod voluit Bart. & alij scribentes in l. fi. C. de pac. vbi tangit illum articulum, vtrũ ille, qui non potest facere actum, possit consentire. Et concludit quòd sic. idem voluit Iac. Bu. in l. 2. C. si aduer. dona. & quòd idẽ Iac. voluit in quadam sua disputatione. ¶ Sed restat modo dubitatio, quid in vsufructu relicto huic vxori stãte præfato statuto. Et pro certo Bar. præstat præcipuum lumẽ huic dubitationi in præfato. 3. lib. minoritarũ, vt dixi. Et circa hoc ꝑmitto illud, qđ in dicto statuto continetur dũ dicit, & vltra suæ vxori relinquere nõ possit. & sic si ponderet dictum statutũ a principio vsq; in fine nõ ↄsiderat aliud, nisi ad cõmodũ vxoris non fiat sibi istud relictũ vltra centum libras & alimẽta. & cũ vltra in fine dicat, ꝙ aliqua cõminatio &c. totã illam dispositionẽ dirigit, ne vxor habeat vltra cẽtũ libras & alimẽta, ad hoc tendit mens & intẽtio illius statuti. Considero etiã, ꝙ licet valeat hmõi statutum, ne vxor leget marito, & contra, vt voluit Bar. in l. cũctos populos. C. de sum. tri. tñ est odiosum: quia per tale statutũ admittĩ libera ptãs testandi: vt de lege Fusi. ca. toll. & illud, quod est odiosum inter viuos: vt est donatio inter coniuges, est fauorabile in actu testãdi. iõ dixit tex. elegans in l. mortis cau. ff. de dona. inter virũ & vxo. ꝙ socer nõ põt donare nutui, glo. ibi dixit: tñ põt legare. i. inter virum & vxo. potest fieri
7 legatũ, & valet vltima voluntas. † l. fi. ff. si quis ali. testa. ꝓhibi. istud voluit Bart. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. licet Bar. velit ibi, ꝙ sit fauorabile, & non bene: quia tollit ius commune competens viro & vxori. & cessat ratio, quæ est in donatione inter viuos in testamento: quia vltima voluntas est ambulatoria vsq; ad mortem. vt l. rem legatã. ff. de adim. leg. Modò testator voluit, ꝙ dicta vxor sua esset vsufructuaria bonorum oĩum dicti testatoris ad effectũ tamen: vt debeat de vsufructibus dispensare & erogare in illos pauperes Christi, de quibus est plenè informata ab ipso testatore: quia de ipsa cõfidit &c. quo casu videtur, ꝙ huiusmodi relictũ valeat & teneat: ex quo fructus inde percepti vltra alimẽta nõ sunt remansuri penes ipsam vxorem vsufructuariã istud decidit in indiuiduo text. in l. fina. §. fi. C. de bo. quæ lib. vbi tex. dicit in seruis autem, qui filijsfami. donantur seu filiabusfa. siue constãte matrimonio, seu ab extraneo sub ea conditione, vt statim eos in libertatem perducant, nullum impedimentum paterna faciat authoritas: qualis enim vsusfructus potest eis acquiri: quia momentaneus esse ostenditur: si etiam in ipso momento necesse habeat libertatẽ donare in talem hoĩem, qualis vsusfructus patri potest acquiri. Ita formaliter dicit ibi tex. per quẽ text. dicit Ang. in l. voluntas. C. de fideicõ. & Bal. in l. hac edictali. C. de sec. nup. & multum plenè dixi in repetitione mea ad rubricam de reb. eccle. nõ alie. ꝙ si, qui est prohibitus alienare extra familiã, alienat extra familiam, & in continenti facit restitui alicui de familia, ꝙ nõ videĩ alienasse. Et põderet do. iudicãs: quia vr̃ casus apponens gladium ad radicem huius quæstionis: quia sicut prohibeĩ donatio inter virũ & vxorẽ, vt per totũ titulũ. ff. & C. de dona. inter vir. & vxo. Ita stante prædicto statuto prohibetur vir legare vxori: & tñ dicitur in d. l. fin. ꝙ si maritus donat vxori cõstante matrimonio, vt alteri restituat, ꝙ valeat talis donatio, ex quo commodum illius rei nõ est remansurũ penes vxorem: nec pater poterit consequi fructus ex re donata filio, quæ momento non est remãsura penes filiũ. Sed in ꝓposito nostro posito, ꝙ maritus non possit legare vxori vsumfructum suorũ bonorũ: nisi quò ad alimenta: tñ ex quo fructus illi veniũt erogãdi in pauperes, & momẽto nõ sunt remansuri penes vxorem, cõstat, ꝙ valebit tale relictũ: qa non repugnat verbis statuti: nec etiã repugnat mẽti ipsorũ statuẽtiũ, quæ fuit, vt non cedat

ad

ad commodũ vxoris: & maximè quia testator istud ita disposuit, vt prouideret animę suę iuxta illud, qđ scribitur apud patientissimum hoïem Iob. pellẽ ꝓ pelle & oĩa q̃ habet homo, dabit ꝓ aĩa sua. 13. q. 2. ꝓ obeuntibus. ideo ista videtur esse qnędam verbalis dispositio & quoddam verbale legatum quò ad ipsam dominam. & ideo pulchre dicit Bal. in c. j. §. vt libellario. in tit. quib. mo. feu. amit. ꝙ illud, quod dr̃, ꝙ per alienationem feudi ignorante domino factã quis perdit feudum, intelligitur, quando est realis alienatio, per quam traditur res alienata, & idẽ ibi dicit esse Bal. ꝙ si per testatorem, vel statutum est ꝓhibita res alienari sub pœna, ꝙ nunquã per veram pignorationem incidit quis in pœnam. & idem esse voluit Bal. in l. imperialem in princ. in ti. de prohib. alie. feu. per Fede. Ita in proposito, ꝙ hmõi legatum quò ad ipsam differentiam est quædam verbalis dispositio. & videtur constituta ad exequẽdum: & nõ ad acquirendum, quo casu potest sic quis arguere, ad eum casum adaptatur dispositio statuti, seu testamenti, ad quẽ adaptantur eius verba. l. 4. §. quoties. ff. de dam. infec. l. 1. §. loquitur. ff. de magistra. conuẽ. sed verba huius statuti non adaptantur ad casum huius testamenti: quoniam nõ adaptabatur dispositio statuti præfati: quia statutũ concipit sua verba, qñ ad lucrũ vxori sit relictũ: sed istud legatũ fit ad cõmodũ pauperum, ergo sequitur, ꝙ sumus extra dispositionẽ dicti statuti. facit simile, quod voluit Bal. in l. cum quæstio. C. de lega. ꝙ licet, inquit, ꝑdicatores sint mendicantes: tñ eis relinqui possunt immobilia, vt illa vendant, & de precio viuãt. & allegat gl. valde sing. in c. 2. de reli. domi. lib. 6. & plenissimè dixi de hoc accumulando omnia dicta doctorum in vtraq; censura in præfata repetitione. d. rubricæ de reb. eccle. nõ alie. Et sic sequitur, ꝙ ista est veritas, ꝙ nullo modo est ꝓhibitũ hmõi legatũ: nec fuit mens statuti loqui in isto casu: quia illud, qđ nõ est verisimile, est quædam falsitatis imago: vt voluit Bal. in l. 1. C. de ser. fugi. & si allegatur in cõtrarium illud, qđ retulit practicus doct. Alber. de Rosa. in tractatu statutorum, in scđa parte. q. 111. aliàs 247. vbi dicit, statuto cauetur, ꝙ nullus possit vxori aliquid vltra dotẽ relinquere in vltima voluntate. Idẽ esse de iure Lombardorum; vt in Lombarda, de his quæ a viro & vxo. dona. vel relinquuntur. aliquis instituit filiũ, & ei vxorẽ substituit, an valeat talis substitutio non obstante tali statuto, & decidit ꝙ nõ; quia in fraudẽ statuti facta est. l. cum quis. §. Titia. ff. de leg. 3. l. qui testamẽtum. ff. de ꝓba. Itẽ quærit, an maritus possit relinquere, vt distribuat pro sua anima: & vr̃ ꝙ sic: quia vxor est simplex administratrix & executrix: & nullum commodum habitura: vt l. cum pater. §. fidei tuę. ff. de leg. 3. l. filio. §. mater. ff. de ali. et ciba. leg. l. Lucius. §. 1. ff. ad trebel. tñ contrarium decidit, ne fraus fiat statuto. l. qui testamentum. ff. de proba. c. cũ quid vna via. de reg. iur. lib. 6. l. oratio. ff. de spon. sa. & hoc si sola vxor debebat distribuere: non autẽ cum alijs, dicit valere: quia cessat fraudis suspicio. & refert istud tenuisse Rob. de Bon. & voluit Ioan. And. in addi. Spec. in titu. de instru. edi. §. nunc verò. in addi. quæ incipit, ad istum finem. faciunt qões Guido. de Suza. in 2. q. cũ statutum prohibet relinq̃ vxori vltra certam quantitatem an id poterit relinq̃ pro aĩa sua, tenet ꝙ si soli, nõ valet, ne fraus fiat statuto. l. sorore. §. 1. ff. de tuto. & cura. dan. ab his. sed si sibi & alijs ꝯmissa sit distributio, valet: qa cessat fraudis suspicio. allegat. l. fi. C. de fideic. lib. c. prudentiã. de offi. dele. c. 2. de statu mo. ita dixit Guido de Suza. cũ quo trãsit Io. And. in præfata addi. sed re vera fuit doctrina Rober. de Bo. quã sequitur Guido & Albe. & Io. Andr. non vr̃ mihi, ꝙ sit disputandũ vtrũ rectè dixerint in casu nostro: qa ipsi loquuntur, si rectè põderent eorũ verba eo casu, quo illa quantitas relicta fuit ad piã cãm, & eius distributio est momentanea & instantanea, quo casu ꝑsumptio fraudis qñ relinquitur, vt distribuant per vnum, nõ põt rectè purgari, ex quo momento adimplet: sed qñ illa quantitas venit successiuè distribuenda: vt in pluribus annis, non ꝑsumit fraudulosa: qa fraus poterit purgari ex

8 personis, qbus erogat. † Facit simile, quod dr̃ in debito facto ab amico, vel ꝯiuncto in fauorẽ meum: qa si est successiuum, ꝑsumit, ꝙ me mediante factum fuerit: secus si fuit momentaneũ: vt probat de pri. in cle. cãm. de elec. & c. ꝯstitutus. de testi. & de scđo. ꝓbatur in c. Petrus diaconus. de homici. & in c. præsulatus. 1. q. 4. voluit dñs Abb. in d. c. cãm q. de testi. & in d. c. ꝯstitutus. Facit simile, qđ voluit do. Abb. in c. fi. de consue. vbi facit drĩam inter actus momẽtaneos, & actus successiuos ad introducendum consuetudinem. Facit, qđ voluit Pau. de Ca. in l. 1. ff. si cer. pet. in illa q. qñ testis reddit rationem sui dicti: quia sum vicinus, de qua ibi per Bar. & alios: quia ipse ibi distinguit, aut testis depõnit de actu successiuo: & tunc valet dictũ testis reddentis rõnem: quia sum vicinus, aut deponit super actu momentaneo, quod momẽto perpenditur, & tunc non valet redditio causæ: qa sum vicinus: quia momento comprehenditur. ideo non refert, an sit vicinus: aut de alia regione. Ita dicamus in casu nostro, vt non attendat: nisi aut præstatio ista est momẽtanea, & procedit dictũ Rober. & Guid. & sequaciũ: qa tunc non põt purgari fraus præsumpta aut pręstatio est successiua, & tũc secus: qa ex quo põt purgari fraus ꝑsumpta, valet dispositio. & iõ dicunt, ꝙ secus, si est datus socius: qa tũc iudiciũ plurimorũ ꝑsumit rectũ, & non fraudulosum. sed cũ in casu nr̃o hmõi ꝑstatio distribuenda in pauperes sit successiua: qa fructibus inde ꝑceptis in primo illa vxor debet deducere expensas: qa fructus dicunt expensis deductis: vt l. fructus. & ibi Bar. ff. solu.

9 ma. sicut alibi dr̃, ꝙ † fructus minuunt sorte: vt l. 2. C. de partu pign. & l. 1. & 2. C. de pignor. actio. & l. ex ꝑdio. C. de vsur. & postea dẽt deducere alimenta, & residuũ annuatim distribuere in pauperes: quo casu videbit, si fraudulenter distribuat. Et sic non obstat doctrina illorũ doc. Et si ponderẽtur verba eorum, hoc intendunt, cũ cõcipiũt qõnẽ, ꝙ certã quantitatem reliquit distribuendam, ergo &c. & si sumus extra casum consideratum ab eis. ergo nõ inferẽt ad casum nr̃m. l. Papinianus exuli. ff. de mino. Itẽ tollitur, & alio modo dicta illorũ: qa voluit do. Car. in d. cle. exiui. §. verùm. allegato superius. eligere eum, cui est distributio fienda, est pars executionis: ex quo seqt̃, ꝙ cũ dati fuerint alij executores fm̃ ꝙ nõ dicet posse fraudare istud statutũ: qa vr̃ esse associata. iõ iudicium plurimorum præsumitur verum, vt probatur in c. prudentiam. & in c. in canonicis. 19. dist. & in c. de quibus. 20. dist. ¶ Et si opponat, ꝙ illi licet possint agere pro relicto ad pias causas; quia quilibet de populo potest agere pro relicto, vt voluit Bar. in §. obseruare. in l. nec quicq̃. ff. de offi. proconsul. & probatur in tex. valde sing. in auth. de eccle. titul. §. si nauẽ. hoc tenet ibi Ang. & idem voluit Bar. auth. hoc amplius. C. de fideicõ. & in l. nulli. C. de epi. & cle. Host. & alij, in c. si hæredes. de testi. Lud. Ro. in auth. similiter. C. ad leg. Fal. & in consi. 67. tamen non possunt eligere: qa electio spectat ad ipsam vxorem. & sic in actu eligendi pt̃ colligi fraus ipsius dominæ. Ad hoc respondeo, quòd licet illi executores nõ fuerint deputati ad eligendum: tamen videntur deputati ad exequendum. ideo poterunt instare aduersus illam dominã, vt eligat, & facta electione executio actualis fiet per illos executores quo casu non potest palliari

palliari fraus: quia clarè videbit, an ille, cui fiet distributio, sit psona, quæ velit dare pecuniã illi vxori & per cõsequens videbitur, si ipsa vxor participat de illa pecunia, & per pñs dicit associata: & sic non est sola: & sic sumus in theorica illorũ doctorũ, qđ est no. dignum in hac consultatione. Item quia Io. And. & Guid. & alij fundãt se super præsumptione, dum dicũt, ꝙ sit associata cum alijs: quia tollitur psumptio fraudis ex quo dicto sequitur, ꝙ si est vnus solus, & est talis de quo non est præsumptio fraudis pp suã bonitatem, ꝙ tũc valebit tale relictũ, facit in argu. l. si a bonæ fidei. ff. de rei ven. & glos. in l. Titio fundus. ff. de condi. & demon. & gl. in c. expedit. 12. q. 1. & qđ voluit Ange. in d. l. si a bonæ fidei. Sed ita est in proposito: quia ista est matrona ætate grandeua & matura honestæ vitæ & pbatæ fidei timens Deũ, & parata largiri in pauperes de portione sua. vnde sequitur, ꝙ cessat præsumptio fraudis in tali persona: cum velit omne illud, quod habuit a marito distribuere in pios vsus. ideo cũ sit certum, quòd ad ipsam nihil sit peruenturũ, cessat fraudis suspicio. l. cogi. §. hi qui. & l. Lucius. §. 1. ff. ad treb. ¶ Preterea istã partẽ in simili tenuit Bar. doc. supremus in dicto tertio lib. minoritarum, vbi tenuit, quòd frater minor potest eligere eos, quibus est distributio fienda ex eo, quia fratres audiunt homines in confessione: & melius sciunt necessitates hominum, ideo pñt eligere personas, quibus erit distributio fienda per executores. ita formaliter est in casu nostro; tum quia ista domina est honesta. & etiam ista distributio non fiet occultè: & sic cessat omnis sinistra suspicio. Item cũ Bal. & alij ꝯdicunt Bar. in eo quod dicunt, ꝙ eligere est pars executionis: certè non bene dicunt, & confunditur dictum eorum: quia si ipsi concedunt, quòd possunt consulere, & consiliũ illud est petendum, vel sequendũ, vt dixit Bal. in aut. ingressi. illud est pars executionis. vnde licet non possint esse executores in toto, erunt tamen executores in certa parte, puta in eligendo, vel consulendo. & sic cõfunditur dictũ eorum cum suo proprio dicto. Item non militat in casu isto obiectio eorum ex eo: quia ista vxor potest esse executrix. vnde præfati docto. vt Bal. & do. Cardi. & domi. Petr. concedunt, ꝙ possunt eligere, quando possunt esse executores: sed ista domina potest esse executrix. ergo poterit eligere, & per consequens potuit ille testator ita disponere in suo testamento, vt disposuit. ¶ Præterea fuit ad prædicta illud, quod tangitur in c. 2. de testa. lib. 6. & in c. cum sit. de iudæis. vbi quærit, an simplex sacerdos qui audiuit aliquem in confessione, qui multa illicitè extorsit, possit facere restitutionem ablatorũ: an verò spectet ad archiepiscopum: Archi. tenet, quòd sacerdos, in dicto c. 2. Host. tenet, quòd episcopus, de quo plenè per scribentes ibi & per Io. Andr. & alios in d. c. cum sit. do. Abb. ibi reducit opiniones ad concordiam hoc modo, quòd sacerdos peputatus ab illo extorquẽte restituet, vel distribuet illa illicita extorta secundùm consilium & prouidentiam episcopi: & sic saluantur omnes opi. contrariæ, & euitatur absurdum, quod erat: quia timebatur, ꝙ ille sacerdos fraudem committeret, & dicendo, ꝙ restitui nõ faciet, vel participabit pecuniam cũ eis illo modo euitabitur fraus. Ita est formaliter dicendum in proposito, & istud formaliter voluit testator, dum constituit illos executores. & sic sumus in meris terminis Rob. Guid. Alber. & Ioannis Andreæ: nam testa-
10 tor semper præsumitur vellet† & cogitare illud, quod disponit. ita dixit Baldus in l. precibus. C. de impub. & alijs substi. & talis præsumitur esse voluntas testatoris, qualis esse debet. ita dixit Baldus in l. 1. C. de sacrosanctis ecclesijs. Et ista est pura veritas in hac consultatione: maximè cum repetierit huiusmodi distributionem fieri a substituto, vt est consortium, & sic videtur cessare omnis fraudis suspicio. ¶ Nec obstat, cum opponitur de statuto dicente, ꝙ nulla comminatio &c. quia illud pcedit eo casu, quo testator vellet apponere pœnam ad finem: vt ipse prouideat contra statutum, quod non est in casu nostro, vt superius demonstraui. ¶ Postremò cum opponitur, ꝙ statutum annullat prohibendo suspiciones. Circa hoc nulla est dubitatio. & dico, ꝙ statutum non disponit de substitutione facta de consortio: nec mẽs statuentium fuit disponere de talibus, & si voluisset, non potuisset, quod ad oculum demonstro. illud, quod non possunt statuẽtes in specie disponere, nõ præsumuntur in genere disposuisse: vt dixit Bald. in l. fi. §. in computatione. C. de iure delibe. allegat Bar. in l. si quis sub conditione. ff. de condi. insti. idem voluit in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & in l. fi. C. de sacrosan. eccle. Et ideo dixit idem Bald. in c. cum non ab homine. de iudi. Statutum layci disponit, ꝙ custos villę teneatur capere malefactores, ꝙ non cõprehenditur clericus malefactor. & idem voluit in l. fi. ff. de iurisdi. omnium iudic. allegat ad hæc Bar. in l. fi. ff. de iurisdi. omnium iudic. voluit Ioan. Mo. in c. vt animarum. de consti. lib. 6. Io. And. in c. fin. de immuni. eccle. eo. lib. domi. Anto. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. & in c. ꝙ clericis. de foro compete. probatur in ca. a nobis. de senten. excom. hoc tenet ibi D. Abb. idem probatur in c. tua. de deci. & ideo colligit ibi post Host. do. Anto. ꝙ illud, quod in specie non possunt facere statuentes, non præsumũtur fecisse in genere. ¶ Modò in proposito statutum laycorum non potest statuere super clericis in specie: nec quò ad fauorem, nec quò ad præiudicium: vt c. ecclesia. de consti. c. ecclesia. vt lite pen. c. bene quidem. 96. dist. ergo si in specie non possunt de eis statuere, ergo non præsumuntur in genere, ꝙ statuerint de ecclesijs & personis ecclesiasticis: ergo sequitur, ꝙ huiusmodi statutum non comprehẽdit substitutionem factam de illo consortio: quia condere statutum, est iurisdictionis: vt voluit gl. in l. 1. ff. de iurisdi. om. iudi. Inno. in c. cum accessissent. de consti. Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. probatur in l. nulli. C. de iurisd. omnium iudic. ergo frustra quæritur, vtrũ hmõi statutum comprehendat substitutionẽ factam deducto consortio: nam istud statutũ est ꝯ ecclesiasticam libertatem. vnde Bar. in l. cũctos populos. C. de sum. tri. dicit, ꝙ statutum dicitur contra ecclesiasticam libertatem, quando est contra priuilegia cõcessa ecclesijs, vel ecclesiasticis personis a Papa, vel ab imperatore, allegat Inn. in c. nouerint. de senten. exc. & voluit hoc Cyn. in auth. cassa. C. de sacrosanct. eccle. ergo multofortius quando est contra ius cõmune, & allego tex. in c. fi. de immu. eccle. lib. 6. Et sic non solùm illud statutum laicorum per qđ clerici efficiuntur timidiores, dicitur cõtra libertatem ecclesiæ: vt voluit Bar. in d. auth. cassa. & plenè ibi per Bal. & per do. Pe. de Anch. in repetitione. c. 1. de consti. in 6. arti. versi. sequitur discutere. & per do. Card. in repetitione. c. perpendimus. de sent. exc. & Bar. in l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerũ actio non detur. & gl. in auth. de nõ alie. in ver. de generi. & facit tex. in d. c. nouerint. in ver. aduersus canonicas & impiales sanctiones. & in c. grauandæ. de sent. excom. & facit. c. 1. de priui. lib. 6. vbi violatur priuilegium exemptionis ecclesiæ dicitur fieri contra ecclesiasticam libertatem: sed de iure imperiali est, vt quis habeat potestatem relinquendi ecclesijs: vt est tex. in l. 1. C. de sacros. eccle. sequitur, ꝙ hmõi statutũ cum tollat ius commune indultum ipsis ecclesijs, ꝙ dicitur esse contra ecclesiasticam libertatem. Et per

hoc

hoc tollit, quòd posset opponi, quòd statutum potest tollere ecclesijs beneficium, ꝙ prouenit ab ipso statuto: vt voluit Ia.Bu.& Bald.in d.authen.cassa.& in l.si qs curialis.C.de epi.& cler.& d.Abb.in repetitione.c.ecclesia Sanctę Mariæ.de consti. qa istud beneficium, vt ecclesia, vel consortium instituatur, vel substituatur, prouenit a iure communi: & nō ab ipso statuto.ergo hmōl statutum cum tollat ius commune indultum ecclesijs, videtur esse contra ecclesiasticam libertatem.& procedit hoc, quando ex statuto apparet, ꝙ tolleret ius commune competēs clericis, aut beneficiū cōpetens ab ipso statuto. sed istud statutū non loquit̃ de ecclesijs, aut ecclesiasticis personis.ergo sequit̃, ꝙ nō debet trahi ad impossibilia ipsius statuentibus, & sic nō comprehēdit ecclesias, vel ecclesiasticas ꝑsonas. Et sic nō vr̃ faciens fecisse illud in gñe, quod in specie facere nō potuit: vt superius fuit dictum, & per consequens istud statutum loquens simpliciter non comprehendit ecclias, vel ecclesiasticas personas. & ideo siue cōsortiū veniat ad substitutionem præfatā ex dispositione iuris cōis cōpetētis ipsi cōsortio & ecclesiasticis personis: siue ex dispositione statutorū Parmæ, non est sublatum ei illud ius. & per ↄñs dictū statutum non obstat dicto cōsortio. ¶ Et ex superius dictis elicit verissima ↄclusio, illos hæredes fore priuatos bonis & hæreditate dicti testatoris, & locū esse substitutioni, & posse cōpelli ad restituēdum dictam hæreditatē iure fideicommissi resultantis ex codicillis præfatis. & ita concludo in fauorem consortij & dictę vxoris dicti quondam testantis. Andreas Barbatias. Parmæ.

EPITOME.

¶ Monasterium habetur loco filij in vltimis voluntatibus & in casibus a iure expressis, non in cōtractibus.

SVMMARIVM.

Agnatio conseruatur in masculis. nu. 1.
Monasterium habetur loco filij, scilicet ciuilis. nu. 2.
Expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur. nu. 3.
Monasterium non habetur loco filij, nisi in certis casibus, vide num. 7. & nu. 10.
Filiorum causa fauorabilior est, quàm ecclesiæ. nu. 8.

CONSILIVM XIII.

Circa hanc hæsitationem viso ꝑ in cto & facti ↄtingentia & consilio eleganti reddito, mihi videtur de iure dicendum, quòd dicta domos in totum debeat esse filiorum masculorum ipsius Ioannis, & non peruenire ad monasterium ex persona illius monaci filij olim dicti Ioannis pacissimo fundamento huius consultationis. Primò; quia eo ipso, quòd isti fratres diuidentes inuitarunt ad dictam domum & terrenum & casamentum filios masculos, habuerunt consiłderationem ad conseruandum honorem agnationis & familiæ: voluerunt enim dictam domum cū casamento conseruari in masculis: eo quia per masculos conseruantur familiæ, & hæc mens coniecturatiuè sumitur ex causa ratione cuiusdam rationabilis obseruantiæ sumpta ex quadam consuetudine modernorum temporum, ex qua probabiliter sumitur coniectura mentis & ratio disponentis. lege, si seruus plurium. §. fina. ff. de legat. primo. l. Labeo. ff. de supellec. legat. cum similib. Est enim consuetudo moderna, ꝙ superstites masculi succedāt in one-

1 ribus defunctorum † quantum ad propulsationem iniuriarū actiuè & passiuè: & quò ad similia multa onera & incommoda. l. Est ergo ęquū collocentur commoda, vbi collocantur incommoda. l. 1. §. fi. ff. de aqua plu. arcen. l. secundùm naturam. ff. de reg. iur. Secundò ratione cuiusdam publicæ vtilitatis, quæ expostulat, facultates suas singulis agnationibus conseruari, vt familiarium salua sit dignitas & honestas, quæ absque diuitijs non conseruatur. l. ab omnibus. circa prin. ff. de leg. j. & l. j. §. si seruus. ver. vt familiaris salua sit dignitas. ff. de ven. inspi. C. de suspec. tut. l. pietatis. l. creditores. ff. de priuileg. cred. nam per paupertatem familiæ sordescunt & viles habentur: vt l. quisquis. C. ad leg. Iul. maie. in vers. in paupertate sordescat, & cle. in plerisque. de elec. licet enim pauperes & diuites Deus de vno limo creauerit, & pauperes & diuites vna terra supportet, vt dixit Augusti. & scribitur. 8. di. c. quo iure. tñ apud mundum paupertas facit homines viles, & iura in eis faciunt differentiam: vt in c. primis. 2. q. j. & cap. prohibentur. ead. cā. & q. instit. de excusa tut. §. paupertas. ff. de accu. l. 2. in auth. de hære. & fal. §. si verò absunt. c. si testiū. de testi. & apud satyricum Iuuenalē præclarè scribitur. Haud facile emergūt, quorum virtutibus obstat, res angusta domi: & apud omni sanctimonia plenum Augusti. lib. de ciui. Dei. dicit, ꝙ propter diuitias conseruatur honor & decus in familijs. & voluit Aulus in lib. de noctibus Atticis: quia etiam honores & munera potioribus & honestioribus indicenda sunt. l. honores. ff. de decur. l. ad subeunda. C. de decu. lib. 10. quia interest reipublicę per digniores & ditiores regi: non per pauperes & abiectos, in auth. de defenso. ciui. in prin. & in §. 1. & d. l. honores. & in tit. vt omnes obedi. iudic. prouin. circa princi. igitur interest reipublicæ facultatibus abundare subiectos, in tit. vt iudi. sine quoquo suffr. in §. cogitatio. honores autem & onera publicorū officiorum gerendorum constat solum ad virilem sexum pertinere: vt l. fęminę. ff. de regu. iur. c. noua quædam. de pęni. & remis. c. cum dilecta. de maio. & obe. l. cum prætor. ff. de iudi. & eodem modo nō est licitum per monacos, vt in c. fi. & ferè in omnibus capitulis illius ti. de vita & hone. cle. & per totū titu. ne cle. vel mona. & hęc fuit ratio mouens coniecturatiuè non solùm istos fratres diuidentes apponendo illa verba de filijs masculis per masculū descendentibus: sed etiam modernos statutorum penè totius Italiæ latores, inquantum inuitant agnatos masculos ad successionē, excludēdo fęminas & descēdentes per fęminas. per masculos. n. laicos in seculo viuentes, perpetuātur agnationes & familiæ defunctorum. vt l. pronūciatio. §. familię. ff. de verb. sig. & l. liberorum. eo. ti. insti. qui. mo. ius pa. po. tol. §. j. & ideo deficit ista ratio ratione voti ad religionem emissi: & maximè ratione rei, super qua fit dispositio viuentium, aut moriētium, aut condentiū statuta, vt est in casu nostro in domo: vt ꝓbatur in tex. valde sing. l. si in emptione. ff. de mino. in ver. veluti, quòd maiorum eius fuisset. vbi minor dicitur lædi enormiter ex hoc solo: qa alienata fuit domus, quæ fuit suorum maiorum: facit, qđ no. ibi Bal. Facit qđ habetur in l. ex quæ tutores. C. de admi. tuto. & gloss. & Bal. in l. quoties. C. de fideicom. & Bald. in l. Titius. in tit. si de feu. defun. fue. controuer. & gloss. in l. nam quod. §. j. in versicul. pupillum. ff. ad Trebel. & sępenumero testantes disponunt, ꝙ domus propria veniat ad maiorē de domo, vt refert in contingentia facti consuluisse Bal. do. Pe. de Ancha. in repetitione. c. canonū. de cōsti. prope fi. vbi facit mentionē de Bal. & hāc ↄsiderationē habuerūt isti fratres diuidentes eorū primoniū: vt domus illa cū casamen-

casamento & ædificio futuro veniret ad masculos
legitimos & nãles & ad descendẽtes ex masculis ad
hoc, vt conseruetur domus illa in agnatione & fa-
milia. Ex quibus verbis apparet liquidò, ipsos fra-
tres diuidentes nullo modo voluisse, ꝙ dicta domus
cum casamento veniret ad monacos, & sic ad mo-
nasterium stantibus filijs masculis legitimis vel de-
scendentibus ex masculis. Et clarum est, ꝙ in qua-
cunq; dispositione attendi debet mens disponẽtis,
& illa est seruanda. l. scire leges. ff. de legibus. l. cum
mulier. ff. solu. ma. l. scire oportet. §. si maximè. ff. de
excu. tut. c. cum voluntate. de sen. excom. c. fi. de pręben. j. q. i. c. Marchio. c. intelligentia. & c. præterea. de
verbo signifi. cum simi. Et certum est, ꝙ illud volue-
runt diuidentes, quod verbis expresserunt. l. ille aut
ille. §. cũ in verbis. l. non aliter. ff. de lega. 3. nã voces
sunt signa eorum quę sunt in anima passionum no
tę: vt voluit philosophus in primo Periermenias: &
cor est imperator linguę: vt dixit Bal. in c. mandatũ.
de rescript. & in tractatu scismatis. Ex istis apparet,
qualis fuerit mens istorum fratrum in dicto instru-
mento ex verbis expressis: verba aũt expressa sunt il
la de filijs masculis. ¶ Stat modo difficultas nõ me-
diocris: licet monasterium habeatur loco filii, vt est
casus sing. in c. in præsentia. de proba. & in auth. de
sanctissimis epis. §. sed hoc præsenti. est dubiũ, si ha-
beat loco veri filij, vel filij legitimè descẽdẽtis, vel fi
lij masculi ex instituto filio descẽdẽtis. nã illa verba,
sine filijs masculis descendentibus per masculũ, im
portant naturalitatem: ergo vtrum dispõ. d. c. in pre
sentia. & d. §. sed hoc præsenti, habeat locum in casu
isto quo contrahentes considerarunt naturalitatẽ.
Et quidem circa hoc magni doctores variarunt Ia-
co. de Bel. disputauit & tenuit monasteriũ non ex-
cludere substitutum, & mouetur: quia testator con
2 siderauit naturalitatem † nec reliquit suam volunta
tem interpretationi iuris. ex hoc soluit contrariũ,
quod opponi posset, ꝙ expressio eorum, quæ tacitè
insunt, nihil operatur, vt l. non recte. C. de fideiuss. l.
3. ff. de leg. j. quoniam in casu isto expressio denotat
naturalitatem ciuilem, & ista non procedunt a pa-
ri: vt c. susceptum. de rescript. lib. 6. & ideo cessat in-
terpretatio, quando naturalem expressit. l. generali-
ter. §. fina. ff. de institu. & substi. l. nonnunq̃. ff. de cõ-
di. & demon. vbi enim manifestus est testatoris sen-
sus, nusq̃ interpretatio verborũ tm̃ valet, vt melior
sensu existat, facit l. expressa. ff. de reg. iur. & istud te-
nuit Host. & Io. An. in c. Raynaldus. de testam. & di
cit do. Card. in d. c. Raynaldus. ꝙ ista pars est verior
de iure: licet contraria sit æquior, & dicit se ita te-
nuisse in c. in præsentia. de proba. sequendo opi. Ia-
cob. de Bel. Hostien. & Ioan. An. & istam partem te-
nuit Cyn. in addi. in l. si ita quis. §. is cui. ff. de leg. 2. &
in auth. nisi rogati. C. ad treb. & etiam sequitur do.
Pet. de Anch. in d. c. in præsentia. & sequitur Bald. in
d. l. si ita quis. §. is cui. dicens istam fore cõem opi. &
sic sequitur, ꝙ erit sequenda iudicando & consulen
do, ar. eius quod habetur in l. j. ff. de offi. quæstor. in
ver. crebrior apud veteres opin. & in l. j. ff. de senato.
& l. athletæ. §. j. ff. de his qui no. infam. l. ita vulnera-
tus. ff. ad l. Aqui. c. in canonicis. 19. dist. ca. de qb. 20.
di. c. ne innitaris. de constitu. cum simil. istam partẽ
sequitur Martinus de Silli. & ad rationem in qua te
nentes contrarium se fundant, videlicet ꝙ appella-
tione liberorum, veniunt liberi ex se nati: sed mona
sterium habetur loco liberorũ: ergo sequitur, ꝙ mo
nasterium habetur loco filij ex se nati: quia ad hoc
respondetur, ꝙ monasterium habetur loco filiorũ
natorum ciuiliter. Et istam partem vt veriorem se-
quitur Saly. Bono. in d. auth. nisi rogati. & hanc opi-
nio. reputauit esse singu. dom. Florianus doctor Bo-
no. d. auth. nisi rogati. dicens, ꝙ Barto. in suo consi-
lio incipiẽte, Narnensis quidam. multũ se inuoluit,
& sic non sequitur doctrinam Bart. consulentis con
trarium. Ioan. de Imo. in d. l. si ita quis. §. is cui. redu
xit opinio. ad cõcordiam: vt de iure ciuili procedat
opi. quam sequitur Bartol. & secundum illam con-
suluit: quam etiam sequitur do. Anto. in d. c. in præ
sentia. & illam ibi sequitur dom. Abb. sed in foro ca
nonico & in terris subiecti ecclesiæ tẽporaliter pro-
cedat opi. Iacob. de Bel. Hosti. & sequacium: nec ex
toto secutus opi. Ric. Bart. domi. Anto. & sequaciũ:
sed reduxit ad concordiam illo modo. Et ratio illius
concordiæ fuit: quia de iure ciuili huiusmodi con-
ditiones habentur pro nõ appositis: vt dicitur in d.
§. sed hoc præsenti. ideo siue testator cõsideret actũ
naturalem, siue ciuilem, illa conditio habetur pro
non apposita. & per consequens succedit monaste-
rium: sed de iure canonico non reijcitur illa condi-
tio, & per consequens oportet, ꝙ verificetur: ita lo-
quitur. d. c. in præsentia. & decidit, ꝙ satis videtur ve
rificari: quia monasterium habetur loco filij: sed il-
lud est ex dispositione iuris actui naturæ operantis,
& sic est filius ciuilis, & in casu nostro aũt ꝯhẽtes lo-
quunt̃ in casu nãli: quia voluerunt, ꝙ nõ passim &
indistinctè filii succedãt in d. domo: sed opus & ne-
cessarium, ꝙ sint filii masc. & sic considerarunt ve-
rissimum actum naturæ cooperãtis actũ naturalẽ:
sed d. c. in præsentia. nõ loquitur eo casu, quo dispo
nentes considerauerunt actum naturalem produ-
ctũ ab ipsa natura cooperãte: ergo sequitur ꝙ de iu-
re canonico non succedit monasteriũ. istã credo ra-
tionem potuisse mouere do. meum Ioã. de Imo. ad
sic dicendũ pro concordia horũ summorũ doctorũ
vario & ꝯrio modo scribentiũ super hoc passu. Sed
apponere discordiam inter vtrumq; ius cõiter non
cõmendat. imo semper, quatenus est possibile, debe
mus inducere concordiã inter vtrũq; ius, ar. c. cũ ex-
pediat. de elect. lib. 6. & l. j. C. de inoffi. do. & c. eccle-
sia vrã. de elec. & c. cũ tu fili. de testi. & ẽt non loquit̃
dñs meus in materia ꝯctus: vt est casus nr̃. loquitur
qñ illa verba proferuntur in testõ. & iste non est ca-
sus nr̃. item nos sumus in terris ecclesiæ, quo casu
attenditur ius canonicum: vt voluit gloss. in c. 2. de
arb. lib. vj. quæ reputatur sing. & probatur in cap. ex
duobus de appel. & ideo pulchrè dixit Bal. in l. j. C. q
bo. ce. pos. ꝙ in terris imperij statutum reducitur ad
concordiam cum iure ciuili. In terris temporaliter
subiectis ecclesiæ statutum reducitur ad terminos
iuris canonici. Et sic decidit Io. de Imo. in fauorem
huius consultationis. ¶ Sed nihilominus aperienda
est via ferro: & videndũ quid circa hoc disponat in
vtraque censura veritas stãtibus terminis nr̃is: vtrũ
filius ciuilis veniat ad successionem, vt est monaste
rium, quando contrahentes conuenerunt inter se,
ꝙ succedat filius masculus & filius natus ex coope-
ratione naturę: quia natura est vis insita rebus ex si-
milibus similia procreans: vt dixit Aristo. primo de
generatione & corruptione, gloss. in c. ius naturale.
j. dist. attamen Bart. in præfato suo consilio consul-
uit, ꝙ expiret substitutio, mouetur: quia expressio
3 eorũ, quæ tacitè insunt nihil operatur. † l. 3. ff. de le-
ga. 1. c. significasti. de elect. sed illa verba, suo corpo-
re natos, vel similia verba important actum nãlem
qui non importat̃ in illis, verbis, si sine liberis deces-
serit: vt l. si ita quis. §. is cui. ff. de leg. 2. ergo si fauore
monasterii verificatur substitutio facta, si sine libe-
ris decesserit, si ingrediatur cũ effectu ipsum mona-
steriũ, sequitur, ꝙ si dicat sine liberis ex se natis expi-
rat p monacatũ. itẽ mouet̃ ex ratione Richar. Mal.
dicẽtis, ꝙ talis ꝯditio ĩpediẽs viã ꝯtẽplatiuã hr̃ p nõ
scripta: q̃a ĩducit̃ ad ꝯhẽdũ mr̃imoĩũ, & remouet a
propo-

propositó seruiẽdi Deo. ideo imperator tale graua-
men voluit haberi pro non adiecto, dũ dicit in d.§.
sed hoc pñti. tales ꝯditiones inualidas & ꝑ non scri
ptis haberi: sed hæc conditio, si sine filijs masculis,
multofortius est impeditiua vitæ cõtemplatiuę &
religionis, ergo multomagis debet hr̃i pro nõ appo
sita. Item mouetur ex simili: nã si relinquit̃ ꝑ cã do-
tis necessario intelligitur pro matrimonio carnali,
sine quo nõ põt dici dos. l. 3. ff. de iure do. c. si neces-
se. de do. inter vir. & vxo. nam pro ingressu monaste
rij non dat̃ dos: vt c. veniẽs. c. ne satis. de simo. sed ta
lis cõditio reijcitur in casu, quo ingredit̃ religionẽ.
ergo eodẽ modo si dicat̃, si sine liberis decesserit. Itẽ
mouet̃: qa inter monasteriũ & monacũ non dr̃ m̃ri-
moniũ ꝓhi, cũ solus Abb. sit sponsus: vt in c. qa pp.
de elect. sed si fideicõmissum relinquit̃ sub ꝯdõne, si
nuptias ꝯxerit, & illi grauatus ingrediat̃ mona. non
tenet̃ ad fideicõmissum: vt probat tex. d. §. sed hoc
præsenti. ergo sequitur, ꝙ tale grauamen hr̃ pro nõ
adiectio, cũ contradicat vitæ contẽplatiuę: ergo idẽ
vr̃ dicendum in qõne nr̃a. Itẽ mouet̃: quia si aliquid
relinquit̃ mulieri cũ onere: vt non nubat, non tenet̃
restituere, si nupserit. l. cum ita. cũ l. seq. ff. de condi.
& demon. ergo sequitur multofortius ꝙ non valet
illud grauamen appositũ in qõne nr̃a: cũ talis con-
ditio impediat vitã contẽplatiuã, q̃ melior longe est
vita actiua: vt no in d. §. sed hoc pñti. & in c. diuersis
fallacijs. de cleri. coniug. & facit ad prædicta. l. Titię
cum nupserit. ff. de condi. & demon. & ita consuluit
Bart. ꝙ consilium refertur & sequitur do. Abb. in d.
c. in præsentia. vbi concludit, ꝙ ideo monasterium
obtinuit: quia illa conditio habetur pro non appo-
sita, & nõ ideo: quia mona. habeatur loco filij. ideo
videtur dicendum in casu nostro, ꝙ habetur ista cõ
ditio pro non apposita fauore matrimonij, ita resi-
det. Ad ista datur facilis respõsio, ꝙ nullo modo ob-
stent, ꝙ sic ostendo. §. sed hoc præsenti. est exorbitãs
a regulis communibus: ita dicũt omnes scribentes
in locis præfatis & ad hoc accedat gloss. valde sing.
quæ clarius loquitur in dicto ca. in præsentia. q̃ lo-
quat̃ tex. d. §. sed hoc p̃senti. quæ dicit, ꝙ si testator
substituit ecclesiã filio, si decesserit sine filijs, qui in-
greditur monasteriũ, ꝙ locus est substitutioni: & ra
tio est: quia ille. §. est exorbitans. & non debet exten
di extra casum, in quo loquitur & sequitur illã glos-
sam, & hoc dictum domi. Ant. ibi domi. Abb. tenet
ibi. Stat ergo vera conclusio, ꝙ ille textus non debet
extendi extra casum, in quo loquitur: nec etiam de-
bet extendi ille tex. in d. c. in præsentia. tanq̃ exorbi-
tans. sed illa iura loquuntur in vltima voluntate, &
nos sumus in contractu. ergo sequitur, quòd vt exor
bitantia iura non debent extendi extra casum vlti-
mæ voluntatis: & ideo multum egregie domi. An-
to. in d. c. in præsentia. quærit, quidam habebat em-
phyteusim pro se & filijs suis, ingreditur religionẽ:
vtrum emphyteusis transibit ad monasterium ex
dispositione. d. c. in præsentia. & in d. §. sed hoc præ-
senti. & decidit ꝙ non: quia tunc monasterium nõ
est verus filius: & verba contrahentium stricte intel
liguntur: vt l. quicquid astringendæ. ff. de verborum
obligatio. Et licet, ꝙ dicta iura dicant, ꝙ habeatur
monasterium loco filij, nihilominus istud est exor-
4 bitans. † ideo non extendetur de vltima voluntate
ad contractus. & ideo dicit in materia contractus,
mona. non habetur loco filij. Cum ergo in casu no
stro simus in materia cõtractus. sequitur, quòd nõ
habetur loco filij huiusmodi monasterium. Et istã
partem sequitur dom. Abb. in d. cap. in præsentia. &
allegat rationem, ne contrahentes decipiantur in-
tuitu religionis, seu propter religionem: vt in c. per
tuas. de dona. & isto casu non loquitur Bar. nec do-
ctor. tenentes, ꝙ monasterium habeatur loco veri
filij & naturalis filij: quia ipsi loquuntur, quãdo in
casu vltimæ voluntatis quis ingreditur religionem,
ꝙ est alienum & lõgè diuersum a casu nostro. ideo
ex separatis non infertur. l. maritus. C. de dona. inter
virum & vxorem. l. cum actum. ff. de nego. gest. l. Pa-
pinianus exuli. ff. de mino. cum sim. Et quòd ista sit
indubitata veritas, quòd dispositio dictorum iuriũ
sit exorbitans, & non extendenda ad aliam dispo-
sitionem quàm vltimæ voluntatis. Adduco in me-
diũ illud, quod Angelo nostro venit in ore in quo-
dam suo eleganti consilio, quod in ordine est. 235.
& incipit. ex quo dictus Alber. ordinem sancti Iaco
bi intrauit. vbi accidit casus. cuidam fuerunt adiu-
dicata certa bona cum hoc, quòd si decederet sine
filijs legitimis & naturalibus, quòd dicta bona re-
uerterentur ad Titium. Modò ille talis intrauit re-
ligionem, fuit dubitatio non mediocris, vtrum vi-
gore sententiæ dicta bona deuoluãtur ad illum Ti-
tium: & an excludatur Titius per monasterium ex
dispositione. dicto cap. in præsentia. & d. §. sed hoc
præsenti. ex quo habetur monasterium loco filij: &
quia nõ debet impediri religionis ingressus, & per-
petuus domino famulatus metũ pœnæ, sicut nec
metu pœnæ est libertas matrimonij auferenda. l. Ti
tia. ff. de verborum obligation. Contrarium tamen
dicit ibi Ang. se credere & mouetur: quia verba sen
tentiæ sunt intelligenda propriè & strictè, non au-
tem trahenda sunt ad casum imaginatum & fictũ:
non enim in suis habet locum fictio translatiua de
5 re ad rem: † vel de persona ad personã. l. j. coniuncta
gl. C. si aduer. rem iudi. l. Paulus. ff. de re iudic. nisi eo
casu, quo sententia non haberet effectum. ita dicit
Ange. in præallegato suo consilio. Et licet loquatur
per aduerbium forte, tamen non est istud conside-
randum: quia est mos doctorum consulentium vti
in eorum redditis consilijs verbo forte, & non pro-
pterea redditur dubium consilium. ita fecit iuriscõ
sultus in l. j. ff. de iusti. & iu. in ver. ni fallor. & in l. j. ff.
de origine iur. in versi. ni fallor, & tex. in l. in substitu
tione. ff. de vulgari & pupillari. & ibi Angelus dicit,
6 quòd licet doctor cõsulat per verbum forte, † tamẽ
consilium eius non dicitur esse dubium. facit glos-
sa. in l. si duo. ff. de arbitrijs. quæ dicit, quòd sub ver-
bo forte, respõdent sæpe periti. glossa. in l. mutus. in
prin. ff. de procu. & in l. j. ff. de ferijs. & in l. j. § j. de rei
vendi. & in l. in cõmodato. §. sicut. ff. cõmo. & in c. 2.
de testam. & in euãgelio Ioannis. 14. c. tex. in c. signi-
ficasti. de foro compe. & ibi domi. Card. & l. Gallus.
§. forsitan. ff. de lib. & posth. c. sup literis. de rescript.
Et ideo non est admiratione dignum dicere, ꝙ An-
ge. licet loquatur per verbum forte, tamen consiliũ
7 suum nõ videtur esse dubium. ¶ † Et si forte quispiã
dixerit, ꝙ tex. d. §. sed hoc præsenti. nõ solum loqui-
tur in vltima voluntate, sed etiam loquitur in con-
tractu inter viuos: quia loquitur in donatione, quę
est contractus: ergo non recte loquitur do. Anto. &
do. Abb. quia etiam disponit in contractu, ergo non
est onus dicere, quòd nõ debeat extendi ad contra-
ctum. Ad hoc respondeo, posito enim quòd loqua-
tur in donatione: tamẽ in matria exorbitanti dispo
sitio loquens de donatione non habet locum in cõ
tractu: quia proprie donatio non dicitur esse con-
tractus. vnde gloss. valde elegans in l. contractus. C.
de fide instrumentorum. dicit, quòd donatio pro-
prie non dicitur esse contractus: quia cõtractus est
vltro citroque obligatorius, vt l. Labeo contractus.
ff. de verborum significationibus, & inducitur illa
gloss. ad q. statuti loquentis de contractu, vt non
habeat locum in donatione: quia verba statuti
debent strictè intelligi: vt leg. constitutionibus. ff. ad
municip.

municip. ideo strictè debent intelligi: vt l. quicquid astringendæ. ff. de verbo. obliga. nec debet recedi ab eorum proprio significatu, vt l. 1. §. si is qui nauem, de exercito. & istud voluit Bald. in d. l. contractus, & Salyc. Cum ergo simus in materia exorbitanti: & loquatur ille tex. in vltima volũtate & donatione, non debet extendi ad contractum, vt est casus noster. Facit ad hoc, quod pulchrè voluit gloss. in authen. nisi rogati. C. ad Treb. quæ voluit, ꝙ monasterium non habetur loco filij alijs in casibus, quã in casibus positis in d. authen. Et ideo executores dati ad virgines maritandas non possunt dare quantitatem virgini intranti monasterium: quia non habent in mandatis. Facit, quod voluit Bald. in d. authen. nisi rogati. versi. quæro nunquit in contractu emphyteutico, si emphyteuta ingreditur monasterium, vtrum habetur loco filij, respondet, quòd non, licet monasteriũ succedat in emphyteusi, quandiu monacus viuit, allegat Inno. in d. c. in præsentia. Facit etiam, quod voluit idem Bal. in d. auth. nisi rogati. versi. de vno quæro ex dictis. vbi per eum text. elicit talem conclusionem, ꝙ monasterium non habetur loco filij, nisi in casibus in iure expressis, & non in alijs. Cum ergo in casu nostro nõ reperiatur expressum in d. §. sed hoc præsenti, nec in d. c. in presentia, sequitur, ꝙ remanebimus in regulis communibus. l. si extraneus. ff. de conditio. ob cau. l. si cum dotem. in princip. ff. solu. matrimo. cum sim. Facit, quod voluit Sal. in d. auth. nisi rogati. vbi dicit, ꝙ illa auth. debet intelligi in terminis suis, cum alter est rogatus restituere alteri in vltima voluntate, secus si inter viuos. Ita formaliter decidit ibi Salyc. allegat, quòd dominus Richar. doctor subtilissimus sequebatur hanc partem. Cum ergo nos sumus in actu inter viuos, & sic simus extra casum & dispositionem. d. §. sed hoc præsenti, & d. c. in præsentia, sequitur, ꝙ stabimus voluntati ipsorum contrahentium. Seruabitur ergo voluntas & dispositio ipsorum ꝯhentium: vt c. cum voluntate, de sent. excom. l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de sup. leg. l. scire oportet. §. si maximè. ff. de excusa. tuto. l. cum mulier. ff. soluto matrimonio. illud enim voluerunt partes, quod verbis expresserunt: voces enim sunt signa eorum, quę sunt in anima passionum notæ, philosophus primo periermenias, cordis præco est lingua: vt dixit Bald. in cap. mandatum, de rescript. diuisio enim contractus obtinet vicem emptionis: vt dixit tex. in l. 1. C. communia vtriusque iudi. in versi. vicẽ emptionis obtinere placuit diuisionem, & sic illud, qđ non dicit lex, nec dicimus nos: vt dixit tex. in l. si seruum, versic. non dixit prætor. ff. de acquir. hæredita. l. nominis & rei. §. verbum ex legibus. ff. de verb. significatio. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de legat. 3. cum simil. Ex quo sequitur, ꝙ monasterium non habetur loco filij: & maximè filij masculi, ergo non habetur talis conditio pro non adiecta, & per ꝯsequens non succedet in tertia parte dictæ domus cum terreno. ¶ Præterea est etiam circa hanc hæsitationem summopere aduertendum: quia in dicto instrumento dicitur, ꝙ si contingeret dictum Saluatorem, aut ipsi Saluatoris filios, seu descendentes masculos decedere sine filijs: seu descendentibus ex masculis &c. Ex quibus apparet, quòd dicti fratres diuidentes vocarunt ad dictam domum cum terreno, & ædificio filios masculos descendentes ex masculis, & sic voluerunt nepotes masculos vocari ad dictam domum. modò dictus Saluator decessit superstite eius filio masculo Ioanne & hærede vniuersali, demum decessit ille Ioãnes ab intestato superstitibus tribus filijs legitimis, & naturalibus masculis. Modo si vnus eorũ est effectus monacus & mortuus est, si monasterium veniret pro tertia parte tangente illum monacum, sequeretur, quòd monasterium concurreret cum nepotibus legitimis & naturalibus, & sic videretur, ꝙ æqualiter illi fratres diuidentes dilexissent nepotes, & monasterium concurreret æqualiter cum illis nepotibus masculis legitimis & naturalibus, quòd nullo modo est dicẽdum, primum est contra consilium illum acutissimi Augustini in cap. quicunque. 17. q. 4. & contra glos. in l. si quis ad declinandum. C. de epi. & cleric. & l. Papinianus. §. si imperator. ff. de inoffi. testamen. nam fa-

8 uorabilior est causa filiorũ & nepotum† quàm causa ecclesiæ, vel pauperum, & ideo dicebat Bald. in l. iubemus. C. de testamen. quòd apud naturalem rationem, & apud ius canonicum & ciuile fauorabilior hæres est filius, aut nepotes, quàm sit extraneus hæres, etiã inquit si esset ecclesia, vel pauperes Christi. allegat. l. Gallus. & l. in suis. ff. de liber. & posthu. & idem voluit idem Bar. in repetitio. l. 1. C. de sacro san. eccles. & in l. in epistol. C. de fideicom. & Petr. de Anchara. in cap. 2. de te. Ioan. de Imol. in c. fin. de donat. vnde ponderet domi. iudicans; quia licet in dubio potius sit fauendum ecclesijs & pauperibus, vt in cap. fin. de testa. l. sunt personæ. ff. de reli. & sump. fune. & in capit. reli. 12. q. 2. tamen non debemus fauere cum iactura alterius, vt l. nam hoc natura. ff. de condi. indeb. & in l. locupletari. de regul. iur. libro 6. cum similib. vnde dixit elegans tex. in cap. ex tenore, de foro comp. ita sumus viduis & pauperibus in iustitia debitores, ꝙ alijs iniustitiam facere non debemus, multo fortius in casu nostro non debemus fauere huic mona. in præiudiciũ filiorum: quia istud non congruit rationi naturali, nec dispositioni iuris ciuilis & canonici, nec etiam bonis moribus: & maximè, quia ecclesia est auctrix & cultrix iustitiæ, vt dixit tex. in cap. 2. in tit. de alie. feu. in vsib. feu. & esset inhiare temporalibus, ꝙ est satis detestabile, quò ad ecclesiam, vt probatur in c. ex parte, de cẽsi. & etiam est res pessimi exempli, ꝙ monasterium velit excludere nepotes contra consilium Augusti. & gloss. Et adduco illud, quod voluit Ricar. Malum. quem refert & sequitur Bald. in l. cum acutissimi. C. de fideicõ. in princ. vbi dixit, si testator post mortẽ filij iussit construi mona. vtrum filius filij excludat monasterium, decidit, quòd sic: quia hoc casu monasterium non habetur loco filij, cum non sit hęres: quia essentia naturalis potentior est quàm fictio: vt l. filio quẽ pater. ff. de liber. & posthum. Istud pro certo decidit istam dubitationem, & per consequens tota domus cũ terreno ꝑtinet fratri superuiuenti, & ꝓ certo iste videtur casus huius consultationis, licet do. Petr. de Anchara. in d. c. in præsentia, moueat istam dubitationem & non decidat: sed relinquat cogitandum: non tamen vidit decisionem Ricar. Malum. & Bal. in d. l. cũ acutissimi. ¶ Præterea facit ad prædicta, ꝙ regulariter mona. non habetur loco filiorũ. demonstro. monasterium ingredientis non repellit mona. cui debet fieri restitutio sub ꝯditione, si ille decesserit sine liberis, vt probatur in d. auth. nisi rogati. & in d. §. sed hoc præsenti. ergo non habetur loco filij: qa filius excluderet ipsum monasterium, vt voluit glo. in d. authen. si qua mulier. C. de sacro san. eccl. Facit etiam ad prædicta: quia monasterium non connumeratur inter filios, vt probatur in dicta authenti. si qua mulier, & in corpore vnde sumitur: ergo sequitur, quod loco filij non habetur. institutio. de exhæredatione liberorum. §. emancipati, & de hæreditatibus, quæ ab intesta. §. emancipati, Facit ad superiora: quia ingressus transit in obedientiam abbatis: vt in authent. de monac. §. 1. & in auth. si qua mulier. & not. in c. cum olim, de priuileg. & per consequens trãsit in obedientiã ipsius monasterij repre-

sentari

sentati per Abbatē.c.2. de dona.ergo sequitur, monasterium non habetur loco filij, cum pr̄ nō teneatur ad obedientiam ipsi filio: quia immo ꝯ filij parentibus tenentur ad obedientiam: vt l.veluti.ff.de iusti.& iure.in auth.de nupt.§.si verò expectet.Item facit:quia per ingressum quis perdit spē liberorum, cum sanctimonialiter viuere debeat: vt in auth. de mona.§.cogitandum,& in auth.de sanctis.episco.§. in omnibus.ergo per ingressum filios non acquirit: quia esset quædam repugnantia,& quædam perplexitas, quæ habet vitiare.l.vbi repugnantia.ff.de reg. iur.nec si ponderetur rectè tex.d.§.sed hoc præsenti. probat id, ad quod allegatur. dicit enim dumtaxat ꝯditionem illam esse inualidam & pro non scripta, ergo non potest dici eam haberi pro impleta. Et inter ista est maxima differentia,vt conditio habeatur pro impleta,& vt habeatur pro non scripta:vt decidit text.l.1.C.de ꝯdi.inser.quo casu aperto ore vr̄ dicendū,ꝙ §.sed hoc præsenti potius faciat pro,quàm ꝯ:& ratio quare hr̄ pro non scripta est fauor religionem ingredientis, ne metu perditionis lucri vitam deserat contemplatiuam,quæ ad salutem animę tutior est,quàm vita actiua,vt in auth.de non eligend. secun.nub.§.cum ergo.& in auth.de secun.nup.§.1. & no.in c.diuersis fallacijs,de cler.coniug. ¶ Modò si quispiam oppo.si ergo illa cōditio hr̄ pro non apposita,ergo sequitur,ꝙ monasteriū succedit in portione obuenta illi monaco:& sic excludet monasterium reliquos filios illius Ioannis in portione illius monaci: & sic in tertia parte illius domus. Ad hoc respondeo, ꝙ ille text.est exorbitans a regulis communibus,vt superius plenè dixit, ideo non extenditur extra suum proprium casum:ideo non extendetur ad ꝯctum:vt volunt Saly.Bal.do. Anto.D. Abb. Ange.& sequaces in locis allegatis superius. ¶ Et si quispiam opponat,ꝙ licet de iure ciuili non habeatur monasterium loco filij: tamen ex censura iuris canonici habetur loco filij,vt probatur in d.c.in pręsentia.respondeo, ꝙ ille text.est dubius, & doctores vario mō loquantur super illo tex.dubitātes,vtrum habeatur loco filij.nihilominus loquitur in actu vltimę voluntatis,vt est dictum:ergo ad ꝯtractum extendi non potest.Item facit,quod voluit Salyc.in d. auth.si qua mulier.in 8.quæstione,vbi dixit, ꝙ monasteriū non habetur loco filij nisi in casibus,in quibus loquitur.d.c.in præsentia.& d.§.sed hoc præsenti.tenendo,vt dicunt glo.ꝙ ille §.probet,ꝙ monasterium habetur loco filij.Item posito, ꝙ loco filij habeatur: tamen est fictus filius & non verus:& maximè, quando testator considerauit actum verum & naturalem: & multo fortius quando sumus in actu inter viuos, & contrahentes considerarunt actum naturalem & verū,vt fuit in casu nostro, & sic concurrunt duo, videlicet: quia actus est inter viuos & quia ꝯsideratio fuit habita ad casum verum & naturalem & fauorabilem domui & agnationi & sic reipu. Et in hoc si rectè ponderentur omnia,quę superius dicta sunt,& doctores in locis allegatis superius non loquuntur in casu nostro, sed ponunt dubitationem eo casu,quo testator dicit, si filius meus decesserit sine filijs ex se natis, vel filijs veris non interpretatiuis,sed non loquūtur quando illa verba sunt expressa in contractu & in actu inter viuos.& sic sumus extra casum dubitabilem, quem ponunt doctores in præallegatis locis.& ideo non oportet insistere,quę opinio sit verior,quando illa verba sine filijs apponantur in testamento, quo casu dubitant doctores,& per cōsequens non est opus in hac consultatione respondere motiuis Bar.quæ fecit in prędicto consilio, quæ retulit do.Abb.in d.c.in præsentia,& maximè, quia monasterium nō potest excludere filios illius Ioannis:& voluit Richar.Malumb. & Bald.quos superius retuli, & sic doctores omnes sunt ꝯcordes in hoc,ꝙ extra casum illorum iurium monasterium non habeatur loco filij. Et etiam est ponderandum.d.c.in præsentia,quia non disponit, ꝙ monasteriū habeatur loco filij in omnibus & per omnia, quo casu multum egregiè dixit Bal.in l.omnes populi.ff.de iusti.& iur.quòd licet ciuis ex priuilegio non gaudeat illis commodis, quibus gaudent veri & originarij ciues: vt probatur in l. si maritus. §.1.ff.de adul.& in l.si is qui pro emptore.ff.de vsuc. Saly.in l.ciues.C.de appella.& in rubric.C.de appella.cum simi.tamen si in suo priuilegio dicatur,ꝙ in omnibus modis & per omnia:tunc habebit ea commoda,quæ habent viri ciues.Et ad hoc allego tex.in l.2.§.furiosum.in ver.in omnibus & per omnia.ff.de iure codicil.quem text.allegat Ang.pro singulari.in l.negocijs.ff.de reg.iur.Ita dicamus in proposito nostro, ad hoc vt monasterium haberet illa commoda, quæ habent veri naturales & legitimi filij, erat opus,quod in d.cap.in præsentia,apponerentur illa verba, quòd in omnibus & per omnia &c. sed non fuerunt apposita,ergo sequitur,quòd quando testator in suo testamento substituendo vtitur verbis naturalibus & non ciuilibus, quòd tunc non habebit locum dispositio.d.c.in præsentia:quia vt monasterium habeatur pro filio, est in priuilegium & dicitur filius priuilegiatus,& per consequens non habebit illa commoda, quæ habent veri naturales filij: potuisset enim Papa illa verba exprimere, si ita voluisset disponere: vt probatur in l.1.ff.si me.fal.mo. dix.& in l.vnica.§.sin autem ad deficientis. C. de cadu.toll.& in c.ad audientiam, de deci.& in c.maiores, de baptis.& etiam accedat ad prædicta solenne dictum Bal.in l.1.de consti.princ.vbi dixit:ꝙ ad hoc vt ciuis ex priuilegio gaudeat priuilegio veri ciuis, opus est, vt in suo priuilegio dicatur, habeatur pro ciue, & sit ciuis:quia tunc illa duo verba geminata producunt effectum veræ ciuilitatis & non fictæ: & mouetur ad sic dicendum per tex.l.1.ff.quod quisq; iuris,in versic.pro nullo habetur,nec est, ita dico in proposito,ergo nō habebitur loco filij eo casu,quo testator restrinxit suam dispositionem ad naturam & veritatem,ergo posito, ꝙ essemus in casu vltimæ voluntatis,adhuc non veniret monasterium ad tertiam partem huius domus,cum non sit verus filius, & in themate isto ꝯsideratur plus,quàm verus actus naturalis:quia consideratur,ꝙ sit masculus descendens ex masculo: quanto ergo fortius cum sumus in materia ꝯctus, quo casu dico,ꝙ etiam si iste monacus, superuiueret adhuc monasterium nō posset consequi tertiam partem domus durāte vita ipsius monaci:vt dixit Bal.do.Anto.& do.Abb.in emphyteusi:quia in casu illo,quo ipsi loquuntur,non consideratur fauor agnationis quem in casu nostro considerarunt isti ꝯhentes: vnde actus agentiū non operatur vltra intentionem eorū.l.non oīs.ff.si cert.pet. & sic sumus extra casum Bald.& dom.Anto.& aliorum, & sic videtur fuisse mens & intentio illius Saluatoris prouidere masculis descendentibus per masculum: & non monasteriū venienti ex persona monaci.Facit,quod no.in l.Lucius.ff.de hęre.insti.& in l.filiusfamil.§.cum quis.ff.de leg.1.& in l.ex facto.§. ex facto.ff.ad trebell.& in l.1.C.de pact.& ideo dicta domus deberet venire,donec extat aliquis de descēdentibus masculis,ex illo Saluatore vsque in infinitum,& sic eo ipso,ꝙ fuit effectus monacus ille filius Ioannis, fuit deuoluta portio illius monaci ad reliquos filios masculos legitimos, & nāles illius Ioannis.Item quia nos sumus in materia ꝯctus,quo casu verba sunt strictè interpretanda.l.quicqd astringendæ.ff.

dæ ff.de verb.obl. & per consequens non debet veri ficari in casu ficto & ciuili, & multofortius quando sunt concepta per verba importantia actũ naturalem,& sic concurrunt duo vincula adinuicem: quia sunt apposita verba importantia actum naturalem & fauorabilem reipublicę,& sunt verba ꝯctus.& sic duo vincula sunt potentiora vno,authen.itaque.C. communia de success.c.1.de treu.& pace.cum simi. Et sic concurrit publica vtilitas & voluntas ꝯhentiũ & fa.quod voluit Saly.in d.auth.si qua mulier.C.de sac.san.eccle.vbi apto ore tenet, ꝙ de iure ciuili monasterium non habet loco filij, & de iure canonico dicit,ꝙ processit ex opi.erronea,& non ex opi.vera, de hoc nõ curo examinare.Facit etiam,quod voluit do.Abb.in repetit.c.per venerabilem,qui filij sint legi.q.11.versi.quæro vndecimò.vbi tangit,an legitimatus excludat substitutum, & inter alias rationes assignatas ibi per eum est ista,videlicet, ꝙ licet monasterium habeatur loco filij vt in d.§.sed hoc præsenti.& in d.c.in præsentia,non tñ habetur loco filij ex primo corpore descendentis, allegat opi.Iaco.de Bel.& refert Host.dicere illam opi.fore veram: vnde testator,inquit,isto casu eligit naturalitatem,& non reliquit suam voluntatem interpretationi iuris, & sic do. Abb.mutauit opi.quam ipse tenuit in d.c.in præsentia,& sic vult,ꝙ vbi testator considerat naturalitatẽ,non stamus iterpretationi iuris: sed stamus naturalitati, quã testator ipse considerauit, nec est mirum si mutauit opi.quia,vt inquit Aristo.in 3.de anima,quod intelligere nostrum, aut fantasma, est aut non est sine fantasmate, & propter diuersa fantasmata gñantur diuersæ intellectiones: voluit Bal. in l.j.C.de his,quæ pœnæ noĩe,quanto ergo fortius in casu nr̃o cum simus in actu inter viuos.Et sic nullo modo poterit monasteriũ succedere in dicta domo ex persona ipsius monaci quò ad tertiam portionẽ.Et ita ꝯcludo.Andr.Bar.1456.die 20.Decembris.

EPITOME.

¶Totum istud consilium scriptum est in fauorẽ agnatorum & est interpretatiuum cuiusdam statuti Ferariensis.n.R.

SVMMARIVM.

Statutum excludens filias fœminas a bonis ecclesiasticis est fauorabile.nu.1.

Bona sunt accessoria ad personam.nu.3.

CONSILIVM XIIII.

SCribit Propheta clarissimus. ꝓpe est dominus inuocãtibus eum. Idcirco supremum Deum ex corde & animo inuoco, vt veritatẽ mihi aperiat,amẽ.¶ Et quidem viso puncto,facti contingentia,& bulla ꝯcessa splendido populo Ferrariensi,& statuto eiusdem ciuitatis & omnibus solenni animaduersione pensatis mihi videtur de iure dicendum, ꝙ agnati masculi excludãt fœminam in istis bonis ecclesiasticis.¶Et presuppono primò,ꝙ huiusmodi statutum emanauit ob fauorem domus & familiæ,& eius intentio est fauere & ꝓuidere agnatis masculis.& hec mens & hæc dispositio ꝯiecturatiuè sumitur ex causa & ratione,quę mouit verisimiliter statuentes.Primo ratione cuiusdam rationabilis compensationis sumpta ex quadam cõsuetudine cõi modernorum temporum ex qua consuetudine probabiliter sumitur coniectura mentis & ratio statuentiũ.l. si seruus plurium.§.fi.ff.de leg.1.l.cum de lanionis.§.asinam molẽdinariam.ff.de fun.instr.l. Labeo.ff.de sup.leg. Etenim ꝯsuetudo moderna inoleuit, ꝙ superstites agnationis suę succedant oneribus defunctorũ quãtum ad propulsationem iniuriarum actiuè & passiuè, & quo ad similia onera & incommoda.est ergo ęquum, vt vbi collocantur commoda prouenientia ex agnatione, vbi collocentur incommoda.l.1.§.fi. ff.de acqua plu.ar.l.ſm naturam.ff.de reg.iur.secundo ratione cuiusdam publicæ vtilitatis, quæ expostulat,facultates suas singulis agnationibus conseruari, vt familiaris salua sit dignitas & honestas,quæ absq; diuitijs non conseruatur.l. ab omnibus. circa prin.ff.de leg.1.ff.de ventre inspi.l.j.§.si seruus pietatis.C.de suspec.tu.l.creditores.ff.de priuile.cre.quia honores & munera publica potioribus & honestioribus indicenda sunt.l.honores.ff.de decur.l.ad subeunda.C.e.lib.10.Et quia interest reipub per digniores & ditiores regi non per pauperes & abiectos, in auth.de defen.ciui.in prin.c.& §.fi.& d.l.honores,& in tit. vt omnes obedi.iudi.prouin.circa prin.igitur reipu.interest,facultatibus suos abũdare subiectos: vt in auth.vt iudi.sine quoquo suff.§. cogitatio.honores autem & onera publicorum gerẽdorũ officiorum constat solùm ad virilem sexũ pertinere.l. 2.ff. de reg.iur.cum si. Et quia sordescunt familiæ & domus propter paupertatem: vt in l.quisquis,in versi. in paupertate sordescũt.C.ad l.iul.maie.& in c.cle. in plerisque, de elect.& apud Iuuenalem scribitur. Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat, res angusta domi.& Augustinus dicebat,ꝙ ꝑpter diuitias conseruatur decus & honor in familijs,ita dixit in libro de ciuitate Dei ca.121. voluit Aulus Gellius lib.noctium Atticarum tertio:quia conseruantur familiæ per agnatos virilis sexus: & perpetuatur memoria agnationis & familię.l.pronunciatio.§.familię.ff.de verb.sig.l.liberorum.in fi.eo.tit.& hę fuerunt rationes, quæ mouerũt iurislatores modernos statuendi in suis municipijs, vt masculi agnati præferantur fœminis.& voluit lex mosayca, vt habetur Numeri 24.c.& voluit Ange.in sua quæstione incipiente,nobilis quidam genere.& in suo elegan ꝯsilio incipiente.punctus talis est,statuto ciuitatis Cortonæ, & in ordine est.90.vbi dicit, ꝙ fuit dupositio data diuinitus,& iõ dicimus,tale statutũ esse æquũ: vt dixit tex.in l.si defunctus.C.de suis & legi.& facit, quod voluit Sal. in l.cunctos populos.C.de sum.tri. vbi allegat illam legẽ mosaycam.Et ideo dicit Cyntale statutũ fore fauorabile in l.publico.C.de adult. in l.j.C.quæ sit longa consuetudo.& Bald.in l.quod vero.ff.de legib.& in l.venia.C.de in ius voc.& quod ipse voluit in l.maximum vitium.C.de lib.præter.& in l. certum. C. vnde cogna.& in l.in testamento.ff. de legi.tuto.Et sic elicitur conclusio ex istis,ꝙ huiusmodi statutum excludens fœminas filias a bonis ec-
1 clesiasticis est fauorabile,† & ob publicum bonum introductum, & per ꝯñs fauendum erit istis agnatis masculis.¶Secũdo pręmitto verba ipsius statuti dicentis masculi succedant exclusis filiabus, & oĩbus alijs fęminis cuiuscunque gradus tam in bonis prophanis,ꝗ ecclesiasticis & cuiuscunque alterius generis,non obstante aliqua inuestitura.& in ver.fratres & filij fratrum,agnati tamen succedant & excludãt filias &c. quo casu apparet expresse, ꝙ huiusmodi statutum excludit fœminas, & includit agnatos in bonis ecclesiasticis. ¶ Et si quispiam dixerit, quod statutum, vbi disponit,quod fratres,& filij fratris & agnati excludant fęminas,nihil dicit de bonis ecclesiasticis: ergo stabimus dispositioni bullæ, vt dicamus,quod filij masculi defunctę personę excludant filias fœminas in bonis ecclesiasticis: sed alij agnati excludant eas in bonis ecclesiasticis:quia debemus capere sensum,vt hmõi statutũ nõ tollat dispõnem bullæ:iõ lex posterior est reducẽda inquantum fieri potest, vt ꝯcordet cum lege priori: vt l.sed & posteriores.ff.de legi.& quod ibi voluit Gul.de Cu.& Bar. & quod

& quod voluit Bartol. in l. 1. §. per vim. ff. quod vi aut clam. quia quod non dicit statutum, nec nos dicere debemus: vt l. seruum. versic. non dixit prætor. ff. de acquir. hæreditat. & ideo remanebimus in dispositione bullæ specialiter de dictis bonis ecclesiasticis disponentis: quia species derogat generi. l. sanctio. ff. de pęnis. c. 1. de rescrip. recipiet ergo istud statutũ limitationem a dispositione illius bullæ. ad istud respondeo, quòd istud assumptum non militat ex eo: quia licet statutum in illa clausula de fratribus, & filijs fratrum & de agnatis excludentibus filias non exprimat, in quibus bonis excludant filias: tamẽ in prin. statuti exprimit, & declarat a quibus bonis excludat: qa dicit, a bonis ꝓphanis & ecclesiasticis &c. vnde illa clausula in prin. apposita referẽt ad omnia sequentia, sicut contra dicimus, quòd clausula in fine apposita refertur ad omnia pręcedentia: vt l. talis scriptura. ff. de lega. 1. & l. si idem cum eodem. §. fi. ff. de iurisdi. om. iudi. l. 1. C. de libe. præt. & in c. inquisitioni. & c. secũdo requiris. de appella. & sic apparet expressè, quod istud statutum excludit illas fęminas quo ad omnia bona personę defunctæ, & includit agnatos, quęcunque sint illa bona. Et sic non obstat subiectio: quia huiusmodi statutum est conceptũ in personã: quia dicit, agnati excludant fœminas, quod est summè ponderandum circa istam dubitationem: quia quoties statutum habilitat personam ad succedendum: tunc non habetur respectus, quæ bona sunt, aut vtrum sita sint in loco subiecto statuenti, vel sita sint extra territoriũ statuẽtis: vt pulchrè voluit Barto. in commento. l. cunctos populos. C. de summa trinitat. in versicul. sed posset dubitari de tali quæstione. Consuetudo est in Anglia. ver. mihi autem videtur. vbi allegat. l. fi. ff. de cõtrahen. emptio. facit, quod habetur in l. hęc verba. ff. de adulte. & ibi Barto. & in l. aut qui aliter. §. fin. ff. quod vi aut clã. persona enim semper est sub baculo statuentis: ergo sequitur, quòd verba huius statuti sint concepta in personam, sequitur necessario, ꝙ posito, ꝙ non expressisset de bonis ecclesiasticis, nihilominus fœmina fuisset exclusa, & inclusi fuissent agnati masculi ad dicta bona ecclesiastica. ¶ Stat modò difficultas, statutum laicorum disponẽns de bonis ecclesiasticis, de quibus est inuestitus laicus, valeat de iure. Super hoc modo pendet tota vis huius quæstionis. ¶ Et sic quispiam dicat, quòd generalia verba statutorum loquentia de personis, aut de rebus non comprehendat res ec-
2 clesiasticas, † vt probatur in capitulo ecclesia sanctæ Mariæ. de cõstitutionibus, & in c. ecclesiasticas. vt lite pendente. & in c. bene quidem. 96. distin. & in c. tua. de decim. & in c. a nobis. de sententia excommunicationis. voluit Baldus in leg. fina. §. in computatione. C. de iure deliberan. & in c. cum non ab homine. de iudiciis. & in l. fina. C. de sacrosanctis ecclesijs, & in l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. & in l. fi. ff. de iurisdictio. omnium iudicum. & Ioannes monacus in ca. vt animarum. de constitutioni. libr. 6. & Ioan. Andre. in c. fi. de immu. ecclesia. lib. 6. & Host. in c. tua. de deci. D. Anto. in c. ꝙ clericis, de for. cõp. & in d. c. ecclesia, & in d. c. tua, & D. Abb. in d. c. a nobis. ergo fortius non poterit disponere de rebus ecclesiasticis specialiter: nã condere statutum est iurisdictionis: vt voluit glo. in l. 1. ff. de iurisdi. omniũ iudicum. & per Inno. in ca. cum accessissent. de constitu. Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & probatur in tex. meliori de corpore iuris. in l. nulli. C. de senten. & interlo. omni. iudi. sed laicis est interdicta oĩs ptãs sup ecclesias. & res ecc. vt ĩ d. c. eccle. de ꝯsti. & in d. c. bene quidã. ergo sequit̃, ꝙ si laicus nõ hẽt iurisdictionem super res ecclesiasticas, ꝙ non poterit facere statutum super rebus ecclesiasticis, nec in specie, nec in genere: sed ista sunt bona ecclesiastica: ergo non potuit statutum Ferrariense disponere de istis rebus ecclesiasticis. Ad hoc respondeo, ꝙ licet statutum non possit statuere super rebus ecclesiastic. quò ad ius ipsius eccl. cõpetens nihilominus sup rebus ecclesiasticis quo ad ius cõpetens ipsis laicis, vt puta in bo. emphyteuticis, vel ꝑcarijs, vel liuellarijs ecclesiasticis põt laicus facere statutũ disponens de vtili dñio cõpetẽti laico, quò ad bona ecclesiastica. & rõ est, qa tale vtile dominiũ & vtile ius cõpetens laico iudicatur laicale & non ecclesiasticũ. & est ratio: quia bona sunt accessoria ad personam, vt auth. ingressi. C. de sacrosan. eccle. & l. 1. & 2. ff. de pecu. lega. & accessorium recipit denominationem & effectum a principali cui inhæret: vt probatur in c. 1. de iurepat. lib. 6. & quod not. in l. cum principalis. ff. de reg. iur. & in regula accessorium. lib. 6. & facit. l. quæ religiosis. ff. de rei vendi. vbi quæ religiosis adhærent, ipsa religiosa quoq; sunt: vnde illud, qđ alteri inhęret vt subiecto, recipit denominationem ab ipso subiecto, vt vocetur religiosum. & facit text. valde sing. in c. 1. de postu. præla. vbi probatur, ꝙ appellatione terrarum regis comprehenduntur terrę, quæ non sunt ipsius regis: sed sunt adhærentes regi. Et facit, quod voluit Ang. in d. l. quæ religionis. vbi dixit, ꝙ idem ius iudicatur de ipso principali, adeo ꝙ pax facta cum principali vr̃ facta cum ipsis adhærentibus: quia sunt eiusdem rõnis. & ad hoc allegat Io. And. & Inn. in c. ad apostolicæ. de re iu. libr. 6. & idem voluit do. Abb: in c. j. de postu. præla. Ita ergo dicemus in casu isto: vt ista bona ecclesiastica concessa laicis quò ad dominium vtile ex quo inhærẽt laicis iudicentur laicalia, & recipiãt effectum & denominationem ab ipsis laicis, & sic iudicentur laicalia. Et ad hoc adduco in medium elegãtissimum & subtile consilium do. Pe. de Ancha. quod incipit, visis & diligenter examinatis actis, & in ordine est. 114. & ponit quæstionem istam, vt in meris & proprijs terminis. erat enim statutum in ciuitate Rauẽnæ disponens in rubrica de successione filiorum in bonis parentum decedentium ab intestato, ꝙ mulieres dotatæ vel non dotatæ non succedant in bonis emphyteuticis, seu liuellarijs ecclesiasticis &c. vt ibi. Et decidit ibi nõ succedere in bonis ecclesiasticis. Quare concludo in fauorem agnatorum.

SVMMARIVM.

Iudæa potest esse tutrix filiorum. nu. 1.
Iudæi viuunt legibus Romanorum. nu. 2.
Pęnam petens debet probare implementum contractus. nu. 3.
Duplicatio arrarum peti potest. nu. 5.
Liquidatio requiritur, vt scripta habeat exequutionem. nu. 7.

CONSILIVM XV.

Circa dubia mihi transmissa paucula in medium afferam.
1 ¶ † Et capio primum, in quo quæritur, vtrum hebræa possit esse tutrix. ego nunquam vidi dubitari de hoc, & pro certo dico, quòd potest esse, & ad hoc moueor ex eo. Iudæi viuunt legibus Romanis, & veniunt appellatione populi Romani, vt est glo. fin. coniuncto tex. in ca. ius quiritum. 1. distinct. vbi probatur, quòd appel. pupilli Roma. veniunt iudæi, & sic veniunt legibus Ro. hoc decidit text. l. iudæi more communi Romano viuentes. & l. nullus. §. 1. & l. nemo. C. de iudeis, & pulchrè dixit Bald. in l. spadonem. §. iam autem. ff. de excu. tuto. se habuisse de facto, concessa fuit immunitas incolis certi loci, fuit dubitatũ: vtrũ cõprehenderẽtur Iudæi, & decidit

dit ꝙ sic: & per illum textum decidit ibi Bald. ꝙ iudæus potest esse ꝓcurator Christiani: & facit, quod voluit D. Pet. de Ancha. in suis consilis, consil. 260. constitutione ecclesiæ Romanæ cauetur, ꝙ nullus posset esse officialis, nisi esset deuotus, & fidelis sanctæ matris ecclesiæ. fuit dubium: vtrum iudęus possit esse officialis non obstante præfata constitutione. & consuluit, ꝙ sic, ex quo nobiscum pacificè viuit: & ecclesia in suis ritibus eos tolerat: vt not. Inn. in c. quod super his. de voto. pro quo dicto allego. l. legati. C. de vecti. & quod ibi voluit Bald. vbi dicit ꝑ illum tex. ꝙ deuoti dicuntur subditi. & facit: quia esse iudæum non est delictum: vt habetur in l. multū. ff. de verborum obligatio. nam si delictum esset esse iudæum, sequeretur, quòd ecclesia possit compellere iudæum ad fidem, ꝙ non est verum, vt in c. sicut, de iudæ. Modo arguo sic formaliter, si iudæi viuunt legibus Romanis & legibus Roma. mulieres possunt esse tutrices filiorum, vt in auth. matri & auię. C. quādo mulier tu. of. fungi potest. sequitur, ꝙ mater iudæa poterit esse tutrix filiorum: vnde videtur dicendum, ꝙ aut lex mosayca disponit, ꝙ mater possit esse tutrix filiorum & lex ciuilis loquitur in genere, nec facit mētionem expressam de matre. Iudæa, & tunc seruabitur lex mosayca: quia seruabitur lex specificè loquens de iudęis: quia species derogat generi: vt l. sanctio legum. ff. de pœnis. c. 1. de rescrip. c. generi per speciem. de regu. iur. lib. 6. cum similib. Facit illud, quod scribit in passione dominica, nos legem habemus, & ſm legem nostram debet mori, quasi velint dicere lex nostra debet nobis seruari. Nec obstat. d. l. iudæi. & l. nullus. §. j. vbi dicitur, ciuilem legem seruandam: quia fateor in his, quę sunt iudęis prohibita expressè: Sed in his, in quibus lex ciuilis non derogat: tūc inter iudæū & Christianū seruatur lex cōis, & sic lex Christiana. si ergo est q. inter iudæos, tūc seruatur lex spālis iudæorum loquens de illo casu. Sed si est qō inter Christianum & iudęum, seruetur lex ciuilis, & ita intelliguntur illa iura. l. iudęi. & l. nullus. §. j. ita dixit Ioan. Cal. in suis ꝯsilijs in titulo de testa. consi. 30. vbi consuluit, ꝙ inter iudæos debet seruari lex mosayca specialiter loquens de illo casu. facit in l. sinagoga. C. de iudæ. vbi sinagoga iudæorum est eis permissa. & per consequens instructio legis mosaycæ est eis permissa: vnde frustra permitteretur eis sinagoga si seruari non posset. ideo si ex lege mosayca potest mater iudęa esse tutrix filiorum, poterit esse, ex quo lex ciuilis non prohibet. Faciat. l. iudæos. C. de iudæ. in ver. amissuri hactenus permissa: quæ probat, ꝙ lex sua debet inter eos seruari, nisi ī eis prohibita. Facit. l. si qua. C. de iudęis. vbi si est quęstio inter eos, seniores populi poterunt eos iudicare. ergo lex eorum est seruāda. Facit ēt. quia lex Iudaica est eorum lex specialis. ergo inter eos derogat legi generali ciuili, sicut species derogat generi. & ita consuluit domin. Bartol. de Salyc. vt apparet in quodam suo cōsilio, incipit, in Dei omnipotentis nomine. circa primū. & dico, quòd subscripsit se illi consilio domi. Fran. de Rampo. & do. Ioan. de Fantu. & do. Pe. de Anch. & faciat ratio: nam lex mosayca, & sic lex Dei est supra legem positiuam. x. distin. c. lege. nec licuit Imperatori contra mandata diuina aliquid statuere, sicut non licet inferiori contra legem superioris. Non obstat. l. iudęi. quia procedit in casibus, in quibus lex diuina nō statuit contrarium, allegat quod not. Inno. in c. quod super his. de vot. & facit. l. nemo. cum sua gloss. C. de iudæis. vbi lex ciuilis specialiter prohibet iudæis legem suam seruare circa nuptias prohibitas iure ciuili, & sic ante illam legem derogatoriam legi iudæorū seruabitur lex iudæo-rum non obstante lege cōmuni generali, quæ aliter disponebat. ¶ Modò in proposito non est lex ciuilis loquens specialiter, ꝙ mater iudæa non possit esse tutrix filiorum. ergo sequitur, ꝙ si est lex mosayca specialiter permittens iudæam matrem esse tutricem filiorum, ꝙ seruabitur lex mosayca. Et ideo do intellectum mirabilem modò ad. l. fœminæ. ff. de regu. iuris, ꝙ licet de iure. ff. mater vocaretur ad tutelam: tamen erat lex generalis, & non specialis quò ad ipsos iudæos. ideo si lex mosayca specialiter hoc permisit: vt iudęa sit tutrix filiorū, ꝙ seruabitur lex mosayca. & ista conclusio est verissima habens neruum per supradicta. Si vero lex mosayca specialiter non disponit: tunc recurremus ad legem ciuilem. Est ne verum, quod possit esse tutrix filiorum? Dico ꝙ sic, primo ita est in obseruantia, ego vidi multas tutelas decerni matribus hebræis, & sic Bononiæ sunt multæ hebræ habentes tutelas filiorum. illud quod est consuetudinarium, non est arbitrariū: vt dixit Bal. in l. quicunq;. C. de ser. fugiti. & consuetudo est optima legum interpres, vt in ca. cū dilectus, de consue. & minimè mutanda sunt, quæ certam interpretationem habuerunt. l. minime. ff. de legib. ¶ Præterea dico illud probari iure: nam si iudæi viuunt legibus Romanis & legibus Roma. deferūtur

2 tutelæ matribus: † ergo sequitur, ꝙ defertur matri iudeę cum viuat legibus Romanis. ¶ Et si dicat quispiam, ꝙ Barto. in rubri. ff. de iusti. & iure. dixit, ꝙ iudæus non potest esse tutor Christiani de iure nouissimo ex eo: quia tutor tenet iurare: vt l. fi. C. de admini. tuto. sed tale iuramentum nō cadit in iudęo: vt lucide dixit Bal. in c. 1. §. item sacramenta. de pace iur. fir. vbi voluit, ꝙ c. quamuis. de pact. lib. 6. non habeat locum in iudæo ex eo: quia non potest iudæus iurare iuxta formam illius. cap. quamuis. & ēt adduci posset glo. in authen. iusiuran quod prestatur ab his. circa princ. quæ dicit, ꝙ ideo iudæus non potest esse officialis: quia in eo non cadit iuramentum, quod tenetur subire quilibet officialis, pro certo ista non obstant. Est tamen ponderandum, quòd Barto. loquitur in iudæo, qui petitur esse tutor Christiani, vt erat de iure ftorum. vt l. spadonem. §. iam autem. de excusa. tuto. & dicit, ꝙ non potest: sed ratio quare moueatur ad sic dicendum non est bona ex eo: quia iudæus si ideo esset prohibitur exercere aliquem actum: quia tenetur subire iuramentum, sequerentur multa absurda, & incōuenientia in iure, quæ asserere esset quasi hæreticum in iure: nam sequeretur, ꝙ iudæus nō posset esse in iudicio: quia cum peteretur, vt iuraret de calumnia, non posset ex eo: quia non potest subire iuramentum ſm nostram orthodoxam religionem, quod est falsum: quia immo possunt iurare ſm religionem suam, vt probatur in c. mouet te. 22. q. 1. & confirmat Specu. in titu. de iuramento calum. §. restat. versicu. sed pone iudæus. Item sequeretur, quòd iudæus non posset aliquo casu esse testis contra Christianum, quòd est absurdum: vt probatur in casu singulariter in l. fina. C. de hereti. aliàs in l. penult. & eodem modo non vera est ratio gloss. in authenti. iusiurandum. Et licet Bald. in d. capitu. 1. §. item sacramenta. ita dicat arguendo: tamen ibidem postea tenet contrarium, dicens quòd Imperator arctat eos inter se, vt possit iurare. allegat dict. l. quoniam. C. de hæreti. & sic Bartol. loquitur de iudæo inquantum vellet effici tutor Christiani, & non alterius. Sed iste non est casus noster: quia iudæa est tutrix filiorum. ¶ Et si quispiam opponat de eo, quod habetur in authenti. de hæredita. ab intest. §. ex his autem. ex quo text. sumpta est authenti. matri & auię. C. qn̄ mulier offi. tute. fun. potest. vbi licèt permitta-

tur

tur hodie matri & auiæ: vt possint esse tutrices filiorum seu nepotum: tamen text. ibi se restringit ad matres & auias Christianas, vt apparet ibi, inquantum tex. dicit, quæ catholicæ sunt. & sic restringitur illa dispositio, quando mater & auia sunt Christianę: ergo secus si sint iudeę: limitata enim causa limitatum parit effectum, vt l. in agris. ff. de acq. re. do. l. age cum Geminiano. C. de transac. Ad hoc facile & verũ datur responsum: nam si consideretur ille tex. loquitur in successionibus, non autem loquitur in tutela vbi apponit illam clausulam, fidei catholicæ, hoc apparet ad oculum: cũ dicit, hęc igitur oĩa, q̃. de successionibus sancimus, obtineant in his, qui sunt catholicæ fidei. & sic vult, ꝙ illæ matres & auiæ, & similes succedant, quæ sunt catholicę fidei, & sic quò ad successionem restringitur & nõ quò ad tutelam. ¶ Et si dicat̃, ꝙ illa est clausula apposita in fine: ideo videtur, ꝙ referatur ad oĩa præcedentia, vt c. secundò requiris. & c. inquisitioni, de app. & l. talis scriptura. ff. de leg. 1. & l. 1. C. de diuer. rescrip. cũ si. Sed clausulæ præcedentes sunt conceptæ in tutela & successione: ergo refertur ad pręcedentes. Ad hoc respondeo multipliciter, ꝙ illud est verũ in dubio. Sed vbi aliter apparet ex dispositione legis, tũc est secus: seruanda enim est lex. l. ille. §. cum in verbis. l. non aliter. ff. de leg. 3. sed tex. ibi est, hæc omnia de successionibus: ergo non dirigit se ad tutelas, sed ad successiones. & sic limitata. l. limitatum parit effectum. l. age cum Geminiano. C. de transac. l. in agris. ff. de acqui. rer. do. Et ad hoc accedat, quod voluit Ang. in d. §. ex his autem, versic. hæc igitur. vbi ita colligit. & sic non stabimus illi regulæ, quando aliter apparet de mente legis, & hoc voluit Bar. in d. l. talis scriptura. & idem etiam voluit in consilio suo incipiente. Andriolus, quod in ordine est quintum. ergo nõ obstat ille text. Item vbicunque clausula in fi. apposita non potest rectè referri ad omnia præcedentia: tunc refertur ad proximam clausulã immediate præcedentem. istud decidit gl. in terminis. in l. si idem cum eodem. §. fi. ff. de iurisdi. om. iu. & ibi Bar. & Bald. idem decidit glo. in cle. ne Romani, de ele. & in c. 1. de postu. præla. lib. 6. & in c. 1. de præscrip. eo. lib. Sed in casu nostro non potest referri ad tutelas: quia resultaret absonus intellectus, ꝙ iudęa nõ possit esse tutrix filiorum: quia cũ mater de iure ciuili possit esse tutrix filiorum, vt est dictum, sequeretur, ꝙ per istum absonum intellectũ excluderetur iudea mater a beneficio iuris communis, quod esse non debet. c. indultum, de reg. iur. lib. 6. Item inquantum ibi tex. dicit, catholicæ fidei, non intelligit excludere iudeas, aut iudęos. Sed intendit excludere hæreticos, quod sic ostendi ad oculum, in successionibus iudęi gaudent legibus ciuilibus: & succedunt ẜm iura ciuilia, vt superius demonstraui, & voluit Io. Cal. Bar. de Saly. Io. de Fan. Pe. de Anch. & quia cum non reperiantur prohibiti iudęi succedere inter se: ergo censentur permissi succedere. si autem ita esset, ꝙ ille text. intellexerit, de iudeis: ergo mater iudęa non succedit filijs: sed istud est falsum d. l. iudęi. ergo sequitur, ꝙ non potest referri illa clausula ad differẽtiam iudęorum. & est quædam insufficientia intellectus dicere, ꝙ ille tex. loquitur de his, quę sunt catholicę fidei, vt excludant iudęos. ideo vt euitemus istud absurdũ, dicamus: vt est veritas, ꝙ expressit: quia aliàs sequeretur correctio iuris, ꝙ esse non debet. l. sancimus. C. de testa. l. præcipimus. C. de appel. cum simi. Quinimmo dum istud esse expressum in illo text. in hæreticis iam a nobis positas leges firmas esse pręcipimus, & sic aperto ore ille tex. expressit eos, q̃ sunt fidei catholicæ, vt excludat hæreticos. & sic ille text. nullo modo disponit de iudęis. Sed voluit excludere hæreticos. ergo quò ad iudęos remanebimus in dispositione iuris cõis. l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. l. commodissimè. ff. de libe. & posthu. cum simi. licet ergo olim tutela esset virile officiũ, & non spectaret ad fœminam: vt l. fœminæ. ff. de tute. l. tutela. eo. tit. l. fœminę. ff. de reg. iur. tamen hodie est immutatum quò ad matrem & auiam. Si dicatur, hoc est verũ in matre orthodoxa, vt in d. §. ex his, de hęre. ab intest. in versi. hæc quæ. ex quo tex. sumpta fuit dicta auth. matri & auiæ, dicit glo. in l. 2. in fi. eo. titu. & sic beneficium. d. auth. matri & auię, non habet locum in iudęa, & per ꝯñs quò ad mulieres hebręas remanebunt firma & incorrecta iura. ff. C. vt d. l. fœminæ. istud est falsissimum, vt apparet ex superius dictis, & etiam falsum est dicere, ꝙ auth. matri & auiæ. fuerit assumpta ex dicto ver. hæc quæ. licet enim fuerit assumpta in d. §. ex his autem. nihilominus non fuit assumpta ex dicto ver. hæc quæ. nam versi. ex his. loquitur in tutela. ver. hæc quæ. loquitur in successione, & per consequens malè ille doctor consuluit, & cõtra illud suum consilium fuit determinatum hic Bononiæ in fauorem matris. pro qua ego tunc hoc Bononiæ consului. Et ex istis resultat ꝯclusio verissima, ꝙ ẽt hebręa potest esse tutrix filiorũ, & sic potuit interpellare illum Antonium mercatorem, & protestari ꝯ eum in fauorem ipsorum filiorum, quorũ tutelam gerit. quinimmo plus dico, ꝙ posito, ꝙ ista mater non posset esse tutrix filiorum, quod tñ est falsum, nihilominus potuisset interpellare illũ Antonium & protestari in fauorem suorum pupillorũ, & allegare iura eorum: vt est text. sing. & aureus in l. 2. C. de neg. ge. quem tex. Bar. ibi reputat ad hoc mirabilem. & per ꝯñs potuit ista mulier esse tutrix filiorum: licet hebręa & interpellare & ꝯstituere illum debitorem in mora, posito (non tñ concesso) ꝙ non potuisset esse tutrix. Et ita concludo. ¶ Capio nunc aliam dubitationem, vtrum dictus Anto. inciderit in pœnam stantibus terminis vt stant: quia ex parte illius Lippi, vel filiorum suorum non fuit assignatio debitorũ facta Parmę, vt se obligauerit: & sic vtrum competat eis ius petendi pœnam dicto Antonio. Et ex hui⁹ passus examinatione apparebit decisio multorum dubiorũ, quę in hoc puncto ponuntur. Et circa hoc facit dubium illud, quod Bal. nostro venit in ore. in c. 1. in tit. qualiter do. feu. propriè priue. in vsi. feu. vbi pulchrè voluit, ꝙ qui non facit, quod debet, non recipit, ꝙ oportet: ista enim est nã pęnalium, siue legalium, siue ꝯuentionalium, ꝙ nisi petens pœnam probet ex sua parte debitũ implemẽtum ꝯtus a pœnę petitione repellitur: quia liquida debet esse causa, vt pęna petatur: vt l. quero. §. inter locatorẽ. ff. loca. l. si non fuerit. ff. de iureiur. porrò in pœnis liquidissima dẽt esse probatio: vt l. in testõ. ff. de cõdi. & demonst. Et si non constat de principali, ergo nec de pęnali, & alterato principali non cõmittitur pœnalis, tex. dicit ibi esse sin. ita formaliter dicit ibi Bal. Ecce nunc ad hoc vt quis petat pęnam, cum debeat
3 adimplere ꝯtum † ex parte sua, ꝙ nisi probetur impleuisse ex parte sua, non põt petere pœnã ab aduersario: quia prius debuit probare interuenisse debitũ implementũ ex parte sua, facit auth. dos data. C. de dona. ante nupt. & ibi colligit Bal. ꝙ qui differt facere, qđ dẽt, nõ recipit, qđ ei debetur. Et pulchrè dixit Inno. in c. mandatum, de rescr. qđ non dr̃ scriptũ pro eo, qui venit ꝯ scriptum, refert & sequitur Bald. in l. cum proponas. C. de pact. & ibi Sal. & sic cum ex parte Lippi non fuerit seruata illa scripta, sequitur, ꝙ non vr̃ scripta pro eo, aut pro hæredibus suis. Facit c. ex ore, de reg. iu. li. 6. vbi qs nõ põt adiuuari ex eo, quod improbat. Facit c. frustra. eo. tit. & lib. & quod refert Hieronymus relatus per Gratianus, in c. esto subiectus.

subiectus.95.dist.vbi aiebat. Domicius imperatori, cur te ego habeam in principem cū tu non habeas me in senatorem?& ita posset dici in proposito. Cur ego teneor adimplere ɔ̄ctum, cum ex parte tua non impleueris, arg.l.viro atque vxore.ff.sol.mat.& c.intelleximus, de adult.¶ Sed licet ista sint colorata ad casum istū: tn̄ re vera nullo modo obstant: & quia tota ista difficultas depēdet ex forma conuentionis: ideo est opus videre, quid senserint ɔ̄hentes: quia voces sunt signa earum, quę sunt in anima passionum notæ: vt scripsit philosophus primo periermenias. & l. Labeo.§.idem Tube.ff.de sup.lega.cum si. nam in dicta cōuentione dr̄, ꝙ dictus Antonius teneatur dare per totum mensem Decembris proximum: & sic illa dictio per, importat perfectionem & complementū prestationis per ipsum mensem Decembris. ar.eius quod voluit Bar. immo expressè hoc decidit Bar.in l.Celsus.ff.de vsucap.& not.per scribentes, in c.licet causam, de prob.& probatur in l.vrbana predia. §. pernoctare.ff.de verbo.sig.subdit postea dicta scripta, videlicet, per questi panni ditto Lippo Manno, ne ha dato per parte de pagamento &c. Ex quibus verbis liquido ostenditur, ꝙ dictus Lippus incepit perficere ɔ̄ctum ex parte sua, antequam ille Antonius incepisse facere dictos panos. Et postea dicit, dagando lo resto, che monterà li ditti panni, Lippo ne de dare tanti pagatori in Parma in termino de mesi 7.dreto a Natale toliere &c. Ex quibus verbis liquido demostratur, ꝙ p prius debuit ille Antonius fecisse dictos pānos: quia ex quo res nō erat in facto esse, sed debebat incipere fieri ex ordine intellectus & ex ordine ipsorum ɔ̄hentium, videtur esse actum, ꝙ ille Antonius debuerit perfecisse per prius dictos pannos & per totum mēsem Decembris dedisse dicto Lippo: quia illud datur, ꝙ est & illud, quod non est, non datur: datio enim præsupponit dat ille: quia priuatio presupponit habitum.c.ad dissoluendum, de despon.impub.l.decē.ff.de verb.obl.c.venerabilem, de elec.nam actus actiuorum sunt in patiente bene disposito, vt voluit philosophus in an ma, & facit, quod voluit Bal.in prima consti.C.§.quibus, vbi dicit, ꝙ præsumitur prius & posterius in his, quæ habent ordinem a natura: nam ademptio semper presumitur posterior, vnde si eodem die reperitur promissio & refutatio, promissio præsumitur præcessisse licet glo.de hoc dubitet in l.cum proponas.C.de fideicom.& ibi per Ia.Bu.idem voluit Bal.in c.pasto ralis, de rescri.& in c.2.de offi.dele. Et sic in casu nr̄o ex quo actus adhuc non erat in fieri, debebant ergo pāni & compleri & dari per totum illum mensem: sed re vera non apparet, nec constant numerum dictorum pānorum esse completum: quia factū non p̄sumitur, nisi probetur, & sic se obligauerat dictus Antonius facere illos pannos & cōplere eos, ꝙ non fecit, ex quo sequitur, ꝙ ille Lippus nón tenebatur dare illos pagatores: cum panni: nec facti, nec consignati erant: quo casu dico, ꝙ satisfactū fuit pro parte heredum dicti Lippi illi Antonio referendo se dare dicto Anto. pagatores Parmæ ad sensum illius lanesij. Et hoc decidit formaliter Bald.in l.acceptam. C.de vsur.in versi.venio modò ad oppositiones, vbi quærit, vtrum sufficiat debitori dicere se paratum soluere: & concludit, ꝙ aut est talis res, quæ non potest propriè solui, nisi in loco, vbi est, puta domus, vel fundus: & tunc sufficit debitori videre in iudicio se esse paratum soluere & tradere, vbi res est: quia lex nō arctat ipsum ad impossibile, ar.aut.dos data. C.de dona.ante nup.ꝙ temperat ibi Bald. si rei veritas est, ꝙ habeant facultatem soluēdi aliàs cum rei veritas sit contraria verbis, verba eius nihil operantur, & idem in pecunia, si non est soluenda in loco iudicij, sed alibi: quia dummodo pecuniam habeat paratam in loco, vbi soluere debet, sufficit talis verborum prolatio. Facit, quod voluit Dyn.in c.peccatum, de reg.iur.lib.6.& in l.singularia.ff.si cert.pet.si verò est talis res, quæ possit solui, vbi offertur, & debitum est liquidum: tunc non sufficit dicere se paratum, nisi pretiū sit ibi in conspectu; requiritur enim in oblatione actus realis, vel reali proximus, alias.n. nihil operantur quæcunque verba a debitore falsò proferantur: quia constat eum non esse paratum.

4 ¶†Nec obstat.l.si residuum.C.de distra.pigno.quia procedit secundùm istam distinctionem, quādo est paratus soluere verbo & facto. ista decidunt casum nostrum duobus modis. primò quo ad illum Anto. quia cum ille Anto.debeat dare dictos pannos in ciuitate Regij, & ipse esset Regij, & sic pāni debebant dari in eo loco, in quo offerebantur, & per consequens fuit opus facto, vnde non sufficiebat illi Antonio dicere, ego sum paratus dare tibi pannos, immo erat necessaria oblatio cum actu reali in conspectu: ideo cum non fecerit, sequitur, ꝙ in eo habet locum doctrina Bald.in d.c.1.in tit. qualiter dominus feu. proprie. priue. ꝙ si ille Antonius vult pœnam ex eo, quia non fuerunt dati illi pagatores, erat necessarium, ꝙ ille Ant. probaret, ꝙ actualiter obtulit pannos, ꝙ non fecit.& iō cū non fecerit, ꝙ debuit, sequitur, ꝙ non potest consequi id, quod eidem debebatur, & sic istud est indubitatū, ꝙ nihil pōt ɔsequi, & sic tenetur restituere dictos ducatos, quos habuit p parte solutionis, & sic hæredes illius Lippi sunt liberati a pœna, quam nullo modo incurrerunt.¶ Alio modo deciditur casus noster, quo ad hæredes dicti Lippi, vt ipsi satisfecerint ei, ad quod tenebantur erga ipsum Antonium: quia cum illi pagatores debebant assignari Parmæ ad sensum illius lanesij, & sic vel alio loco, quàm in loco oblationis, sequitur, ꝙ potuit fieri ablatio verbo: quia re fieri non poterat: quia impossibile fieri re, & impossibile tenetur nemo.l.impossibilium.ff.de regul.iur.& ideo scribitur apud poetam clarissimum Ioannem Boccacium in prin.de geneologia deorū. Eia ergo, inquit, & quod potes facito, cum ad impossibile teneatur nemo, & sic cum opponebatur, ꝙ liquido debet quis probare impleuisse ex parte sua ɔ̄ctum ad hoc, vt possit petere pœnam, dico, ꝙ satis liquido hoc probauit illa tutrix: quia cum obtulerit se daturam pagatores ad sensum illius, ipsa videtur impleuisse ɔ̄ctum ex parte sua, ergo potest exigere penas, & imputet sibi ille Antonius, quare non adimpleuit pro parte sua contractum. Et licet ista sit iudea, & filij eiusdem sint hebræi: tamen non est fienda iniustitia: vt dixit Paul. Apostolus primo ad Romanos. Cunctis, inquit, gentibus debitor sum, sapientibus, insipientibus, grecis, latinis, & barbaris. non enim iniustitiam facere debem⁹: pulchrè dixit tex.in c.ex tenore, de foro cōpe. ¶ Et si quispiam dixerit, ꝙ non peti potest pena conuentionalis, dico, ꝙ prout cōcernit interesse, & non accedit vsuræ, peti potest: vt habetur in l.sed & si qs. §.fi. per glo.Iac.Bu.Ang.& alios.ff.si quis cau.si persona non est ɔsueta exercere fœnus, vt erat iste Lippus, qui exercebat mercantias. Et apparet ex ista scripta, in qua pœna non est aliud nisi duplicare arras,

5 vel perdere arras, ꝙ est licitum in iure† vt institu.de contrahen.emp.§.1.cum sua gloss.allegat Bald.in l. contractus. C. de fide instru.& quod habetur in l.fi. in versicu.arris præstitis.C.de sponsa.& in l.Titia.ff. de verb.oblig.& in c.Gemma, de sponsa.& per consequens peti poterit duplicatio arrarum, facit, quod voluit glo.in l.vtrum.§.fi.ff.de peti.here.& quod voluit Cyn.glo.& Bald.in l.cum allegas, C.de vsur. Archid.12.q.2.cum deuotissimam.Bar.in l.cum stipu-

lati.

lati.ff.de ver.ob.& in l.si tibi.§. rogasti.ff.si cer.pe.gl. in c.conquestus,de vsur. Et plus dixit do.Pet.de Anchar.in d.c.conquestus, se consuluisse in ꝯtingentia facti,ꝙ etiam hr̄ respectus ad lucrum cessans,& pro certo hoc decidit tex.in l.2.§.fin.ff.de eo quod certo loco.idem decidit d.Abb.in c.conquestus,ad hoc allegat.c.p vestras, de dona.inter virū & vxo.Facit,qđ pulchrè voluit do.Abb.in c.dilecti,de arbit.vbi post do.Ant.& alios eleganter examinat istum passum, vbi per Ioan.And.& Host.& quod voluit Inno.in c. suam,de pœnis,& ibi do.Abb.post do.Ant.& quod no.12.q.4.c.fraternitas,& in c.eccl'iæ 30.q.2.& Spe. in ti.de oblig.& solu.§.1.ver.ad primum.Ludo.Ro. cons.140.incip.licet variæ reperiantur sententiæ:poterunt ergo hæredes dicti Lippi exigere istam duplicationem arrarum.¶Præterea accedat ad prædicta: quia in d.§.scripta dicitur, ꝙ dicti panni debent habere certas qualitates,vt in ea continetur, quo casu ex ordine intellectus & extrinseca natura & substantia ipsius conuentionis est,vt prius videantur, si illi panni facti sint,& si illas qualitates ꝯtentas habeant antequam deueniatur ad assignationem illorum,ꝗ debebāt exbursare illas pecunias: ergo ex ordine intellectus prius debuit ille Anto.exhibere illos hæredibus dicti Lippi,vt oculis viderēt iuxta illud, quod voluit Bal.in d.§.quibus,& quod voluit Bal.in l.1.§. & parui.ff.quod vi aut clam.vbi dicit, statuto cauetur,ꝙ instrumentum publicum mandetur executioni,quod ante omnia ꝯstare debet, ꝙ illud sit publicum instrumentum,vt probatur in tex.valde singu. in l.2.§.fi.ff.qui satisda.cog.voluit ibi Bar.quem tex. allegat pro sing.domi.Cardi.in clem.1.de sequestra. pos.& fru.debuit ergo constare,ꝙ panni essent facti ita vt fieri debebant,ergo sequitur,ꝙ incidit in pœnam contentam in dicta scripta.Facit, quod voluit do.Anto.in c.licet de euitanda,de elect.& in c.item cum quis,de resti.spol.vbicunque enim actus censetur aliquis respectu certæ qualitatis,debet constare
6 de illa qualitate† ante, vt probatur in cap.1.de foro compe.lib.6.voluit Ang.in suis consilijs,in 7.consil. allegat Innoc.in c.cum sit generale.de foro compe. in c.verum.eo.tit.& no.in c.fin.de for.compe.& per Io.in c.Romana.§.ꝯhentes,de foro compe.Cum ergo illi panni debebant fieri cum certa qualitate:ergo debuit ꝯstare de subiecto & eius qualitate : quia accidentia,vt voluit philosophus,magnam partem conferunt ad cognoscendum,quod quid est:voluit Bal.in l.non nudis.C.de proba.ergo sequitur,ꝙ non tenebatur ille Lippus ad dādum illos pagatores,nisi prius ille Anton.realiter offerret pannos conuentos cum illa qualitate,qua erat inter eos conuentū, sic non erat liquidum istum Lippum debere dare illos pagatores Parmę,debuit ergo prius liquidare,vt in simili voluit Bar.in l.proinde.§.notandum.ff.ad l. aqui.vbi dixit illum text.esse not.pro statutis Italiæ, quę dicunt,ꝙ instrumenta habeant paratam executionem: quia est verum,si est liquidum instrumentum,sed si non est liquidum secus:ideo dicit, si promisisti emendare mihi damnum tale,tamē non apparet,quantum sit,certè ego adibo iudicem , vt declaret damnum, non vt condemnet.ita dicit debere intelligi.l.1.C.de sen.quæ sine certa quanti.Et ita debet intelligi,quod voluit idem Bar.in l.1.in prin. ff.de eden.facit, quod voluit Bal.in l.2.C.de exec.rei iudi.vbi dicit, statuto cauetur, ꝙ contra publicum instrumentum non possit opponi aliqua exceptio, ꝙ nihilominus poterit opponi exceptio , ꝙ instrm non est liquidum , & etiam omnis exceptio, ꝙ non possit aliquid dari.Et subdit ibi Bal.ꝙ omnia instrā, quę debent executioni mandari ex dispositione statuti dum liquidantur,non gaudent beneficio statutorum:sed postquam liquidata sunt,& iudex fuit interloquutus,illud instrm esse liquidum ex cuius doctrina datur præcipuum lumen ad hāc consultationem;quia cum non erat liquidum , illos pannos esse &c.iuxta contēta in pactis:sequitur, ꝙ ante istam liquidationem non meretur ꝯsequi de eo, ad quod tenebatur ille Lippus,ergo sequitur,ꝙ etiam sine illa oblatione facta per hæredes illius Lippi, ille Ant. incidisset in pœnam conuentam in dicta scripta,ar. auth.multomagis.C.de sacr.san.eccl.& c.cū in cunctis, de elect.facit quod voluit idem Bal.in l.1.C.de iur.& fac.igno.vbi dixit,ꝙ exceptio,ꝙ sententia non sit liquida, potest opponi ad impediēdam executionem,ergo multofortius poterit impediri scripta priuata,vt non habeat executionem ante eius liquida
7 tionem.†Et facit,quod voluit idem Bald.in l.si quidem.C.de excep.vbi dicit,ꝙ licet contra instrumentum non possit opponi excep.aliqua:tamen poterit opponi exceptio,ꝙ non est liquidum : & dicit, licet hoc probetur in multis legibus:tamen dicit esse casum sing.in l.hoc iure.ff.de verb.oblig.& facit,quod voluit idem Bal.in l.residuum.C.de distra.pigno.& in l.acceptā.C.de vsur.& in c.pastoralis.§.quoniam. de rescript.& in l.cum apertissimi.C.de iudic.& in l. ex testamēto.C.de testa.manu.¶ Et si quispiam opponat de eo,quod voluit Bar.in l.ait pretor.§.si quis paratus.ff.de ope.no.nū.vbi voluit,ꝙ si quis est obligatus satisdare,non sufficit dicere,ego sum paratus, nisi offerat fideiussores,& sic oēs leges,quæ dicunt, aliquem debere soluere, intelligantur, ꝙ non sufficit dicere,sum paratus soluere, nisi realiter offerat, allegat.l.si residuum.C.de distract.pi.& l. seruus hæredi.§.fi.ff.de sta.lib.& facit.l.statuliber rationem.ff. eo.tit.quem tex.reputat pro sing.Ange.in d.§.si quis paratus. Ad hoc respōdeo,ꝙ Bar.loquitur,& ita ibi loquitur An.quando debitum est liquidum , ita intelligitur illum dictum Bart.& ita ibi illud intelligit An.dicens intelligendum esse,quando debitum esset liquidum: quia tunc deberet fieri realis oblatio. secus si non esset liquidum,& ad hoc allegat.d.l.statulib.rationem,& idem voluit Ang.in l.4.§.ait prætor.ff.de re iudi.& sequitur eundem ibi Io.de Im.& facit l.si quis dicat.ff.de manumis.& quod ibi voluit Ang.Itē Bar.loquitur eo casu,quo quis debet soluere in loco,in quo obtulit:ideo non fuit sufficiēs illa oblatio verbalis sed fuit necessaria oblatio realis,sed iste non est casus noster: quia ista assignatio debitorum, seu isti pagatores debebant dari Parmæ ad sensum illius Iannesij , & sic in alio loco.ideo fuit sufficiens illa oblatio verbalis,& sic fecerūt hæredes Lippi pro parte sua illud,qđ facere debuerunt,& adimpleruntꝯ ꝯtum ex parte sua, & per ꝯns possunt petere pœnam ab illo Antonio . Facit auth.dos data.C. de donat.ante nupt.vbi sola oblatio extra iudicium sufficit ergo sufficiens fuit facere istam oblationem debitorum &c.Facit glo.in d.l.acceptam,quæ dicit, ꝙ aut est talis res,quę potest deponi & consignari,& tunc necessaria est consignatio,vt liberetur,ita probatur in l.acceptam, & in l.obsignatione.C.de solu. Aut res est talis,quæ consignari non potest , & tunc secus, & Sal.ibi supplet ad illam gl.ꝙ aut loquimur quò ad vim & effectum actionis consequendæ , vel intentandæ,& sola oblatio sufficit,vt probatur in d. auth. dos data in l.Iulianus.§.offerri.ff.de acti.emp. Ista decidunt in terminis istam q.quia si loquimur quo ad effectum actionis consequendę,vel intētandæ,sola oblatio sufficit.facit.l.fi.C.de condi.inser.& per ꝯns possunt hæredes huius Lippi consequi pœnam in scripta conuentam.Facit etiam : quia in dicta scripta dr̄,ꝙ eo casu,quo dictus Anto.non daret dictos pannos dicto Lippo in termino ꝯuento promisit

misit idem Anto. dare eidem Lippo duplicatam arrã. Et est accuratè ponderãdum: quia dictus Lippus nõ est obligatus dare illi Anto. pęnas, seu loco pęnæ perdere dictam arram, nisi eo casu, quo non veniret ad accipiendum dictos pãnos. Et sic posito, ꝙ ex parte dicti Lippi nõ fuisset facta dicta oblatio de assignandis pagatoribus adhuc non dẽt perdere dictas arras: quia ad pœnam non fuit obligatus isto casu, nisi eo casu, quo veniret ad dictos pannos accipiendos. ¶ Et si quispiam dixerit, ꝙ seruanda est æqualitas. c. 1. & 2. de mut. peti. & in c. in iudicijs, de reg. iur. lib. 6. & in l. fi. C. de fru. & lit. expen. cum sim. respondeo, ꝙ illa iura & illa regula procedit in iudicijs, quę redduntur in inuitum: vt in l. inter stipulantem. §. stichum. ff. de ver. ob. cum si. sed nos sumus in materia ꝯtus, qui recipit legem ex conuentione partium: vt l. 1. §. si conuenerit. ff. deposi. Et fit interpretatio ꝯ eum, qui stat pro contractu: vt in c. contra eum, de reg. iur. li. 6. & l. veteribus. ff. de pac. & l. quicqd astringendæ. ff. de ver. ob. ideo dixit Archi. in c. si quis suadente. 17. q. 4. ꝙ licet masculinũ genus concipiat fœmininũ, vt l. quicunq;. C. de ser. fugi. & l. j. ff. de verb. sig. tñ istud non procedit in materia ꝯtus: quia interpretatio fit ꝯtra eum, qui stat pro contractu, & ex interpretatione genus masculinũ concipit fœminínum, vt dixit glo. in d. l. 1. & ideo pulchrè dixit Bar. in l. liberorum. ff. de ver. sig. ꝙ licet appellatione liberorũ
8 veniant nepotes † vt ibi: non tamen quando verbum liberi, exprimitur in contractu: quia tunc comprehenditur nepos. & sic in contractu fit interpretatio contra eum, qui stat pro contractu, & sic illud, quod partes non expresserunt in contractu habebitur pro omisso: vt l. maritus. C. de procur. l. cum prætor. ff. de iudi. 25. di. c. qualis. inclusio enim vnius est exclusio alterius. l. quæsitum. §. idem respondit. ff. de fundo instr. l. si seruũ. ver. non dixit prætor. ff. de acq. hęre. vnde non est nr̃m extendere conuentionem. l. fideiussores magistratuũ. §. ab Aurelio. ff. de fideiuss. & sic pœna imposita vni parti non extenditur ad alteram partem, nisi exprimatur. l. sed si interpellatur. §. ab altera. ff. de arbi. ¶ Et si qĺpiã opponat de eo, qđ hr̃ in d. c. j. in ti. qualiter do. feu. proprie. priue. vbi pęna imposita vasallo vr̃ imposita ipsi dño pp seruandam æqualitatem: ita in proposito eo casu, quo est imposita pœna ipsi Anton. ita vr̃ imposita ipsi Lippo. Ad hoc facile respõdetur, vt ille text. procedat in pęna legali: quia mitius agitur cum lege, quàm agatur cũ homine: vt l. Celsus. ff. de arbit. sed nos sumus in pœna conuentionali: ergo secus: quia in conuentionibus non incedimus per extẽsionem, ita formaliter dixit Bal. in d. c. 1. in ti. qualiter dñs feu. proprie. priue. & etiã ibi voluit, ꝙ si vasallus apponit certam pœnam, si non seruat legem conuentionis, ꝙ si illa pœna non sit expressa in dño, ꝙ non extenditur ad dñm: quia pęnas conuentionales non possumus ex-
9 tendere. † Et ad d. c. respondet, ꝙ procedit in pœna legali. Et diligenter ponderet do. iudicãs istud: quia in ista consultatione est verissimũ & subtile: & tolluntur multa, quæ nullam habent dubitationem: ideo nõ est opus insistere, ꝙ debebat prius adimplere ꝯtractum ex parte sua ille Lippus: quia satis impleuit, si comparuit tutrix filiorum dicti Lippi offerens se paratam recipere pannos, & facere illud, ad quod se obligauerat ille Lippus. ¶ Et ex istis elicitur conclusio, ꝙ ille Anto. non fecit illud, quod debuit, & quod continebatur in dicta scripta: ideo non potest petere pœnam contra hæredes dicti Lippi: quia ex quo non fecit, ꝙ debuit, non potuit ꝯsequi, quod ei debebatur. ¶ Elicitur etiam conclusio, ꝙ hæredes dicti Lippi non inciderunt in pœnam: quia sufficit, ꝙ venerint ad petendum dictos pannos in tempore expresso in dicta scriptura, nec tenebantur ad aliud, nisi ad petendum dictos pannos. Item posito, non tamen concesso, ꝙ tenerentur ad dandum illos pagatores: non tamen incidebant in pœnam, si illos non dabant. ¶ Item, vt videantur ex parte sua impleuisse contractum, sufficit, ꝙ verbaliter se obtulerint dare illis pagatores Parmę, & per ꝯñs sufficiens fuit: vt ꝯstitueretur ille Antonius in mora, & contumacia. l. magnam. C. de ꝯhẽ. & commit. stipu. quia dies eum interpellabat, & sic ꝑ illam interpellationem, & oblationem verbalem incidit in pœnã ille Anto. ¶ Et si opponitur de eo, quod in dicta scripta dr̃, videlicet, se lui non venisse al ditto termine. nam in dicta scripta obligauit se dictus Lippus, ꝙ veniret ĩ termino supradicto ad recipiendum pannos: modò dictus Lippus mortuus est, opponitur, ꝙ incidit in pęnam, hoc est ridiculum dicere multipliciter. primò, ipse nõ erat obligatus personaliter venire: quia verba hoc importãt: quia non est appositum aliquod verbum sapiens industriam personę in dicta scripta ergo potuit venire per substitutum, arg. c. fi. de offic. deleg. l. inter artifices. ff. de solu. l. nemo. ff. de duo. re. l. quisquis. & l. ad similitudinẽ. C. de epis. & cle. ergo non incidit in pęnã. Item posito, non tñ concesso, ꝙ illa verba saperẽt industriam personæ, ꝙ non est verum: nihilominus intelligitur rebus sic stantibus: vt c. cum P. Gaufredus, de renun. l. cũ seruus. ff. de condi. ob cau. Bar. in l. qui seruum. ff. de verb. ob. cum si. ideo reciperent interpretationem a iure, vt incidat in pęnã eo casu, quo fuisset in negligentia ante mortem: secus si ante negligentiam superuenisset mors: quia tunc non incidisset in pęnam: quia homo mortuus non potest delinquere. l. defuncto. ff. de public. iudi. C. si reus, vel accu. mor. fue. per totum. & sic nõ incidit in pęnam iste Lip. ¶ Et si dicatur, ꝙ ista ꝯuentio non trãsiuerit ad hęredes, dico istud fore falsum: tum quia pr̃ & filij cẽsentur vna & eadem persona. l. fi. C. de impu. & alijs substi. tum quia sermo testantis vr̃ sermo hr̃dis: vt in auth. de iureiur. a mor. præsti. & censetur esse vna & eadem persona. tum ẽt qa actiones actiuè & passiuè transeunt a lege 12. tabularum in hęredes: vt l. j. in ver. ad scriptos hęredes iura hæreditaria pertinere. C. si cer. pet. l. pacto. C. de pac. l. licet, & l. ea. C. fami. er. l. creditores. C. de hær. actio. cum si. facit, quod voluit Ange. in l. postulante. ff. ad Treb. vbi dixit, ꝙ si statutũ disponit, ꝙ debitor possit capi & carcerari, pro debito, ꝙ comprehenditur hęres debitoris, sequitur ibi Io. de Imo. ergo multo fortius comprehenditur hæres debitoris, qñ agitur de lucro & commodo. & idẽ voluit Ang. in l. j. ff. de his, quæ in testa. delẽ. & optimus text. in c. tua, de vsur. & not. per gl. in c. significauit, de rescrip. & per ꝯñs possunt filij & hæredes agere vigore dictæ scriptæ celebratæ inter ipsum Anto. & patrem dictorum, vti potuisset pr̃ eorũ. Etiam est ponderandũ: quia isti filij, ex quo sunt pupilli, posito, ꝙ ex obligatione pręambula patris, non tñ ꝯcesso, incidere potuissent in pœnam: tñ restitui pñt in integrũ per ea, quæ nõt. in l. 2. C. de iure emphy. & in l. Emilius Largianus. ff. de mino. & per ꝯñs potuit tutrix pro illis pupillis illam interpellationẽ & oblationẽ facere ꝯ dictũ Antoniũ, nec pupilli inciderũt ĩ aliquã pœnã. Et ita ꝯcludo, ꝙ mors supueniẽs illi Lippo Manno eũ excusauit a pęna. Et ita ꝯcludo. And. Barb. 1466. die 4. Feb. Parmæ.

EPITOME.

¶ Stante statuto, quòd mater excludatur, & similiter coniuncti ex latere matris, an excludetur auia paterna. Et quid si concurrant patruus, auia paterna, & auia materna, an auia materna, quæ erat exclusa concurret cum auia paterna eius beneficio,

SVM-

SVMMARIVM.

Exeredatio debet fieri nominatim.nu.1.

Auia paterna includit auiam maternam.nu.2.

CONSILIVM XVI.

Circa consultationem pñtem mihi propositã vr̃ de iure dicendũ, ꝙ ista auia paterna non excludatur a successiõe vigore huius statuti,quod sic ad oculum demonstro, excludere quem ab hr̃ditate legitima exhęredare quodãmodo, sed exhæredatio nullo modo valet,nisi nominatim fiat.l.j.& 2.de libe.& posth.ergo a simili dicemus, ꝙ nec statutum intelligitur priuare aliquem,nisi nominatim illum priuet. † Facit in
1 cludens nullitatem † restringi & intelligi debet, nisi nullitas esset notoria, & ratio est in hoc euidens, ideo enim statutum remouet nullitatem propter præsumptam calumniam opponentium, & ob tollenda subterfugia reorum, & vt lites abbreuientur. Sed quando sumus in casu, in quo nullitas notoriè constat, cessat omnis calumnia. Item non prorogantur lites, ex quo notoriè, & incontinenti constat ex actis, immo statutum ad hunc casum notoriæ nullitatis extendi non debet, secundùm Bald. in d. l. 1. pro quo bene facit dictum Spec. in tit. de excep. §. d. ver. 4. qui adducit text. in l. duobus, a contrario sensu. ff. de except. rei iudic. & sic in huiusmodi statuto non censetur exclusa uullitas manifesta ex actorum inspectione, & ita Imol. & Ludo. in l. de pupillo. §. qui opus. circa fi. ff. de ope. no. nun. facit, quod no. Inno. in c. significasti, de diuor. pro quo etiam glo. & Ang. in l. si pars. in fin. principij. ff. de inoffi. testam. nam ex actis resultat notorium. c. cum olim, in fi. de verbo. signifi. no. Inno. in c. ex insinuatione, de app. in c. per tuas, de testi. pro quo etiam glo. not. in l. 1. §. fine supremæ. ff. de tabu. exhi. vbi lex dicit, ꝙ petenti exhibitionem testamenti non potest opponi aliqua nullitas intelligitur tn̄ nisi sit nullitas proueniēs ex inspectione ipsius testamenti: vt ibi habetur pro quo etiā facit determinatio Ioan. And. singulariter in titu. de sententia. §. vt autem. in addi. quæ incipit, vt ea. vbi dicit, ꝙ statutum disponens, ꝙ aduersus preceptum iudicis nullæ exceptiones opponi possint, restringitur, vt non extendatur ad eum casum, in quo opponitur nullitas, de qua constat ex inspectione actorū, facit, quod not. Barto. & Cumanus, in l. 1. in 6. oppo. ff. de oper. nou. nun. vbi licet edictum prætoris absolutè iubeat nunciationi noui operis parendum: tamen vbi euidenter constaret, illam esse calumniosam, potest sperni, & edictum pretoris ad illum casum non extenditur. Ita ergo in proposito nostro dicendum, ꝙ non debet extendi. d. statutum ad notoriam nullitatem per inspectionem actorum & s̄nīę. & ita etiam firmat Bald. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. ita etiam Lu. in repetitione. l. si vero. §. de viro. ff. sol. ma. in 32. principali fallentia. ¶ Id autē, ꝙ statuta huiusmodi sint restringenda, ostēditur sic. nam quando iniustitia esset notoriè manifesta, nunquam intelligitur exclusa facultas excipiendi, & statutū ḡnaliter loquens hunc casum non comprehendit gl. Inn. & doc. in c. fraternitatis, de frigidis, & in c. inter cæteras. & in c. cum Bertoldus, de re iudi. aliàs statutum esse iniquitatis vinculum, nec valeret, si ad

hunc casum traheretur, quarta di.c.erit aũt. ¶ Prętere a dico, ꝙ licet statutum tollat exceptionem nullitatis sñiæ: non tñ intelligitur de nullitate, quæ apparet ex inspectione actorum, & allegarunt circa hoc oĩa & quædam. Consuluit tñ solennis doct. do. Lud. Ro. in suo consi. 41. inci. visis his, quæ egregiè & elegãter consulta sunt. vbi idem tenuit, & mouetur ex doctrina Bart. in l. j. in 6. oppo. ff. de ope. no. nũc. & ex dicto gl. in l. 1. §. hoc interdictum. ff. de tab. exhi. quã glo. dicit solitum esse allegare pro singulari Oldr. & adducit, quod voluit Bald. in l. ex prædijs. C. de euic. vbi dicit, ꝙ licet statutum excludat omnem excep. ꝯ instrm̃ confessionatum, non tñ excludit exceptionẽ, quæ venit ex inspectione ipsius instri, aut ꝯctus, vel sñiæ, allegat, quæ egregiè voluit Bar. in l. eũ qui ita. §. qui ita. ff. de verb. ob. & facit, quod voluit idem Bar. in l. lecta est. ff. si cert. pet. & in l. exceptionem. C. de prob. & in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. dixit ibidem Lu. ꝙ tunc nullitas vr̃ constare ex facie & inspectione ꝯctus, vel instri, vel sñiæ, qñ dr̃, ꝙ vxor donat viro: quia ex sui inspectione illa donatio dicitur nulla, & sic sentit ibi, ꝙ tunc dr̃ constare nullitas, quæ a statuto non vr̃ exclusa, qñ ꝯstat ex verbis prolatis in ipso instro. idem voluit do. Anto. in c. translato, de consti. vbi dicit, ꝙ tunc sñia dr̃ continere expressum errorem iuris, qñ ex tenore verborum ap-
2 paret † idem voluit in ca. cum contingat, & in c. ab excommunicato, de rescript. & in c. vestra, de coha. mulie. & cler. & in c. clericus, de iureiur. & mouetur ex quodam singulari dicto Inno. in c. P. & G. de offi. dele. & facit tex. formalis de hoc in l. 2. C. qñ prouo. non est neces. in versi. ꝯ tam manifesti iuris formam data. & adduci posset illud, quod Inno. venit in ore, in c. 2. de dilat. vbi dicit, ꝙ si citatur dominus, vt respondeat seruo, vel citatur aliquis, vt respondeat tali excommunicato, vel citatur aliquis, vt respondeat tali militi procuratori, ꝙ talis citatio dicitur continere nullitatem ex inspectione scripturę, & quod voluit Iac. de Belui. in auth. de litig. §. ad excludendam. si quis citatur, ꝙ veniat responsurus, de bannito, & statuto cauetur, ꝙ bannitus non audiatur, quo casu dicitur talis citatio continere nullitatem notoriam ex inspectione scripturæ, & quod voluit Io. Andr. in addi. Spe. in ti. de sen. §. iuxta. ver. item ꝙ nulla ratione, vbi idem tenuit. Facit simile, quod dicimus, ꝙ licet sententia lata contra ius partis teneat, vt no. in c. j. de re iud. tñ qñ euidẽs est iniquitas: puta quia sñia lata ꝯ ius partis continet notoriam iniquitatẽ, tunc sñia est nulla: licet sit ꝯ ius partis lata: ita probatur in c. inter cæteras, de re iudi. & quod dixit D. Abb. in c. ab excommunicato, de rescr. vbi idem tenet, & hr̃ in c. fraternitatis, de frig. & malefi. & etiam dixit ibidẽ, ꝙ licet in c. sñia pastoralis. 11. q. 3. dicat, ꝙ excõicatio siue iusta, siue iniusta timenda sit: tñ si contineat euidentem iniquitatem, est nulla ipso iure: & ratio est: quia tũc cessat pręsumptio iusticiæ, ex quo euidenter est iniusta: ideo non est timenda. Archid. tñ in c. venerabilis, de sent. excom. li. 6. tenuit ꝯrium. ¶ Et ex istis elicitur ꝯclusio & declaratio ad oĩa iura allegata in ꝯrijs ꝯsilijs, vt tunc dicatur esse euidens iniquitas, vel nullitas, qñ ex inspectione sententię apparet talis nullitas. est opus ergo in ꝓposito nostro allegare, ꝙ nullitas euidens huius sententię exequendæ appareat ex inspectione tenoris sententię, si verò non apparet ex inspectione ipsius sñiæ corruunt oĩa illa iura, & illa consilia: vnde nullo modo impedietur talis executio, vt sing. dixit D. Anto. in d. c. translato. & ĩ alijs iuribus allegatis superius. Est ergo opus: vt in illa sñia dicatur, ꝙ sit lata sine citatione, vel ꝙ sit lata sine solennitate substantiali: sed istud non dicunt illa consilia, ꝙ lata sit sine citatione, vel sine solennitate substantiali. & oporteret, ꝙ istud ostenderetur in dicta sńententia, quia non solùm sufficit allegare, sed probare illud, quod dicit quispiam, vt voluit tex. in l. j. aliàs in rubr. in versicu. dicatur. & gloss. suppleт, & probetur. ff. si quadr. pau. feciss. dicatur, & glos. in l. magis puto. §. illud. ff. de rebus eorum. & gl. in c. non est. de consue. lib. 6. sed in d. sñia non apparet, ꝙ non interuenerit citatio, nec apparet, ꝙ non interuenerint substantialia sñiæ. ergo sequitur, ꝙ talis sñia non dr̃ habere euidentem nullitatem, ergo sequitur, ꝙ falsum est dicere, ꝙ dicta sñia nõ mereatur executionem, nec potest cadere in aliquem intellectum hominis, ꝙ iudex, pro quo vt legis ministro lex præsumit, vt c. bonæ memoriæ, de elec. c. pisanis, de resti. spol. c. cum inter vos, de re iud. c. in pñtia, de renunc. l. Herennius. §. Caia. ff. de euic. tulerit sñiam parte non citata; cum citatio sit fundm̃ iudicij: vnde non vr̃ verisimile. & ideo dixit Bald. in l. j. C. de seruis fugi. ꝙ illud, quod non est verisimile, est quędam falsitatis imago. l. milites. §. oportet. C. de quæstioni. cũ si. Quinimmo per ipsam sñiam liquidò apparet interuenisse citationem: quia in ea dr̃ ꝙ fuit facta citatio mortuo dicto dño Ant. & ꝙ cum esset incertum de eius morte, fuit facta citatio ad solitam habitationem ipsius, quo non reperto fuerunt citati hęredes, si qui sunt: cum esset incertũ, an filij vellent esse hæredes ꝓp beneficium abstinendi indultum eis a prętore, & fuerunt citati per edictum generale in loco publico, quo casu valida est talis citatio, & põt fundari iudiciũ. ita dixit Bar. in l. fi. in prin. C. de iur. delibe. & in l. j. C. de iure domi. impetrã. & l. si eo tempore. C. de remiss. pignor. & in l. si quis instituatur. ff. de hæredi. institu. Iaco. But. & Bal. & alij in auth. si omnes. C. vt se ab hæredi. absti. & in l. fina. C. de edi. diui Adri. tol. per Bal. & per eundem in l. quinquaginta. ff. de excu. tuto. & in l. præscriptione. C. si contra ius, vel vtil. publ. & in l. 2. C. de test. Innocen. in cap. final. qui ma. accu. pos. & c. humilis, & in c. inter quatuor, de maio. & obe. do. Abb. in c. fi. de vita & honest. cleri. do. Cardi. in c. dilecti, de excep. Io. de Imo. in c. Albericus, de testi. Ludo. Roma. in suo consilio incip. pro plena discussione. Dominicus in cap. fin. de electi. lib. 6. Barto. in extrauag. ad reprimen. in versi. per edictum Bal. in l. si quis instituatur. ff. de hæred. insti. vbi commemorat, se vidisse cassari multos processus. Bartol. in l. quarta. ff. de bon. authori. iudi. poss. Angel. in tractatu de inuentario. ¶ Et si dicatur, ꝙ vbi est certus hæres est citandus: vt voluit Inn. in c. fi. qui ma. accu. poss. Io. And. in c. fi. de elec. lib. 6. sed hic erant certi illi, qui succedere debebant. ergo debuerunt citari, nec fuit iuri satisfactum per generalem citationem. ita dixit Bar. in l. quis instituat. & in l. si diu. & ibi Ang. ff. ex qbus cau. in poss. ea. Respondeo, ꝙ immo in processu apparet, ita esse seruatum. fuerunt enim citati ij, quos tangit prima causa successionis iuxta illud, quod decidit tex. in l. j. §. denunciari. ff. de ventre inspi. quem tex. allegat Bal. pro singulari in rubrica. C. de success. edi. & ideo dixit Bald. in l. si curatoris. C. de iure delibe. ꝙ non sufficit proclama generale dicendo, quicunq; vult esse hæres, cõpareat: sed debent citari illi, quos proxima causa successionis tãgit. & dicit esse no. tex. in d. l. j. §. denunciari. & idẽ Bal. voluit in l. nam ita diuus. ff. de adop. & in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi. proconsul. & ideo pulchrè dixit Angel. in l. si curatoris, ꝙ singulariter est notanda forma, qua vtuntur pratici aduocati: non. n. dirigunt libellum in genere ꝯ volentem esse hęredem alicuius defuncti, sed faciũt sigillatim requiri illos, quos proxima cã successionis tãgit, & cum comparent in iudicio, faciunt eos interrogari, si volunt esse hæredes talis defuncti. Et idem voluit

idem

idem Ang.in d.l.si quis instituatur.¶ Modò ista decidunt bellissimè hanc dubitationem ex eo: quia fuit facta citatio & proclama publicè & in generali. Itē fuerunt citati ij, quos proxima causa citationis tangit.& sic fuit seruata cõis practica aduocatorum: vt dixit Ang.vbi.s.Bar.& Bald.item fuerunt citati procuratores eorum.¶ Et si dicatur, ꝙ debuit citatio incidere a persona dñorum, vt voluit in c.cām quę, de dolo & contu.& hanc practicam dixit Bar.fore meliorem in l.3.de procur.tñ non reprobat Bar.ibi pra
3 cticā: vt citatio incipiat a procuratore: † licet aliam dicat esse meliorem.item Bart.in l.4.§.prætor ait.ff. de dam.infect.dicit, ꝙ si constat, ꝙ dominus absens constituit procuratorem: tunc est incipiendum a citatione procuratoris.& sic Bar.vult, ꝙ citatio potest incipere a procuratore ipso dño absente, si constat, ꝙ procuratorē dimiserit: & sic potest limitari illud, quod ipse voluit in d.l.3. Cum ergo dñs in casu nostro fuerit absens: quia (vt opponitur) habebat domicilium alibi, ergo potuit incipere citatio ab ipso procuratore. Et plus dico, ꝙ posito, ꝙ non esset notorium.ꝙ dimiserit procuratorem: tamen potest citatio incipere a procuratore, si dominus est absens.& ad hoc allego elegātem textum in l.meminerint.C. vnde vi.in versi.procuratoresque esse quærendos.& facit, quod voluit Bar.& facit tex.in d.c.causam quę. in ver.conuocetis procuratorem, si quem dimiserit. & ibi etiam sentit glo.vocādum esse procuratorem, si dñs sit absens. Et adduco tex.in cap.si aduersarius, nec procuratorem reliquerit, de eo qui mittitur in pos.vbi probatur formaliter esse citandum procuratorem ipso dño absente: & allego casum in cle.causam, de ele.in ver.procuratorem non inueniri ꝯtingat, vbi probatur formaliter, ꝙ debeat quæri procurator, qñ dñs est absens, & istud verissimum per ipsa iura. Sed in proposito nostro erat absens ille dñs.ergo potuit incipere citatio ab ipso procuratore, ꝙ est sine dubitatione.¶ Sed si poneremus, ꝙ fuisset præsens, vbi agitabatur iudicium, ille principalis, potuisset ne citatio incipere a procuratore. Dico ꝙ sic per d.l.3.quæ indistinctè loquitur. Secundò: quia ibi illud tenet glo.tertiò: quia Bar.dicit, ꝙ potest practicari, ꝙ incipiat a procuratore, vel ꝙ incipiat a dño, & vtraque practica est bona. Sed melior est secunda, & sic tutior est secunda practica: tñ prima est bona, ita sentit ibi Bar.& ita eum intelligit Salyc.& sic potius est consilij secunda practica, q̃ sit præcepti, quo casu non ligat.c.nam concupiscentiam, de constit. 4.dist.§.& si legibus.10.dist.c.quis autem.& per scribentes in d.c.nam concupiscentiam, & in c.1.de vita & honesta.cleri.cum si.Ergo sequitur, ꝙ cum in casu nostro interuenerit citatio tam fm dispositionem iuris cõis, ꝙ etiam fm dispositionem statutorum, sequitur, ꝙ falsum est dicere, ꝙ ista sñia est nulla ex defectu citationum: vnde ad oculum demonstratur, ꝙ huiusmodi sententia fuerit lata cum solennitate citationum.¶ Sed si quispiam dixerit. Amice, posito ꝙ ita enuncietur in sententia: tñ non est standum tali assertioni: quia opus est probare, vt dixit gl.l.2.& l.magis puto.§.illud.ff.de rebus eo.& c.non est, de consuetu.lib.6.& l.j.in ver.dicatur.ff.si quadr. pau.fecisse dicatur.cum similibus. vnde posito, ꝙ ita dicatur in ipsa sententia: non tamen interuenit citatio, vnde videtur, ꝙ sine citatione emanauerit. Ad hoc est aduertendum, ꝙ ex processu apparet, ꝙ illa sententia fuerit lata anno 1449. quo casu videtur esse antiqua. vnde aduertendum est ante omnia: quia falsum est dicere, ꝙ in hac sentētia interuenerit nullitas notoria & euidens. ideo licet statutū tollat nullitatem, non tollit illam, quæ est euidens & notoria seu manifesta, vt est dictum superius: nam euidens dicitur, quod constat ex actis: vt voluit Innoc.in c.ex insiuatione, de app.vbi dixit, ꝙ acta transeunt in notorium: voluit glo.in c.significauerunt, de testi.probatur, in c.cum olim, de verb.sign.sed ex tenore sententiæ apparet, ꝙ interuenerit citatio: ergo falsum est dicere, ꝙ nullitas notoria apparet ex ista sententia, cum ex tenore ipsius sententiæ appareat, ꝙ va-
4 leat † ergo si nullitas aliqua esset in dicta sententia, non apparet notoriè: ergo non potest opponi exceptio nullitatis stante præfato statuto. Facit.c.euidentia, de accus.& quod voluit do. Abb. facit.c.cum inter.de re iudic.vbi illud dicitur esse manifestum, seu euidens, quod constat ex tenore instrumenti, aut priuilegij. facit.c.auditis, de in integ.resti.vbi illud dicitur manifestum, quod constat ex inspectione priuilegij fm do. Anto.ibi. facit c.cum Bertoldus, de re iudicata.& quod ibi voluit do. Anto. facit.c.quoniam contra, de probatio.& quod ibi voluit dom. Abb.& quod voluit Ang.in auth.de hæredi.& falcid.§.si verò expressim. facit c.consuluit, in versi.manifestè cognoscitur.c.cum accessessint, in versi.euidentur, de constit.tex.in c.cum olim, de constit.& quod ibi voluit do. Ant.ergo posito, non tamen concesso, ꝙ ista sententia est nulla: tamen sua nullitas non est euidens, aut patens, aut manifesta. facit in simili glo.in c.1.& 2.de vsuris, lib.6.vbi loquitur, quis dicatur manifestus vsurarius, videtur ergo illud dici euidens, quod ex tenore sententię aut instrumenti inspicitur.
5 † sed ex tenore ipsius sentētiæ apparet contrarium, ꝙ immo interuenit citatio: ergo exceptio nullitatis non impedit executionem, cū talis nullitas non apparet ex tenore ipsius sententiæ.¶ Et si quispiam dixerit sufficere, ꝙ appareat nullitas ex actis. Respondeo, ꝙ istud est falsum: debet enim apparere ex tenore ipsius sententię & non ex actis, ita dixit glo.magistra in l.1.C.de erro.cal.ita eam sequitur ibi Bart. qui idem voluit in l.1.§.1.ff.quæ sen.sine appe.re.licet Iacob.de Aret.tenuerit contra illam gloss. facit, quod voluit Inno.in cap.quoniam contra, de probat.quem sequitur Bal.in l.j.aliàs in rubr.C.de manu.vindic.& in l.1.C.de erro.cal.& in l.prolatam.C. de sent.& interlo.om.iudi.& probat in l.pręses.ff.de re iudi.¶ Nec obstat, si allegetur dictum Innoc.in c. cum Bertoldus, de re iudic.quia non loquitur in casu nostro, loquitur enim eo casu quo expresè sentētia refert se ad acta, ꝙ non est in casu nostro. Ex his sequitur, ꝙ posito, non tñ concesso, ꝙ nullitas esset in tali sententia: tñ non est euidens. ergo sumus extra casum iurium, quæ allegantur in consilijs ꝯrijs. ¶ Præterea, ꝙ præsumatur ita esse, vt in sententia exprimitur, demonstro & adduco in medium illud, qđ Bar.venit in ore in l.acta.ff.de re iudi.& in authen.si quis in aliquo documento.C.de eden.& in l.fina.ff. qñ ap.sit.& in l.1.C.de rela.vbi dixit, ꝙ aut ex narratione actorum pręcedētium facta in ipsa sententia, sententia profertur contra præsentem: & tūc si non contradixit narratio iudicis præsumptionem solennitatis induxit, & ita videtur casus in dicta lege prima, & clarior in d.l.fin.quando app.sit.quia non appellando videtur fateri vera esse, quæ in sententia narrantur, & vr̃ consensisse: quia fatuus esse vr̃ ille, q in instrõ aliqua falsa in sui preiudicium describi patitur, cum ipse possit ꝯdicere.l.fi.C.de arbi.tu.l.antiquæ.C.ad Velle. dicit etiam ibidem Bar.quia si fuit lata contra absentem, & tunc nō præsumuntur narrata in sententia fore vera, istud vltimum saluat dictum Innocent.in cap.quoniam contra, de probat. vbi voluit, ꝙ non præsumatur pro narratis in sententia: quia procedit, quando lata est cōtra absentem, quòd videtur sequi Feder.de Sen.consil.94.& facit, quod voluit Bart.in l.sciendum.ff.de verbo.obliga.

& hanc distinctionem Bar. sequitur Bald. in l. emancipatione. C. de fide instr. Facit, qđ voluit Ang. in d. l. fin. ff. quando appel. sit vbi dixit, ꝙ si sententia feratur parte præsente & non reclamante, & in ipsa snia sunt annexa verba enunciatiua ꝙ omnia enũciata in illa snia præsumuntur interuenisse, & subdit, ꝙ cũ petitur executio sniæ corã iudice, non est necesse producere processum: sed solum instrumentũ sniæ, secus si pars non fuisset præsens: qa tunc esset opus producere processum. & ad hoc allegat Inn. in cap. cum in iure peritus. ff. de offic. delega. & facit, quod voluit Cy. in d. l. emancipatione. ¶ Et si quis dixerit ꝙ d. l. fi. nihil facit: quia lõgè refert, an iudex det exẽplum parti, quæ datio nihil operatur, nisi vt probet an iudex faciat actũ parte præsente & non contradicente: qa partis præsentia non potest impedire saltem prolationem: maximè, qa fertur in inuitum: vt l. inter stipulantem. §. 1. ff. de ver. oblig. sicut in l. Caius. ff. de pign. actio. quia in actu, qui potest fieri me inuito, non videor ɔsentire. ita dicit Raph. Cu. in d. l. fi. sed non bene dicit: qa ratio, q̃ est in snia, est ẽt in illa traditione libelli: qa sicut snia fert in inuitũ, ita illa traditio fit in inuitum, nec pars posset illã prohibere. & sicut põt ab vna reclamare, vt rescindat, ita & ab alia, ita ꝙ si bñ ɔsideret, nõ est ita lõga differentia, vt Rapha. dicit. Et inquantũ Bar facit differentiam, an sit lata in absentem, est aduertendum: quia si lata sit contra absentem, & trãsiuit in rẽ iudicatam, siue sit lata in præsentem, siue in absentem contumacẽ verè, vel fictè, semper præsumitur pro snia, ita voluit D. Ant. in d. c. qm̃ ɔ. & ad hoc allegat. c. bonę de ele. Licet enim Papa assignet ibi rõnem, quare præsumatur pro snia: quia lata sup notorio: tñ assignat aliam rõnẽ, quia ꝑp iudiciariam authoritatẽ oĩa præsumuntur rite acta, & ad hoc adduco tex. meliorem de iure in c. cũ inter uos. de re iudi. in ver. veritate gestorũ sermonibus partium præualente, qa præsumuntur oĩa rite celebrata, ex quo snia nulla prouocatione suspensa transiuit in rem iudicatam: & sic ponitur in illo tex. illud verbum, rite, qđ est verbum solennitatis: vt l. lecta. ff. si cer. pe. & l. nõ putauit. §. non quæuis. ff. de ɔtab. Itẽ quia Papa fundat se super transitu in rẽ iudicatã: & sic non fundat se: quia fuit lata, contra pñtem, vel absentnem, nec super antiquitate vel recenti snia, ex quo text. videt decidi ista dubitatio ꝙ ex quo sententia ista trãsiuit in rem iudicatã: quia non apparet de notoria, aut manifesta, aut euidẽti nullitate, præsumitur pro ea, & transiuit in rem iudicatam ꝑp authoritatem iudiciariã: quia lex cõfidit se de ministro suo, vt l. Herẽnius. §. Caia. ff. de euic. ideo siue fuerit lata ɔ præsentem, siue ɔ absentem, stat veritas, ꝙ præsumitur, ꝙ rite lata fuerit, & per ɔñs non impedietur executio. ¶ Modo in proposito nostro, aut ista sententia fuit lata contra pręsentem & non contradicentem: & tunc pręsumuntur vera ea, quę in snia narrantur. Aut fuit lata ɔ absentem, & eodem modo pręsumitur rite lata, & sic pręsumuntur vera narrata in dicta snia, per d. c. cum inter vos. & facit, quòd pulchre voluit Bal. in d. c. cũ inter vos. vbi exponit illud verbum, quo ad oĩa, vt comprehendat accessoria, & ꝑ ɔñs vr̃ comprehendere enunciata ꝑp authoritatẽ iudiciariam. Et multo fortius in casu nostro: quia snia est antiqua, quo casu est ꝑsumptio, ꝙ interuenerit omnis solennitas, arg. eius, qđ voluit Cy. & Bald. in l. emancipatione. C. de fide instr. & arg. eius quod voluit Bar. in authen. si quis in aliquo documento. C. de eden. & in d. l. sciendum. voluit ꝙ licet multi reprehendant glo. quæ reputatur sing. in l. 1. C. de fide instru. & iure hastæ fis. lib. 10. quæ voluit, quòd stat verbis enuntiatiuis in instrumento, licet enuncient actum, qui non potuit interuenire in snia tunc temporis, si est antiquum instr̃m: tunc præsumatur pro verbis enũciatiuis in ipso instr̃o, vt verum dicat, idẽ voluit Sal. in d. auth. si quis in aliquo. & illam glo. etiam sequitur Bal. in c. instr̃m. de notis feu. & in l. nõ aliter. ff. de adop. & in l. 2. ff. si ex noxal. causa agatur. & in l. iurisiurandi. C. de test. eam sequitur Ang. in l. pupillus. ff. qui. mod. pig. taci. contrahi. vbi dicit, ꝙ si in instrumento dicatur ꝙ interuenerit decretum, ꝙ pręsumitur interuenisse. gl. dicit esse notabilissimã, in d. l. 1. & eam etiam tenuit in l. lege sicut. §. non vr̃. ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. & idem voluit in d. l. sciẽdum. ff. de verb. oblig. & facit, quod idem Ange. voluit in l. qui in aliena. § ꝙ si nõ adierit. ff. de acq. hęr. vbi dicit, ꝙ si qs diu possideat rẽ emptã a minore cũ authoritate tutoris, & cõstet de vẽdõne, & authoritate tutoris, licet nõ cõstet de decreto: tñ ꝑsumit de eo, & ꝑ hoc dicit saluari gl. q̃ cõsueuit reꝓbari ĩ d. l. j. & iõ succedit illa doctrina tradita in d. cap. cũ inter vos. ꝙ postquam snia trãsiuit in rem iudicatam, oritur præsumptio iuris & de iure, adeo ꝙ non admittitur probatio in contrarium, vt ibi habetur. ideo dicit singu. Inn. ꝙ si victor glorietur suo dolo obtinuisse sententiam, ꝙ tunc impedietur executio propter confessionem partis. Facit gl. in auth. sed iam necesse. C. de don. ante nup. quæ allegatur pro singulari, sed similiter est in corpore, vnde sumitur, & in l. in ɔtctibus. §. de illo. C. de non num. pec. Et sic siue sit lata contra præsentem, siue contra absentem cõtumacem fictè, vel verè. præsumitur, ꝙ sententia fuerit rite & rectè lata, postquam transiuit in rem iudicatam, maximè quando est antiqua.

6 † Et ad hoc dico fore casum singularẽ in d. ca. bonæ memoriæ. de ele. vbi fuerat sententia lata in absentem, & dubitabatur de citatione. dicitur ibi, ꝙ pręsumitur interuenisse, ex quo snia est antiqua. & ibi dixit Composte. post Inno. ꝙ si lata fuit snia ɔ absentem cõtumacẽ, præsumitur, ꝙ rite & rectè lata fuerit. secus si sit lata ɔ absentem non contumacem, nec pręsente eius ꝓcuratore per l. properandum. C. de iudi. & hoc ẽt tenuit Spe. in ti. de sent. prola. §. fi. circa fin. sed Host. in c. in præsentia. de renũ. dicit, ꝙ si lata est sententia, & nihil opponitur, præsumitur pro ea. si vero aliquid opponitur, & tunc si opponitur intra biennium, nõ pręsumitur pro illa, secus si opponatur post biennium. Et ratio: quia biennium videtur limitatum, intra quod possit dici contra sniam. c. ex ratione. de appel. & s̃m hoc videtur intelligendum illud, quod voluit idem Host. in d. c. cum inter de re iudi. vbi distinguit, an snia sit lata de recenti: & tunc non pręsumatur pro illa: quia videtur intelligere, ꝙ non dicatur lata de recenti, quãdo iam bienniũ est elapsum. & idem videtur voluisse Ioan. Cal. in c. quoniam cõtra, de probatio. vt refert do. Ant. in d. c. in præsentia. & ibi Io. de Imol. adducit quod voluit Composte. ꝙ siue de recenti. siue de lõginquo sit lata snia, ex quo transiuit in rem iudicatam, præsumitur, ꝙ rite & rectè lata fuerit. & idem tenuit ibi do. Anto. Bal. tamẽ in c. 1. §. final. in titu. quo tempo. miles inuesti. pete. debet. in fi. verbis, & in ca. 1. de milite vasal. qui contumax est. refert illud dictum Hostien. ꝙ decursis fatalibus duorum annorum præsumitur, ꝙ rite & rectè lata fuerit sententia, licet non producantur acta: ipse tamen dicit, illud procedere in sententia, quæ est multum antiqua, non autem declarat, qñ dicatur multũ antiqua, dico, ꝙ intelligitur iudicantis arbitrio, quod dictum fuit Io. Cal. in d. c. quoniã contra, de proba. ¶ Ita dicamus in proposito, ꝙ iudex arbitrabitur sententiam esse valde antiquam, si lapsi sint decem anni, arg. l. si filius. C. de peti. hæredi. & eius, qđ voluit ibi Bal. & quod habetur in l. qui in

in aliena.§.ꝙ ſi non adierit.ff.de acqui.hęredi.& ita
interpretandum & intelligendũ ſit dictum Bald. in
d.c.in pręſentia,vbi intelligit illud dictum Hoſt.pro
cedere in ſentẽtia multum antiqua. Et pro certo vi-
detur caſus in c.ſicut.de re iudicata. qui tex.genera
liter dixit,ꝙ propter authoritatem rei iud.pręſumũ
tur oĩa rite & rectè acta.ſiue ergo ſit antiqua ſenten
tia,ſiue ſit recens, præſumitur pro ea, ſi tranſiuit in
rẽ iudicatã.& ibi dicit, ꝙ propter ſolẽnitatẽ iudicia
riã oĩa præſumunt̃ rite & rectè geſta,ẽt ſi iudex eſſet
vnus ribaldus. Quanto ergo fortius in caſu noſtro
præſumitur per huiuſmodi ſentẽtia,cũ ſit antiqua:
q̧ elapſum eſt ſpacium tot annorum. Facit ẽt quod
voluit Saly.in d.l.emancipatione.vbi dicit,ꝙ ſi nar-
ratiuè dicitur in ſententia de actis,& partes,fuerunt
pręſentes,nec reclamarunt: tunc p̃ſumit̃ illa acta p̃-
ceſſiſſe,ar.l.optimã.C. de contrahẽ. & cõmit.ſtipu.
Aut de illis nõ eſt facta mentio in inſtr̃o ſnĩę:& tũc
non præſumitur acta præceſſiſſe, niſi forte inſtr̃m
ſnĩæ eſt multũ antiquũ:qa tũc præſumeret̃ acta præ
ceſſiſſe,allegat Ia.de Are.& Cy. & qđ not.in d.c.qm̃
ꝯ.quod dictum eſt bene no.ad declarationẽ eorum,
quæ ſuperius fuerunt dicta ex eo:qa tũc nõ p̃ſumũ-
tur acta præceſſiſſe: qa in ſentẽtia nulla fit mẽtio,ꝙ
acta interuenerint:tunc.n.attenditur,an inſtrumen
tum,ſit antiquum,an ſit recens,& ita intelligatur,ꝙ
voluit Bal.in d.c.in præſentia & in alijs locis allega-
tis ſuperius,inquantum voluit, ꝙ deberet eſſe valde
antiqua ſententia. Aut in inſtrumento ſnĩæ enun-
ciatiuè narratur acta interueniſſe: & tunc præſumi
tur pro inſtrumento ſententiæ,nec eſt opus, ꝙ tunc
ſit valde antiquum inſtrumentum: & ita declarant
doctr.Hoſt.Ioan.Cal.& aliorum. Sed in caſu noſtro
concurrunt omnia iſta:quia narrantur in inſttumẽ
to ſententiæ,& eſt antiquum inſtrumentum ergo ſe
quitur,ꝙ nulla videtur eſſe dubitatio, ꝙ præſuman-
tur,interueniſſe ſolẽnitates ſolitæ interuenire in ta-
libus geſtis, & per ꝯſequens res videtur eſſe ſine du-
bitatione aliqua.¶ Pręterea ſi tenemus dictum Cõ-
poſte.in d.c.bonæ,adhuc ſumus in caſu victoriæ.di-
xit enim in d.c.bonæ, ꝙ ſi impugnatur ſententia ex
ordine,ꝙ ſi victus a ſententia non appellauit,confir
mauit iudicium.l.fi.C.de ſen.quę ſine cer.quantita.
proferũtur;& quia difficillimum eſt ſemper omnia
acta cauſæ reſeruare. Io.Cald. dicit in d.c.quoniam
contra,ſe nõ credere, ꝙ taciturnitas partium faciat
valere ſententiam,quæ nulla eſt,ar.l.ſi expreſſim.ff.
de appellatio.c.2.de purg.vulg.ideo impugnans de
bet audiri:ſed quia præſumptio eſt pro ſententia.c.
ſicut, de re iudi.ideo impugnans debet probare de-
fectum fuiſſe commiſſum in ordine. & hoc opera-
tur ſententia & taciturnitas partiũ, & dicit hoc eſſe
potiſſimum,quando ſententia eſt recens:ſed ſi lon-
gum tempus eſt,quo ſententia eſt lata,tunc dictum
Compoſte.habet ęquitatem. Et ſubdit longum tem
pus eſſe biennium, quod ex cauſa datur appellanti.
c.cum ſit,de appellationibus,& hoc ſentit Hoſtien.
in d.c. præſentiam, & hoc tempus determinabitur
7 iudicis † officio, aliàs arbitrio.ex quo a iure non eſt
determinatum:vtile tamen eſſet ſecũdùm eum ha-
bere ius ſuper hoc, ꝙ determinaret tp̃s, infra quod
poſſet impugnari ſententia propter æquitatem præ
dictam,ita refert & ſequitur formaliter D.Car.in d.
c.quoniam contra.ver.iudex,in 5.quæſtio. Cum er-
go ſententia ſit antiqua: ergo non poteſt impugna-
ri:& ad hoc concordant oẽs ſcribentes. Facit, quod
voluit Salyc.in l.1.C.de rela.in fi.verbis,vbi dicit,iu-
dex in ſua ſentẽtia dicit,viſis libelli porrectione &c.
an iſta verba præiudicent præſenti & tacenti:& po-
ſtea non appellanti,decidit ꝙ ſic,arg.l.optimam,de
contra.vel commit.ſtipul. Ita dicamus, quando eſt
antiqua ſententia:quia tunc eſt ſicut tacitus conſen
ſus reſultans ex longitudine tẽporis:vt d.l.ſi filius.&
ideo dixit Bal.in l.poſt mortem.ff.de adop.ꝙ ſi filius
habitauit ſeorſum a patre: & vt emancipatus con-
traxit & longo tempore, ꝙ valent contractus: quia
præſumitur emancipatus, ex quo tacente patre ha-
bitauit &c. & ibi per eum.& plus etiam dixit Ange.
in l.hi qui ad ciuilia. C.de appell.ꝙ vbi ſententia eſt
lata contra præſentem,& non contradicentem,oĩa
enũciata per iudicem in ſententia præſumuntur ve
ra:licet tunc interuenire non potuerint, allegat In-
nocen.in d.c.quoniam contra. Cum ergo in iſta ſen
tentia enuncientur citationes factæ. ergo ſequitur,
ꝙ ſtabitur talibus verbis enunciatiuis.¶ Et ſi dubita
ret quiſpiam de alij ſententijs, puta ꝙ non interue-
nerit citatio, & per conſequens dicantur latæ partę
non citata,quo caſu non valerent: quia etiam ſen-
tentia principis requirit citationem. vt eſt tex.ſingu.
in l.fi.in ver.cognitionaliter.C.de leg.& ibi per Bal.
& Raph.& tex.in c.1.de cau.poſſ.& proprie.in verſi.
nos contra inauditam &c.licet eſſet ſententia decla
ratoria: tñ requirit citationem,vt pleniſſimè ſcribi-
tur in conſilijs redditis,pro quibus dico fore gl.in c.
præſenti,de cenſi.quia iſta omnia tolluntur ex inſpe
ctione ipſarum ſententiarum, in quibus dicitur, ꝙ
interuenit citatio.ergo ſtabitur verbis enunciatiuis
ipſarum ſententiarum:quia etiam poſito,ꝙ in ipſa
declaratione non diceretur, ꝙ emanauerit citatio-
ne præcedente:nihilominus non requiritur citatio,
& ex hoc tollitur aliud fundamentum,& ad hoc ad-
duco elegantem doct.Spe.in ti.de poſ.§.8.ad fin.vbi
decidit belliſſimè hunc paſſum. Et dicit his Clemen
tem quartum ꝯfirmaſſe illam ſententiam. iſtud ad-
duco vltra allegata in reddito conſilio,quod voluit
Bald.in l.ſi quis intentione ambigua.ff.de iudic.ubi
dixit, ꝙ quoties teſtis declarat ambiguum ſuum di-
8 ctum † iuxta id,quod voluit gloſſ.in auth.de teſte.§.
quia verò.& Innoc.in c.cum clamor, de teſtib.non
requiritur citatio. Et certũ eſt, ꝙ tempore,quo pro-
ducitur teſtis,requiritur partis citatio:vt c.in nomi-
ne domini,de teſti.& tamen quando declarat ſuum
dictum,non requiritur citatio: nam licet vbi iudex
declarat, quem incidiſſe in pœnam conſtitutionis,
non debet ferre declaratoriam,niſi illo prius citato
vt voluit gl.in ver.conſtiterit,in cle.præſenti,de cẽſi.
& eſt ſimilis gloſſ.in cle.2.de pœn.in ver.conſtiterit,
& licet a ſententia legis quis nõ poſſit appellare: vt
l.ſi qua pœna.ff.de verbo.ſign.tamen a ſententia iu-
dicis declarãtis quem incidiſſe in pœnam appellan-
tur: quia illa eſt ſententia hominis, & non legis.ita
dixit elegans glo.in c.cupientes.§.ꝙ ſi per viginti,de
ele.lib.6. Et ꝙ requiratur declaratio,antequàm fiat
executio,probatur in c.cum ſecundùm leges,de hæ
ret.lib.6.& in l.eius qui delatorem.ff.de iure fiſ.& in
l. manifeſtæ turpitudinis. ff. de iureiurand. nihilo-
minus dico iſta venire limitanda, vbicunque iudi-
ci poſſet conſtare ſaltem præſumptione legitima il
lum incidiſſe in pœnam, vt puta: quia citatus ſub
pœna,vt compareat certa die,& ille non comparet,
ꝙ præſumitur ꝯtumax,& iudex poterit eo non com
parente in termino declarare illum contumacem,
& pęna contumaciæ illum afficere abſque alia cita-
tione:licet ille poſſit ſe defendere allegãdo cauſam
probabilem,quare non cõparuit.& hoc decidit tex.
ſolennis in c.certum.11.q.4.& in c.1.de iudi.& in c.
querelam, de procur.ad hoc optimè poteſt adduci
illud,quod Bar.venit in ore in l.ſi finita.§.Iulianus.
ff.de dam.infect.vbi dicit, non valuiſſe punitionem
contumacis per iudicem factam: quia in actis non
conſtabat illum fuiſſe citatum cum nuncius adhuc
non feciſſet relationem,ſecus ſi nuncius prius fecit-

fet relationem: quia dr verus contumax, qui apprehensus per citationem in termino præfixo non comparuit, vt no. in cle. vna, de dolo & contu. in gloss. ex quo in actis non apparet de comparitione, præsu-
9 mitur non facta † iuxta ea, quæ no. in c. quoniam contra, de prob. & illud, quod constant ex actis dr notorium c. cum olim, de verb. sig. Et facit ad prædicta. l. pe. C. de sen. quæ sine certa quanti. & c. cũ olim, de re iud. & sic poterit declarare illum contumacem nulla facta citatione in illa sentẽtia declaratoria. ita formaliter dixit glo. dixit do. Abb. in cle. præsenti, de censi. super gl. illius cle. ¶ Ecce nunc qualiter fertur declaratoria sententia contra aliquem contumacem illo non citato in tali die. Et pro certo potuit D. Abb. allegare doctrinam Spe. in loco allegato superius, vbi bellissimè hanc quæstionem decidit, ex quo sequitur, ꝙ potuit ille dominus Laurentius ferre declaratoriam sentẽtiam nulla facta citatione in illa declaratione fienda, & maximè; quia in ista declaratione non generatur præiudicium parti: quia nihil de nouo inducit: vnde dicebat Dñicus in c. 1. de sum. trini. lib. 6. referens Oldra. consi. 166. ꝙ si alicui fuit datus terminus ad producẽdum articulos in causa, ꝙ nihilominus post elapsum terminum poterunt articuli producti intra terminũ declarari, allegat illum tex. & tex. l. hæredes palã. §. sed si notam. ff. de testa. quo casu sequitur, ꝙ si post terminũ possunt declarari, ꝙ non requiritur citatio partis in illa declaratione: quia perinde est ac si fuisset facta in termino, & facit gl. in c. si quis viduã. 34. di. & ꝑ illã gl. dixit ibi Dñicus, ꝙ qui nõ põt artitulos producere, põt declarare articulos iã productos. ergo sequit, ꝙ nõ requiritur citatio eo casu, quo fit talis declaratio: qa non dr productio. Ita in proposito nr̃o dicamus, ista non dicitur sñia. Facit, quod voluit Bal. in l. 1. §. huius studij. ff. de iusti. & iu. vbi dixit, ꝙ si fuit datus terminus alicui ad articulandũ, & fecit articulos gñales, ꝙ nihilominꝰ post lapsum termini poterit illos declarare: qa non dr producere. ergo cũ non sit productio, non reqritur citatio. Et qđ voluit idẽ Bald. in prima constitutio. Codi. §. quibus. vbi dixit, ꝙ licet statutarij non possint addere ad antiqua statuta: qa dicerẽtur facere noua statuta, nihilominus possunt illa antiqua statuta declarare, & sic declaratio non reqrit nouã cõmissionẽ. Ita dicamus in proposito nostro, ꝙ non reqrit citationẽ. Facit qđ voluit idẽ Bal. in rubr. C. de re. permu. vbi dicit, statuto cauet, ꝙ de contractu soluatur gabella. Modò partes contrahunt, & de illo contractu soluunt gabellã, ꝙ si postea accidat dubitari de illo contractu, & fit declaratio super illo contractu, decidit quod nõ soluetur gabella pro illa declaratione: qa non dicitur nouus cõtractus. Et facit, qđ voluit idem Bald. in l. ex testamento. C. de manu. testa. & in l. quoties. ff. de iu. do. & in d. l. hr̃des palam. §. sed si notam. & ibi Io. de Imo. licet ergo partes sũt citandæ ad ferendam sententiam. l. de vno quoque. ff. de re iudic. cum simi. tamen ista declaratio nõ est sententia: quia trahitur retro. vnde si deberet interuenire solennitas in actu faciẽdo interuenit in actu declarando. ¶ Et si quispiam opponat de eo, quod voluit Bar. in l. ab executore. ff. de app. in ver. quæro, qualiter fiet ista interpretatio, vtrũ debeat pars citari, putat ꝙ sic. vt l. de vno. ff. de re iu. l. nam ita diuus. ff. de adop. arg. eius, quod dicimus de arbitro, q debet arbitrari partibus præsentibus aliæ tamen solẽnitates, quę requiruntur in sñia ferenda, non requiruntur in hac declaratione, allegat in argu. d. l. hęredes palam §. sed si notam. ¶ Diceret quispiam, Amice, hęc doctrina Bar. deiicit in profundũ ea, quæ in medium adduxisti. requiritur ergo citatio in hac declaratione fienda. & ita limitatur dispositio. d. §. sed si notam. & istam doctrinã Bar. sequitur Io. de Imol. in d. l. ab executore, Sed respondeo, & dico pro certo nullo modo obstare, & est ponderãdũ: quia Bar. pro suo dicto allegat. d. l. nam ita diuus. & l. de vno quoq;. cuius dictũ debet intelligi ſm ꝙ loquũtur illa iura: sed illa iura loquuntur, qñ agitur de præiudicio alicuius. ergo dictum Bar. intelligitur, qñ interpretatio tendit ad præiudicium alicuius, quo casu verum sit dicerẽ, vt requiratur eius citatio, sed in casu huius sñiæ declaratoriæ, seu huius declarationis nullus læditur. ergo sequitur, ꝙ in tali declaratione non requiritur citatio partis. Et ad hoc adduco in medium, quod Bald. nostro venit in ore in l. ea quæ. C. commina. epistolas. vbi gl. quærit: vtrũ iudex possit interpretari mentem suã in verbis æquiuocis appositis in sñia: & decidit ꝙ sic. Bal. ibi dicit, illud esse verũ pro tribunali sedendo & citatis partibus. & eo durante in offic. quia hoc dẽt facere tanq̃ iudex & cã cognita: nã hoc est quoddã supplere, allegat no. in c. bonæ. de postu. præla. pone, inquit ibi Bal. ꝙ iudex pronuntiauit rem ad actorem pertinere, vtrum poterit interpretari iure dominij, & sic pro actore, vel iure possessionis. & sic minus præiudicando reo. decidit, ꝙ isto casu non poterit, & sic Bal. intelligit illam glo. qñ iudex interpretatur ea interpretatione, quæ possit afferre alteri præiudicium: ideo debet fieri causa cognita sedendo pro tribunali & partibus citatis: sed in casu nostro ista interpretatio non est huiusmodi: quia non est præiudicialis parti. ergo se-
10 quitur, ꝙ non est opus citatione † partium, & ideo dixi Salyc. in d. l. ea quæ: ꝙ potest iudex interpretari verbum dubium & hoc facere parte citata sedendo pro tribunali eo in officio suo & durante iurisdictione, allegat no. in d. c. bonæ. sic loquitur, quãdo interpretatur verbum dubium, ꝙ potest cadere ad præiudicium partis. ideo nõ est mirum, si requiratur citatio, sed in casu nostro nullum vertitur pręiudiciũ. ergo sequitur, ꝙ potuit fieri ista declaratio parte nõ citata. Facit etiam tex. in l. Theopõpus. ff. de do. præle. & quod voluit ibi Bar. vbi formaliter dicit, ꝙ ille, de quo loquitur ille tex. declarat nulla facta citatio-
11 ne partis. † Ecce qualiter in declaratione fienda nõ citatur pars. facit, quod habetur. in l. 1. in fin. cum l. seq. ff. si mens. fal. mo. dix. vbi agrimẽsor declarat suã mensurationem, quam fecit sine partis citatione ex eo: quia illa facere potest per nuncium, vel per epistolam. Facit gl. quæ reputatur fin. in l. 3. §. causa cognita. ff. de bo. pos. ti. gñali, quæ dicit, ꝙ non requirit citatio in his, quæ no. infa. & solennitate iudicii expediuntur, cum qua gl. transeunt cõiter doct. sed idẽ Bar. in d. l. ab executore. dicit, ꝙ in casu talis declaratoriæ non requiruntur solennia iudicij. ergo sequit, ꝙ eoipso ꝙ Bar. concedit, ꝙ non requiritur partis citatio. per doctrinam gl. in l. Pomponius. ff. de ne. gest. quæ dicit, ꝙ declaratio voluntatis fieri potest corã amicis parte non præsente, ergo sequitur ex istis, ꝙ potuit iudex ferre istam declarationem parte nõ citata: facit etiam, ꝙ Bar. fundat se ex eo, quia dicimus de arbitratore, vt non possit fieri arbitramentũ suũ, nisi partibus citatis: quia istud nullo modo obstat: quia tenendo illud, quod omnes tenuerunt antiq. & moderni in l. si qui ex consensu. C. de episc. audiẽ. & in l. fi. C. de contrah. emp. & in l. si quis arbitratu. ff. de verbor. obliga. vbi dixerunt, ꝙ si arbitrator est plenè in formatus de meritis negocij, vt quia partes institerunt coram arbitratore vsque ad conclusionem in causa instruendo negocium plenè, ꝙ tũc in ferendo laudum, non requiritur citatio partiũ, & ad sic dicendũ mouent ex. l. si quis indubitati. C. de adul. sed in casu nr̃o ita est formaliter: qa fuit instructum negociũ plenè in sñia principali. ergo seqt, ꝙ in ista declaratione

declaratione non requiritur citatio partiũ: quia ad qđ erat opus citare partes, cũ non erat alia informatio hñda a partibus, ꝙ cũ negociũ iã fuisset instructũ plenè. & sic nõ obstat dictũ Bart. in d. l. ab executore. Et ex istis vr̃, ꝙ cũ nulla alia examinatio, nec instructio, erat fieda in hmõi declaratione pronũcianda, seqt̃, ꝙ nõ fuit necessaria aliqua citatio & sic sublata sunt fundamenta, ex quibus aduersarij dicebant, debuisse interuenire citationẽ, & ẽt quia iam interuenit ex inspectione ipsius sñię, vt dixi supius. ¶ Præterea cũ opponitur ad impediẽdã executionem sñię nullitas, est aduertendum, ꝙ Inn. multum singulariter in c. post electionem, de concess. præb. dicit, ꝙ vbi quis opponit exceptionem, quæ de iure cõi est legitima ad impediendum executionem sñiæ, vel instri, quam hẽt ex dispõne statuti, ꝙ si iudici vr̃, ꝙ aĩo calumniandi opponat, & differendi negocium, ꝙ potest non admittere & repellere excipientem, allegat illud dictum ꝯsiculus meus Abb. in ca. pastoralis. §. qa verò. & in c. ex parte. 2. de offi. dele. & in c. nullus, de præsump. & idẽ voluit Io. de Imol. post alios in c. cum contingat, de offi. deleg. idem voluit do. Pet. de Anchar. in c. pastoralis, de excep. vbi allegat Inno. in d. c. post electionem, & idem etiam voluit in c. 2. de falsi. & in c. licet causam, de probat. in quibus locis allegat dictum illud Inn. & facit, quod voluit idem Inno. in c. fi. de lib. obla. & ideo dixit Bal. in l. 1. C. qui accusare nõ pos. ꝙ exceptio malitiosè opposita non impedit processum. Et adduco vlterius elegantem glo. in c. super eo. de offi. deleg. quæ voluit, ꝙ si iudex videt, ꝙ reus proponat maliciosè appellationem, vt differat executionem sententiæ, ꝙ tunc potest repellere appellantem. Et eodem modo vr̃ dicendum, ꝙ poterit repellere opponentem excep. nullitatis, vbicunque comprehendit reum illam opponere maliciosè, vt impediat executionem sñiæ, & ibi dicit do. Car. idem in causa summaria. Et ad hoc adduco stupendam glo. in c. quàm perniciosum, de vsu. & facit l. satis apertè. C. de fal. vbi exceptio falsi opposita solùm ad differendum processum non admittitur, & ideo dicebat do. Anto. in c. super hoc, de renunciat.
12 † ꝙ exceptio non verisimilis non debet per iudicem admitti. c. quia verisimile, de pręsump. l. non est verisimile. ff. quod metus cã. & ideo dixit Ang. in d. l. satis apertè. ꝙ cũ prima fonte exceptio vr̃ opponi per calumniam, non est differenda executio. Et ẽt ibi dicit, ꝙ exceptio nullitatis non tñ apparentis nõ impedit executionem sñiæ. Et ad hoc dicit illã. l. elegantem, & alleg. qđ hr̃ in l. fi. C. de fide instru. & Ang. ibi vult, ꝙ vbi nullitas non est apparens, non impedit executionem sñiæ. Ad hoc allegat dictum Inno. in c. cum in iure peritus, de offi. deleg. & idem Ang. in l. iudicari. C. si extra fal. instr. dixit, ꝙ vbi nullitas non est ap-
13 parens, non impedit executionem † allegat. d. l. satis apertè. quod dictum temperat, nisi executio esset irretractabilis: vt quia aliquis est damnatus ad pœnã capitis. & sic Angel. vult, ꝙ non impeditur executio sententię per exceptionem nullitatis: nisi euidenter appareat ipsa nullitas. Facit ad hoc, quod habetur in cap. inter dilectos, in versic. ex dispositionibus eorum apparet euidenter, sed ista nullitas non apparet euidenter, vt superius demonstraui, ergo non impedit executionem sententiæ hmõi exceptio nullitatis. & adduco in mediũ, qđ pulchrè retulit Io. An. in addi. Spec. in ti. de lega. §. iã nunc dicendũ. in magna addi. quæ incipit iam ponit verba Rof. in ver. veniat alia eius quæstio, de accus. de homici. ꝯuicto per testes coram iudice, cui limitatum est tps causę finiendæ. vbi multum pulchrè loquitur, & inter alia dicta ibi posita dicit, ꝙ si iudex videret, ꝙ maliciosè causa differendi executionem proponeretur excep. ꝙ non deberet iudex admittere talem excep. ¶ Et accedat, qđ eleganter voluit Bar. in l. defendente. ff. de autho. tu. vbi dicit, ꝙ petitio restitutionis in integr. impedit executionem sñiæ, ꝙ dicit esse verum, qñ cã restitutionis erat euidẽs, ita ꝙ apparebat, ꝙ nõ opponebatur cã calumniæ & cã prorogandæ litis, aliàs dicit, ꝙ non impediret executionẽ, sed procederetur in executione, ita residet Bar. ibi, & accedat ẽt, quod voluit Io. de Imo. in l. qui a latronibus. §. si quis in capitali. ff. de test. vbi dixit, ꝙ restõ in integrũ impedit executionem sñię, dummodo non sit pręsumptio ꝯ illum petentem. Et est ponderanda hęc doctrina Bar. quia voluit, ꝙ exceptio impediens executionẽ sñię debet esse euidens, & clarũ est, ꝙ illud vr̃ esse euidẽs, quod ꝯstat ex tenore instri, vel priuilegij: vt in c. qualiter, el 2. in ver. euidenter, de accu. in c. cum tu. in ver. euidenter, de vsur. & in c. licet cãm. in ver. euidenter, de proba. & in l. creditor. in ver. euidenter. ff. de leg. 2. & in l. non codicillum. in versi. euidenter. C. de testa. & in c. in oĩ negocio. in ver. patenter, de testi. & 12. q. 2. c. pręcipimus, in ver. patenter. & in c. 2. in ver. euidenter, de cogna. spiri. li. 6. vnde ponderet diligenter do. iudicans, ꝙ ad hoc vt exceptio impediat executionẽ sñię, debet esse euidenter vera, ita ꝙ ex tenore ipsius sñiæ appareat, sm̃ hanc elegantem doctrinam Bar. quam superius retuli: sed nũc est clarior. ergo sequitur, ꝙ opus est, vt excipiens nullitatem ad impediendam executionem probet istam nullitatem apparere euidenter. Et pro certo ista doct. Bar. apponit gladium ad radicem huius dubitationis. ¶ Modò ex superioribus dictis eliciuntur duæ ꝯclusiones veræ, videlicet, vbicunq; opponitur exceptio ad impediendã sñiæ executionem, requiritur, ꝙ non aĩo calumniandi & differẽdi negocia proponatur. alia ꝯclusio est, ꝙ oportet euidenter ꝯstare de tali nullitate: sed cũ in casu nr̃o ista exceptio nullitatis ꝓponat̃ maliciosè & aĩo calũniãdi: quia cũ talis sñia sit antiqua, & aduersario sciẽte & non ꝯdicente ꝑ tãtũ tps fuerit lata, nec opposuerit de nullitate: vr̃ ꝙ aĩo calũniandi illã opponat per iura allegata superius, ergo non est audiendus, vt probatur in d. l. satis apertè. Itẽ ista calumnia pręsumit: quia cũ ex tenore sñię. & ex narratis in ea apparet, ꝙ sit valida, & ẽt ex transitu in rẽ iudicatã ex tam longo tpe vr̃ & cõprehenditur calũnia opponẽtis exceptionẽ nullitatis. Itẽ ista exceptio non est euidens resultans ex sñia, ergo sequit, ꝙ non impediet executionẽ. Pro certo ista clarissimè demõstrant, non debere impediri executionẽ talis sñiæ, & ista afferebam vltra adducta in pręfato cõsilio. Facit quod voluit Ang. in l. 4. §. ꝯdemnatum. ff. de re iudi. quẽ dñs ꝯsulens allegat, & quod ibi voluit Bar. cum allegat. d. l. satis aperte. C. de fal. Quinimmo plus dixit Ang. in d. §. ꝯdemnatum. ꝙ si ex forma statuti publicũ instrm̃ habeat executionem: licet sit clarũ, ꝙ exceptio vsuraria est iuris nãlis: qa nã abhorret vsuras, vt pulchrè scripsit Io. An. in c. peccatum, de reg. iur. li. 6. & ꝑ oẽs scribentes in auth. ad hęc. C. de vsur. & est ꝯ vetus & nouũ testm̃, vt probatur in c. quanto, & in c. super eo. de vsur. & ꝯ ius ciuile, vt probatur in auth. de eccl. ti. in prin. & in cle. j. de vsu. tñ nõ impedit talis exceptio sñiæ executionẽ, seu instri executionẽ, iõ dicit, ꝙ inoleuit vsus & ꝯsuetudo, ꝙ eps ꝑcipiat iudici seculari sub pœna excõicationis, ꝙ tale instrm̃ non exequatur. & dicit ibi Ang. ꝙ tale pręceptum est iniustum. Et idem sequitur do. meus Io. de Imo. in d. l. 4. §. condemnatum, qui ad hoc allegat decisionem Dominorũ de Rota, qui ita decidunt decisione 281. ꝙ reputat esse sing. dictum. Modò in proposito, si exceptio vsurariæ prauitatis non impedit executionem instrumenti, quanto fortius exceptio nullitatis non impediet executionẽ sententiæ: maximè

ximè qñ nõ est euidens. Et istud in terminis voluit Bal. in l. 1. C. ne lic. in vna & eadẽ cã tertio prouo. in prin. vbi dixit, ꝙ si nullitas est patens, impedit executionẽ snĩæ. aut nõ est parẽs, & tũc nõ impeditur pp nãm executionis: quia summariè dẽt fieri. l. 3. §. ibidem. ff. ad exhib. & iõ dixit Inn. in d. c. cũ in iure peritus. & nulla lege cauetur, ꝙ pp exceptionẽ nullitatis impediatur executio snĩæ. Facit, qđ voluit Sal. in l. iudicati. C. si ex fal. instr. vbi dicit, ꝙ si exceptio nullitatis opponitur ꝯ executionem sententiæ, quæ q- dem exceptio ex aliqua probabili coniectura habetur inspecta, ꝙ sit calumniosa animo differẽdi executionem: tunc non impedit, & declarat, quando
14 præsumitur calumniosa † quia per prius non fuit apposita: quia potuit, & non minus debuit esse nota opponenti tunc, q̃ nunc, & ideo est reiiciẽda: sed in casu nostro est elapsum tam longum tempus, & nunquam fuit opposita exceptio nullitatis, quæ potuisset opponi, iuxta doct. glo. quæ reputatur singu. & quod ibi voluit Bar. in l. si contendat. ff. de fideiussor. ergo præsumitur calumniosa, & per consequẽs do. iudicans deberet talem exceptionem repellere. Facit etiam, quod voluit idem Salyc. ibi, dicit, ꝙ interdum de exceptione nullitatis opposita contra sententiam potest constare nullo extrinseco probato. Ponit exemplum, ꝙ non valeat sententia ex eo: quia opponitur, ꝙ non fuit reus citatus. nec apparet de citatione ex tenore sententiæ, tunc talis exceptio impedit executionem. l. si cum nulla. ff. de re iu. ergo sequitur, ꝙ si ex tenore sententiæ apparet de citatione, ꝙ tunc talis exceptio nullitatis nõ impedit executionem. ita concludit Saly. maximè in casu nostro stante statuto, ꝙ non possit opponi de nullitate, de quo satis est dictum in reddito consi. ideo non insisto. Quinimo vnum addo: quia dicitur in consiliis contrariis, ꝙ non videtur sublata nullitas, quæ resultat euidenter: vt voluit Bart. in l. j. in 6. oppo. ff. de ope. nou. nun. cum simili. Quia circa hoc est aduertẽdum, ꝙ ad hoc vt statutum aliquid possit operari, dico ꝙ semper excludetur opponens nullitatẽ resultantem ex euidentia facti: quia certũ est, ꝙ de iure communi si excluditur exceptio nullitatis, non videtur sublata exceptio quæ ex inspectione scripturæ colligitur, vt dixit gl. fin. in d. l. 1. §. hoc interdictũ. ff. de tab. exhib. Modo si istud procedit de iure communi, statutũ disponens, ꝙ non possit opponi exceptio nullitatis, ad hoc vt aliquid operetur, oportet fateri de necessitate, quòd intelligitur de exceptione, quæ constat per facti euidentiam ad hoc, vt statutum aliquid operetur, argu. l. si quando. ff. de le. 1. cum similib. Et adduco, quod voluit Ange. in l. non solum. ff. de rei vendi. vbi dicit, ꝙ licet victus habens iustam causam litigandi non puniatur in expensis: tamen punietur, si statutum dicat, victum victori cõdemnandum in expensis, ad hoc vt aliquid operetũ vltra ius commune, allegat glo. ibi & idem Ange. in auth. de exhi. reis. in prin. aliàs in §. 1. eãdem doctrinam tradidit & alleg. ad hoc glo. ibi vna, quam reputat singula. Et facit, qđ voluit Bart. in l. 4. §. prætor ait. de dam. infe. vbi dixit, ꝙ citatio debet fieri prius a persona, postea a domo, statutum disponit, ꝙ iudex incipiat citari facere a persona, vel a domo, ꝙ ad hoc vt statutum aliquid operetur, intelligitur, ꝙ incipiat a domo. voluit D. & consiculus meus Abb. in c. ex parte. de uerb. significa. & in c. causam. de dolo & contum. ubi allega. Bartol. in §. prætor ait. Ita dicamus in proposito nostro, ad hoc vt statutũ operetur vltra dispositionem iuris communis, etiã excludet exceptionem euidentem. & glo. in d. §. hoc interdictum. procedit in dispositione iuris cõmunis, & maximè in casu nostro: quia concurrit tam longum tempus, in quo potuisset, si voluisset, dicere de nullitate. ¶ Amplius non videtur necesse insistere circa hãc consultationem. Ideo concludo ex prædictis, partes do. iudicantis esse in pronunciãdo & declarando talem exceptionem non obstare, & sententiam debere executioni mandare. Et ista mihi videtur pura & indubitata veritas, & ita concludo. An. Bar. 1466. die. 24. Maij.

EPITOME.

¶ Statutum, quod debitum a cẽtum libris supra non possit probari per testes, & simila statura vtrũ valeant, & vtrum testes non publicati faciant fidẽ in alia instantia. Et vtrũ hodie fiat nouatio per augmentum ad priorem obligationem.

SVMMARIVM.

Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. nu. 1.
Nonatio non potest probari ad vnum annum. nu. 2.
Delegatio propriè est, quando debitor delegat suum debitorem suo creditori. nu. 5.
Nouatio non iudicatur hodie nisi ita expressè fuerit actum. n. 6.
Specialia debent fieri verbis specificis & non generalibus. n. 7.

CONSILIVM XIX.

ET quidem viso puncto, & solemni animaduersione peniato, mihi videtur de iure dicendum, stante dispositione statuti præfati, quòd non potuerit probari illa prorogatio termini, per quam videãtur filii istius defuncti absoluti a dicta obligatione. Et circa istũ passum ꝓ eius enucleatione sunt cõsideranda verba statuti Bononiæ, ad obuiandũ, ne p̃dictis casibus falsi testes ꝓducant. ĩ qbus facile produci cõsueuerunt, & sic proœmium huius statuti demonstrat finalem intentionẽ statuentis ipsius. ideo dixit Bald. in c. secundò requiris. per illum tex. de appel. quòd cã proœmialis posita in proœmio legis, aut statuti dicetur esse causa finalis. & probatur in tex. optimo. l. j. C. de impo. lucra. descrip. libr. 10. vbi dicitur a primordio tituli posterior formatur euentus, probatur in l. regula. §. licet. ver. initium constitutionis demonstrat. ff. de iuris & fac. gno. quem tex. ad hoc allegauit do. Ant. in cle. 1. de elect. probatur in l. fi. ff. de hæred. instit. quem scribentes ibi dicunt esse meliorem de corpore iuris, allegatur ad hoc gl. in l. 1. ff. de iudi. quam ad hoc ponderauit ibi Ange. probatur in l. cum hi. ff. de transac. & ibi per scribentes. probatur in l. 1. ff. de reg. iur. hoc voluit ibi Bal. & Pet. de Ancha. idem voluit Barto. in l. cum quid. ff. si cert. pe. & in l. demonstratio. ff. de cond. tioni. & demonstrationi, idẽ voluit Bal. in l. vt liberis. C. de colla. & in l. hæc verba. C. de fal. causa adiecta legato, & in prima constit. Cod. §. quibus. & in l. cum hi. ff. de transa. & in l. fi. ff. de hær. insti. & in l. in testamento. ff. de legi. tut. probatur in c. ex multa. de voto. idem voluit ibi domi. Abb. idem voluit do. Card. in c. pen. de cle. coniuga. Ludo. Roma. consilio 15. & consilio 89. facit l. item quia. § idem Iuliano. ff. de pac. & in l. Titia. §. idem respondit. ff. de verbor. obliga. & quod voluit Barto. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ordin. fa. ¶ Et ex istis elicitur verissima conclusio, ꝙ ex verbis præfationis statuti comprehendimus finalem intẽtionem statuentium, scilicet vt non producantur falsi testes. Et subdit, præfatum statutum, in quibus facile produci consueuerunt. Et diligenter ponderãdum istud: quia statuentes cognoscentes mores inhabitantium: quia consueuerunt in loco municipij produci falsi testes, ideo vt obuiarent falsitati cõsuetæ, prouiderunt ad obuiandũ. ideo ita statuerũt & con-

& considerarunt statuentes homines municipij faciles ad producendum falsos testes, quo casu succedit illud, quod Salyceto nostro venit in ore, & originaliter Bal. in auth. sacramenta. C. si aduer. ven. vbi dicunt, ꝙ si ratio disponendi apponitur expresse in ipso statuto, quæ sit rationabilis & æqua, puta cum hominum malicia & iniquitas excreuerit &c. ideo dicunt valere statutum disponens, minores obligari ex iuro. idem voluit Bald. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. & in l. 2. C. de rescin. vend. quẽ sequtur do. Petr. de Anch. in repetitione. c. ea quæ. de regu. iur. lib. 6. in 3. q. & in repetitione. c. j. de constit. & voluit Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iu. & sequitur domi. Ludo. Roma. consilio 12. & do. Abb. in c. ꝙ clericis. de foro compe. & Pau. de Castr. in repetitione auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. & Io. de Imo. in repetitione. c. cum contingat. de iureiur. ergo sequitur, ꝙ tale statutũ valet propter causam expressam in ipso statuto, & ꝙ valeat tale statutum expresse tenuit do. meus Io. de Imo. in c. 2. de proba. vbi dicit, valere statutum, ꝙ a certa quãtitate supra non possit probari debitum per testes, sed per publicum instrumentum: nam in multis casibus iura volunt, probationem fieri per scripturam: vt in c. 1. de censi. lib. 6. & ita dicit seruari de facto. & ita videtur sentire Iacob. de But. in sua disputatione, de qua fecit mentionem Bart. in l. certi condictio. §. quoniã. ff. si ce. pe. nec tale statutum derogat iuri diuino, sed distinguit ius diuinum, vt a certa quantitate supra non possit probari debitum per testes. & ista est cõmunis obseruãtia hic Bononiæ: potest enim ex causa statutum distinguere ius diuinum, vt plene scribit Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. & sic non videtur insistẽdum circa validitatem ipsius statuti; quia validum est de iure & est in obseruãtia. ¶ Stat modo difficultas præsupposito, ꝙ ista sit nouatio, si potest probari per testes stante statuto præfato, cuius verba hæc sunt, non possit probare per testes restitutionem, solutionem, seu satisfactionem, vel dationem in solutũ talis debiti, quod peteretur ab eo in totum, vel in parte, nec etiam ꝙ creditor confessus fuerit sibi restitutum, vel solutum debitum, vel de eo satisfactum in totum, vel pro parte finẽ, quietationem, remissionẽ, refutationem, liberationem, vel pactum de vlterius non petendo perpetuo, vel ad tempus, per quod cum ipso debitore super prædictis transegerit. & ex aduerso si quis dicere voluerit, aliquem esse sibi obligatum pro quantitate excedente centum libras non possit tale debitum in totum, vel pro parte probare per testes. & talis probatio facta vel admissa non valeat ipso iure: ista sunt formalia verba ipsius statuti. ¶ Videamus modo si ex mente, aut verbis ipsius statuti comprehendatur casus huius hæsitationis. Et videretur dicendum, ꝙ possit etiam per testes probari ista nouatio, seu illa promissio facta per illum Nicolaum de soluendis cãbijs, nam edictum de testibus est permissorium. l. 1. ff. de testi. c. placuit. eo. ti. igitur si non apparet de opposito, admittenda est probatio, sed inspectis verbis huius statuti nulla fit mentio de tali nouatione ꝓbanda per testes, ergo stabimus dispositioni iuris cõmunis. l. si extraneus. ff. de cõd. ob cau. l. commodissime. ff. de lib. & posthu. l. si seruum. ver. nõ dixit prætor. ff. de acqui. hære. sequitur ergo, ꝙ stabimus regulæ permissiuæ: vel possit probari per testes: quia casus omissus relinquitur dispositioni iuris cõmunis, & iste casus est omissus. ergo &c. Itẽ cum prætor in vno casu prohibet, in alio casu, in quo nõ prohibet, permittere videtur. l. cum prætor. ff. de iudic. l. maritus. C. de procurato. capit. nonne. de præsum. 36. dist. in c. qualis. cum similib. ¶ Et licet ista videantur colorata, nihilominus casum istum non attingunt. ideo illis non obstantibus cõtrarium videtur de iure verius, ꝙ immo nullo modo possit probari ista nouatio per testes. Et ad hoc adduco dispositionẽ istius statuti, in quo dicitur, saluo ꝙ si fuerit dos promissa de dando, vel restituenda, vel eius augmẽtum, vel alius contractus, seu causa, de quo, vel quibus debeat solui gabella, vel cuius cognitio spectaret ad dominos de gabella, etiam si excedat summã centum librarum, possit probari per testes. Et etiam vbi petatur ratio alicuius administrationis. Ex quibus verbis clarissime datur intelligi regula, ꝙ in omnibus aliis causis opponitur regula, quod non possit probari solutio, aut debitum excedens summam centum librarum per testes: exceptio enim fir-
1 mat regulam in casibus non exceptis. † l. nam quod liquidæ. ff. de penu lega. l. 1. ff. de regu. iur. in authen. de non alie. §. vt autem. l. in his. ff. de transa. l. quæsitum. §. denique. ff. de fundo instr. & quod voluit Bal. in d. l. in his. vbi dicit, ꝙ exceptio firmat regulam in casibus non exceptis: non tamen illam ampliat, vt ea veniant. quæ sui natura non veniunt. facit. ca. in nostra. de sepul. in ver. exceptis. Facit, quod habetur in l. pediculis. §. item cũ quæreretur. ff. de aur. & arg. leg. & in c. dominus. 32. q. 7. voluit Bal. in l. j. C. de cõdi. indebi. vbi colligit, ꝙ exceptio firmat regulam. & Ang. in l. 1. ff. de reg. iu. Cum ergo istud statutum apponat certas exceptiones, sequitur, ꝙ firmat regulã generalem in omnibus casibus non exceptis. ergo sequitur, ꝙ in illa regula includitur casus nouationis, aut delegationis debiti, sicut ergo nõ potest per testes debitor probare solutionem debiti, aut remissionem debiti, aut pactum de non petendo, & alia in dicto statuto contenta. sequitur, ꝙ eo. modo non poterit probare debitum fore nouatum, ex quo statutum apponit regulam. Secundo facit, casus similis omissus à statuto habetur pro expresso, vt probãt omnes leges dicentes, quod non refert quid ex æquipollentibus fiat. l. si mater. C. de insti. & subst. l. filius matrem. C. de inoffi. testa. l. Iulianus ait. ff. de condi. & demonstr. cum simi. sed casus, de quo quærimus, est similis casibus prohibitis à statuto, vt infra probabo, ergo &c. nam illa dicũtur in iure similia, quæ regulantur per vnius & eiusdem rationis identitatem, vt l. non põt. ff. de leg. l. j. C. de lib. præte. l. 3. ff. de offici. prefec. vrbis. sed iste casus nouationis tã ex ꝑte creditoris, quã ex parte debitoris regulatur cũ alijs casibus expressis a statuto, a rõne statuti posita in ꝓœmio statuti, ne scilicet falsi testes ꝓducantur, qui faciliter produci consueuerunt, vt plenius dixi superius, ergo sicut non põt probare solutionem, aut remissionẽ debiti, aut pactum de non petendo, ad tẽpus vel perpetuo per testes: ita non poterit probari nouatio debiti per testes. Tertio facit: nam non solum vbi est eadem ratio, idem ius statuti esse debet, vt l. illud. ff. ad leg. aquil. ca. translato. de consti. c. inter corporalia. de trnsla. prœla. cum simili. sed etiam vbi est maior rõ idem statuendi in casu omisso, q̃ in casu expresso statutum ad casum omissum extendimus, auth. multomagis. C. de sacrosan. eccl. & ibi in gl. sunt concordantiæ. sed in isto statuto exprimitur casus, in quo est maior rõ, q̃ in nõ expsso; qa dr̃ in ipso statuto, alias pactũ de vlterius non petendo ꝑpetuo, vel ad tẽpus, quo casu non põt probari pactum de non petendo ad tps, & clarum est, ꝙ appellatione temporis intelligitur pro vno anno, istud importat illud verbũ, ad tps. & ad hoc adduco illud, qđ voluit gl. quæ reputatur vnica & singula. quæ dixit, ꝙ illud, quod antichristus prædicabit per tps & tempora, ꝙ intelligitur ꝑ triennium. ita dixit gl. in l. vsur. sicut ergo dicit ibi glo. ꝙ si dicatur, medium tps, intelligitur

ligitur per vnũ & dimidium annum, si ergo non potest probari pactum de non petẽdo ad vnum annũ. 2 † ergo multo fortius non põt probari nouatio, aut delegatio facta de debito excedente summam centũ librarũ: nã delegatio obtinet vicẽ solutionis. Ita dicit formaliter tex. in l. qui libertinus. §. si credìori suo. versi. solutionis enim vicem obtinet delegatio. ff. de oper. liber. Cum ergo maior ratio sit, testes nõ erunt magis admittendi, quàm in pacto de non petendo ad tempus, sequitur, ꝙ fortius non admittitũ probatio per testes. Facit tex. in c. i. §. porrò. in ti. quę fuit olim prima causa benefi. amit. quem tex. Bald. ibi dicit esse meliorem de corpore iuris, ꝙ in statutis pœnalibus & consuetudinibus proceditur de simili ad simile, allegat simile de l. si quis seruo. C. de fur. & gl. solennis in l. 1. C. vt quę desunt aduo. dicit, ꝙ iudex supplet procedendo de simili ad simile, quã gl. magnifacit ibi Bal. ad statuta, in quibus procedit de similibus ad similia. Et facit, quod voluit Bald. in l. j. C. quę sit longa consue. vbi dixit, ꝙ vbi statutum non habet rationem, non trahitur de simili ad simile. & idem Bal. in l. 3. C. de iure do. dixit, ꝙ vbi statutũ non habet aliam rationem, nisi ꝙ ita placuit conditori, non extẽditur de simili ad simile. & facit, quod voluit Bald. in c. translato. de consti. & tex. in l. si tamen. §. in ædiliciis actionibus. in ver. cęteris rebus similibus. ff. de ædil. edic. l. ita pudor. C. de adul. Bar. in l. 1. §. & parui. ff. quod vi aut clam. & qđ voluit Bald. in l. si transigere. C. de transac. sed huiusmodi statutum habet rationem optimam, & de iure validam vt euitetur falsitas testium. qui de facili cõsueuerũt produci in loco. non est ergo admiratione dignum dicere, ꝙ hmõi statutum comprehendat casum nouationis & delegationis. Quinimmo plus vr̃ dicendum, ꝙ maior rõ est in ista nouatione, & pp maiori tatẽ rõnis inducitur correctio, vt est glos. approbata cõiter in auth. præterea. C. vñ vir & vxo. & qđ no. in auth. quas actiones. C. de sac. san. eccle. & in l. furiosi C. de nup. Facit gl. in c. tua. de sen. excõ. vbi constitutio pęnalis extenditur de stricta significatione ad latã pp idẽtitatem rõnis, gl. in cle. 1. in ver. eligatur. de elec. & in aut. minoris. in corpore. vnde sumitur. C. qui dar. tuto. pos. facit gl. in c. vnico. de rerũ permu. li. 6. & in cle. si gratiosè. de rescrip. ergo dispositio huius statuti hẽt locum in nouatione debiti, aut delegatione. ¶ Præterea est considerandũ: qa istud statutum apponit rõnem generaliorem dicto, & disposito in lege, quo casu regula est firma, ꝙ vbi ratio est generalior dicto, extenditur dictum ad limites rationis. ista est gloss. quę communiter reputatur singu. in clemen. 1. de electio. pro qua est text. in l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de le. 2. & in l. pater filium. §. fundum. ff. de lega. 3. Cum ergo statutum apponat illam rationem generalem ad obuiandum, ne falsi testes producantur in casibus expressis in statuto, & de facili consueuerunt produci falsi testes, sequitur, ꝙ dispositum in statuto extẽdetur ad casum nouationis, aut delegationis: qa in eo adaptatur ratio ipsius statuti. vnde potius ex quadam facti frequentia videtur statutum connumerasse illos casus, ideo idem videntur statuisse statuentes in casibus similibus, vel in quibus imminet fortior, & maior ratio, argumẽ. eius, quod voluit glo. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pac. & gl. in cle. j. de rescrip. & in auth. cassa. C. de sacr. san. eccle. & in l. 1. C. de his qui ad eccl. confugi. & in l. 1. C. de rap. vir. & in c. Dyaconi. 27. dist. & quod no. in §. si qui rusticum. in titu. de pace tenen. in vsibus feud. ¶ Præterea facit, quod dicitur in dicto statuto. & contra si quis dicere voluerit aliquem suum debitorem ex aliqua causa excedente &c. non possit tale debitum in totum vel in parte probare testes, vnde pondero illa verba tale debitum, quæ in ius sonant, & effectum exactionis concernunt leg. 1. §. debitum ff. de constit. pecuni. & clarius. in l. debitor. ff. de ver. significa. sed in casu nostro probatur, illum Nicolaũ fore debitorem probando, ꝙ promiserit illi Bar. cãbia promittendo dare terminum anni ad soluendũ ergo sequitur necessariò, ꝙ non poterit probari per testes. ¶ Prerterea, si mentaliter ponderetur dictum statutum, prohibetur probari per testes, contractus vel causam, ex qua debitum resultet. ergo sequitur, ꝙ prohibetur probatio nouationis: quia continet causam, scilicet contractum obligatorium: vt d. l. qui libertinus. & l. delegare. ff. de noua. ergo sequitur, ꝙ non admittitur probatio per testes. Facit etiam, qđ voluit Bart. in l. in quorum. ff. de pig. vbi dixit, ꝙ quoties prohibetur res vendi, prohibetur pignori dari: quia propter pignus deuenitur ad venditionẽ. ideo prohibito vno vr̃ prohibitum oẽ id, qđ deuenit ad prohibitum: vt l. oratio. ff. de spons. c. cum quid vna via. de reg. iur. lib. 6. sed per probationem nouationis deuenitur ad probandum quem debitorẽ vltra centum libras, ergo videtur prohibita talis probatio per testes. & adduci possunt ad prædicta ea, quæ pulchre scripsit dom. Pe. de Ancha. in suis consilijs consi. cccxxvi. quod incipi. pro clariori intelligentia dicendorum. vbi consuluit in casu cuius statuti Bononiensis, & mirum in modum ponderat verba huius statuti, & consuluit, quòd videtur prohibitus omnis modus, per quem deuenitur ad probandum debitum excedens summã centum librarum. & consuluit tale statutum valere & retinere, & per consequens res videtur esse sine dubitatione. Facit etiam, quod voluit Bal. in l. si causam. C. de executio. rei iudi. quòd qui legit vnum debitorem, pro alio nouare videtur, allega. l. delegare. ff. de no. & etiam dicit, ꝙ nouatio fit per obligationis recessum, vel per oppositionem nouæ obligationis ad veterem. Ex quibus sequitur in casu nostro, ꝙ per huiusmodi nouationem de tam magna summa pecuniarum oriuntur necessariò duo, quę sunt cõtra ipsum statutum, nam vnum est: quia probatur recessus a prima obligatione & liberatio ab illa, quod est contra dispositionem ipsius statuti, alterum est, quòd introducitur noua obligatio quo ad dictas septingentas libras, & per consequens ista duo sunt prohibita a statuto probari per testes. probatio ergo facta per testes est nulla. Et sic posito, quòd esset nouatio: tamen non posset probari per testes. Et si quis opponat de eo, quod voluit Iaco. Bu. qui consuluit fauore probationum, ne pereant, interesse posse proba-
3 ri per testes † vnde dixit stante tali statuto, quòd nõ porrigit vires suas ad ea, q̃ nõ possunt aliter probari, quam per testes, ne auferatur omnimoda probatio ei, qui non valet sibi prouidere aliter de mõ probandi. ita refert Bar. in l. certi condi. §. quoniam. ff. si cer. pet. pro quo dicto videtur gl. ibi, & probatur in tex. coniuncta gl. illud dictũ Iac. But. in c. series. de testi. & hoc voluit ibi do. Anton. & in c. auditis. de in integ. resti. Saly. in auth. cassa. C. de sac. eccle. & in d. §. quoniam. hoc voluit ibi do. Florianus. idem voluit Bal. in l. 1. ad fin. ff. de lega. 2. in sua repetitione. & in auth. sed nouo iure. C. si cer. peta. & Io. And. in addi. Specul. in ti. de fruc. & interesse. §. fi. in fin. rñdeo, ꝙ ista non obstant huic casui nostro: qa non agitur de probãdo interesse, sed agitur de probanda ipsa obligatione principali, ergo &c. ¶ Ex istis apparet solutio ad ea, quę in contrarium superius adduxi, quæ cõtraria format do. Pe. de Ancha. in pręfato suo consilio. ad quę ipse idem respondet, & eo magis: quia non est probata ista asserta nouatio per testes omni exceptione maiores: quia probata

bata est. vt in puncto dicitur per duos testes.quorũ vnus est nepos vxoris ipsius producentis, quo casu est affinis, & producitur in cã pecuniaria ardua, ꝙ quando dicatur ardua no.Iaco.de Are.in l. propter litem.ff.de excu.tuto.Bal.& Saly.in l.parentes.C.de testib.Saly.in l.in bonæfidei.C.de iureiu.Bal.in c.veniens.el 1.de testi. & ideo videtur esse suspectus per id,quod habetur in l.eos.C.de testib.& per id,quod no.Saly.in d.l.parentes.Et licet non reperiatur prohibiti testificari pro affinibus: tñ vñr suspecti per d.l.eos.nam si amicus testificatur pro amico,stat in arbitrio iudicis,si est danda ei fides,vt dixit Petr.in d.l.eos.quẽ ibi sequitur Sal.vbi dicit, ꝙ multi sunt,qui dicunt,ꝙ amicus non est,qui iustè vel iniustè nõ seruit,& ita requirit huius mundi malicia, & præsertim temporibus modernis.& ideo iudex habet considerare qualitates personarum,& causas amicitię, & ita dicit Sal.limitandam esse.l.sciẽdum. ff.de vsu. ergo dicamus idem in affine.Facit,quod voluit gl.3.q.5.c.consanguinei.& ideo dixit Cy.in l.si quis.amicitia debilitat dictum testis,maximè si oriatur odio
4 sitas cõtra alium † vt ibi dixit Bal.& ita temperatur, quod hr̃ in §.cogitandum.in auth.de mona. & maximè cõsiderata qualitate inhabitantium, quos statutum reputat faciles ad falsum testificandum, vt apparet ex ipso statuto, vt superius dixi. ¶ Præterea ex alio capite tollũtur dicta ipsorũ testium; nam in puncto dicitur, ꝙ testes nõ fuerunt publicati in prima instantia,quo casu non faciunt fidem in alia instantia. Et ad hoc adduco dictum Barto.in l.is apud quem.C.de eden.vbi facit differentiã dicens, quòd aut quæritur, an acta sint facta, & decidit, ꝙ facta in vno iudicio probant, ꝙ sint facta in omni alio iudicio,etiam inter diuersas personas,& inter quoscũque homines de mundo.l.gesta.C.de re iudi.c.quoniam contra.de probat. Si autem quæritur de effectu facti.& tunc si loquimur quò ad acta,quæ respiciunt veritatis indaginem,vt dicta testium,& siquidem non sunt publicata, non faciunt fidem in alia instantia,vt l.gestam.C. de re iudic. ita arguit gloss. in l.3.ff.quæ in frau.cre.Ita dixit Barto.formaliter in d.l.is apud quem.C.de edẽ.& idem voluit in l. cum apud.ff.iudi.sol.& in d.l.gesta.Facit, quod volũt scribentes in c.cãm. de testi. ergo sequitur, ꝙ illi testes non probant in hoc iudicio.¶ Capio primum assũptum,vtrum posito,ꝙ illi testes faciant fidem, non tñ concesso,an per illa verba, ꝙ Nicolaus promisit soluere cãbia eo casu,quo dictus Barto.relaxaret dictas pecunias penes dictũ Nicolaũ pro vno anno videatur facta nouatio.Et pro certo vr̃ de iure dicendum,ꝙ non sit facta nouatio:qa aut dicimus illum Nicolaũ esse delegatum ad soluendum dictas pecunias dicto Bartholomeo, aut dicimus esse factã nouationem p illam promissionẽ de soluendis cãbijs, si prorogetur terminus anni ad soluendam sortem. ¶Capio primũ,ꝙ ista non sit delegatio,q̃ est species nouationis:vt l.delegare.ff.de noua. nam capiendo propriè in suo naturali significato delegationẽ,delegatio est,quando debitor delegat suum debitorem suo creditori:quia dicit. ego delego talẽ, qui soluet pro me:tunc enim vr̃ facta nouatio ipso iure,nec in hoc est aliqua dubitatio:qa l.fi.C.de noua.non correxit iura antiqua circa delegationẽ, sicut correxit circa nouationem:qa non exprimit delegationem d.l.fin.ergo remanent iura antiqua non correcta in delegatione.ita dixit Bart.in l. delegare. ff. de noua. ar.l.sancimus.C.de test.& l.pręcipimus.C.de appel. ¶ Nec ob.d.l.fi.ꝙ licet adhibeatur alia persona,nõ tamen est delegatio,nisi fiat de voluntate debitoris & eius consensu:licet Bar.dicat, se hoc non ponere pro constanti in d.l.delegare. tñ si rectè ponderẽtur sua verba, bñ sentit, ꝙ non hẽt corrigere iura antiqua circa delegationẽ.& hoc voluit Ange.in d.l.delegare.qa tex.ibi vtit illis verbis,vice sua.).subrogare & sic loco illius ponere,& sic innouare:& ẽt qa illa l.fi.emanauit ad resecandas ambiguitates veteris iuris,ꝙ aũt per delegationem fiat nouatio.nunquàm fuit dubium.Modò certum est, ꝙ delegare est vice sua aliũ reũ dare creditori; vt probat in l.delegare.la j.ff.de noua.& l.delegare.la 2.eo.ti.vbi dr̃, ꝙ qs põt delegare suũ debitorem,& sic pręsupponunt illa iura,ꝙ delegatus & delegans sint rei,& sint ambo debitores, & sic delegatio fit a debitore de debitore creditori debitoris.& sic ꝓpria & vera delegatio est,
5 qñ debitor delegat suũ debitorẽ suo creditori † vbicunque ergo debitor delegat aliũ q̃ suum debitorẽ, nõ est propriè delegatio. iõ potius vr̃ dare correum vel fideiussorem,facit l.j.C.de noua.& l.si delegato. in ver.debitori tuo.& l.si quis delegauerit debitorẽ. & l.si non debitorẽ quasi debitorem delegauero.ff. eo.titu.& voluit Raph.Cu.in d.l.delegare.vbi dicit, ꝙ si debitor dicat,ego delego talẽ debitorẽ meũ, sine dubio est nouatio expressa: qa delegatio est vna species nouationis.& dicit,ꝙ reqruntur duo, vt dicatur facta nouatio,vt debitor dicat,delego ꝙ delegatus sit debitor debitoris delegãtis.& iõ dicit Pau. de Ca.in l.qui vsumfructum.ff.de verbo. obli. ꝙ ad hoc,vt per delegationem fiat hodie nouatio, sicut olim fiebat ipso iure,reqruntur multa, videlicet ꝙ debitor delegatus sit debitor debitoris delegantis, & ꝙ ꝓmissio fiat creditori iussu debitoris,& ꝙ ꝓmittat tanquàm debitor debitoris per id, quod voluit glo.in l.quamuis. §. mulier.ff.ad Velleia.& in d.l.delegare.& ita dicit dẽre intelligi,qđ voluit Bar.in l.singularia.ff.si cer.pet.& istud voluit Bal.ĩ l.2.C.de exec.rei iudi.q sentit,ꝙ tũc est recessũ a prima obligõne,qñ debitor delegauit suũ debitorẽ quasi debitorẽ,vt dicit gl.ĩ d.l.q̃uis.§.si mulier. Sed in casu nr̃o ista delegatio nõ ĩteruenit,qa nõ fuit facta a debitore de debitore suo creditori debitoris, ergo seqtur, ꝙ ex capite delegationis non fuit nouatio. ¶Capio nunc aliud mẽbrum distinctionis, vtrum facta fuerit nouatio ex eo:qa interuenit augmentũ cambiorum soluendorum. Et pro certo ex illo capite non interuenit nouatio,quod sic ostendo: nam in l.fin. C.de noua.dr̃, si quis vel aliam personam adhibuerit, vel mutuauerit, vel quantitatem, vel tempus addiderit &c.ex quo veteres iuris conditores introducebant,nihil penitus priori cautelę innouari,sed anteriorem stare, & posteriora illius & incrementum accedere,nisi ipsi specialiter remiserint quidẽ priorem obligationem.& hoc expresserint &c.vbi est casus,quòd licet olim fieret nouatio, quando in secũda addebatur,vel detrahebat, vel interueniebat noua persona, vel aliud, ex quo olim induceretur nouatio:tamen hodie nihil penitus innouatur de prima obligatione,nisi expresse fuerit actum,ꝙ recedatur a prima.Si ergo olim fiebat nouatio,vel mutando personam,vel addendo quantitati, vel aliud apponendo,ex quo inducebatur olim nouatio, hodie nõ inducitur nouatio,nisi expressè fuerit actum,vt
6 fiat nouatio. ¶† Et est aduertendum,quòd d.l.fin. vtitur verbis,ex quibus apparet, quòd nec ope exceptionis inducatur nouatio: nã ibi dicitur,nihil penitus,& sic apponitur vniuersalis negatiua cum illa dictione penitus, ex quibus verbis probat, ꝙ nihil omnino de prima obligatione nouatur per id, qđ no.gl.Io.An.in cle.1.de præben.quod voluit Io.An. in c.1.in ver.penitus.de postula.præla.li.6.& probat etiam per text. l.is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub.& facit,quod not.glo.in l.a procuratore.C.mãda.nam vniuersalis negatiua falsificatur, quando aliquod

aliquod affirmatiuum remanet: vt ibi patet, & sic non solum nō fit ipso iure, sed nec fit ope exceptionis: quia si ope exceptionis fieret nouatio, tunc esset falsum dicere, nihil penitus innouetur de priori obligatione: vt patet cuilibet intuenti, ita tenet dominus meus Io. de Imo. in l. pe. ff. de præto. stip. vnde dicit, ꝙ hodie nec ipso iure, nec ope exceptionis fit nouatio in casibus, in quibus olim fiebat tacitè de iure: ista rum per illum tex. licet aliter dixerit gl. in l. 2. & l. pe. ff. de noua. & ibi Bar. Facit ad prædicta: nam illa verba, nihil penitus, excludunt dispēsationem, quæ in contrarium fieret, ad hoc allego glo. singu. in cle. hi qui. de æta. & qua. & adduco tex. in l. fi. C. de testa. mili. in ver. nullo modo. per quem tex. dixit Ang. in l. 3. al. 4. ff. de testa. ꝙ statutum populi non posset statuere, ꝙ pupillus possit testari, etiam si esset doli capax: quia per illa verba. d. l. fi. videtur prohibere, ꝙ non possit statuere contrarium. & Io. de Imo. sequēdo dictum Ange. allegat gl. in d. cle. hi qui. dicens, ꝙ per illa verba excluditur dispensatio, & per consequens non inducitur, nisi hoc expresserint sibi contrahentes. Facit, quod voluit Saly. in d. l. fin. vbi dicit se considerare, ꝙ illa l. corrigit nouationes, quæ nocebant creditoribus prçter eorum voluntatem tacitam vel expressam ex verbis apparentem, vt ibi patet in ver. gñaliter. Modò ad propositum, olim fiebat nouatio per interuentum simplicē nouç personæ: vt l. j. ff. de noua. ēt si tantùm naturaliter obligabatur, vt in d. l. j. in fi. & hoc non colligebatur ex verbis, sed potius ex coiectura legis, certè iste casus corrigitur per illam. l. fi. idem dicit, si obligatio augeat in quãtitate, puta si Titius, qui prius tenebatur in 10. nūc simpliciter promittit. 15. nam ex verbis non apparet nouatio, sed lex coniecturatur, vt l. qui vsufructum. ff. de ver. ob. inst. qui. mo. tol. ob. §. prçterea. hodie autem nō fit nouatio, nisi expresè dicatur, vt est tex. in d. l. fi. ita concludit ibi Saly. & idem voluit Bal. in l. rescriptum. §. pacto. ff. de pac. ¶ Cum ergo in proposito nostro non interuenit augmentum quãtitatis deposite, licet interuenerit conuentio de soluendis cābijs, seu interesse, & sic de accessionibus, nec interuenerit noua persona, ergo sequit, ꝙ nullo modò fuit facta nouatio. Et superioribus diebus fuit ista in ciuitate Florentię, vtrum hodie fiat nouatio ex simplici interuentione nouæ personæ, vel augmendo quãtitatis, & fuit consultum ibi per excellentem doctorem domi. Perr. de hæsio aduocatum Florentinum, & per alios solennes doct. & ego etiam ibi consului post eos sequendo doctrinam Saly. Io. de Imo. & Bal. in præalle. locis, quæ probat in tex. formali. d. l. fi. C. de noua. Facit etiam, quod voluit Bal. in l. 2. C. de execu. rei iudi. vbi dicit, ꝙ nouatio fit per recessum a prima obligatione, vel per nouæ obligationis ad veterem appositionem, & nō per accessum & adiectionem. & dicit hoc subtiliter notari in l. Valerianus. ff. de pro. stip. Facit l. stichū. §. fi. ff. de noua. sed illa promissio facta per illum Nicolaum de soluendis cambijs venit ad accessum illius primæ obligationis. ergo non venit ad nouandum, sed ad augendum: sicut ergo poterant conueniri prius illi alij correi insolidum ante istum accessum, eodem modo pñt conueniri nunc. & ita decidit formaliter tex. insti. quibus mo. tol. ob. §. præterea. in ver. manere pristinam obligationem, & secūdam ei accedere, vt maneat ex vtraq; cā obligatio. & ita intelligatur, qđ voluit Bar. in l. singularia. ff. si cer. pe. & Saly. in l. si filius. ff. si cert. pet. & in l. si pro debito. C. de bo. auth. iudi. possiden. Facit ēt ad pdicta, d. l. fi. C. de noua. in versi. specialiter. remiserint primam obligationem, quam hoc modo induco: quia tunc inducitur hodie nouatio quando partes specialiter remiserunt primam obligationem: sed vbicūque ius requirit aliquid fieri spāliter, opus est,
7 ꝙ fiat verbis specificis † & non generalibus, text. est in l. fi. §. oēm. in ver. spāliter. C. de admini. tu. vbi Bar. dicit se cassasse infinita instrumenta tutelarū in quibus lex requirit specialiter apponi, quòd tutor promittit facere vtilia pro pupillo & prætermittere inutilia: quia in dictis instris nō reperiebat spāliter illa verba expressa, propter quod tale instrumentum tutelæ erat nullum, & ita dicit Bal. in d. l. fi. §. omnē. quos ibi sequitur Ang. & voluit Ray. in l. legitimos. ff. de legi. tuto. sed in ista promissione de soluendis cambijs non fuit specialiter expressum, ꝙ remittebant primam obligationem. ergo posito, non tamē concesso, ꝙ illi testes probarent illam promissionē: tamen non propter hoc est satisfactum iuri requirenti hoc fieri spāliter. Facit etiam. l. si quando. §. & generaliter. in ver. specialiter. C. de inoffi. testam. vbi per illum tex. dixit Bald. & Sal. post Guil. de Cu. ꝙ si filius vocat se tacitum & cōtentum de eo, quod deberet habere in bonis & hæreditate paterna, ꝙ nihilominus poterit petere supplementum legitimæ: quia nunquam videtur exclusus filius a petitione supplementi, nisi specialiter de supplemento legitimæ fecerit mentionem, voluit Ang. in l. de his. ff. de transac. Facit tex. melior de iure, in versi. specialiter. quem ita allegat Lud. Roma. in repetitione, auth. similiter. C. ad l. Falc. ꝙ vbi lex noua corrigit antiquā, debet illa facere mentionem specialem, aliàs non videtur illam corrigere. l. si quis in prin. testī. ff. de le. 3. Ita dicamus in proposito, vt nō videatur facta nouatio primæ obligationis, ex quo non fuit facta mētio specialiter de prima obligatione. Et facit glo. in cle. j. in ver. specialiter. de iudic. & in l. j. in vers. specialiter. ff. si quis in ius vo. non ie. Cum ergo in casu isto specialiter remiserint primam obligationem. ergo non videtur facta nouatio. Facit etiam, quod voluit Ang. in auth. de hære. & fal. §. hinc nobis. in ver. si vero expressim, vbi dicit, ꝙ non videtur satisfactū legi. vbicunque requiritur aliud fieri specialiter, seu expressim, si fiat verbis generalibus. & ita dicit fuisse in facto consultum. Et idem voluit idem Ang. in auth. de nup. §. soluto. Cū ergo in d. l. fi. dicatur, expresserint specialiter, sequitur, quòd nullo modo videtur facta nouatio, ex illo tex. redditur clarior & verior opin. quam tenuit Sal. in d. l. fi. & Ioan. de Imo. in d. l. penul. ff. de præto. stip. & Bal. in loco allegato superius. & per ɔ̄ns nulla est facta nouatio hodie. ergo stabimus primæ obligationi. Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Disputatum fuit, in hoc consilio, vtrum monasterium habeatur loco filii. fuerant opiniones contrariæ, quidam tenuerunt non haberi loco filii, & huius fuit opinionis Bar. Salicet. & alii. quidam cōtrariæ fuit opinionis Bal. & noster Bar. quorum rationes hic fusius videbitis disputatas.

SVMMARIVM.

Monasterium non habetur loco librorum. nu. 1.
Monasterium habetur loco filij, opinio. 2. nu. 2. & 3.
Monasterium substitutum excludit. nu. 4.
Cōditio impediēs vitā cōtēplatiuā habetur pro nō adiecta. n. 5.

CONSILIVM XX.

STat difficultas, Vtrū monasterium habeatur loco filiorum, vt excludat
1 substitutum. Et † quidem Bar. in l. si ita quis. §. is cui. ff. de le. 2. dicit, ꝙ iure non probatur, ꝙ monasterium habeatur loco filiorum, immo textus in auth. de sanctis.

ctis.epis.§.sed hoc præsenti. dicit, ꝙ si quis sub condi tione nuptiarum, vel filiorum reliquerit propriis filiis, seu alij cuicunque personæ sub talibus cōditionibus, quòd si tales ingrediuntur monasterium sub tali conditione ius vult tales conditiones inutiles, inualidas, & pro non scriptis esse. Et sic est verum dicere, quòd monasterium sit loco liberorum, vbi illas conditiones reiecit, & inualidas facit & pro non scriptis habet. Et ego vidi quasdam antiquas recollectas domini Fran. de Tigrinis de Pisis, qui fuit doctor fœcundæ memoriæ & magnę sanctimoniæ, vt alibi refert Bald. vbi ponit hæc verba formalia, quę Bar. sua pace semp salua dixerim, sibi attribuit. Bald.
2 tamen † in auth. si qua mulier. C. de sacrosan. eccle. dixit, ꝙ tantum est dicere, ꝙ monasteriū habeatur loco liberorum, quantum est dicere, quòd habeat eadem iura, licet non sit de liberis. l. 2. C. de verbor. signifi. & idem Bal. in l. Deo nobis. C. de episc. & cle. dixit, ꝙ isto casu monastriū habetur loco liberorū. & idē voluit in auth. nisi rogati. C. ad tre. & in auth. hodie. C. de rep. & in c. in præsentia. de proba. & in d. l. si ita quis. §. is cui. Et accedat dictum Barto. in d. auth. nisi rogati. dicentis. nulla lex est, vel decretalis, quę dicat, quòd monasterium habeatur loco liberorum. Et ad dictum. c. in præsentia. dicit, quod disponit, quòd habeatur loco hęredis, & non dicitur
3 loco filij † Angelus verò in quodam suo consilio in inferius allegando dicit se audiuisse Bart. hunc passum exquisitè & melius tangere in d. §. is cui. scilicet se non habere in sua lectura, sed dom. & consiculus meus Abbas in d. c. in pręsentia. dicit, quòd si allegatio ibi facta est vera, quæ facit mentionem de hærede: vt iam sentit Barto. tunc ille tex. optimè probat, ꝙ monasterium habetur loco filij, & sic non bene intellexit illum textum Bart. quia verbum hæredis, ibi positum capitur pro filio, quòd apparet: quia in substitutione fuit facta mētio dumtaxat de liberis, si sine liberis decesserit, & pro parte monasterium non dicitur decedere sine hærede, qui monasteriū sibi hæredem instituit. & debet exponi sine hærede, sine liberis, aliàs illa allegatio non includeret propter verba substitutionis, si ergo vis saluare dictum Barto. oportet dicere, quòd illa fuit allegatio partis & illud dictum non probatur iure ex eo: quia decisio illius. c. assumitur ex spiritu & dispositione. d. §. sed hoc præsenti. sed ibi non dicitur, ꝙ monasteriū habeatur loco hæredis, vel filii, sed ꝙ illæ conditiones habeantur pro non scriptis, ne institutus retraheret se ab ingressu religionis, quod non est dicendum. & sic D. Abb. ibi concludit non probari, ꝙ monasterium habeatur loco filij Saly. in d. auth. si qua mulier. concludit, ꝙ de iure canonico allegat. d. ca. in præsentia. vbi dicitur, quòd non videtur sine hærede decedere, qui ingreditur monasterium, ꝙ debet intelligi sine liberis, vt respōsum correspondeat interrogato & quæsito. & sic Sal. concludit, ꝙ de iure canonico habetur loco filii monasterium: dicit tamen, ꝙ fuit fundatum super erronea opin. & ille error ita est viliter obseruatus, ꝙ facit ius, sicut in simili dicimus in l. 1. C. de test. & minimè mutanda sunt, quæ certam interpretationem habuerunt. l. minimè. ff. de legi. & sic concludit, ꝙ dictū. c. in pręsentia. disponit, ꝙ monasterium habetur loco filij. Ang. in d. §. sed hoc præsenti. dicit, ꝙ monasterium habetur loco filij, sed in consilio consulendo restrinxit hoc vt puto consi. 225. vt non habeat locum in sententia iudicis, vt monasterium habeatur loco filii. & idem Ange. consi. 77. quod incipit, hæc quęstio subtilis est, testator dixit, Si filius meus decesserit sine filiis legitimis & naturalibus, si talis conditio sit defecta per ingressum religionis, ac si filius decessisset cum filiis, concludit in illo consil. vt voluit Bart. ꝙ illa conditio reijcitur, ne impediatur vita contemplatiua. sed ꝙ habeatur loco filij, voluerunt glos. in vtraque censura ciuili, & pontificia: vt in d. ca. in præsentia. & in d. auth. nisi rogati. & in auth. si qua mulier. & in d. §. sed hæc præsenti. Inno. post Ioann. And. & communiter alii in d. ca. in præsentia. idem voluit do. Anto. & do. Petr. de Anchar. sed ſm istam partem consuluit Bar. consilio incipiente Narnensis quidam. Rapha. in d. auth. nisi rogati. & Cuma. in d. l. si ita quis. §. is cui. de leg. 2. vbi dicit, ꝙ opinio communis est, quòd monasterium habeatur loco filij. & idem voluit Ioan. de Imo. in d. c. in pręsentia. & in l. in pupillari. ff. de vul. & pupil. Ego autem demonstro ad oculum, quòd monasterium habeatur loco filii hoc modo, interpretatio magistrorum facit legem l. si idem cum eodem. in prin. ff. de iurisd. om. iudi. vbi Ange. concludit, quòd vbi non habemus casum legis, licitum est allegare authoritatem maiorum. voluit Hostien. in ca. 3. de pecu. cleri. probatur in c. 1. de deci. ergo posito quòd non esset lex, nec decretalis, quæ dicat, quòd monasterium habetur loco filii, sequitur, quòd talis authoritas potest allegeri tanquam lex, sed gl. & doctores communiter ita dixerunt. ergo & c. secundò dico, ꝙ iste passus dependet ex dispositione & intellectu d. c. in pręsentia. ideo inducendus est text. ille vsque ad omnes spiritus, si probat hanc communem interpretationē. & pro certo probat: nam testator ibi grauauit filiū institutum, vt si sine liberis decesserit, restituat pattruo hæreditatem: institutus ingressus est monasterium, & in eo decessit sine liberis, dicitur ibi, quòd monasterium excludit substitutum. ergo necessitate præcisa est fatendum, quòd monasterium connumeretur inter filios, vel veniat appellatione liberorum: quia aliàs non excluderet substitutum. tertiò induco illum tex. aliter, testator instituit filium, & si sine liberis decesserit, substituit fratrem, institutus ingressus est monasteriū, & decessit in monasterio, orta est qō inter fratrē substitutū & ipsum mona: substitutus. n. dicebat, illum decessisse sine liberis, monasteriū dicebat, ꝙ non dr̄ decedere sine hærede, qui ingreditur monasterium. & sic vt exceptio opposita actioni efficiatur sibi conformis, intelligitur sine hærede. idest sine filijs, & iam appellatione hæredis venit filius, vt per gloss. in l. etiam. ff. solut. matr. & in l. ex facto. §. fina. ff. de vulga. & pupilla. & per consequens probatur ibi formaliter, ꝙ verbum hæres, ibi expressum capitur pro filio, vt exceptio sit conformis actioni. & subdit ibi tex. attendens, ꝙ sindicus monasterij plenè fundauit suam intentionē de mandato Papæ sentētiam tulit pro monasterio.

¶ Modò si opponatur, ꝙ allegatio partis non inducit iuris dispositionem: vt probatur per Io. An. in c. dilecto. de pręben. & voluit glo. singu. in l. 1. C. quando non pe. par. Sed aduocatus monasterii fuit, qui allegauit, ꝙ ingressus monasterium decedens non dicitur decedere sine hærede. ergo illa allegatio partis non inducit iuris dispositionem. ergo non probat ille tex. quòd monasterium habeatur loco filii. Istud facile tollitur: procedit enim hoc, quando iurislator non fundat suam dispositionem super allegatione partis. & ita procedit glo. dictæ l. 1. & dictū Io. And. sed vbicunque legislator facit fundamentū super allegationę partis, vt fecit Papa ibi asserens plenè fuisse fundatam partem monasterij: tunc talis allegatio partis assumit robur ab ipso iurislatore quia oīa nr̄a facimus, cū authoritate nr̄am impartimur: vt in c. j. & 2. de confirm. vtili. Et plus dico, quòd non potest probari contrarium, quòd monasterium nō habeatur loco filij, & moueor ex doctrina

na glo. quæ reputatur singu. in cle. j. de proba. quæ dicit, ꝙ vbicunque lex firmat pedes super aliquo actu, & reputat illam esse plenam probationem, ꝙ tunc non admittitur probatio in contrarium, sed in casu. d. c. in præsentia. iurislator dicit, quod aduocatus mona. allegabat, quod ingrediens mona. non dicitur decedere sine hærede, & statuit illud esse plenum fundamentum monasterij: vt ibi exprimit text. ergo sequitur, quod non potest probari contrarium: quia oritur ex illo text. præsumptio iuris & de iure, contra quam non admittitur probatio, vt in ca. is qui fidem. de spon. & est noua doctrina ad illum textum non inuenta, nec dicta ab aliquo, nisi a me, quā superius apposui, & in commēto. c. Raynaldus. de testa. vocatur repertitio Ioannina. & per consequens non bene dixit Bart. & sequaces in locis allegatis superius, ꝙ nō est lex disponēs, ꝙ monasterium habeatur loco filij. quartò adduco tex. in d. c. in præsentia. inducens hoc modo. dicitur enim ibi, ꝙ sindicus monasterij excipiebat contra substitutum, ꝙ ille hæres institutus obtulerat se, & sua monasteria. ideo petebat vniuersa bona illius, quæ subiacebāt restitutioni. dicitur etiam ibi, ꝙ substitutus replicabat, ꝙ dicta obligatio facta fuerat timore infirmitatis, & tempore minoris ætatis, & ꝙ illam professionem reuocauerat ex postfacto, vnde indubitanter ibi colligitur a contrario sensu, ꝙ substitutus fatebatur verum esse, ꝙ non videtur decedere sine liberis ille, qui ingreditur monasterium, & ideo replicabat, ꝙ ingressus non tenuerat, & propter, timorem emanauerat, & tempore inhabili, & ꝙ fuerat reuocatus ex postfacto, ecce nunc, ꝙ ibi est casus in indiuiduo, ꝙ monasterium habetur loco filij. quintò aliter etiam induco: nam ibi & in versi. ex aduerso, nihil fuisset sufficienter probatū, substitutus dicebat, ꝙ sine liberis decesserat, ideo euenerat casus substitutionis, text. ibi dicit, ꝙ sufficienter hoc non probauit, ergo sequitur, ꝙ monasterium habetur loco filij. ¶ Et si quispiam dixerit, ꝙ illud c. emanauit sub erronea opinio. nam errarunt omnes dicentes, ꝙ monasterium habetur loco liberorum, vt dixit Saly. in d. auth. si qua mulier. Ego vehementer admiror de tanto doctore ex eo: quia ista fuit opini. nostrorum glossatorum, vt in l. si ita quis. §. eadem lege. ff. de verbo. obliga. quæ dicit, quòd ecclesia quodam modo sit de suis, allegat in argu. dictum §. sed hoc præsenti. & idem voluerunt aliæ gl. allegatæ superius. dicere nunc, ꝙ gloss. errauerit, est satis præsumptuosum: nam gloss. non dicunt, ꝙ sit casus in d. §. sed hoc præsenti, ꝙ monasterium habetur loco liberorum: sed dicunt esse in arg. illum tex. & sic non dicunt ibi esse casū: quia aliud est dicere, ibi esse casum, & aliud est dicere, ibi colligi argumentum, vt probatur in c. forus. §. argu. de verbo. sig. & in l. desiderium. in ver. arguit & glo. ibi dicit. idest arguendo probat. & quod voluit Ioan. And. in c. j. de pactis. sic glos. non allegant dictum. §. sed hoc præsenti. pro. casu formati, sed in argumentum, ꝙ est quædam subtilis inductio: vt in d. §. arg. & quia nullus doctorum, nec glossatorum inducit quomodo in arg. probatur ibi, ego nouissimus induco hoc modo dispositionem illius text. ꝙ emanauit in merum fauorem ecclesiæ seu monasterij, ꝙ probatur ibi in versi. si tamen. & tenent cōmuniter doc. in locis allegatis superius. ideo tex. ibi dicit tales cōditiones inualidas, & pro non scriptis haberi. vnde si apponitur illa condictio, ꝙ si sine liberis decesserit, hæres institutus restituat hæreditatem Titio, talis conditio videtur inualida, & pro nō scripta habenda est fauore religionis, si institutus ingreditur religionem. sequitur ergo, ꝙ inualida & pro non scripta est talis conditio, & hoc fauore religionis. sed pone, ꝙ vtile est monasterio, ꝙ illa conditio sit valida. & habeatur pro scripta, vt ingressus religionē, si decedat sine liberis restituat fideicommissum. & vtile est mona. vt non habeatur loco filij: certè dicendum est, ꝙ non habebitur loco filij: quia cum emanauit in fauorē monasterij, vt sit inualida, & pro non scripta, sequitur, ꝙ si tendit ad fauorem mona. ꝙ habeatur pro apposita, & pro valida. & pro scripta. ꝙ ideo sequitur, ꝙ monasterium
4 excludit substitutum. † Facit, quod voluit Barto. in l. item in potestate. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. & Cy. & Bald. & alij in aut. sed episcopalis dignitas. C. de episcop. & cleri. vbi dicitur, ꝙ in fauorem filij. fa. emanauit illa dispositio, vt filiusfam. effectus episcopus liberetur a patria potestate propter adeptā dignitatem: vt ibi, ex quo sequitur, ꝙ si cedat ad fauorem, ꝙ sit in patria potestate, posito ꝙ sit effectus episcopus, vt quia cederet ad damnum, ꝙ non esset in patria potestate, ꝙ nihilominus dicetur esse in patria potestate. Ita dicamus in proposito, quòd si in fauorem monasterij cedit, quod illa conditio habeatur pro valida, quòd habeatur pro valida, & per consequens viua & necessaria ratione habebitur monasterium loco liberorum: quia sicut testator prædilexit filium institutum, ita videtur prædilexisse illum, qui habetur loco instituti. & sic videtur prædilexisse monasterium, ad quod fuit ingressus ille institutus. & per consequens rectè dixerunt gloss. quòd in arg. probatur ibi, quòd monasteriū habetur ꝓ suis, & sic pro filijs. & sup hac opinione emanauit dispositio d. c. in præsentia, vt monasterium habeatur loco liberorum. facit, quod voluit Baldus in l. Deo nobis. C. de episcop. & cleric. & in authen. si qua mulier. & in authen. licet hodie. C. de adul. vbi tenuit, quòd habetur loco liberorū. Et ideo Io. de Imo. in d. c. in pñtia. dicit esse casum ibi sing. & sic cōmunis opi. gl. & doct. ita se habet, ꝙ monasterium habebatur loco liberorum, & excludat substitutum, ergo ita erit iudicandum & cōsulendum, vt l. 1. in ver. crebrior apud veteres opin. ff. de offic. quæsto. & in l. 1. ff. de senato. cum simili. ¶ Præterea facit ad prædicta, ꝙ si testator considerasset actum naturalem proprium & merum, puta si testator dixisset, si sine liberis ex se legitimè natis decederet, adhuc si institutus ingrederetur monasterium, haberetur monasterium loco filii: & expiret substitutio, quod sic demonstro. expressio eorum, quæ tacite insunt, nihil operatur. l. 3. ff. de le. j. l. non rectè. C. de fideiusso. c. significasti. de electio. sed illa verba, ex suo corpore natis, & similia importantia actum naturalem insunt illis verbis, si sine liberis decesserit, vt l. si ita. §. is cui. ff. de lega. 2. sed clarum est, quòd fauore monasterii verificatur substitutio facta, si sine liberis decesserit, si ingreditur mona. vt in d. c. in præsentia, ergo sequitur, quòd si dicat, sine filijs ex se natis &c. venit mona. & excludit substitutum. Facit illa ratio, quam fabricauit do. Ricar. Malumb. dicens, ꝙ talis conditio impediens vi-
5 tam contemplatiuam habetur pro non scripta † qa inducitur ad contrahendum matrimonium, & remouetur a proposito seruiendi Deo, ideo tale grauamen Christianissimus Imperator pro non scripto haberi voluit, & pro non adiecto, vt in d. §. sed hoc præsenti. sed illa conditio, si sine filis ex se natis decesserit, multo fortius est impeditiua vitæ contēplatiuæ, & religionis. ergo sequitur, quòd multo fortius debet haberi pro non apposita. ¶ Præterea simile: nam si relinquitur pro causa dotis, necessario intelligitur pro matrimonio carnali, sine quo non potest dici dos. l. 3. ff. de iure do. c. si necesse. de

dona.

dona.inter vir.& vxo.modo ꝓ ingressu ad monaste rium non datur dos.c.veniens.c.non satis. de simonia.sed talis conditio reijcitur eo casu, quo ingredit religionem.ergo eodem modo reiicitur, si dicatur, si sine liberis decesserit.¶ Præterea facit: quia inter monasteriū & monacū non dr̄ ꝯhi matrimoniū, cū solus abbas sit spōsus, vt in c.quia pp.de elect. sed si fideicommissum relinqt̄ sub conditione, si nuptias ꝯxerit,& ille grauatus ingrediatur mona.non tenet ad fideicōmissum: vt probat tex.in d.§. sed hoc præsenti.ergo seqtur,ꝙ tale grauamen hr̄ ꝓ nō adiecto, cum ꝯdicat vitæ cōtemplatiuæ. ergo seqt̄,ꝙ idem vr̄ dcm̄ in qōne ista. ¶ Præterea ēt ad ꝑdicta facit, certum est,si aliqd relinquitur mulieri cū onere,vt non nubat,ꝙ tenetur restituere si nupserit.l.cum ita,cū l. seq.ff.de condi.& demon.ergo sequitur, quòd multo fortius non valet istud grauamen appositum in quæstione ista, si sine liberis decesserit, cū impediat vitam contemplatiuā,quę optima esse conuincitur iuxta illud,quod dixit dominica veritas.Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea, est enim melior & perfectior vita contēplatiua, quàm vita actiua.c.diuersis fallaciis. de cleri.coniug.& in d.§.sed hoc præsenti. & ideo dicitur esse optima in gradu superlatiuo vita contemplatiua, & secundū hanc partem consuluerunt excellentissimi in iure viri,vt fuit Fran.Tigri.& Barto. vt apparet in elegan ti consil.Bart.incipien.Narnensis quidam.& voluit domi.Abb.in commento.c.in præsentia.& istud voluit domi.Anto.in d.c.in præsentia. ergo multofortius in casu nostro,in quo testator non restrinxit suā dispositionem ad veram nālitatem.¶ Pręterea facit ad prædicta, testator substituendo in locum filii sui nepotes nascituros ex eo incitat & inuitat qt̄ū pōt filium suum institutum ad matrimonium carnale ꝯhendum,& hoc pp sobolem procreandam. nec est admiratione dignum:quia est nāle votum parentū: vt eorū filii ꝯhant mr̄imonia, vt eorū memoria in liberis & in liberos conseruetur in æuum. l.liberorū. l.pronuntiatio. ff.de verborum signifi.l.mulier.§.vt proponeretur.ff.ad Trebel.l.cum ratio. ff.de bo.dā. l.scripto ff.vnde lib.l.nihil.§.facilior. ff.de bo.lib.& propter hoc solet dici, patrem magis diligere filiū, quàm seipsum ex eo: quia per filium conseruat̄ memoria patris, vt not.in l.nam & si parentibus. ff.de inoffic.testa.l.isti quidem. ff.quod met.causa. & voluit philosophus in 7. ethicorum.Et tali voto paterno est conformis natura,quę semper conatur & studet ad conseruationem. ideo dicebat philosophus, vnumquodque ens appetit esse conseruari. & Cicero in primo officiorum idem dicit, & sic videtur, ꝙ cum pater pro viribus inuitat filium ad matrimonium carnale contrahendum, sequitur necessariò, quod tacitè contradicit matrimonio spirituali & vitæ contemplatiuæ,cuius obseruantia cōtradicit de directo procreationi prolis. ideo sequit̄, quòd sicut conditio priuatiua hæreditatis, vel legati, propter quam impeditur legatarius,vel institutus ab ingressu religionis,reiicitur ut turpis.ca.ueniens.de simo. & per Io.And.in d.c.in præsentia.apparet enim turpitudo: quia per eam inducitur uiduitas matrimonii spiritualis, quod est fœlicius & beatus matrimonio carnali, quod quidem temporale & carnale in uirgine prohiberi non potest. l.2.C.de indic.uidui. tol.ergo seqt̄, ꝙ multominus ꝓhiberi pōt matrimoniū spūale.c.2.de ꝯdi.appo.auth.de nup.§.qa uero. & sic reiicit̄ ꝯditio,si sine liberis decesserit,ingt̄ū impedit tacitè uitā ꝯtēplatiuā.¶ Nec ob.si qspiam dixerit,ꝙ expresse nō impedit,sed tacitè. & multa sunt, q̄ expressa nocēt,sed nō exp̄ssa non nocēt.l.nōnunq̄. ff.de cōdi.& demō.l.exp̄ssa.ff.de reg.iur.est enim cōditio inducēs uiduitatē talis naturæ, vt nunq̄ teneat tacitè,uel exp̄ssè, directè,uel ꝑ obliquū.l.hrs meus. §.fi.l.hoc modo. ff.de conditio.& demonst.ibi sunt text.optimi. ergo non est admiratione dignum, si ecclesia aut monasterium excludat substitutum. & sic siue tacitè impediat, siue expresse. ¶ Et si quispiā opponat, quòd licet monasterium habetur loco filij non tamen est filius naturalis:sed potius ciuilis, quam ciuilitatem non considerauit pater in d.suo testamento, immo potius illam repulit, & abiecit a se.d.l.si ita.§.is cui.de leg. ij.l. tutelas. ff.de capitis diminutione. vnde si diceremus monasterium venire ad hęreditatem excludendo substitutum, nedū diceretur venire præter voluntatem testantis,scilicet cōtra voluntatem, & propositum eius, quod est absurdum dicere.l. nostram.C. de testa.l. hæreditas. C.de his quibus vt indi.est enim seruanda testantis intentio sicut lex: vt in Auth.de nup.§.disponat.quia amplius non redit arbitrium.l.i.C.de sac.san.eccle.licet ergo monasterium reputetur filius, illud est iuris artificio: cum enim testator dixerit, si decesserit sine liberis & naturalibus filijs, necessariò sensit de natis ex corpore filij, aliter naturalis non esset, licet enim monasterium habeatur loco filij: nō tamē est filius natus ex filio, nec ille, de quo sensit testator, nec est recedendum a verbis ipsius testantis: vt l.ille aut ille. §.cum in verbis.l.non aliter.ff.de leg.iij. maximè cū verba concurrant cum voluntate. l.si quis filium. C. de libe.præte.vbi dicitur, quòd vbi manifestissimus est sensus testatoris,nunquam interpretatio verborū tantum valet: vt melior sensu existat: tum quia cōditio debet impleri in forma specifica.l. Meuius. & l.qui hæredi.ff.de condi.& demō.cum si.tū etiam quia verba debent aliquid operari,cum possunt: vt l. si qñ.ff.de leg.j.l. si qñ.C.de inoff.testa.cum si. Modo habes in casu nostro, si monasterium habeatur loco filij,quid operentur illa verba,si sine filijs legitimis naturalibus decesserit, cum dirigantur ad naturalitatem ex dispositione testantis.& facit, quod voluit Hosti. in c. in p̄ntia. & Iaco. de Belui. in d.§. sed hoc præsenti. vbi in effectu tenuerunt, quòd mona. non excludat substitutum. Ad istam obiectionem facile est dare responsum:quia re vera non obstat,& ex supradictis apparet responsio manifesta:concedo enim, quòd mona. habeatur loco filij, & non sit ille filius, de quo sensit testator: tn̄ sufficit, ꝙ iurislator noluit substitutum admitti,ne ꝑ hoc inducatur indirectè viduitas matrimonij spūalis.& iō voluit lex talē cōditionē hēri ꝓ nō scripta fauore religiōis. & in dubio sūma est rō,q̄ facit ꝓ religione.l.sunt ꝑsonę.ff. de religi.& sump.fu.l.pe.& fi.C. de sac.sanc.eccle.ergo capienda est via,q̄ fauet religiōi.& per cōsequens excludetur substitutus. & licet sit ita,ꝙ seruanda est voluntas defuncti, & debet suū propositū attēdi: vt l.in cōditionibus primū locū. ff. de cōdi. & demō.c. vltima volūtas.13.q.ij.c.cū volūtate,de sen.exc.l.Labeo.§.idē Tubero.ff.de sup.lega.intātū ꝙ improprientur verba vt seruet̄ testōris volūtas: vt.l.pr̄ Senerinā. §.cōditionū verb.ff.de cōdi.& demon.l.& Proculus. ff.de vsufru. nihilominus testōr ī dubio ꝑsumit̄ velle & cogitare illud, qđ ius disponit. ita bellissimè dixit Bald.in l. ꝑcibus.C.de impub.& alijs substi.ad hoc allegat l.si duo.ff.de acq.hære. nā quis ꝑsumitur velle illud,qđ est cōsuetū fieri,vt l.fideicōmissa.§.si seruo. ff.de leg.iij.ita pulchrè ibi dixit Bal. allegat.l.fi.C. de fideicom.& subdit, quòd si beneficium est consuetum conferri clericis secularibus & monacus impetrat illud beneficium, quòd nihilominus non potest illud consequi: quia de mente Papæ præsumitur, quòd concedatur illis, quibus concedi consueuit, etiam si motu proprio conferat. Cum ergo iura velint,

ra velint, monasterium excludere substitutum, & doctores cõiter idem volunt, sequitur, quòd licet testator dixerit, si sine filijs legitimis & naturalibus decesserit, & talia verba sapiant naturalitatem: quia lex disponit, filium ciuilem, vt est monasterium, haberi pro filio, & excludere substitutum, sequitur, ꝙ testator voluerit illud, quod voluit lex, & quod consuetum est fieri, & sic de mente testantis est, vt excludatur substitutus filio suo ingrediente monasteriũ, & facit, quod egregiè voluit Bald. in l. j. C. de sacro-
6 sanc. eccle. vbi dicitur, quòd talis † præsumitur esse voluntas testantis, qualis esse de iure debet: sed de iure est, vt monast. excludat substitutum. ergo sequitur, quòd talis fuit voluntas testantis, qualis esse debuit. & per consequens falsum est dicere, quòd contra mentem testantis monasterium excludat substitutum. quinimo est secundùm mentem testantis, vt inuitetur monasterium excluso substituto & suam dispositionem testator præsumitur voluisse regulari secundum quod disponit iurislator & ideo cum opponitur, seruandam esse voluntatem defuncti. ego fateor, sed in casu nostro satis seruatur voluntas testantis, ex quo lex ita disponit, vt l. nemo potest. ff. de leg. j. ca. requisisti, de testa. cum simi. Et illud videtur voluisse testator, qđ lex ipsa disponit & sic seruamus voluntatem testantis excludendo substitutum, & includendo monasterium, & per consequens vocatur mona. secundum voluntatem testãtis, & sic testator sensit de illis filijs, de quibus sensit lex ipsa. ¶ Nec ob. cum allegatur dictum Host. & Iaco. de Bel. quia loquuntur in casu diuerso a casu nostro: loquuntur enim eo casu, quo testator dixit, si filius me⁹ decesserit sine filijs legitimis & naturalibus ex se natis & eo casu quo expressè se retulit ad naturalitatem, quo casu Dyn. Barto. Ang. & alij doctores consuluerunt contrarium: sed iste non est casus noster: quia testator dumtaxat dixit, si sine filijs legitimis & naturalibus decesserit, quo casu nemo discrepat ab hac opi. quòd mona. excludat substitutum, & ita consuluit Bagarotus habito consilio doctorũ collegij Bonoñ. qui ita referunt omnes in locis allegatis superius & secundum istam partem consuluit Angel. in suo consilio, quod incipit, hæc quæstio subtilis est & dubia. vbi multu egregiè concludi in fauorem mona. ¶ Et si quispiam allegaret in contrarium consilium Ang. quod incipit, ex quo dictus Albertus ordinis sancti Iacob. intrauit, in ordine est consilio 235. quia Ange. ibi complectitur tres casus, videlicet vtrũ illa verba, si sine liberis legitimis & naturalibus decesserit, apponantur in vltima voluntate, aut in actu donationis, aut apponantur in sententia iudicis in primis duobus casibus Ange. consuluit ibidem manifestè, quòd monasteriũ excludit substitutum. Cum ergo casus noster in vltima voluntate est, ergo Ange consuluit in fauorem monasterij vltimo casu quando exprimitur in sententia iudicis Ange. ibi disputando per verbum dicendo se sub dubio credere,
7 quòd † non excludatur substitutus per tale mona. & mouetur quia verba sententiæ sunt strictè intelligenda propriè, non autem sunt trahenda ad casum imaginarium & fictum non enim in sententia habet locum fictio translatiua de re ad rem, vel de persona ad personam. C. si aduersum rem iud. l. j. coniuncta gloss. & l. Paulus. ff. de re iudica. secus dicit esse in vltima voluntate, vel in donatione facta inter viuos: quia tunc monasterium excludit substitutum, & sic Andr. ibi consuluit pro mona. nec expedit enucleare, si dictum Andr. sit verum in sententia iudicis in casu nostro, ex quo nos sumus in actu vltimæ voluntatis. & sic Andr. concordat se in dicto consil. 105. cum eo, quod ipse voluit consilio 80. vbi idem consuluit. Et vltra prædicta adduco, quod voluit solennis docto. Ioan. Cald. in suis consilijs, consilio 43. vbi aperto ore consuluit monasterium excludere substitutum. & sic tota iurisprudentia antiqua & moderna in vtraque censura ciuili & pontificia hanc partem sequitur. & ideo dixit Bald. in dicto capitul. in præsentia. quòd licet substituti sint coniunctæ personæ: tamen fauor monasterij facit deficere substitutionem. & est ratio: qa iuris fictione ingressus monasterium morte naturali superueniente intelligitur cum liberis decedere: quia mona. habetur loco filij. & hãc dicit esse veritatem. & dicit etiam ibi Bal. quòd si testator dixisset, si decesserit sine filijs ex suo corpore natis, quòd mona. habetur pro filio. i. haberet eandem prerogatiuam, quam habet filius allegat Dyn. in dicta l. si ita quis. §. is cui. Et plus dixit ibidem Bal. quòd si generalis consuetudo disponat, quòd testamenta debeant obseruari, prout iacent sine aliqua subauditione, vel interpretatione ciuili, vel canonica, an tunc mona. excludat substitutum. & videtur quòd sic, ne impediatur religio. In contrarium facit: quia tam Iustinianus quàm Papa procedunt ex interpretatione & subaudito intellectu. item fauor liberorum est naturalis, sed fauor mona. dicitur ciuilis. & minor fauor comparatus ad maiorem dicitur odiũ. Item statuta & cõsuetudo possunt interpretari suorum ciuium testamenta, & de testamentis eorum. Soluit, quòd consuetudo laicorum non potest derogare illi decretali. capitu. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitu. nisi forte consuetudo vel statuta essent cõfirmata per Papam: vt fit in terris ecclesiæ, nisi dicas etiam, quòd iniusta statuta non videntur confirmata confirmatione generali: vt egregiè dicit gloss. in l. 1. ff. quod quisque iur. & argum. l. ex facto. ff. de vulga. & pupil. nam fauorabilior est Deus quàm filius, argu. l. postliminium. §. filius. ff. de captiuis. item qui non potest condere, non potest interpretari sumpto argu. a contrario sensu, per l. fina. C. de legi. sed statutum laicorum non potest interpretari illam decretalem. in præsentia. dicto capitu. ecclesia sanctæ Mariæ. ergo &c. Item mouetur etiam: quia fauor ciuilis præfertur aliquando fauori naturali: vt in statutis disponentibus, ꝙ agnati masculi excludant filias fœminas decedentis, vt voluit Cyn. in l. . C. de adul. nec dicitur odiosum, quod habet in se rationẽ præcipui fauoris: quia viris & non mulieribus respublica gubernatur. Ita bellissimè concludit Baldus in d. c. in præsentia. Et etiam refert Baldus Innocentium dicere ibi, ꝙ monasterium habetur loco liberorũ, siue masculorum, siue fœminarum, prout est vtilius ipsi monasterio. ¶ Et sic ex istis multifariè, multisq; modis demonstraui, ꝙ monasterium excludit substitutum. stantibus terminis huius consultationis. Et melius demonstraui in hoc consilio, quàm faciat doctores in locis allegatis superius. Andreas Barbatias. 1466. die 20. Augusti.

EPITOME.

¶ Vbicunque statutum præsumit minorem inductum ad contrahendum sine solennitate statuti, tunc non obligatur minor nec ex contractu, nec ex iuramento. N. R.

SVMMARIVM.

Statuti mens colligitur ex proœmio statuti. nu. 1.

Constitutio ciuilis ex iusta causa iuramentum annullat. nu. 3.

Minor non potest iurare, vbicunque statutum interdicit, vel bonis, vel personæ. nu. 4.

Statutum loquens in vno casu ratione subiectæ materiæ comprehendit alium casum. nu. 7.

Futurum ex præterito præsumimus.

CON-

CONSILIVM XXI.

Et quidem viso puncto & facti contingentia & solenni animaduersione pensatis venio ad illam hæsitationem, an obligatio fideiussionis facta per illum minorem sine solennitate statuti iuramento validetur. Et pro certo inficiari non possum, quod huiusmodi dubitatio non sit mediocris, quinimo maxima: sed stante statuto Fauentiæ ita, vt stat, mihi videtur de iure dicendum, quòd non potuerit iuramento firmari, & hoc demonstro ad oculum. ¶ Et præmitto illud, quod hic dicitur in statuto Fauentiæ in præfatione, videlicet, ordinamus, cum multi minores temporibus retroactis delapidauerint & consumpserint bona sua tam ad ludum, quàm seductionibus & blandicijs aut ipsorum fragilitate circumuenti, ad prædicta in posterum euitanda &c. quo casu ex prooemio comprehendimus finalem intentionem & causam condentium, ita decidit tex. in l. prima. ff. ad macedo. & ibi Bartol. dicit
1 ad†cognoscendam mentem & voluntatem statuentis, & causam finalem recurrimus ad proemium statuti: idem voluit in l. cum hi. ff. de transact. per illum text. & in l. fina. ff. de hære. insti. & in l. cum quid. ff. si certum petatur. & in l. demonstratio. ff. de conditio. & demonstra. idem voluit domi. Anto. in clementina prima. de electio. allegat ad hoc tex. in l. regula. §. licet. versicu. initium constitutionis demonstrat. ff. de iuris & fac. igno. idem voluit Angel. in l. prima. ff. de indic. allegat gloss. ibi positam. idem voluit Bald. in §. quibus. in prim. constitu. C. & in l. fina. ff. de hæredita. instit. & in l. prima. ff. de orig. iuris. & in l. vt liberis. C. de coll. & in l. hęc verba. C. de fal. cau. adiec. legat. & idem Bald. in capitul. secundò requiris. de appella. dixit, quòd causa prooemialis est causa finalis constitutionis, aut legis. & idem voluit in dicta l. cohæredi. & in l. intestato. ff. de legi. tuto. & ideo domi. Cardi. in capitul. pen. de cle. percusso. dicit, quòd causa expressa in proęmio pręsupponitur esse causa finalis, facit. capitu. ex multa. de voto. & idem voluit do. Abb. ibi. Facit. l. Titia. §. j. idem respōdit. ff. de verborum obligationibus. & in l. item quia. §. idem Iuliano. ff. de pac. Angel. in l. si quis cum aliter. de verborum obligatio. & in l. pacta nouissima. C. de pac. & Ioan. de Imol. in l. quoties. §. sed si vni. ff. de hæredita. insti. & Ludoui. Roma. consilio 15. & consilio 89. Et quod voluit Bartol. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ordi. fac. Modò ex istis elicitur conclusio verissima, quòd ex prooemio ipsius statuti colligitur causa finalis ipsius statuti. Causa autem finalis ipsius statuti fuit seductio & deceptio facta ipsis minoribus malicia inhabitantium: quia cum istud statutum, siue prooemium dicat, quòd temporibus retroactis minores dilapidauerunt, & consumpserunt bona sua tam seductionibus, quàm blandicijs, necessariò infertur, quòd malicia & fraude inhabitantium minores inducti sunt ad renunciandum & refutandū iura sua & ad obligandum &c. ¶ Hoc præsupposito pro potissimo fundamento huius cōsultationis, quia tale statutum non fundat se super fictionibus, aut præsumptionibus, sed super veritate se fundat: cum dicit, quòd temporibus retroactis minores dilapidauerunt &c. quo casu dico istam q. fore decisam in indiuiduo ex doctrina Bartol. in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. coniuncta doctrina Bal. in authētic. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. nec curo adhibere illam distinctionem Bartol. in l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. vbi venit in illam speculationem. Aut verba sunt prohibitoria & directa ad personam contrahentis &c. Quæ an sit vera, hic non examino: quia non expedit. vnde Bartol. in dicta l. omnes populi. versicu. item statutum dicit, quòd si statutum dicit, quòd minoris contractus nō valeat, etiam si fuerit iuratum nisi interueniat consensus proximorum, non valeat tale statutum: sed si statutum diceret, quòd si contractus aliter factus fuerit, presumantur minores dolo inducti: tunc valeret tale statutum: quia si dolus inest, non valeret contractus. Sed quia præsumitur dolus per statutum, potest iuramentum sine pœna contemni, allegat. cap. quamuis. de pact. libro sexto. & capit. cum contingat. de iureiurand. & capit. licet mulieres. eodem titul. libro sexto. & quod in eis not. & ita refert se vidisse iudicari in contingentia facti. & ita dicit quodammodo sentire Iacob. de Bel. in quadam sua disputatione, quæ re vera incipit lex, Perusinæ. & sic vult Bartol. quòd vbicunque statutum præsumit minorem inductum ad contrahendum sine solennitate statuti, non obligatur nec ex contractu, nec ex iuramento. Et istam doctrinam Barto. sequitur solennis doctor Petr. de Ancha. in repetitione. capitulo primo. de constitu. & in repetitione. capit. ea quæ, de regulis iuris. libro sexto. Bald. verò licet in d. l. omnes populi. mordeat illam doctrinā Bart. nihilominus in auth. sacramenta. præalleg. sequit illam doctrinā, & eam ampliauit ī ver. & ideo dicit, quòd statuta in multis locis sic disponentia dicunt, quòd fingatur contractus aliter factus extortus per metum, vel dolum: potest enim statutum inducere fictionem, quæ inducta per tex. illius Auth. sacramēta. facit contractum non valere. & iō dicit esse cautelam valde bonam: dicit tamen, quòd si dicta verba non sint in statuto: tamen valet statutum, si habet rationem. ponit exemplum ibi Bald. puta: quia malicia hominum illius loci erat multum prona ad decipiendum minores, & ideo emanauit statutum: nam cum habet in se rationem & æquitatem naturalem, non potest dici statutum esse iuri contrarium, & ita seruatur de facto secundùm Bald. Modo ponderet accuratè domin. iudicans has doctrinas apponentes gladium ad radicem huius consultationis. Primò si consideramus theoricam Bart. eo casu, in quo statutum fingit contractum initum dolo per minorem sine solennitate statuti, nos sumus in casu victoriæ: quia licet istud statutum non apponat verba formalia: vt iam apponit Bartol. tamen effectum illorum verborum apponit: quia cum dicat, quòd temporibus retroactis minores lęsi sunt seductionibus & blandicijs, videtur inferre, quòd veritas est, quòd minores decipiuntur, & seducuntur, quando contrahunt sine solennitate introducta a statuto, & sic multofortius militat in casu huius statuti, quàm in casu Bartol. ex eo: quia Barto. fundat se super præsumptione & fictione, quo casu multis non placuit illa doctrina Bartol. posita in dicta l. omnes populi. vt voluit realis doctor Paul. de Cast. in repetitione. dicta authentic. sacramenta. & per Ioan. de Imol. in repetitione. capitul. cum contingat. de iureiurando. tamen in casu nostro statutum istud fundat se super veritate: quia dicit, tp̄ibus retroactis minores consumpsisse bona sua deceptionibus. ¶ Et sic tollitur illud obstaculum, si aliquis obstinatus homo diceret, hmōi statutum non potest tollere iuramentum, nec infringere: quia est res spiritualis. ideo non potest per obliquum infringere fingendo & præsumendo contractum dolo gestum: quia ad hoc responderi potest dupliciter. primò quod dictū Bart. seruatur de facto: quia ita fuit iudicatum, vt ipse retulit. secundò: qa istud statutū nō fundat se super fictione, sed sup veritate. Et iō siue istud statutū exp̄ssè, siue tacitè disponat sup iur̄o

præſtito ſuper tali contractu contrahēs minor non obligatur: niſi ex contractu: nec ex iuramento: quia
2 iuramentum † dolo extortū non obligat iurantem: vt d.c.quamuis. cum ſimili. ſiue conſideremus doctrinam Bal.in d.auth.ſacramenta.res iſta habet minorem dubitationem: quia quādo ſtatutum habet in ſe rationem & æquitatem naturalem ex eo: quia malitia inhabitantium prona eſt ad decipiendum minores.ideo ſtatutum prohibuit minorem obligari:niſi interueniat ſolennitas requiſita a ſtatuto, & per conſequens res eſt ſine dubitatione. Accedat ad hoc elegans cōſilium Lud.Ro.quod eſt.12.incipiēs, viſo facto,cæteriſq; conſilijs. vbi refert multa conſilia emanaſſe circa hoc, quòd valeat tale ſtatutum. & ipſe etiam conſuluit ita, & mouetur hoc modo, videlicet. Aut conſtitutio annullans contractum & iuramentum ſuper eo præſtitum eſt fundata ſuper aliqua naturali æquitate: puta quia annullaret iuramentum per minorem ſuper contractu interpoſitū ex eo: quia minores in patria illa vt plurimum ſoliti ſunt decipi.& tali caſu teneat dictum ſtatutū: quia tunc habet vim apoſtolici: vt voluit gl.ſing.in l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patro. & hoc probatur ratione, ne iuramentum tunc fit vinculum iniquitatis,auth.quòd eis.C.de do.ante nup.in gl. & c.quanto.de iureiur.& 22.q.4.c.inter cætera. Item quia ſi ius naturale, ſeu diuinum ſciuiſſet iuſtam cauſam tollendi iuramentum,hoc facile ſtatuiſſet: vt patet in c.ſi verò.de iureiuran.& c.tua nos.& c.breui.& c. peruenit.c.querelam.eo.titu.vnde tunc conſtitutio municipalis non dicitur tollere ius naturale, ſeu diuinum,quod eſt,vt iuramentum ſeruetur: ſed bene dicitur illud limitare & interpretari, quòd poteſt.l. ſi.in gl.C.ſi contra ius.gl.in l.1.ff.de ꝯſti.princ. & in l. ius ciuile.ff.de iuſti.& iur.Item hoc probatur per authen.decernimus. C.de iudi.& l.fi. ff.ad municip.& C.de non nu.pecu.l.fi.circa medium. l.poſtliminiū. §.captiuus.ff.de cap.in ver.& dolum.cum gl.in ver. habuit.l.ſi quis inquilinos.§.fi.ff.de leg.1.& l.fin.qui ſatiſda.cogan.& l.ſi cum libertus. ff.de ope.lib.in q-
3 bus omnibus habetur, quòd † conſtitutio ciuilis ex iuſta cauſa iuramentum annullat. Facit etiam,ꝙ ſi iuramentum poteſt per partem remitti intantum, quòd iurans non incidit in periurium, ſi non ſeruetur,quod iuratum eſt: vt probatur in c.1.de iureiur. Bar.in l.1.§.& poſt operis. ff. de ope no.nunc.& Io. And.in c.præterea.de ſpon.ponit Spe.in tit.2.§.nūc oſtendendum. ver.hoc quoq;.Io.And.in addi.ſpec. in tit.de iudi.in 4.parte.§.ſequitur. in addi.quæ incipit: vidi dubitari.ergo poteſt ipſum iuramentum remitti & tolli per ſtatutum naturali iuſticia ſuadente.ad hoc facit.l.nec ex prætorio.& l.neq; pignus. ff. de reg.iur.& ponit glo.in rubrica. C.de decre.decur. lib.10. Aut talis conſtitutio annullat iuramentum nulla exiſtente cauſa legitima: & tunc non poteſt. primò: quia iuramentum eſt res ſpiritualis, de qua non poteſt ſe intromittere ius ciuile: vt c.tuam.& & c.lator.de ordi.cogni.capi.2.de iudic.c.contingit. de arbi.tum etiam quia inuitaretur quis ſtante conſtitutionis validitate ad delinquendum:& via periurijs aperiretur, quòd eſſe non debet.l.conuenire.ff. de pac.dota. tum quia legem tolleret, quòd eſſe nō debet.ca.inferior.21.diſtinctio.cum ſimi.& hanc diſtinctionem dicit Ludo.in dicto conſilio fore ſingu. tam ex his quæ dicit Barto.in dicta l.omnes populi. & Bald.in dicto §.item ſacramenta. de pace iur.fir. in vſi.feu.& in l.non dubium. C.de legi.& in l.2.C. de re.ciui.ven.& in l.patronus.C.de ope.libe.& in l. ſi ad excludendum.C.de iureiurand. Et ex dictis Pet. de Anchara.in repetitione dicti capituli primi. de conſti.& concludit valida fore cōſtitutionem Marchiæ per indirectum in effectu vires iuramenti tollentem,diſponendo,quòd contractus geſtus per minorem ſine ſolennitate ſtatuti cenſeatur per dolum extortus eſſe,etiam ſi interueniat iuramentum, & ſic Ludoui. Roman.in prꝶalleg.conſilio 12.indiuiduo decidit quæſtionem noſtram. & loquitur eo caſu quo ſtatutum expreſsè diſponit de iuramento vt iurans non obligetur. Et Bar.in dicta l.omnes populi.ſentit ſufficere,ſi ſtatutum dicat, quòd contractus geſtus per minorem ſine ſolennitate ſtatuti preſumatur dolosè initus,vel minor præſumatur dolò inductus ad contrahendum, ſi contraxerit ſine ſolennitate introducta a ſtatuto:quia ſi illo caſu iurauerit:non obligatur ex iuramento. ſicut ergo præſumitur inductus dolosè ad iurandum, & per conſequens iuramentum eum non obligat, per dictū capitulū,quamuis. Accedat dictum Bald. in ſua eleganti repetitione.l.ſecunde. ff.de iureiurand. quam nemo modernorum in dicto capitulo,cum contingat.& in locis,vbi hæc materia tangitur, non vidit, in verſiculo. ſed nunquid eſt dare aliquod remedium,vel modum ita ſtatuendi. quod etiam de iure canonico non teneret iuramentum minoris. & dicit,quòd ſic, ſi per ſtatutum interdicatur bonis ipſi minori, ſaluo & excepto ſi contraheret cum authoritate curatoris, vel conſanguineorum. nam certum eſt, quòd lex poteſt interdicere bonis.l.Imperator.ff.ad Trebellia. tunc enim non valet iuramentum: quia iurans non habet adminiſtrationem: vt not.Iacob. de Areti.in l.qui habet.ff.de tu-
4 tel.Modò in caſu noſtro ſi ſtatutum † interdicat bonis non poteſt minor iurare, nonne multofortius quando interdicit perſonæ, tunc non poterit iurare. & iam ſtatutum iſtud interdicit perſonæ, quod dicit, non liceat puberi maſculo vel fœminæ &c.& licet reprehendatur Bartol.in dicta l.ſi quis pro eo. inquantum dicit, quòd ſtatutum prohibeat perſonam &c.tamen poteſt ſaluari doctrina ſua hoc modo: quia ſi non obligatur minor iurando ſeu iuramento, quando eſt interdictum bonis, multofortius quando interdictum eſt perſonæ, & hoc modo ſaluo Barto.in dicta l.ſi quis pro eo. & etiam ſaluo Barto.eo caſu,quo ſtatutum apponit cauſam rationalem & æquitatem naturalem: quare interdicit perſonæ:quia verba ſua dirigit ad perſonam iurantem,vel contrahentem:quia tunc peccat.& ſic Bartol.iſto modo non meretur reprehendi. & iſtam viā ſaluandi Barto.nemo ſcribentium conſiderauit. Ponit etiam Bald. ibi alia remedia, quæ non refero: quia non faciunt ad caſum noſtrum, ponit & tertium remedium faciens ad caſum noſtrum. videlicet, ſi ſtatutum fingat contractum dolo extortum, ſeu initum,vel ſimulatum: nam ſicut ſententia hominis ſuper ſimulatione facta, facit fidem, quod non eſt contractum periurium. l.tertia. C.plus va. quod agi. ſic & ſententia ſtatuti facit fidem inter ſubditos etiam in foro eccleſiaſtico: vt not.gloſſ.in l.ex ea.ff.de poſtulando. & facit. capitul.fina.de excep.libro ſexto.& licet Bald.non alleget dictum Bartol.in dicta l.omnes populi.tamen dicit illud, quod dicit Bartol.in dicta l.omnes populi. & idem Bald. in dicta l.nec patronus:. dicit,quod lex ciuilis poteſt remittere iuramentum ex cauſa,ſicut poteſt remittere Papa.allegat dictā gloſ.in l.adigere.§ quamuis. & dicit, quòd poteſt interpretari iuramentum, ne extendat ſe ad cauſas illicitas.l.ſi quis inquilinos. ff. de lega.1.& in his, in quibus lex ciuilis præſumit ſimulationem,non eſt neceſſaria probatio hominis, nec iuramentum aliquid operatur, nec eſt neceſſe adire epiſcopum pro eius relaxatione. l.fi.ff.ad municipa.& ſic vult ibi Bald.ꝙ eo caſu, quo l.præſumit ſimulationem,

simulationem, aut dolum, iuramentum non obligat, adeo ꝙ non est opus absolutione. Ita dicamus in casu nostro: quia cũ istud statutum nõ fingat, sed moueatur ex veritate gestorum: vt est dictum: quia minores decepti delapidant & consumũt bona sua. ideo tales non obligantur sine solennitate statuti. ergo ille Anto. minor videtur seductus & deceptus sic fideiubendo & se obligando. & per consequens non obligatur ex tali ɔtractu, nec ex iuramẽto præstito super tali contractu. & ideo idem Bal. in l.2. C. de indi. vidui. dicit, non valere statutum inuitans minores & mulieres ad deierandum permittẽdo eis venire contra proprium sacramentum; nam tale statutum non est rationabile. ergo non habet legis vigorem. Limitat hoc suum dictum, nisi motiuum statuti constet ex aliqua rationali causa: quia tũc statutũ obtinet vim apostolici, vt iurm relaxet, & nõ allegatur ab aliquo hoc dictum Bal. & sic Bal. ampliat illam doctrinam Bar. in d l. omnes populi. vt s. sufficiat quòd statutum habuerit aliquod motiuum rationabile, vt minor, aut mulier non obligetur ex tali iuramento: sed istud statutum habuit motiuum rationabile & sumptum ex læsione minorũ seductorum & deceptorum. ergo sequitur, ꝙ sicut annullatur contractus, eo modo annullatur iuramẽtum. Et ideo Bald. in d. c. 1. §. item sacramenta. dicit, ꝙ tunc valet refutatio, quando nõ interuenit fraus, vbi Bal. vult, ꝙ quãdo minores refutant iura eis cõpetentia, ita valent, si non interuenit fraus, allegat gl. in l.3. §. per contrarium. ff. de contra. iudi. tute. & dicit, ꝙ boni præsides talia iuramenta & illicitas extorsiones per capturam personæ faciunt relaxari & cassari, per. l. illicitas. ff. de offi. præsi. & dicit se multoties ita vidisse obseruari. & ibi refert Cy. dicere in d. auth. sacramenta. ꝙ est perniciosa: quia per eã multi adulti fraudibus exponuntur: quia fraudes sunt difficilis probationis. & dicit, ꝙ illa auth multos misit ad inferos, & ꝙ non potest facere contra iniquitatem. d. auth. cui iniquitati adhæserunt etiam canonistæ vltra statuendo, quòd idem sit in muliere iurante super alienatione rei dotalis, & sic mulier remanet miserabilis & indotata. Et etiam contra publicam vtilitatem. l. 1. ff. sol. matri & contra omnes naturales rationes, quæ ponuntur in l. assiduis. C. q po. in pig ha. vnde maturum consiliũ ex dictamine naturali requiritur, vbi legibus renũciat: & dicit ibi

5 Bal. ꝙ† statuta terrarũ possunt obuiare prohibendo iuramentum præstari, aut recipi. nam statutũ ex cã potest annihilare iuramentum: quia lex habet vim apostolici: vt est gl. in d. §. q̃uis. Item statutum potest introducere nouam formã, puta ꝙ debeant interesse consanguinei, vel amici, quorum presentia suspicionem fraudis amouet. Et dicit etiam ibi Bal. ꝙ presumitur quidam tacitus & velatus metus considerata conditione personæ: quia mulier est & minor & dicit ꝙ metus sufficit in muliere: vt est glo. in c. cum locum. de spon. & suadet hoc tenera ætas & fragilis sexus ipsius. & ideo idem Bal. in l. 2. C. de rescin. ven. versi. 9. quæro. dicit, ꝙ minores facile subducuntur, quandoq; minis, quandoq; pollicitationibus, vt in auth. de immo. ante nup. dona. Et ideo secundùm eum sunt æquissima statuta, quibus cauetur, ꝙ minores non possunt contrahere sine consensu propinquorum: quibus statutis etiam cum iuramento renuntiare non possunt. facit, quod voluit Petr. de Anch. in repetitione. d. c. 1. de consti. in 20. q. circa fi. vbi refert se de facto consuluisse in ciuitate Senarũ, vbi statutũ est: ꝙ nullus contractus finis vel quietantiæ, quæ fieret per minorem 25. annis valeat, nec de eo reddat ius nisi interuenerit certa solennitas. Accidit, quòd patruus tradidit neptem nuptui datis sibi quingentis: & ipsa neptis renũtiat patruo omne ius cõpetens sibi in hæreditate paterna quę multo plus valebat, & iurauit non contrauenire, consuluit domin. P. quod potuit petere absolutionem a iuramẽto: quia præsumitur, quòd refutatio & iuramẽtum fuerint extorta dolo aut metu. ita dicit debere intelligi & limitari. d. authen. sacramenta. & idem voluit domi. Pet. in d. c. quamuis. de pac. lib. 6. in consi. 318. & consi. 257. & in consi. 305. & in consi. 78. & in sua disputatione, quæ incipit, cum. C. laicus. & ideo consuluit domi. Gaspar de Cal. in suis consi. in titu. de iureiurand. quod incipit, duæ puellæ. quòd puella nõ tenetur seruare refutationem firmatam iuramẽto, si ex præsumpto dolo fuit inducta ad refutandum. Ita dicamus & multo fortius in isto Anto. vt dolo videatur inductus ad fideiubendum & se obligandũ, quemadmodum dicitur de puellis refutantibus ius competens illis in bonis paternis, vel auitis. vnde videtur,† quòd talis refutatio fuit donatio quædam, quæ est prohibita in minore. vnde dicit text. valde singu. in l. 1. C. si mi. fa. quòd iudex non potest interponere suum decretum, vt minor donet, & si interponit, non tenet donatio. & idem Bal. in l. prima. C. si aduer. dona. dixit, quòd impossibile est, vt minor donet: cũ ad illũ actum non possit hr̃e curatorem. facit, quod voluit Ang. in quodam suo eleganti consilio incipiente, domina Catherina. vbi consuluit, ꝙ cum quædam puella iurasset in manibus patrui nõ petere hæreditatem paternam vltra illud, quod habuit a patruo, quòd nihilominus: quia fuit læsa, potuit non obstante refutatione & iuramento petere hæreditatem paternam. idem in proposito dicendum est de dicto Anto. argumen. eorum, quæ notãtur in d. l. 2. §. quid ergo ff. de contra. iudi. tute. in gl. & gl. in d. auth. sacramenta puberum. & tex. in l. sed si ad resoluendã. C. de prædi. mino. Facit etiã, quod voluit do. Anto. in c. cum contingat. de iureiur. vbi dicit, quòd quando contractus annullatur propter l. resistentem, quia contrahens fuit læsus, vel deceptus, quòd non obstante iuramento poterit redarguere contractum ex deceptione. & mouetur. quia iura canonica ita approbant iuramentum, si iurãs nõ fuit dolo inductus ad ɔhẽdũ & iurãdũ. allegat. d. c. quãuis. & subdit rectè tunc cessare consensum iurantis, adeo quòd sine aliqua absolutione põt venire contra iuramentum. Dicit etiam, quod vbi minor esset lęsus in magna quantitate, & iurasset non contrauenire, quòd hoc non obstante esset audiendus, & ita dicit in quæstione facti se consuluisse in quadam puella, quæ a quodam attinente suo ita fuerat inducta ad sic iurandum. & illud dictum sequitur do. Abb. in præalle. c. cum contingat. & dicit

6 etiam ibi do. Anto. quòd dolus præsumitur† ex magna quantitate, ar. l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in frau. credi. & consideratur quantitas habito respectu ad qualitatem personarum: vt l. illicitas. §. ne tenuis. ff. de offic. præsi. & per gloss. in c. fin. de re iudi. libro 6. eodem modo iste Anto. dolo videtur inductus ad fideiubendum in tam magna quantitate & considerata conditione sua dicitur grauiter & enormiter læsus. & per consequens potest venire contra dictum contractum. Facit etiam, quod voluit Bald. in l. non dubium. C. de legi. vbi dicit, quòd quando statutum prohibet minorem renunciare, vel donare sine certa solennitate, alias sit nullus etiam cum iuramento, tunc tale statutum valet: quia fundatur sub æquitate naturali, ne dolo, vel fraude aliorum minores amittant proprium patrimonium. Sed in statuto Fauẽtino ista fuit ɔsideratio motiua & finalis, ne minores decipiant, & seducant, ergo tale statutũ vr̃ inualidare refutationis ɔctũ & iurm pdictũ,

& valet.facit etiam,quod voluit idem Bald.in l.pactum.C.de colla. vbi quòd si statutum prohibet iuramentum recipi,non potest ex illo iuramento excipi,nec agi,per no.in l.2.C. de fideiusso. do. Domini. dicit etiam ibidem valere statutum, quo cauetur, quòd mulier contrahens sine consensu proximorũ non obligetur etiam si iurauerit.ergo multo fortius in casu nostro non obligabitur,nec ex tali cõtractu, nec ex iuramento.& ideo dicebat Petr.de Ancha.in d.c.ea quę.de regu.iur.lib.6.quòd si statutum habet rationem annexam,puta propter multas deceptiones, quas patiuntur minores, tale statutum validũ est:quia continet rationem naturalem & æquitatẽ. Facit etiam, ꝙ vbicunq; lex resistit contrahenti ex tali contractu lege resistente inito non nascitur obligatio nec naturalis,nec ciuilis.l.cũ lex. ff.de fideiuss. l.non dubium.C.de legi.cum simili.Si ergo contractus est nullus omni respectu,nullo modo potest cõfirmari iuramento,est enim impossibilis confirmatio,nisi præsupponamus aliquod subiectum confirmabile.c.auditis.de ele.& ca. prudentiam. de offic. deleg.vbi Inn.& in c.cum dilecti.de elect. c.ad dissoluendum.de despon.impu.no.gloss.in c.quàm sit.de elect.lib.6. ergo sequitur, quòd tale iuramẽtum nõ confirmauit talem obligationem.& per consequẽs remanet firma conclusio, quòd talis refutatio seu obligatio non interueniente solennitate statuti Fauentini non potuit iuramento firmari.Facit etiam, quod voluit Saly.in d.auth.sacramenta. C.si aduer. vendi.vbi concludit, per statutum posse prohiberi iuramentum, & mouetur primò per d.l.nõ dubiũ. C.de legi.& l.si quis inquilinos. §.fi. ff.de leg.1.Item mouetur:quia nõ dicitur periurus, qui ex iusta causa deserit iuramentum.l.fin.ff.qui satisda.cogan.Itẽ mouetur:quia iuramentum potest remitti per illũ, cuius fauore est præstitum,allegat quod habetur in l.si libertus nõ.ff.de bon.lib.& l.fi.ff.qui & a quibus. sed melius probatur per ea,quæ habentur in c.1.cũ ibi no.per Io.And.de sponsa.ergo eodem modo poterit remitti per statutum per id,quod no.gl.in rub. C.decre.decur.lib.10.confirmat etiam istam rationem:quia in eo,quod fit per statutum cẽsentur omnes consentire,etiam qui non interfuerũt in statuendo.allegat not.in l.omnes populi. ff.de iusti.& iure. sed melius facit.l.quod maior.& in l.municipes. ff. ad municip. ideo contrahens cum minore videtur consensisse, quòd iuramentum sibi non prosit, & ꝑ consequens videtur voluisse, quòd illud iuramentum præstitum per minorem non noceat dicto minori. Et respondet ibi Salyce.ad rationes, quæ possent allegari in contrarium, quòd iuramentum sit res spiritualis,& quòd laicus non potest statuere super re spirituali: quia latè respondet ibi Salyce.& ideo Rapha.Fulg.in d.auth.sacramenta.refert Alberi.de Rosa.dicere,quòd Henricus septimus imperator deliberauerat corrigere istam auth.sacramenta. ex eo,quia multi adolescentes facile veniunt ad iuramentum:sed morte præuentus non potuit hoc facere, dicit etiam Rapha. se vidisse in pluribus locis statutum,quod disponit, quòd d.auth.sacramenta. non valeat,neque seruetur.& dicit illud statutum vigere in ciuitate Papiæ,& sic Rapha.etiam tenet hãc partem, cui accedat, quod voluit idem Bald.in l.1. C.si aduer.dona.in finalibus verbis, vbi dicit, quòd refutationes,quas faciunt puellæ fratribus cum authoritate curatoris,quatenus sapiunt donationem, sunt nullæ, etiam si iurent, ex quo statutum annullat,seu reprobat expresse iuramentum. & sic Bald. vult illud,quod voluit in dicta authen. sacramenta. & l.secunda.C.de indic.vidui.& in alijs locis allegatis superius. Facit, quod voluit domi.Pau.de Castr. in sua repetitione.dicta authentic.sacramenta. versicul.& breuiter concludendo dico &c. vbi dicit, quòd quando contractus prohibetur propter publicam vtilitatem,vel propter fauorem alterius,quam iurantis, vel propter odium; tunc talis contractus non firmatur iuramento, qualitercunq; statutum loquatur,siue prohibendo,siue non assistendo, siue in iurantem dirigantur verba, siue in recipientem iuramentum,siue in rem.Et dicit, quòd causa,quare tunc non firmatur contractus in iuramento, non est illa,quam dicit Bartol.scilicet, quia faciendo cõtra præceptum legis, peccat mortaliter:sed ea: quia iuramentum caret iustitia,si alteri noceret, cũ istud sit vnum de præceptis iustitiæ, seu iuris, alterum nõ lædere,& eodem modo dicit ibi domi. Paul.si excluderet a se odium rationabile: quia istud est, quem de suo delicto puniri.l.bona fides. ff.depositi.Modò istud statutum emanauit propter odium decipientium & seducentium ipsos minores: vt apparet ex præfatione ipsius statuti. ergo iuramentum non potest firmare talem contractum,subdit ibi dom.Pau. vtrum possit dari cautela,vt statutum per viam directam possit tollere iuramentum. & refert theoricã Bartol.in l.omnes populi.& Bald.in dicta authenti. sacramenta. & iura allegata ab eis, ipse verò dicit, quòd si nos loquimur quò ad vires,quas habet iuramentum a iure ciuili,bene potest per statutum tam directè,quàm indirectè tolli & auferri: vt dicta l.adigere.§.quamuis. ff.de iurepatrona. sed quantum ad vires,quas habet de iure canonico,nec directè: nec indirectè statutum potest eas vires auferre,per regulam. capit.cum quid vna via. de regulis iuris. libro sexto.cum non sit de suo foro sicut econtra: vt no.c. nouit. de iudic. & in authentic. quomodo oportet epi.in princip.& ad.l.nostram. C. plus valere quod agi.respondet fatendo, quòd quando contractus est verè simulatus, vel dolo initus,iuramentum non valet; quia non adest consensus iurantis. secus dicit, vbi reuera adesset consensus,& statutum fingit consensum abesse, tunc est secus: quia quò ad Deum, cui omnia nota sunt,plus debet attendi veritas, quã fictio. Dicit tamen, quòd si statutum fingeret dolum ex aliquibus coniecturis propinquis & verisimilibus ad præsumendum verum dolum secundũ ea,quæ not.in l.dolum. C.de dolo.tunc diceret contrarium: quia tunc non est dolus fictus, sed verus: quia cum non possit dolus directò probari: sed per coniecturas, possunt tamen per statuta tales verisimiles coniecturæ declarari & specificari: vt si diceret, quòd quando quis accusatus de aliquo crimine facit contractum, quòd tunc talis contractus præsumatur simulatus:satis enim est ista verisimilis & propinqua cõiectura, scilicet, quod faciat potius ad euadendum pœnam, quàm pro veritate. vnde si contingat eum absolui ab accusatione posset dicere contractum simulatum ex forma statuti non obstante iuramẽto.vel pone, quòd dicat statutum, quòd si minor habens curatorem contrahat sine eo,cum de facili possit haberi, præsumatur dolo inductus. certè satis est hæc bona præsumptio, argument.l.fina. ff.de ritu nup. & tunc non haberet locum. dicta authentic. sicut enim per ius commune quædam præsumptiones verisimiles verificantur aliàs specificantur ad probandum verum dolum vel simulationem: vt d.l. dolum.cum ibi notatis.C.de dolo.& in l.per diuer.C.mand.ita posset induci per statutum. Sed quando esset coniectura omnino extranea, vt est quando statutum dicit, si minor, aut mulier contraxerit sine solennitate statuti, præsumatur contractus simulatus, putat, quod illo casu non tollatur iuramentũ,nec tollũtur vires eius

per

9 per clausulas nõ obstant. bus gñales legi & ordinationi ipsius laici quò ad beneficiũ patronale, vt superius probaui in alijs dubijs: sed statutum capituli disponens idem ꝙ ordinatio patroni laici est idem, ꝙ ordinatio ipsius laici: vt voluit glo. quę reputatur sing. in c. j. de constit. lib. 6. nam statutum disponens idem, ꝙ ius cõe, nõ est facti, nec in facto consistens, immo est iuris, & consistit in iure: vt voluit Inno. & Host. in d. c. j. qui dicunt, ꝙ si rescriptũ, vel priuilegiũ cõtineat illud, qđ ius cõe, non est opus facere mentionẽ de rescripto, vel priuilegio cõtinente ius cõe: ideo sicut derogat iuri cõi, ita derogat rescripto & priuilegio: ergo sicut Papa nõ pręsumit̃ pręiudicare iuri ipsius laici patroni, eodem modo non præsumitur velle pręiudicare statuto capituli, ex quo disponit illud, qđ ordinatio ipsius laici. Et si tenere volumus, ꝙ statutum addat iuri cõi: vt voluit Ioan. de Lig. in c. j. de rescri. multofortius dicemus idem, ꝙ posito, ꝙ Papa non pręsumitur derogare iuri laicorum, multominus præsumitur velle derogare ordinationi & statuto capituli disponentis idem, ꝙ conuentio ipsius laici. Et adduco c. 2. de prebẽ. lib. 6. vbi statutũ disponens idẽ, ꝙ ius cõe, addit vinculũ specialius iure cõi, & facit illud fortius. hoc decidit tex. ille, qui ad hoc est melior de iure. Et adduco gl. in c. cũ dilectus. de cleri. nõ resi. in ver. nõ obstãte, quę dicit, ꝙ Papa in reuocatione statuti continentis illud, qđ ius cõe, dẽt facere mentionẽ de ipso statuto, ex quo sequit̃, ꝙ posito, nõ tñ ꝯcesso, ꝙ per illã gñalem reseruationẽ, vel clausulã derogaret ordinationi ipsius Imperatoris, nõ pp hoc derogaret̃ statuto capituli cõtinenti id, qđ ordinatio laicorũ: qa statutum addit vinculũ. Et licet antiqua & moderna iurisprudentia dicat, Io. de Lig. habuisse opi. ꝯ gl. d. c. j. de cõsti. lib. 6. tñ reuera illa vr̃ esse gl. in d. c. cũ dilectus. & sic potius fuit Bernardus author huius opinionis, q̃ Io. de Lig. & ita dixi cõmentans. d. c. j. de rescrip. Et adduco gl. in d. c. j. de consti. lib. 6. in ver. tñ cõsuetudo pręscripta: dicit. n. ꝙ si consuetudo est legitimè pręscripta addit vinculum, adeo ꝙ Papa tollẽdo ius cõe nõ tollit ipsam consuetudinẽ, nisi de illa faciat mentionẽ, & adduco c. sopita. de censi. in ver. intentionẽ iuri cõi vt cõsuetudine prędecessoris adiuuare. vbi cõsuetudo disponit illud idẽ, qđ ius cõe: & tñ Papa ad decisionẽ & ad probationẽ intentionis aduersarij cõsiderat vtrunq; ius. s. cõe, & consuetudinẽ: ergo sequit̃, ꝙ vtroq; concurrit: ergo nõ sufficit derogare iuri cõi, sed opus est derogare cõsuetudini. Facit c. cum esses. de testa. in ver. se ad initia legis ab institutis sanctorum patrum & generali ecclesię consuetudine. & probatur in cap. cum venissent. de institu. in versi. tam de iure communi, quàm de generali consuetudine. & adduco ca. venerabilem. de elec. in ver. de iure & antiqua cõsuetudine noscitur pertinere. facit cap. cum dilectus. de consue. in ver. tam de iure communi quàm de priuilegio speciali. vbi probatur, quòd non sufficit facere mentionem de iure communi ad reuocandum priuilegium disponens

sponens idem, quod ius cõe, sed est opus, vt reuocetur priuilegiũ, qui text. iudicio meo probat melius quàm alius de corpore iuris, quicquid dixerit Inno. & Host. in d. c. j. de consti. dicitur enim ibi, ꝙ ad reuocandum priuilegiũ disponens idem, quod ius commune, non sufficit derogare iure cõi, sed est opus facere mentionẽ de ipso priuilegio. pro certo ille tex. decidit casum nostrum: quia non solùm esset opus tollere, vel derogare ordinationi ipsius Henrici Imperatoris, sed etiã esset opus derogare statuto ipsius c. adduco tex. c. cum omnes. de consti. vbi fuit introducta consuetudo conformis iuri communi, postea emanauit contraria constitutio, Papa ibi dicit, seruetur prior consuetudo. facit etiam actũ disponens idem ꝙ ius cõe alterat illud, & producitur actio ex pacto: licet de iure communi tale pactum non produxisset actionem, tex. est elegans in l. legitima. ff. de pac. hoc est dictum Barto. in l. non impossibile. ff. de pac. ergo sequitur, ꝙ multofortius erit idem in statuto: quia fortius est statutum populi, quàm pactũ priuatorũ: vt voluit glo. sing. in rubrica. C. de decre. decur. lib. 10. & probatur in tex. meliori de iure in l. generaliter. C. de fideius. ergo sequitur, ꝙ si pactum alterat ius commune, fortius alterabitur ius com-
10 mune per statutum. † & adduco. l. querebatur. ff. de testa. mili. vbi si miles fecit secundum testamẽtum, & in eo fecerit fideicommissum, vt primum testm̃ valeret: ꝙ tunc primum est translatum in secũdum testamentum. Ita dicamus in proposito, ꝙ illa ordinatio Henrici est translata in istam ordinationem, & statutum capituli: sicut ergo nõ derogat ordinationi laici: ita nõ derogat ordinationi capituli idem disponenti illa generalis reseruatio Papæ & clausulæ illę, non obstan. & ideo siue dicamus, ꝙ statutum addit ad ius commune: vt voluit Ioan. de Lig. & gl. allegata superius, siue dicamus, ꝙ non adeat: vt voluit glo. Ioan. Andr. in d. cap. j. de consti. lib. 6. attenditur primum statutum seu prima ordinatio. vnde Angel. in repetitione §. ex non scripto. insti. de iure naturali. dixit, ꝙ si de eodem negotio antea fuit cõsuetudo, & postea est factum statutum, ꝙ ipsa consuetudo est, quæ ligat, non autem statutum: nam statutum potius videtur introduci ad confirmationem cõsuetudinis, quàm ad iuris noui introductionem. ideo dicit, ꝙ si quis ageret ex statuto, succumberet: cũ condictio ex lege fuerit introducta ex consuetudine valida: ideo cum sit efficax, non indiget alia efficacia. l. sequit. §. lana. ff. de vsucap. simile est dicendum, si facta fuerit lex aliqua post. l. si quis argentum. quæ disponeret circa materiã donationis: nam cum condictio d. l. si quis argentum. fuerit efficaciter introducta, leges superuenientes nouam actionem non introducunt. ¶ Sed contra prædicta arguit ibi Ang. immo videtur, ꝙ de eadem materia possunt fieri duę leges: vt l. si quis in conscribendo. C. de epis. & cle. & C. de pac. & eadem quantitas potest bis deduci in stipulationem. l. qui bis. ff. de verb. obl. ergo de eadem materia potest fieri statutum & consuetudo, & ex vtroq; actio dari. Sed soluit, ꝙ ille, qui confirmat iam valida, nihil de nouo videtur introducere. l. si quis priore. ff. ad Trebel. quę est solutio huius contrarij, ideo non põt quis eligere agere
11 ex statuto † si pręcessit cõsuetudo circa idem disponens, & per hoc refert succubuisse quendam vltramontanum aduocatum magnum, vbi in facto con suetudo dictabat, ꝙ portans cultellum puniatur in capit. demum de eodem facto est factum statutum disponens, ꝙ portans cultellum puniatur in ca. aduocatus prædictus intentauit actionem ex statuto. certè succubuit tanq̃ intentans actionem ineptam; quia ex statuto nulla competebat actio. & sic cum consuetudo & statutũ cõcurrunt circa idem factũ, attenditur pręcedens consuetudo. ita formaliter dicit Angel. ibi. Et sic sequitur ex hac doctrina Angel. cum ordinatio laici præcedat, & ordinatio capituli disponat idem, attendetur ordinatio laici: sed prouisio Papalis generalis nõ extendit se ad ordinationem laici, cum eodem modo non extendit se ad ordinationẽ capituli ex eo: quia attenditur pręcedens ordinatio laici. & sic quocunque verterit se iste, qui innititur illi reseruationi Papali & clausulæ nõ obstan. angustiæ sibi occurrunt ex parte ecclesię. & per consequens succumbere debet, & ex istis absoluta est ista quarta dubitatio &c. ¶ Ex istis infertur ad quintam dubitationem, vtrum prouisio per dominum Papam, quæ pręuenit ordinariã collationem in mense factam de beneficio sedi Apostolicę reseruato specialiter facta illi in curia cũ clausula generali, non obstante, & cum derogationibus generalibus hoc casu valeat. ¶ Circa hanc dubitationẽ paucula verba agenda esse arbitror: q̃a res videtur mihi clara, ꝙ non valeat. nam (vt superius dixi) dubitatur de voluntate supremi pastoris non de potestate, potest enim adequare quadrata rotundis, ita dicebat Host. in c. cum venissent. de iudi. & accedat illud, q̃d prophetæ sanctissimo venit in ore. Omnia subiecisti sub pedibus eius. & alibi dixit. Minuisti eum paulominus ab angelis, potestas sua nullis coarctatur regulis, vt pulchrè dixit Bald. in capitu. j. in titu. si de inuesti. inter do. & vasal. lis ori. ꝙ solus Papa potest committere causam delegato cum clausula, facias sic. sed inferior debet dicere, facias iustitiam. allegat Innocen. in capitu. significantibus. de offi. delega. & idem voluit Bald. in rubri. de offi. delega. & in l. j. C. quomodo & quãdo iudex. pro quo dicto ego soleo allegare casum in capitul. Raynutius. de testa. ideo circa voluntatem Papæ pręsumendam versatur ista dubitatio. ¶ Et est aduertendum: quia rescriptum
12 † recipit vires ex mente rescribentis, ita pulchrè dixit Innoc. in cap. cum ecclesiasticæ. de excep. refert Bald. in commento. l. præscriptione. C. si contra ius vel vtil. pub. & in l. j. C. de consti. princ. & voluit glo. in cap. super eo. de offi. deleg. & probatur in tex. d. c. cum dilecta. & cap. cum adeo. de rescrip. & facit l. fi. in versi. nostram mentem fefellit. C. de his qui a nõ domi. manu. & non præsumitur Papa velle præiudicare iuri alterius: vt capit. quãuis. de rescrip. lib. 6. l. 2. §. meritò. & §. si quis a Principe. ff. ne quid in loco pub. cap. super eo. de offi. delega. immo est cõtra morem principis tollere ius alterius, vt rectè decidit text. in l. cũ auus. C. de eman. lib. quinimmo plus videtur dicendum de voluntate Papæ. non videtur enim in dubio se adaptare ad illicita, argum. l. 3. §. si procurator. ff. quod quisque iuris, & l. j. §. si procurator. ff. si quis ius dicen. non obtemp. & l. si pater. ff. quæ in frau. credi. l. creditor. §. Lucius. ff. manda. sed quamuis non liceat Papæ alterare veram voluntatem defunctorum, vt l. si testamentum. C. de testa. c. non liceat Papæ: potest tñ, si vult, de plenitudine potestatis, qua nunquam videtur vti contra ius, nisi apponat clausulam nõ obstan. ita clarè ꝙ appareat de eius mẽte, ꝙ intendit vti supremo iure supremę potestatis. & ita debet intelligi, q̃d no. in clem. quia contingit. de reli. domi. quinimmo plus dixit Inno. in c. innotuit. de elec. ꝙ Papa non debet vti plenitudine potestatis, nisi ex causa. & iam in primo dubio superiore plenissimè dixi, ꝙ de potestate absoluta Papa alterat relicta per defunctos ad piam causam. ¶ Modò reducendo hęc ad propositum multifariè apparet, quòd huiusmodi gratia est nullius vigoris: nam mens Papę non fuit velle præiudicare ordinationi & legi datę illi tertiæ portioni factæ per Henricum

r:cum Imperatorem:vt voluit glo.in d.c.dilectus.de offi.delega.& Host. Ioan. And.& do.Card. alij doc. quos retuli superius in alijs dubijs,modò si rescripta recipiunt vires ex mente rescribentis: vt est dictum, & mens rescribentis est, nolle prędiudicare ordinationi ipsius laici: ergo sequitur, ꝙ hmõi gratia non inficit collationem factam per episcopum, & capitulum ex dispositione huius Henrici Imperatoris. ¶ Et si quispiam opponat,ꝙ non potuit laicus,licet Imperator & vir sanctus imponere legem rei ecclesiasticæ,quę est effecta sanctum sanctorum in auth. cassa & irrita.C.de sacrosanct.eccl.& per totum, de condi.appo.Ad hoc respondeo, ꝙ d.authẽ.cassa.loquitur in lege vel statuto : quia non possunt disponere contra libertatem ecclesiasticam: sed in re priuata quisq; priuatus potest apponere legem : vt est tex.valde sing.in l.si quis ita.C.de pac. inter empt.& vendi.& ibi Bal.arguit de d.auth.cassa.& respondet, ꝙ illa loquitur in statuto, sed d.l.si quis ita loquitur In lege & cõditione apposita a priuato in re sua: qa quisque dicitur moderator & arbiter in re sua: vt l. in re mandata.C.mãda.Et ideo valet conuentio : vt in re vendita nõ liceat emptori facere ędificare capellam,vel monumentum.Et si dicatur, episcopus non debet acceptare quãdo aliquis dotat ecclesiã , & apponit aliquam legem , qua præiudicat iuri ecclesiæ. Ad hoc dico , quòd episcopus possit illud facere.& de hoc allego tex.valde singul.dom. Abbat. quòd episcopus potest in fundatione ecclesię ad petitionem patroni transferre in illum ius,cõfirmando illum , vt in prælatum illius ecclesiæ : licet illud ius competat episcopo.16 quęstio.7.capitu.omnes basilicæ.17.quæst.j.capitul.j. & sic potest episcopus in hoc præiudicare episcopatui : & pro causa legitima huius pręiudicij sufficit petitio patroni , quod procedit, antequã ecclesia sit fundata: sed post fundationem ecclesiæ videtur, quòd etiam ad petitionem patroni non possit hoc facere episcopus sine causa secundùm dom. Abbat.in dicto capitul.cum dilectus.quia negari non potest, quin illa sit alienatio huius iuris iam competentis episcopatui : ideo sine causa fieri non debet:sed ante fundationem ecclesiæ nullum ius cõferendum est acquisitum episcopo,meritò potest ad petitionem patroni,qui forte aliter non vellet fundare ecclesiam sine illa lege. ¶ Modò in proposito nostro istud onus,quod in dicto castro collato ecclesię apposuit Henricus Imperator , fuit expressum tpe fundationis . voluit enim Imperator,quòd tertia pars illius castri, seu poderis daretur capitulo , ergo potuit apponi.& multofortius : quia in hoc nõ præiudicatur iuri episcopatus. Et est ratio : quia prælatus in iure quærendo potest præiudicare suæ ecclesiæ : vt plenè per Feder.de Senis, consilio 9.ideo non est admiratione dignum,si episcopus acceptauit hanc ordinationem factam ab Henrico,& per consequens sequitur, quòd licet Papa contulerit huiusmodi præposituram tempore sibi congruente : tamen standum est collationi episcopi ad pręsentationẽ capituli:quia mens Papę non fuit velle præiudicare ordinationi:& voluntati patroni laici , ne homines retrahantur ab ędificatione , seu fundatione & dotatione ecclesiæ : & ista videtur fuisse mens Papæ. præsumitur enim voluntas eius talis,qualis esse debeat:quia quicquid princeps facit,præsumitur facere vt Deus: vt dixit gloss. in auth. de hæred. & falc.in rub. ideo prouisio facta per Papam illi curiali est nullius efficaciæ.Et ita cõcludo circa istam quintam dubitationem . ¶ Et ex istis infertur ad sextam dubitationem. quòd collatio facta illi Stephano ad promotionem capituli secundùm ordinationem Henrici & statuta & ordinationem capituli de iure valet & tenet . ¶ Venio ad vltimam dubitationem , in qua quæritur, si neutra illarum collationum possit in iure subsistere,an saltem dicta portio sit adiudicanda ipsi Stephano possessori ad cõseruandum voluntatem donatoris, & statuta iurata capituli de dicta tertia capella,siue præpositura vigore gratiæ , si neutri, meritò de nouo debeat prouideri . ¶ Et indubitanter videtur de iure dicendum,ꝙ si ex eo:quia commodum posses-
13 sionis, † debet esse causa , vt potius conferatur possessori,& ad sic dicendum moueor ex eo , quod singulariter voluit Bal. in c.capitulum sanctæ Crucis. de rescrip. vbi quęrit: Papa cõtulit potestariam Boniæ duobus eadem die , quis eorum præferetur. decidit, ꝙ is, qui reperitur possidere.mouetur ex l.j. ad fin.ff.vti possid.& adduco in medium , quod habetur in l.j.§.non autem. ff.de secundis tabulis. vbi dixit,reperiuntur duo testamenta eodem tpe facta, nescitur , quod sit posterius institutis diuersis hæredibus,decidit,ꝙ is præferetur,qui reperit possidere. qđ est bene no. pro limitatione eius , qđ voluit glo. in l.fi.C.de edic.diui Adrian. toll.& glo.in c.vltima voluntas.13.q.2.& in ca.si duobus de rescript.lib.6. Et adduco glo. valde sing. in c.nulli.12.q.5.quæ voluit,ꝙ si rector ecclesię decidit relictis bonis,& quęratur,an quæsita fuerit ex patrimonio clerici, an ex reditibus ecclesiæ,decidit,ꝙ pręsumitur pro eo,qui est in possessione. ideo si cõsanguineus est in possessione,præfertur ecclesiæ,& hoc propter cõmodum possessionis. Ita videtur dicendum in proposito , ꝙ potius est conferenda huic Stephano possessori . Et adduco,quod sapienter voluit Bart.in leg.si inter.& in leg.qui duos.§.cũ in bello. ff.de rebus dubijs. vbi quæritur:moritur pater & filius insimul in mari, si quæratur quis eorum prædecesserit,effectus est magnus:quia si filius pręcessit patri,succedunt coniuncti ipsi patri,& eodem modo in coniunctis viro, decidit ibi Bartolus , ꝙ in dubio iudicat̃ pro eo,qui est in possessione rerum.& adduco capitul. sæpe.de restitu.spolia.Et adduco elegantem tex. in capitu.si clericus laicum.de foro compe. vbi si clericus conuenit laicum,qui asserat rem suam & possideat,debet conuenire coram iudice seculari.& hoc intuitu possessionis pręferatur.ergo multofortius erit idem in casu nostro , vt rõne possessionis iste Stephanus in collatione huius tertiæ portionis, seu præposituræ.Et adduco glos.in capitul.j.de content. inter dominum & fide.quæ connumerat commoda possessionis : nam aliquando habet iudicium nominare. l.j.ff.fam ercisc.aliquando releuat ab onere probationis , insti.de interdic.§.commodum. aliquando est causa implorandi officium iudicis : vt l.fin. ff.de offi.procura.Cęsa.l.vt liberis.§.fina.ff.de lib.cau.aliquando officium iudicis proponitur,non quia deficiat actio, sed quia deficit exercitium. l.si filiusfa.ff. si cert.peta.aliquando est causa inducendi pręsumptionem.l.pe.ff.de condit.institut.aliquando inducendi recuperationem.l.si seruus.C.quod cum eo. l.qui possessioni.ff.de vi & vi arma.aliquãdo est causa impediendi executionem,ob.l.maritorum. C.ne vxor pro ma. aliquando producendi alios naturales effectus:vt l.3.§.ex contrario.ff.de acquiren. possessione. facit clemen.j.vt lit.pen. vbi ex possessione præsumitur titulus.facit capit.quòd autem.de iure patronat.cap. ad aures.de pręscrip.& cap.j.de controuer.inuestit.& glo.cap.afferte. de præsump.& ita vidi iudicare de facto . hæres erat in possessione rei, quæ petebatur,quòd legatarius tenebatur probare prioritatem acquisitionis. Ex istis rectè concludi potest, quòd si neutri competat ius in dicta tertia portione, quod potius sit concedenda possessori . Et adduco

adduco in ar.quod voluit Bar.in l.j.ff.de priui.credi. ꝙ si finita est generatio recipiētis emphyteusim, qđ potius est cōcedenda his, qui sunt de eadem generatione, q̄ aliis extraneis in memoria primæ cōcessionis & possessionis.& cōmemoraui illam q.Bart. melius quàm alius in tit.de loca. & in addi.quas fecit in d.c.præterea.¶ Accedat: quia dicta tertia portio est conferenda senioribus, & portantibus onus diei & ęstus in ecclesia actu residentibus, quo casu dixit text.in l.bene a Zenone.C.de quadri. præscrip. vt qui die & nocte laborant dignā habeant sua prærogatiua fortunam: ideo tot concurrentibus circa istum Stephanum possessorem dictæ tertiæ, ideo est melioris meriti, & potius est conferenda sibi dicta administratio: nam seniores sunt præferendi.vnde dicimus, standum esse testibus senioribus.l.ob carmen.§.j.ff.de testi.c.in nostra.e.ti.& glo. valde sing. in l.cum quid.ff.si cer.pe.dixit standum esse testibus senioribus. facit illud, quod scribitur apud Ciceronem in li.de senectute.non enim,inquit,velocitatibus,aut celeritate corporum res magnæ geruntur: sed authoritate, consilio, quæ in senibus videmus sita.& in eodē lib.dicit,legimus vrbes a senibus conditas & fabricatas,a iuuenibus autem deletas. facit illud,qđ habetur in l.semper in ciuitate nostra senectus venerabilis fuit.& dixit Bald.in l.senium.C.qui test.face.pos. ꝙ plus valet vmbra senis,q̄ ensis iuuenis.Inno.in c.j.de renun.facit tex.elegans in l.fi.ff.de
14 fide instr. vbi custodia † instrumentorum & clauiū danda est antiquiori: q̄a præsumitur dignior.& singulariter dixit Innoc.in c.j.de maiori.& obe.ꝙ si rector collegij sit absens,cōuocatio collegij spectabit ad antiquiorem de collegio.Ad hoc allegat istud dictum Inno.Bar.in l.j.ff.de alb.scriben.facit.l.2.C.de præfec. præto.lib.12.ideo pulchrè dixit text.is enim gradu cęteros antecellit, quē labor prolixior & stipendia longiora fecerint anteire.l.nemo.C.de offi. mag.facit.74.dist.c.episcoporum.vbi dicitur, quòd antiquior subrogatur in locum decedentis quoad locum vel dignitatem, cap.episcopi.21.dist.nam & in dubijs & arduis decidendis, primò requiruntur senes,vt pulchrè voluit tex.seniores,inquit,prouinciæ congrega.20.dist.cap.de quibus. quia a senibus veritas inuenitur: vt l.si chorus.§.j.ff.de lega.3.Item defertur antiquitati & senectuti in sequendis consilijs,cap.domino,secundo.l.dist.cap.hoc ipsum.34. q.2.& ideo dicimus, senem excommunicatum ea excommunicatione,a qua est absoluēdus, excusari propter senectutem, vt absolui possit ab episcopo loci.& ideo dicimus,seni remitti onus comparendi in consilio.& facit l.j.C.qui ęta.se excu.li.10.vbi excusantur senes ab onere officij publici. Item in seruitijs exhibēdis defertur antiquiori, vt probatur in cap.j.ad fin.de l.conrad.in vsi. feu. prętertur senior in sessione in dandis vocibus, c.concilia.§.verum.l. di. Item debet eligi antiquior in prælatum. 61.dist. cap.statuimus.Item defertur senibus in libris corrigendis: vt in cap.fuerunt.7.dist. Et sic liquido apparet ex istis, quòd in gratijs conferendis defertur antiquioribus: ergo huic promoto ad dictam præposituram vt de senioribus & actu residenti debet potius conferri ista tertia portio.quàm illi curiali procuratori. An autem sit vile officium procuratoris, habetur per Bar.in l.si quis. C.de decur.lib.10.& ad prædicta facit: quia ex dispositione Henrici patroni debet dari ista portio cap.seu deputato a capitulo, quo casu seruabitur voluntas defuncti,quam Deus & sancti patres omnibus modis seruandam esse voluerunt: vt c.vltima voluntas.13.q.2.c.nos quidem. & cap.tua.& cap.si hęredes.de testa.est enim pium mandare executioni voluntatem defuncti: vt dixit tex.in auth.de hære.& fal.§.si verò expressim.quem text.reputat singul. Bartol.l.nemo potest.ff.de leg.j. ¶Ex quo ergo secūdùm voluntatem & ordinationem defuncti est promotus iste Stephanus, & concurrit antiquitas & labores prolixiores, sequitur, ꝙ est præferendus in gratia, eoque magis cum plura concurrant in fauorē istius Stephani. Et ideo multum egregiè dixit Bald. in rub. aliàs in cap.j.de controuer.inuesti.in vsi.feu.quòd iudex ex varijs suggestionibus partium,testium, & instrumentorum deuenit ad vnum finalem conceptum mentis non indigentem adminiculo iuramēti. pro quo dicto ego allego tex.elegantem in c.cum ad sedem.de restitu. spol.& in cap.præterea.& in cap.in nostra. de restit. Et facit illud, quod dicimus, ex pluribus præsumptionibus resultat plena probatio, vt dixit glo.quæ reputatur singu.in l.2.§.j.ff.de excu.tu.& facit l.spadonem.§.qui iura multa.ff.de excu.tu.& l.excipiuntur.ff.ad silla. & glo. in l.instrumenta. C.de probat. glo.in cap. cum dilectus. de successio. ab intesta. & in cap.cum causam.de proba.& in cap.accedens.vt lit.non contest. & in cap.cum Bertoldus. de re iudi. cum simi. Cum ergo plura concurrant pro isto Stephano: ergo est præferendus in ista gratia,& per cōsequens sibi est conferenda exclusio illi curiali. ¶Et ita concludo in fauorem Stephani. Andreas Barb.1468.primo Martij.

EPITOME.

¶Mater non excluditur a legitima filiorū,si statutum hoc expresè nō dicit, posito ꝙ expresè dixerit de successione.

SVMMARIVM.

Excludere quem a legitima sibi debita est pęna. nu.1.
Expresè fit,quod fit verbis singularibus & specificis. nu.3.
Statutum non videtur fecisse in genere, quod in specie facere nō potest.4.neque potest statutum tollere legitimam matri a iure debitam.5.neq; diminuere.6.& quoad legitimam pater, mater,filij,& nepotes æquiparantur,nu.7.

CONSILIVM XXIIII.

ET quidem viso puncto & statuto Murinensi & solēni animaduersione pēsato mihi vr̄ de iure dicendū, ꝙ dicta domina Lucretia non sit exclusa a legitima sibi debita pp existentiam patruorū,
1 ꝙ sic ostendo † excludere quem a legitima sibi debita, est pęna, vt probatur in tex. meliori de iure in d.l. si quis maior.C.de transa.vbi dicitur, ꝙ pęna est, vt quis priuetur actione: ergo fortius erit pęna, vt quis priuetur legitima a iure sibi debita.& ideo dicebat Lud.Rom. in l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verbo. oblig. ꝙ priuare quem successione est pęna, allegat Ange.in sua disputatione.& facit, quod voluit Bald.in l.criminali.C.de iurisdi. omn.iudic.vbi colligit per illum tex.ꝙ est pęna priuare quem iure accusandi,sicut priuare quem iure agendi.facit, ca. fin.de iura. calum. modò in casu nostro si istud statutum excludit matrem a legitima, sequitur, ꝙ est pęnale: sed regula est, vbi lex non apponit pęnā priuationis nos imponere non debemus, & sic iudex non potest imponere pęnā priuationis vbi lex illam non imponit: ita voluit glo.in capitul.fina. de iurepatro.quam allegat pro singulari domin.Abb. ibi, glos.est magistra & primaria.15.q.7.aliàs 8.in sum. sed ego adduco text.valde elegantem in auth.de nō elig. secundò nub.§.cum igitur. versi.non est lex tale quid dicens. quem text. ad hoc allegat Bald.in auth.ex testamento.C.de secund.nup. & ego addu-

co tex.in l. sed & si quis. §.diuus. ver. penam tamen statutam non esse. ff. de relig. & sumpt. fu. Modò istud statutum si rectè & etiam subtiliter ponderetur, non excludit matrē a legitima debita sibi in bonis filiorū ex eo: qa expresse hoc non dicit, potuisset enim statutū exprimere, ꝙ a legitima portione iam priuabat, ꝙ non fecit: ergo non præsumet priuasse, arg. l.j. ff. si men. fal. mo. dixe. & l. vnicæ. §. sinautem. C. de cadu. tollen. & c. maiores. de baptis. & c. ad audientiam. de deci. ¶ Et si quispiam dixerit, ꝙ excluditur per illud verbū, penitus excludant, ego respondeo, ꝙ illud verbū penitus, adaptatur ad canonem latæ sententiæ & nō ferendæ. vnde licet verbum futuri tpis importet canonem ferende snīę & nō latę, vt voluit glo. in c. si diligenti. de foro compe. & in c. inolita. 11. q. 1. & regula in pęnis. de reg. iur. lib. 6. & l. iubemus. §. sanè. C. de sac. san. eccl. & in l. in criminali. C. de iurisdi. om. iud. tū ibi apponitur dictio, penitus, licet verbū, cui adijcitur, sit verbū futuri tpis; tū efficitur latæ sententiæ, ista est glo. cum tex. l. qui aduocati. C. de postula. c. clerici. de exces. pręla. c. ex literis. de offi. dele. c. fi. de pę. c. olim. de iniur. c. cum ex iniuncto. de ope. no. nun. & plenè dixi in d. cap. si diligenti. Et sic stat veritas, ꝙ illud verbum, penitus, excludat matrem, est canon latæ snīę, & ad nullum alium effectū apponitur in dicto statuto, quàm ad istum, vt ipso iure excludatur. ¶ Et si quispiā dixerit. Titire coge pecus, vt apud Virgilium præclare scribitur, cum capiatis verbo indisciplinato ex eo: quia in dicto statuto dr̄ a successione prędictorum excludant, & sic excludunt agnati masculi matrē in successione filiorum, quo casu legitima est tertia pars, vel semis portionis debitæ ab intestato filijs, vel parentibus, vt no. in auth. nouissima. C. de inoffi. testa. ergo si remouetur diffinitio legitimæ, vr̄ remoueri ipsa legitima, & sic cum istud statutū excludat matrē a successione, vr̄ illam excludere a legitima. Ad hoc respōdeo, ꝙ successor dr̄ ille, qui iuris successor est, & hoc ex propria significatione vocabuli. l. quędam. §. his. ff. de eden. l. ad tpis. §. j. ff. de vsucap. cum ergo istud statutū pęnale & contra regulas iuris cōmunis, priuat matrē successione filiorū, & sic addit afflictio afflicto, ꝙ esse nō debet, vt l. Diuus, ff. de offi. præsi. cum si. not. ibi in glo. ne mater priuetur filijs, & etiam priuetur mesta hæreditate filiorū suorum, debet restringi ad vniuersalem successionem, & nō ad succedendum in legitima, quę non est vniuersalis successio. statutum enim debet intelligi propriè & non impropriè, vt l. quicquid astringendæ. ff. de ver. ob. l. j. §. si is qui nauem. ff. de exercito. cap. susceptum. de rescrip. vbi ergo tale statutum non potest adaptari ad legitimā, & probat rōne viua & inconuincibili, priuare quē sua legitima portione est exhæredare. l. qui volebat. ff. de hære. instit. sed exhæredatio debet fieri nominatim, vt probat in l. j. & 2. ff. de lib. & post. ergo sequit, ꝙ non est satisfactū dispositioni iuris volēti personas, qbus a iure debet legitima, debere nominatim exheredari, vt d. l. j. & 2. & per ꝯns tale statutū intelligit de vniuersali successione filiorū & nō de legitima: qa si de licentia sensissent statuentes, illud expressissent, vt est dictum. Et

2 probo incōuincibiliter, facilius pręsumit † & fit interpretatio ꝯ proferentē, vt c. contra eū. de reg. iur. lib. 6. l. veteribus. ff. de pac. l. quicquid astringēdę. ff. de ver. ob. c. in presentia. de proba. ꝗ fiat ꝯ tertiū, ar. c. super eo. de offic. dele. c. quāuis. de rescrip. li. 6. l. cū auus. C. de eman. lib. sed legē habemus expresse, ꝙ si filius relicta sibi portione certa dicat se contentum pro omni eo, qđ debet habere in bonis paternis, & promittit plus non petere, ꝙ si specialiter nō fecerit mentionē de legitima, ꝙ non vr̄ exclusus a petēdo supplementū legitimę per illa gñalia verba, nisi specialiter de legitima fecerit mentionē, iste est tex. sin. & melior de corpore iuris in l. si qñ. §. gñaliter. C. de inoffi. tēsta. modo si ita est in patre & matre & filio & similibus, quibus debet legitima, vt nō fiat interpretatio ꝯ eū in facto suo proprio, ꝙ nō renūtiauerit iuri petendi supplementū legitimæ, sequit multofortius, nō vr̄ statutū priuasse matrē aut filiū legitima; cū tale statutū sit pęnale: qa priuatio dr̄ pęna, ita dixit Bal. in l. fi. C. de iure emphy. allegat l. j. C. de his quę pę. no. arg. auth. multomagis. C. de sac. sanc. eccl. & c. cū in cūctis. de ele. qa si in pacto, vbi fit interpretatio ꝯ paciscentē, nō cōprehendit legitima, sequit, ꝙ multofortius non cōprehendit in statuto. Et sic vr̄ casus pro ista dubitatione in d. §. gñaliter. & sic per hoc apparet rñsum ad illud, qđ superius opponebat, ꝙ legitima est triens debita ex successione ab intestato: qa procedit, qñ specialiter exprimitur. ad hoc. n. vt videatur sublata, opus est, vt specialiter tollat, vt d. l. si qñ. §. gñaliter. sed hic nō fuit sublata specialiter, ergo remanet, ac si nō fuisset sublata. Et adduco accōmodatissimè, ꝙ licet testator gñaliter loquēdo oēm & totā hæreditatem restitui iubeat: tū non vr̄ prohibuisse detractionē Trebellianicę: vt est casus in l. si totā & l. Lucius. §. hęres institutus. & l. si hęres ab eo. ff. ad Treb. & qđ voluit gl. in l. Neratius. ff. de reli. & sūm. fune. Et adduco tex. in l. si quis ad declinandā. C. de epi. & cle. & adduco. l. 2. §. ad filiorum. C. qñ & quibus quarta pars debe. lib. 10. vbi licet dicat de hereditate integra danda; tū nō intelligit prohibita detractio quartę, quę debet collegio curialiū decedēte curiali, hoc decidit ibi tex. in ver. nullaq; parte diminuta. & ideo glo. in pręalle. l. Neratius. dicit, ꝙ licet dotans fuerit stipulatus totā & integrā partē sibi restitui: tū detrahitur illud, qđ detrahi dēt ex funere mulieris. & decidit per illū text. cōiuncta sua gl. ꝙ licet maritus debeat lucrari certā partē dotis decedente vxore in matrimonio, & obliget se restituere integrā dotē, nihilominus pōt detrahere portionē, quā sibi pręstat statutū. Ita in proposito nostro licet statutū disponat, ꝙ in successione filiorū decedentiū agnati excludant matrem: tū intelligitur reseruata matri legitima. & per ꝯns non vr̄ statutū prædictū exclusisse matrem a licentia sibi debita. posito ēt, non tū concesso, ꝙ dictum statutū dixisset expresse de tota successione, tū intelligeret reseruasse licētiam. facit, qđ voluit Ang. in auth. de her. & fal. §. si verò expressim. & in l. cū virū. C. de fideicō. Facit ēt ad pdicta, ꝙ vbi lex mādat quid fieri expresse, & corrigit legē antiquā, vt videat satisfactū iuri, opus est expressionē fieri verbis singularibus: nō aūt sufficit, ꝙ fiat per cōiecturas, hoc decidit tex. in l. si qs in principio testamēti. ff. de leg. 3. in ver. sed hoc ita demū. hoc decidit tex. melior de corpore iuris in l. fin. C. de indi. vidui. tol. sed in casu nostro lex tollens legitimā & corrigens dispōnem iuris, disponit, ꝙ specialiter fiat mētio de licētia, vt probat in d. l. si. qñ. §. generaliter. ergo sequit, ꝙ nō est satisfactū iuri dicendo, ꝙ agnati excludant matrē successione filiorū ad hoc, vt mater excludat a legitima. ¶ Facit ēt: qa vbicunq; lex mandat qd expressim fieri respe-

3 ctu certe personę, tūc illud dr̄ expresse factū † qđ fit verbis singularibus, idest specificis non aūt sufficit, si fiat tacitè. vel ex coniecturis. istud probat tex. sing. fm Bar. in l. fi. §. oēm. C. de admi. tut. & qđ voluit ibi Bar. & facit gl. in c. vt inquisitionis. de hęre. lib. 6. vbi qñ ad fauorē certę personę aliquid dēt fieri verbis expressis, non sufficit, ꝙ fiat verbis generalibus, facit gl. in cle. j. de iudi. in versi. specialiter. & quod voluit Angel. in auth. de nupt. §. soluto. & facit text. valde sing. in capi. ex literis. de dolo & cōtum. vbi dicitur,

non

non sufficere secundas literas facere mentionem de primis, nisi faciant mentionem etiam de eleganti clausula apposita in ipsis, & multũ pulchrè dixit Bar. in l. 1. ff. vi bonorum raptorum. ꝙ vbicunq; corrigitur lex, vel statutum debet nominatim fieri mẽtio de illo. Ita dicamus in casu nostro, ꝙ posito, ꝙ istud statutum excludat matrem a successione filiorum, debuit fieri expressa mentio, quòd excludatur ẽt a legitima: tum q̃a magis est debita matri, quàm successio filiorum: ideo debuit fieri mentio specialis de legitima. nam secundæ literæ facientes mentionem de primis non reuocant primas, nisi faciãt etiam mentionẽ de eleganti clausula inserta in primis. multo fortius istud statutum excludendo matrem a successione filiorũ debuit facere expressam mentionem de legitima matris. maximè: quia requiritur, quòd specialiter tollat: vt in d. §. generaliter. ergo non fuit iuri satisfactum, vt tollatur legitima. Prę-
4 terea illud non videtur statutum† fecisse in genere, quod in specie facere nõ potuit: ita per Bal. in c. tua. de deci. Ita voluit ibi Host. & do. Ant. probatur in c. quod clericis. de foro compe. & in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de const. ita voluit ibi D. Ant. idem voluit Io. mo. in c. vt animarum. de const. lib. 6. idem voluit Ioan. And. in c. fi. de immu. eccl. lib. 6. & probatur in c. a nobis. de sen. excom. hoc voluit Bald. in l. fi. §. in cõputatione. C. de iure delib. & in l. omnes. populi. ff. de iustit. & iur. & in c. cum non ab homine. de iud. & Bar. in l. si quis sub ꝯdõne. ff. de ꝯdi. inst. & d. Abb. in d. c. a nobis. Modò in proposito non potuit istud statutum tollere legitimam debitam matri a iure
5 †ergo non videtur statutum voluisse tollere in genere: quia non videtur statutum voluisse facere in genere, quod in specie facere non potuit, ꝙ autem nõ potuissent statuentes priuare matrem legitima sibi debita in bonis filiorum sic demõstro, legitima succedit in locum alimentorum: vt in auth. de trien. & semis. in §. prohibemus. versi. vnde enim. cum ergo alimenta tolli non possint: vt l. j. §. ius naturale. ff. de iusti. & iur. ergo sequitur, quòd nõ potuit statutum istud tollere legitimam. ¶ Et si dicatur, ꝙ statutum istud seruat alimenta matri: quia disponit, eam alimentãdam. Ad hoc respondeo, quòd potius mater alitur de suo, quàm de bonis, quæ fuerunt filij: quia debet ponere dotes suas in communi, quo casu dos succedit in locum alimentorum, & est quædã fraus quæ fit a statuto, vt mater in totum excludatur non solùm a successione filiorum: sed etiam a legitima sibi debita, & facit tex. in d. §. prohibemus. in ver. nõ licebit vlli omnino seu omnibus modis. vbi derogat, coniuncto fine, ibi, valebit itaque hæc lex nobis in futurum, & maximè omniũ hæc &c. vbi formaliter Imperator derogat omnibus legibus disponentibus cõtrarium. Simile habetur per Ang. in l. si quęramus, aliàs, testamenti factio. ff. de testam. vbi dixit, non posse populum statuere, vt pupillus possit testari, & mouetur: quia Imperator in l. fi. C. de test. mili. in ver. nullo modo, derogat non posse statui cõtrarium: quia illa verba omnino, omnibus modis, & similia, tollunt dispensationem futuram, vt est gl. singul. in cle. 2. qui. de ætate. & qualita. ergo huiusmodi statutum non tenet. & ideo dixit Salyce. in auth. nouissima. C. de inoffi. testam. quòd si statutum non prouideat fœminis includendo tantum masculos filios ad successionem morientium, nõ tenet, & est irrationabile, & contra omnem legem naturalem, diuinam, canonicam, & ciuilem. multo fortius erit nullum, quando non agitur de fauore filiorum masculorum sed transuersalium agnatorum, vt in casu nostro, & idem voluit in l. sancimus. C. de nupt. & in l. tali. §. iocer. ff. de iure do. Et in casu nostro de nullo prouidet matri, cum disponat, quòd teneat ponere dotes suas in communi, & sic cũ agatur hic de agnatis transuersalibus contra matrem, cui lex magis fauet, quàm agnatis: vt probatur in l. qui duos. §. cum in bello. ff. de reb. dub. vbi si pater mortuus fuit insimul cum filio fauore matris præsumitur filium superuixisse patri in præiudicium agnatorum. Et in casu nostro istud statutum tollit in totum legitimam matri, vel in tantum illam lædit, quòd ipsam ad nihilum reducit: ita dicunt Domini de Rota decisione. 29. quos refert do. Anto. in c. Raynutius. de testamen. loquuntur tamen in filio, & dicunt tale statutum esse contra naturalem æquitatem, & iam naturalis æquitas & naturalis ratio dictat, vt filij alãt parentes, vt no. in l. si quis a liberis. §. si vel parens. ff. de liber. agnos. & per consequens non potuit istud statutum contra naturalem æquitatem sic disponere, reducendo legitimam matris ad nihilum. ideo Bal. in auth. nunc autem matrem. C. de episc. & cleri. refert se consuluisse, valere statutum, si dos succedat in locum legitimæ: quia tunc non aufert in totum, sed diminuit. & ideo Dy. in c. indultum. de regu. iur. lib. 6. dicit, quòd iniquum est statutum tollens legitimam matri, & illam conferens agnatis, & vbi est superior, debet reduci ad æquitatem, & per hoc respõdetur ad quoddam consilium Ang. quod est in ordine. 102. quod incipit, videnda sunt duo. vbi cõsuluit posse statutum excludere matrem ad legitima filiorum: quia tale statutum est iniquum, & debet reduci per superiorem ad æquitatem. Et licet multi multa dicant super hac materia, quos ego retuli plenè in repetitione ca. Raynut. de testa. tamen deueni ad hanc conclusionem, quòd aut loquimur in lege imperiali, & dixi, quòd potest tolli & diminui. ita procedat opi. cõtraria, vt latè ibi dico: aut loquimur in statuto populi: & tunc dico, quòd statutum non potest tollere legitimam, nec diminuere, quicquid dixerint alij, & demonstro ratione noua & inconuincibili hoc modo: nam tex. in l. hac edictali. in princ. C. de secund. nup. dicit, ita tamẽ, quòd quarta pars, quæ eis debetur, nullo modo minuatur. & ibi do. Petr. de Anch. in quibusdam suis reportatis dicit ꝑ
6 illum textum, quòd legitima† nullo modo diminui potest statuto populi, & fuit opi. quorundam ibi: vt refert ibi Bald. modò dico, quòd vbicunq; ponuntur illa verba, nullo modo, omnino, nullatenus, omnibus modis, prohibemus &c. semper denegat potestas disponendi contrarium etiam per viam statuti, hoc decidit tex. l. fi. C. de testam. mili. coniuncta doctrina Ang. in l. si quæramus. ff. de testamen. coniuncto eo, quod ibi voluit Io. de Imo. qui ad hoc dicit esse glos. singu. in cle. hi qui. de ætate & qualita. quod semper per illa verba tollitur potestas statuendi contrarium, si ergo Imperator prohibet, ne statuatur, legitimam minui. ergo sequitur, quòd non valet statutum disponens contrarium, vt ibi est casus formalis, & etiam allego text. in d. §. prohibemus. in auth. de triẽ. & semis. vbi Imperator derogat omnibus legibus futuris. ¶ Et si dicatur, quòd illa loquuntur in filijs, quibus magis est debita legitima, quàm matribus, aut patribus, & nõ loquuntur de matribus, aut patribus. Ad hoc respondeo, ꝙ nihilominus idẽ erit in matribus, & ad hoc adduco auth. de hęre. & fal. §. primũ. in ver. quãdã partẽ quibusdã personis, tanq̃ hoc ſm ipsam nãm eis debeat, quale est filijs, nepotibus, pr̃ibus atq; m̃ribus: vñ ille tex. parificat l̃ĩam debitam filio & legitimam debitam patri, aut m̃ri: iõ posset sic formari ratio viua & generosa, vbicunque duo sunt regulariter a iure ęquiparata, ius disponens de vno, verificat in reliquo, ista est gl. quã do. Pet. de Ancha. reputat sing. in c. si postq̃. §. fi. de elec.

ele.lib.6.gl.in cle.j.de rescrip.gl.in c.ij.de conse.li.6.
7 sed quoad † legitimã eis debitam pater, mater, filij, & nepotes regulariter a iure æquiparãtur, vt est tex. in.d.§.primum.ergo sequitur, ꝙ d.§.prohibemus.& d.l.hac edictali.in prin.C.de secun.nup.inquantum apponunt clausulam derogatoriam, vt non possit diminui legitima, extendentur ad patres & matres, vt legitima illorũ non possit statuto tolli, aut diminui. ergo ex quo ꝑ legem aliã æquiparantur quoad legitimã, ar.l.si quis seruo.C.de fur.& seruo corrup. ergo non potuit statutum istud Mutinense tollere legitimam. ¶ Et pro certo si rectè ponderetur istud statutum, est iniquissimum: quia non solum diminuit legitimã matris, sed etiam illam tollit in totum inducendo ita, vt induxi superius post Dominos de rota, & istud voluit D.Ant.in c.Raynucius. ꝙ istud statutum videatur reducere legitimam ad nihilum. & etiã quia (vt superius dixi) istud statutũ est iniquũ; & per superiorem est reducendum ad æquitatem: vt dixit Bal. vbi supra. ¶ Et si quispiã dicat, ꝙ doctores tenẽt, ꝙ legitima potest diminui, vt faciunt doc. per me relati in d.c.Raynutius. Tamen potest respõderi dupliciter, videlicet ꝙ in casu isto non diminuit legitimam, immo videtur tollere in totum. itẽ alio modo respondeo dãnando doctores dicentes posse diminui: quia nullo modo potest a lege municipali inducẽdo ita vt induxi superius, & illa sunt motiua noua non tacta per aliquem, quæ stringunt pro hac parte, & habent neruum; nam sępenumero Deus aperit ingenium vni imperito in aliquo passu ita, ꝙ nõ fecit iunioribus: vt dixit tex.sing.in.l.j.§.sed neq;. C.de veteri iure enucl.quem tex. allegat ꝓ singulari D. Abb. in.c.j.de ꝓsti.& in c.capellanus. de ferijs. & in c.literas de rest.spo. Multominus est dđm in casu nr̃o: quia istud statutũ excludit matrẽ a successione filiorum, sed de legitima non disponit. ergo nec nos disponemus: quia quòd nõ dixit statutum, nõ dicemus nos, vt.l.si seruũ.ver.nõ dixit prætor.ff.de acqui. hęre. ergo stabimus dispositioni iuris communis, vt l.si extraneus. ff. de condi. ob cau.l.commodissimè. ff.de lib. & post. cum simili. nec Ang.in prefato suo consilio loquitur ita absolutè: ipse enim dicit, ꝙ statutũ contrã legitimam potest disponere modificatiuè, & forsan exclusiuè, & sic loquitur dubitatiuè, an in totum possit excludere matrem a legitima. Item Ang.cõsuluit, quãdo filius instituit matrẽ in minus legitima portione, fuit dubitatum, vtrũ mater posset agere ad supplemẽtum, & sic non loquitur in casu nostro, in quo statutum istud excludit matrem in totum a legitima portione, nec etiam est præsumẽdum, quòd statuentes ita iniquè se habuerint erga matrem, maximè quia non disponit statutum eo casu, quo frater defunctæ personæ excludat matrem, quo casu lex mosayca statuit in fauorem filiorum masculorum excludendo filias fęminas, vt habetur Numeri 24.cap.& per Ange.in quæstione, quæ incipit, nobilis quidam genere.& per Salyc.in l.cunctos populos.C.de summa trinita.& fide catho. sed in casu nostro loquimur eo casu, quo collaterales volũt excludere matrem a luctuosa hæreditate filij, & qđ pessimum est, volunt excludere a legitima, quòd nõ est verisimile, quòd statuentes ita iniquè se habuerint erga matres: ideo debemus stare contenti eo, quod statutum exprimit de successione vniuersali, & non de successione particulari: quia statutum intelligitur in casu proprio, vt d.l.quædam.§.si is.ff.de eden. Et sic concludo, matri deberi legitimam non obstante statuto.

EPITOME.

¶ Summa apposita in secundo instrumento non intelligitur de summa ducatorum appositorum in primo instrumento. Secundò dicit, quòd confessio iurata plenè probat. Tertiò dicit, quòd per illa verba, vsque in præsentem diem, posita in instrumento non videtur derogatum prioribus instru.

SVMMARIVM.

Venditio præsumitur esse talis, qualis est consuetudo ementis ex eo, quod consueuit facere. nu.1.
Principale attendimus, non quod accessorium est. nu.2.
Stipulatio non est accessoria, sed corroborat contractus. nu.3.
Promissio sine causa non obligat, verum non potest dici sine causa, si persona fuit sagax, quæ promisit. nu.4.& 5.
Iuramentum habet vim clausulæ specificatiuæ. nu.6.
Specialis non sufficit fieri verbis generalibus. nu.7.

CONSILIVM XXV.

ET quidem viso puncto, & facti contingentia, & solenni animaduersione pensatis in causa magnifici comitis Vgo. de Rangonibus. Capio primum articulum, in quo quæritur, vtrum summa ducatorum posita in secundo instrumento intelligatur esse de summa ducatorum appositorum in primo instrumento. ¶ Et mihi videtur de iure dicendum, quòd non, immo sit debitum diuersum, & separatum a primo, & affero in medium illud, qđ dicitur in primo instrumento facto de anno 1453. videlicet cõputatis in d.summa octingentis ducatis, in quibus do.Bart. tenetur dicto comiti, vt apparet publico instrumento, quo casu sequitur elegans doctrina Barto.in l.planè.§.j.ff.de leg.j. vbi dicit, cautelam esse ad tollendas dubitationes, ꝙ in instrumẽto dicat, cõputata omni alia numeratione vel cõfessione, quę appareret, & sic vult Bart. ꝙ apponatur illa clausula, vt computetur debitum aliud apparens in dicta summa, vt tollatur dubitatio. Modò ita est in proposito nostro, ꝙ in dicto instrumento apposita est illa clausula, computato alio debito, ex quo rectè potest iudex animaduertere, quòd sicut partes in primo instrumento adhibuerunt illam cautelam, vt computetur aliud debitum, præsumendum est, ꝙ in secundo instrumento cõputassent expressè illos 1430. ducatos: quia si in primo instrumento illam cautelam seruarunt, præsumptio est, quòd eodem modo illam seruassent in secundo instrumento, & dixissent, cõputatis 1430. ducatis, eoque magis: quia summa erat ingens & ardua, verisimiliter de illa fecisset fieri mentionem ille debitor Bar.ar.l.cũ de indebito ff.de prob. & c.sup hoc.de renũ. Ideo dixit lex, ea. quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur, videntur quasi neglecta. ergo sequitur quòd nullo modo videtur computata in secundo instrumento summa cõtenta in primo instrumẽto, & facit illud, qđ dici in iure consueuit, verificari debẽt sermones nostri in communem opi. hominũ habentiũ intellectum.ff.de euic.l.si ita quis. ver.quòd nemo sanus probauerit: quia experimentum verborum verorũ est, vt concordent cũ rebus sensatis, vel verisimilibus vt.l.milites.§. oportet.C.de quæstioni. nam id quod non est verisimile, est quædam falsitatis imago, & commemorat Bal.in.l.j.C.de ser. fugit. fuisse cassatã quandam inquisitionem in Francia, in qua continebatur, quòd famulus mandauerat domino, vel filius patri. & idem Bal.in.l.fi.C.de edi.diui Adri.tol. dicebat, quòd experimentum verorum verborum est, vt concordent cum rebus sensatis: vnde non creditur verbis, sed oculis. & idem Bald.in tractatu scismatis dicit idem, vt magnus ait Auerroes, & cum de re dubitatur, credendum est, quòd naturale negocij congruit.l.ob carmen.§.si testes. ff.de testi. & idem Bal.in

Bal.in rub.C.de proba.idem voluit, allegat in testes Aristotelem & Auerroem. Modo si sanè considerare volumus, vt dixit tex.in c.fi.de consue.non est verisimile,quòd d.Bart.debitor nō expressè dixisset in secundo instrumento, computatis &c.si ita fuisset, ꝙ illos soluisset,maximè,quia in primo instrumento illud fecit:unde non est dare rationem diuersitatis,quare illud non fecit in secundo:iura enim cōsiderant verisimilem naturam negocij, vt c.licet causam.de proba.c.quia verisimile. de præsum.l.nō est verisimile.ff.quod me.causa.cum simi. & ideo commemorat Bald.in c.1.§.porrò.in tit. quæ fuit prima causa benefi.amit. Oldr.euasisse quendam a pœna criminis,motus ratione naturali, vt ibi per Bal.& ꝑ eundem Bal.in l.Aretula.ff.de sta.ho.& Ange.in l.si cum exceptione. § in hoc.ff.quod met.causa. & idō dicimus,quòd in iudice requiritur scientia & discretio,vt probatur in c. cum ęterni.de re iud.lib.6.& in c.cum contingat. de rescrip. & c.cum R.canonicus. de offi.delega.c.quoniam frequenter.§.in alijs.vt lite non conte.& voluit Bal.in l.hac lege.C.de sen.ex breui.reci.& facit,quod solet dici.Præteriti ratio scire futura facit.vt c.semel malus.de regu.iur.lib.6.vnde præsumitur,quòd quis fecerit nunc, vel facturus sit,quòd fecerit in præteritum in eodem genere negocij.ideo si in istis pecunijs depositis consueuit cōputare alia deposita,ita computasset in secundo instrumento,quòd non fecit.ergo pręsumitur non cōputasse:maximè cōsiderata magnitudine deposita. ardua enim solennizari solent,vt voluit tex.in c.per venerabilem.§.rationibus, qui fi.sint legi.c.ad hoc. de offi.archi.Inn.in c.fi.de offi.deleg.Hosti.in c.2.de cle.non resi.Bal. in l.cum multa.C.de bo. quæ liber. & in l.nullum.C.de testi.& in l.iudices.C.de fide instru.& facit, quod voluit Ange.in l.si quis cum aliter. ff.de verborū obligatio.& in l.pacta nouissima. C.de pac.vbi dixit quòd si contractus sequēs est dubius,declaratur ex tractatu præambulo etiam lōgo interuallo præcedente, allegat Inn.in c.innotuit.de arbi.facit glo.in l.1.ff.de iudi.& in l.Titia.§.idem respondit. ff.de verborum obligatio. ergo multofortius declarabitur ex contractu præambulo, licet ex longo interuallo pręcedēte. & etiam multofortius declaratur ex eo,quod consueuit facere paterfami. l.vel vniuersorum.ff.de pig.act.l.qui semissem.ff.de vsu.Et idem multum pulchrè dicebat Bal.in c.1.in princip.de feu.dato in vicem legi commis.ꝙ venditio

1 præsumitur† esse talis, qualis est cōsuetudo emētis ex eo, quòd consueuit facere. Cum ergo in primo instrumento consueuerit.d. Bart.expressè computare,si in secundo instrumento non computauit expressè, præsumendum est,quòd re vera non computauerit: quia idem expressè fecisset quòd in primo fecit expressè, & aliàs fuit dubitatio non mediocris in contingentia facti in ciuitate Parmę,vbi quidam fecerat saldum & remāserat debitor in tribus milibus librarum. deinde fuit factum saldum in certa re, & fuerunt apposita aliqua verba prægnantia, creditor petebat tria milia librarum excipiebatur de solutione,replicabatur,doce quo tempore, corā quibus,qua scriptura,in quo loco solueras. respondebat in illo secundo saldo,& fundabat se in ilis verbis prægnantibus & largis. fui interpellatus ad consulendum pro eo & recusaui consulere, nisi aliter doceret de satisdatione, quòd facere non poterat, sed volebat, quòd ego ostenderem legibus propter illa verba pinguia, quòd omnino recusaui, & ipse succubuit in ciuitate illa. Ita videtur necessariò dicendum in casu nostro,vt si iste debitor soluisset.d. tres milles ducatos appareret solutio per publicum instrumentum, vel scriptam ipsius comitis manu factam & coram quibus, & quo tempore, & loco, maximè considerata magnitudine summæ tot ducatorum, & verisimiliter expressè specialiter dixisset, computata solutione 1430.duca.&c.quòd non fuit factum, ergo sequitur, quòd verisimiliter illos non soluit,nec computauerat: quia facile erat & illud exprimere.c.maiores. de baptis.c.ad audientiā. de deci.l.1.ff.si mens.fal mo.dix.l.vnica.§.finautem. C.de cadu.tol. Secundò magis perstringendo consultationem in ipso primo instrumento dicitur, ꝙ præfatus Bart.fuit confessus recepisse in depositum a dicto Vgone.1430. ducatos cōputatis in summa. 1300.ducatis,in quibus dictus Barto. obligatus erat dicto Vgoni, prout apparet ex publico instrumēto, quod instrumentum dictus Vgo voluit esse cassum. & ita fuit confessus. d.Bart. teneri dicto Vgoni ex cā prædicta in dictis ducatis.1410.quos promisit reddere &c.Ita formaliter disponit primum instrumētū, & sic in ipso instrumento primo ponuntur duo, cōfessio debiti ex causa depositi, & promissio de restituendo deposito. Et ponderet accuratè do.iudicās, quàm apertè,& quàm cautè ille Barto.computauit in dicta summa.630.ducatis. & voluit quòd instrumentum disponens de illis sit cassum & nullius valoris & efficaciæ,quo casu ꝓsumptio est, quòd multofortius fecisset idem in secundo instrumento de illis.1430.ducatis, argumen.auth.multomagis. C.de sacrosanct.eccle.cum simi.sed in secundo instrumēto dicitur. d.Bartol. confitetur se ex causa depositi habuisse a dicto Vgone vsque in diem. 5.Februarij elapsis anni præsentis, & in præsentiarum habet in depositum ducatos.360.quos promisit dare ad omnem requisitionem &c. Modò istud secundum instrumentum continet causam sufficientem confessionis: quia ex causa depositi. Modo arguo sic,si de quo minus videtur inesse & inest,ergo & de quo magis.cap. cum in cunctis. de elect.& in gloss.sunt concordantes.sed minus videtur inesse,quando eadem quantitas deducitur in primo instrumento,& eadē quantitas in secundo instrumento,ne bis debeat,& non videatur eadem summa: ergo multo fortius videtur esse, & idem quādo vna summa deducitur in primo instrumento & diuersa in secundo instrumēto. Ad hoc adduco Bart.in l.triticum. ff.de verborū obligatio.vbi dicit,quòd si mutuaui tibi decem, postea reperitur, quòd per stipulationē promisisti mihi.x.ex causa mutui, an præsumatur eadē summa, decidit ꝙ sic & pōderāda sunt verba sua, & loqt̄ qn̄ quis mutuauit, & postea interuenit stipulatio, quo casu Bart.non considerat, si accessoriè veniat stipulatio, sed cōsiderat,si stipulatio veniat ex interuallo, an incontinenti: quia si ex interuallo venit,videtur eadem summa, & censetur confessio de per se, hoc importat illud verbum postea appositum in dicto Bar.cum dicit,mutuaui ibi decem postea reperitur, & sic denotat secundum actum seorsum factum a primo: quia verum significatū verbi postea, denotat interuallum,vt voluit gl.in l.pacta conuenta.C. de contrahen. emp.gl.in.l.cum fundum, de vi & vi arma. tex in l.ij.C.de custo.reo. coniuncta doctrina Bar. in.l. j. C.de quæstionib.vbi dixit, ꝙ confessus in tormentis debet ratificare in bancho ex interuallo, ad hoc pōderat text.d.l.ij.& sic Bart.rectè cōsiderat, quando seorsū est facta confessio, & postea,& seorsum, & ex interuallo est facta stipulatio,siue incontinenti,vult enim quādo vnum sit seorsum ab alio. ille non est casus noster ex eo: quia non interuenit prima confessio ex causa depositi. & postea Bar. sed si primò mihi promisisti per stipulationem.x.ex causa mutui,deinde.x. per stipulationem ex causa mutui,in dubio intelligit de diuersa quantitate.l. quinquaginta.

quinquaginta. cũ ibi not.ff.de prob.ideo tũc est necesse, ꝙ adijciatur, ꝙ omnis alia quantitas promissa computetur in ista, vel similia verba, ex quibus voluntas appareat, ecce nunc qualiter Barto. formaliter dicit ꝙ si primus actus est stipulatione vallatus, continet vnam summam de per se separatam ab illa prima. ita formaliter in casu nostro: quia dictus Bart. in primo instrumento promisit reddere 1430. ducatos ex causa depositi, in secundo instrumento promisit reddere 360. ducatos. ergo summæ ambæ debẽtur, & sunt diuersæ. debuit ergo ille Bar. dicere, & omnis alia promissio computetur in isto, vt iam fecit in primo instrumento: ideo si voluisset intelligere, ꝙ esset de eadẽ sũma, verisimiliter expressisset, sicut fecit in primo instrumento. & subdit ibi Bart. pro vero magis clarè prædicta locum habere, quando simplex mutuum præcessit nõ stipulatione vallatum. ecce qualiter intellectus Bart. in vero est ille, quẽ dixi superius, quando simpliciter emanuit confessio debiti ex causa, postea seorsum emanauit stipulatio, & hoc est dicere, vbi simpliciter mutuum præcessit, vel alius contractus nõ stipulatione vallatus, vbi ergo præcessit cõtractus mutui, vel depositi, vel alterius, & sequitur vel ex interuallo, vel incõtinenti promissio continens eandem quantitatẽ, debet ne secundus actus videri celebratus frustra; quanto fortius in casu nostro cum interuenerit confessio ex causa depositi vallata per stipulationem, & postea ex interuallo magno pluriũ annorũ, secuta alia est cõfessio depositi stipulatione vallata de lõgè minori summa non apposita clausula, quòd omnis alia promissio computetur in ista, quam cautelam adhibuit in primo instrumento, quo casu liquidò cõprehenditur, quod tunc ex mente partium vna summa confunditur cum alia, quãdo hoc exprimit: sed in secundo instrumento non expresserunt. ergo sequitur, quòd est diuersa summa, & vna non computatur in alia. subdit ibi Barto. eadem ratione puto, ꝙ si quis fuerit confessus bis se recepisse x. mutuo: non tamen per stipulationem promisit, ꝙ intelligatur de eisdem: quia confessio non est verá dispositio sed probatio, vt l. Publia. in fin. ff. depositi. est ergo idem ac si de eodem haberet quis plures probationes. l. Sempronius. ff. de lega. 2. Subdit ibi Bar. sed si essent duæ confessiones iudiciales, quæ inducunt dispositionem, tunc forte aliud esset: quia tunc producunt actionem, & videntur esse diuersæ dispositiones, ar. d. l. quinquaginta. Ista sunt verba formalia Bart. Ex quibus apparet Bart. sentire expresè, ꝙ si sunt binæ confessiones de mutuo vel deposito cum stipulatione: quia ambæ vallatæ sunt stipulatione ex duplici confessione debentur duæ summæ, & assignat Bart. ibi rationem inconuincibilẽ: quia tunc non solùm sunt probationes sed dispositiones, ex quo sunt vallatæ stipulatione, & in casu nostro sunt duæ confessiones vallatæ stipulatione in diuersis instrumentis & diuersis summis & diuersis temporibus cum magno interuallo. ergo sequitur, ꝙ sunt diuersæ summæ, & vnaqueque confessio vallata stipulatione inducit dispositionem. & ideo Barto. ibi dicit idem in duabus confessionibus iudicialibus: quia ambæ inducunt dispositionem, vt l. sicut. C. de repu. hære. gloss. singu. in l. 1. C. de interro. actio. ergo multo fortius erit idem in duabus confessionibus vallatis stipulatione, ex quo disponunt, & licet Barto. vtatur illo verbo forte: tamen illo vtitur in duabus cõfessionibus iudicialibus: non tamen in duabus confessionibus vallatis stipulatione. Itẽ non est admiratione dignum, si loquatur per verbum forte: quia iuriscõsulti vtuntur verbo forte. & doctores consulti respõdẽt per verbũ forte, vt probatur in l. in substitutione. ff. de vulga. & pupilla. hoc voluit ibi Ange. & facit illud vulgatum, per verbum, forte, respondent sępe periti. voluit gloss. in l. si duo. ff. de arbi. facit gloss. in l. mutus. in princ. ff. de procu. & in l. 1. §. fina. ff. de fer. & in l. 1. §. 1. ff. de rei vendi. gloss. in c. 2. de test. Io. 13. si me cognouissetis, forsitan & patrem cognouissetis, gloss. in capitu. accedens. & ibi Domi. Cardi. vt lite non contestata. facit. capitul. significasti. de foro competen. capitu. tuæ. de procu. cap. finem. de dolo & contu. c. super literis. de rescri. cum simi. & per cõsequẽs sunt duæ dispositiones. Et subdit ibi Bart. qd si mutuaui tibi decem, & postea per stipulationem promisisti. v. an præsumatur de illis decem, dicit, ꝙ præsumitur de illis decem, siue quantitas sequens sit maior, siue minor, idẽ iuris enim est. l. si diuortio. ff. de verb. ob. & sic loquitur Bar. cum primus actus est dumtaxat probatorius: sed secundus est dispositiuus, & sic Bar. non intendit dicere, quando primus actus est probatorius & dispositiuus, ergo &c. ¶ Et si quispiam opponit, ꝙ immo videtur eadẽ summa, & utrunque instrumentum continet confessionem ex causa depositi, & sic sunt duæ confessiones extra iudiciales, igitur, allegat Bar. & alios scribentes in d. l. triticum. Pro certo istud est nihil ex eo: quia Bart. & alij ibi loquunt de duabus cõfessionibus dispositiuis: unde quando Bart. dicit, ꝙ ex duabus confessionibus una dumtaxat summa debetur, loquitur, quando illæ confessiones dumtaxat probatoriæ: sed nõ quando sunt dispositiuæ, quinimmo dicit secus, quãdo sunt dispositiuæ ponens exemplum duobus modis, s. qñ videlicet sunt iudiciales, vel sunt stipulatione vallatæ. ergo non obstat obiectio, quinimo mihi videtur, ꝙ non rectè intelligatur dictum Bart. in d. l. triticum. & cum dicit do. aduocatus non obstare, si dicatur, ꝙ in istis duobus instrumentis sunt duæ stipulationes, igitur ne dicamus, ꝙ secunda stipulatio sit inutilis, debemus dicere, ꝙ diuersam summam intelligitur continere secundũ instrumẽtum ꝑ id, quod not. Bar. & alij in d. l. triticum. quia respondetur. Bart. ibi loquitur, quando duæ stipulationes principaliter interuenerunt, quo casu non debemus dicere, ꝙ illud, quod principaliter fit, frustra fiat: sed in casu nostro stipulationes fuerunt accessoriæ ad confessiones: ideo non debent attendi dictæ stipulationes, ex quo accessoriè aduenerunt, sed debent attendi confessiones ex eo: quia principaliter interuenerunt, argum en. capit. accessorium. de regulis iuris. libro sexto. cum similib. & quia solemus dicere, fore attendendum illud, quod principaliter † fit, non illud, quod accessoriè. l. in emptione. ff. de contrahen. emp. l. j. §. idem Põponius. ff. de posi. & adducit simile, quod voluit Io. de Imo. in c. si cautio. de fide instru. ver. & pdicta uidentur pcedere. ubi dicit, ꝙ si confessio est sine causa, & stipulatio intercessit accessoriè ad dictam cõfessionem: ut quia quis cõfitetur se habere x. a Titio, quæ sibi promittit reddere per stipulationem, tunc sine dubio promissio non obligat cum effectu: quia cum confessio facta sine causa non ualeat, non ualebit etiam promissio accessoriè illi facta, allegat gl. in l. cum de indebito. §. fi. ff. de proba. Et si bene ponderetur illa doctrina Io. de Imo. dumtaxat principaliter de stipulatione interposita multum disputat, an ualeat uel ne, sine causa: sed ubi stipulatio accedit accessoriè ad confessionem, breuiter se expedit, & vult dumtaxat attendi confessionẽ principalem, & nõ stipulationem accessoriam. ergo idem debemus dicere in casu nostro, vt attendamus cõfessiones principales, & non stipulationes accessorias, & allegat: quia stipulatio accessoria non solet mutare naturam eius, super quo interponitur. l. si stipulatus. ff. de vsu. nec est

est curandū, ꝙ summa apposita in secundo instrumento sit minor: quia Bart.& alij in d.l.triticum.in hoc nullam faciunt differentiam. Nec obstat, quod dixit Bar.in.d.l.triticum.cum dicit, non tamen per stipulationem promisit, quasi sentiat, ꝙ etiam vbi stipulatio accessoriè interponitur in cōfessione, tūc aliud est: quia non intellexit ibi Barto.ꝙ stipulatio accessoriè interposita operaretur eundem effectum quem operatur, quādo interponitur principaliter, sed loquitur de mutuo sine stipulatione: ideo dixit ibi, non tamen per stipulationem promisit: quia si mutuū sequitur stipulatio, non dicitur tunc stipulatio accessoria, sed principaliter, & ex ea agitur, & nō ex mutuo. l.si ita.§.fi.cum.l. sequenti. ff.de noua.& ad hunc finē voluit Bart.interuenire post confessionem de mutuo stipulationem: quia iam non fuisset tractandum de confessione, sed de ipsa stipulatione: quia principalis esset, vel dicit ibi, non esset assumēdus contrarius sensus, vel intelligi debet. vbi principaliter intercederet stipulatio. ita residet do.aduocatus. ¶Pro certo mihi videt, quòd ista verba sunt ad ephesios, & iuris neruum non contineant, & sint expresse contra doctrinam Barto.nam Barto.in d.l. triticum. dicit, si præcessit mutuū simplex, vel alius contractus stipulatione vallatus: vnde ponderet do. iudicans: quia dicit, quòd stipulatio vallat.& sic innuit, quòd armat depositum, vel mutuum, confessionem, vel contractum. ergo sequitur, quòd vestit illum.& per consequens non est accessoria stipulatio, ex quo vallat & vestit: vnde dicimus, quòd principale non assumit robur aut vestimentum ab accessorio: vt l.ex pupillari.ff.de vulg.& pupilla.l.si pacto quo pœnam. C.de pac.cum ergo stipulatio vallat mutuum simplex, vel alium contractum: vt dixit Barto.ergo stipulatio non est accessoria, nec est curandum, cum ex aduerso dicatur, quòd stipulatio non mutuat naturam contractus: quia hæc nō mutat, sed auget, vallat, & vestit.& per consequens Bar. formaliter decidit pro nobis hanc dubitationem. & adduco simile, quod voluit Bal.in l.si causam. C.de execu. rei iudic.& in l.ex placito.C.de re.permu.vbi dicit, quòd guarentigia vestit pactum nudum, & sic non est accessoria: quia tunc non vestiret, argumen. d.l.ex pupillari.& adduco simile, quod habetur in l. si quis maior. C.de transa.vbi iuramentum corroborat & ampliat vires contractus, facit simile, quòd dicimus etiam de iuramento in l.si pecuniam. ff.de condi.ob cau.coniuncta gl.fin.quæ voluit, quòd iuramentum extendit & ampliat vires contractus, vt quis cogatur præcise ad factum, vt ibi. Cum ergo in casu nostro ista stipulatio fuerit introducta a partibus ad vallandum illud depositum, sequitur, quòd operatur effectum, vt summa apposita in secundo instrumento sit lōgè diuersa a primo instrumento, & si aliter diceremus, esset derogare illi primo instrumento per secundum instrumentum, quo casu debuit id fieri expresse & specialiter, vt est casus melior de corpore iuris in l.fin. C.de indi.vidui.tol.Et cum allegatur Io.de Imo. in d.c.si cautio. quòd stipulatio non vestit confessionem, illud non est ideo: quia stipulatio non veniat accessoriè: sed ideo, quia illud contingit: quia stipulatio requirit causam. si enim fiat sine causa, non producit effectum, vt per gloss.l.2.§.circa. ff.de doli. excep.l.cum de indebito. §.fina.ff.de proba.l.generaliter. C.de non nu.pecu. Bar.in dictis locis. Spec.in ti.de obl.& sol.§.sequitur versi.si vero aliquis.& §.fin.ver.rursus.in ti.de feu.§. quoniam quarta.& ibi Io. And.& per Io.And.in addit.Specu.de confes.§.nunc videndum.in addi.quæ incipit, distinctionem Martini de Fano, & per Ang. in l.si diuortio.ff.de verborum oblig.Bald.in l.super chirographis.C.si certum petatur.& in d.l.generaliter.Cum ergo in cōfessione non apponatur causa, censetur indiscreta, & non obligat, si adhibeatur stipulatio ad vallandum illam confessionem, & non contineat causam, eodem modo obligatio nulla efficax inducitur: quia nec ex confessione indiscreta, nec etiam ex stipulatione sine causa: qa stipulatio requirit insertionem causæ, & non est ideo: quia stipulatio venit accessoriè, aliàs sequeretur vnum iudicio omnium inconuenientissimum: quia cū principale non vestiatur ab accessorio, vt l.ex pupillari. præalle.cum simi.quòd posito, quòd stipulatio haberet causam sufficientem, quòd nō vestiret, & valaret simplex mutuum, vel depositum, vel alium cōtractum quòd est contra Barto.in d.l.triticum. vbi dixit, quòd stipulatio vallat simplex mutuū, vel aliū contractum, vt summa in eo contenta debeatur, si postea vel incontinenti, vel ex interuallo sequatur aliud instrumentum continens maiorem vel minorem summam, & ꝙ censetur diuersa a primo instrumento, & ex vtroque instrumento debetur summa in eo contenta, & istud tenet antiqua & moderna iuris prudentia in d.l.triticum.& per consequens stipulatio non venit accessoriè: sed venit ad vallandū & vestiendum confessionem, vel contractum.& maximè quia stipulatio est firmior & solennior cōtractus, qui fit in iure ciuili, & per consequens firmiorem & solenniorem obligationem inducit, vt l.si ex precio. C.si certum petat.nam in stipulatione subest obligatio ciuilis.insti.de act.§.de consti. subest ēt naturalis obligatio vt l.1.§.conuentionis. ff.de pac. ergo producit efficacissimum vinculum: quia naturale & ciuile. ergo sequitur, ꝙ stipulatio est corroboratiua, & vallatiua contractus aut confessionis, cui
3 aduenit.& per ɔsequens non est accessoria: †& maximè in casu isto, in quo partes ipsę principaliter adhibuerunt stipulationem in istis summis ducatorū depositis per dominum comitem apud ipsum Bart. depositarium, & depositum est a iure mirum in modum priuilegiatum, vt per totum titulum. C.& ff. deposit. ¶Nec obstat, cum dicitur, quòd ex Barto. non est assumendus ɔtrarius sensus vel intellectus: quia Barto.aperto ore dicit, ꝙ stipulatio uallat simplex mutuum, vel alium contractum, & ex ea debetur summa in ea contenta, si sequitur postea aliud mutuum simplex uel alius cōtractus, stipulatio uallata apponens aliam summam, ne uideatur frustra interposita, debetur utraq; summa, & sic non capit ex Bar.contrarius sensus, vel intellectus: quia palam loquitur Bar. facit etiam, quod uoluit Rapha.Cu.l. planè.la 1.§.1.ff.de legat.1.ubi dicit, mutuaui tibi cētum, & promisisti, postea reperitur, ꝙ promisisti mihi cētum ex causa mutui, utrum prȩsumatur eadē, an diuersa quantitas. decidit cautelam esse, ut dicat computata omni alia quantitate, & ad hoc allegat Bar.in d.l.triticum.Ecce nunc qualiter Rapha.decidit in indiuiduo istam dubitationē, & loquitur eo casu quo interuenit mutuū & stipulatio adueniens mutuo, & sic sentit, ꝙ illo casu stipulatio non dicit uenire accessoriè, sed ad roborandum dictum mutuum.Facit etiam quod uoluit idem Raph.in d.l.triticum.ubi dicit, ꝙ si præcedens contractus erat cum stipulatione de mutuo, & sequens contractus etiam de mutuo cum stipulatione, ꝙ utraque summa debetur, ut l.quinquaginta. ff.de probat. Et adduco quod uoluit idem Bar.in l.cum centum. ff.de adi.lega.ubi mouet quæstionem, & remittit se ad sua dicta in l.triticum. Et adduco ad prȩdicta, quod uoluit Ange.in d.l.planè.§.1.ubi dicit, reperiuntur duo instrumenta ex causa mutui de summa quinquaginta, ꝙ non dicetur unica summa. immo duplex, si reperiuntur

periuntur duæ quietationes de quinquaginta diuersis temporibus, quòd intelliguntur esse duæ summæ & non vna: vt d.l.quinquaginta. ideo dicit, vt omnem euites amaritudinem, cautelã esse, vt facias scribi in vltima scriptura computata in hac quantitate quacunque alia quietatione apparente manu talis notarij, ita pulchrè dixit Ange.ibi. Ex dictis eius apparet decisa ista dubitatio.& facit regula. vbicunque reperitur diuersitas scripturarum & instrumentorum, præsumitur diuersa quãtitas, vt d.l.quinquaginta, sed hic est diuersitas instrumẽtorum. ergo est diuersitas summarum, & per consequens ex quocũque instrumento debetur summa in eo expressa. Et ex istis fit solutus primus huius consultationis articulus, vt debeatur tam summa ex primo instrumento, quàm ex secundo. ¶Capio secundum, in quo q̃ritur de vigore & robore vltimi instrumẽti, & ex aduerso dicitur effectualiter non tenere illud instrumentum ex eo: quia causam non contineat, iuxta. c.si cautio.de fide instru.nec sufficit, quòd Barto.cõfiteatur, se fore debitorem dicti comitis in ducat. 655.pro alijs tot ducatis peruentis ad eundem, vel pro alia quantitate peruenta ad eum: quia totum istud dependet ex confessione istius Bar.nec exprimitur ex qua causa peruenerint ad ipsum Bart.quo casu talis confessio vt indiscreta non obligat d.Barto, & adducitur glos.ordi.in l.cum de indebito. in §.fi. de proba.quia glo.ibi dicit idem, tamen si dicat, ille fuit cõfessus se recepisse, vel se debere, secus si dicat accepit: vt tunc probet debitum & sic glo.non facit differẽtiam.an quis dixerit, fateor me teneri tibi ad decem.vel dicat, fateor me recepisse a te decem, vel peruenisse ad me de tuis pecunijs decem; quia videtur confessio indiscreta & sine causa: si autem debitor promitrit per stipulationem dare Caio decem, quæ ab eo accepit, quòd hæc promissio & confessio est discreta. Saly. vbi supra dicit, se dubitare de stipulatione ex eo: quia dicitur a stipite, quod quid per se firmum, ergo stipulatio debet tenere: tamen ipse sequitur gl. vt veriorem ex eo: quia in stipulatione si causa non adijcitur, alia causa non sub intelligitur, sed in casu isto fuit causa adiecta sed non valida: q̃a ab eo peruenit, vel accepit.igitur consideranda non est vt obligationem inducat: sed vt declaret mentẽ promittentis fuisse nõ velle donare, ac in pactis obligatorijs quando causa exprimitur, illa bene consideratur.& ita verificatur illa glo.ita formaliter dicit ibi Salyce.facit glo.insti.de literarum obli.& in d.c. si cautio. ex quo datur intellectus ad id, quod dicũt scribentes in d.c.si cautio. cum dicũt, ꝙ si quis promittit se debere decem, & ipse promittit reddere, ꝙ confessio & promissio non tenent, vt extendatur, si dicat, se recepisse, & per consequens in casu nostro sicut non obligat confessio sine causa: ita non obli-
4 gat promissio sine causa. ¶† Et si dicatur, ꝙ in isto instrumento est appositum iuramentum, vnde videtur, ꝙ iuramentum suppleat defectum, vt voluit Bal.in rub.C.de re permu. & quia tamen indiscretè videatur promittere sine causa: vt d.l.cum de indebito.§.fi. & in l.generaliter.C. de non nu.pecu. & in d.c.si cautio. videtur, ꝙ iuramentum tanquam non habeat suos comites, non obliget iurantem, faciunt not.per Bar.& alios.& in l.is cui.ff.de verb.oblig. Et per ista videtur concludi, ꝙ non valuit huiusmodi confessio, & sic effectualiter nihil debetur ex vltimo instrumento, licet ista sint colorata: tamen casum nostrum non attingunt: ideo illis non obstantibus cõtrarium puto de iure esse verius. ꝙ efficaciter iste Bar.sit obligatus. ¶Et præmitto pro fundamẽto potissimo, ꝙ iste Bar.nõ est minor, nec est rusticus, quo casu cessat facilitas & indiscretio: sed est prudens & sagax.ideo dicebat Nico.de Matta: quem refet Bal. in l.2.C.de rescin.vendi. in 4.q. quòd licet aliàs possit etiam tacitè renunciari remedio illius.l.2.vt probatur in l.quæritur.§.si venditor.ff. de ædil.edict. tamen non habet locum in rustico, muliere, & minore, qui propter suam facilitatem videtur renunciasse: ideo eis non nocet, sequitur ibi Salyc. & refert & sequitur Io.de Imo.in repetitione.c.cum contingat. de iureiur.& ideo pulchre d cebat Bal.in rubr.C.de re.permu.ꝙ si quis ex quadam simplicitate promitteret sine causa, nõ potest efficaciter agi.l.2.§.circa. ff.de dol.excep.quæ simplicitas præsumitur in rustico, muliere, ac minore.l.cum de indebito.ff. de proba. & si iurent non nocet eis: quia cum iuramẽtum sit captiosum & iniustum, debet per episcopum relaxari, licet iuramentum represente quem maiorem: non tamen fingit eum prudentem & sagacem. mulier enim, vt dicit Aristo.polyt. habet consilium inualidum, minor autem imperfectum, variabile & mutabile; & sic Bald. ibi vult, ꝙ rusticus, minor, & mulier non obligentur per iuramentum ad implendum promissionem sine causa: quia iuramentũ nõ facit eos sagaces: ergo secus videtur dicere in eo, q̃ est maior, & multo fortius si est sagax & prudens. & in casu nostro iste Bar.est sagacissimus & prudentissimus, quo casu non videtur sua facilitate motus ad confitendũ & promittendum & etiam ad iurandũ. ¶Præmitto etiam gl. valde singu.in l.si duo patroni. §.Marcellus.ff.de iureiur.cum qua transeũt ibi scribentes, quæ voluit, ꝙ vbicunq; apponuntur ista verba, dedi tibi librum pignori, quem accepi, illud verbum, accepi, infert pecuniam fuisse numeratam. Et est diligenter ponderandum hoc ex eo: quia glo. loquitur seriosè, & ex proposito: quia illa verba importãt numerationem, & standum est ei, quàm qs dicit deliberatè & appensatè magis, quàm ei, quod dicit incidenter, & non data opera: vt probatur in l.diui.ff.de iurepa. licet glo.in d.l.cum de indebito. §.fi.dicat inculcando illa verba se debere, vel se recepisse: tamen omnino firmat, ꝙ important numerationem. & sic videtur d.Bar.inquantum dicit de pecunijs ipsius comitis peruentis ad eum, cõfiteri numeratas fuisse sibi illos ducatos, quo casu nõ est confessio indiscreta & sine causa: quia cum confiteatur sibi ad numerum fuisse datos illos ducatos a dicto comite, videtur asserere causam: qu a præsupponit numeratum mutuum, argu.eius, quod no.in l.cum quid.ff.si cer.peta.ergo falsum est dicere, ꝙ ista con-
5 fessio extitit indiscreta † & sine causa: quia immo est cum causa sufficienti maximè considerata sagacitate sua, arg.eius, quod habetur in l.i.C.si quis impera.maled. Et indubitanter ista mea consideratio apponit gladium ad radicem huius hæsitationis, & sic ex isto præsupposito videtur hæc quæstio decisa. Item si ponderemus verbum de pecunia peruenta, vel ducatis peruentis, videtur importare causam illius confessionis, si dicimus causam specialem mutui propter numerationẽ, vt si dixi, habeo, aliàs debeo centum, & sumus in casu dictæ l.cum de indebito.§.fi. in ver. nisi ipse specialiter causas explorauerit: quia iam specialiter causa confessionis expressa est, ex quo cõfitetur certum numerum de pecunia comitis peruenisse ad eum. Si autem dicamus, ꝙ ex quo dixit peruentas, potuerũt peruenire vel ex causa depositi, vel ex causa mutui, & tex.d.l.fin.requirit causam specialiter. Ego tunc arguo sic, vbicunque actus est celebratus in genere, & debet exprimi in specie: tunc si interueniat iuramentum.habet virtutem clausulæ specificatiuæ, vt est tex. valde singu.ca. ex rescripto. de iureiur. vbi mulier fideiussit, & non expresse renunciauit beneficio Velleiani: sed quia iurauit,

iurauit, vt expressè illi bñficio renunciasse.& adduco, quod habetur in l.cum pr̃.§.filius matrẽ.ff.de le. 2.vbi clarè colligit ex gl. ꝙ iurm̃ habet † vim causulæ specificatiuæ. Ex istis datur præcipuum lumẽ ad tex.d.l.cum de indebito.§.fi.ꝙ si apponitur iurm̃ super confessione non habente cãm spãlem, ꝙ iurm̃ suppleat,& vr̃ inserta causa spãlis,& per ꝯns talis ꝯfessio vr̃ esse efficax ad obligandũ illũ Bart.iurãtem in secunda promissione prædicta vera esse.& ista est doctrina noua a me inuenta: iõ dici posset vt poeta aiebat egregius,inuentũ est medicina meum . ¶ Et si dicatur,ꝙ Bal.in d.rub.de rerum permu. tenuit ꝯriũ,dico fore falsum:qa Bal. loquitur in minore, & prudentibus,vt superius retuli,quinimmo vr̃ sentire ꝯrium in sagacibus & prudẽtibus: qa est spãle in illis:ergo in ꝯrium est ius cõe.l.ius singulare.l.quod verò.ff.de leg. ¶ Præterea adduco, quod eleganter voluit Cal. in l.j.C.commoda.vbi dixit, ꝙ vbicunq; renuntiatio gñalis est aliàs inualida , non firmatur iuro,vt not.glo.ordinaria in auth.sacra.C. si aduer. vend.tñ hoc est verum, si non valeat ex præsumpto defectu consensus:secus vbi non valet ex eo : qa ibi debet interuenire consensus expressim specialis , & interuenit solum generalis: quia tunc appositio iuramenti illam reddit validam:quia habet vim consensus expressi & specifici.ita dicit esse casum singu. in d.l.cum pater.§. filius matrẽ.Ita in proposito operabatur illud iuramentum expressionem causæ specialis.& adduco,quod voluit Bart.in l.j.§.si quis ita. ff.de verb.ob.ꝙ si stipulatio est inualida , & interuenit iuramentum,ꝙ valet,vt valere potest,casum dicit esse notabilem in d.§.filius matrem. Et adduco, quod singulariter voluit do.meus Io.de Imo. in c.j. de commoda.vbi dixit, ꝙ vbicunque renũtiatio generalis casuum fortuitorum non valet,ꝙ non valet talis renunciatio ex eo : quia interuenit cõsensus in genere & non in specie:sed si interuenit iuramentũ valet: quia ex quo non deficit consensus in genere, illud iuramentum supplet consensum in specie . ita ibi dicit singulariter : non tamen adducit . d.§.filius matrẽ.& sic cum in genere affuerit causa huius confessionis, sequitur, ꝙ iuramentum operatur specificam causam.Et adduco,quod voluit Lud.Ro in d. l.j.§.si quis ita. vbi referens Bar.ibi dicit, iuramentũ habere vim clausulæ,si non valet,vt agitur actus,valet,vt põt,ex quo dicto dicit se inferre, ꝙ sicut quando in testõ est clausula codicillaris, substitutio directa obliquaẗ ex tpe ita obliquaẗ,qñ in testõ interuenit iurm̃: qa hẽt virtutẽ cl'æ specificatiuæ, & ex hoc dicit falsum esse dictũ Guil. de Cu. in l. de his. ff. de transac.dicentis,ꝙ tex.in l.si quando.§. & generaliter.C.de inof.test.dicentis, ꝙ nunq̃ excluditur filius renuntiatione generali facta de bonis paternis, nisi specialiter expresserit de supplemento legitimæ:qa si interueniat iuramẽtum excluditur a dicto supplemẽto.ipse dicit fore falsum,& allegat, quod voluit Bal.in d.l.j. C. commoda. & faciant dicta superiora contra dictum Guil.ecce nunc qualiter.d.§.& generaliter.dicit,ꝙ specialiter in apocha dẽt dici de supplemento legitimæ,& nihilominus si apponitur iuramentum habet virtutem illius clausulæ specificatiuæ,ita in proposito cum.d.l.cum de indebito.§.fi. requirat,ꝙ apponatur cã specialiter,si fuit apposita in genere,sufficit interuentus iuramenti, vt dicatur specialiter expressa causa cõfessionis.Et adduco Lu. Ro.in consi.363.quod incipit, in casu proposito visis allegationibus.vbi dicit,ꝙ cautio nõ habens causam licet non obliget,vt in d.c.si cautio.tamen si ꝯtinet iuramentum efficaciter obligat, & mouetur ratione iuramentum habet vim iudicij & litis contesta. vt l.nam & postea.§.si is qui iurasse. in fi. ff. de

6

iureiur. l.sed si restituatur.§. ex quibus.ff. de iudi.igitur succedit conclusio, ꝙ sicut confessio non habẽs causam adiectam iudicialiter facta plenè probat,vt voluit glo.fin.l.j. ff.de interro.actio.& tex. in l.sicut. & quod ibi voluit Bal.C.de repu.hęre.ita pariter est dicendum,ꝙ plenè probet cõfessio iurata,licet nullam habeat causæ adiectionem. Cum ergo ista confessio sit iurata,& habeat causam in genere:ergo sequitur,ꝙ probat.& dicit etiam ibi,ꝙ licet cautio nõ habens cãm non inducat plenam probationem : tamen inducit semiplenam, & dicit fuisse elegans dictum Spec.in tit.de confes.§.nunc videndum.dicentis sic tenuisse Marti.de Fan.per text.l. instrumenta. C.de proba.& sic in facto consuluit Lu.pro hac parte,& multo fortius ꝓcedit in casu nostro:cũ interueniant quatuor circa istam cautionem, primò interuenit expressio causæ in genere: qa cõfitetur de totidem ducatis ipsius comitis peruentis ad dictũ Bart. secundo interuenit confessio,tertio interuenit promissio,quarto interuenit iuramentũ, quo casu istis concurrentibus inferri plenissima probatio , argu. eius,quod voluit gl. quæ reputatur sing.in l.2.§.j. ff. de peri.tuto.cum simil. Et adduco,quod voluit Bar. in l.si quis pro eo.ff.de fideiuss.quem refert,& sequitur Io.de Imo.in repetitione. ca. cum contingat.de iureiuran.vbi dixit, ꝙ iuramentum interpositum super aliquo cõtractu hẽt vim illius clausulæ, si actus nõ valet,vt potest, allegat.d.§.filius matrem, quem Io.de Imo.ibi reputat sing.ideo si quis faceret testamentum coram quinq; testibus , & super illo testõ interponeret iuramentum , licet tunc nõ valeret vt testm̃:quia ibi nõ interuenit legitimus numerus testium, valebit tñ vt codicillus, & sic perinde ac si dixisset,si non valet iure testamenti , valeat iure codicillorum, & idem tenet D. An.in d.c.cum cõtingat. ecce nunc,ꝙ vbicunque requiritur, ꝙ fiat expressio spãliter,si interuenit iuramẽtum, operatur illud,qđ operatur expressio spãlis, & per ꝯns in terminis nr̃is videtur satisfactum dispositioni illius. l. cum de indebito.§.fi. requirentis causam exprimi specialiter. ¶ Et ad prædicta adduco do.meum Io.de Imo.dicẽtem hanc dubitationem in terminis decidi in casu expresso.in d.l. cũ de indebito.§.fi.in d.ca.si cautio. nam in commento.d.c.cum contingat.in q.quę incipit,Item vlterius potest dubitari.ibi,itẽ videtur,ꝙ tale iuramentum sit indiscretum, ex quo si indeterminatè est præstitum . facit, quod hr̃ in simili in l. cum de indebito.§.fi.& in c.si cautio. de fide instru. & sic vr̃,ꝙ nõ obligat pp tres comites, quos habere debet sacrm̃:vt in auth.ꝙ eis.C.de nup.& in ca. etsi Christus.de iureiuran.iõ licet videatur,ꝙ obliget in foro conscientiæ tñ non obligat in foro contentioso,postea ibi Ioan.de Imo. in ꝯtrarium decidit in q. quam ibi ponit,& r̃ndet ad contraria,dicit non obstare,ꝙ iuramentum videatur indiscretum: qa non habeat suos comites:qa aliud quoad materiam istã iuramẽti,ꝙ dicit patere ex dictis no.in d.auth. ꝙ eis. & in d.c.etsi Christus. Et ad d.l.cum de indebito. §. fi.& c. si cautio. r̃ndet, ꝙ loquitur in cautione indiscretè facta sine iuramẽto. Ista sunt formalia verba Io.de Imo.in d.c.cum cõtingat.& sic videẗ, ꝙ d.l.cũ indebito.§.fi.& d.c. si cautio. non vendicent sibi locum,quando confessio est iurata , posito , ꝙ sit sine causa , & per istam decisionẽ videtur posita securis ad arborem . multo ergo fortius cum interuenerit causa in genere.& hanc partem tenuit do. Anto. in commento.d.c.cum contingat.versi.nunquid autẽ habeat.vbi dicit,ꝙ non potest repetere: sed vt dixi , Io.de Imo. aperto ore ponit quæstionem nostram , & eam decidit.& ex hoc tollitur illud , quod opponebatur, ꝙ iuramentũ nõ est discretũ: qa satis dicitur

tur

tur esse discretum, ex quo non emanauit ab imprudenti sed sagace, & indubitanter istud voluit Bal.in p̄fata rubr.C.de re.permu.& sic iuramentū, qđ seruari potest sine interitu salutis eternę,est seruandū, vt in d.c. cum contingat: sed istud iuramentum est huiusmodi,ergo est seruandum.¶ Preterea ad predicta considero vnum,quod videtur nouum: nam Bar.in l.fi.ff si quis in ius vo.non ierit, & in l. 1.ff.de vulg.& pu.dicit,ꝙ est quædam specificatio in genere, & quædam in specie & quædam singularis & indiuidualis, vt in l. fi.C. quod cum eo. refert se dixisse in l.generaliter.C.de non nu.pecu.facit,quod voluit Bal.in c.in nostra. de rescrip.& subdit Bar. in d. l.j.si quis in ius.ꝙ inquantum ille text.dicit specialiter,ꝙ si scholaris renūciauerit omni exceptioni, nō videtur satisfactum per illum tex requirentem specialem renuntiationem: sed si renūciaret omni priuilegio fori,licet non exprimeret de illo priuilegio, quod habēt scholares,putat,ꝙ species priuilegij exprimatur,nō autem singulare aut indiuiduum,allegat.d.l.fi.C.quod cum eo.& dicit ita debere intelligi Auth.de hęr.& fal.§. si verò expressim. ꝙ dicit esse menti tenendum, per hanc doctrinam datur pręcipuum lumen ad d.l.cum de indebito.§.fi.inquantum dicit specialiter. Et adduco vnam stupendam doctrinam Io.An.in addi.Spec.in titu.de depo.quā etiam refert & sequitur do.Abb.in d.c. si cautio.dicit enim, ꝙ si in libro campsoris reperit scriptum, debeo Titio centum, nec reperitur apposita causa, dicit,ꝙ intelligitur esse depositum, vel alius contractus,qui re ipsa contrahitur.ita dicit fuisse terminatum per d.l.cum de indebito §.fi. facit.l nudam. ff. de dona.& limitat hoc, nisi ex præcedentibus pręsumatur causa,allegat.l.si quis ex argentarijs. §. si initium.ff.de eden.& l. Titia. §.idē respōdit.ff.de verb. ob.Modò in proposito nostro Ioā. An.& ille disputans videtur rectò iudicio sentire, ꝙ illa verba , ego debeo tibi centum,non satisfaciunt dispositioni.d. l.cum indebito.§.fin.quæ requirit specialiter exprimi,non autem singulariter & indiuidualiter:sed illa verba posita in dicto instr̄o videntur ꝯtinere causam in spē: q̄a cum dn̄t, ꝙ tot ducati illius comitis peruenerunt ad ipsum Bart. videtur apponere causam specialem:vnde nō est opus, ꝙ apponatur sua singularitas,puta ex causa mutui,vel depositi, ꝙ esset exprimere suam singularitatem, & istud repugnat illi tex.requirenti tantum specialiter exprimi: cum ergo fuerit apposita in isto instrumento causa specialis;quia fuit dictum peruenta pecunia &c. & sic videtur datus verus & perspicuus intellectus ad d.§.fi.ergo sequitur, ꝙ est satisfactum dispositioni. d.§.fi. & per ista datur declaratio ad d.c.si cautio. in quantum dicit indeterminatè: quia intelligitur in genere, & non in specie fuit assignata causa in instrumento,vel cautione. ergo cum non fuerit indeterminata in genere ista cautio: quia nō fuit dictū: quæ debeo,sed quæ ad me peruenerūt. ergo &c. Et plus dico,ꝙ si rectè ponderetur.d.Io.An.in præfata additio.videtur ita sentire: quia secus videtur dicere,si scripsit se debitorem in centum, quæ de pecunia creditoris ad eum peruenerūt. ¶ Præterea sunt alia instrumenta præcedētia, in quibus exprimitur de deposito, ꝙ certę summę ducatorum dicti comitis fuerunt depositæ apud do. Bar. vt eodem modo intelligatur istud instrumentum,ꝙ fuit ex causa depositi,sicut in præcedentibus instrumentis: quia ex consuetudine patrisfami. metimur actus inde secutos,arg.l.vel vniuersorū.ff.de pigno.act. & l. qui semisses.ff.de vsur.& sic vendicat sibi locum.d.Io.An. in d. addi.Præterea tex.in d.l.cum de indebito. §. fi. loquitur de confessione indiscreta,quę sine iudicio rationis emanauit in scriptura,ꝙ est,quando notarius scribit, talis confessus est se teneri Titio in centum.hęc enim est in discreta cōfessio, quæ nec causam in specie habet: sed quis dixerit,istam esse indiscretam confessionem. confiteor me teneri tibi in centum ex tot pecunijs tuis,quę penes me peruenerunt. Pro certo nullus: quia non dr̄ esse indiscreta ꝯfessio.Et ex istis non obstat.l. cum de indebito.§.fi. Nec obstat.d.c.si cautio. Item illa iura non loquuntur eo casu,quo interuenit iuramentum,vt dixit Io. de Imo.in d.c.cum contingat. Item non obstat glo. d.§.vt apparet ex supradictis: quia illud verbum accepit,vel peruenit, significat numerationem interuenisse, vt l.de eo.§.si mutuam.ff.si quid in frau.patro.& licet nō significet,qua causa, cum causæ possent esse plures,dico,ꝙ importat mutuum,vel depositum, hoc sentit gl.in d.§.fi.inquantum dicit.secus si dicat accepit, sed quia superuenit iuramentum, sufficit illud importare specificationē causæ,vel mutui,vel depositi. Nec obstat,quod voluit ibi Saly.vbi dicit,ꝙ illa promissio est sine causa:quia respōdeo, illud procedit,quando dixit,confiteor me debet Titio centum: secus si dicat,me teneri in centum,quæ de tua pecunia peruenerunt ad me. Et hoc nō loquitur Saly ibi & plus ibi dixit Sal. ꝙ si promittit soluere decē,q̄ cōfitetur ab eo incepisse, ꝙ est illo casu adiecta cā,& vr̄ valida:q̄a ab eo accepit, & sic est ponderandū illud,qđ dicit cām esse expressam. ergo nō est īdiscreta ꝯfessio,vt voluit ibi tex.cū sit cā exp̄ssa. & cū dicit,ꝙ illa cā non est cōsiderāda vt obligatione inducat,r̄ndeo, ꝙ immo inducit obligationem, ex quo promittit soluere. itē sufficit, ꝙ sit in specie expressa licet non indiuiduo: vt dixi superius: quia tex. ibi requirit sp̄aliter fieri expressionem.Itē q̄a interuenit iur̄m,quod habet virtutem clausulę specificatiuæ,& sic nec gl. obstat,nec dictū Sal.tū ēt:quia differunt,debeo decē,vel peruenerūt ad me de tua pecunia:vt voluit glo.peregrina in d.l.si duo patroni.§.Marcellus. Nec obstat cum allegatur.d. Bal.in rubrica.C.de re.permu.q̄a si bene pōderet doctrina Bal.ibi tenet ꝯrium: q̄a loquitur in minore,& in rustico & in mulieribus, quo casu bn̄ est verum dicere,ꝙ iur̄m præstitū ab eis sit indiscretū ex eo: q̄a est præstitū ab eo:q̄a non habet vel nō præsumitur habere discretionem. ergo in homine discreto erit secus.& sic Bal. sentit ꝯriū, ꝙ immo regulariter obligetur,& sic cum Bal.do. Ant.& Io.de Imo. hanc partem teneant,& fin illā cōsuluerit Lu. Ro.sequitur, ꝙ est cōis opi.& per ꝯn̄s tenenda iudicando & consulendo. l.j.ff.de sena.c. ne innitaris. de constit.cum fi. Et cū dicitur, ꝙ rōnes Io.An.nō multū vrgēt: tamē habent neruū.Et adduci posset, ꝙ stādum sit dicto & interpretationi magistrorū, vt in c.j.de decimis.& in l. si idem cū eodem.de iurisd.om.iud.nec reperit cōis opi.in ꝯtrariū,ergo &c.¶ Nec obstat cū dr̄,& opponitur de eo,qđ no.Bar.& moderni in l.is cui.ff.de verb.ob.q̄a loquūtur ibi, qn̄ iur̄m præstat ab eo,qui nō censetur discretus,ꝙ nō est in casu nostro,in quo iurans fuit prudēs & sagax. ¶ Et si quispiam opponat,ꝙ ambo pręcedentia instr̄a sunt cōfusa in isto tertio instr̄o, tanq̄ illud complectatur & cōfundat omnia alia præcedētia instrumenta quasi annihilata sunt.& hoc vr̄ suaderi ex eo q̄a in vltimo instrumēto dicitur, & hoc pro alijs tot ducatis, & seu tāta pecunia q̄ p̄uenit & p̄uenta est ad ipsum Bar.vsq; in præsentē diē,quasi vellet dicere,ꝙ nō remanet debitor vsq; ad diē illius instrumenti, nisi in summa contēta in illo vltimo instrumento, & per ꝯn̄s cassata sunt omnia alia præcedētia instr̄a: quia illud non videtur verum,primò iste Bart.vr̄ velle esse sibi ꝯrius,quo casu nō est audiendus.l.j.C.de fur. quia

quia modo dicit istud vltimum instr̄m non habere effectum, modo dicit hr̄e effectum: sed reuocare oẽs alias summas, ad quas ipse Bar. tenetur actione depositi ex præcedentibus instrumentis. Secundò vbicunque quis promittit mihi decem ex causa depositi, vel mutui. deinde promittit mihi decem ex causa mutui, ne stipulationes sequentes videantur inutiles, iudicantur diuersæ summæ, ita voluit Bar. & oẽs in l. triticum. ff. de verb. oblig. & dixi in primo dubio superiori, ergo sequitur, ꝙ ex istis tribus instr̄is remanet obligatus dictus debitor præfato comiti. tertiò vbicunq; primus contractus est validus, nunquàm sequens contractus inualidat, vel impugnat illum primum, ni expressis verbis illud reuocet, vt est text. singul. & melior de iure in l. fi. C. de indic. vidui. tol. sed istud vltimum instr̄m non reuocat expressis verbis illa præcedentia instrumenta, ergo sequitur, ꝙ non videntur esse sublata. & ideo Barto. in d. l. triticum. dixit, ꝙ intelľr esse de diuersa quantitate: iõ est necesse tunc, ꝙ adijciatur in illo vltimo instr̄o, & omnis alia computetur in istam idem. voluit in l. planè. §. 1. ff. de legat. 1. & in l. cum centum. ff. de adi. lega. ¶ Et si dicatur, quòd idem Bart. in d. l. triticum. dixit, vel similia verba, omnis alia promissio, dico ꝙ sufficere debet, quòd apposita sunt similia verba: quia nihil refert quid ex æquipollentibus fiat, vt l. si mater. C. de insti tu. & substi. & iam in vltimo instrumento dicitur, vsque in præsentem diem. ergo perinde est, acsi fuisset dictum, & oĩs alia promissio computetur in istam. Ad hoc respondeo, per illa verba non esse satisfactũ iuri, nec doctrinæ Bar. quia doct. Bar. vult expressè, ꝙ dicatur, ꝙ omnis alia promissio computetur: sed hic non fuit dictum. dicit postea, vel ꝑ similia verba: sed illa verba, vsq; in præsentem diem, nõ sunt similia illis verbis, ꝙ computetur oĩs alia promissio: vnde cum aliæ promissiones sunt expresse & specificatæ in alijs publicis instrumentis, si voluissent illis derogare, debuissẽt hoc facere expͤssè & spãliter. hoc decidit text. l. fi. C. de nouat. vbi text. dicit, nisi specialiter remiserint quidẽ priorem obligationem, & hoc expresserint, & secundã magis pro anterioribus elegerint, vbi est casus apponens gladium ad radicem huius dubitationis, vbi dr̄, ꝙ non est recessum a primis instr̄is, seu a prima obligatione p̄cedẽtiũ instr̄orum, nisi expresserint vltimã summã quam magis elegerint, & sic ponderandum est, ꝙ tex. ibi duplicat illa verba expresse, & specialiter, vt in simili dixit Bal. in auth. sed cum testator. C. ad leg. Fal. si testator mandat legata solui plena & integra: sed per illa verba, vsq; in præsentem diem, non vr̄ spãliter & expͤssè fieri mẽtio de illis primis instr̄is, ergo non vr̄ satisfactũ iuri volẽti spãliter & expresse derogatum summis & quãtitatibus aliorum instr̄orum & ad hoc faciat: quia vbicunque mandatur aliquid fieri specialiter, non sufficit fieri generaliter: vt est tex. sing. in l. fi. §. omnem. in versi. specialiter. C. de admi. tut. vbi Bar. dicit se fecisse cassari multa instr̄a tutelarum in quibus a iure disponitur, ꝙ specialiter tutor promittat agere vtilia & prætermittere inutilia, ꝙ si specialiter non est expressum, sed generaliter, non valet instr̄m tutelæ. ergo eodem modo non vr̄ derogatum alijs instr̄is per illa verba, vsq; in præsentem diem. facit, quod voluit Bal. & Sal. post alios in l. si qñ. §. generaliter. C. de inoffi. test. vbi lex vult, ꝙ filius specialiter renunciet in apocha supplemento legitimæ, ꝙ si generaliter renunciauit exprimendo supplementum legitimæ non vr̄ cecidisse a supplemento legitimæ fortius in casu nostro, vbi lex requirit duo, ꝙ expresse & specialiter de primis obligationibus fecerit mentionem in vltimo instr̄o, & adduco glo. in cle. 1. de iudi. in versi. specialiter. vbi qñ aliquid debet fieri specialiter & expresse, non sufficit

7 fieri verbis generalibus† & probatur hoc in l. si quis in princ. testa. ff. de leg. 3. vbi dicitur, ꝙ ille, cui bis legatur, ratione primæ voluntatis repugnantis semel tantum habere debet, si primæ voluntatis specialiter pęnitet tunc autem dicitur ipsum specialiter pęnitere, cũ dicit ipsam nolle valere, ita pulchrè dicit Ang. in auth. de hære. & fal. §. si verò expressim, allegat. l. fi. C. quod cum eo. ¶ Et si dicatur, ꝙ dicitur expressum non solum, ꝙ apparet ex verbis expressum: sed etiam ex ꝯiecturis, vt l. licet imperator. ff. de leg. j. l. si quis locuples. ff. de mauu. testa. respondet, illud esse verum, vbi aliquid requiritur fieri expressim nõ ex eo: quia fiat ꝯ dipositionem iuris communis: sed quia lex sic mãdat: quia tunc expresse dr̄ fieri, etiam si ex ꝯiecturis illud appareat: sed vbicunq; lex mandat aliquid fieri expresse pro eo, ꝙ factum simpliciter est ꝯ dispositionem iuris cõis, tunc illud dr̄ fieri expresse, quod fit per verba hoc expresse importantia. Et ideo dicit ibi Ang. ꝙ si testator dicat, lego decem, quæ integra præstari volo ꝑ hæredem meum, ꝙ non vr̄ prohibita expresse falcidia, & sic non videtur satisfactum dispositioni auth. de hære. & fal. §. si verò expressim. & facit, qđ voluit Ang. in l. cum virum. C. de fideic. & in l. Centurio. ff. de vulg. & pup. & in auth. de nup. §. soluto. Cũ ergo in casu nostro, esset opus corrigere & tollere præcedẽtia instr̄a, quę erant in esse ualido & perfecto, sequitur, ꝙ fuit necesse, ꝙ tollerẽtur singulariter & indiuidualiter non solum in specie. Et ad hoc pondero. d. l. fin. C. de noua. q̃ copulat duo. dicit enim specialiter & expresse, quo casu Bal. in auth. sed cum testator. C. ad leg. Fal. dicit, ꝙ licet dubitetur, an sint expresse prohibita, qñ testator dixit, volo integra legata solui: tñ qñ testator duplicauit verba: quia dixit, volo, ꝙ plena & integra legata soluantur, ꝙ illo casu vidẽtur expresse prohibita, & illud operatur illa geminatio verborum: licet ergo, qñ lex requirit aliquid fieri specialiter, sit legi satisfactum, si expressio fiat in specie, vt voluit Bar. in l. 1. ff. si quis in ius voc. non ier. tñ vbi requiruntur duo, videlicet, ꝙ specialiter & expresse: tunc requiritur, ꝙ fiat singulariter nominatim propter illam geminationem verborũ. & ideo Ange. in d. §. si verò expressim, dicit, ꝙ deberet fieri mẽtio singulariter. Cum ergo. d. l. fi. C. de noua. dicat, specialiter remiserit, & hoc expresserit. seqtur, ꝙ debuit fieri mẽtio singulariter & indiuidualiter de illis instr̄is quo casu sequeretur etiam, ꝙ Bar. minus bene vr̄ dixisse in d. l. triticum. cum dicit, ꝙ necesse erat in ipso vltimo instr̄o dicere, computata omni alia summa, ꝙ immo debebat dicere, ꝙ necesse esset dicere, computata omni alia summa, quæ in tali, & tali instr̄o continetur, ex quo d. l. fi. de noua. vult, ita annullari prima instr̄a & prima debita, si specialiter remiserit, & hoc expresserit, ergo non vr̄ satisfactum iuri per illa verba generalia, obscura, vaga, & certè meo iudicio captiosa, cum dr̄ vsque in præsentem diem. quæ quidem interpretãda sunt ꝯ ipsum Bar. qui stat pro ꝯctu, vt l. veteribus. ff. de pact. l. qcquid astringendę. ff. de verbo. oblig. c. ꝯ eum, de reg. iur. lib. 6. debuit. n. legem cõuentionis largius aperire. ergo imputetur sibi, & ꝙ nõ intenderint partes annihilare illa priora instr̄a, apparet liquidò ex eo: quia ĩ primo instr̄o iam fecerunt mentionem specialiter & indiuidualiter de alia summa ꝯcta in quodam alio instr̄o nominando istud instr̄m, & nomen notarij de illo rogati: vnde præsumendum est, ꝙ idem fecisset de illis alijs p̄cedentibus instrumentis in isto vltimo instrumento, & ex quo non fecerunt in isto vltimo instrumento, præsumendum est, ꝙ nullo modo voluerunt corrigere præcedentia instrumenta, immo voluerũt illa remane-

la remanere firma & valida, ergo &c. ¶ Et ad prædicta adduco, qđ bellissimè voluit Bart. in l. j. ff. vi bonorũ rap. vbi dicit. ꝙ per pœnam impositã a statuto nouo, vr̃ derogatũ pœnę impositę a lege antiqua, ꝑ l. quoties. ff. de actio. & obli. quia non videt̃ correctũ antiquũ, nisi noĩatim sit dictum, allegat. d. l. fi. C. de noua. ꝙ miro est complectendũ ingenio dictũ per illã l. fi. iõ debuit nominatim fieri mentio de illis primis instrumentis, subdit Bar. idẽ si appareat aliquibus præsumptionibus, & sic reqrit multitudinẽ presumptionũ ad hoc, vt videant̃ reuocata priora: sed in casu nr̃o nulla extat ꝑsumptio, ꝙ reuocare & annullare voluerit priora instra &c. & etiã non credo dictũ Bar. fore verũ inquãtũ voluit esse standũ ꝑsumptionibus: qa cũ d. l. fi. requirit duo, ꝙ specialiter remiserint primã obligationẽ, & expresserint se velle stare posteriori obligationi, seq̃t, ꝙ nominatim debet fieri mentio de prioribus obligationibus per illam elegantẽ doctrinã. Angel. traditã in d. §. si verò expressum. & iõ rectè dixit Barto. in d. l. j. ꝙ nominatim debet recedi ad priori obligatione, & ad hoc allegat. d. l. fi. C. de noua. ergo sufficit præsumptiuè & coniecturatiuè, quia vbi agitur de correctione iuris, aut instrumenti, aut obligatione, dẽt fieri mẽtio singulariter. ¶ Facit etiã ad ꝑdicta. c. ex literis. de offic. deleg. vbi non sufficit facere mentionem de primis literis in genere ad eas annullandas: sed opus est, quòd expressam faciat mentionem, vt per secundas primæ appareant reuocatæ, & plus dixit text. valde sing. in c. ex literis. de do. & contu. ꝙ si in primis literis est aliqua elegans clausula, quòd non sufficit, ꝙ secundę literę faciant mentionem de primis: sed ẽt est opus, quòd faciat expressam mentionem de illa eleganti clausula apposita in illis primis literis. Ex quo sequitur, ꝙ cũ in illo primo instrumẽto est numerosa & elegans summa ducatorũ, quòd posito, quòd in isto vltimo instrumento fuisset facta mentio de illo primo instro: tamẽ fuisset opus facere expressam mẽtionẽ de illa ardua summa ducatorũ. ergo multofortius non vident̃ annihilata illa priora instrumenta. Et adduco gl. in c. pastoralis. de excep. q voluit, ꝙ non sufficit dicere, oppono talem exceptionẽ: saluis tamẽ oĩbus alijs exceptionibus: sed debet specificare illas, & qđ voluit Bal. in l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excu. tut. & Ang. in l. si sic. ff. de leg. j. & in l. quicquid astringendæ. ff. de verbo. obli. & in l. si quando. ff. de bo. vacan. li. 10. ergo sequitur, ꝙ in isto vltimo instrumento debuit fieri mẽtio specialis & etiã singularis, ꝙ annihilata erãt priora instrumenta. & adduco. c. cũ M. Ferariẽsis. de cõsti. ex quo colligit do. Ant. vt ibi refert Io. de Imo. quòd vbi lex mandat fieri expressam mentionem alicuius actus, non sufficit, quòd fiat verbis generalibus. ¶ Et est istis apparet multipharie, mũltisq; modis, quòd dicta præcedentia instrumẽta nõ sunt annullata, seu annihilata per vltimũ instrumentũ, immo summæ cõtẽtæ in dictis istrumentis debẽt solui dicto comiti, tenet̃ ergo dictus Bal. ad soluendum omnes summas cõtẽtas in dictis tribus instrumẽtis dicto comiti. Et ita cõcludo Andre. Barba. 1468. die 10. Februa.

SVMMARIVM.

Capi quis non potest in tertiorio alieno. nu. 1.

CONSILIVM XXVI.

Illustres ad magn. dñi, dñi sexdecim huius nr̃ę inclytæ vrbis Bononiæ primates ac pricij in ęuo sempiterno. Literas vestrę excellentiæ & casum occurrentẽ summa cum veneratione accepi, q talis est quidam ex subditis vestris hominem quendam imperij illustrissimi ac sapientissi d. ducis Mutinæ bannitum de ciuitate Bononiæ & eiusdem iurisdictione in agro Bononiensi existẽtem capere voluerunt, & dum in eundem manus inijcere vellent fuga sibi consuluit: quem tñ ex territorio vestro fugiẽtem ꝑsecuti sunt vsque in territorium Mutinæ, ibique eũ ceperñt, qritur; si iustè captus fuerit. ¶ Pro certo hęsitatio hæc elegãs est: ego vestro iussus imperio dicã, quod sentio, licet ꝓfugus ob morbũ pestiferũ in his montibus cũ paucissimis libris. Videt̃ mihi de iure dicẽdũ, ꝙ capi non potuerit, & adduco in mediũ text. cũ sua gl. in l. qd sit fugitiuus. §. idẽ Cecilius. ff. de ędil. edic. in ver. placere eũ quoq; fugitiuũ esse, qui eo se conferat: vnde eũ dominus recuperare non possit, multoque magis illũ fugitiuũ esse, q eo se ꝯferat: vnde adduci non poterat. nã illa l. tractat de eo, q cõsumauit fugam, vsque ad §. idẽ ait. ibi verò incipit tractare de illo, q est in actu fugiendi: & dicit, ꝙ si nõ potest dñm insequẽtem euadere, nõ est fugitiuus. In §. idẽ Cecilius. rñdet qõni, q põt esse, si seruus in ipso actu fugiendi possit dñm fugiendo euadere. & rñdet̃ sic, propter facti impossibilitatẽ. & sic vult ille tex. quòd seruus fugiẽs põt dñm insequẽtẽ euadere. gl. verò ibi ponit exemplũ, qũo: vt qa fugit ad inimicos dñi, subdit ibi tex. multomagis fugitiuus est, qui se confert, vñ adduci nõ possit. dicit glo. ibi propter ius loci, vt Ferrariæ, quæ forte habet priuilegiũ ꝓ fugientibus ad suũ territorium, per quem tex. cũ sua gl. dicit solẽnis doc. Cy.
1 ꝙ quis nõ põt adduci de loco ad locũ alterius. † & per ꝓñs in territorio alieno qs capi non põt, & si capit, dẽt pristinæ libertati relinq, illũ tex. cũ glo. allegat Cy. in disputatione, quã disputauit Senis, q incipit, rector ciuitatis Senarũ, & hanc partem sequitur Bal. in d. §. idem Cecilius. referens disputationẽ Cy. & plus dico, ꝙ ꝑ illum tex. Oldra. Laudensis determinauit. q. nostram in terminis ponens duo statuta Paduana, quorum vnum præmiat capientẽ & præsentantẽ bannitum ad mortem. Aliud statutũ punit euntem in alienum territorium, vel districtũ ad aliquem capiendum. Titius bannitus de Padua habitabat in finibus districtus Paduani, ad quẽ capiendũ ibat Seius, quo viso Titius arripuit fugam, quẽ Seius insecutus est in districtu Paduano, & demum in Veronensi contiguo illũ cæpit & præsentauit potestati Paduæ. fuit dubitatio non mediocris, vtrũ præmiũ an pœna capienti deberet̃, & fuit decisum: per eũdẽ Oldradũ, ꝙ deberet̃ pœna, & adducit tex. & glo. in d. §. idẽ Cecilius. & istud idẽ seq̃tur Io. An. in addi. Spec. in tit. de accu. §. sequit̃. ver. quid si qs in addit. magna., q incipit elegans Oldra. qõ se offert. & iste est casus noster, quia ex iure loci, ex quo erat alienũ territoriũ, non debebat ingredi, & adducit rõ formalis. Certũ est, ꝙ licet qs existat in fuga: tamẽ conditio eius põt ad suũ cõmodũ variari, casus est in l. si qs in seruitute. ff. de fur. vbi seruus fugiens cũ furto anteq̃ perueniret ad locũ destinatũ factus est liber, puta, vt dicit glo. qa venit cõditio, sub qua fuerat manumissus, sic isti bãnito fugiẽti in terrioriũ Mutinẽse cæpit cõpetere libertas ꝯ insequentem. Itẽ certa est limitatio locorũ & certa locorum transgressio, & sic nulla iuris quæstio. l. inciuile. C. de furt. ¶ Et si opponitur, quòd debeat attendi principium licitum: quia licitè potuerunt insequi istum bannitum, ex quo erat in agro Bononiensi: ergo debet attẽdi licitum principium. facit. l. 3. in §. Seio. ff. de min. c. fi. de sent. excõ. c. literis. de rescrip. gl. in l. minoribus. C. de his quibus vt indi. glo. in l. j. C. in quibus cau. resti. non est necessaria. & l. qđ ait. l. j. §. fi. ff. de adul. Ad ista rñdet̃, ꝙ nõ prodest principium licitum, propter mixturã illiciti: quia tunc capitur illud, quod nocet, & non illud

quod

quod prodest, vt in regula ratihabitionem.libr.6.in gl.cum concor.ibi positis, & facit.l.si quis in graui. in §.fi.cum l.se.ff.ad sylla.vbi qñ ꝯcurrunt duo, quorum vnum nocet, & alterum prodest, attenditur illud, quod nocet.l.nō intelligitur.in §.si quis palam. ff.de iure fis.Bar.in l.si vir.ff.de vsuca.pro donato.& in d.§.si quis palā.& in d.l.si quis in graui.§.fin.Item potest responderi, vt dicebat gl.elegans in l.3.§.scio. præalle.videlicet, ꝙ vbi finis habet quandam consequentiam necessariam ad principium tunc inspicimus principium, sed vbi non habet consequentiam necessariam ad principiū, tunc non inspicimus initium, sequitur ibi Ia.Bu.Bar.& alij: sed iste finis non habet consequentiam necessariam ad principium, ergo &c.Item potest respondere, ꝙ effectus est secutus in loco prohibito: ergo potius ꝯsideramus effectum. Item finis & consumatio actuum sunt distincta & separata a principio propter mutationem loci: ergo non assumūt legem a principio licet licito. l.sicuti.§.Arist.ff.si seruitus vēdicetur.l.quemadmodum.in prin.ff.ad l.Aquil. Item parificātur excessus in modo & excessus in loco, insti.de actio.in §.hic autem, sed excessus in modo punitur.l.j.C.vnde vi.ergo & excessus in loco.l. si adulteriū.§. imperatores. ff.de adult.vbi punitur, qui plus fecit, quàm debuit. Et sic licet potuerint capere istum bannitum in territorio Bononiensi, non tñ potuerunt insequendo eum capere in territorio Mutinensi, & hāc partem sequuntur cōiter doctores, & eam tenuit Angel.disputando, ergo vt cōis opin.est sequenda iudicando & consulendo.l.1.in vers.crebrior apud veteres opi. ff.de offi.quæsto.l.j.ff.de sen.c.ne innitaris, de consti. & per consequentiam cōcludo, ꝙ ista captura non tenuerit, nec præmium debetur capienti, immo relaxandus videtur de iure. ¶ Et ita mihi videtur de iure dicendum, & ita concludo. Andre.Barb.1468. die 17.Augusti.

EPITOME.

¶ Non sufficiēter probatur filiatio assertione patris, vel matris. Et ideo institutio illi facta, vt filio, non valet, hoc dicit secundò. Et substitutio presumitur, si testator voluit bona sua peruenire de suis nepotibus ex filiis ad filios fratris, de eius cippo, vt illius verbo vtar, si non alienasset, & ita quòd per tacitam voluntatem inducitur substitutio, neq; substitutum excludit legitimatus.

SVMMARIVM.

Præsumptio iuris dicitur liquida probatio.nu.1.
Filius natus in domo mariti pæsumitur esse mariti: etiā ex concubina fauore filiationis.nu.2.
Legatū factū alicui vt filio, si filius nō reperitur nō ualet.nu.5.
Error causæ finalis remouet voluntatem ab actu.nu.6.
Fideicommissum, vel substitutio præsumitur ex qualitate rei, quam testator voluit in familia remanere.nu.7.
Liberi excludunt substitutum iure fideicommissi.nu.8.
Determinatio sequens non determinat æqualiter, vbi determinabilia sunt diuersa.nu.9.
Ciuiliter factum non sufficit ad implendam conditionem.nu.10.
Filiorū appellatio dr̄ de legitimis & nō de legitimatis.nu.11.
Alienatio facta iu fraudem non nocet substitutio.nu.12.
Filiatio non præscribitur.nu.13.

CONSILIVM XXVII.

SCripsit Doctissimus apud grecos sūmæ philosophiæ Princeps Plato. In minimis quoq; rebus diuinum debemus auxilium implorare. Idcirco sublimen, tremendū & incomprehensibilem Deum huic cepto corde humili inuoco, vt pijssimo Iesu Christo Saluatore nr̄o beato medio veritatē huius ꝯsultationis mihi aperiat.amen. ¶ Et quidem viso puncto & rei contingentia mihi transmissis, & solenni animaduersione perspectis. Capio primum huius hæsitationis articulum. vtrum dicta filiatio sufficienter probetur tam matris, quàm asserti patris assertione, iuncto, ꝙ tanto tpe tractauit, tenuit, & habuit, & nominanit ipsum vt filium, & eum hæredem in testamēto instituit. ¶ Et mihi videtur de iure dicendum, ꝙ non, & premitto, ꝙ presumptio iuris dicitur
1 liquida probatio, † vt est glo.elegans.l.si tutor.C.de pericu.tut.& probatur in l.1.C.de test.mi.& in c.accedens.el 1.in c.manifestum, vt lit.non contest.& in l.1.§.1.in ver.euidentissimè apparet.ff.de ven.inspi. & ideo voluit glo.ꝙ probatur eoipso, ꝙ non probatur ꝯtrium.ita dixit gl.in l.si creditor.C.de pig.act.& in l.super seruis.C.qui man.non poss.in l.2.C.de petitio.hæred.& in l.2.C.de erro.aduo.& in l.j.C.de fide instr.& iur.hastæ fis.li.10.& in c.1.quod met.causa.& in c.sicut, de iureiur.& in c.proposuisti.82.di.& in c.pe.de excep.& in c.super eo, de testi.cog.& in c. illud, de præsum.& in c.3.de prescrip.& in l.si tutor. C.de periculo tut.que glo.volunt hanc doctrinam, ꝙ iuris præsumptio adeo dr̄ liquida probatio, ꝙ sufficit: quia dicitur probata eoipso, ꝙ ꝯtrium non probatur. Secundò matrimonium dicitur a iure esse fauorabile: vnde dixit Bal.in l.consentaneum.C.quomodo & qñ iudex.in vltima q.ꝙ mulier luxuriose vitæ potest capi personaliter.allegat in arg.authen.de rest.& ea quæ par.§.fi.tñ ibi dictum Bald.limita, nisi
esset mulier maritata, quæ licet luxuriosè & turpiter viuat tñ defertur reuerentiæ matrimonij, vt nō possit capi, ita sing.dicit Io.An.in addi.Spe.in tit.de iniur.& dam.da.ad hoc dicendum mouetur, argu.l.si vxor.§.diuus.ff.de adulte.in versic.neque matrimonium qualecunque, nec spem matrimonii violare permittitur. Et sic iura deferunt reuerentiæ matrimonij, maximè pp honorem & reuerentiam supremi principis Dei, qui tam magnum sacrum adinuenerit, & etiā respectu loci: quia in Paradiso, & etiam respectu status & personarum: quia tunc tp̄is erant obedientes summo Deo primi parentes, & innocentiā seruabant, & custodiebant. Modò istis præmissis pro celebri fundamento huius articuli præsupponitur, ꝙ mr̄ illius Martini tpe, quo Caius habuit rem cum ea, erat maritata, & cum eius viro habitabat, quo casu licet mulier maritata exponat corpus suū carnaliter cognoscendum: tñ filius natus in domo mariti dicitur legitimus, & præsumitur conceptus ex semine mariti, casus sing.in l.miles.§.defuncto.ff. de adulte.in ver.non vtique crimen adulterij, quod mulieri obijcitur, infanti præiudicat: cum possit illa adultera esse, & impubes defunctum patrē habuisse quem text.reputat singu. Ange.in l.septimo mense. ff.de sta.ho.& ideo dicebat D.Abb.in c.pe.de adult. ꝙ si probaretur, ꝙ tempore conceptionis adulterabatur vxor cum quodam alio, ꝙ nihilominus presumeretur natus ex marito, p d.§.defuncto.& allegat rationem ex quo eodem tempore cognoscebatur pariter a marito & ab adultero, debemus præsumere, ꝙ fuerit a marito genitus, vt faueatur filio: qa in dubio debemus facere interpretationem benignā. l.benignius.ff.de leg.c.fauorabiliores, de reg.iur.li.6. Et adduco, quod voluit D.Abb.in c.transmissæ, qui filij sint legi.vbi dicit, ꝙ si maritus cohabitabat cum vxore, præsumitur natus ex marito, & non ex adultero: quia cum possit esse filius vtriusque, debemus fauore filiationis præsumere, ꝙ sit potius filius mariti, allegat text.sing.in d.§.defuncto.& idem voluit in capitu.per tuas, de probatio.& sic propter reuerentiam matrimonij, & propter fauorem filiationis presumitur natus ex marito. ¶ Et plus etiam videtur dicen-

dicendum, idem est in nato ex cõcubina, quã quis retinebat in domo, ꝙ si commiscet se cum alio, & nascitur filius, præsumit natus ex ↄcubinario fauore filiationis, probatur hoc in d.c.p tuas. de probat. & voluit gl. vnica & sing. in c. Michael. de filijs presby. Et adduco, quod voluit Bal. in l. si filiũ. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. vbi colligit ex illo text. ꝙ potius præsumitur possibile honestum, ꝗ possibile inhonestũ, vt probatur ibi in tertio respõso. & probat in d. §. defuncto. & ideo probatio filiationis non eliditur per probationem adulterij, quod dicit, no. dignum. Et adduco, quod voluit idem Bal. in d. c. per tuas. vbi dicit, ꝙ si natus in domo ex cõcubina, quæ cum alio habebat copulam, præsumitur conceptus ex cõcubinario: qa præsumitur in meliorẽ partẽ, vt alibi dixit tex. sing. in l. miles. §. defuncto. ff. de adul. ita dixit in d. c. per tuas. non solùm est præsumptio iuris, ꝙ quis natus in domo sit cõceptus ex marito, sed etiam si natus sit ex concubina in domo, præsumitur natus ex concubinario, & adduco Bald. in l. si vicinis. C. de nup. vbi quærit, apparet, inquit, quòd vxor, quæ in domo viri stabat, etiam cũ alio se immiscebat, nũquid præsumatur legitimus, decidit ꝙ sic, alleg. d. l. miles. §. defuncto. & adduco, qđ voluit idem Bal. in d. l. filium. vbi quærit, quidam puer natus est in domo mea expedisse qua mea, nunqnid præsumatur filius meus. Certè nõ, nisi probetur, ꝙ esset mea concubina: qa indigna esset ista præsumptio, allegat. d. c. Michael. & d. l. filiũ. & sic vult, ꝙ na-
2 tus † in domo mea vxore mea p̄sumatur ex me marito natus. & sic in vxore concurrit duplex fauor. s. matrimonij & prolis, in concubina præsumitur fauor filiationis. Modò in casu nostro dicitur, ꝙ iste Martinus fuit natus in domo eius, qui erat tunc maritus suæ matris, posito ergo, ꝙ se exponeret alijs cognoscendam carnaliter: tamẽ ex quo cohabitabat cũ marito, p̄sumitur natus ex marito: qa debemus præsumere honestũ possibile. ergo non est iste Martinus filius illius Caij: licet ille Caius haberet accessum carnalem ad eius matrem. Et adduco d. l. filiũ. vbi probatur, quòd p̄sumitur filius legitimus, vbi præcedit matrimonium & cohabitatio viri & vxoris. ¶ Et vlterius adduco, quòd filiatio probatur tribus modis. vno modo a causis. i. a matrimonio præcedente, & cohabitatione, & natiuitate in domo. & probatur. in d. l. filium. & ista probatio non est nisi in legitimis filijs. Secundo probatur a signis: vt qa pater & mater tenebant, vocabant & tractabant eũ vt filium vicinis scientibus, probatur in d. c. p tuas. tertio modo probatur a causis & signis insimul cõiunctis. & ita faciunt aduocati in articulando. Et etiam est aduertendum: quia scire est rem per causam cognoscere, ut uoluit summus philosophorũ princeps Arist. ut Bar. utar verbis in tractatu, de regimine ciuitatis. ita dicit in primo posteriorum, & illud est proprie scire cognoscere rem per causas, ꝙ habetur in c. cum causam. de test. & quod habetur in l. solã. C. eo. & pulchrè scribitur in primo physicorũ, in prin. tũc, inquit philosophus, opinamur vnũquodque cognoscere, cũ causas cognoscimus primas & principia prima vsque ad elemẽta. Est enim scientia veriorum, vt voluit glo. valde sing. in l. si pater. ff. de hære. insti. habetur in c. qui occidit. 23. q. 8. Bal. in c. 2. de consti. dicit, quòd scientia est entium non eorum, quæ nec ars, nec nã reuelauit. idem voluit in c. cum contingat. de rescrip. d. P. de Anch. in cle. j. de conces. preben. ¶ Modo si quispiam dixerit, in medium posse adduci illud, qđ scribunt docẽtes. in d. c. p tuas. & in d. l. filiũ. & in d. l. si vicinis. vbi tradunt doctrinam Cyn. ꝙ si quis natus in domo regis a regina, & vt filius regis tractatus habitus, & reputatus communiter, & post mortem regis successit in domo in regno vt filius regis, demum regina veniens ad mortem dixit filio, ꝙ non erat filius regis: qa eum conceperat a quodam milite, qui ad dictũ matris cessit regno, ꝙ non benefacit: qa non debuit credere matri, ex quo sequitur: quia non debuit credi dicto matris asserentis istum Martinum non esse filium mariti, sed potius illius Caij. Et plus dicit D. Ab. in d. c. per tuas. de prob. quòd tunc requiritur in filiatione nominatio, & tractatio vt filij, quando non est in domo mariti natus: sed quãdo est natus in domo mariti, tunc sufficit, nec requiritur nominatio & tractatio, & ad hoc allegat gl. d. c. Michael. ¶ Modo veniendo ad hæsitationem istam indiuidualiter & singulariter: qa, vt voluit philosophus, sermones nostri efficiũtur veriores, si ad indiuidua descẽdamus, iste Martinus fuit recognitus vt filius ab illo Caio adulterio & ab illa matre & habitus, tractatus, & nominatus, & nutritus vt filius principaliter & per se, non enunciatiuè & indirectè: vt l. non nudis. l. neque natales. l. nõ epistolis. C. de proba. & ꝙ habetur in l. neque. C. de testa. & l. fin. ff. de proba. l. j. §. Iulianus. & ibi Barto. ff. de libe. agno. Et ideo dixit idem Bar. in d. l. j. §. per cõtrariũ. ff. de lib. agno. ꝙ aduocatus debet esse cautus, vt faciat duos articulos. primus est, ꝙ talis est, vel fuit talis. secundos est, ꝙ iste tractauit eum vt filium: ex hoc enim præsumitur filius & plus dicebat Bal. in d. l. non nudis. ꝙ si facto articulũ super filiatione, ꝑbo quedam accidentia: puta famam, & ꝙ parentes sic illum vocabant & tractabant, ꝙ valet huiusmodi probatio. ¶ Et si quispiã opponat de eo, quod voluit Inno. in c. trãsmisse. qui filij sint legi. vbi dicit, ꝙ nominatio requirit aliquã solemnitatem, sed non declarat quã solẽnitatem: sed Bal. in d. l. non nudis. dicit, ꝙ talis nominatio non debet esse perfunctoria: qa posset dicere aduersarius, ꝙ ista nominatio filiationis fuit facta cũ aliqua solennitate: qa fuit facta in actu principaliter, propter se & nõ enunciatiuè, & fuit facta in actu, qui consueuit exerceri erga veros filios, instituendo illum hæredem, vt est text. sing. & melior de iure in l. quidam cum filium. ff. de verb. oblig. de quo facit festum Bar. ibi, de illo exclamat Bal. in d. c. per tuas. de proba. & etiam posset dicit aliqualis solennitas in nominando filium, quando pater scripsit natale sui filij in libro suo, vt communiter faciunt patres. ita dixit Bal. in l. vnica. C. de confes. allegat gloss. insti. de inge. §. fin. quam reputat sin. Salyce. in l. etiam. ff. de probat. facit gloss. in l. de ætate. ff. de minori. & pulchrè dicit Nico. de Mat. in l. neq; natales. C. de prob. quòd si pater scripsit manu sua in aliquo suo libr. tali die natus est mihi talis filius, decidit, quòd inducitur quæsi pos. filiationis, & sequitur ibi Bal. ¶ Modò in casu nostro posset qspiã argumentari hoc modo difficilis & penè impossibilis est probatio filiationis, vt probatur in l. Lucius. ff. de cõdit. & demon. licet sit dare casum, in quo filiatio ꝓbari possit, vt voluit Iacob. But. in l. j. C. quorũ bo. quem refert & sequitur ibi Bart. si ergo filiatio probatur præsumptiuè in præsumptionibus est dare gradum, vt probatur in l. diuus. ff. de in integ. resti. & in l. j. C. qui & aduersus quos. & in c. afferte. de præsump. sed fortior est præsumptio, quòd iste Martinus fuerit filius Caij ex eo: quia concurrit primò, ꝙ mater asseruit istum esse filiũ Caij & illũ Caio tradidit. & ita fuit habitus, nominatus, & reputatus filius Caij. & vt filius tractatus in his, quæ congruunt vero filio, faciendo illum legitimari, instituendo illũ hæredẽ, istæ sunt vehementiores p̄sumptiones filiationis, ꝗ sit illa p̄sumptio ex eo, ꝙ fuerit natus ĩ domo mariti, & ↄcept⁹ eo tpe, quo vxor habitabat

bitabat cum marito suo:quia quæ non prosunt singula,multa iuuant,vt l.excipiuntur.ff.ad Sylla.l.spadonem.§.qui iura multa.ff.de excu.tut.c.illo vos,de pig.c.ad nostram,de emp.& vend.c.cum in diocesi, de vsur.gl.in l.2.§.j.ff.de excu.tu.gl.in l.3.§.eiusdem. ff.de testi. glo.in l.instrumenta.C.de proba.glo.in c. tertio loco.& c.cum causam,de probat.gl.in c.cum Bertoldus,de re iudi.& in c.cum dilectus, de succes. ab intesta.glo.in c.accedens,vt lite non contest.glo. in c.illud, de præsump.vnde plures præsumptiones
3 insimul iunctæ faciunt plenam probationem , † ita dicunt illæ glo.Bart.voluit in l.admonendi.ff.de iureiurand.& in l.1.§.item Cornelio.ff.de quæst.Saly. in d.l. bonæfidei.C.de iureiurand.Bald.in l.1.C.qui pro nu.tute.Bald.in l.sciant.C.de proba.& in l.3.C. ad leg.Iul.maie.& in rubri.de controuer.inuesti.in vsi.feu.& facit melior text.de iure in argu.tamen in l.qui sententiam.C.de pœnis,in versic.ad vnum rei finem conferentes.& gl.in c.dudum,de conuer.coniug.& glo.in c.cum ecclesia sutrina,de causa poss.& proprie.& sic facit illa regula,quæ non prosunt singula,multa iuuant.Cum ergo pro isto Martino concurrant tot præsumptiones,sequitur, ꝙ præualebũt illi præsumptioni,ꝙ fuerit conceptus ex marito,quę
4 vehementior præsumptio† tollit minus potentem: vt in c.afferte mihi gladium,de præsum.Sed ad omnia ista potest facile & verè respõderi, ꝙ omnes istæ præsumptiones licet sint numero plures, nihilominus censentur vnicæ ex eo : quia ab vno authore & ab vno fonte procedunt.Simile dicimus in sole,qui habet plures radios : tamen vnicus est sol,sicut dicimus in arbore habente plures ramos, tamẽ est vna arbor,sicut dicimus de ecclesia, quæ vnica est, licet sint plures ecclesiæ:& illius vnus est episcopus, qui fuit dominus noster Iesus Christus,vt habetur in c. loquitur.24. q. 1. fuit enim Christus primus episcopus in nouo testamento,vt ibi habetur, iuxta illud, quod magnanimus dicit Apostolus, inquit.n. assistens Pontifex futurorum bonorum.Cum ergo omnes istæ præsumptiones proueniũt ab vno fonte,ab vna radice infecta,& contra iuris præsumptionem, nulla est dubitatio,ꝙ præsumptio iuris est probatio liquida, & manifesta, vt superius fuit dictum, ergo sequitur,quòd liquida & euidens probatio non tollitur per præsumptionem, vel præsumptiones causatas ab homine suspecto, & infecto, & per consequens potentior est iuris præsumptio,& maximè in fauorem matrimonij, & fauorem prolis, ideo non tollitur,quòd naturale præfertur accidentali,vt l.filio quem pater.ff.de libe.& posthu.l.qui habet.ff.de tutelis.c.requisisti, de test.maximè quia huiusmodi assertio Caij & eius matris præiudicat dicto Martino:quia de legitimo facit eundem spurium, ꝙ esse non debet,omnes ergo illæ præsumptiones habent exordium ab ipso patre asserto:quia ille Caius eum tractauit vt filium , vnde non potuit immutare factum legis,& ideo dicebat Ludo.Roma.in l.neque. C.de test.ꝙ licet pater asserat, quem esse suũ filium nominet illum filium,& tractet illum vt filium, tamen potest probari contrarium,allegat.d.l.non epistolis.l.non nudis.l.neque natales.C.de proba.& sic voluit,ꝙ stabitur probationi contrariæ:sed præsumptio legis est probatio liquida,& nullam habet sinistram suspicionem,sequitur ergo,ꝙ eidem succumbunt illæ præsumptiones contrariæ,quæ exordium habent a persona suspecta & adultera,cui nõ est credendum,cum in propria causa loquatur,& in præiudiciũ alterius,vnde magis stabimus inhonesto possibili,vt dicit Bal.in d.l.filium.& adduco.l.vxorem.ff. de manu.testa.vbi vt Angel.vtar verbis ibi dicentis, hic est casus rotundus, quòd licet mulier dicat aliquem patrem pueri:tamen hęc extraiudicialis assertio nõ inducit probationem,ꝙ dicit apparere: quia potest in iudicio producta dicere oppositum, vt ibi est casus, quòd est mirabile in casu nostro.Cum ergo illa mater asseruerit illũ esse natum ex Caio non facit probationem : ergo multominus facit probationem nominatio illius asserti patris, & tractatio: nam multos tractamus vt fratres,q fratres non sunt licet eos vt fratres diligamus,vt l.nemo.§.1.ff.de hæredi. institu.eoque magis cum illa mulier exponere solere corpus suum pluribus cognoscendum, ideo non magis poterat dari huic Caio in filium, quàm alijs viris cognoscentibus carnaliter eandem fœminam.¶Et plus dico,& in hoc aduertat appensate d. iudicans : quia non videtur ille Caius habuisse pro firmo, ꝙ ille Marti.esset filius eius,ꝙ apparet ex illa institutione, in qua instituit eum hæredem dicens, ꝙ si non esset capax,instituit filios dicti Marti.& si illi filij non essent capaces,instituit Alphonsum, qui extraneus erat,ex quibus colligitur cõiectura,ꝙ dubitabat,si erat filius eius,& per consequẽs stabimus illi negationi,quòd non sit filius Caij,ex quo est negatio iuris. Et adduco,quod pulchrè voluit Bald.in c.fina.de probat.vbi dicit,ꝙ vbicunque est negatio, quæ resultat ex facto legis,dicitur liquida,& est probata eo ipso,quòd non probatur contrarium,& potius est iuris quã facti: quia probatur per rationem disputãdi:ergo dicitur probatio liquida,& per consequens cessant illæ tot præsumptiones,quæ allegatæ fuerant superius in contrarium:quia omnes illę presumptiones habẽtur pro vna,& per consequens succumbit probationi legis, & multofortius: quia in probatione actionum,siue actuum accipimus illud,quod est magis verisimile, vt probatur in c.licet causam, de probat. & l.ob carmen.§.1.ff.de test.& quod voluit Innocen.in c.auditis, de præscrip.facit c.quia verisimile, de presum.& l.non est verisimile. ff.quod met.cau.iuxta illud, quod dicitur in passione dominica,& conuenientia non erant eorum testimonia, & sic non est verisimile,ꝙ iste Mart.natus in domo mariti præsumatur conceptus nisi ex marito:ergo capiemus hanc partẽ magis verisimilem. Et ideo singulariter dicit Innoc.in d.c.auditis,quòd si testes dicunt, habere ius decimandi intra parrochiam, & aduersarius per tot testes probat competere suæ ecclesiæ ius decimandi in parrochia aliena vigore priuilegij,ꝙ data paritate testium statur testibus deponentibus iure communi, & non testibus deponentibus pro iure speciali,& sic pro priuilegio ex eo:quia primi deponunt pro eo, quod est magis verisimile. Et facit,quod voluit idem Innocen.in c. 1.de frigi.& malæfi.& c.dudum,de elect.& per consequens debemus capere viam,quæ fauet legitimationi, & non spurietati. Et facit simile, quod voluit Bal.post alios antiquos in l.qui contra. C. de incest. nup. ꝙ si Vltramõtanus clericus venit in habitu seculari ad Italiam,& vt laicus ꝯtraxit matrimonium Perusij cum quadam Perusina ignorante ipsum esse sacerdotem,ꝙ filij inde nati sunt legitimi, & succedunt parentibus vt legitimi, allegat, quod habetur in cap.2.qui filij sint legi. Ita dicamus in casu nostro,vt attendatur fauor filij legitimi:quia fauor publicus, vt ciuitas repleatur legitimis, & non bastardis. ita dixit Bald.in l.1.ff.soluto matrimon.non est ergo admiratione dignum,si dicamus,potius istum Martinum esse legitimum, quàm spurium natum ex adulterio : licet ergo illum nominauerit filium, & tractauerit vt filium longissimo tempore: tamen non propter hoc pręiudicatur illi Martino.¶Et si dicatur, ꝙ immo agitur de fauore illis Martini ꝑpter hæreditatẽ Caij diuitis & opulenti: quia ad respondeo,

deo, ꝙ fauorabilior est sibi, ꝙ fuerit natus legitimus & pauper, q̃ ꝙ fuerit spurius diues: quia melius est nomen bonum q̃ diuitiæ multæ, vt dicit sapiens. facit l. Iulia. ff. si quis omissa causa testa. & scribit apud Lucanū in tertio libro: sed pars vilissima rerum certamē nouistis, opes. & Seneca in prima epistola inquit, tanta est stultitia mortalium, vt ea quæ caduca & vilissima sunt, præferri tempori putent. Et Cicero in suis Paradoxis. in prima. nec ego, inquit, recta magnifica, nec pecunias istorū, in bonis appetēdis &c. & ideo colligunt docentes in l. transigere. C. de transac. ꝙ infamia est similis morti. & ideo qui negligit famam suam, vr̄ negligere vtiam. c. 2. de purg. cano. & dicebat Apostolus ad Corinthios primo. expedit mihi magis mori, q̃ vt quis gloriam meā euacuet. & melius est perdere omnia bona, q̃ famā, vt in ca. ex merito. vj. q. j. & facit. ca. nolo. 12. q. 1. vbi crudelis est, qui suam famam negligit. a pulchrè dixit Bal. in c. pen. de proba. ꝙ boni mores præferuntur nobilitati. allegat tex. quem dicit esse sing. in l. pronunciatio. §. matrem. ff. de ver. sig. & facit, qđ dixit Bal. in c. j. §. si quis hominē. de pace ten. ꝙ pro seruando honore licitū est prouocare ad duellū: & quod voluit Cy. in l. j. C. vnde vi. & Bar. in l. vt vim. ff. de iusti. & iure. & Bal. in l. in eadē. ff. ex quibus cau. ma. in inte. resti. & ideo Iuuenalis. reprehendit eos, qui potius ꝑferunt nūmos famæ, dum dicit. quid saluis infamia nūmis? & per consequens videtur, ꝙ potius agatur de commodo ipsius Martini tenendo, ꝙ sit natus legitimus, q̃ ꝙ sit natus spurius, arg. eius qđ hr̄ in auth. ex complexu. C. de incest. nup. & ad hoc facit tex. d. l. miles. §. defuncto. vbi dicitur, assertio mulieris nō debet præiudicare filio: ergo probatur ibi, ꝙ sit præiudiciū filio, vt sit natus ex adultera. & sic tendit ad dedecus & infamiā, & per consequens falsum est, ꝙ agatur de præiudicio ipsius. ¶ Præterea facit in arg. quod voluit glo. sing. in c. clerici. 81. dist. quā sic allegauit Bald. in l. data opera. C. qui accu. non pos. quæ gl. voluit, ꝙ si duo clerici testificātur me deliquisse hic, & duo laici testificantur contrarium, ꝙ potius stabitur dicto laicorum, & tamē clerici sunt digniores, & in testibus attenditur dignitas, vt c. in nostra. de testi. & l. ob carmen. ff. eod. & tamen clerici sunt enim dij. vt in c. sacerdotibus. 12. q. j. & c. cum ex iniūcto. de hære. & in ca. duo sunt genera. 12. quæstio. 2. dicitur, quòd sunt reges: & tamen præferuntur laici ex eo: quia testificatio eorum coadiuuatur præsumptione iuris: quia elegans præsumptio naturæ est, vt nō delinquat, vt in c. j. de serui. l. merito. ff. pro socio. & sic ideo præfertur: quia suam testificationē coadiuuat iuris præsumptio: sed in casu nostro iuris præsumptio coadiuuat. ꝙ iste Marti. fuerit natus ex marito: ergo potius stabimus præsumptioni iuris, quàm facto adulteri. ¶ Et ex istis elicitur conclusio vera & indubitata, quòd nō est probata sufficiēter filiatio Martini ex illo Caio, & adduco, quod voluit Salyc. in l. etiam. ff. de proba. vbi dicit, quòd de filiatione pōt fieri duplex scriptura, priuata & publica. priuata est, quando quis propria manu scribit tali anno, mense, & die natus est mihi filius vocatus tali nomine ex me & Berta vxore mea vel concubina. & ista talis scriptura probat in fauorem filij, quinimo possessionem filiationis: non tamen veram filiationem: ideo onus probandi contrarium trāsfert in aduersarium, sed contrarium aperte probatur ex iuris præsumptione, vt in dicto §. defuncto. Et est bene ponderandum. quia Salyce. ibi loquitur, quando illa scriptura non est contra præsumptionem iuris. immo habet iuris præsumptionem coadiutricem: quia loquitur eo casu, quo scriptura loquit̄ de nato ex vxore, quo casu ius ꝓsumit, ꝙ esset natus ex marito: vt in d. §. defuncto. & eodem modo de nato ex concubina iuris præsumptione, vt probatur in d. c. per tuas. & ideo non est mirū, si tunc trāsfert onus probādi in aduersarium, & sic inducitur quasi possessio filiationis ex regulari dispositione: qa quis hēt vxorē in domo, vel cōcubinā in domo, & nascit̄ ex ea in domo filius, tunc credit̄ scripturæ ꝑnæ, ꝙ ille sit eius filius, eodē mō si tractat eum, nominat eum, habet eum vt filium. & ita intelligatur, qđ voluit Nico. de Matta. & in l. neq; natales, quem ibi refert Bar. sed in casu nostro ista tractatio & nominatio filiationis est ꝯ regularem dispositionem actus: qa regularis dispositio actus est, vt videat̄ natus ex marito, & sic talis tractatio nō solū nō coadiuuatur a regulari dispōne: sed debilitat̄: qa filiatio reqrit duo extrema, vt probat̄ in l. Lucius. ff. de condi. & demon. quæ extrema sunt pater, & mater, vt voluit Bal. in d. l. neq; natales. sed in casu nr̄o ista duo extrema sunt probata ex regulari dispositione actus, siue suæ natiuitatis, vt ī d. §. defuncto. ergo stabimus potius regulari dispositioni ipsius actus: licet enim accidentia magnā partē conferant ad cognoscendum, ꝙ quid est, vt voluit philosophus in li. Metaph. refert Bal. in d. l. non nudis. glos. in d. l. dolum. C. de do. tamen ꝙ sit puer conceptus ex marito, est potentior aculeus: qa est regulare, & maximè cum mater illius exponeret se pluribus cognoscendam: qa non potest dici magis conceptus ex Caio, quàm ex alio cognoscente illam l. vulgò concepti. ff. de statu ho. & ita concludo ꝯm paruitatē mihi datam a principe Deo, istum Martinum præsumi natum ex marito & non ex Caio. Et ita concludo circa istum primū articulū. Et adduco Bar. in l. neq; professio. vbi colligitur, ꝙ asseueratio alicuius non facit filiū eum, qui non est, ergo &c. ¶ Capio secundū, in quo quæritur, dato ꝙ non probetur filiatio Martini, an nihilominus valeat institutio eiusdem Martini, vel nepotum, vel dicti Alphonsi quo ad bona, quæ non subiacent restitutioni. Et circa hoc est aduertendū, ꝙ ex superiori dubio liquidò apparet, istū Martinū non esse filiū Caij, nec assertio sua fecit eū filiū: qa stamus veritati & nō assertioni. veritatē enim colimus. l. j. C. de dedit. lib. tol. & si opponatur de l. fi. ff. de proba. respondet Bar. in l. neq; professio. ꝙ ibi nō facit eum filiū; sed facit presumptionē, ꝙ sit filius, nisi probetur contrarium. Sed in casu nostro probatur ꝯrium, vt est casus in d. l. miles. §. defuncto. ff. de adul. ergo cessat illa præsumptio, modo quo ad istū articulum arguo hoc modo. Vbicunq; relinquit̄ aliquid alicui vt filio, tunc si filius esse non reperitur,
5 nō valet legatū† iste est tex. formalis in d. l. neque ꝑfessio. Sed veritas est, ꝙ iste Martinus non est filius Caij: ergo institutio facta de eo nō tenet. & eodem mō non tenet de nepotibus: qa illos substituit vt nepotes. sed nepotes nō sunt. ergo bona illius Caij habere non possunt; qa nihil est, ꝙ magis impediat cōsensum nostrum, q̃ error. l. j. ff. de pac. l. si per errorē. ff. de iurisdi. om. iu. l. error. C. de iur. & fac. igno. licet iste testator fuerit vsus remedio iuris, de quo habetur in l. 2. C. de here. insti. vbi quando quis vult instituere spurium suum, & esse certus, ꝙ hæreditas nō deueniat ad fiscum. est enim remedium, ꝙ sibi restituat aliquem pro parte, quam capere non posset: vt refert Barto. ibi se fecisse fieri in quodam, qui habebat spurium suum legitimatum per quendam comitem, qui dicebat se habere priuilegium: tamen quia legitimatio posset reuocari in dubiū, cōsuluit, ꝙ eum institueret, & eidem substitueret, ꝯm formā traditam ibi, & hac cautela vsus est ipse testator, tamen ipse errauit: quia ex quo expressit in testamento istum esse suum filium, præsumitur, ꝙ ita credidit:

dit:quia illud credimur velle, quod verbis exprimimus.l.Labeo. §. idē Tubero.ff.de sup.lega.voces.n. sunt signa earū, quæ sunt in aīa passionum notæ: vt dicit philosoph⁹ primo Periermenias, & ideo dixit Bal.in c.mandatū, de rescri.ꝙ linguæ imperator est cor.& tractatu scismatis, dicit, ꝙ cordis ꝑco lingua est,ꝙ etiam voluit Cassiodorus.nullū magis mentis & fidei nostrę testimonium,ꝙ̄ qualitas inspecta verborum.ita refert Bal.in c.1.de testi.modo in suo testamento iste Caius instituit Martinum, vt filium, & substituit filios eius,& eius nepotes,& in hoc errauit, vt in primo dubio est dictū, ergo nec institutio valet,nec substitutio: nam vbicunque manifestissimus est sensus testatoris, nusꝙ̄ interpretatio verborum tantum valet, vt melior sensu existat. pulcher tex.est in l.si quis filium.C.de lib.præte.l.in ꝯditionibus primum locum.ff.de condi.& demon.ergo &c. Et ad prædicta adduco tex.in l.si pater.C.de hæred. instit.& l.nec apud. eo.ti.probatur,ꝙ si instituitur a testatore ille, qui coniunctus non est, cum testator errat,non capit cū effectu, ita probatur in illis duabus.ll.nam in l.si pater.testator errauit errore facti, in l.nec apud.errauit errore iuris,in l.si pr̄.errauit in agnatione ciuili.item d.l.si pater.loquitur, quando quis errat in descendentibus:& in l.nec apud.loquitur,quando errauit in transuersalibus.¶Et si opponatur,ꝙ falsa demonstratio non vitiat dispositionē: vt l.demonstratio.ff.de condi.& demonstr.Respondeo,ꝙ fallit in demonstratione, quæ continet coniunctionem,vel charitatem sanguinis,in qua debet distingui,aut testator errauit,aut sciuit, aut dubitatur,& idem in cognatione legali: vt l.nec apud.& facit,quod voluit Bart.in d.l.si pater,vbi dicit,ꝙ hæreditas deuoluitur ad venientes ab intestato, nec applicatur fisco:quia hæres institutus nō est indignus culpa sui, sed errore testatoris: ideo deuoluitur ad venientes ab intestato,nec applicatur fisco:quia hæres institutus non est indignus culpa sui: sed errore testatoris,ideo deuoluitur ad veniētes ab intestato, ꝙ dicit in perpetuò menti tenendum, & voluit glo. ibi nam nullus est titulus, cum habetur pro non titulo:sed ita est in casu nostro:quia testator errauit: quia putauit illum esse conceptum ex se, & tñ fuit conceptus ex marito, & per consequens errauit in cognatione naturali. Et ideo pulchrè dicebat Bart. in auth.ingressi.C.de sac.san.eccl.ꝙ si quis ingrediatur religionem & conferat illi monasterio bona sua separatim,& putabat ingressum tenere de iure,si postea appareat non tenere,ꝙ tūc recuperat bona.posito,ꝙ separatim illa obtulerit monasterio:quia errauit credens ingressum tenere,quo casu videtur errasse, & contra sua voluntatem obtulisse bona sua, & ita limitat glo.in d.auth. ingressi.& glos.in c.ꝙ ad te, de cler.coniug.& quod ibi volunt scribentes, & quod voluit Inno.& Host.& alij in c.pe.de proba.& mouetur Bar.ad sic dicendum per d.l.si pater,& d.l. nec apud. ergo multofortius dicemus ī casu nostro idem,vt non valeat institutio & substitutio, cū non agatur de fauore religionis, arg.auth.multomagis. C.de sac.san.ecc.& c.cum in cunctis,de ele.& iuxta illud, quod habetur in passione dñica.si in viridi ligno hoc faciunt,in arido quid fiet,& cum illo dicto Bar.transiuit Io.de Imo.& dom.Abb.in d.c.ꝙ ad te, ergo deuoluetur ad venientes ab intestato respectu Mar.& filiorum eiusdem. ¶ Præterea arguo,sic error causę finalis remouet voluntatem ab actu† ideo
6 institutio vitiatur ipso iure:qa causa finalis est fons & causa causarum: & præsumitur illa causa esse finalis,quæ secundum rationem iuris debet esse finalis.iste est casus formalis.in l.eam quā.C.de fideicō. hoc assumptum habui a Bal.in d.l.eam quam.allegat etiā ad hoc. d.l.si pater. inquit enim dicitur esse causa finalis,quæ assignatur a testatore.l.cum pater.§.dulcissimis.ff.de leg.2.not.in l.is qui animo.ff. de acquiren.poss.nam omnes actus humani dependent a voluntate & potestate: vt voluit Boetius,quē refert do.Petr.de Ancha.in c.cum super abbatia,de offi.deleg. pro quo dicto est tex.formalis in l.1.C.de leg. hoc colligit ibi Bal.cum ergo in casu nostro cesset causa finalis hui⁹ institutionis & substitutionis, & ergo debet cessare ipsa substitutio: quia cessante causa finali cessat effectus.c.cum cessante,de appel. l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patro.cum sim.nam finis est, qui mouet agentem, & omnes agens agit propter finem: ad quem omnes tendimus diuersa via,iuxta illud,quod scribitur in primo Enei.per varios casus,per tot discrimina rerum tēdimus in Latium.& apud Boe.in 3.libr.omnis mortalium cura, quam multiplicium studiorum labor exercet diuerso quidem calle procedit,tamen ad vnum beatitudinis finem nititur peruenire.cum ergo in casu nr̄o finis huius institutionis & substitutionis fuerit filiatio putatiua ipsius Mar. qui reuera filius ipsius Caij non est,nec filij ex eo nati sunt nepotes illius Caij,ergo cū cesset causa finalis,cessare debet effectus,ideo difficile est, vt bono peragātur exitu,quæ malo sunt inchoata principio,& sic ex mera & indubitata voluntate dicti Caij, iste Mar.& filij sui nō veniunt ad hæreditatem:quia cessat causa finalis,ad quam habuit considerationem vltimam ille Caius: sed istud est falsum.ergo &c. Et ista apponunt gladium ad radicem huius hæsitationis: vt nec pr̄,nec filij eius veniant ad istam hæreditatem: seu ad bona, quæ non subiacent restitutioni. Adduco ēt,quod voluit Bart. in d.l.eam quam.in prin.vbi colligit, ꝙ qñ testator errat in ꝯiunctione personæ: vt puta quia filium putat,vel fratrem illum,qui non est,siue erret in ꝯiunctione nālī,siue ciuili,non valet institutio.allegat.d. l.si pr̄. & d.l.nec apud. Et adduco,ꝙd voluit Ange. in repetitione.d.l.eam quā. vbi quærit, quid si legū doctor aduocatus intelligēs puellam,de qua ibi dr̄, acceptasset,& eam vt filiam instituisset hęredem,dubitat:quia non est pręsumendum eū errasse in iure, & aduersus talem errorem ēt minores aduocati nō restituuntur & legum doctores,qui non audiuntur petentes restitui, qñ desiderium eorum professioni ꝯdicit.l.ꝓfessio. C. de professo.& medi.li.x.l.j.C.q & aduersus quos.vbi hoc vr̄ probari apertè.degenerat ergo præsumptio ꝯ testatorem,ꝙ nō errauerit:ꝯriū credit esse verius de iure:quia ex quo testator puellam filiā nominauit in testō.ergo credidit eā filiam. l.Labeo.§.idem Tubero.ff.de sup.lega.vnde tollitur dicta præsumptio per hāc præsumptionē inductam ex verbis ꝯcurrētibus cum veritate.casus est in d.l.1. in ver.si causa cognita.& ita dicit se in contingentia facti cōsultum Ferrariæ rñdisse. ita formaliter dicit Ange.ibi, ergo sequitur,ꝙ multofortius in casu nostro,non tenet institutio,ex quo errauit in filiatione iste Caius,si non erat legum doctor,aut aduocatus. Et adduco,quod voluit Io.de Imol.in l.nemo.§.quī frater.ff.de hære.insti.colligit ex glo.fi.ibi,ꝙ quis intelligitur in dubio credere alio non apparēte illud, ꝙd loqtur,& non aliud,fecit.d.l.Labeo.§.idē Tubero.& ideo, inquit,si testator aliquē instituit hr̄dem nominans eū esse fratrē suū intelligit, & ꝓsumi dēt, ꝙ credit eū esse fratrē suū,& iō si probaretur,ꝙ non esset frater suus: sed alterius: non valeret institutio. ꝙ hoc verum, nisi ꝯstaret,ꝙ sciuisset ipsum non esse fratrem: qa licet nominasset eū fratrem: tñ non vitiaret instō,vt ibi patet, sed in casu nr̄o iste testator ignorauit illum Martinū esse filium illius mariti,& credidit esse filium suū,qui re vera nō erat,sequitur

ergo, ꝙ talis institutio est nullius efficaciç: quia contra volũtatem ipsius Caij, ergo stat cõclusio vera, ꝙ non venit, vt hæres ad dicta bona Marti. præfatus, nec filij sui. ¶ Et si quispiam dixerit, ꝙ venit ille Alphonsus institutus in subsidium. Et ad hoc adduci posset, quod voluit Bald. in d. l. si pater. C. de hæredi. insti. vbi dicit, quòd si filio putatiuo datus est substitutus, vel cohæres, an valeat testamentum respectu cohęredis substituti, & dicit, quòd ille allegat. l. 2. eo. tit. & quod ibi voluit Guil. de Cu. & in d. l. 2. dicit, ꝙ quando quis vult instituere aliquem incapacem, & esse certus, ꝙ hæreditas non veniat ad fiscum, consilium est, ꝙ instituat sibi cohæredem, vel substituat aliquem in illa parte, quam institutus capere non potest. & sic ꝓbatur ibi, ꝙ filio spurio testatoris potest fieri substitutio vulgaris: quia in ea non requiritur, ꝙ institutus in primo gradu sit capax. & pari ratione potest fieri fratri, minori, & deportato & damnato ad mortẽ. & cuilibet incapaci. ideo posito ꝙ dictus Mar. & sui filij essent incapaces hereditatis ipsius Caij: tamen quia eisdẽ fuit substitutus ille Alphonsus, poterit incipere testamentũ ab illa substitutione, vt est casus in d. l. 2. & sentiunt omnes docẽtes ibi, istud est, qđ reddit dubitabilẽ hũc secũdũ articulum, vt quo ad bona, quę nõ subiacẽt restitutioni, veniat dictus Alphonsus. Circa hoc ego considero, ꝙ iste Ca. iõ instituit illũ Alphõsum, nõ vt sibi caperet hæreditatẽ illã: sed in fraudem videtur facta illa substitutio: vt hæreditas remaneret penes illum Mar. vel filios suos, quo casu sicut non valet prima institutio & substitutio. eo. modo non valet secũda, & ad hoc allego, q̃ sapienter voluit Bal. in l. hac edictali. §. omni circumscriptione. C. de secun. nup. vbi formaliter videt̃ decidere istam dubitationẽ. dicit enim no. istũ tex. ꝑ quẽ põt terminari talis qõ, pater suũ spuriũ hæredẽ instituit, & adiecit in testamẽto, ꝙ hoc faciebat contemplatione cuiusdã capacis: vt hoc præsumatur factum in fraudem legis, ꝙ Bal. putat esse verũ si ille tertius sit talis, qui nunq̃ si perituꝛus, vt est tex. Franciç, vel Papa. ita formal'r ibi dicit. Cum ergo in proposito iste Alphonsus si talis persona dilecta ab ipso Ca. de quo plurimũ cõfidebat, ꝙ nũquam peteret istã hæreditatem: vt est dictũ; ergo sequitur, ꝙ semper remaneret penes illos Mar. vel filios eius. & ꝑ cõsequens remaneret penes eos, qui non essent filij, nec nepotes dicti Caij. & sic non videret̃ adhibitus, vt remaneret penes eundem Alphon. d. hæreditatis: sed penes eos, qui nõ sunt neq; filij, nec nepotes. nec est necesse insistere, an auus possit relinquere nepoti, nato ex spurio suo, de quo plenè refert Bart. dicta antiquorũ in l. Gallus. §. si is qui. ff. de libe. & posthu. quia iste Mar. non est filius Caij. nec filij illius Mar. sunt nepotes Caij. Et ex istis elicitur conclusio vera & indubitata, ꝙ non tenuit institutio Mar. nec nepotum, nec Alphon. & ita cõcludo. ¶ Capio tertium dubium, vtrum in testamento Titij intelligantur Ca. & Sempronius & eorũ filij ad inuicem substituti, & quomodo. Et pro certo mihi videtur, quòd videantur inuicem substituti, & considero verba ipsius testamenti, dum dicunt. & si dicti eius filij, & vterque ipsorum fine filijs, & descẽdentibus masculis, & ex linea masculina, aut sine testamento decederent, & ipsi aut ipsorũ filij nõ alienasset casamentũ suæ habitationis & fortilicia, tũc & eo casu non aliter substituit filios masculos Francisci sui fratris carnalis, ita vt ipsa sua bona veniant ad masculos tãtum de eius cippo. Ex quibus verbis apparet liquido, ꝙ dictus testator substituerit filios filiorum, quod sic demonstro ad oculum, testator voluit, quòd si filij sui aut filiorum filij non alienassent, substituit filios masculos fratris. ex quo enim voluit testator illa bona peruenire de suis nepotibus ex filijs ad filios fratris de eius cippo, videt̃ eos ad inuicem substituisse, vt filij ab eo instituti restituant filijs filiorum & descendẽtibus masculis. iste est tex. elegans in l. quoties. C. de fideicom. & ibi val de sapienter colligit Bal. no. inquit, ꝙ ex qualitate
7 ceptio: tñ potest opponi exceptio † ꝙ debitum non est liquidum. ideo Bal. in l. si causam. C. de execu. rei iudi. dicit, ꝙ prius debet liquidari, & deinde exequi. Et dicit, ꝙ super liquidatione est citanda, qñ requirit causæ cognitionem, & idem Bal. in l. 1. C. de iuris & fac. igno. dixit, ꝙ impedit executionem exceptio, ꝙ debitum non sit liquidũ, & idem voluit in l. si quidem. C. de exce. & in l. si residuum. C. de distra. pig. & in c. pastoralis. §. qm̃, de rescript. & in c. pastoralis. §. quia verò, de offi. deleg. & in l. acceptam. C. de vsur. & in l. 1. ff. de eden. & in l. 1. ff. de leg. 2. & idem Bal. in l. cum testamento. C. de testa. manu. in finalibus verbis, ꝙ si instrumenta confessionata habeant conditionem purificatam: sed in iudicio nondum probatam dicuntur pura; non tamen merentur executionem ante liquidationem. Et facit, quod dixit idem Bal. in l. apertissimi. C. de iudi. vbi dicit, ꝙ ante liquidationem debiti non potest iudex incipere a captura. l. 1. C. de prædi. cur. li. 10. & facit, quod voluit Bar. & Ang. in l. ait pretor. §. si quis paratus. ff. de ope. no. nun. & Ang. in l. 4. §. prætor ait. ff. de re iudic. & in l. si quis dicat. ff. de manu. & adduco, quod egregiè dixit Bartol. in l. proinde. §. notandum. ff. ad l. Aquil. vbi voluit, statuta Italiæ volunt, ꝙ instr̃a habeant executionem paratam, est verum, si est liquidum. secus si non est liquidum, ponit exemplum in terminis nr̃is, promisisti mihi emendare damnũ: tñ non apparet, quantũ sit, certè ego adibo iudicem, vt declaret damnum, non vt condemnet. Ita dicit dr̃e intelligi. l. j. C. de sen. quæ sine certa quãti. ex hoc datur intelligi, ꝙ non rectè loqtur Bal. in d. l. cũ testõ. inquantum voluit, ꝙ pendente iudicio in hypothecaria fiet discussio: qa declaratio finget a tunc retro bona nõ fuisse soluendo ante lit. ꝯte. Bal. non loquitur in casu nr̃o: vnde si non põt peti executio ꝯ eum, qui dr̃ debitor, nisi prius liquidetur debitum suum, quanto fortius non poterit agi ꝯ tertiũ possessorem. & ēt quia Bal. in d. l. apertissimi. voluit, ꝙ non põt incipi a captura eiusdē debitoris, nisi debitum sit liquidũ. ergo sequitur, ꝙ multominus poterit agi ꝯ tertium possessorē non liquidato debito contra ipsum principalem, ergo ex istis stat regula, ꝙ debitum non liquidum dẽt liquidari. & facit. l. hoc aũt. in ver. ꝯstare, liquere pretori. ff. ex quibus caus. in possess. ea. ¶ Stat modò dubitatio, vtrũ sit liquidum ꝯ debitorem, an ꝯ tertium possesso. opponitur per partem aduersam, ꝙ debeat, vel possit liquidare contra tertium, & adducitur dictum

ctum Bar.in d.l.creditores.vbi dicit,ꝙ ɔ̃ ipsum debitorem potest licentia intrandi propria authoritate exerceri sine iudice:quia omnia sunt liquida, sed ɔ̃ tertium possessorem non est ita liquidum:quia potest esse dubium,an habeat causam,vel non:hoc ergo debebit coram iudice liquidari & summariè, sicut dicimus.in l.a diuo Pio.§.super rebus,de re iudi. Et sic pondera istud dictum Bar.quia non loquitur, quò ad factum tangẽs ipsum tertium possessorem, & ipsum debitorem,sed loquitur quoad factũ concernens dumtaxat ipsum debitorẽ,& sic Bar.loquitur de liquidatione fienda ɔ̃ ipsum tertium possessorem,& sic loquitur,qñ factum liquidandum concernit ipsum tertium,postea dicit idem Bar.pone,ꝙ debitor non solùm dedit lnĩam ingrediendi: sed constituit se creditoris nomine possidere simpliciter,vel præcariò decidit,ꝙ ex hoc tribuitur plus iuris creditori.& iõ poterit exercere illam lnĩam intrandi propria authoritate ɔ̃ tertium possessorem:non tñ Bar. ibi repetit de liquidatione facienda,dr̃,ꝙ vr̃ sentire ɔiungendo dicta sua,ꝙ non sit opus liquidare, pro certo istud est male dictũ:nam Bar.ibi loquitur primò non esse opus liquidare ɔ̃ illũ debitorem,& mouetur:quia oĩa liquidata ɔ̃ illum primum debitorẽ, & sic frustra liquidaretur debitum,& sic Bar.vult ibi aperto ore,ꝙ si liqdata sunt oĩa ɔ̃ ipsum debitorem, non est opus aliter liquidare ɔ̃ eundem.ergo sentit, ꝙ si non est liquidatum debitum,dẽt liquidari ɔ̃ ipsum debitorem,& iste est casus nr̃:quia debitũ non est liquidum ɔ̃ ipsum debitorem. Subdit postea ibi Bar.sed ɔ̃ ipsum tertiũ possessorem non est liqdum: qa potest esse dubium, an habeat cãm vel non.hoc ergo debet coram iudice liquidari & summariè, & sic Bar.loquitur quoad ipsum tertium & quoad ipsum creditorem,quo ad ius tangens ipsum tertium in hoc requirit,ꝙ liquidetur.postea dicit, ꝙ si debitor constituit se nomine creditoris possidere,creditor habet plus iuris ɔ̃ singularẽ successorem, sed an tũc requiratur,ꝙ liquidetur, nihil dicit ibi Bar.ideo vr̃ stare in proposito dicto,ꝙ requiratur liquidatio, & sic malè allegatur Bart.velle,ꝙ non requiratur liquidatio ẽt respectu ipsius tertij.ideo vr̃ dicendum, aut loqtur de liquidatione debiti quoad ipsum debitorem,& tunc si non est liquidum,debet liquidari,antequam petatur executio instr̃i ɔ̃ ipsum debitorem, ergo multo fortius qñ petitur ɔ̃ tertium.Istud voluit Bar.in d.§.notandum.& Bald.in d.l.apertissimi. impedit enim executionem exceptio instr̃i non liquidi,aut loquimur quò ad tertiũ,& tunc aut põt esse dubium,vtrum habeat cãm a debitore,& debet liquidari summariè,istud est dictũ Bart.licet postea dicat,ꝙ plus iuris habet per constitutum.Illud dicit quò ad apprehendendum possessionem propria authoritate: ad hoc enim habet plus iuris,sed nõ quò ad liquidandum,vtrum habeat causam a debitore, vel non.& sic Bar.non recedit a primo dicto,ꝙ dẽat liquidari. Item istud non facit ad propositum:quia nos sumus in alio passu,videlicet,ꝙ instr̃m non est liquidum.¶ Et si diceremus,ꝙ inquantum Bar.dicit, ꝙ habet plus iuris per constitutum ideo vr̃ dicere,ꝙ non est opus liquidare,oporteret dicere,quod istud accidit ex constituto,vel ex constitutione precarij:& tunc dico istud esse falsum:qa Bal.in c.j.in ti.de feu.

8 dato in vicem legis commis.dicit,ꝙ precarium † vel ɔstitutum est accessorium ad ɔ̃ctum,in quo apponitur, & si ɔ̃ctus non tenet, nec tenet precariũ in eo appositũ,& si ɔ̃ctus est simulatus,eodem modo presumitur esse precarium, vel ɔstitutum.idem voluit in l.ex testamento.C.de fideicom.voluit Bar.in l.sicut.§.superuacuum.ff.quib.mod.pign.vel hypo.sol. & in cõsilio, quod incipit.Petrus Niolæ, regulatur ergo a natura principalis, ergo si instr̃m non valet nec valebit constitutum,vel precarium,arg.l.fi.ff.de ɔsti.pecu.quam allegat pro singulari Bald.in l.si absentis.C.si cer.pet.ergo eodem modo sicut si instr̃m non est liquidum, non potest mandari executioni: eodem modo constitutum: quia regulatur a principali,arg.l.cum principalis.de regu.iur.vnde in casu nostro est vera ɔclusio:quia nõ potuit peti executio instrumenti,nisi liquidatum fuerit instr̃m ɔ̃ debitorem:sed in casu nostro nõ est liquidatum:ergo non meretur executionem dictum constitutum,& multominus ɔ̃ tertium possessorem,nec Bal.in d.l.cum testamento.C.de manu.testa.loquitur in casu nr̃o: loquitur enim non in executione,quæ fit pendente lite super hypothecaria,sed loquitur in liquidatione debiti principalis ɔ̃ ipsum debitorem,& sic malè allegatur Bald.ɔ̃ istam ɔsultationem. Et sic duo obstãt illi Iacobo.primum est,ꝙ non est liquidũ instrumentum principalis debiti ɔ̃ illum Antoniolum,secundum est posito,non tñ concesso,ꝙ esset liquidũ, tñ non est facta excussio principalis per illum creditorem.¶ Et si dicatur, ꝙ potest fieri executio ɔ̃ tertium possessorem,& pendente iudicio liquidabitur illum debitorem non esse soluendo,vt voluit Bald. in d.l.cum testamento.Ad hoc facile est respondendũ,exceptio preposterationis ita impedit iudicium, si opponitur,qñ est vnius causæ ad aliam, vt voluit Bart.in l.si probatum.C.comm.diui.per id, quod ipse voluit in l.prolatam.C.de sen.& interlo.om.iud. sed si non opponatur, valet iudicium. Ita intelligatur glo.quæ reputatur sing.in l.si mancipium.§.si in

9 cõi.ff.de euic.q̃ dicit, ꝙ exceptio † præposterationis est de apicibus iuris. Et adduco Bart.in l.a diuo Pio. §.in venditione.ff.de re iudi.vbi dicit,ꝙ ille ordo est de iustitia,& non vitiat, nisi opponatur. Et adduco dictum Spe.in ti.de causa pos.& proprie.§.j.ver.sed pone primo.vbi dicit,ꝙ si deducitur possessorium & petitorium insimul, debet prius pronunciari super possessorio,& postea super petitorio: vt in c.cum dilectus,de causa pos.& proprie.sed pone,ꝙ peruertitur iste ordo,tenet,ꝙ valet iudiciũ:sed debet appellari.facit,quod volunt omnes scribentes in c.qm̃ frequenter.§.in alijs,vt lit.non conte.vbi dicunt,qñ

10 omittitur † ordo ibi datus, non vitiatur iudiciũ,sed debet appellari,& quod voluit D.Car.& D.Anto.in d.c.cum dilectus.& in c.2.de ordi.cogni.& D.Anto. in cap.1.de sequestra.poss.& quod hr̃ in l.1.C.de appel.& in l.si quæramus.ff.de testa.& in c.exhibita,de iudi.licet ergo Bal.in d.l.testamẽto.& Ang.in auth. de fideiut.§.sed neque.dicat, ꝙ pendente iudicio in hypothecaria potest fieri discussio principalis debitoris,& dixit ibi Ang.ꝙ si fiat executio contra tertiũ possessorem,valet iudiciũ non facta executione principalis debitoris,procedit, nisi opponatur per iura, & dicta doctorum relata superius a me. Sed in casu nostro fuit oppositũ de ista excussione prius fienda, ergo non tenuit iudicium. Et etiam,ꝙ plus est,in casu nostro:quia obstant duo impedimẽta : quia non est liquidũ principale debitũ, nec est facta excussio. Et ex istis vr̃ proiecta in profundum Iac.But.lnĩa,& etiam posito,non tñ concesso,ꝙ esset vera,& ꝙ illud operatur ɔstitutum,nihilominus illud est verum,qñ debitum principale est liquidum:tũc operatur ɔstitutum illum vigorem,quem dixit Ia.Bu.sed vbicunque debitum non est liquidum,tunc non potest executioni mandari,nisi prius liquidetur. Et eodẽ modo ɔstitutum non operabitur suum effectum : quia impedito instr̃o impediuntur precarium, constitutum,& omnes clausulæ in eo appositæ,vt est tex.val de sing.in l.fi.ff.de consti.pe.voluit Bal.in l.si absentis.C.si cert.peta.& facit,quod voluit gloss.in l.si patronus.

tronus.§. patronum. ff. si quid in frau. patro.quam Bald. in suo consilio incipiente filia instituta, dicit esse auream, quæ voluit, ꝙ omnes clausulæ appositæ in instrumento regulantur secũdum clausulam principalem,& idem voluit Bal. in l. si ex cautione. C.de non nume.pecu.& quod voluit Bart.in l.fin.§. idem quæsijt.ff.de condi.inde.& do.Abb. consil.72. Si ergo principale debitum non est liquidum, ergo non meretur executionem,ergo eodem modo non meretur executionem clausula constituti, quæ est accessoria ad debitũ principale. Et facit dictũ Bart. in l.si probatum.C.com.diui.vbi dicit,ꝙ si ageretur contra fideiussorem,& non esset facta excussio,procederet iudicium,nisi opponatur:quia tunc non valeret.& istud sequitur ibi Salyc. qui limitat dictum Barto.posito ꝙ exceptio ordinis non sit opposita, tamen vt petitio actoris aptè concipiatur, opus est,vt in petitione narret,quòd principalis est inops,& nõ soluendo,allegat Iac.de Are.& Cy. in auth. præsente.C.de fideiusso.in 3.q.& si ita est, licet exceptio ordinis non opponatur,tunc illius inopia erit probanda in processu,cum illa sit causa intentionis actoris contra fideiussorem. Et subdit ibi Saly. ꝙ si agatur contra extraneum pignorum possessorem,antequã excussio fuerit facta contra principalem, quòd petitio teneat,& super ea ꝓcedatur,nisi exceptio præposterationis & ordinis fuerit opposita ante lit.conte. Ecce qualiter in terminis Salyc. tenet hanc conclusionem,nisi fuerit oppositum.& istud tenet Bal. in terminis ibi,& licet Bal.in auth. contra rogatus. C.ad Treb.dicat,ꝙ excussio omissa potest suppleri, dico,ꝙ limitatur,nisi fuerit opposita ante lit. conte. quia tunc reddit nullum iudicium.& sic dictũ Bald. in d.l.cum testamento restringitur, nisi opponatur exceptio excussionis ante lit.conte. vt ibi voluit, & in d.l.si probatum.& Bart.& Sal. ¶ Et licet Lu. Ro. in l.stipulatio.§.habet.teneat dictum Bald.in d.l. cũ testamento.vt lit.pen.possit fieri excussio,tamen restringitur,nisi fuerit opposita exceptio. facit, quod voluit Bar.in l.si constante.ff.solu. ma. in tertia quæstione principali.in ij.q.vbi loquitur in muliere, cui hypothecata sunt bona mariti, vt non possit venire ad tertios possessores,nisi prius excutiatur maritus, ergo multifortius requiritur excussio ab eo, qui nõ est priuilegiatus. Facit etiam:quia requiritur,quòd iudex pronuntiet factam esse excussionem: vt decidit Barto.in l.stipulatio.§.habet.ff.de ope.no. nunc. & idem ibi sequitur Ange.& in authẽ. hoc si debitor.C.de pign.& in l.exitus.ff. de acquir. pos.& in §. neque.in authen.de fideiusso.& probatur in l. tutores à patruo.ff.de confirma.tuto.& probatur in l. si eum.§.fi.ff.de fideicom.lib. voluit Bal.in l.licet. ff. si quis omis.cau.testa.& facit,quod voluit Bald.in authen.sed hodie.C.de actio. & oblig. vbi decidit,ꝙ si debet recurri contra tertium possessorem, requiritur declaratio: sed in casu nostro debet recurri ad tertium possessorem,ergo sequitur,quòd debuit iudex pronunciare.& istam partem sequitur Ludou. Roma.in dicta §.habet idem voluit Saly.in d. auth. sed hodie.Facit,quod voluit Bar.in l.lege Aquilia si deletum.ff.ad leg.Aquil.& in l.manifestæ.ff. de iure iur.& in l.eius q.ff.de iure fisci.& in l.2.§. ꝙ si actor. C.de iura.cal.& d.Cardi.in c. cum non ab homine. ff.de iudi.ergo sequitur,quòd si requiritur, quòd iudex pronuntiet esse factam executionem, antequã deueniatur ad pignorum extraneos possessores, sequitur,ꝙ non potuerit conueniri hypothecaria tertius non excusso principali,maximè quando opponitur contra lit.cõte.de excussione non facta,maximè cum tractet de damno euitando ille tertius, qui habet ex causa onerosa;quia emit dicta bona, & est magna iniquitas:quia illud,quod sibi non nocet,& alteri prodest,recusat facere,quod esse non debet.l. prima.§.item Varus.ff.de aqua plu. ar. ¶ Et si quispiam opponat, quòd ex quo ille Iac. posuit capitale,posito ꝙ ille Antoniolus in exercitio suo non fuerit lucratus:sed perdiderit,tamen certum est, ꝙ pro dimidia tenetur reficere capitale per id, quod not. Bald.in l.j.C.pro socio.ergo debitum principale est liquidatum pro dimidia.Ad hoc respõdeo, posito, non tamen concesso,ꝙ ita esset: nõ tamen propter hoc dicitur liquidatum primum debitum:quia nõ venit appellatione probationis liquidæ,vt no.Ioan. de Imo.in l.quæsitum.ff.de re iudi.& do. Ant. in repetitione.c.nostra.de coha.mul.& cle.& facit,quod no.Bar.in l.si constante.ff.so.matri.quæ dicatur probatio liquida & euidens,& quod no. D. Anto. in c. auditis.de in integ.resti.& in c. cum inter. de re iud. & in c.cum olim decem.& in c.translato. de consti. & sic non videtur liquidatum debitum. Item posito,non tamen concesso,ꝙ esset liquidatum debitũ: non tamen est facta excussio & pronũtiatum super ea, vt deueniatur ad pignorum extraneum possessorem. Item non est verum, ꝙ ille, qui ponit operam duntaxat,teneatur reficere partem capitalis,si alter posuit capitale.vnde ille,qui posuit operam perdit operam, & ille qui posuit pecuniã perdit pecuniã, ita voluit glo.in d.l.prima. C. pro socio, & in l.si nõ fuerit.§.j.ff.eo.ti. & Pe. ibi distinxit, aut pecunia est perdita ante præstationem operarum, & tunc periculum & damnum est commune, per l. cum duobus.§.qui sagatiam.ff pro socio.l.si id quod.§. idem Celsus.eo.ti.aut post operas prestitas pecunia est deperdita, & tunc gl. dicit verum quòd habet damnũ operarum,& hãc doctrinam sequitur Cy.in d.l.prima.& facit ratio,posito ꝙ fuisset prospera fortuna: tamen de capitali nihil habere debetis, qui operã præstitit,ergo nec de eo debet perdere, arg.l. secundùm naturam.ff.de condi.indebiti.& ideo dixit tex. insti.pro socio.§.secundo.ꝙ sępe opera alicuius pro pecunia valet, & sic non est expeditum illud, quod dicitur ex aduerso, ꝙ teneatur ad dimidiam capitalis ille Antoniolus,quia non saperet naturam societatis:qa deploraret suos labores,& suas operas perdidisset,& vltra hoc teneretur ad dimidium capitale reficiendum,& sic nõ esset societas inter eos,quę dicitur esse quædam fraternitas, vt l. verum. ff. pro socio.& (quod plus est) adderetur afflictio afflicto, quod esse non debet.7.q.prima.c.cum percussio. v. di.c.mulier.& l.diuus.ff.de offi.præsi.immo si grauatur in vno,debet releuari in alio,arg.l. eũ qui. ff. de iureiu.cum si.& sic ille Antoniolus non est obligatus ad dimidiũ capitale.& per consequẽs non cẽsetur obligatus.ergo non operabitur aliquid illud cõstitutum.¶ Et adduco, quod pulchre voluit Bal. in rubri.C.de succe.edic. vbi dixit ꝙ hęreditati iacenti datur curator,qui satisfacit creditoribus, quorum debitum est liquidum, si autem non est liquidum, nõ stet cũ eis in iudicio,vt not. in simili in l.si in causam.cum l.seq.C.quando fis.vel priuatus. quod est valde no.ad casum nostrum. non ergo stabit in iudicio iste tertius possessor cum illo asserto creditore debito non existente liquido: quod rectè facit pro eo,quod voluit Baldus in d.l.apertissimi. vt non capiatur persona,si debitum nõ est liquidum. ¶ Præterea facit tex. valde elegans in l.prima.C.de conue. debi.lib.x.vbi Barto. colligit, quòd non potest conueniri possessor ex hypotheta bonorum, nisi prius principali discusso. ergo in quantum Baldus in d.l. cum testamento.dicit,quòd potest cõueniri tertius possessor, & pendente iudicio potest fieri discussio, dico,ꝙ ipse dicit contra casum. d.l. primæ. & Bald.

nihil allegat pro dicto suo ibi, nisi quòd colligit ar. ex illa l. quo casu ar. non est casus legis, vt dixit ibi tex. in cap. forus. §. ar. de ver. si Ioan. An. in c. primo. de pac. ergo non valet iudicium non discusso principali, & maximè quando fuit oppositũ, vt in casu nostro. ¶ Præterea facit, qđ dixit Bald. in l. decem. ff. de verb. obl. vbi refert Iaco. de Are. in tractatu excussionis dicere, quòd in excussione & pronũtiatione, qua pronunciatur deueniri posse ad possessores, debent ipsi poss. citari, ar. l. secundæ. C. si ob publicã pẽsio. & l. magis puto §. ne passim. ff. de rebus eorũ. ergo sequitur, quòd si citandus est possessor, quando excutitur principalis, & quando pronuntiatur non soluendo, ꝙ nullo modo põt deueniri ad tertiũ possessorem, nisi prius excusso debitore principali. Facit, qđ voluit Bal. in l. nã ita diuus. ff. de adop. in suis verbis fi. Facit, qđ voluit Bal. in c. ex rescripto. de iureiuran. Ad prædicta adduco Ang. in terminis nr̃is proprijs. in l. fi. ff. si cer. pe. vbi dicit, sis cautus tu aduocatus in libello deducere, notorium esse, debitorem principalem esse non soluendo, & quòd sit notorium in iudicio, aliàs succumberes veniendo cõtra tertium possessorẽ, si opponeretur exceptio præposterationis. secus si non opponeretur: quia tunc peruertitur ordo vnius causæ ad aliam, vnde non viciatur processus, allegat. l. primam. C. de appel. per Guil. & Cy. in l. prolatã. C. de sen. & interlo. om. iudi. Ecce nũc qualiter datur præcipuũ lumen ad illud, quod voluit idem An. in d. §. sed neque. vt restringatur, nisi opponatur, & ita restringatur per hãc doct. dictum Ang. quod voluit Bal. in d. auth. contra rogatus. & in d. l. cum testamento. Et adduco, qđ voluit Ang. in l. si mancipium. §. si cõi diuidundo. ff. de euic. vbi refert do. Bar. in d. l. si probatũ. C. cõ. diui. quam dicit esse sing. Et dicit, ꝙ si ago contra possessores pignorũ nõ opposita exceptione excussionis contra principalem, valet & tenet iudiciũ: quia ista excep. ordinis est declinatoria, ideo dẽt opponi ante lit. cõte. & sic Ang. stat in illa cõclusione, ꝙ dẽat opponi vt iudiciũ reddatur nullũ, vt fuit in proposito. ¶ Præterea facit ad prædicta, quod voluit Bal. in l. si causam. C. quando fis. vel priua. in fi. vbi decidit, quòd tempore excussionis debet probare se esse creditorem. l. fi. C. de fide instru. l. in leg. Aqui. si deletũ. ff. ad leg. Aquil. auth. ei qui. C. de bo. auth. iudi. poss. sed facta excussione ad hoc vt tertius condemnetur hypothecaria est plenè probandum, allegat Iac. de Are. quod dicit esse bene no. Modò in proposito decidit hanc quęstionem, vult enim, quòd prius liquidetur debitum summariè in excussione fienda, & postea agatur cõtra tertium possessorem, & per cõsequens non potest agi contra tertium possessorem non liquidato prius debito principali. Facit, quod voluit Bar. in d. l. si mancipium. §. j. vbi allegat dicta in l. si probatum. & dicit, ꝙ si agatur cõtra pignorũ possessorem non discusso prius principali debitore, & opponitur ante lit. conte. ꝙ iudiciũ redditur nullum, aliàs secus. & sic vno ore omnes scribentes tenent istam partem, vt iudicium reddatur nullum, si fuerit oppositum, vt fuit in casu nr̃o. Et facit rõ incõuincibilis, iudiciũ præparans debet ꝑcedere iudiciũ præparatũ. l. ordinarij. C. de rei vendi. & ibi Bal. in l. certi. C. de interdi. sed excussio est iudiciũ pręparans: quia præparat actionẽ cõtra fideiussorem, vel pignorum possessorem. ergo sequitur, quòd præcedere debet actionem hypothecariã. ergo &c. ¶ Præterea facit ad prædicta, in isto iudicio agitato cũ tertio possessore non fuit citatus debitor principalis. ergo non tenuit: quia cõtra partem inauditã aliquid diffinire non possumus, nec debemus. Ita dicit text. in capi. primo. de causa possess. & propriet. & faciant illa gñalia. l. nã ita diuus. ff. de ado. l. de vnoquoque. de re iudicata. l. si deserta. C. si ob pub. pen. ergo non tenuit illa sententia. ¶ Et si opponitur, ꝙ non propter hoc inualidatur iudicium, vnde iudicium valet: sed quò ad præiudicium absentis non citati nõ præiudicat, & adducitur dictum Bald. in l. ab eo. C. quomodo & quando iudex. vbi dixit, quòd ad substantiam iudicij sufficit citari illum, ad quem dirigitur petitio, sed quo ad extensionem præiudicij non præiudicat illa sententia, nisi fuerint citati illi, quorum interest, & dicit fuisse doctrinam Inn. in capit. humilis. de maioritate & obedientia. Cum ergo iudicium istud fuerit directum contra istum tertium possessorem, ergo satis fuit, quòd ipse fuerit citatus, & sic non infringitur ista sententia ex hoc capite. Ad hoc tollendum facilis est responsio & pro certo admiror vehementer de Bald. qui ita ex abrupto loquatur: nam Innocen. in dicto capit. humilis. dicit, quòd in discussione requiri debent omnes, quos tãgit. l. nam ita diuus. ff. de adop. in l. in causæ. §. causa. ff. de mino. sed si non vocẽtur, nihilominus tenet quod factum est, sed absentibus non præiudicat. l. etiam. §. vltimo. ff. de mino. Alij dicunt argu. eiusdẽ. l. quòd non tenet, quod factum est. & potest dici nõ tenere sententiam latam, nisi per edictum solenniter euocentur. ff. quæ sen. sine appel. re. l. prima. §. item cum ex eo. sed bene tenet, etiam si non vocentur singulariter, sed non præiudicat eis, qui non audierunt edictum, Ista sunt verba formalia Innocẽ. ex quibus apparet, quòd Innocen. refert duas opiniones. vna est, quòd iudicium fit. Innocent. eligit tertiam opinio. sententiam latam nõ tenere, nisi per edictum solenniter euocentᷣ, sed bene tenet, etiã si nõ vocentᷣ singulariter, sed nõ ꝓiudicat eis, q nõ audiuerunt edictum. & ita eundem Innocen. refert domi. Cardina. in dicto capit. humilis. in secunda quæstione, ergo vago errore ductus fuit Bald. dicendo fuisse dictum Innocen. quia sua honorificentia salua non bene dicit, immo fuit opi. quorũdam, quòd sufficiat citare illum, ad quem dirigitur petitio, & valet iudicium. postea Innocen. refert alios tenere, quòd non valet, quod factum est, ex quo Inn. refert vltimo loco istam secundam opinio. videtur eam magis approbare, quàm primam, argu. eius quod habetur in l. qui filium. §. Sabini. ff. ad Trebel. & qđ voluit Ioan. An. in c. j. de priui. lib. vj. & Bal. in auth. ex testamento. C. de colla. & in c. j. in tit. an apud iudi. vel dominũ. in vsi. feu. & qđ voluit Cy. in l. cũctos populos. C. de sum. trini. & fide catho. ergo &c. ¶ Itẽ Innocen. facit tertiam opinionem: quia dicit, aut fuerunt citati in genere, & nõ singulariter, & valet iudicium, aut non, & non tenet. Si ergo non fuit facta citatio per edictum in genere, iuxta not. per Bar. in l. fi. C. de iure delib. & quod habetur per Iac. But. & alios in auth. si omnes. C. vt se ab hære. absti. non valuit iudicium. Et sic Bal. ex abrupto & inconsideratè fuit locutus in d. l. ab eo. nec licuit tanto doctori illa loqui: quia iudices moderni propter eorum inertiam ligantur dictis doctorum, nec eos vident, nec considerant, si fideliter recitent, & ideo Bald. infideliter attribuit illam doctrinam Innocẽ. ideo posset adduci contra istum, qui ita iudicauit illud psalmistæ. Oculos habent & non videbunt. Quinimo plus audeo dicere, quòd inquantum Innocent. dicit, sufficere, quòd citentur per edictum etiam non singulariter, videtur mihi esse limitãdũ: vt tunc sufficiat citare in genere, & per edictũ: quia si non ignoramus personam citandã, tunc non sufficit illam citare per edictum, istud fuit singulare dictum Inn. in cap. cũ in tua. qui ma. accu. pos. quod omnes sequuntur. & facit, quod voluit Ioan. An. in

cap.

c.fi.de elec.lib.6.cum ergo in proposito nostro esset certum de illo Antoniol.ergo non solùm debuit citari in genere, sed debuit citari singulariter. ¶ Præterea etiam illud dictum Bald.intelligitur, quando principaliter actus spectabat ad illum,contra quem directa fuit petitio, ita rectè sentit Bart.in d.l.ab eo. per id,quod allegat,in quantum allegat not.in d.c. humilis, vnde iudicium debet dirigi contra illum, quem principaliter negotium tangit,& non ad illũ, ad quem negocium spectat in consequentiam, iste est tex.valde sing.in l.1.§.denũtiari.ff.de vẽt.inspi.de quo facit festum Bal.in rub.C.de succes.edic.vbi dicit, ꝙ ille debet citari in iudicio, cuius interest tanquam pars,de quo dicto facit festum D.Car.in c.inter quatuor,de ma.& obed.facit, quod voluit idem Bald.in l.si curatoris.C.de iure delib.& in l.nam ita diuus.de adop.& in l.obseruare.§.proficisci.ff.de offic.proconsul.Modo in proposito istud apponit gladium ad radicem huius hęsitationis:quia cum principaliter istud spectaret ad illum principalem debitorẽ,vt liquidaretur,si ipse erat debitor:quia si non erat,non poterat haberi recursus ad tertium possessorem principaliter. ergo spectabat liquidare debitum ad illum Antoniolum,& in ꝯnam ad istum tertium possessorem.ergo ꝯ illum debuit liquidari debitum,posuit ergo currum ante boues iste creditor ergo non valuit iudicium,immo videtur egisse sine actione iste creditor ꝯ istũ possessorem illius Antonioli,ergo &c. vt in l.si pupilli.§.videamus,de nego. gest.non enim potuit venisse ad iudicium præparatum,nisi præmisso prius iudicio præparante, & per consequens dictum Bal.non meretur allegari ad casum nostrum:quia in casu diuerso loquitur,cum ergo intrauerit condictio.d.l.fi. respectu constituti, & illud constitutum erat accessorium ad debitũ, ergo per prius debebat declarari,illum principalem esse debitorem,& pro qua quantitate &c. vt superius dixi plenè. ¶ Restat vltimo loco videre si d.l.fin.C.de acq.pos.possit intentari ꝯ clericum.Et videtur,ꝙ sic per id,quod voluit Pet.de Ancha.in commento.c.j. de const.ver.1.principaliter quæritur ibi,secundũ ergo facit euidentiam legalis prouisio possit esse vtilis vel damnosa ecclesijs vel personis ecclesiasticis,quo casu ille, qui se habet pariter ad damnum & commodum,non potest prætendere læsionem,argu.l.si pater puellę.C.de inoffi.testa.allegat,quod habetur in c.quoniam.dist.vbi Pontifices in processu causarum temporalium legibus imperialibus vterentur. c.cum ad verum.91.dist.c.quo iure.8.distin.vbi iure humano possessiones possidentur, & ideo clericus institutus si non fecit inuentarium,tenetur vltra vires hæreditarias.l.fi.C.de iure delib. similiter si non impleuit voluntatem defuncti,priuabitur hæreditate iuxta not. in auth.hoc amplius.C.de fideicom.& in casu tituli.C. de his quibus vt indign.& in casu.l. sciant.C.de legi.hære.idem dicit in casu.d.legis fi.C. de acq.poss.& in prædictis casibus & similibus dicit se sentire idem in ecclesia & clericis, ergo licet iste tertius possessor sit clericus:tamen ligabitur dispositione.d.l.fi.ita residet D.Petrus ibi. ¶ Sed mihi vr̃,ꝙ condictio.d.l.fi.de acq.pos.non habeat locum ꝯ clericos.Et præmitto illud,quod est communi opi.probatum,ꝙ clerici in suis patrimonialibus gaudẽt eodem priuilegio cũ bonis ecclesiasticis, ita voluit gl. in c.fi.de vi.& hon.cle.& in c.ex literis,de pig.& in c. ecclesia,de const. vbi latè examinaui istum passum, ergo sequitur, quòd si iste tertius possessor non ligatur condictione.d.l.fin.quò ad bona ecclesiastica,ꝙ eodem modo non ligabitur quò ad bona patrimonialia.Modo arguo sic,verba generalia legis nõ adaptantur ad impossibilia ipsi legislatori, istud assumptũ probatur in c.sua,de deci.& qđ voluit ibi Hosti.& D.Ant.probatur in c.a nobis,de senten.excom.& quod voluit ibi do.Abb.probatur in c.ꝙ clericis,de fo.compe.& ibi D.Anto.& in d.c.ecclesia,de ꝯsti.& in c.2.e.ti.li.6.& ibi Io.mo.voluit Bal.in l.fi.§.in computatione.C.de iure deli. & in c.cum non ab homine,de iudi.& in l.omnes populi.de iustitia & iure.voluit Bartol.in l.si quis sub conditione.ff.de condict. instit.Io.Andr.in c.eos,de immu.eccle.lib.6.sed impossibile est conditori legis laico ligare clericum in specie:vt probat̃ in c.bene quidẽ.96.dist.& in d.c.ecclesia.de constit.& in d.c.eos.& in d.c.ex ea ecclesia. vt lit.pen.q̃a laicus nõ hẽt iurisdictionem supra clericum;& condere statutum est iurisdictionis:vt voluit Inn. in c.cum accessissent. de consti.& Bart.in l. omnes populi.ff.de iusti.& iur.& gloss. in l.j.ff.de iurisd.omni.iudic.ergo sequitur, quòd verba generalia illius.l.fi.non comprehendunt clericum ex mente ipsius conditoris, ergo non habet locum in clerico.requiritur ergo, ꝙ per ecclesiam sint approbatæ, vt in d.c.bene quidem.vnde Host.in c.fin.de solu.& ibi Ioan.Andr.sequitur,dedit regulam, ꝙ vbicũque lex imperialis est fauorabilis ecclesijs, vel ecclesiasticis personis, cẽsetur approbata ab ecclesia: sed vbicũq; est præiudicialis,censetur reprobata sed condictio.d.l.fi.est præiudicialis ipsis ecclesijs, & ecclesiasticis personis,quia puniũtur ex dolo alterius, ꝙ nõ debet, vt c.cognoscentes.de consti.l.sancimus. C.de pęn. & ibi dixit Bald.ꝙ statutum puniens vnũ pro alio ex tolerabile:sed nõ laudabile: ergo sequitur,ꝙ non ligat ecclesiã,seu clericos. Nec ob. quòd dicit Pe.de Ancha. quòd ecclesia vtitur legibus pro acquirendis rebus temporalibus, ego fateor,quatenus ille leges sunt ecclesiæ fauorabiles: secus si sunt præiudiciales.Et adduco Barto.in l.fi.C.de pact.vbi dicit,ꝙ si quis donat omnia bona sua præsentia, ac futura alicui laico,non valet talis donatio,sed si donat ecclesiæ valet,& sic de iure ciuili non valet,ergo ecclesia capit bona non secundum leges,sed secundũ canones,vel si canones non disponunt expresè; tamen ecclesia capit bona non obstantibus legibus ciuilibus, ergo non rectè loquitur dominus Petrus. Nec ob.cum dicit,ꝙ si hæres non vindicauit,nec est defuncti,vel non confecit inuentarium,vel non adimpleuit voluntatem defuncti intra annum: quia posito,non tamẽ concesso,ꝙ in omnibus istis exemplis diceret veritatem: tamen loquuntur eo casu, quo clericus inuitatur ad prẽmium,vnde lex potest conferre bona sua,& sibi subiecta cum onere, iuxta illud quod voluit Iac.But.in auth.cassa.C.de sa.san. eccle.Bald.in l.si quis curialis.C.de epis.& cleri.& in d.auth.cassa.& d.Abb.in repetitione.d.c.ecclesia,de consti.& Ricar.& Sal.in repetitione.l.j.C.de sac.san. eccl.debet ergo accipere hæreditatem,ita vt lex defert.licet non est sic in casu.d.l.fi.quia non tendit nisi ad onus,& præiudicium:quia clericus punitur ex dolo alterius. ¶ Et etiam est considerandum: quia dicta l.fin. loquitur in illis personis transferentibus possessionẽ alienã in aliũ, ex q̃bus facile debuit ille, in quẽ transfertur,ꝯcipere,ꝙ transferẽs dolosè trãsferebat,vt est seruus,procurator,inqlinus,colonus, & siles ꝑsonę.vñ vr̃ particeps fraudis & doli. non ergo est admiratione dignũ,si puniat̃ emptor in eo,in quo peccauit:sed istud nõ hẽt locũ in debitore alienãte bona sua,q̃a emens non vr̃ particeps doli,& iõ nõ vendicat sibi locũ ꝯdictio.d.l.fi.in emptore emẽte a dño,& p ꝯñs multominus hẽt locũ ꝯ clericũ dispõ.d.l.fi. ¶ Et ex istis multipharie, multisq; modis demõstraui, dñm vicariũ malè & pessimè iudicasse contra dictum possessorem clericum.Et ita ꝯcludo. And.Barb.1467.die 15.Februarij,Parmæ.

Epitome,

EPITOME.

¶Omissio substitutionis facta a notario probatur per duos tantum testes cõcurrentibus aliis coniecturis, & priores præsumptiones semper sunt veriores.

SVMMARIVM.

Testis vnus supplet alium. & ex multis præsumptionibus resultat sufficiens probatio. nu. 1. 2.
Notarius non potest esse t. st s. nu. 4.
Clausula substitutionis est elegãs, nec omittẽda per notariũ. n. 6
Primo dicto testis standum est, & veriores præsumptiones pro primo dicto concurrunt. nu. 7. 8.
Amicus potest testificari pro amico. nu. 10.
Testis fundans si super tempore, illud probare debet. nu. 11.
Crimen occultum non repellit a testimonio. nu. 12.
Dictũ testis intelligitur secundũ vulgarẽ modũ loquẽdi. nu. 13.

CONSILIVM XXIX.

VIsis allegationibus abunde, subtiliter, & ornate redditis per celeberrimum do. Armaleon. mihi patrem &c. qui rem ita eleganter enucleauit, vt nil melius &c. tamen quia maiores nostri illud quemquã scire arbitrati sunt, quod ratione optima demonstrasset: vt c. ego solis. 9. distin. ideo aliquid pro mea paruitate adducam. Et mihi videtur aperto iure dicendum sufficienter fore probatum, & probari potuisse, Lucretiam fuisse substitutam dicto Alexã. eius fratri, si sine liberis decederet a domina Flora matre ipsorũ in vltimo testamento, de quo rogatus extitit Franciscus. & licet Fran. notarius omiserit hanc substitutionem scribere in dicto testamento: tamen addenda & supplenda est instrumento testamenti. ¶ Et pmitto pro fundamento, quòd iudex ex diuersis animi motibus & ex variis suggestionibus partium, testium, & instrumentorum deuenit ad vnum animi finalem conceptum non indigentem alio adminiculo, doctrina est Bal. in rub. de controuer. inuesti. ꝓ qua adduco text. in c. præterea. & in ca. in nostra. de testi. & in c. cum ad sedem. de resti. spo. & glo. singu. secundum omnes in l. 2. §. j. ff. de excu. tut. & ideo dixit idem Bald. in l. secunda. C. de secund. tab. ꝙ vnus
1 testis † supplet alium, & quæ non prosunt singula, multa iuuant, quando veniunt ad probationem alicuius rei, sicut vna hirundo nõ facit ver: sed multæ. & non ex vno lapide, sed ex multis congregatis fit domus allegat glo. in dicta l. secundæ §. j. & quod habetur in l. prima. C. qui pro nu. tutel. facit gl. in cap. cum dilectus. de succes. ab intesta. & in ca. cum Bertoldus. de re iudi. & in c. accedens. el ij. vt lit. contest. & in c. illud. de præsump. & in c. cum causam. de ꝓba. & in l. 3. §. eiusdem. ff. de testi. & in l. instrumenta. C. de proba. tex. in l. spadonem. §. qui iura multa. ff. de excu. tuto. Stat ergo vera conclusio quod ex multis adinuicem probatis præsumptionibus, resultat
2 sufficiens probatio † ergo fortius quando probatur actus verè gestus per testes, & concurrunt præsumptiones adiuuantes veritatem, ar. ipsarum glo. simile dicimus, quando fama coadiuuat dicta testium, vt reddatur fortior, vt l. proprietatis. C. de proba. vbi gloss. Cyn. & Bal. & tex. l. 3. §. eiusdem. in ver. consentiens fama. ff. de testib. sed in casu nostro concurrit, quòd est probatus verus actus substitutionis, cõcurrit præcedens voluntas testatricis, quæ in primo testamento substituit ipsam suam filiam dicto Alexã. concurrit, quòd non superuenerunt aliqua demerita ipsius filiæ, ex quibus induceretur mater ad renocandam prefatam substitutionẽ, concurrit amor maternus, & adolescentia illius Alexan. non habẽtis vxorem, non est dare rationem vrgẽtem, propter quam voluerit reuocare substitutionẽ: licet enim ambulatoria sit voluntas vsque ad mortem, vt l. 4. ff. de adi. leg. tamen semel posita præsumitur durare l. sancimus. C. de testa. & c. maiores. de baptis. l. præcipimus. C. de appe. stantibus, testibus quòd in dicto secundo testamento substituerit eandẽ, magis præsumitur pro ipsis testibus, quibus consonat præsumptio voluntatis semel positæ: maximè quia concurrit charitas materna erga filiam. l. fi. C. de cur. fur. l. isti quidem. ff. quod me. causa. est enim naturaliter quædam pietas inter matrem & filiam, vt pulchre dixit tex. in l. contra voluntatem. ver. ne videaris iura pietatis violare. C. de testa. manu. & l. patrem. & l. si debitorem. ff. quæ in frau. & in l. testamento. ff. de fideicom. liber. l. nam hoc calore. ff. de inoffic. testa. l. penul. ff. de obsequijs. l. nec in ea. §. fi. ff. de adulte. l. diuus. ff. de parri. l. 3. C. de pa. po. ideo dicimus testatorem habere maiorẽ affectionem ad filios, quàm ad piam causam. 17. quæstione quarta cap. quicunque glo. in l. Papinianus. §. si imperator. ff. de inoffic. testamen. & in l. si quis ad declinandum. C. de episcopis & clericis. & ideo dixit Bald. in l. iubemus. C. de testa. quòd apud rationem naturalem, & apud ius canonicum & ciuile charior est filius in hæreditate paterna, aut materna, quàm ecclesia vel pauperes Christi, & idẽ voluit in repetitione l. in suis. ff. de liberis & posthumus. & in l. prima. C. de sacrosanctis ecclesijs. & in repetitione. l. & in epistola. C. de fideicom. & dom. Pet. in capitu. secundo. de testa. Ioã. Mo. in capitu. fina. de dona. ideo dicit Bald. quòd inter filios præsumitur deliberatio patris: quia naturalis stimulus vrget patrem ad cogitandum pro liberis. l. amicissimos. §. finali. ff. de excusa. tut. ita dixit Bald. in authen. quod sine. C. de testa. ideo dixit Bal. in l. tutor. §. quæ tutoribus. ff. de excusa. tuto. quòd si Papa promouet suum nepotem ad cardinalatum, quòd caro & sanguis reuelauit & nõ spiritus, facit gloss. in capitu. peruenit. prima quæstione tertia. ꝓcliues enim sunt parentes erga filios, & voto patris congruit filio omnia parari. l. scripto. ff. vnde liberi. l. nihil. §. facilior. ff. de bo. libe. cum simil. ¶ Secundo præmitto, quòd illis testibus statur, qui aptiora negotio deponunt posito quòd sint pares numero & mensura, tex. est formalis in c. præterea. de testi. ver. testimonia, quæ aptiora rei esse competerit, & in capi. in literis. eo. titulo. in ver. de quibus non est verisimile. c. licet causam. de proba. l. ob carmen. §. fi. ff. de testi. facit. c. solitæ. in ver. non est verisimile. de restitutione spoliatorum, & cap. quia verisimile. cum simil. quod met. causa. Ideo pulchrè dixit Innocentius. in cap. auditis. de præscrip. quod statur testibus quibus cõsonat ius commune potius, quam illis, ꝗbus consonat priuilegium aut ius speciale. Et adduco, quod voluit Bal. in capitulo cum sint partium iura obscura. de regulis iuris, libro sexto, referens Dy. dicit, quòd si vna probatio est fauorabilis, alia odiosa, stabitur primæ, & si vtraq; est fauorabilis. & vna magis alia, illi statur. l. lex iulia. ff. de manu. Et iudex potest magis adhærere vni probationi, quàm alteri ex aliqua ratione: sed debet illam in sententia exprimere: vt no. in l. duo ex tribus. ff. de re iudica. Et pulchrè dixit Inno. in capitulo primo. de frigi. & male. quod præferuntur testes viri dicentes, virum esse potentis naturæ testibus vxoris dicentibus cõtrarium ex eo: quia deponunt illud, quod est verisimilius. Facit, quod voluit dominus Abb. in capitulo secundo de clande. despon. vbi reducendo ad concordiam dictum Vincen. cum d. do. Car. dicit standũ probationi clariori stãte paritate. Et adduco, quod voluit Bald. in l. cum magistratus. C. quando prouo. non est necess. vbi dixit, quòd fauorabiliores probationes

nes præferuntur, allegat dictam l. lege Iulia, & dicit illud esse no. dignum, quando testes sunt pares, potest iudex per animi sui motum adhærere alteri ex testibus, & alteri non adhærere, dummodo in actis faciat inseri causam adhæsionis, allegat d.l. duo iudices dati. Et adduco, quod voluit idem Bald. in l. fi. C. comm. epist. prog. vbi refert Cy. dicere, quòd si diuersæ scripturæ producantur coram iudice, est in arbitrio iudicis, quam putauerit veriorem, & illi scripturæ stari. & hoc dicit esse verum, quãdo qualitas testium, vel instrumentorum est dubia: nam ex cõiecturis fides augetur, & qui habet meliores coniecturas vincit: nam vt eleganter ait Ioan. mo. in capitu. si duobus. de rescript. libro sexto, paritas reducitur ad imparitatem per aliquod adiectum ad alterum eorum. Et adduco, quod voluit idem Bald. in capitu. domino guerram. §. pauciores. in titu. hic finitur lex dein. incipi. consue. reg. Et ideo dixit idem Bal. in l. presbyteri. C. de epis. & cleri. referens disputationem Iaco. de Butr. quòd vbicunque testes sunt contrarij, quòd præualent illi, qui deponũt causam legitimã dicti sui non interrogatis testibus, qui non assignant causam dicti. Et adduco ad prædicta glos. valde singu. in cap. clerici. 81. distin. quæ dicit, quòd duo laici deponentes rerum nõ deliquisse tali loco & tali tempore, præferuntur duobus clericis deponentibus contrarium. & ratio est; quia deponunt il-
3 lud, quod est verisimilius† ꝙ est mirabile: quia regula est, quòd stetur testibus dignioribus, vt capitu. in nostra. de testibus. & l. ob carmen. §. fi. ff. eod. tamen statur testibus deponentibus verisimiliora iuxta illud, quod dicitur in passione dominica, & cõueniẽtia non erant eorum testimonia. Ex istis sequitur cõclusio vera: quia cum testes producti per d. Lucretiam dicant verisimiliora, sequitur, ꝙ in dubio erit standum dicto eorum, videlicet pro substitutione. ¶Istis modo præsuppositis aggredior nũc hunc cãpum consulendi, notarius non scripsit hanc substitutionem in instrumento testamenti, aut in prothocollis, vtrum possit probari omissio talis substitutionis, & per quot testes possit ꝓbari. Et dico, ꝙ potest probari per testes hoc modo, in instrumento continentur duo, vnum, quod spectat ad officium ipsius notarij, vt apponere tempus, & solennitates instrumentales. & de istis non est necessaria disputatio. aliud est, quod spectat ad partes, & iste est casus noster, vbicunque fuit plus dictum, & per notariũ minus scriptum, si plus dictum probetur, stamus plus dicto, & non attẽdimus minus dictum, iste est casus formalis, in l. quoties. §. sed si non in corpore. in ver. ex semisse hęredem fore. quasi plus nuncupatum, & minus scriptũ. ff. de hære. insti. probat ergo ille text. quòd si potest probari talis omissio per testes, probabitur plus dictum. quòd etiã probatur ex illo tex. quia dicit, si ille est, qui plus dixit, & minus scripsit, stabitur suo dicto, sic ergo stabitur suo dicto, ꝙ plus dixerit testator, & ibi Bar. dicit colligi ex illo tex. qualiter probetur error. & voluit ibi Bal. qui dicit, ꝙ scriptura suppletur per viuam vocem. & etiam ibi expresse quærit, per quot testes probabitur talis omissio: dicit aperte, ꝙ per testes ꝓbabitur talis omissio facta a notario aut errore, aut dolo notarij considerata conditione ipsius notarij. & idem voluit ibi Ange. & idem voluit Bar. in l. si librarius. ff. de regu. iur. ad fin. vbi dicit, ꝙ poterit talis error probari per præsentes actus, & per alios qui fuerunt mediatores inter partes contrahentes: vt in authẽ. de instru. caute. §. si vero moriantur. in glos. quæ incipit ad numerationem. & idem voluit Bal. in l. imperator. ff. de stat. hom. vbi dicit, ꝙ notarius non potest testificari de tali errore: quia ipse est reus, & non potest testificari contra propriam scripturam: nec esse testis, allegat l. generaliter. C. de non nume. pecunia. & etiam ibi dixit Bart. quòd tot testes debent probare errorem, quot probant substantiam actus. & sic ponderet ac-
4 curate D. indicans: quia vult Bal. quod notarius† nõ possit esse testis, licet aliud dixerit Bartol. in dicta l. si librarius. & voluit, quòd per testes possit probari talis omissio. Facit, quod voluit Cyn. in l. errore. C. de testibus. vbi dixit, si notarius omisit, & non testator, immo dixit, sed notarius omisit per errorem, & tũc si de hoc constet: quia probari potest, non præiudicat talis omissio, & allegat dictam l. quoties. §. sed si nõ in corpore. allegat Azo. in summa de hæredibus instituendis. Et subdit posse probari per duos testes, licet in testamentis requirantur septem. & voluit Iacobus de Rauenna, & Pe. & sic dicit, quòd per testes probari potest talis omissio, hoc decidit tex. formalis. in l. cum proponebatur. ff. de legatis secundo. in ver. per errorem omissam mutuam substitutionẽ. in versi. coniectura admitti potuit. vbi iudicio meo est tex. valde sing. ꝙ talis omissio probabitur per ꝯiecturas, gloss. tamen ibi dicit per testes. & per consequens ille tex. probat, ꝙ admittitur probatio impropria: quia probatio per coniecturas non est propria. probatio enim propria est illa, quæ fit testibus, & fide tabularum: vt est text. melior de corpore iuris. in c. forus. versi. probatio autem testibus. de verborum significatio. constat enim, ꝙ probatio est illa, quę fit testibus, aut instrumentis, sed illud, quod probatur per coniecturas, non est propria probatio, vt est tex. sing. in l. j. in versi. coniecturas non propriè. ff. si tabulæ testa. exta. Et ideo dicimus, ꝙ non sumitur arg. a contrario sensu in statutis ad correctionem iuris cõmunis: quia illud, quod assumitur a contrario sensu est per coniecturas: vt l. apud antiquos. C. de fur. ergo sequitur, ꝙ non propriè. nescio videre quo spiritu dicta glo. ibi dicat per septem testes: nihilominus inferius cum gratia Dei discutietur veritas, & sic tenet ibi glo. ꝙ per testes probari potest omissio, hoc decidit Bal. in dicta l. errore. allegant dictam l. cum proponebatur. idem voluit Saly. in dicta l. errore. vbi dicit posse probari per testes errorem scribentis in testamento nuncupatiuo, quod testibus est notum, & de cuius essentia nõ est necessaria scriptura, licet ad memoriam & probationem quandoque fit facta, secus dicit in testamento inscriptis. & idem voluit Cy. & sic per testes potest probari talis omissio. idem voluit Ang. in l. 2. C. de secun. tab. idem voluit Barto. in l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de testa. & in dicta l. cum proponebatur. & in l. qui liberis. §. ex testamento. ff. de bono. poss. secundum tabu. idẽ voluit in l. j. C. de codicil. & in dicta l. errore. sequit Ange. in dicta l. hæredes palam. sed si notam. Idẽ voluit domi. Petrus de Ancharano, in capitulo cũ esses. de testa. voluit Bal. in l. 2. C. de bo. pos. secundùm tab. vbi dicit, ꝙ solennitas volũtatis debet probari ꝑ tot testes, quot sunt necessarij in facto. & ideo dicit, ꝙ si coram duobus testibus actus fieri potest, probabitur per duos testes, si coram pluribus probabitur per plures duobus, allegat dictam l. cum proponebatur. idem voluit in dicta l. hæredes palam. §. sed si notam. & in dicta l. cum proponebatur. & adduco, quod voluit idem Bal. in l. fi. C. de fideicom. in versi. quæro, pone quòd scriptura testamenti caret solennitate, nunquid auxilium testium viuæ vocis operari possit idem, ꝙ scriptura solennis, vt instrumentũ caret indictione, possint testes supplere indictionẽ: respondet ꝙ non: quia hoc requiritur de forma instrumenti, & non pertinet ad officium testis, sed tabellionis. secus, inquit, si esset quæstio de veritate negotii: quia tunc posset probari per testes viuæ vocis.

l. iurisgen-

l.iurisgentium.§.quod ferè.ff.de pac.idem voluit gl. in dicta l.hæredes palam.§.sed si notam.& in dicta l. qui liberis.§. ex testamento. sequitur Ioan.de Imol. in dicta l. cum proponebatur. & in dicta l. hæredes palam.§.sed si notam. idem voluit Ludo. Roma.in in dicta l.errore. Ex istis liquida est conclusio, quòd potuit illa d.Lucretia probare per testes dictā substitutionem de se factam,& ita cōcludo. ¶Capio nūc aliam dubitationem, quot testes sunt necessarij ad probādum dictam substitutionem. Et circa hoc est aduertendum, aut loquimur in testamento condito inter extraneos,aut in testamento inter filios,primo casu videtur, quòd requirātur septem,vt voluit gloss.in dicta l.cum proponebatur. quia sicut requiruntur in conficiendo testamentum septem.ita in probando omissionem eius, quod spectabat ad ipsum testantem,super hoc non videtur nimis esse insistendum ex eo:quia non expedit: cum istud testamentum fuerit factum inter filios. Sed vnum pondero,quia Iac.de Ra.Pet.& Cyn.in dicta l.errore.tenuerunt,duos testes sufficere.& idem vbi quęrit,per quot testes probabitur error notarij, dicit forte per duos,allegatur.l.quoties.§.j.ff.de hære.insti. & licet loquatur per verbum forte: tamen non est verbum dubitatiuum, qn̄ ꝓfertur a doctore: vt l.in substitutione.& ibi Angel.ff.de vulg.& pupil.glo.in l.si duo. ff.de arbi.& in l.mutus.in princi.ff. de procu. gl.in l. j.§.fi.ff.de fer.& l.prima.§.primo.ff.de rei vend.& in l.incommodato.§.sicut.ff.cōmo.gloss. etiam in c.secundo.de test.& in accedens.el j.vt lit.non conte. & in cle.de appel.& in euangelio Ioan.13.c. & sic Bar. non loquitur dubitando,ergo sufficiunt duo testes. Dicit etiam ibi Barto.vel forte ex his,quæ præcedūt, vel sequuntur,probabitur omissio, allegat elegantē l.cum proponebatur.& ita residet. Et sic Barto.aperto ore dicit,duos sufficere, vel probatur ex præcedētibus,vel sequentibus, quo casu succedit regula tradita per Innocen.quam refert & sequitur Angel.in l.pacta nouissima.C.de pact. & in l. si cum aliter.de verbo.obli.vbi dicit,quòd si vnus contractus est dubius,quòd recipit declarationem ex præambulo cōtractu posito etiam qđ ex interuallo sequatur.Cum ergo Barto.dicat,quod ex p̄cedentibus,& ex sequētibus declaratur.& ita procedat tex. inquantum dicit admittitur coniectura: quia poterit capi coniectura ex testamento præambulo quo ad illam substitutionem,ex quo de illa fecit mentionem verbo, & dicto in secundo testamento. licet non fuerit scripta. & sic satis probatur coniectura ex præcedentibus & sequentibus: quia cum testatrix in dicta l. testamento.fecerit dictam substitutionem,& in secundo dixerit se facere dictam substitutionem, probat̄ ex istis duabus coniecturis.sicut est casus sing.in d.l. cum proponebatur.vbi ex p̄cedentibus verbis enūciatiuis de futuro,& ex sequentibus verbis enunciatiuis de præterito oritur dispositio valida.& sic ex dicto Bar.sequitur, quòd non requiruntur septem testes:quia coniectura est indicium, & indicium non probatur per septem testes, vnde in l. inter omnes. C.fami.er.cum dicitur,quòd testamentum inter filios probatur per indicia,gloss.ibi dicit,dum tamen legitimè probentur,saltem per duos testes, quā glo. ibi Barto.summè ponderat,facit, quod voluit Bart. in l.fi.ff.de quæst.& do.Abb.in cap.sicut.de simo.& Ang.in l.non est verisimile.ff.quod metus causa,vbi reputat illam glo.sing.Cum ergo dicatur in d.l.cum proponebatur.quòd probatur per coniecturas, ergo sequitur, quòd duo testes sufficiunt. vnde durū videtur, quòd ad probandum coniecturam requirantur septem testes, cum duo sufficiant: vt voluit gloss.in dicta l.inter omnes.& adduco, quod voluit Barto.in l.fideicom. vbi dixit, quòd per duos testes probatur reuocatio legati: quia probabitur inimicitia,ex qua reuocatur legatum: vt l.3.§.fi.ff. de adi. lega.p duos testes,& est ratio:quia probatur reuocatio per coniecturam,& coniectura probatur ꝑ duos testes,& ita voluit Barto.in dicta l.fideicommissum. licet aliter dixerit idem Bartol.in l. hæredes palam. §.sed si notam.& per consequens non bene dixit gl. in dicta l.cū proponebatur. quod est bene not.quia est nouum ad hanc materiam.ergo sequitur, quod per duos testes probatur,ista substitutio maximè cōiuncta præsumptione ex primo testamento,non interuenientibus demeritis illius Lucretiæ versus matrem,& credo illam gl.non dicere verum,quicquid dixerit Bal.in præfatis locis.& Bartol. in dicta l.cum proponebatur. & in d.l. hæredes palam.§.sed si notam. multominus habet dubiū casus noster ex eo: quia sumus in testamento inter patrem, seu matrē & filios, quo casu non requiritur numerus septem testium. requiritur enim numerus duorum testiū, & probatur in l.hac consultissima.§.ex imperfecto. C.de testa.quo casu sufficiunt ad probandum errorem omissum circa hanc substitutionē duo testes, & ad hoc adduco glo.subtiliter consideratam, quā ad hoc propositum pōderauit nemo in d.l. omnes. C.fami.er.sic inducendo,ibi dicit, quòd per indicia probatur voluntas testatoris inter patrem & filios, gloss.ibi dicit, quòd sufficiunt duo testes:ecce nunc qualiter in terminis decidit illam glo. si enim dicit, quòd voluntas patris erga filios testantis probatur per indicia,& indicia probantur per duos testes, sequitur necessario, quòd duo testes probant errorē omissum circa voluntatem matris testantis inter filios,& quanta sit gloss.authoritas,si quis dubitet,videat Bald.in l.hæreditas.C.depositi.qui dixit, quòd authoritas glo.omnes alios antecessit, & in l.fi.§.necessitate. C. de bonis quę libe.cum vulgaribus alibi per me tactis.& sic illa glo. apponit gladium ad radicem huius consultationis, & miror vehementer de Bal.in l.secunda.C.de secun.tab. vbi tangit hanc dubitationem,& illam glos. ad hoc non considerauit. dicit enim,reperitur instrumentum,in quo dicitur, quòd pater instituit filium, & filiæ reliquit quinq;, & non dicit iure institutionis,decidit, quòd valet, si duo testes dicunt,quòd iure institutionis,& mouet̄

5 ratione:quia duo testes † supplēt instrumentum in eo,quod fieri potest, allegat. d.§.ex imperfecto. secus dicit,si non posset fieri coram duobus.& sic Bal. in indiuiduo tenet, quòd inter patrem & filios probatur error omissæ dispositionis maternæ in testamento per duos testes,& allegat ad hoc. d.l.cum ꝓponebatur.vt tot probent illum errorem,quot probant directam dispositionem: sed in hoc deficit illustre ingenium antiquorum & modernorū: quia ad hoc non ponderarunt gl.in d.l.inter omnes.quę hoc aperto ore probat.& sic videtur per illam glos. apposita securis ad arborem: vt rectè aiebat plus q̄ propheta Ioannes Baptista relatus Mathei.3.cap.ergo sequitur,quòd probata est illa substitutio per testes sufficienter,si duo duntaxat de illa deponant,& quòd sufficiant duo testes,latè scribit Bal.in authē. quod sine.C.de testa.Et adduco, quod voluit solennis docto.domi.Paul.de Cast.in d.authē. quod sine. vbi dixit, quòd si sunt duo testes, qui deponant implicitè vel explicitè de voluntate testatoris, sufficiūt duo testes dicentes, nos audiuimus patrem testari hoc modo inter liberos,& tunc probabunt testamētum nuncupatiuum.habet enim locum in testamēto nuncupatiuo dispositio.d.l.hac consultissima.§. ex imperfecto.vt firmant omnes scribentes in d. authen.quod sine. quod est verissimum, & probatur in d.l.

in d.l.fi.C.fami.er.licet dom. Raff. in dicto §. ex imperfecto.dicat,illum tex.non probare, ꝙ testamentum inter liberos nuncupatiuum factum minus solenniter teneat, quia istud non est verum, & damnatur per omnes.in d. authen.ꝙ sine.per tex.d.l.fin. & dicit do.Paul. in d. §.ex imperfecto,ꝙ dictū Raff. est verum quo ad illum §. vt ille.§.non loquatur in testameuto nuncupatiuo:sed bene probatur in d.l. fi.ꝙ valet testamentum nuncupatiuum cū duobus testibus factum a patre inter liberos. & per consequens stat vera conclusio,ꝙ valeat tale testamentū nuncupatiuum.& licet do.Pau.sequatur illud somnium Raff.ꝙ d.§.ex imperfecto.non loquatur in testamento nuncupatiuo, & sic voluat terga: tamen vterque male dicit, per tex.d.l.hac consultissima.in ver.in omnibus autem testamentis.& postea sequitur.§.ex imperfecto.& per consequens continuatur ille §.ad omnia testamenta, & sic etiam ad nuncupatiuum:quia qui omne dicit, nihil excludit.l.a ꝓcuratore.C.manda.Et etiam confundo eos ratione inconuincibili hoc modo,vbicunque ratio legis est generalior dicto,legis ampliatur dictum per amplitudinem rationis. ita habetur in l.pater filiū.§. fundum.ff.de leg.3.& in c.cum pater.§.dulcissimis.ff.de leg.2.& est gl.sing.in clemen.j.sed ratio sub qua fundatur.d.§.ex imperfecto. est fauor ipsorum filiorū. ergo sequitur,ꝙ idem fauor debetur filijs,siue testamentum fiat in scriptis,siue nūcupatiuè.vnde posito,non tamen concesso,ꝙ d.§.ex imperfecto.continuaretur ad principiū illius legis, quæ loquitur de testamento in scriptis; tamen quia ratio legis, est generalior dicto,legis extenditur dictū ad illa dicta, in quibus habet locū ratio. d.§. ex imperfecto. ergo siue nuncupatiuè testetur, siue in scriptis, habet locum.§.ex imperfecto. & hoc fuit incognitum Raff. & Pau.de Cast.iuxta illud.Oculos habent & non videbunt. & multofortius confunditur eorum dictū: quia tex.ibi dicit in omnibus testamentis. ergo.§.ex imperfecto.continuatur ad oīa testamenta. & facit, quod voluit Bar.in d.§.ex imperfecto.vbi dicit,ꝙ testamētum inter liberos probatur duobus testibus, siue maribus,siue fœminis.& allegat.l.fi. C.famil.er. clarum est,ꝙ dictum doctoris debet intelligi secundum legem,quam allegat,vt voluit Bar. in l.non solum.§.si liberationis.ff.de lib.leg.sed d.l.fi. loquitur in testamento nuncupatiuo.ergo sequitur,ꝙ Bar.dicit,ꝙ testamentum nuncupatiuum probatur duobus testibus inter parentes & liberos, & etiam Bart. ibi allegat rationem: quia remissa est solennitas iuris ciuilis in testamento inter liberos.ergo sequitur, ꝙ remanemus in dispositione iurisgentium, quo disponitur,ꝙ in ore duorum,vel trium stet omne verbum:vt in c.cum esses.de testa.cum simil.& sic Bar. tenet,ꝙ testamentum nuncupatiuum inter patrem & filios requirit duos testes,siue masculos,siue fœminas.si ergo directa voluntas patris inter filios requirit tantum duos testes. ergo eodem modo & indirecta voluntas,qñ per errorem notarii omittitur.¶Et si quispiam diceret,ꝙ ista ꝓcedunt in patre respectu filiorum;vt valeat tale testamentum,non tamen ꝓcedit in matre.Respondeo,ꝙ istud est falsum, vt est tex. apertus in d.§.ex imperfecto. in ver.parentibus vtriusque sexus.& ꝙ testm̄ nuncupatiuum inter parētes & filios possit probari per duos testes,sequunt̄ moderni.in d.l.2.C.de bon.poss.ſm tabu. & ibi Pau. de Cast.refert illud dictū Bal.& sequitur, & sic vult, ꝙ §.ex imperfecto.habeat locum in testamento nūcupatiuo. ergo res est expedita. Et facit etiam ratio, error non potest probari, quin probetur veritas cōtraria errori,ita probatur in d.l. cū proponebat. sed veritas voluntatis inter matrem & filios probatur duobus testibus,vt est dictum.ergo eodem mō ꝓbabitur error.Itē eadem est disciplina ꝯriorum, & eadē regula probandi.l.generaliter. C.de non nu. pec. ergo sicut est probanda veritas.ita erit probādus error:cum ergo sufficiant duo testes in ꝓbanda veritate.ita sufficient in ꝓbando errorē.Et accedat,qđ voluit Bal.in d.l.errore.vbi dicit, aut fit probatio circa substantiam testamenti:& tunc requirunt̄ tot testes in probando errorē, quot in volūtate testantis probāda: vt d.l.cū proponebat.aut circa certitudinē: & tunc requiruntur duo testes.ita dicit procedere, qđ hr̄ in d.l.hæredes palam.§.sed si notā.Aut loquirnur circa aliquā verisimilē suppletionē,& isto casu sufficiūt duo testes,& ita loquitur Cy.Ia.de Ra.& Pe.ibi: qa facilius aliquid probatur supra scriptura, q̄ ꝯ ipsius tenorem:vt no.Cy.in l.optimā.C.de ꝯhē. stip.& glo.in l.reos.§.cum in tabulis.ff.de duob.reis.& in l. iurisgentium.§.ꝙ ferè.ff. de pact. & ego adduco l.q-cūq;.C.de appo.publi. lib. 10.& iste videtur esse casus noster. vnde posito,non tn̄ concesso, ꝙ essemus inter extraneos,adhuc iste error probaretur ꝑ duos testes sufficienter:quia est quædā suppletio , ad quā concurrit verisimile, vt dixi superius in præsuppositis. ideo cum ista substitutio facta de filia sit contra testamentum maternum: sed sit suppletio ad illud, sequitur,ꝙ sufficiunt duo testes.Facit, qđ voluit Ange.in dicto §. ex imperfecto. ¶Et si quispiam,quòd §. ex imperfecto . est hodie correctus per dicta authen.ꝙ sine.vt sit vera opi.Martini ibi, quam ibi sequitur Saly.qui etiam idem voluit in auth.si modo. C.fami.ercis.Ad hoc respondeo,ꝙ illa opin.non est vera.Primo: quia euitanda est correctio etiam per verba impropria:vt dixit glo.in auth. ex testamēto. C.de colla.quam ibi Lud.Ro.reputat sing. pro qua est tex.in c.cum dilectus.de cōsue.& in ca.cām quę. de rescrip.& in l.si serui vestri.C.de noxa. Secundò, quia §.ex imperfecto. emanauit in fauorem liberorum,ergo illum potius debemus ampliare, quam restringere. Tertio: quia vbicunq; ex noua corrigit antiquam,debet de ea facere mentionem specialē.
5 †vt est tex.melior de iure.in l.fi. in ver.specialiter.C. de indic.vid.tol.sed d.auth.ꝙ sine.non facit spālem mentionem,de d.§. ex imperfecto. ergo illum non correxit: non enim debemus extendere illā auth.ad correctionem legis,quæ est in codice, nisi quatenus expresse loquitur, & istud tenent cōiter omnes ibi, quos sequitur Pau.de Cast.& licet Salyc.teneat opi. Marti.in d.auth.ꝙ sine.tamen do. Florianus de Bononia.ibi dicit,ꝙ communis opin. est contra Mart. ideo non erit recedendum a communi opi.& secūdum eum melius est mori. ergo &c. sed secundum illam erit iudicandum.c.ne innitaris. de const.l.j.ff. de offic.quæsto.in versic.crebrior,&c.cum simil.Facit etiam ad prædicta:quia siquis opponeret, ꝙ requiruntur septem testes ad probandum errorem omissum,vt voluit gloss.in d.l.cum proponebatur. & alii doc.relati.Ad hoc facile respondetur,ꝙ ipsi ideo ita dicunt:quia requiruntur regulariter in vltima volūtate condenda septem testes.l.si vnus.C.de testa.vnde non loquuntur de testamento priuilegiato, sed de testamento secundum ius commune facto: sed ratio quare mouentur, bene decidit casum nostrū: dicunt enim,quòd tot requiruntur testes ad probādum errorem omissum,quot requiruntur ad conficiendam voluntatem,sed ad conficiendum testamē tum inter parentes vtriusque sexus sufficiunt duo testes: vt not.in d. §.ex imperfecto. ergo sequitur,ꝙ duo testes sufficiunt ad probandum errorem omissum.& ita intelligatur, quod voluit in dicto §.sed si notam.& in dicta l. cum proponebatur. & in dicta l.errore.hanc puto firmam veritatem. ¶ Sed vnum est,

est, quòd posset refricari in dubium, videlicet per quem modum loquendi debet deponere isti testes deponentes de voluntate testantis ad hoc vt concordent,& non dicantur singulares.& extat sing. dictū. Domi. Ant.in c.nihil.de verborum significatio. vbi est casus,ꝙ diuersitas in cortice verborum, dum tamen detur idem intentus,& eadem mens in substātia,non diuersificat dictum, nec inducit contrarietatem. & ideo licet testes, vel plura instrumenta de eodem facto a diuersis idem narrent in substantia licet per diuersa verba, per hoc non vitiatur eorum dictum,quasi sint singulares,vel contrarij, quod dictum limitat esse verum, quando formaliter non recitant verba,vt ab alio prolata:quia si recitent, exigitur,quòd concordent etiam in cortice verborum & propter hoc refert ibi se vidisse in contingentia facti,& dubitare, duo testes fuerunt producti ad probandum, quòd Titius instituit Seium hæredem,& vnus testis dixit,scio:quia audiui,ꝙ dixit Seium hæredem instituo:alter dixit audiuisse,ꝙ dixit Seius hęres sit,& determinatum fuit de facto, ꝙ tales testes essent contrarij,vel singulares,& non probant:quia recitabant verba vt ab alio prolata,ideo debuerunt concordare in verbis.Ita ibi dicit do.Anto.quod dictum pro certo est admiratione dignum : tum quia fuit ab excellenti doct.dictum,tum quia in facto ita fuit decisum.Et est ponderandum:quia videtur do. Ant.affirmare illam opi. quam superius retuli,quæ fuit Iac.de Ra.Pe.& Cy.in d.l.errore.quam sequitur ibi Bartol.vt sufficiant duo testes ad probandum errorem omissæ voluntatis,& (ꝙ plus est) ita fuit decisum in facto,nec domi.Anto.loquitur in testamento facto a parente inter liberos. ergo idem dicit etiā inter extraneos,ex quo sequitur,ꝙ multofortius poterūt duo testes testificari inter matrē & filios eius. & ideo efficitur fortior cōclusio fabricata superius. Et adduci potest solenne & nouum dictum Bal.in l. cum antiquitas.C.de testamen.vbi dixit quærendo, vtrum vna pars testamenti possit probari per septē testes,& alia pars per alios septem testes.& dicit esse casum illius.l. quia nisi probetur subrogatio testiū ex causa necessitatis,nihil probaretur.& sic videtur, ꝙ nisi testes probent totum tenorem testamēti perfectè,quòd nihil probent.& si aliqui minus, illi, qui minus deponunt totum,nesciunt.& ideo non videtur esse testes legitimi, nec probant aliquid etiam id,quod deponunt:quia non videntur interfuisse toti testamēto,ex quo totum nesciunt, quòd dicit esse mirabile,& reliquit cogitandum.Et longe miror,ꝙ Salv.& alii ibi nō referant illud dictū & examinent, si sit verum.Modo in proposito nostro non expedit examinare & discutere, si illud dictum do. Anto.sit verum ; quia aliàs consului contra illud dictum ex eo:quia singularitas duplex esse dicitur, quædā singularitas contradictoria & obstatiua, & ista inficit testimonia,vt non probent, de qua habetur in l.testium.C.de testi.c.bonæ.de postu.præla.l.ob carmē. ff.de testi.cum simil.quædam est singularitas adminiculatiua,& ista non inficit testimonium,& est qn̄ testes per diuersa media conformia tendunt ad eundem finem.& isto modo loquēdi vtitur Bal. in rub. de contro. inuesti.in vsib.feu. & adducitur ad hoc text. valde sing.& in l.qui sententiam.C.de pen.quē ad hoc allegat Bald.in l.de quibus.ff.de legi.& in l.j. C.de testa.& in plerisque locis,& gloss. valde elegās. in capitulo dudum.de conuer. coniug. & in capitulo cum ecclesia sutrina.de causa poss.& proprie. Cū ergo isti testes dicant vnum & idem in substantia in casu dicti domi.Anto.ergo sequitur, quòd nō sunt singulares:quia vbi potest capi sensus, vt testes non sint singulares,sed cōcordes, patitur talis sensus,ita dixit Bal.in commēto.l.de quibus.ff.de legi. & quia non in verbis sed in sensu consistit euāgelium :vt in c.Marchion,& Basilides.prima quæstione prima,capitulo intelligentia. & capitulo præterea. de verborum significationibus, quando substantia non stat in verbis,& adduco singu.tex. contra domi. Ant.in l.non figura. ff.de actio. & maximè quia labilis est memoria,vt recordentur de proprijs verbis testes in facto alieno:vt l.quidam tabularum.ff. de furt. & l. 3.§.duæ causæ.ff.de carbo.& Seneca in prologo declamationum,ergo non est curandum, si non deponent concorditer de proprijs verbis : si tamen sunt concordes in substantia.& facit simile,quod voluit Inno.in cap.qualiter.el 2.de accusa.quod refert Bal. in l.presbyteri.C.de episco.& cle.& voluit idem Archi.in c.nihilominus.3. q.9.Ita dicamus, ꝙ excusat testis,si nō recordetur de proprijs verbis,sed de substantia,& de illa deponat. & per consequens non bene loquitur do.Anto. & alias consului contra eum. ¶Sed in casu nostro non est opus illud discutere,an bene dixerit ex eo:quia tres testes,qui deponunt de omissione dictæ substitutionis, sunt concordes in substātia,& in proprijs verbis. ergo redditur fortior ista hæsitatio, & sunt illi, qui descripti in testamento,ergo &c. Cum ergo duo testes sufficiant, & sunt tres.ergo nulla est dubitatio.Et licet Bal.in d.l. cum antiquitas.dicat,quòd debeant esse septem : tamen dico,illud esse verum eo casu,quo in condenda vltima voluntate requiruntur septem:sed eo casu, quo requiruntur duo,sufficiunt duo : vt voluit idē Bald. in dicta l.secunda, ꝙ per consequens non obstat. Itē isti testes deponunt de toto,vt apparet ex eius testificatione,& per consequens deponunt, ita vt voluit Bald.in dicta l.cum antiquitas.¶Stat modo difficultas, vtrum debilitentur dicta istorum trium per testificationem notarij,& aliorum testiū. Et pro certo mihi videtur de iure dicendum quòd non. & ante omnia tollo illud,quod quis posset opponere, videlicet testatrix ista adhibuit septem testes in dicto suo testamento, & per consequens videtur elegisse viam testandi secundum ius commune, & non secundum ius speciale & priuilegiatum, ergo sequitur, quòd per septem testes debet ꝓbari talis omissio substitutionis;quia tot testes interuenerunt circa facturam testamenti. Ad istud respondetur,quòd propter hoc non videtur elegisse viam, per quam impugnetur sua voluntas,vt est tex.in l.3.ff.de testamen.mili. sed ideo fuerunt vocati septem testes, vt valeret dispositio quo ad alia, quæ non tangebant dictos suos filios : licet enim valeret testamentum inter matrem & filios cum duobus testibus: tamen non valet quo ad extraneam personam admixtam, & hac de causa fuerunt vocati septem testes,non tamen ad finem, vt tolleretur priuilegium & fauor, quod lex dedit illis filiis in testamento vtriusque parentis : vt d.§.ex imperfecto. quinimmo plus dixit Bar.in d.l.si librarius.ad fi. ꝙ error:tanges voluntatem patris potest probari per duos testes.s.per notarium,& vnum testem.& sic videtur sentire illud,qđ voluit Pet. & Cy. in dicta l.error. quod est bene notandum ad hanc consultationē. ¶Capio nunc istā hæsitationem. si debilitentur dicta istorum trium propter assertionem aliorum.& exordiat a notario, & clarum est, ꝙ notarius iste,qui fuit rogatus de isto vltimo testamento, dicit non fuisse erratum, nec se fuisse rogatum de dicta substitutione. & sic videtur magis standum dicto testis tabellionis,q̄ dicto alterius:vt est glo.singu.in Auth.de hæred.& fal.§. si vero absunt.quam ad hoc reputat sing.Bal.in authen. sed cum testator.C.ad leg.fal.& ideo dixit Bar.in d.l. si librarius.ꝙ statur dicto notarij & vnius testis circa erro-

ta errorem tangētem partem. Quia circa hoc extat glo.antiqua in l.hac consultissima.§.fi.C.qui test.fa. pos.quæ secundum Bar.ibi dicit veritatem. & idem dixit in l.Domitius Labeo. ff. de testa. ꝙ aut probatio fit per viuam vocem tantum, & computatur notarius in numero testium:non tamen habetur loco duorum. Aut probatio fit per scripturā tm̄, & nullo modo computatur in numero testium:quia non deponit in forma testis,ita cōcludunt in dictis locis: vt voluit Bal.in l.fi.C.de fideicō.& in rubr.C.de fide instr.& per oēs in d.l.hac consultissima.& in d.l.imperator. sed iste notarius non deponit in forma testis,immo contendit in iudicio, & facit se aduersarium, ergo non pōt debilitare dicta istorum trium testiū,arg.l.nullus.ff.de testi.& plenissimè circa hoc dixit do.aduocatus maximè cum agatur de deturpādo honore ipsius notarij,cum in hac eleganti clausula defecerit in illa scribenda, vnde videtur præsumi dolus:cum testes dicant, ꝙ ipsemet notarius interrogauit dictam Floram,an vellet aliquē esse hęredem suum futurum eo casu, quo filius suus institutus decederet sine filijs, & dictus notarius non scripsit hanc substitutionem expressam per ipsam testatricē.& sic videtur potius fuisse in dolo, ex quo clau
6 sula†substitutionis est elegans, arg.eius, quod hr̄ in capitulo ex literis.de dolo & contu. vbi sufficit,ꝙ secundæ literæ faciant mentionem de primis in capitulo audita.de restit.spol.c.cæterum.de rescrip.c.ex literis.de offi.delega. tamen si in primis literis apponitur aliqua clausula elegans,non sufficit facere mētionem de primis, nisi fiat mentio de clausula illa eleganti,& ideo pulchrè dixit Barto.in l.de ætate.ꝙ non est tolerabilis obliuio alicuius memorandi facti,vt fuit de maxima mortalitate, licet ergo in d.l. quoties.§ sed si non in corpore. ff.de hære.instit.dicatur,ꝙ si est plus dictum & minus scriptum,ꝙ p̄sumitur,ꝙ notarius errauerit,& non dolosè omiserit, iudicio meo illud procedit regulariter, sed non habet locum,vbi fuerit erratum in aliqua clausula ardua,vt est substitutio facta de filia, immo præsumitē dolus:quia huiusmodi ardua exigunt exactam diligentiam: vt dixit Bald.in l.nullum.C.de testi.& probatur in c.per venerabilē.§. rationibus. qui filij sint legi.& de offi.archi.in c.ad Hebręos, & Deuteronomij.18.c.considerata cōditione ipsius notarij: quia alias errauit & dolosè,vnde semel malus semper p̄sumitur malus in eodem genere mali: vt in regula, semel malus.lib.6.cum simi.& sic etiam potius præsumitur malus in eo ex his,quæ aliàs cōmisit in officio tabellionatus,iuxta illud.expedit in fido,nō iterare fidem. vnde dicebat Bart.in l.Lucius. ff.de his q no.infa.ꝙ posito,quòd testis assignet causam bonā dicti sui:tamen iudex potest non adhibere sibi fidē, si sibi videatur,quòd non dicat veritatem per id,qđ habetur in d.l.3.§.primo.ff de testib. tu magis scire potes,quanta fides sit testibus adhibēda.primo iste notarius asserit rem non verisimilem, secūdo: quia deponit vt aduersarius,& vt pars.ergo &c.tertio habet tres testes testificantes cōtrarium, quo casu per ampliores homines magis clarescit veritas: vt dixit tex.in l.fina.C.de fideicom.c. licet causam. de prob. capitulo in nostra.de testi.quarto alias commisit similem errorem dolosè. ergo eodem modo videtur fecisse hic iuxta illud. præteriti memoria scire futura facit.A primordio tituli posterior formatur euentus.l.j.C.de impo.lucra.descrip.libr. 10.Ex istis tollitur illud, quod voluit gloss.d. §.si vero absunt.vnde non credetur plus huic notario, quam alteri testi, immo nullo modo credetur huic notario stantibus supradictis.Quinimmo plus dico,ꝙ illa glo.non dicit illud,ad quod eam allegat Bald.ꝙ plus credatur tabellioni.dicit enim ibi gloss. quod non minus creditur tabellioni,quam aliis, nō sequitur ergo plus. & sic non bene ponderauit illam glo. Bal. ¶ Et si dicatur, plus creditur notario: quia fuit præsens. Ad hoc respondeo,ꝙ cum dicti testes fuerint pręsentes, & non laborent suspicione aliqua,non prætendunt interesse honoris, vt prætēdit ille notarius: est enim interesse honoris maius alio interesse: vt ait Paul. Apostolus ad Corin.expedit mihi magis mori, quā vt quis gloriam meā euacuet.l.Iulia. ff.si quis omis. causa testa. & Salamon dixit. melius nomen bonū, quàm diuitiæ multæ.& in capitulo secundo de purga.cano.& no.in l.transigere. C.de transactio.per illum de Funtana: vt refert ibi Bart.quòd infamia est similis morti, facit.l.infamia.C.de decur.libro 10.& per consequens cum agatur de infamia,sequitur,ꝙ non est adhibenda sibi fides, maximè cum tot concurrant contra eum, quæ simul coniuncta inficiunt suum dictum:quia quæ non prosunt singula, multa iuuant vt est dictum superius.Et etiam ex alio cōfunditur eius dictum: quia non deponit super toto testamēto,vt voluit Bal.in d.l. cum antiquitas. ergo non probat.Et ex istis non obstat dictum ipsius notarij,¶Nec ob.testificatio do. Anto. quia pro certo multiplici de causa redditur falsa primo extra iudicium fuit testificatus,dictam do.Lucre. fuisse substitutam in vltimo dicto testamēto, deinde productus in iudicio ad instantiam.d.Lucre.dixit se non recordari,postea ad paucos dies productus contra d. Lucre.dixit, ꝙ dicta D.Flora.non substituit dictam Do. Lucre.ꝙ sit falsus ostendo:tunc testis est falsus, quādo testimonia ipsius sunt varia & diuersa inter se. Ita dixit Bar. in l.eos.ad fi.ff.de fal.probatur in l.qui falsa.ff.de test. vnde Bar.in d.l.eos.dicit,ꝙ si vnum dicit extra iudicium,& aliud in iudicio, punitur vt falsarius.& licet d.Ant.in c.dilectus. de cap. mo.dicat, illum tex.esse contra Bart.& Bal.in c.j.§.j.in ti. quid sit inuestitura.& in c.j.§.cum autem. de controuer. inuesti.& in l.nullum. C. de testi. reprehendat illud dictum Bar.& etiam Salyc. in l.si quis decurio.C.de fal.& in d.l.qui falsa.& in d.authen. qui semel.C.de proba.tamen Abb.in c.per tuas.de proba.& in c.literas.de præsump.dat vnam concordiam valde elegantem & veram.dicit enim, ꝙ debet stari illi dicto, pro quo sunt plures & fortiores præsumptiones veritatis, vnde si pro primo dicto est maior præsumptio veritatis,stabitur primo dicto allegat tex. in dicto capitulo literas.sed in casu nostro pro primo dicto suo sunt plures & vehementiores præsumptiones,quàm sint pro secundo dicto contrario,ergo sequitur,ꝙ stabitur primo dicto.ꝙ autem sint plures, & vehementiores præsumptiones pro primo dicto apparet ex superius relatis:quia extat primum testamentū,in quo fuit facta talis substitutio,extat amor maternus, extat iuuenilis ætas illius Alexandri non habentis vxorem,extant tres testes,qui clare & indubitanter hoc attestātur.ergo &c.& etiam licet multi doctores non sequantur illud dictum Bart. in d.l. eos.tamen do.Pet.de Ancha.in cle.secūda. de testibus.vbi recitat opin.dicit, quòd si testis durante iudicio deponat secundum dictum cōtrarium primo dicto,dicit se dubitare:quia sicut, vbi incontinenti hoc faceret,reputaretur vacillās,& neutri dicto crederetur,ita videtur dicendum, si hoc faciat ex interuallo ante iudicium finitum.& sic vult, quòd neutro dicto stetur. Sed postea reducendo ad concordiam præfatam controuersiam doc.dicit relinquēdum esse iudicantis arbitrio,an potius stetur primo dicto,an secundo;quando illud secundum emanauit adhuc non finito iudicio. & mouetur ex l.3. §.j. ff.de testib.ibi, tu magis scire potes.& l.ob carmen.

co.ti-

eodem titulo in pectore enim iudicis reseruatur, quando & an vlla sit fides testibus adhibenda. ita re sidet domi. Petr. & ita reducuntur ad concordiam doctrinę discrepantes circa istum dubitabilem passum, sed clarum est, quòd iudex debet suum arbitrium informare ex præsumptionibus concurrentibus circa istam varietatem, ergo sequitur, quòd iudicabit pro primo dicto tanquam verisimiliori maximè, quia concordat cum aliis testibus. & facit glo. in capitulo cum in tua. de testi. quæ dicit, quòd si testis dixit vnum in iudicio summario, & aliud dixit in iudicio plenario, quòd secundum dictum non valet. Ita dicamus in proposito, & pulchrè dixit domi. Anto. ibi, quòd si testis dixit vnum extra iudicium, & contrarium dixit in iudicio, quòd non statur se-
7 cundo dicto, sed statur primo† sed non poterit accusari de falso pro illo secundo dicto. & adduco, quod voluit domi. Abb. in quodam suo eleganti consilio incipiente, videtur primo standum, & est in ordine. 52. vbi dicit, quòd si testis dicit vnum extra iudiciũ, & contrarium postmodum dicat in iudicio, & cum iuramẽto, non creditur secundo dicto. & potest puniri de falso, quod dicit probari in dicta l. eos, secundum vnum intellectum. & dicit illud tenere Bar. ibi, & refert illud sequi do. Anto. in dicto capitulo cum in tua diocesi. de testib. & licet secundum eum illud dictum Barto. posset morderi aliquatenus: tamen propter multa alia concurrentia adminicula in casu illo, in quo consulebat, dicit standum primo suo dicto, & dicit esse casum in dicto capitulo literas. de præsumpt. & sic domi. Abba. in terminis consuluit pro nobis, vt potius stetur primo dicto. Et etiam põdero ego aliud circa hoc, ꝙ licet Bald. & Salyc. in dictis locis, & etiam Ang. in quodam suo cõsilio mordeant illud dictum Bartol. tamen loquuntur in casu nostro: quia casus noster est, quando dictus domi. Anto. scripsit manu sua propria dictam suam testificationem, qualiter dicta domi. Flora substitueat dominam Lucre. in isto vltimo testamento, & apparet, quòd ita scripserit præfatus domi. Anto. ex testificatione testium qui se suscripserunt illi suæ depositioni. & per consequens maioris vigoris, & roboris est primum suum dictum scriptum manu propria, & subscriptum a testibus ad sui instantiam, quàm si illud dixisset in voce, & adduco in argumentũ, gloss. valde sing. in l. cura. C. de omni agro deser. libro vndecimo, quæ voluit, quòd interlocutoria in scriptis lata non potest per iudicem reuocari: quia videtur fortior, & cum maiori deliberatione lata, de qua facit festum ibi Nic. de Neapo. & facit, quod habetur in l. Publia. §. fin. ff. depositi. & in l. contractus. C. de fide instrumento. & ideo Bald. Ang. & Salyce. dum mordent dictum Bartol. procedit illa eorum reprobatio, quando duntaxat in voce ita dixit testis: quia potius videtur dicere, vt cõplaceat partibus, & non animo deliberato: vt etiam ipsi volunt. ergo sequit, quòd quando scribit sua manu testibus interueniẽtibus, & se subscribentibus non videtur dixisse, vt cõplaceat partibus. Et istud est dictum meum nouũ, & nouissima concordia ad Barto. & ad alios contradicentes dicto Barto. licet Barto. in dicta l. eos. parisi cet, scribatur dictum eius coram testibus, vel dicat coram testibus: quia pro certo plus est, quãdo illud ipse testis scribit, quàm quando duntaxat ore dicit: quia tunc concurrunt duo, videlicet vox & scriptura, & duo vincula sunt potentiora vno: vt in capitulo primo, de treug. & pac. cum simi. Modò in proposito nostro concurrunt omnia ista insimul: quia plures & veriores præsumptiones concurrunt pro pri-
8 mo † dicto, quàm pro secundo: cõcurrit pro primo dicto scriptura manu sua scripta, & a testibus subscripta, concurrit tam magna varietas: quia in primo dicto ita scripsit, postea productus in iudicio dicit se non recordari, quid dixerit domina Flora circa dictam substitutionem: sed postea durante eodẽ iudicio bis testificatus est ita, vt scriptum est, quo casu si dixerit quispiã, possibile est, ꝙ quis dicat se non recordari, qualiter processerit factum, & postea recordetur: vt dixit Barto. in l. qui bona. §. si quis stipulatus. ff. de dam. infect. vnde dixit Bald. in l. prima. §. notandum. de notis feud. quòd testis, qui dixit heri non credo, potest hodie credere, & qui dixit heri, ne scio, potest hodie scire: quia possibili veritate in esse posita nulla necessario sequitur falsitas, quam quęstionem dicit fuisse illo anno in ciuitate Astensi. & facit, quod voluit idem Bald. in capitulo primo. §. si enim duo. in titu. quid sit inuestitura, quòd qui nõ reminiscitur modo, potest reminisci cras, quod dicit esse multum notabile in depositionibus testiũ, qui in vna causa dixerunt se non recordari, & in alia deposuerunt super facto. facit, quod voluit glo. in capitu. cum causam. de testi. & scribentes in cap. causam. eodem titulo. nam facile tradimus obliuioni res alienas & factum alienum iuxta illud Terentianum. aliena curas. & iuxta illud Esopi. res tua te reperit Argum, res altera cecum. ideo dicimus, vt dixit Seneca in prologo, ꝙ memoria est ex oĩbus partibus animi maximè dedicata. & ideo dicebat Cicero in libro de oratore. quid de memoria hominũ thesauro dicam, inter humanæ naturæ commoda nil memoria dignius reperitur. non est ergo admiratione dignum, si dixerit, se nõ recordari, si postea reduxerit rem sibi ad memoriam, & deponat de facto. & adduco glo. in l. 3. §. duæ causæ. ff. de Carbo. & tex. in l. quidam tabularum. ff. de furt. & ibi pulchrè dixit Ange. quòd testis interrogatus in vno iudicio, vel in vno tempore potest dicere se non recordari, & alio tempore, vel alio iudicio potest recordari, & deponere super facto. & ideo statur vltimo dicto secundũ eum, ista sunt quæ possent adduci pro isto teste. Sed reuera non obstant, & fateor, quòd vno tempore potest quis recordari, & alio tempore non. & ad hoc adduco Bal. in l. de tutela. de in integ. restitu. mino. vbi dicit, quòd quis non dicitur periurus, si diuersis temporibus respondeat diuersa, per verbum credo, quod dicit procedere, quando reddit causam, quare magis credit nunc, quàm prius, & quare nũc deponit de facto, & olim non: quia isto casu dicitur esse contrarius sibi, & ita videtur intelligendum illud, quod dixit Bald. in locis allegatis superius, & quod voluerunt doctores in locis allegatis superius: sed iste testis non allegat causam, quare hodie ipse deponit & recordatur, & antea non deposuit, nec recordabatur. ergo est periurus, & istud sentit Angel. in dicta l. quidã tabularum. vbi dicit, quòd si dicat, quòd melius recordatur nunc, quàm prius, quod fecit iste sacerdos in suo testificatu. ergo &c. Item est ponderandum: quia non interuenit tantum interuallum temporis, quòd iste non potuerit recordari illam testificationem, quam fecit in scriptis, & testificationem, quam fecit in iudicio ad instantiã domi. Lucretiæ, in qua dixit, se non recordari, & postea in eodem iudicio dicit, quòd Do. Flora non fecit illam substitutionem: vnde iste testis nullo modo potest excusari a falsitate, & ideo illa dicta superiora procedunt, quando testis dicit simpliciter se non recordari, postea reducens sibi ad memoriam dicit se recordari: sed non est sic in casu nostro: quia iste deposuit super eo, de quo habuerat memoriã: quia per paucos dies antea scripserat suam testificationem, ideo præsumptio est, ꝙ de illa recordetur. & ideo debebat etiam nunc recordari: vt c. qualiter. de

iud. quia testis magis debet recordari de personis,& loco,quam die.Ita in proposito debuit magis recordari de facti contingentia. & multofortius præsumitur,ꝙ appensate dixerit falsum: quia illā suam contrariam depositionem deposuit ad ignem, ꝙ præsumitur dolosè fecisse,argu.glo.l.dolum. C.de dolo.& c.2.de renuncia. Non enim potest cadere in aliquē intellectum, ꝙ stantibus prædictis iste non fuerit recordatus.& ideo aperto ore est sibi contrarius. ideo non est standum dicto suo,maximè cum nitatur asserere negatiuam,quo casu presumitur falsarius:vt in c.cū ecclesia sutrina.de cau.pos.& proprie.ergo &c. maximè cum deponat rem non verisimilem.¶ Et si quispiam dixerit,amice,stante varietate, aut cōtrarietate testium hinc inde, statur testibus deponentibus in fauorem instrumenti, ita pulchrè dixit Ang. in l.2.§.fi.ff.quemad.test.ape. ideo posset quispiam dicere, ꝙ testes producti contra illam D.Lucre.deponant in fauorem instrumenti ipsius testamenti. ergo præferendi sunt testibus dicentibus contrariū. Ad hoc facile datur responsum. Ange.enim ibi loqtur data paritate testium:quia tot sunt ex vna parte, quot pro alia pares numero,pondere,& mēsura,sed in casu nostro non est sic:quia non sunt pares numero testes hincinde, posito ꝙ ex vna parte dicerent in fauorem testamenti,& sic nō sumus in casu,quo loquitur Ange. Item illum dictum Ange.limitatur,nisi testes deponentes contra instrumentū assererent rem verisimiliorem: tunc enim staretur testibus deponentibus verisimiliora,vt dixit in euidentialibus. Item dictum Ange.est alienum a casu nostro: quia nostri testes nihil asserunt contra instrumentum testamenti: sed supplent substitutionem omissam in testamento, quo casu vendicat sibi locum doctrina Bald.in dicta l.in exercendis. C. de fide instrumen. quam adduxit do.aduocatus. Facit etiam: quia præsupponitur in puncto, quòd iste testis sępenumero dixit extra iudicium, quòd do. Flora fecerat dictam substitutionem coniuncta modo scriptura sua, de qua constat per testes,qui se subscripserunt,apparet potius esse standum huic suæ scripturæ, quæ pluribus adiuuatur præsumptionibus, argū.l.diuus.ff.de in integ.resti. ¶ Prӕterea detegitur aperto ore falsitas huius testis: quia certū est, quòd obliuio causat ex diuturnitate temporis, vt dicitur in l.peregre. ff. de acquir.poss.& in l.1.C.de seruis fugiti. cum simi. sed circa tempus recens nō pręsumitur obliuio.modò interrogatus dictus testis, quando hæc fuerunt, respondit de anno proximo præterito,de mense Septembris, vel Octobris, est verisimile,ꝙ de tempore debuit perfectè & tenaciter recordari, maximè propter illam scripturam manu sua factam & subscripturam per testes:& quia pluries dixerat extra iudicium, & postea fuerat productus in testem in iudicio pro parte D.Lucre. & nunc etiam est productus a parte aduersa, & deponit de tempore falso modo & falsa intentione, vel dicemus, quòd loquitur de alio testamento,& non de isto, & non nocet nobis, vel si dicimus de isto,dicit falsum. ideo dicebat Bal. in d.l.presbyteri.quòd excusatur testis, si non recordatur de die: quia dixit se non recordari allegat Innocen.in dicto capitu.qualiter.sed iste testis non excusat se,quòd non recordetur. Item posito,non tamen concesso,quòd ita diceret: tamen non excusaretur:quia non deponit de die,sed deponit de mense, & maximè in re ita per eum pluries ruminata, quo casu præsumitur memoria. Ideo multum pulchrè dicebat Baldus in l.cum alienam. C.de lega. quòd in facto alieno sæpius ruminato præsumitur scientia: & per consequens ceci viderent, quòd iste dicit falsum. & sic coinquinat dicta nostrorū testiū.

¶ Capio nunc alium testem Simonem Hosterium, pro certo eius testificatio nō debilitat testes:qa dicit se nunquam audiuisse, quòd dicta Flora fecerit illā substitutionem, non propter hoc asserit illam negatiuam,quòd substitutio tunc temporis facta nō fuerit:quia possibile est,quòd illam fecerit, & testis nō audiuerit illā fieri: quia licet quis sit in aliquo actu præsens corpore: tamen nō videtur esse præsens animo.& ideo actus posset celebrari,quem ipse nō audiret.ideo Bartolus in leg.1.in principio.ff.de verborum obligatione.dicit,stipulatio fit vtroque loquēte,ipse supplet, & efficaciam sermonis intelligente. & probatur in capitulo auditis.& intellectis. de electio.& quod ibi voluit domi.Anto.& allego capitulum sicut. de regula. in verb. præsentibus & videntibus.& gloss.in c.in primis, secunda quæstione prima in verb. presente.quæ supplet,& intelligente. & allegat capitulum peruenit. el 2.in ver. adstantibus & videntibus.de testi.cog.licet enim regulariter pręsentia corporis præsupponat præsentiam animi: vt l.testium.C.de testi.l.coram. ff.de verborum obligatione.cum similibus. tamen ista stant simul, quòd quis sit præsens corpore & non sensu. vt voluit domi.Cardina.in capitul.fina.in versic.præfinitum.de maioritate & obedientia.qui ad hoc allegat Bald.in rubr.C.qui admitti.& glo.singu.in l.seruus.ff.de bo. pos.cum ergo idem testis dicat, quòd potuisset fieri substitutio tunc temporis, & ipse non audiuisset, vt apparet ex ista sua testificatione referente se ad aliā testificationem in eadem causa factam,vt authen.si quis in aliquo documento. C.de eden.nam possibile est, quòd tunc non habebat animum ad ea, quæ ibi fiebant,iuxta illud psalmistæ, aures habent non audient, & iuxta illud populus iste labijs me honorat,cor autem eorum a me longè est & sic non inficit iste testis dicta nostrorum testium. ¶ Nec obs.testificatio magistri Matthęi & magistri Stephani, cū dicant, se non recordari de aliquibus dispositis per ipsam testatricem: quia ista stant simul,quod actus fuerit celebratus,& non recordentur: cum sit factū alienum,in quo præsumitur facile obliuio. capitul. ab excommunicato.de rescrip.& licet non sit de longinquo:tamen est alienum factum.ideo Bald.in d.l. cum aliena.dicit,quòd in facto alieno sępius discusso præsumitur scientia.istud est factum alienum, & non sæpius discussum ab eis. non est ergo mirum,si non recordentur vt in illo Terentiano.aliena curas. nō propter hoc tollitur, quin substitntio celebrata fuerit,& licet vnus de eis dicat sibi, non videri fuisse celebratā illam substitutionem: tamen illud refert ad suā obliuionem:quia ideo non videtur sibi: quia non recordatur.Item quia illud verbum videtur,ꝓlatum a teste vario modo intelligitur, aut enim testis deponit de peritia suæ artis iuxta ea,quæ habentur in l.1.in prin.ff.de ventre inspi.& in l.hac edictali.§.illud.C.de secundis nup.& in ca.proposuisti. de proba.cum sim.& toleratur dictum testis per verbū videtur. aut loquitur in teste non deponente de iudicio suę artis: Sed de scientia quam habet vt testis, & tunc non est satisfactum iuri, si testis deponat per verbum videtur.l.quid tamen.§.si arbiter.ff.de arbi. ita concludunt omnes in d.c.proposuisti. de proba. & in c.fraternitatis.de testi.& in l.1.ff.de ven.inspi.& in c.cum causam.de testi.& in l.solam.C.eod.sed in casu nostro iste non deponit de iudicio artis: sed vt testis,ergo non probat per verbum, videtur. debet enim allegare causam dicti necessario concludentem: quia scire, est rem per causas cognoscere: vt dicit philosophorum facile princeps Aristo.in primo Poste. & in primo Physicorum dixit:tunc enim opinamur vnumquodq; cognoscere, cū causas cognoscimus

gnoscimus primas & principia prima vsq; ad elemēta.facit, quod voluit Inno.in d.c.cum causam. & Barto.in d.l.solam.& in tractatu de teste. Et præterea confunditur etiam dictum eorū quia in prima testificatione iurata in iudicio testificati sunt in fauorem,quo casu dicit Matheus in cle.2.de testi. quòd si testis dicit vnum in primo testimonio, & contrarium dicit in secūdo, refert Bert.& quasi omnes dicere, ꝙ statur primo dicto in c.veniēs. el 2.& in c.cum causam.de testi.glo.tamen in d.c.veniēs:nō dicit standū primo dicto, sed dicit simpliciter, ꝙ non valet dictum suum. Spec. dicit neutri dicto standū,in ti.de teste §.j.ver. si qd testis.Io.An. post Inn.in d.c.veniēs.dicit, nō valere ſm dictum. Bar.in d.l.eos.ff. de fal.dicit, si testis variat in eadē cā.& inter easdem personas statur secundo dicto, si cū tormentis,si aūt sine tormentis,& in secundo dicto,dicit animo corrigendi, statur secūdo dicto, qñ exprimit cām correctionis incontinenti,& hoc iudici videatur.aliàs si dicit diuersa,punit vt variās & vacillās,si aūt ex interuallo dicit contrariū eius, quod dixit in primo iudicio, tūc vltimū dictū non valet, tanꝗ sit periurus.isto modo decidūt casum nostrum: qa cum in prima sui testificatione dixerint de substitutione in iudicio cū iuramēto. seqtur,ꝙ stabitur primo dicto, nec secundum dictum contrarium deposuerunt cum tormentis, nec illud incontinenti dixerunt aīo corrigēdi: vt in c.ꝑterea.de testi.cogen.ergo sequitur, quòd primo dicto erit stādum. multofortius quia ꝓ primo dicto sunt verisimiliores ꝑsumptiones: vt est dictū. ergo stabitur primo dicto & non secundo. facit d.c.literas, de præsump. & per cōsequens cum dicto istorū triū testiū deponētiū clarè pro dicta substitutione,& eodē mō ille dñs Ant.in sua testificatione, ꝗ sua manu propria scripsit, videt esse conformis cū dicto,istorum trium testium, & sic omnes sunt cōcordes pro ista substitutione, & per cōsequens nō est disputandū data paritate testium, quibus testibus sit magis standū:quia oēs vident esse cōcordes in fauorē.d.Lucre.& dato ꝙ essent discordes,nō tū statur testibus deponētibus verisimiliora:vt d.c.licet cām.& stat testibus prępōnētibus affirmatiuè: vt plenè scribit do.aduocatus.¶ Et faciat.l.Lucius. ff.de hær.inst.vbi dicit,prudēs cōsiliū testōris aīaduertit, si substituit filios fratris, ergo multofortius si substituit filios inter se,ideo pulchrè dicebat Bal. in l.precibus.C.de impub.& aliis substi. ꝙ testator præsumitur velle & cogitare illud. qđ lex disponit allegat.l.si duo.ff.de acqui.hære.idē Bal.in l.j.C.de sac.san.ecc.dicit, ꝙ talis pręsumitur esse volūtas testātis.qualis de iure esse debet: sed voluntas patrisfami. est vocare filios ad mortem filiorum substituendo eos adinuicē.ergo sequit,ꝙ isti testes deponunt illud, qđ est verisimilius,ꝗnimmo plus dico, ꝙ cōiter parentes in testamentis suis instituunt & substituūt filios adinuicem, si decesserit sine filiis. ergo illud præsumitur fecisse testator, qđ fieri consueuit vt l.si prius.§.rectè placuit.ff.de aqua plu.arcen.l. excepto. C. locati. & attenditur consuetudo patrisfam. vt l. qui semisses.ff.de vsu.l.vel vniuersorum.ff.de pig.ac.l.item Mela.ff. de ali.& ci.le.cū ergo ista testatrix iam in primo testamento substituerat dictā Lucretiā. ergo præsumit in isto secundo,eodē modo substituisse, & coadiuuatur ex hoc Sepulchro dicente se vocatum pro parte dictæ testatricis ad subscribēdum istud vltimum testamētū tēpore suæ ægritudinis a quadā cōiuncta ipsi testatrici dicēte, ꝙ nolebat mutare aliud nisi illos l. florenos, ꝗ testis noluit accedere,sed accessit alius notarius.modò ꝗ incontinenti fiūt videtur inesse, l.lecta.versi.dicebam.ff.si cer.peta.cum simil. ergo videtur fecisse dictam substitutionē,licet notarius illam non scripserit. Et fortificatur ex hoc testificatio, aliorum testium. arg.l.2.§.j.ff.de excu. tuto.faciunt illa, quæ ego allegaui in euidētialibus. Et facit ratio inconuincibilis hoc modo, regulariter testes affirmantes præferuntur negantibus vt l.diem proferre.§.si plures.ff.de arbi. sed vbi negatiua est
9 verisimilior, præfertur affirmatiuè. † vt est gl.sing. in l.clerici.81.di.ergo sequitur, ꝙ multofortius affirmatiua verisimilior præfertur negatiuæ nō verisimili,ar.cap.nō estimemus.8.q.2. sed ista affirmatiua substitutionis omissę est verisimilior ꝑ ea, ꝗ supradixi,ergo ꝑfertur.& sic concurrunt tria.primū, ꝙ est affirmatiua. secūdū,ꝙ est verisimilior. tertiū est,ꝙ ꝓbatur per oēs testes,vt dixi.ergo iudicandū est in fauorē substōnis.¶ Capio nūc testes reprobatorios,dicit magister Mattheus se audiuisse dominā Lucreti.dicere,ꝙ sua mr̄ nō reliqt sibi nisi.5.solidos, & plus non dicit. D.aduocatus,sed ego dico, ꝙ illa verba nō tollūt substitutionē ex eo: quia illa verba ītelligunt principalr̄ de eo, qđ principaliter sibi reliqt,nō de eo qđ in ꝑnam, iste est casus,ꝗ reputat sin. in l.j.§.denūciari.ff.de ven.insp.vbi attenditur prima successio & non secunda, quę est substitutio,vt ibi est casus,de quo Baldus facit testū in rubri.C.de suc.edic.& in l. nā ita diuus.ff. de adop. & in l. si curatoris.C. de iure deliberan. & in l.obseruare.§.proficisci.ff.de offi.procon.D.Cardi.in c. fi.de maio.& obe.& adduco gl. in c. ꝗuis. de pac li. 6.& sic illa verba intelliguntur de principali iure succedendi,non autem referuntur ad ius substitutionis. Et qa est singularis,& quia dicit rem nō verisimilē, ex quo apparet, ꝙ substitutio fuit expressa ab illa testatrice:qa ista stāt filius,ꝙ non reliqrit nisi.6.solidos iure instōnis. & tū fuit substituta illi Alexādro.¶ Nec ob.attestationes illius dni Antonii:quia falsum dicit per ea, quæ superius de eo dicta sunt: & quia contrarium attestatur ille, quem ipse vocati in cōtestē,& est leuis opi.& infamatus. ergo &c. vt dr̄ in rn̄sionibus dom.aduocati. ¶ Nec obstat ꝙ Petrus Paulus testis sit amicus producen-
10 tis† quia ad hoc respondeo, ꝙ licet quis sit amicus producētis : tamen iudex debet arbitrari, ꝙ possit testificari,nisi alia ratio insit,ꝗ amicitia.l.sciendū. ff.de vsur. nā secundum Arist.amicus amico vult bona,ergo non vult falsum testificari: quia esset sibi malū,nō bonum,& ideo dixit Bart.in l.eos.C.de testi.ꝙ hoc nomen, amicitia, non est expulsiuum a testimonio, casum dicit esse in d.l. sciēdum.facit gl.in Auth.de mona.§.cogitādum.& plus dico, qđ Ang.ibi dicit, ꝙ amicus potest testificari pro amico,sed detrahitur aliqualiter de fide eius, & tunc dr̄ esse amicus, & de tali amicitia intelligit qñ est vnum velle & vnū nolle inter eos,allegat Cyn.in l. idoneus.ff. de testi. de tali amicitia loquitur Seneca in secūda epistola. & ideo dicebat Iac.Bu.in l.3. in prin.ff. de testi.ꝙ si duo valde amici deponunt, non probant,secus si sunt tres:quia tunc probant, facit in ar.l.fi.C.de fideicom.vbi per ampliores homines magis deregitur veritas, & sic requiritur, ꝙ sit valde amicus,& isto modo loquitur Bar.in l.Titia.ff.de verb.obli.de magno amico & ita sequitur gloss.in c.requisisti. de magno amico. & ita loquitur Bald.in l.si iure.C.de testa.manu.vbi dicit,ꝙ ardor liciti amoris operatur idem, quod clausula codicillaris.l.in testamento. ff. de fideicom.lib. & de tali amicitia, vt si vnū velle & vnum nolle. Cicero dixit in lib.de amicitia, ꝙ nō legit nisi duo vel tria paria amicorū: iō nullus reperitur hodie tali amicitia iūctus.& iō dixit Bal.in l. si quis testibus.C.de testi.

testi.ꝙ vbicunq; amicitia est talis,quæ causat odiositatem in alio repellit testem. Et facit quod voluit idem Bald. in l.data opera.C.qui accu.non pos.Facit,q́d not.in l.quoties.ff.de testib.ergo sequitur,ꝙ potuit testificari iste testis in fauorē producētis maximè: qa non est magnus amicus, vt per vnum testē testificatur,ergo nec est domesticus: vt est glos. melior,quæ reputatur in iure.3.q.5.in summa. Itē quia eius dictum est cōforme dictis aliorum, ergo fortificatur ex habilitate aliorum, posito, non tñ concesso,quòd esset valde amicus, vt probatur in l.si quis ex argentarijs.§.sed cum omnes.ff. de edē. & consuluit Angel.multum eleganter in suis consilijs,consilio primo.¶ Nec obst.cum oppo.contra Ioann.testem,quòd sit pauper:quia ad hoc respōdeo,quòd licet sit pauper: non tamen est vitiosus, nec mendax:nam text. in cap.quo iure. 8. distinct. dicit,ꝙ pauperes & diuites vna terra supportat, cū si. 12.q.j.c.j.c.si clericus.& c.videntes.sufficit, quòd sit virtuosus licet pauper.facit,quod habetur in c. si quis testium.de testibus.& in l.3.§.eiusdē.ff.eo.& licet sit pauper, tamen hēt artem, ex qua cōmodè viuit,vt dixit glo. in l.si quis argentum.C.de dona. paupertas enim non est de genere malorū, immo facit homines fecundos,iuxta illud Lucani, secunda virorū paupertas fugitur. Nec ob.cum opponitur, ꝙ sit amicus affinium dictę dñæ Lucretiæ &c. dominus aduocatus respōdet,ꝙ iudex deberet admittere,vt voluit Inno.in c.post electionē. de concess.præben.ergo &c. Nec etiam ob.exceptiones oppositę per illū do. Alexandrū ex eo: qa non sunt verisimiles: vt in c.super hoc. de renun. ¶ Nec obs.ꝙ fuit incarceratus:quia carcer non est terminus pęnæ,& ad hoc vt arguā aliquē esse criminosū recurrimus ad penā,qua est punitus, vt est casus.in l. testamēto cēturio.ff de manu.testa. cū ergo non probetur istū esse punitū. ergo non probat ipsum esse criminosum.¶ Nec ob.cū vnicus testis deponat ipsum esse vnū ribaldū valet ex eo: qa vbicūq; testis deponit de infamia alicuius,dēt etiā nō interrogatus dicere,à qbus audierit. Ita pulchrè dixit Inn.in c.cum oporteat. de accusa. voluit ibi Io. An. & sequitur do.Ant.& est rō: qa nō stat in arbitrio testis iudicare,an illæ personę,a quibus audiuit,sint graues & honestæ, an sint inimici. & idē voluit domi. Abb.in c.cām,de testi.& sequit Ang.in l. ea quidē. de accusa.& idē volunt moderni in l.j.in prin.ff.de ope.no.nun.& idē voluit D.Floria. de Bononia in l.si seruus.§.iniuria.ff.ad leg. Aquil. Adduco rationē inconuincibilē,vbicunque testis deponit de eo, q́d apprehendit per fabricationem intellectus, dēt reddere causam sui dicti non etiā interrogatus, ita dixit Inn.in c.cū causam.de testi.& sequitur Bar.in l.solam. C. eo. sed quòd aliquis sit grauis & honesta persona percipitur per fabricationē intellectus, ergo sequitur, ꝙ non etiam interrogatus debet nominare personas a quibus audierit licet Bar.in l.de minore.§.tormenta.ff.de quæstio. referat Inno. in c.qualiter.el 2.de accusa.dicere, ꝙ debeat interrogari, & dixit,ꝙ Spec.in tit.de inquisi.§. nunc tractemus. ponit dictum Innoc.in d.c.cū oporteat.cuius Bar.non habuit memoriam,& sequuntur communiter doctores dictum eius in d.c.cum oporteat, vt fuit Ioan.And.domin.Anton.Angel.dom n.Abb. Ludo.Roma.& alij.ergo sequitur, quòd iste testis non probat illum dominum Alexandr. esse ribaldum,& maximè:qa est vnicus & singularis testis, cui non creditur:vt l.ob carmen §,j.ff. de testi. l. testium,C.eo.c.nihilominus...quæst.9.capit, bonæ. de elec.cum si. & per consequens non debilitatur dictū huius testis domini Alexandri maximè cum dictum sit conforme dicto aliorum:vt d.l.si quis ex argentarijs.§ sed cū omnes.& deponat rē verisimilem:qa veritas a quocunque ore est, a spiritusancto est,& maximè:qa per alios testes est probatum contrarium,ꝙ dictus D. Alexand.est bonę opin. & famæ.ideo stabitur testibus approbātibus:ideo dixit Bal.in l.diuus.ff.de test.mi.& in l. qui accusare. C.de eden.& in l.si tutor.C.de pericu.tuto. quòd si ex forma statuti sufficiat fama contra magnatem, ꝙ remedium est,ꝙ probetur cōtraria fama. Ita dicamus in casu nostro:magis enim est verisimile,ꝙ quis nō delinquat.l.meritò.ff. pro socio.c.j.de scruti.glo in c.clerici.j.dist. ¶ Præterea facit ad prædicta,q́d sing. voluit Bar.in l.j.C.de testa.& idem Bar. in d.l.ad testium.§.conditionem. & quod pulchrè voluit Ang.in suis consilijs cons.primo. Et adduco tex.in c.proposuit.de cle.excō.mi. vbi exprimit, ꝙ tempore inuestiturę erat excommunicatus, & adduco,q́d voluit Ioā.An. & alij in c.fraternitatis.de testi.& facit,q́d habet in l.cū lege.ff. de testa. & cū illo dicto Bar.trāseunt cōmuniter scribentes in d.l. j.& in d.l.ad testiū.§.cōditionē. & confunditur per ista illud,quod voluit Fran.de Rampo.in d l j.quē refert & sequitur Io.de Imo.in d.l.ad testium.§.cōditionem.vbi voluit,ꝙ exceptio operatur suum effectum regularē.& sufficit,vt concludat pręsumptiuè,vt voluit tex.in l.omnes.§.Lucius ff. quæ in fra.credi.& Inn.in c.præterea.de dila.si ergo opponit, ꝙ aliquis est infamis,sequitur,ꝙ cōmuni opi.reputetur infamis,& sic ꝙ tēpore, quo fuit adhibitus in testē,cōmuni opi.reputabat infamis, & sic non bene videtur dixisse Bar. qa istud confundit per iura & doc. quos superius adduxi in ꝯrium, & adduco rōnem inconuincibilē, vbicunq; quis se fundat su
11 per tempore,oportet,ꝙ illud probet † l.2.q́d peti. hære.l.matrē.C.de prob.l.eū actum.ff.de neg.gest. l.non solum.§.sed vt ꝓbari.ff.de ope.no.nū.c.solicite.de resti.spolia.c.auditis. de præscri.cle.literas. de rescrip. sed vis super hac exceptione fundat super tēpore.vt probant iura allegata superius. ergo debuit articulari & ꝓbari tēpus, & per ꝯns debuit dici,ꝙ tēpore,quo fuit adhibitus in testē,erat criminosus,vel infamis,& ita cōiter reputat. ergo nō potuit testificari,& adduco gl.in Aut.de tabellio.quā Bal.allegat pro singulari in l.j C.de sum.trini.& in l.iubemus.§.sanè.C.de sacrosan.eccl. ꝙ si notarius est infamis tali infamia, propter quā est ipso iure priuatus tabellionatu, vel per sententiā legis,ꝙ nihilominus valent instrumenta confecta per eum, ne iusta ignorātia noceat ꝯhentibus.idē dixit in l.j. C.de testa.& in l.si arbiter.C.de sen. interlo.om.iu. ideo dixit idē Bal.in c.super eo.de testi.el j.ꝙ crimē
12 † occultum non repellit a testimonio,quando tractatur de nullitate testamenti,allegat, q́d singulariter no.in d.l.cum lege.& in d.§.pe.glo. Facit, quod idem Bald.voluit in l.j.C.de secund. nupt. & in l.1. C.de iuris & fact.ignor. ergo potuit dictus testis testificari. Facit etiam,quod habetur in capit.ex literis.de transac.& facit,quod ibi voluit domi. An.& quod voluit gloss.in Authen. de testi. §. & licet. ¶ Nec ob.cum opponitur, quòd dictus testis dixit vnum extraiudicium, & cōtrariū dixit in iudicio: ideo cēsetur periurus, & voluit Bal.in d.l.eos.quia ad hoc respondet dominus aduocatus. Sed vnum ego pondero, quod apponit gladium ad radicem huius obiectionis, quòd licet aliqui sequantur dictum Bartol.& aliqui reprobent: tamen statur illi dicto,pro quo est vehementior præsumptio: vt in dicto capitulo literas. de præsumptio. vt dixi superius,sed maior præsumptio est, quòd testatrix substituerit filiā suam filio suo.ergo sequitur,quòd illi

dicto stabimus, & licet præsumatur pro episcopo, quod dicat verum: tamen ex coniecturis tollitur illa præsumptio propter affectionem, quam ad vnam partem habet, vel propter commodum, quod inde consequeretur: nã homines sumus, & errare possumus, & deuiare ab eo, quod est iustum: quia si hoc est in Papa, vt in c. nos si incompetenter aliquid egimus. 3. q. 7. c. Anastasius. 19. dist. & vox vnius prædicti quantumcunque in dignitate nihil probat: vt l. si iurisiurandi. C. de testib. ideo dicebat tex. singu. in cap. indicas Hermanũm episcopum. 3. q. 9. nos vni parti ad præiudicium alterius credere non possumus, nec debemus. Cum ergo in casu nostro agatur de cõmodo ipsius episcopi, sequitur, quòd sibi non est credẽdũ. Et adduco vltra allegata per aduocatum text. in l. 1. C. de superindic. lib. 10. vbi non creditur præfecto prætorio. & ibi Bart. dicit illum tex. esse cõtra Canonistas dicẽtes credi soli Cardinali, & quibusdam viris præexcellentibus: quia in contrarium est ibi casus. ergo multo minus non credetur episcopo. & facit: quia speciale est in principe in signum singularis prærogatiuæ, vt sibi soli credatur: vt in c. cũ a nobis. de testib. ergo in quolibet alio in cõtrariũ est ius cõe ad hoc. d. l. iurisiurandi. quinimo plus videtur dicendum, quod in Papa quoad temporalia, in quibus non habet ita potestatem amplam iurisdictionis, sicut in spiritualibus: vt rectè decidit Innoc. in c. inquisitioni. de senten. excommu. & quod habetur in c. apostolicæ. de re iudic. lib. 6. si solus deponeret in præiudicium alterius, non vr̃ esse credendum, vt deducitur ex tex. 2. q. 4. §. j. dũ ibi referũtur verba Iesu Christi dicẽtis, duorum hominũ est verũ testimonium, quare testimoniũ meũ & patris nõ recipitis? si ergo Iesus Christus noluit sibi soli credi, sequit. quod multominus ei9 Vicario. & adduco, quod hr̃ in c. Deus omnipotẽs. 2. q. 1. ecce, quod noluit snĩam ferre ex solo testimonio, & omnis Christi actio nostra est instructio: vt in c. significasti. de elec. Nõ ob. c. cũ a nobis. de testibus: quia loquitur in spiritualibus, in quibus Papa habet plenissimã ptãtẽ: vt probat. in c. proposuit. de concef. prebẽ. & in c. innotuit. de elec. & in cle. 2. vt lite pen. in c. per venerabilẽ. qui filij sint legi. & in c. 2. de pben. lib. 6. in tantũ, quod contractus super spiritualibus celebratos, licet de iuregentiũ sint, nudo verbo tollere põt, licet super rebus tẽporalibus nõ, vt est casus vnicus & singularis in cle. dudũ. §. verũ. de sepul. ergo sequitur, quod multominus credetur episcopo in prçiudiciũ huius do. Lucretiæ, quia si in viridi ligno hoc faciunt, in arido quid fiet, & istud, quod nõ credat soli Papæ in tẽporalibus, tenuit D. Abb. in d. c. cum a nobis. & etiã istud sequit Lu. Ro. tacito tamẽ authore do. Abb. in l. sciendũ. ff. de verb. obli. sed quoad Papam ego acquiesco decisioni sacrosanctæ Ro. eccl. sub qua &c. & sic non ob. dictum domini episcopi, & multominus: quia fauet parti aduersæ &c. vt est dictum per id, quod habet in c. accedens. vt lite non cõtest. Et multo etiã minus, si illa receptio in testẽ de dicto domino Ale. facta non fuit legitima & canonica: quia nullũ impedimentũ præstat, vt probatur in cle. 2. de testi. & maximè: quia dictũ illius domini Alex. est cõforme dictis aliorũ testiũ. vnde posito, quod nõ esset sufficiens, nõ tamẽ concesso, nihilominus sustentatur ex dicto aliorũ habilium, qui idẽ sunt testificati, vt probat in d. l. si quis ex argentarijs. §. sed cũ omnes. ff. de edẽ. & ideo dixit Bald. in l. Imperator. ff. de sta. ho. quod si duo notarij sunt rogati de eodẽ instrumento, & vnus est probatæ fidei, & alter infamis, sustentatur instrumẽtũ ex habilitate alterius. Facit, quod voluit Ang. consilio primo, & quod habet in l. si is qui duos. ff. de lib. leg. & in c. cũ dilectus. de iurepar. ¶ Nec ob. cũ opponitur, quod ille Ioannes Albanensius dixit in sua testificatione, quod domina Flora substituebat, si Alexander decederet sine filijs, & postea in interrogatorijs dixit sine hærede, opponitur, quod est varius, ad quod respõdeo, quod vbicunq; dictum secundum çquiuocum prçcedit dictum determinans, tũc determinatur & specificatur per verbũ specificum & præcedens, voluit Ang. in l. si quis cum aliter. ff. de verbo. obl. & in l. pacta nouissima. C. de pact. sed in proposito nostro prçcessit illud verbum specificum, si sine filijs decesserit, sequitur ergo, quod illud verbum sequens, sine hærede, æquiuocum ad filios & ad hæredes extraneos specificatur, & determinatur per verbum præcedẽs, ergo intelligitur sine hçredi. i. sine filijs. Item hoc demonstro etiam iure aperto, vbicunq; præcedentia sunt præparatoria sequentium: tunc præcedẽtia videntur repetita in sequentibus, & determinat sequẽtia. iste est casus in l. per retentionem. C. de vsur. coniuncta doctrina Pet. Cyn. & Bald. ibi: sed illud verbũ sine filijs, præcedens est præparatorium sequentis verbi, sine hærede. ergo videtur ibi repetitum, & per consequens intelligitur sine filijs, arg. l. Titia. §. idem respondit. ff. de verbo. obl. & l. regula. §. licet. ver. initium constitutionis demonstrat. ff. de iuris & fac. igno. & l. si. ff. de hære. insti. & l. 1. ff. ad macedo. Item quia verbum, hæres, secundùm subiectam materiã intelligitur de filijs. ita dixit gloss. in l. etiam. ff. solu. matrimo. & in l. ex facto. §. fina. ff. ad Trebel. sed in casu nostro materia subiecta requirit filium, & non hæredem extraneum, & sic actus actiuorum sunt in patiente bene disposito, vt dixit philosophus in secundo de anima. Modò cum testis dicat, quòd instituit filiam, nemo sui modi particeps, vt Ciceronis vtar verbis, inficiari poterit, quòd intelligatur de filijs filij, per l. cum auus. ff. de condi. & demon. l. cum acutissimi. C. de fideicom. l. generaliter. §. cum autẽ. C. de insti. & substi. & per consequẽs non est varius, nec vacillans iste testis, & facit, quod voluit Bald. in l. de quibus. ff. de legi. quòd capitur sensus, vt testes non sint singulares. facit c. cum tu. de testibus. item
13 dictum testis† intelligitur secundum vulgarem modum loquendi, ita dixit Barto. in l. stipulatio ista. §. ij quoq;. ff. de verb. obli. Inno. in c. cum clamor. de testi. ergo &c. ¶ Nec obst. cum oppo. quod ad interrogationem notarij dicta domina Flora fecit illam substitutionem: quia respõdeo, quòd valuit, ex quo testatrix articulatè loquebatur, & ad interrogationẽ notarij, ita respondit, de hoc est gloss. in l. iubemus. C. de testa. quam ibi sequitur Salycet. & ibi Bal. dicit ita seruari de consuetudine. & idem voluit idem Bald. in l. & in epistola. C. de fideicom. & in l. hæredes palam. in princi. ff. de testa. & ſm hanc partem consuluit domi. Paul. de Castr. consilio 364. & hanc partem sequitur Ioan. de Imo. in cap. cum tibi. de testa. & Barto. in dicta l. hæredes palam. in fine princi. Ludoui. Roma. in l. gerit. ff. de acquirend. hæredita. & Ioan. Andre. in addi. Specul. in titu. de testa. §. primo. versicul. quid si is. & idem voluit Cyn. in dicta l. iubemus. facit l. Pamphilo. §. propositum. ff. de leg. 3. ergo ex hoc capite valuit substitutio. ¶ Nec obstat cum oppo. de dicto Bartol. in l. 1. §. si quis neget. ff. quemadmo. testa. ape. quòd debent testes esse optimæ opin. quia Bartol. & Angel. loquuntur eo casu, quo fit probatio contra instrumentum: sed iste non est casus noster, ne illud dictum est verum, & contra eos consuluit Franciscus de Ramponi. in auth. sed cum testator. C. ad leg. Falcid. Iac. in dicto §. si quis neget. ergo non obstat talis obiectio. ¶ Et ex istis elicitur conclusio vera, quòd sufficienter, & plenariè est probatum ex parte dominæ Lucretiæ, ipsam esse substitutam Alexandro eius fratri, si sine filijs decederet, a dicta domina Flora eorũ matre, & quòd

ꝙ dictus ser Franciscus notarius rogatus errauerit non apponendo dictā substitutionem in instrumēto testamenti præfati, & ꝙ ipse notarius teneatur describere ipsam substitutionē in dicto instrumento testamenti non debere adhiberi fidem sine pręfata substitutione. Et qa d. do. Lucretia fecit inuētarium intra legitima tempora solēniter & canonicè, debet gaudere beneficio legis, vt possit prius detrahere omnia, quæ sibi debentur vigore dictæ substitutionis, anteq̄ satisfiat alijs creditoribus & legatarijs per ea, quæ habentur in l. fi. §. in computatione. C. de iure delib. & alienata per ipsum Alexandrum debere imputari in portione debita ipsi Alexandro, ex quo alienauit bona subiecta fideicōmisso per id, qđ hr̄ in l. fi. C. cō. de le. Et ita concludo in fauorē dictæ dominæ Lucretiæ. And. Barba. 1463. die 6. Martij. in ciuitate Pesaurina.

EPITOME.

¶Iudex ex diuersis motibus & ex varijs suggestionibus partium, testium, instrumentorum quādoque venit ad vnum finalem conceptum non indigentem alio adminiculo quam iuramenti.

SVMMARIVM.

Iudex potest ex officio suo recipere testes post conclusum in causa, & interrogare partem. nu. 1. & 2.

Testis dicens se credere, videtur deponere de scientia non de credulitate. nu. 3.

CONSILIVM XXX.

IN causa huius mulieris miserabilis ante oīa non possum nō admirari iniquitatem diabolicam, quæ ex processu resultat, ꝙ hæres illius venerabilis patris iam defuncti domini Nicolai Richi eiusdē frater ita laceret & vituperet memoriam eius, capitulando, ꝙ erat publicus concubinarius: quia manifestè tenebat illam dominā Mariam pro sua concubina, & plus ducor in admirationem, ꝙ magnificus prætor, qui est Venetus, nō auferat dictam hęreditatē domini Nicolai ab illo Bartǫ. hærede tanquàm ab indigno, & ostendatur sibi, ꝙ non est dignus tali hæreditate: sed quia circa hoc non sum requisitus ad consulendū, ideo nihil ad præsens allego circa hanc confiscationem, istud volui dicere ad hoc; vt detur via ad confiscādum & ad auferēdā dictam hæreditatē ab ipso hęrede tanq̄ ab indigno, qui pro re pecuniaria & etiā cum omni in iustitia non verecūdatur in iudicio damnare memoriā sui fratris. bene facit illud, qđ scribitur apud Lucanū in tertio. Sed pars vilissima rerum, certamen mouistis opes. & apud Senecam in prima epistola. Tāta, inquit, est stultitia mortalium, vt ea quæ vilissima sunt &c. & Cicero in primo paradoxo inquit, neq; ego pecunias istorum, nec tecta magnifica, in bonis expetendis &c. & sic iste heres vt cū iniustitia lucretur pecunias sibi nō debitas, præsumit damnare & maculare memoriā digni viri in prætorio magnifici D. Ptātis, pro certo est res animaduersione digna, & non trahenda ad exemplū iuxta illud, quod habetur in l. si quis aliquid. §. qui abortionis. in versi. res pessimi exēpli est. ff. de pę. ¶Capio mō consultationē mihi transmissam, & vr̄, ꝙ huiusmodi sententiæ iniustæ sint, iniquæ & nullius efficaciæ. Et pro fundamento potissimo & formali adduco in medium illud, qđ voluit Bal. in rubrica de controuer. inuesti. in vsi. feu. vbi dicit, ꝙ iudex ex diuersis animi motibus & ex varijs suggestionibus partiū, testiū, & instrumētorum quandoque deuenit ad vnum animi finalem conceptum nō indigentem alio adminiculo, q̄ iuramēti, ita formaliter dicit ibi Bal. & probatur hoc in c. cū ad sedem. de resti. spo. vbi iudex mouetur ad iudicandum est testibus, aut instrumentis, aut confessione, aut iuramēto, aut facti euidentia, aut præsumptionibus, vt voluit gl. ibi & probatur in c. pręterea. & in c. in nostra. de testi. iō dixit gl. q̄ reputat singu. in l. 2. §. j. ff. de excu. tu. ꝙ ex pluribus præsumptionibus insimul iūctis resultat plena ꝓbatio, quā glo. reputat sing. Bal. in rubrica. C. de probat. & voluit Lu. Ro. in 7. & 8. consilio suo. Et facit ad hoc gl. in c. tertio loco. & in c. cum causam. de prob. & in c. cum dilectus. de succes. ab intest. in c. accedens. vt lite non contesta. & in c. cū Bertoldus. de re iudi. & in c. illud. de præsump. & gl. in l. instrumenta. C. de proba. & in l. 3. §. eiusdem. ff. de testi. & quod habetur in l. excipiuntur. ff. ad Silla. & in l. spadonem. §. q iura multa. ff. de excu. tu. & in l. j. §. itē Cornelio. ꝑ Bar. ff. de quæstio. & per eundē in l. admonēdi. ff. de iureiur. & qđ habetur in c. illo vos. de pigno. & in c. ad nostrā. de emptio. & vend. & in c. cū in diocesi. de vsur. & qđ voluit Bal. in l. sciāt. C. de ꝓba. & qđ voluit Alber. de Rosa. in d. l. instrumenta. & do. Pet. de Anch. consi. 265. Ex istis elicitur vera & indubitata conclusio omniū opinione probata, ꝙ potest iudex informare animū suum & deuenire ad vnū finalē conceptum mentis ad decidendum causam non indigentem alio adminiculo, quàm aliquando adminiculo iuramenti. Item præsuppono aliud pro fundamento, ꝙ in causa appellationis. iudex ex suo officio potest producere testes pro veritate inuestigāda, de quo tex. facit magnū festū Bal. inducit quādā nouā doctrinā, vt ibi per eū, & adduco illud, qđ singulariter voluit do. Anto. in c. j. de iudi. in 8. notabili, vbi dicit, iudicem posse in qualibet parte iudicij interrogare partem ad veritatem eruendam, ac ēt ad iudicij præparationem, & refert doc. dicere, ꝙ circa principalē qōnem interrogat, vt in casibus, q no. in l. j. de interroga. ac. & ēt extra principalē qōnem interrogat, vbicūq; æqtas iudicātis suadet, & ad declarationē dubię probationis potest iudex facere post conclusum in causa, quę tñ ab alijs actibus excludit aditum. c. cum dilectus. de fide instru. c. auditis. de procura. c. cum Io. de fide instrumē. & sic declarat. l. vbicūque. ff. de interro. actio. 30. q. 5. c. iudicantem. & licet quidā dicant, interrogationem fieri posse ad declarandā dubiam probationē post conclusum in causa: tamē consuluit, ꝙ ēt ad fundādā ꝓbationē per l. generaliter. §. j. C. de reb. credi. & iureiur. & gl. in d. l. vbicunq;. ita ibi residet d. Ant. ergo sequitur, ꝙ multofortius poterit idem facere interrogando & exigendo iurm̄ à persona ad positiones respondente ad hoc, vt eruat veritatē, & ad hoc vt deueniat ad vnū finalē conceptum mentis. vnde do. Cardi. in c. ad petitionē. de accusa. dicit ꝙ
1 iudex† potest recipere testes ex suo officio post cōclusum in causa, & allegat ad hæc illum tex. & se refert obtinuisse, ꝙ in cā vsuraria iudex pōt recipere testes: quia conclusio intellligitur facta quoad partes non quoad iudicem, & remittit ad dicta per se in d. capitu. cum Ioannes Heremita. Et adduco, quod voluit Innocent. in d. capitul. cum Ioannes in additio. quę communiter non habetur, vbi dicit, hoc esse verum, vt iudex possit ex suo officio post conclusum in causa interrogare ad declarationem eorum, quæ actitata sunt, secus si vellet in alijs, licet aliàs facerent ad causam illam: refert tamen alios dicere contrarium. & in hac vlti. opini. residet Inno. & sic vr̄ illam tenere & amplecti. ar. l. qui filiū. §. Sabini. ff. ad Tre. & hāc partē seqtur do.

Anto.ibi, & est secundū Io. de Imo. æquior opi.ibi, vt veritas habeatur facilius: qa iudex omni spiritu debet laborare ad inuestigandam veritatem, vt l. apud quē.C.de eden. & facit tex.in l.j.C.de dedicticia lib.tol.in ver.veritatē colimus.& sic veritas colēda est. Apparet ergo ex istis, ꝙ cū causa huius dom. Mariæ mulieris viduę sit cā personę miserabilis: qa pauper & vidua,& etiā oppressa iuxta ea, quæ habētur in c.significantibus.de offi.dele.& in c. ex parte. B.de fo.cōpe.& iō dixit tex.in c.ex tenore.eo. tit. sumus viduis & pauperibus in iustitia debitores,ꝙ potest & debet iudex interrogare & examinare illum Barto.olim debitorem illius Do.Nico.Rich.,& exigere ab eo iuramentum: quia confessio illius Bart. facta ad positiones facit ad hanc causam Et multofortius ex quo est causa pauperis viduæ & oppressæ, & iam est probata intentio illius pauperis Mariæ per illum Nerium, & in parte probata est intentio sua per illum alium testem in hac causa productū ad eruendam veritatem, & ad declarandam dubiā probationem: quia si post conclusionem in causa iudex ex suo officio potest producere testes ad hoc, vt enucleat̄ veritas,ergo multofortius vt declaretur dubia probatio,& in simili adduci potest quod voluit gl in Auth.de testi.§.qa verò.col.7. qđ voluit Innocen.in c.per tuas.de testi.& Ang.in l.2. ff.de duo. reis.& scribentes in c.fraternitatis.de testi. & in cle. 2.eo.tit. ¶ Et si dicatur ꝙ c.ad petitionē.loquitur in causa beneficiali, vt in ea possit iudex ex suo officio producere testes post conclusum in cā. ergo secus erit in alia causa. Ad hoc respondeo, ꝙ iō in causa beneficiali illud fieri pōt: qa in ea exuberat iudicis officium, sed eadē ratio est in causa miserabilis personæ,vt in dicto c.significātibus. & in dicto c. ex parte.& in dicto c.ex tenore.ergo eodem modo poterit procedere iudex suo officio in cā pauperum qa æqtas hoc dictat, & inuestigatio veritatis hoc requirit, maximè in casu nostro, cū constet iudici fundamēto veritatis licet redderet̄ aliqualiter dubia, ex quo ille Bar.respondendo ad positionem ita fuit confessus,sicut in simili voluit gl.in d.§.quia verò.in auth. de testi.Et adduco simile,qđ voluit Andr.de Iser. in c.j.§.si quis hominē.de pace tenen.in vsi. feu.vbi dixit,ꝙ iudex post cōclusum in causa potest interrogare partes,si semel, aut pluries fuit commissus insultus,& allegat in ar.d.c.cum Io.hæremita.ergo multo fortius poterit iudex & debet interrogare eos, q interueniunt ad causam quæ corā eo vertitur.Et adduco glo.in cle.sæpe.de ver.signi.in versi.interrogabit.quæ dicit, ꝙ iudex poterit ad petitionē partis interrogare aduersarium,vt ita dicamus, ꝙ ex suo officio in causis nō summarijs possit interrogare.Et adduco,qđ voluit Bal.in l.j.C.vt q desunt aduo. vbi allegat d.c.cum Ioannes.Et adduco Bald.in l.accusationibus.C.de accusa.vbi dixit, ꝙ dato ꝙ concludatur in causa procedit quoad partem non quoad iu-
2 dicem: ideo potest † interrogare partem post cōclusum in causa,allegat d.c.cū Ioannes. Dicit etiam,ꝙ potest ex mero officio deferre iuramentum in defectum plenæ probationis. Et quod voluit idem Bal. in l.in bonæ fidei.C.de iureiuran.vbi dicit, quòd sæpe defertur iuramentū parti post conclusum in causa ad declarationem actitatorum,ad hoc allegat.d. c.cum Ioannes. facit simile, qđ voluit in simili do. Ant.in c.cū dilectus.de consue.vbi refert se de facto dixisse,ꝙ licet pars non possit opponere propter obstaculū statuti: tamē potuit opponere iudex ex suo offi.Facit gl.valde sing.in c.nulli.de accus. Modò ꝑmitto ēt,qđ hr̄ in l.Labeo.§.j.ff.de pac. & ibi Bal.q̄rit, quid si instrumentū debiti non redditur debitori, sed traditur cuidā tertio, vtrum ista traditio aliquid operetur.Respondet, aut aliqua causa præcedit, & tunc aut illa cā est apta ad ius transferēdum, & tunc transfert, allegat l.j.C.de donat.vbi donans continens videtur donare cōtentum, & sic tradendo instrumentum debiti videtur donare debitū cōtentum in illo instrumento:ideo donans instrumētum venditionis mancipiorum videtur donasse illa mancipia,modò traditio illarum chartarum, in q̄bus continebatur debitum, ad quod tenebatur ille Bart. facta illi dominæ Mariæ per ipsum dominum Nicolaum non potest aliud commodum,vel aliud inferre,nisi donationem illius debiti vt probatur in l.j.& in c.ecclesia.el 2.vt lite pend. plenè ibi per do. Anton.& domin. Abb.¶ Et si quispiam dixerit, ꝙ illud procedit,nisi esset persona domestica, q̄ potuisset surripere illas chartas; quo casu non præsumitur donatio iuris contenti in illis chartis, vt habetur in l. vnica,§.ille aūt.C.de lati.lib.tollen.& quod ibi voluit Bal.& quod voluit Bar.in d.l.Labeo.§.j.ff. de pact.& do. Ant.in d.c.ecclesia.quia tunc cessat illa præsumpta donatio: qa in præsumptionibus est dare gradum, vt l.diuus.ff.de in integr.restit.c.afferte mihi gladiū.de pręsump.l.j.C.qui & aduer.quos. Cum ergo dicta do. Maria esset domestica & familiaris illius do.Nicolai facile fuit illi do.Mariæ surripere illud instrumentū,seu illas chartas,& per consequens cessabit præsumptio donationis. Ad istud facile dari potest responsio.licet enim esset familiaris illius do.Nico.illo tempore:tamē.d.l j.§. ille autem. non probat hanc præsumptionem furti cōtra istam dom.Mariam ex eo: quia loquitur ille tex.in seruo,qui dicit se manumissum, & ad hoc probandum producit instrumentum emptionis cassum & cancellatum.iste nō est casus noster. ¶ Et si dicatur, ꝙ gl.extendit illum text. ad debitorem, quam gl.sequuntur commmuniter docentes in illis locis, ego respondeo,quòd gl. illa loquitur de instrumēto debiti reperto penes debitorem, non aūt de instrō reperto penes tertiū,& iste est casus noster:non enim inuenitur istud folium, seu istæ chartæ penes illum Bar. sed reperiuntur penes illam do.Mariam, & sic nec gl.nec doctores loquuntur in casu nostro.posito ergo,ꝙ dicta d. Maria esset domestica & familiaris illius d.Nicolai,nō tn̄ p̄sumitur, ꝙ furto subtraxerit illas chartas ex eo:quia inter familiares est dare gradum: vnde dicebat Bal. in l.etiam.C.de testi. quod licet familiaris & domesticus non possit testificari ꝓ suo domino: vt l. præsenti. §.sanè.C. de his q ad eccl.confu.gl.in c.literis.de testi.tamen si sunt testes honesti possunt testificari, & ita dixit Inno.in c.insinuante. de offi.deleg.& p̄sumuntur honesti ex qualitate personæ,cui seruiunt,ideo prælati, inquit ibi Bald.pręsumitur habere famulos honestos,ideo poterunt testificari pro his, quibus famulantur. secus dicit ibi Baldus, si essent famuli credonū,& huiusmodi blebeiorum.Cum ergo esset præsumptio, quòd ille d. Nicolaus prępositus tenuisset honestos famulos non est præsumendum, ꝙ illa dn̄a Maria fuisset inhonesta,& sic nō præsumitur, ꝙ furto subtraxisset illas chartas, sic cessat rō illius glo. qa non erat dicta dn̄a Maria obligata vigore illarū chartarum, quo casu subtractio nō operaretur liberationem a debito, cū ipsa nō fuisset obligata, vt ab illa obligatione liberaret,& adduci posset illud, qđ philosophorū longè principi Aristo. venit in ore, actus inq̄t,actiuorū sunt in patiēte bene disposito.Itē adduco ad ꝑdicta,qđ voluit Bal.in d.l.vnica.§.ille aūt. C.de lat.lib.tol.vbi dicit, non sufficere debitori hr̄e instrm̄ penes se,nisi probet instrumentū sibi redditū:licet em̄ nō sufficiat ad plenū: tn̄ facit magnā ꝑsumptionē.Ita dicit gl. ibi notabilr̄:iō cū vno teste de

de veritate, qui testificat de solutione, vel de pacto de nõ petendo tutus est debitor, & sic sufficit probare per vnum testẽ sibi redditũ fuisse instrm cõiũcta præsumptione illa, quæ resultat ex eo: qa habet penes se instrumentum. Modò deducẽdo omnia ista ad vnum, & etiã quia oraculo viuæ vocis dictum est mihi, quòd ille Bar. debitor respondit illi do. Mariæ de lucro proueniente ex illis pecunijs sciente & patiente Bart. hærede dicti quondam do. Nicolai nec reclamante, nec contradicente pluribus annis, quo casu videtur esse quædã tacita confirmatio & attestatio veritatis: qa si ita esset, quòd dictum debitum scriptum in dictis chartis non fuisset translatum in ipsam dominam Mariã verisimiliter, & instetisset ille hæres contra & aduersus illũ debitorẽ, ꝙ respondet eidem de lucro dictarum pecuniarũ, modò clarum est, ꝙ sublata est onus præsumptio subtractionis præfatarum chartarũ factæ per ipsam dñam Mariam: quia primò probatur, ꝙ ille testis magister Nicolaus de Arminio tpe, quo stabat cum ipso do. Nicolao attestatur se vidisse & audijsse dictum d. Nicolaum dicere dictę dñæ Mariæ seruienti sibi, ꝙ volebat emere idem do. Mariæ vnam domum, & eã sibi donare pręsente ipso teste, & dicto Nerio, ex quo dicto huius testis datur præcipuum indiciũ veritatis, ꝙ illa traditio chartarum illarum habuit effectũ & cãm ab ipso do. Nicolao, quo casu sufficeret iste testis ita testificans inuentis illis chartis apud illã do. Mariam eoq; magis; quia cum sit ignara literarum non est p̃sumptio, ꝙ sciuisset perquirere in illo libro dñi Nicolai illas chartas, in quibus erat descriptum illud debitum. & facta & dicta personarum regulantur & intelliguntur ſm qualitatem ipsarum, vt probatur in l. j. C. si quis impera. maledixe. l. fi. ff. de hær. insti. l. metum. ff. quod met. cã. vnde præsumendo ꝙ dicta mulier ignara literarum nesciuisset perquirere illas chartas, nec pręsumpsisset maculare librum illum auferendo chartas ibi positas stante voluntate dicti d. Nicolai volẽtis emere vnam domum pro illa Maria, & eidem donare, est sufficiens probatio, vt dictus do. Nicolaus donauerit debitum contentum illis chartis eidem d. Mariæ. Et iudicio meo debuerunt iudices ita pronuntiare in fauorem huius Do. Mariæ alio non probato. Et est ponderandum: quia iste Nicolaus testis vocat in contestem illum Neriũ. Modo videamus, quid dicat ille Nerius productus in testem pro do. Maria interrogatus super primo capitulo concordat cum illo Nicolao teste. dicit enim. quòd fuit præsens & audiuit dictum D. Nicolaum promittere dictæ Marię in remunerationem suorum laborum emere vnam domum &c. sic concordat cũ dicto Nicolao. Et est ponderandũ: qa ex causa remunerationis propter seruitia recepta promisit velle emere vnam domũ &c. nec possunt isti testes dici singulares in hoc: qa tendunt ad vnũ rei finem, quo casu talis singularitas non ob. vt dixit gl. in c. dudũ. de conuer. coniuga. & in c. cũ ecclesia sutrina. de cau. pos. & proprie. & probatur in tex. formali in l. qui sententiam. C. de pęn. iu ver. ad vnũ rei finẽ conferentes. ergo rectè probant: ex isto ergo capite venit condẽnanda hæreditas dicti do. Nico. ad emendum vnam domum ducẽtarum librarum. Item super secũdo capitulo interrogatus dictus Nerius dicit, ꝙ per octo dies ante mortem ipsius dom. Nico. ipse testis fuit præsens ante lectum ipsius do. Nico. dictus do. Nico. extraxit & incidit cũ vna forcipe vnum foliũ ex libro, in quo Bar. de la Lana apparebat debitor ipsius do. Nicol. de libris 162. & p̃sente ipso teste & ipsa Maria vocauit præfatus do. Nico. Bar. de la lana, cui dixit hęc verba vel æquipollẽtia. Bar. tu hai li mei dinari in mane in larte a gua dagno e perdita, como appare in questo mio libro, è voglio che tu respondi, & des Marię hic præsenti oẽm illam quãtitatẽ denariorũ, quæ continetur in isto folio, qđ extraxi de meo libro &c. qui Bar. respõdit, ego sum contentus, & Maria acceptauit, & voluit. dictus do. Nicolaus, ꝙ dictus Bar. iuraret adimplere prædicta, qui iurauit, & eodẽ mõ detulit iurm ipsi testi, ꝙ nemini propalaret. Ecce nunc qualiter iste testis sine nodo aliquo clarè & apertè deponit.

¶ Nec ob. cũ in consilio reddito contra istã miserabilẽ mulierẽ dr̃, ꝙ est incertũ istud testimoniũ dicti Nerei ex eo: qa dicit, ꝙ extraxit vnũ folium đ libro, in quo Bar. apparebat debitor: qa illud relatiuũ refertur ad librũ, in quo Bart. erat scriptus debitor, & tunc cum non appareat, quantũ esset debitor in dicto folio, rõne incertitudinis nil probat, vt no. Bart. in l. 2. ff. de stipul. seruo. Et postea dixit, è voglio che tu daga ala Maria tutto quello, che se contene in questo foglio, non aũt dixit, questo libro, sed quid contineatur in illo folio non apparet, nec est probatũ: ergo probatio remanet incerta. Pro certo istud non est bene dictum, & D. consulens, cum sua honorificentia dixerim, non bene põderauit dictũ istius testis, qui dicit, ꝙ apparebat debitor ille Barto. in li. 152. vel 162. & sic clarè deponit de quantitate, ergo non est incertum eius testimonium, & sic ex isto capite non debet, nec potest infringi dictum huius testis, & istud non ponderauit D. consulens & sic non ob. dictum Bar. in d. l. 2. ff. de duo. reis. quam alleg. in ti. de stipu. seruo. immo dictum Bart. ibi cõiter re p̃batur, vt per Ang. & Io. de Imo. ibi. ¶ Item cum oppo. in dicto consilio de relatiuo, vt referatur ad librũ ad hoc dico, ꝙ relatiuum refertur ad illud, quod rectè põt determinare, & non aliud, ista est glo. valde sing. coniuncto text. c. 2. de elect. libr. 6. vbi illud relatiuum, ex quibus, non refertur nisi ad scrutinium, & sic ad illud, quod potest salua ratione recti termonis. & per consequẽs potius restringetur ad folium illud relatiuum, in quo, & sic non determinabit librum. Et ad hoc facit: quia in folio bene comprehẽditur quantitas, in qua erat debitor ille Barto. ergo ad quid consulens apponit debitum esse incertum, ex quo certificatur ex duobus, primò ex dicto ipsius testis, secundo ex dicto folio. ¶ Et si opponitur vt iã opponit D. consulens: qa tunc dictum testis videretur esse contra illud qđ dixit dicta domina Maria in suis positionibus, in quibus dixit in duobus folijs extractis de isto libr. & testis dicit de vno folio. ergo &c. nec dẽt capi concordia, vt dictũ testis dubiũ cõcordet cũ dicto partis, ut uoluit Inn. quẽ refert Bar. in l. 2. §. fin. ff. si cer. petat. & facit, quod not. per docentes in c. cum tu fili. de testi. & in l. inter stipulantem. §. j. de verb. oblig. & in l. in insulam. §. fructus. ff. solut. mat. & in l. j. C. de vsufru. & per Ang. in l. eum qui ante calendas, ff. de verb. oblig. ad istud respondeo, ꝙ ex quo cõnstat in vno folio, siue in duobus: sufficit, ꝙ cõstet de corpore. Et ad hoc adduco Bart. in l. demonstratio. ff. de condi. & demonstr. vbi dicit in facto fuit formata inquisitio conrra Titium Potestatem Perusij de certo maleficio commisso in officio, & reuera ille Titius non vocabatur: tamen constat, ꝙ illud corpus fuerat Ptãs, & illud maleficiũ cõmiserat, ꝙ nihilominus fuit punitus: qa falsa demõstratio nõ nocet, vbi cõstat de corpore, allegat. l. qui habebat. ff. de rebus dubiis. quã ad hoc dicit esse valde sing. idem voluit Bar. in d. l. qui habebat. & idem voluit in l. j. ff. de dote præleg. & idem voluit Angel. in l. his verbis. §. final. ff. de hæred. insti. vbi dicit ita fuisse obtentum de facto. Cum ergo in casu nostro constet de quantitate debiti, siuę consistat in vno folio, siue duobus, istud non habet vitiare huiusmo-

ad donationē, maximè cum fuerit remuneratoria, & sic ex causa onerosa, & nō lucratiua facta fuerit. nā ille, qui recipit ex remuneratione, vr̄ recipere ex permutatione quadam. ita eleganter dixit Bal. in l. sed si lege §. consuluit. ff. de peti. hæred. facit, quod habetur in l. si pater. §. j. & in l. Aquilius regulus. ff. de donat. ergo &c. Item pondero quia iudicio meo & iudicio compositæ mentis hic nulla resultat contrarietas: quia licet iste Nerius dicat de vno folio: tamē intelligitur de duabus chartis: qa nos videmus, ꝙ vnum foliū continet duas chartas, & licet illa domina Maria dixerit in sua positione de duobus folijs, videtur sentire de duabus chartis: qa verba debent intelligi secundū cōmunē modū loquendi ipsorū vulgariū, vt probat in l. librorū. §. ꝙ tn̄ Cassius. ff. de le. 3. & in l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de supel. lega. & quod hr̄ in c. ex literis. de spon. & facit gl. quæ reputatur sing. in l. 2. ff. de orig. iur. & in l. quoties. C. fami. erc. & gl. multū peregrina, & ibi voluit Bar. in l. stipulatio ista. §. ij quoque. ff. de verb. oblig. ergo sequitur, ꝙ nulla resultat contrarietas: quia licet ille Nerius dixerit de vno folio: tamen vr̄ intelligere de duabus chartis: qa duę chartæ continentur in vno folio, & licet illa D. Maria dicat de duobus folijs, tamē intelligitur de duabus chartis, & in vero ita est, ꝙ in duabus chartis cōsistit illud debitum, ergo nulla est contrarietas. & per consequens rectè probat iste Nerius. Est indubitanter admiratione dignum, quo colore isti duo consulentes ita cōsuluerint istū Neriū nō probare: quia incertū deponit, qui ita exquisitè, & ita determinatè deponit, & super primo capitulo concordat cū illo Nicolao, & sic ille D. Nicolaus creditor duas chartas extraxit, vt ad oculū videtur, & sic error nec incertitudo versatur in dicto istius Nerij. ¶ Præterea stāte depositione illius Bar. opponitur in dicto consilio primo, ꝙ non iurauit, quo casu non statur dicto testis non iurati, vt in l. iurisiurandi. C. de testi. iō tex. dicit, iurati dixerunt, ita probatur in c. per inquisitionē. de elec. & in c. tertio loco. de ꝓba. & in c. veniēs. el j. de testi. & in c. cū tu. in ver. iurasse. eo. ti. Bar. in l. Theopōpus. ff. de dote præle. & in l. gesta. C. de re iudi. Fede. de Se. cons. 154. & quod voluit do. Cardi. in d. c. cū tu. Ad hoc respōdeo, ꝙ iste Bar. in respondēdo ad positiones iurauit dicere veritatem, ergo sequitur, ꝙ iuratus asseruit, ergo stabitur suæ assertioni iuratæ, & sic non obstat illa obiectio. ¶ Nec ob. cum opponitur, ꝙ positio illa nullam continet certam quantitatem, nisi quantitatem in libro contentam, igitur cum non sit certum, quantum cōtineatur in libro, sequitur, ꝙ probatio illa non concludit necessariò, igitur non probat talis confessio tanquam dubia, cū in ea non appareat de quantitate certa, ergo succedit regula iuris, ꝙ actore non probante reus absoluitur. l. qui accusare. C. de eden. c. vt nostrum. vt eccle. benefi. cap. cum dilectus. de succes. ab intesta. cū si. & sic concluditur in prælato secundo cōsilio, ꝙ bene fuit sententiatū pro illo Bar. & malè fuit appellatū pro parte illius D. Mariæ. Ad hoc respondeo, ꝙ falsum est istud assumptū, vt quātitas debiti nō sit certa. primò clarū est, ꝙ ex eo: quia certificatur & declaratur ex illis duabus chartis extractis de libro dicti D. quondam Nicolai, & presentatis in hoc iudicio, quo casu talis certificatio valet & dicitur actus certificatus. & ad hoc adduco, quod refert Bal. in l. j. C. de sen. ex breui. reci. ꝙ si iudex dicat. ego pronuntio, ꝙ ita seruetur prout in tali charta cōtinetur, nec recitat eius tenorem, ꝙ si illa charta est liquida in iudicio producta & recitationi parata, valet talis ꝓnuntiatio: secus dicit, si talis charta non est producta in iudicio: qa relatio potest fieri ad intrinseca ꝓcessus, nō ad extrinseca. idem voluit dominus Antonius in c. cū venerabilis. de reli. domi. q ad hoc adducit singulare dictum Ioan. Andr. in addit. Spec. in tit. de sent. idem voluit Ange. in l. si conuenerit. ff. de re iudi. allegat Ioan. And. in addi. Spec. idem sequitur ibi Ioan. de Imola, facit quod habetur in l. si ita scripsero. ff. de condi. & demon. & ff. de hære. insti. l. asse toto. Cum ergo in casu nostro illæ duæ chartæ continentes & liquidātes illud debitum sint productæ in iudicio: ergo illa positio non dicitur incerta, nec responsio illius Bar. debitoris dicitur incerta. Nec obst. cū dicitur in consilio primo, vel secūdo, ꝙ ille Bar. debitor respondet per verba credo, & testis debet deponere per verba importātia sciētiam & non credulitatem, vt l. solam. C. de testib. c. cum causam. de testib. Item etiam dr̄, ꝙ responsio illius Bar. facta ad positiones illius dominæ Mariæ non præiudicat dicto hæredi domini Nicolai: quia aduertendum ad ista: quia licet ille Bar. respondeat per verbum credo, non tn̄ reuera dicit de credulitate: sed respōdit per veram scientiā effectualiter: quia illud dicimus credere, qđ scimus: & ideo dixit dominus Ant. in c. quotiēs. de testi. ꝙ si testis dicat: credo, qa fui p̄sens, ꝙ nō videtur deponere de crudelitate, sed de sciētia: quia illud qđ scimus, credimus. & ibi dicit Io. de Imo. idē si testis dicit, scio & credo, esse vera cōtēta in capitulo. & facit, qđ habetur in cap. præsentiū. de testib. lib. 6. ¶ Modo in proposito nostro, iō iste Bart. respondit per verbum, credo, quia respondebat ad positiones: qa talis crudelitas habet ꝓ sciētia: vt not. in c. cum ad sedem. de restit. spol. & in l. 2. §. sed quia. C. de iuram. cal. & sic licet respondeat per verbum credo, tamē operatur illum effectum, quem operatur vera scientia, ergo &c. Item ꝙ appareat liquidò, ꝙ ex certa sciētia illud scit ille Bart. apparet: quia idem testificatur Nerius, ꝙ præsente illo Nerio dominus Nicolaus, extraxit illas chartas, & donauit illi dominæ Mariæ promittente respondere de illis pecunijs dictæ do. Mariæ & iurante, & multofortius apparet de sciētia illius Bar. debitoris si respōdit de lucro dictarū pecuniarum illi domi. Mariæ, & sic non est verū dicere, illum Bart. credere dumtaxat hoc: quia immo sciebat, & tunc succedit illa regula, illud qđ nos scimus, credimus, & adduci posset illud, quod dixit dominica veritas suis Apostolis. vult, inquit, abire uos. & Pe. rñdit, ad quē ibimus: qa verba salutis ęternę habes, nos credimus & cognouimus, qa filius Dei es. ecce quòd summus iurislator Petrus apostolus expressè dicit, ꝙ nos dicimur credere illud, qđ scimus & cognouimus, & sic certa scientia illius Bart. apparet ad oculum. ¶ Nec obstat cū oppo. ꝙ in primo cōsilio dicitur, ꝙ illa confessio non nocet hęredi illius quondā dñi Nicolai: quia in hoc debuit oculos aperire ille cecus iudicās, primo cōcurrebāt multa, q̄ insimul coniuncta redebant illā confessionē efficacē cōtra hæredem illius quondā do. Nicolai, & ideo refert Ludo. Ro. in d. l. si quis in graui. in princ. ff. ad Sylla. quod allegat do. consulens, ꝙ si testis dicat, se depo suisse falsum in tali causa corruptum pecunia, nō probat propter hoc contra vincentē: tn̄ cū alijs indicijs facit indicium, & ad hoc allegat Ang. Modò in casu nostro concurrit primo: qa ille Nicolaus testis dicit, ꝙ se præsente & illo Nerio quondam dñs Nicolaus dixit, se velle emere vnā domū ꝓ illa dña Maria, & ille Nerius hoc attestatur, ꝙ promisit dictus do. Nicolaus emere D. Mariæ vnam domum pro remuneratione seruitiorum. concurrit, ꝙ ille Nerius fuit præsens, quādo domi. Nico. extraxit illas chartas &c. concurrit, ꝙ illa D. Maria hēt ex tūc illas chartas, quo casu dixit Bald. vt superius retuli,

li,ꝙ tunc sufficit vnus testis. ergo multo fortius qñ concurrit confessio illius,qui fuit præsens, & maximè etiam si concurrat, quòd mortuo illo domino Nico.ille Barto.debitor respondit de lucro dictarũ pecuniarum illi dominæ Mariæ. Et sic istis ad inuicem concurrentibus resultat probatio sufficiens, non indigens adminiculo iuramenti: ideo tunc succedit illa doctrina Bal.in rubrica,de contro.inuesti. quam adduxi superius.Item nonne debuit do.iudicans ex suo officio suadente æquitate inuestigare veritatem,iuxta illud,iudicantem cuncta rimari oportet.30.q.5.c.iudicantem,examinare illum & recipere in testem:cum quia erat causa personæ miserabilis,in qua exuberat æquitas & iudicis officium, vt d.c.significantibus.de offic.deleg.& d.c.ex parte. B. de foro compet.& d.ca.ad petitionem.de accu. pro certo erubescenda est hæc cecitas iudicantis maximè cõcurrentibus tot præsumptionibus, de quibus est supra expressum.¶Nec obst.cum dicitur,ꝙ iam domi. N co. testator legauit habitationem domus & vnum mantellum illi domi.Mariæ: quia istud nõ obst.primò:quia propter hoc non reuocatur donatio facta illi do.Mariæ,vt probatur in l.1.C.de reuo. do.ergo nec est præsumendũ, ꝙ testator in genere voluerit illud,quod in specie facere non potuit: vt c.tua.de decimis.c.eos.de immu.eccle.l br.6.domi. Anto.in c.ꝙ clericis de foro compe.& in c.ecclesia. de consti.Bal.in d.l.fi.§.in computatione. C.de iure delib.item illud legatum non est tale,quod æquiualeat seruitiis impensis erga illum domi. Nicolaum. Item posito ꝙ æquiualeret:tamen non propter hoc reuocauit illam donationem remuneratoriam factam illi pauperi mulieri:ergo illud,quod mutatur stare non prohibetur.l.sancimus.C.de testa.& l.præcipimus.C.de appe.cum similib.ergo pessimè & iniustè fuit iudicatum contra istam mulierem. Et per consequens iudex si vult,potest illum Barto.examinare ex suo officio suadente æquitate, vt veritas magis elucescat.item posito ꝙ illum non examinet:tamen illæ præsumptiones ita violentæ,de quibus dixi superius, concurrentes adinuicem sufficiunt, & faciunt sufficientem probationem non indigentem adminiculo iuramenti:tamen ad abundantem cautelam potest iudex deferre iuramentum illi do.Mariæ,& adiudicare eidem debitum illis magistri Bart. cum lucris & emolumentis illi domi.Mariæ,& pronuntiare iniustè fuisse iudicatum, & bene, & iustè fuisse appellatum pro parte dictæ domi. Mariæ. Et vehementer admiror de camera ciuitatis Rauennæ, quòd non procedat contra illum hæredem vt indignum,& ita concludo. And.Barba. 1467.die 7. Maij.in ciuitate Rauennæ.

EPITOME.

¶Fideiussores non sunt obligati ex contractu renouato,& sic ex societate renouata. Et iam posito ꝙ tempore istius renouationis fideiussores fuissét præsentes.

SVMMARIVM.

Renouatio primi contractus,vel primæ societatis,vel primæ obligationis contractæ ad tempus obligat ipsum renouantem, & facit ipsum durare in prima obligatione.nu.1.
Tacens actui oneroso non videtur consentire.nu.2.
Fideiussio non est de contractu societatis.nu.3.

CONSILIVM XXXI.

IDem mihi videtur de iure dicendum,dictos fideiussores non teneri, sed liberatos esse, & partes domi. iudicantis esse in pronunciando fideiussores non esse obligatos, nec teneri aliquo modo, & absoluẽdos esse ab impetitione agentium,quod sic demonstro ad oculum.renouatio † primi contractus, vel primæ societatis, vel
1 primæ obligationis contractæ ad tempus obligat ipsum renouantẽ,& facit ipsum durare in prima obligatione: sed quoad tertium, cum quo nulla facta fuit renouatio,puta qui fideiusserat, vel dederat pignora non dicitur contractus renouatus,nisi nouus consensus interueniat:quia posito ꝙ ille tertius, ꝗ fideiussit,hoc sciat,& hoc patiatur, illum.s. magistrum Ant.remanere in dicta societate:tamen nihil est,ex quo possit colligi, ꝙ ille velit stare in secunda conductione,vel societate, & iterum fideiubere: licet enim patiatur fideiussor illum magistrum Ant. remanere in societate dicti commercii, tamẽ nihil patitur circa rem suam, ex quo videatur consentire obligationi fideiussoriæ.hoc decidit text. coniuncta doctrina Bar.in l.item quæritur.§.qui impleto.ff.loca.& sic prorogatio non operatur effectum, nisi inter prorogantes,nec obest fideiussoribus.tex.est melior de iure in l. si cum Hermes. C. loca. & ibi pulchrè dixit Bald.ꝙ si fideiussores, qui fideiusserunt ꝓ Potestate non tenentur eo in officio refirmato pro nouo tempore,allegat Iaco. de Are. in l. Lucius. §. Paulus.ff.de admini.tuto.& l.Labeo.in §. fina. ff.de arbi.& sic facta renouatione contractus cum principali non videtur facta cum fideiussore,& multo fortius:quia sapienter dixit Bal.in titu. de pace constã. in vsi.feu.§.item societatem.ꝙ vbi primus cõtractus est celebratus per stipulationem. tunc non videtur renouatus,nisi interueniat stipulatio: quia stipulatio requirit verba.l.1.in princ.de verbo.obliga.& sic in casu nostro cum fideiussio fiat per stipulationẽ: vt l.blanditus.C.de fideiusso.sequitur, ꝙ si isti fideiussores fuissent præsentes tempore huius renouationis,& tacuissent,ꝙ nihilominus non fuit renouata fideiussio requirens stipulationem, quod est memoria dignum.& adduco,quod voluit Bal.in l.legẽ. C.locati. vbi dixit, ꝙ in contractu celebrato in scriptis ex forma sui non fit tacita renouatio. & idem etiam voluit in d.§. item societatem. dicit etiam in d.l. legem. ꝙ videtur renouata sub eisdem pignoribus,ꝙ probat ibi tex.in ver.vinculo pignoris, ꝙ est intelligendum,quando pignus erat ipsius conductoris,secus si esset alterius: vt in d. §. qui impleto. per Bar.& probatur hoc formaliter in d.l.Lucius.§.Paulus.in versi.fideiussorem iudicio tutelę non teneri. Ita videtur dicendum in proposito nostro. & facit, quod voluit Dyn. in l.Titius.ff.de excu.tuto. vbi dicit, ꝙ si vnum compromissum est in longius tempus prorogatũ, ꝙ intelligitur prorogatum quo ad ipsas partes, non quo ad fideiussores. allegat. d. l. si cum Hermes.& d.l.Labeo.Quinimmo plus dico, ꝙ posito, ꝙ fideiussor cõsensisset prorogationi, vel renouationi primę obligationis, adhuc nõ teneretur vt fideiussor pro tempore prorogato ex eo; quia fideiussor intercedit per stipulationem,vt superius dixi. ergo non sufficit consensus,nisi interueniat stipulatio:& ita intelligo Ioan.Andr.in c.constitutus. de fideiuss.vbi dixit,ꝙ si pro obligato ad tempus,vel in diem quis fideiussit, & tempus postea prorogatur, tenebitur fideiussor,si de volũtate fideiussoris facta fuerit illa prorogatio,secus si sine suo consensu.l.si fideiussor.§.1.ff.manda.& idem voluit idem Io.An. in c.preterea requisisti.de appella.& Specu. in eod. titu.& §.in versi.illud autem quæritur:quia licet interueniat cõsensus fideiussoris:tamen non sufficit, nisi interueniat per stipulationem,& ita videtur restringendum & intelligendum istud dictum Ioan. Andreę: sed in casu nostro fuit facta ista renouatio non interueniente consensu dictorum fideiussorũ vallato per stipulationem, ergo non videtur facta ad

ad preiudicium ipsorum fideiussorum.& sic stat Io. And.in hac conclusionem,ꝙ renouatio contractus facta inter principales contrahentes non præiudicabit ipsis fideiussoribus,nec videtur facta quoad eos. & sequitur ibi domi. Anto.Do. Cardin. Do. Abbas. non enim potuit iste noster Anto.obligare fideiussores pro vlteriori tempore, nisi ipsis volentibus & consentientibus,& sic Io.An.decidit casum nostrũ. ¶ Et si quispiam oppo.de eo, quod habetur in l. ēt. C.de iure dot.vbi sumus in casu stipulationis, & tamen si principale fit per stipulationem dicitur ibi, ꝙ augmentum dicatur esse vallatum per stipulationem,ita dicamus in casu nostro,ꝙ videatur facta renouatio per stipulationem,ergo sufficit tacitus consensus: quia intelligitur per stipulationem interuenisse:quia tacens consentire videtur, vt in c.is qui tacet.de regul.iur.lib.6. Ad hoc respondeo,ꝙ isti fideiussores tacendo non videntur consentire: qa actui
† onerosо tacens † non videtur consentire. l. inuitus. C.de procura.l.filiusfa.§.inuitus.ff.eo.Inno.in ca.in genesi.de electio.& quod habetur in l.qui patitur.ff. mand.ideo dixit Ioan.Andr.in c.Io.de testa.ꝙ si aliquis constituitur executor in testamento, & sit præsens,& taceat,ꝙ non præsumitur tali oneri consentire per d.l.inuitus. idem dicit si compromittitur in præsentem & tacentem,quòd non præsumitur consentire tali oneri,mouetur per d.l.filiusf.§. inuitus. & hoc refert & sequitur Lud.Roma.in l. quæ dotis. ff.sol.mat.facit,quod voluit Ioan. Andr. in c.nuper. de testi.in simili.& sic in casu nostro veritas est,ꝙ nõ videntur consentire illi fideiussores, vt videantur se obligasse pro tempore prorogato.Et ad dictam l. ēt. Respõdeo vna cum gl.ibi, quæ dicit,ꝙ tex.ille intelligitur,quando augmētum fuit deductum in pactũ incontinenti,vel,vt soluit ibi Bald.qui dicit, ꝙ licet in stipulationibus requirãtur verba : tamen sufficit in eo,ꝙ venit in consequentiam illud,quod dispositum fuit in principali,quod dictum intelligo procedere,quando illud quod venit accessoriè, intelligit̃ repetitum in principali. tunc enim præsumitur interuenisse stipulatio in augmento, si principale fuit vallatum per stipulationem.Sed in casu nostro illa renouatio quoad fideiussores ipsis non consentientibus non videtur inesse ipsi principali:quia non potuit debitor vltra tempus obligare fideiussorem, immo fideiussor non tenetur, licet debitor se obliget pro vlteriori tempore, vt probatur in d. l. Lucius.§. Paulus.ergo sequitur,ꝙ nõ præsumitur interuenisse stipulatio quoad fideiussores.Et sic posito,non tamen concesso,ꝙ isti fideiussores consensissent huic renouationi:tamen debuit ille consensus præstari per stipulationem:quia iste actus renouandi quoad fideiussores non inerat obligationi principali:& sic in hoc non rectè loquitur Ioan.And.ideo debet intelligi dictum suum, quando fideiussores cõsentiũt per stipulationem,ꝙ non fuit in casu nostro. & ideo pulchrè dixit Bal.in l.tam mandatori.C.de non nu. pecu.ꝙ fideiussor non tenetur ex nouo contractu, nisi in eodem fuerit repetitus, allegat ad hoc d.l. si cum Hermes.quia istud dictum debet intelligi, quãdo est repetitus per stipulationem,ita debet restringi per d.l. blanditus. facit, quod voluit Barto.in d.l. Labeo.ff.de arbitr.vbi dicit per illum tex. in prorogatione termini,secundum est,ꝙ illud debet fieri ꝑ stipulationem. & ita debet restringi illud dictum Ioan.And. facit, quod voluit Bal.in d.l. Labeo.§.fi. & Bar.in d.l. Lucius.§. Paulus. Et etiam adduco qđ voluit Bald.in l.si a te.C.de pac.inter empt.& vend. vbi dicit,ꝙ non videtur cogitatum, ꝙ ex improuiso actitatum est l.cum delanionis.§.Sabinus.ff.de fun. instru.Et sic ex istis probatum est illud assumptum,

ꝙ fideiussor non videtur repetitus in renouato cõtractu,nisi consentiat per stipulationem,sed iste cõtractus societatis fuit renouatus, ergo cum in tali renouatione non consenserint dicti fideiussores per stipulationē,ergo non sunt obligati. ¶ Et si quispiã dixerit,amice,isti non poterunt renouare dictum cõtractum societatis:quia cum isti hæredes essent pupilli,non poterunt contrahere societatem,ergo sequitur,ꝙ non potuerint eã renouare, nisi pater eorum in suo testamento mandasset, ꝙ communi nomine societas exerceretur:quia quod iussit testator,eo nomine factum esse præsumitur,tex.est vnicus & sing. in l. qui negociationem.in prin.ff.de admi.tut.ita dixit Bald.in l.cum oportet.C.de bo.quæ lib. vnde solemnus dicere,actus actiuorum sunt in patiente bene disposito:vt dixit philosophus,habetur in ca.per venerabilem.de electio. ergo sequitur,ꝙ non fuit renouatus illa contractus. Ad hoc respondeo, ꝙ licet pupillus non possit contrahere societatem : tamen potest eam renouare contractam cum patre vnde dicebat Bald.in l.mandatum. C. manda.ꝙ societas contracta a patre,quæ morte patris finitur,si iisdem institutoribus filius cum socio patris negociatur sicut prius, ꝙ intelligitur societas cum filio renouata:& etiam cum pupillo si habebat tutorem, & interueniat patientia tutoris,sufficit.¶ Et si dicas, tutor non potest authorari, nisi loquatur: vt l.prima. §.mutus.ff.de tutel.not.in l.vbi non voce. ff.de reg. iuris.respondet ibi Bald. illud esse verum in actibus expressis,secus in tacitis, argumen.l.de quibus.ff.de legibus. Et istud credit esse verum.l.si eum.§.dominus.ff.de instit.Ista sunt formalia verba Baldi in d.l. mandatum.& istud sequitur Sal.in d.l. mandatum. & idem voluit Bald.in tractatu de duobus fratribus. prope fina.vbi idem sentit, & idem voluit in l.si patruus.C.commun.vtriusque iudic. quem ibi sequitur Salycetus.Cum ergo expresśe,aut tacitè renouauerint dictam societatem initam inter patrem ipsorum:& ipsum Antonium percipiendo lucra prouenientia ex dicta societate interueniente facto tutricis,siue tacitè,siue expresśe potuerunt renouare dictam societatem,& per consequens verum est illud assumptum,ꝙ licet fuerit prima societas renouata: sed nullus interuenit consensus fideiussorum stipulatione vallatus,ergo sequitur, ꝙ dicti fideiussores non sunt obligati in societate renouata, videt̃ enim renouata societas:quia affuit rei interuentus: quia opus est,vt aliquid fiat,propter quod videatur colligi tacita voluntas, puta lucrorum communicatio, vel repositio capitalis in communi, vel quid aliud, quod citra ius,vel nomen socitatis geri non potuerit: vt l.3.post principio.ff.pro socio, & quod voluit Barto.post Oldradum in l.Titium & Meuium.§.altero.ff.de administr.tutorum,& quod voluit Bald. in dicta l.si patruus.& in l.1.C.qui testamenta facere possunt.& quod voluit Paulus de Castro, consil. 332.incipiente in causa quæ vertitur, inter dominũ Gabrielem.Cum ergo in casu nostro isti heredes nõ exegerint capitale a dicto magistro Antonio,& mortuo eorum patre communicauerint lucra prouenientia ex dicta societate,vt est dictum.ergo sequit̃, ꝙ renouata extitit dicta societas,posito ꝙ dicti hæredes essent minores,aut pupilli, nec dicti fideiussores interposuerunt aliquem consensum vallatum stipulatione,ergo sequitur,ꝙ verum est illud assumptũ, ꝙ renouata fuerit dicta societas inter illos hæredes & dictum magistrum Antonium,sed non in præiudicium fideiussorum.Et adduco,quod voluit Ang. in l.legem. C. loca.vbi dicit, ꝙ renouata locatione videntur renouata pignora,& omnes obligationes & stipulationes pœnales vident̃ renouatæ, nisi agatur

tur de prẹiudicio fideiussorum allegat. d.l.si cum Hermes.& sic Angel.decidit casum istum. Et adduco,quod voluit Baldus non in lectura,nec in recollectis:sed in apostillis quas ipse fecit ad. ff. vetus. qa in d.l.item quæritur:§.qui impleto.in suis finalibus verb. quærit, quid si pęna fuit apposita in primo cōtractu,an in secundo tacitè facto videatur repetita. & dicit ꝙ non secundùm Dyn. qui ita notat in l.cū pater.ff.de lega.2. nam ista pœna cadit in alium cōtractum,scilicet verborum obligationis,vel pacti,& egreditur contractum locationis, & sic non perficit̄ consensu,vt l.blanditus. C. de fideiussorib. Ista sunt formalia verba Bald.in dictis apostillis.Et sic vult, ꝙ vbi cōtractus accessorius egreditur naturam primi contractus,& fit per stipulationem,tunc nunquam videtur repetitum in contractu renouatio:sed fide-
3 iussio † egreditur contractum societatis non enim est de natura contractus societatis vt detur fideiussio,& fit per stipulationem, tunc nunquam repetitus videtur in contractu renouato. & sic Baldus dicit illud, quod ego dixi superius contra Ioannem And.in d.c.constitutus.Et sic posito, ꝙ tempore renouationis huius societatis fideiussores fuissent pręsentes adhuc illa renouatio non præiudicasset eis. Et adduco ad prædicta Archid.in capit. te quidem. 11.q.j.vbi quærit,fideiussor est obligatus pro aliqua re,quam dare debet vsq; ad certum tempus, & creditor prorogauit principali diem solutionis non cōsentiente fideiussore. quæritur, vtrum fideiussor teneatur,& videtur ꝙ non, vt l.fin.ff.de arbitr.& ff. locati.l.item quæritur.§. qui impleto. refert Bandinū dicere,ꝙ teneatur iterum.l.si quis pecuniam.§. nūmos.ff.de fideiussoribus,ꝙ Gofredus ītelligit, si simpliciter fideiussit: tunc enim videtur in omnem casum fideiussisse,secus vbi fideiubet ad certum tempus expressè.l. Valerianus. ff. de prætor. stipulat.l.si cum Hermes.C.locati.ita notat Goffre. in c. constitutus.de fideiussor.ita formaliter dicit ibi Archidia. & sic in indiuiduo Archidia.determinat hanc dubitationem. Et adduco, quod voluit Garsias & Ioannes And.in cap.quicunque.de senten.excommuni. lib.6.vbi dicunt,ꝙ,terminum prorogatum intelligi cum suis accessorijs,procedit in his,quæ dependent ex potestate partium, sicut iuramentum : pignora propria,pœna promissa.secus de eius,quæ pendent ex aliis,sicut fideiussores dati,res alienæ obligatę:illæ enim nunquam prorogantur,nisi idem fideissores & domini pignorum iterum consentiant, dicta l.Labeo.§.fin.& dicta l.si cum Hermes. idem sequit̄ dominus Dominicus in dicto c.te quidem. idem voluit Hostiensis in dicto c. præterea requisisti. Io. An. domi.Car.& alii,& sic in hac sententia inclinant illū tres in vtraque cēsura doctores. Fatuum ergo esset ꝯsulere & iudicare ꝯrium : nam Goffr.Host.Io.Mo. Gar.Arch.Io.And.d.Ant.d.Card.d. Abb.& do.Dñicus hanc partem tenent,ꝙ fideiussores non sunt obligati ex ꝯctu renouato,& sic ex societate renouata. Iaco. de Are.Cyn.Barto. Bald. Angel. in locis variis & diuersis istam partem sequuntur,& Salyc. in d.§. qui impleto.ergo secundum eos erit iudicandum iuxta illud,quod habetur in l.j.ff.de offic.quæsto. in vers.crebrior apud veteres opi.l.1.ff.de sena.c.ne innitaris.de constitu.Et sic talis renouatio non præiudicauit dictis fideiussoribus, & ad illud, quod dixit Bart.in d.l.Lucius.§.Paulus.inquantum facit differentiam,quando principalis commisit restituere castrum,vt tunc sint obligati fideiussores,quę quæstio fuit de facto Florentiæ,in qua ipse consuluit. istud reuera non obstat ex eo,quia Bart.primo ibi remittit se ad not. in d.§.qui impleto. vbi deciditur, ꝙ fideiussor non tenetur.ergo idē ipse Barto. ibi voluit. Item Barto.ibi loquitur,quando illa promissio fuit facta simpliciter, quo casu videntur se obligare ad restituendum post tempus transactum:vnde videretur se obligare post illud tempus,ꝙ non fuit in casu nostro.Item dictum Barto. est alienum á casu nr̄o : eo quia non loquitur Barto.quando partes renouarunt primum contractum,vt fuit in casu nostro, in quo partes videntur renouasse proprium contractū dicendum est ergo,fideiussores non esse obligatos, nec teneri vigore huius societatis renouatæ, & eos esse absoluendos ab impetitione agentium, & ita concludo. Andreas Barbatias. 1469. die 2. Nouembris Fauentiæ.

EPITOME.

¶ Testamentum secundum minus solenne non tollit primum validum & solenne. Et rogitus testium requiritur tam de iure ciuili, quàm de iure canonico.

SVMMARIVM.

Rogitus testium inter patrem & filium non est necessarius, & secundùm dispositionem iuris canonici non requiritur omnino rogitus testium.nu.1.3.

Testibus rogatis magis creditur. 4. rogati autem præsumuntur ex eo, quòd sunt subscripti.5. Quod etiam de iure canonico requiratur rogitus testium.6.

Probatio ea dicitur legitima,quæ fit per testes omni exceptione maiores.nu.7.

Testes si varient,nihil probant.nu.8.

CONSILIVM XXXII.

ET quidem viso processu & testamento illius Viti primo loco facto & chartula secundi testamēti & allegationibus pro certo subtiliter redditis per do. aduocatum paucula breui complectar eloquio & est bellissima dubitatio. Vtrum primum testamentum validum & solenne sit reuocatum per secundum. Et indubitanter mihi videtur, ꝙ nullo modo sit reuocatum,& ante omnia pondero: quia in primo testamēto dictus Vitus instituit hęredem vniuersalem dumtaxat Antonium vnicum filium suum pleno iure. Et quandocunque decesserit sine filiis legitimis, & naturalibus eidē substituit Simonem,Lucam &c. Et pro certo fecit illud,quod faceret quilibet,qui homo esset & non bestia, vel insanus.argumen.l.hoc colore.ff.de inoffi.testa.in versi. non quasi sanæ mentis.& rogauit testes, & ea fecit, quę diligens homo in tali casu facturus esset : & apposuit clausulam,si contingeret illud testamentum reuocari,& ideo est pręsumendum,ꝙ illam clausulam apposuerit ex eo,ꝙ filium suum solum instituerat:quia non est verisimile,ꝙ testamētum mutaret instituendo alium nō filium : quia vt inquit Virgil. in primo Eneid. Omnis in Ascanio chari stat cura parentis.l.scripto.ff.vnde liberi.l.nihil.§. facilior. ff. de bon.libe.voto enim patris congruit filio omnia parari.In illo autem asserto secundo testamento instituit iste Vitus dictum suum filium masculum, & insimul cum eo quendam Iacobum,& sic mutauit primam dispositionem addendo filio suo instituto illum Iacobum,& non rogauit testes in isto secundo testamento,& sic non fuit solenne.Modo ponderet dominus iudicans si cadere possit in aliquē exercitatum intellectum, vt in isto secundo testamento instituerit extraneum cum filio suo legitimo & naturali, & diuiserit hæreditatem suam debitam suo filio in duas partes.Pro certo istud non est verisimile:vt in d.l.scripto.& arg.l.cum auus. ff. de condi.& demon.

demõ.& l.cum acutissimi.C.de fideic. & l.generaliter.§.cum aũt.C.de insti.& subst.& l.si vt certi.& l.si cum in vtero.C.de testa.mili. & quod voluit gl.in l.si quis ad declinandam.C.de episc.& cler.& in l.Papinianus.§.si imperator.ff.de inoffic.testa. & 17.q.4.c.quicunq;.Et ideo dixit Auerroes, ꝙ sermones nostri adaptantur rebus sensatis intellectu fruentibus. & illud retulit Bal.in rub.C.de proba. & in tractatu scismatis, quem posuit in rubrica.C.si quis aliquẽ test.prohi.& in l.j.C.de ser.fug.& in rubri.de postul.prela.& probatur in l.si ita quis.versi.ꝙ nemo sanus diceret.ff.de euic.& in c.fina.de consue.& ideo dixit Bal.in d.l.j.C.de ser.fug.ꝙ illud, quod non est verisimile, est quædam falsitatis imago.l.milites.§.oportet.C.de quæstio. Facit capi.quia verisimile.de præsump.& l.non est verisimile.ff.quod metus causa.& in passione dominica dicitur.& conuenientia non erant eorum testimonia, & ideo dicimus, ꝙ statur testibus deponentibus verisimiliora; vt l.ob carmẽ.§.fin.ff de testi.c.licet causam.de probationibus.vnde nõ videtur verisimile, immo videtur ab omni humanitate alienum, auferre hæreditatem patris pro dimidia,& illam relinquere extraneo:&(ꝙ plus est) quia (vt audio)non fuit longum temporis interuallum inter primum testamentum & secundum: & etiam primum testamentum fuit solenne, & factũ ab ipso Vito tempore quo erat sanus mente & corpore, & postea factum est secũdum minus solenne, vt inferius demonstrabo,& non ex interuallo, & ipso Vito infirmo morbo pestifero & mortali.&,vt docet experientia,ille morbus statim alienat mentem hominis,& spiritus omnes;quia est nuncius mortis, & statim facit hominẽ vacillare, quod satis in isto secundo testamento demonstrauit: quia in primo instituebat filium hæredem vnicum vniuersalem, vt naturæ ratio & iura requirunt: vt l.2. C. quorum bonorum.& eidem substituit suos coniunctos,& in secundo instituit extraneũ cum ipso filio in simul, & nullam substitutionem fecit de suis coniunctis: vt fecit in primo testamento,& qualis sit habitus mentis hominis ex operibus,factis & dictis ostenditur. l.quidam in suo.ff de conditionibus institu.l.si is qui.ff.de tutoribus & curatoribus dan.ab his.& capit.legimus.93.distinct. & apud veritatem dominicam. A fructibus eorum cognoscetis eos,bona arbor bonos fructus facit l.1.C.si quis impe.maledixerit.Ideo circa hoc debet iudex summè animaduertere,& licet testes producti contra illud primum testamentum quoad clausulam illam dicant secũdum testamentum fuisse solenne circa reuocandum illud primum testamentum: ille tamen presbyter, qui scripsit secundum,non videtur esse integer: quia sua testificatio videtur confirmare factum ipsius presbyteri: quia confirmat illud secundum testamentum, quod ipse scripsit,& sic videtur conualidare illud secundum testamentum,quod ipse scripsit. & per cõsequens deponit super eo,ad quod habet affectionẽ ideo non videtur esse integer testis,vt voluit Bartol. in l.deferre.§.idem decreuerunt. ff.de iure fisci. vbi voluit,quòd si Titius dedit mihi decem, vt illa portarem tibi, & testificor, quòd ego illa tibi portaui, non credetur mihi:quia videor testificari ad excusandam meam negligentiam. voluit Ioannes Andreas in capitu.fina.de testib.lib.6. clarius ibi voluit dominus Petrus de Ancharano. Ita videtur in casu nostro, cum ipse scripserit illud assertum secundũ testamẽtum,nec apposuit clausulam reuocatoriã, vt requirebat primum testamentum. ideo non est eidem adhibenda fides.& eodem modo videtur de illo Theutonico,q est pauper & vilis.ideo dixit Bart. in l.Lucius.ff.de his qui notãtur infamia. ꝙ posito, ꝙ testis deponat bonam rationem dicti, & tamẽ iudici videtur, quòd non dicat verum: tamen potest non adhibere sibi fidem.l.3.versi.tu magis scire potes.ff.de testibus.& etiam deponunt super eo, quod non est verisimile, quo casu iudex non debet sequi dicta non verisimilia: vt capitu. licet causam. de testibus. & quod voluit Innocentius in capit. auditis. de præscriptio.& in capitu. 1. de frigidis & malefici. & ideo circa hoc iudex debet minus aduertere illã subitam mutationem testamenti solennis, & testamentum non solenne,& tollere hæreditatem quasi debitam coniunctis & applicare illam extraneis, & (quod pessimum est)auferre filio suo Vito, & applicare extraneo pro dimidia:& audi fatuitatem testãtis,qui dixit,ꝙ vult,ꝙ ostium sit apertum eleemosynis,& aliud nõ aperuit,nec expressit, ꝙ nemo sanus diceret: vt l.si ita quis.ver.quod nemo sanus.& ideo glo.singularis,in l.codicillis.§.fina.ff.de legatis secũdo,dicit,audi stultum testatorem; non tamen prodest sibi stultitia sua. Ita est dicendum in proposito nostro. Et etiam aduertat,quia alij testes non deponunt ita animosè,vt deponunt ille presbyter, & ille Theutonicus.& ideo tu magis scire potes, & vt singulariter dixit Bald. in rubrica.de contro.inuestit.in vsib.feud.ꝙ iudex ex variis & diuersis circunstantiis coram eo deductis deuenit ad vnum mentis conceptum ad ferendam sententiam diffinitiuam. Istud rectè probat tex.in c.cum ad sedem.de resti. spol.& in c.præterea.de testib. & facit l. qui sententiam. C. de pœn.in versicu.ad vnum rei finem conferentes.

¶ Istis modò ita præmissis aggredior istam consultationem hoc modo.ad hoc vt testamentum solenne tollatur & reuocetur per sequens testamentum reuocatorium,opus est,quòd secundum sit solenne: quia agens in passum oportet,vt dicunt philosophi, vt sit habile ad agendum: sicut enim requiritur aptitudo ex parte patientis, vt voluit Aristoteles in secũdo de anima.inquit,actus actiuorum sunt in patiẽte bene disposito, eodem modo requiritur,ꝙ agens sit potẽs,istud decidit tex.formalis institutionibus, quibus modis testamenta infirmantur. §. posteriore.sed primum testamentum fuit solenne, vt ex sui inspectione liquidò ostenditur: vt l.finali. C. de edicto diui Adriani tol.ergo sequitur, ꝙ debuit tolli p secundum solenne: quia idem est non facere actũ, vel minus solenniter.l.quoties. ff. qui satisda. cog.l. non putauit.§.non quæuis. ff.de contratab. Et ideo pulchrè dixit Bald.in l.non dubium.C.de legibus.ꝙ si ex dispositione statuti de contractu debeat solui gabella,non soluetur de contractu inualido, probatur in l.2.C.de eunuch.idem ibi voluit Bal. sed istud secundum testamentum non est solenne, ergo non reuocauit primum, ꝙ apparet liquidò ex eo: quia non interuenit rogitus testium, non enim apparet ex serie & tenore illius asserti testamenti testes fuisse rogatos ab illo defuncto.nec etiam ipsi testes examinati super tenore & dispositione dicti testamenti affirmant,nec dicunt se fuisse rogatos, vt requiritur ex iuris censura: vt probatur in l. hæredes palam. §. penul. ff. de test. in versicu. rogatos ad testandum non esse. & facit, quod habetur in l. nullum. ff. de duob.re.& in auth.rogati.C.de testi.cum simi. ergo ex hoc defectu solennitatis redditur secũdum testamentum nullum, & sic non reuocauit primum.

¶ Et si quispiam opponat amice,testamentum, qđ fit inter patrem & filium posito quòd sit imperfectum,valet,& tenet,vt probatur in l. hac consultissima.§.ex imperfecto.C.de testa. & ibi voluit glos.ꝙ etiam mulieres,quæ regulariter non possunt esse testes in testamento: vt l.qui testamento.§.mulier.ff. de testa.tamen in testamento facto inter patrem & filium

filiũ potest mulier vt testis interuenire: ergo potest fieri testamentum inter patrem & filium testibus
1 non rogatis,† per id,quod voluit in authen. ꝙ fine. eo.titu.nam huiusmodi rogitus est introductus per subtilitatem iuris ciuilis, quæ subtilitas remissa est inter liberos.& ideo tex.in corpore vnde sumitur d. authen.ꝙ fine.dicit coram testibus, nec facit mentionem aliquam de rogitu testium. Ad ista respondeo,ꝙ licet in testamento fiendo inter patrem & filium non requiratur rogitus: quia inter patrem & filium præsumitur deliberatio,arg.l.nec in ea. ff. de adult.naturalis enim stimulus hortatur patrem, & vrget illum ad cogitandum pro liberis, vt l.amicissimos.§.fi.ff.de excu.tut.tamen in casu nostro nō interuenit ista deliberatio ad fauorem filij, immo interuenit ad preiudicium & damnum ipsius:& quia rogitus testium consueuit interuenire in testamento ad hoc, vt vera iudicia non subuertantur. facit l. diuus.ff.de testa.milit.in versic.conuocatis. & facit d.auth.rogati.C.de testib.vbi non distinguitur inter extraneos, an inter liberos,ergo nec nos debemus distinguere,vt c.solitæ.de maior. & obed. c.vt circa. de priuileg.l.1.§.generaliter.ff.de lega.prestan.& cũ fuerit introductum in fauorem filiorum, vt valeat testamentum inter patrem & filios absque rogitu testium,non debet retorqueri ad præiudicium,vt l. quod fauore.C.de legi.l.non eo minus.C.de procu. c.quod ob gratiam. de reg.iur.lib.6.cum similibus. ergo sequitur,ꝙ stante themate huius dubitationis debuit interuenire rogitus,cum istud testamentum tẽdat ad præiudicium ipsius filii. & posito,ꝙ valeat testamentum inter patrem & filium sine rogitu testium: tamen illud est verum quoad ipsum filium, sed quoad personam extraneam admixtam in testamento non valet illud testamentum quoad illam extraneam.istud decidit tex. in d.l.hac cõsultissima. §.ex imperfecto. ergo sequitur, ꝙ quoad istũ extraneum institutum testamentum remanet inualidũ, & per consequens non tenet: vnde posito, non tamen concesso,ꝙ istud secundum testamentum haberet omnes alias solennitates requisitas a iure,nihilominus non est validum,ex quo deficit ista solen
2 nitas rogitus:quia nihil† dicitur esse actum,cum aliquid restat agendum.vt l.si vnus.C.de test.l. fina. C. de his quib. vt indig.& c.consideret. de pœni.dist.5. & c.quæ episcopis.37.dis.& quod scribitur apud Ciceronem in suis paradoxis in vltimo paradoxo.Cũ ergo deficiat in huiusmodi testamento solennitas rogitus,sequitur, ꝙ testamentum est nullum; quia minus solenne, & sic non fuit reuocatum primum testamentum omni solennitate vallatum per istud vltimum testamentum minus solenne. ¶Et si quispiam opponat, ꝙ non requiritur rogitus in huiusmodi testamento;quia conditum fuit secundum dispositionem iuris canonici,vt in c.cum esses.& c.relatum.de testa.& secundùm dispositionem iuris ca
3 nonici;† non requiritur rogitus, vt probatur in dictis iuribus: ideo sufficit presentia presbyteri parochialis cum duobus, vel tribus testibus, vt in dictis iuribus probatur.Ad ista facile respondetur,licet.n. istud testamentum debeat regulari secũdùm dispositionem iuris canonici,ex quo est de iure territorio subiecto temporaliter Romanæ ecclesiæ: vt voluit gl.in c.2.de arbi.lib.6.& tex.in c.si duobus.de appel. Et ideo pulchrè dixit Bal.in l.j.C.de ces.bo.ꝙ illud, quod dici solet, ꝙ statutum reducitur ad terminos iuris communis,vt l.2.C.de noxalibus.cum si.dicit, ꝙ si sumus in terris ecclesiæ reducetur ad terminos iuris canonici. & idem Bal.in l.si quãdo.C.de inoff. testa. dixit, ꝙ si Papa concessit monaco potestatem testandi, intelligitur secundùm ius canonicum. fateor hoc de plano:sed cum de iure canonico requiratur rogitus testium,vt inferius ostendam, ergo huiusmodi testamentum est non solenne: & etiam posito,ꝙ ius canonicum non disponeret expressè,ꝙ requiratur rogitus, nihilominus staremus dispositioni iuris ciuilis per id,quod habetur in c.j.de ope.no. nun.& in c.si adiutorium.10.distin.quia vnum suppletur per aliud,c.cum expediat.de elec.libr.6.c.ecclesia vestra.eo.tit.l.j.C.de inoffi.doti. ¶Et pro enucleatione huius hæsitationis est ante omnia videndum, a quo sunt rogandi testes in testamento, an a testatore,an ab hærede,an a notario.tex.in d.l.hæredes palam.§.penul.inquantum dicit,testes rogatos, non exprimit a quo, & text. in l. hac consultissima. C.de testa.dicit,rogatis testibus,nec exprimit a quo, sed glo.magna,in auth.rogati.C.de testi. dum tex.dicit ab eo,qui introducit eos,allegat.§.licet. in auth. de testi.& sic ponderanda sunt verba illius glo.quia dicit esse testes vocandos & rogandos. & propterea Bald.not.in l.2.C.de bono.pot.secundùm tab.dicit, ꝙ in solennitate testamenti, quando est dubitatio de solennitate, non defertur iuramentum ad supplendam semiplenam probationem: quia in testamento debent testes esse rogati,& ideo pars nõ posset rogari loco testis.& sic est diligenter istud notandum: quia posito,ꝙ semiplenè probaretur rogitus testium in testamento,tamen non posset deferri iuramentum ad supplementum semiplenæ probationis,iuxta no.in l.in bonefi.C.de iureiuran.& c.fi.eo. titu.& idem Bald.in l.fi.C.de fideicom.dicit circa illam.l.cadere talem dubitationem circa testamentũ testator fecit testamentum coram septem testibus non rogatis, & lecto testamento, & per testatorem confirmato dictum fuit,ꝙ testamentum erat nullũ: ideo immediate continuando subiunxit,& dixit: & ita rogo vos testes, vtrum valeat tale testamentum. decidit ibi Bal.ꝙ sic:quia idem operatur, ex quo incontinenti.ita dixit in l.iurisgentiũ.§.quinimmo.ff. de pact.l.lecta.ff.si certum pet.l.petens. cum sua materia.C.de pact.& sic Bald.sentit,ꝙ testator debet esse ille, qui testes rogat. & idem Bald. in repetitione rubricæ.C.de fide instrumen. versic.sed dubitatur a quo,vel a quibus notarius debet esse rogatus. & refert glo.dicere, aut est actus dependens a voluntate plurium in sua substantia:& tunc ab illis debet esse rogatus.aut a consensu vnius, vt protestatio,hæreditatis additio,vel repudiatio,vel testamẽtum: & tũc sufficit,ꝙ tabellio fit rogatus ab illo solo, qui est illius actus ordinator, vt dicitur esse glo.in authẽ.de tab.§. nos autem. rationem dicit esse in promptu: quia a quo dependet esse rei, ab eodem dependet modus,argumen.l.videamus.§.penul.ff.de in litem iurã.cum ergo testamentum sit ordinandum ab ipso testante.ergo sequitur, ꝙ rogitus testium debuit habere originem ab ipso viuo testante,& sic ipse testator debuit ipsos testes rogare. Et ad hoc allego tex.meliorem de corpore iuris.in l.diuus.ff.de testa. mili.in ver.ergo miles vocatis ad hoc omnibus, &c. iuncta gl.in versicu. hæredem. vbi probatur aperto ore,testes esse rogandos ab ipso testatore.Et adduco illud,quod Bald.nostro venit in ore.in l.fin.§.in omni.C.de codicil.vbi quærit,quare in testamentis requiruntur testes rogati.Respondet,quia testibus ro
4 gatis † magis creditur, cum fides eorum sit electa & approbata a testatore,& sic videtur firmare, ꝙ ab ipso testatore rogandi sunt,& debent rogari ad hoc,vt rectè decidit tex.in d.l.hac consultissima. & in l.hæredes palam.§.penul.de testam. ¶Et si quispiam dixerit,ꝙ presumuntur rogati per id,quod habetur in l.sciendum.ff.de verbo.oblig.& in authen.de tab.§. nos autem.Ad hoc respondeo,nõ est verum, immo debet

debet probari rogitus. Ita dixit Dyn. in d.l. hæredes palam.§.penul.Cyn. & Angel.in d.l.hac consultissima.& Barto.in d.l.sciendum. rogare enim est solennitas extrinseca,quæ non præsumitur,vt l. quæcunque.§.fina. ff. de publicia. & idem voluit Specula.ꝙ non præsumuntur testes rogati, in titulo de teste. §. 1. versicu.quid in prædictis.& versi.seq.Et idem voluit Bald.insti.de testa.§.fin.vbi dixit,si in testamento dicatur, præsentibus testibus,an præsumantur rogati,& decidit ꝙ non.& ad hoc alleg.Dynum & Cy. in l.hac consultissima.Limitat hoc,nisi testes se subscriberent:quia propter subscriptionem præsumũ-
5 tur rogati † arg.l.Dominicus.ff.de testa.Facit, quod voluit Bald.in d.l. diuus.ff.de testa.mili.vbi dicit per illum text. ꝙ licet testis dicat se aliquid audiisse a testatore,nisi dicat se rogatum fuisse,non præsumitur rogatus,nec valet eius testimonium,alleg. Cy.in d. l.hac consultissima.Et subdit Bal.in d.l.diuus.ꝙ eo-ipso ꝙ notarius dicit in testamento talibus testibus conuocatis,ꝙ præsumitur,ꝙ sint rogati, quod dicit non esse verum,& mouetur,ꝙ rogare est solennitas extrinseca,quæ non præsumitur:vt d.l.quæcunque. §.fin.allegat nota.per Bar.in d.l.sciendum . & dicit, ꝙ de necessitate requiritur rogatio, nec sufficit con uocatio.& ad hoc alleg.glo. in l.milites. C. de testa. milit. Et sic posito, ꝙ in casu nostro ille Vitus conuocari fecisset illos testes:tamen vlterius debuit eos rogare, ꝙ non fecit,ergo testm̃ est minus solenne,& sic non tenuit.¶Et si dicatur, ꝙ istud procedit in testamento inscriptis & non in testamento nuncupatiuo:quia in testamento nuncupatiuo non requiritur rogitus.Dico,istud non esse verum : quia immo requiritur rogitus.hoc decidit tex.in d.l.hac consultissima.§.per nuncupationẽ. & hoc colligit hic Bal. & idem probatur in l.in testamẽtis.C.de testa. & idẽ probatur in l.fi.§.in omni. C.de codicil. vbi ponitur exceptio a regula, ꝙ in codicillis non requiritur rogitus exceptis ergo codicillis secus est in testamẽtis seu testamento.& hoc decidit tex.in d.auth. rogati. C.de testi.& licet d.l.fin.§.in omni. dicat excepto testamento : illud ideo fuit: quia Imperator ibi dicit, & in omni vltima volũtate, & sic posuit regulam in singulari numero. Ideo non est mirum,si ponat exceptionem in singulari numero, & pondera subtiliter:quia cũ ille tex.dicat,in omni vltima voluntate, & postea ponat exceptionem, intelligitur exceptio facta a regula cum eadem qualitate, vt sicut dicit, in omni vltima volũtate, eodem modo intelligatur exceptio,videlicet excepto omni testamento. ar.l.j. ff.de regu.iur.& l.in his. ff.de legi. & in auth. de non alie.§.vt autem.l.nam quod liquidæ.ff.de pen. lega. c.dñs.32.q.7.c.in nostra.de sepul. & per consequens probatur formaliter, ꝙ in testamẽto nuncupatiuo requiritur rogitus testiũ, & clarius & apertius probatur in d.auth.rogati.inquantum ibi dicitur, vt in testamentis. & sic complectitur illud verbũ pluralis numeri testamentum in scriptis, & testm̃ nuncupatiuum, arg.c.pluralis numerus.de reg. iur.lib.6.& l. vbi numerus.ff.de testi.cum simili. vnde non posset aliter bene stare ille tex.nisi intelligat̃ de testamẽto in scriptis & nuncupatiuo:licet Sal.videatur de hoc dubitasse in d.l.hac consultissima. C.de testa. ergo sequitur,ꝙ fuit opus,ꝙ reuocarentur dicti testes: vt si fortuito se reperijssent in illo loco, tamen debuerunt rogari,sed non apparet, ꝙ fuerint rogati : ergo sequitur,ꝙ testamentum istud est nullum . Nec ille sacerdos,cum scripsit illos testes,non apposuit illud verbum & cętera,sub quo potuisset cõprehendi rogitus : vt dixit Bald.in d.l.hac consultissima.& facit, quod voluit Saly.ibidem in prin.vbi dixit, ꝙ si apponatur uerbum,&c.comprehenditur rogitus per id, quod habetur per Bartol.in l. Gallus. §.j.ff.de lib. & posthu.& etiam dixit idem Saly. ibidem, ꝙ consuetudo seruat,vt testes rogent̃, & si ab eo incipias non expedit, ꝙ vocentur. Si autem incipias a conuocatione, & derogatione non est facta mentio, tũc pręsumitur rogitus,si se subscripserint. Et sic vult Saly. quãdo fit mentio de vocatione, & si subscribunt se, videntur rogati. Et etiã Bal.dicit ibi parificando ista duo ad inuicem, si se scribant, vel patiantur se subscribi a notario:quia procedit illud dictum eius, qñ apparet,ꝙ fuerũt vocati. Et sic ex istis eliciuntur verissimæ cõclusiones, ꝙ in testamento nuncupatiuo requiritur rogitus testium,& ꝙ testes debent vocari & rogari,& si reperiuntur esse rogati,sufficit,nec requiritur,ꝙ fuerint vocati, & si fuerunt vocati & scripti per notarium, sufficit, & ꝙ debuerunt rogari ab ipso testante.¶Et si quispiam opponat de eo, quod voluit Saly.in d.auth.rogati.vbi voluit,ꝙ præsumit, ꝙ testes fuerunt rogati.Dico ꝙ non bene dicit:quia illa est solennitas extrinseca, vt est dictum, quæ non præsumitur,& contrarium tenent cõiter omnes, vt Dyn.Cyn.Bald.Bart.& Ang.in d.l.hac cõsultissima. & etiam idem tenuit Saly.in d.l.hac consultissima. nec firmauit pedes in dicta auth.rogati. sed cogitandum reliquit, & sic stat veritas, ꝙ debebant esse rogati, nec præsumuntur.¶Sed stat difficultas, vtrum de iure canonico requiratur rogitus testium, & di-
6 co ꝙ sic etiam in relictis pijs † ergo multofortius in relictis non pijs,hoc probatur in c.relatum.de testa. in ver.requisitis, vbi tex.loquitur in relictis pijs,& tñ requiritur,ꝙ rogent̃ testes. Facit simile,qđ dicimus, in testamento militis, in quo requiritur rogitus testium:vt probatur in l.diuus.ff.de testa.mili.& insti. eo.in prin.ergo multofortius in casu.c.cum esses.de testa.& etiam facit glo.valde solennis, insti.de testa. §.si quis autem.quæ expresѐ dicit, ꝙ requiritur rogitus in testamento nuncupatiuo. & facit tex.in d.l. hac cõsultissima. §.per nuncupationem. ver.prout enim.vbi vult legislator,ꝙ in testamento nuncupatiuo requiratur numerus septem testium.Et subdit ibi tex.prout supra diximus,sed in principio illius legis loquutus est de testamento in scriptis, in quo uolebat requiri rogitum testium,& sic apparet propter pręmissam relationem, quòd idem vult esse in testamento nuncupatiuo, qđ in testamento in scriptis. & hoc ideo affirmo vltra allegata superius ex eo:quia Saly.in d.l.hac consultissima.in prin. dubitauit de hoc. & quidam allegant glo.in contrarium in capit.testes.3.q.9. reuera illa glo. non loquitur in testamento,sed loquitur in cõtractu,qui celebratur in scriptis, vt requiratur in eo rogitus: sed in cõtractu celebrato in voce nõ requiritur scriptura. & ita loquitur glo.& nihil dicit de testamento in scriptis, vel in voce.ideo malè allegauit illam glo. ad testm̃ nũcupatiuum.sed pro certo melior tex. de iure hoc probat in d.authen.rogati. vt superius induxi. & sic frustra dubitauit Saly. & videtur errasse in suo salutari & de fecisse in hoc passu.Procedo nunc,vt incepi, ꝙ etiam de iure canonico requiritur rogitus in legatis pijs. Et dico, ꝙ istud tenuit Ludo.Roma.in repetitione auth.similiter.C.ad leg.Falcid.vbi tenet duo circa hanc dubitationem.videlicet, ꝙ in testamento nuncupatiuo requiritur rogitus,& ꝙ c.relatum.de testa.in ver.requisitis.probet,ꝙ in testamẽto ad pias causas requiratur rogitus. Bald.tamen in l.j.C.de sacrosanct.eccl.tam in lectura illius l.quàm etiam in repetitione tenet,ꝙ de iure ciuili in talibus pijs relictis requiritur rogitus,sed non de iure canonico,& ad hoc allegat d.cap. relatum. & reuera ille tex.probat cõtrarium. Modò si de iure ciuili requiritur rogitus:nec de iure canonico reperitur expressum

sum contrarium, stabimus iuri ciuili per id, quod habetur in d.c.j.de oper.no.nunci. & secundùm hanc partem consuluit subtilis doctor Franciscus de Albergotis, ꝙ testamentum ad pias causas non valeat sine rogitu testium. ita refert do. An. in d.c. relatū. & mouetur: quia a iure ciuili non dēt recedi, nisi quatenus est expressum a iure canonico, sed ꝑ ius canonicum nō est recessum, nisi in numero testiū: ergo debent testes rogari, & idem Lapus de Castellione in suis allegationibus. nu.30. in qua refert ita consuluisse in contingentia facti. Bal. do. An. in d.c. relatū. dicit, ꝙ ista pars seruaretur in practica, ꝙ requiratur rogitus, & pro certo istud probatur in d. c. relatum. in ver. legitimis. quia exponitur, ꝙ testes debent esse legitimi. i. secundùm leges, sed leges requirunt rogitum: ergo &c. Item ille text. dicit legitimis testibus requisitis. & sic illa verba proferuntur absolutè, & sic exponuntur conditionaliter: vt l. a testatore. ff. de condi. & demon. est ergo sensus, si duo legitimi testes requirantur: ergo sequitur, ꝙ debent rogari. itē facit: quia ideo requiritur rogitus: quia fides testiū rogatorium est magis approbata: vt dixit Bal. in d.l. fi. §. omni. C. de cod. sed ius canonicum diminuit numerum testium requisitorum de iure ciuili: ergo multofortius. vr̄ voluisse interuenire rogitū, vt magis approbaretur fides triū vel duorum testium: qa. vt dixit tex. in l. fi. C. de fideicom. per ampliorem numerum testiū magis elucescit veritas: ergo fortius de iure canonico requiritur rogitus, cum sit diminutus numerus. Item allego doctrinam glo. quæ reputatur sing. in l. nullum. ff. de repu. quæ dicit, ꝙ vbi a lege requiritur certus numerus testium, semper requiritur rogitus: sed in casu nostro requiritur certus numerus: vt in d.c. cum esses. & in d. ca. relatum. ergo sequitur, ꝙ reqratur rogitus. & in casu nostro non est necesse ita insistere: quia istud testamentum non est ad pias causas. & licet. c. cum esses. recedat a numero testium, non tamen recedit a qualitate ipsorum testium: debet enim restringi, vt quā minus possit, lædat ius ciuile: vt c. cum expediat. de electio. lib.6. & in l.1. C. de inoffi. do. & probat hoc tex. ibi in ver. idoneis. quia eoipso, ꝙ lex canonica requirit testes idoneos, videtur requirere omnia, quæ concernunt ipsam idoneitatem: vt l.2. ff. de iurisdi. om. iud. c. sanè. & c. præterea. de offic. deleg. sed per rogitum vr̄ magis approbari fides testium: vt est dictū. ergo in casu. c. cum esses. requiritur rogitus, & sine aliqua discrepantia. hoc firmant oēs scribentes, ꝙ de iure canonico requiritur rogitus in casu. d.c. cum esses. & ita est in proposito nostro: ergo testamentū istud est minus solenne propter defectum rogitus. ¶ Et si quispiam opponit, ꝙ immo interuenit rogitus. Rn̄deo illud est facti, videamus verba illius asserti testamenti, & verba ipsorum testium, & apparebit veritas, si rogitus interuenit, si videatur tenor ipsius scripturæ, non apparet nec de uocatione testium, nec de rogitu, nec apparet, ꝙ passi fuerint se inscribi: ergo non interuenit rogitus, ex quo non præsumitur interuenisse, nisi appareat, vt est dictum. Item testes ad hoc producti primus testis, qui est ille sacerdos, non deponit de vocatione, nec de rogatione; sed dicit, ꝙ cum esset coram Vito &c. & nihil dicit de rogitu. ergo &c. Secundus testis dicit, ꝙ fuit vocatus, vt irem ad visitandum ipsum Vitum, qui dixit dicto testi se velle omnino testari, & propter pestem non poterat habere copiam testium & notoriorum: tamen ita disposuit, & sic non dicit fuisse se vocatum, nec rogatum. Tertius dicit se vidisse illum Vitum & cætera. nihil dicit de vocatione nec de rogatione, ecce nunc qualiter dictum testamentum est sine rogitu testiū, & per consequens peccat in solennitate, & sic est nullum: ergo non est reuocatum primum testm̄ solēne per istud minus solēne. & ex isto capite illi substituti in primo testamento sunt in casu victoriæ. ergo &c. ¶ Præterea si bene ponderetur asserta chartula testamenti, nō reperitur esse completa: qa consuetudo est condentiū testamēta, vt ponant illa verba in testamēto, actum &c. ad denotandum, ꝙ testamentum est perfectum, & aliud non vult dicere testator, ꝙ non est seruatum in isto testamēto. ita decidit multum singulariter Bal. in auth. ꝙ sine. C. de testa. & sequitur illam doctrinā. Paul. de Cast. in suis consiliis, consilio 360. incip. super eo, qđ quæritur, vtrū valeat: ergo ex isto capite redditur istud testamentum nullum. facit l. si is qui. ff. de testam. ¶ Preterea ex alio capite apparet, ꝙ istud testm̄ non tenet: quia non apparet ex tenore illius scripturæ, ꝙ dicta chartula fuerit lecta & recitata coram ipso testatore, vt de iure fieri debet, vt probat in l. fideicommissa. §. j. ff. de leg. j. & ibi hoc voluit Bart. & qđ voluit idem Bart. in l. in testamento. ff. de fideicom. lib. & in d.l. si is qui. & Barto. in d. auth. quòd sine. & in d.l. fideicommissa. §. j. & do. Pet. de Ancha. in c.2. de test. & Ioā. de Imo. in d.c. relatum. de testa. & do. Paul. de Castr. in præallegato consilio. Et ideo cum ille sacerdos in illa chartula scripta per manu sua non apposuerit, ꝙ illam legerit coram ipso testatore & testibus, nec etiam ipsi testes hoc dicant, sequitur, ꝙ non fuit lecta coram ipso testatore & coram ipsis testibus, & per consequens ex isto capite redditur istud assertum secundum testamentum minus solenne, & sic inualidum, & per consequens nō est reuocatum illud primum. ¶ Preterea facit, ꝙ primū testamentum nullo modo sit reuocatum, duo vincula sunt potentiora vno. vt auth. itaque. C. communia de succes. & c. j. de treug. & pac. & multo fortius, quando illud vnicum vinculum non est potens, nec solenne. vt l. quoties. ff. qui satisd. cogan. sed primum testamētum habet duo vincula. primum est, quod est omni solennitate vallatum, vt ex forma sui appareт. secundum est, ꝙ in primo fuit institutus solus filius testatoris, & substituti veniente ab intestato. Et in isto secundo testamēto fuit institutus extraneus: filius autem ipsius testatoris mortuus est, nec aperitur in processu, vtrū decessit ante patrem, vel post, vel cum ipso patre. vnde nō habet aliud vinculum, nisi quòd est vltimum. & tamen non est solenne vt demonstraui veris rationibus: ergo sequitur, quòd stabimus primo testamento & non secundo. hoc decidit in terminis. l. hac consultissima. §. si quis autem. C. de testa. & pro certo ille text. apponit gladiū ad radicem huius quæstionis, & sic præponderat illud primum: quia aliquid additum vni facit illud præponderare & præferri aliis: vt l. maiorem. ff. de pac. l. quoties. ff. de vsufru. cap. si duobus. de rescrip. libr.6. vnde maior fauor illorum venientium ab intestato facit illos præferri. Facit, quod in simili habetur in authen. nisi rogati. C. ad Trebel. & quod habetur in corpore vnde sumitur. Et sic ex isto capite stabimus primo testamento valido & non secundo testamento inualido & minus solenni. ¶ Præterea accedat ad prædicta: quia inquantum. d. capit. cum esses. de testa. disponit in testamento, quod fit in terris subiectis ecclesiæ, quòd sufficiat, si testamentum fiat coram presbytero parrochiali a duabus uel tribus personis idoneis. videtur disponere, quòd licet recedat a dispositione iuris communis quò ad numerum, non tamen recedit quò ad qualitatem: requiritur enim, quòd testes illi sint idonei, ergo de omni idoneitate intelligitur. Vnde succedit elegans doctrina Bartol. Angel. & aliorum in l. prima. §. si quis neget. ff. quemadmo. testam. apė. quòd vbi lex,

lex, vel statutum requirit actum esse probandum per testes optimos, debet articulari & probari, qualiter testes illi sint optimi, aliàs succumberet modo.d.cap.cum esses. requirit testes idoneos, debuit ergo articulari & probari, ꝙ sint idonei? sed non est articulatum, nec probatum: ergo sequitur, ꝙ debet succumbere iste aduersarius. ¶ Nec potest probari ista idoneitas: quia ille Theutonicus non videtur esse idoneus: quia est pauper, & sic sordescit vt dixit text.in l.quisquis.in ver.in paupertate sordescat. C.ad leg. Iul. maiest.& quod habetur in clemen. in plerisque. de elect. & iura summè animaduertunt, an testes sint pauperes, an diuites, & maximè in re subiecta suspitioni: vt l.3.circa princip.ff.de testi.cũ sua glo.& in Spec.de testib.§.i.vers.itẽ ꝙ est pauper. Et etiam concurrit, ꝙ est custos hospitalis, & sic hospitalarius in loco vili, vt est illud dictum hospita culum est, ꝙ hominibus vilibus conceditur facit gloss. in l.ne quis.C.de digni.lib.12.quę dicit, ꝙ esse custodem portarum, aut limitum, & vendere sal, & sepum, & huiusmodi sunt vilia officia. & facit, qđ habetur in l.humilem.C.de incest.nup.& quod voluit Bald.in c.sedes apostolica.de rescrip.ideo cum concurrat paupertas & vilitas in isto Theutonico teste, non videtur esse testis idoneus, multofortius; quia deponit de re non verisimili, vt voluerit habere iste Vitus testator illam charitatem circa illum extraneum, quam habuerit ad filium suum, & maiorẽ, quàm habuerit ad coniunctos, vt fuit dictum. Et facit, qđ scribitur apud Cice. in primo offic. vnicuique nostrũ chari sunt liberi, chari sunt parentes & familiares. Et facit, qđ idẽ voluit in lib. de amicitia. potiores, inquit, sunt ciues ꝗ peregrini.l.2.C.de anno.ciuil.lib.11. & quod ibidem voluit Bartol. tanto minus erit sibi credendum; vnde idẽ est dicere, idoneus testis ꝙ legitimus testis. & ideo glo. valde sing. in c.atsi clerici.de iudic.in versic.legitima probatione.dicit, ꝙ illa dicitur legitima probatio, quæ fit per
7 testes omni exceptione maiores. † ¶ Et si quæratur, quis testis dicitur omni exceptione maior, gloss. valde peregrina, de qua facit festũ do.& ꝯsiculus meus Abb.in c.j.de consang.& affi.dicit, ꝙ ille, qui nulla legitima exceptione repelli potest, & adducit elegãtem gl.instit.de inuti.stip.§.itẽ verborum.quæ dicit, illum testem dici esse idoneum, qui nulla exceptione repelli pôt, quam D.Abb.in d.c.j.dicit esse summè notandã per statutis sæpenumero requirẽtibus testes debere esse idoneos, vel omni exceptione maiores. Cũ ergo in proposito nostro tex.dicti ca.cũ esses.de testa.requirat testes esse idoneos: ergo perinde est, ac si requirat testes exceptione maiores. sed dictus Theutonicus nõ est testis omni exceptione maior, & maximè in tã necessaria cã, vt est testm̃: vt dicit tex.valde sin.in l.iubemus.C.de testa.ergo sequitur necessariò, ꝙ iste Theutonicus non est idoneus testis in isto testamento. Remanent mõ duo testes, videlicet ille sacerdos, & alius ille, quorũ dicta, si rectè ponderent, nõ probant formaliter, nec verba testamenti asserti, nec effectum, immo variũt a dicta scripta, seu chartula testamenti, & sic a dicta scriptura.& per ꝯns nõ vident ꝑseuerasse donec totũ testm̃ compleretur & perficeret quod est ꝯ tex.l.qui testamento.§.veteres.ff.de testamen.vnde quò ad ipsum sacerdotẽ nulla fides est adhibenda: qa variat a scriptura, quam ipsemet suis manibus scripsit, nec est lõgum tempus inter testimonium suum & dictam scriptam quo casu non præsumitur obliuio. tum quia in facto proprio: vt l.fina.ff. de pro suo.tum qa est factum recens. Et ideo Bart.in l.2.§.ꝙ obseruari. C.de iuramen.calum.dicit, ꝙ in facto proprio, si est de longinquo, datur tempus ad deliberatè respondendum.& idem Barto.in l.si quis delegauerit.ff.de noua.dicit, ꝙ debet esse multũ de longinquo.& idẽ dicit ibi Ioan.de Imol.& idem dixit domi. Abba. in d.c.ab excõicato. voluit Do. Anton. & idem voluit Ange.in authent.de trien.& semis.§.illud. Lud.Ro. in l.cum falsum.ff.de acquiren. hæredi. & quod voluit Bal.in c.eam te.per illum tex.in vers.si bene meminimus.de rescri.Regulariter autem quilibet præsumitur tenere factum suum in memoria: vt l.filio ex parte.ff.de adimen.lega.l.magnam.C.de contrahen.stipu.l.qui fundum.§.seruus meus. & ibi gloss. ff.de vsucap.l.quisquis.C. de rescin. vendi. Cum ergo idem sacerdos scripserit de recenti, & de recenti deponendo variat, pro certo non est eidem adhibenda fides.l.qui falsa vel varia.ff.de testibus. Cum ergo variet in multis, vt iam deducitur per dominũ aduocatum in suis allegationibus: ergo nulla est eidem adhibenda fides.& eodem modo variat ille secundus testis a dicta scripta: ergo præsumitur, quòd non steterit, donec testamentum totum compleretur, & eodẽ modo variat ille Theutonicus, quo casu succedit illud, quod pulchrè voluit Bal. in l. cum antiquitas.C.de testa. Et hoc dictum reputabat esse mirabile, & cogitabis, inquit, in hoc. Ecce nũc, quòd testes isti cum varient ab illa chartula testamenti asserti non probãt ipsum testamentum. nec ẽt probat illud, quod idem testes deponunt.& sic Bald. in indiuiduo decidit istam dubitationẽ, & rectè loqtur: quia si consideremus ipsum actũ, super quo deponunt, vt est testamentũ, qui est actus indiuisibilis: vt l. is q.ff. de testa.& d.l. cũ antiquitas. ergo eo ipso ꝙ variãt, vel inter se, vel a chartula, vnus videt̃ detrahere de fide alterius, & vnus repellit aliũ, & nõ dr̃ ꝓbatio perfecta. & ideo Bal. in rubrica de controuer. inuesti.in vsi.feudo. dicebat, ꝙ vbi testes sunt singulares, vnus detrahit de fide alterius, adeo ꝙ non potest deferri iuramẽtũ in supplementũ plene probationis; & ideo si quis habet centum testes singulares, diceret nullũ habere testẽ, ex quo vnus detrahit alteri & ideo est, ꝙ Bald.dicit in d.l.cum antiquitas. ꝙ non etiã probant illud, quod deponunt ex eo: qa vnus detrahit alteri. Et accedat ad prædicta, quod voluit domi. Anto. in d.c.nihil. de verborum significati.vbi probatur, quòd diuersitas in cortice verborum, dũ tamen detur idem intẽtus, & eadẽ mẽs in substantia, non diuersificat dictum, nec contrarietatẽ inducit.& ideo dicit, ꝙ licet testes, vel instrumẽta plura de eodẽ facto cõfecta diuersis verbis idẽ narrẽt; tamen probant, dũmodo non variẽt in substantia: licet per diuersa verba. quando formaliter nõ recitant verba vt ab alio prolata. Quia si recitẽt verba prolata ab alio, exigitur, ꝙ concordẽt etiam in cortice verborum. Et ex hoc refert, se vidisse dubitari in facti cõtingẽtia de hac quæstione, duo testes fuerunt producti ad probandum, ꝙ Titius instituit Seium hæredẽ, & vnus dicit scio: quia audiui, quòd dixit Seiũ herędẽ instituo, alius deponit, ꝙ dixit, Seius hæres sis, & fuit in quęstione facti obtentum, ꝙ essent testes contrarij, aut singulares, & nullo modo probarent: quia recitarẽt verba vt ab alio prolata: ideo debuerunt concordare, ita bellissimè dicit do. Anto.ibidem & hanc doctrinam sequitur do. Abb. in d.c.nihil. Quanto fortius in casu nostro isti testes
8 non probant † quia variant in effectu & in cortice verborũ, & sic nõ probãt huiusmodi testamentũ, & sic domi. Anto.decidit istam quæstionem, vnde domi.iudicãs põderet omnia, quæ superius dicta sunt, & omnia insimul adiungat, vt resultet ex eis plenissima probatio, vt huiusmodi testamẽtum secũdum minus solẽne & nullius efficacie nõ reuocet primũ validum & solenne. facit glo.in l.2.§.j.de excusatio. tuto.

intesta.& in capitulo accedens.vt lite non contesta. & in capitulo, cum causam. de probatio. & deinde veniat ad finalem conceptum ad probationem primi testamenti, maximè cum in isto asserto secundo testamento videatur testator non fuisse sanæ mentis in auferendo hereditatem filio, & coniunctis, illam deferendo illi extraneo,quòd esse non debet.¶ Et ex istis elicitur conclusio, quòd primum testamentum non est reuocatum per illud secundum minus solẽne.Et ita concludo.Andreas Barbatias doctor.1464. die 30.Nouembris.In ciuitate Pesaurina.

EPITOME.

¶Non valet gratia,in qua Papa concedit clerico beneficiato habenti administrationem ecclesiæ, vt possit testari de rebus quæsitis intuitu ipsius ecclesiæ non expressa certa quantitate in dicta gratia, super qua possit testari, cum agatur de præiudicio ipsius ecclesiæ.

SVMMARIVM.

Clericus nullo modo testari potest de redditibus ecclesiæ,siue habeat administrationem ecclesiæ,siue non.nu.1.
Rescriptum continens incertitudinem non tenet, nu.2.
Idem in impetratione beneficij.nu.3.
Liberalitas nullam præsupponit necessitatem. nu. 5.
Exceptio,quòd non sit liquidum instrumentum, vel quòd gratia sit incerta,opponi potest,nu.7.
Residuum dicitur de dimidio totius.nu.8.

CONSILIVM XXXIII.

CVm ista sit causa ecclesiæ, quæ de euitando damno contendit: & de ingratitudine sui prelati conqueritur, qui abusus est indulgentia apostolicæ sedis, aperiat Deus labia mea ad veritatem huius cõsultationis enucleandam.¶ Et videtur,ꝙ vel testamentum huius rectoris non teneat quo ad bona ecclesię, cuius habuit administrationem,ꝙ quidem magis credo, vel si tenuit: nihilominus non potuit defraudare ius dictæ ecclesiæ debitum.¶ Et præmitto, ꝙ vbicunque prælatus habet administrationem ecclesiæ,æquiparatur in morte vsurario, ita ꝙ non potest testari de bonis quæsitis intuitu eiusdem ecclesiæ.Ista fuit opi.Host. in capitu.fina.de pecul.cle.mouetur per text.in cap. requisisti.de testa.& sequitur glo.ordinaria & singularis,in capitu.præsenti.de offi.ord. libro sexto. quæ opi.seruatur de consuetudine,quam gloss. voluit allegare Bartol.in l.1.C.de anno.ciui.lib.11.& Angel. in l.diuortio.ff.solu.matr.& in l.si seruus communis Meuij.§.fin.ff.de stipu.ser.& Rapha.in l.2.C.de epis. & cleri.& Bald.in l.cum oportet.§.non autem.C.de bo.quæ liberis.Et dixit Ioann. de Ligna. vt referunt Ioann.de Fantu.Ioan.de Imo. & Dominicus in cap. præsenti.supradicto,quod licet contaria opin. sit verior,tamen de cõsuetudine,qua Papa scit & tolerat, seruatur illa gloss.Et etiam Ioann.Cald. in capitu.fi. de pecu.cle.dicit,ꝙ consuetudo seruat opi. Hostien. & dicit.ꝙ placuit domino & patri suo,qui fuit Ioan. And.in d.capitu.præsenti,& cum illa glos.etiam trãsiuit Petr.de Anchara.in dicto capitu.fi.de pecu.cleri.& cum illa gloss.transiuit Salyce. in l. non plures. C.de sacrosanct.eccle.tamen ego credo, ꝙ illa opin. sit falsa, & illaqueat animas multorum clericorum & laicorum,& consultè faceret Roma. Pontifex, & fratres sui declarare hanc dubitationem, & esset declaratio salutaris ecclesijs & animabus: vnde videt, quòd siue habeat administrationem ecclesiæ, siue
1 non,ꝙ de redditibus beneficij clericus† nullo modo possit testari. Et probat formaliter hæc opi. per duo iura, videlicet.c.ad hæc,& c.relatũ,el 2.de testa.& ꝓbãt illã opi.Arch.Io.de Ligna.do.An.do.Pe.de Anc. do.Card.do.Abb.vt apparet ex scriptis suis in d. c. fi. & per do.Abb.in sua repetitione.c.cum esses. de testamen. & etiam illam approbat Ioann. Calderi. in dicto capilu.fina. & respondent cum summa veritate ad capitu.requisisti.de testa.ex quo tex.fuit motus Hostien.ad sic distinguendum. vtrum habeat clericus beneficiatus administrationem, an sit simplex beneficium, ex quo corruit eius fundamentum, & plenissime ego retuli dicta omnium in d.c.fin.& ibi feci aliqua motiua noua dãnando opi.Hosti. & glo. d.c.præsenti.& ideo nõ est opus insistere circa hoc: quia illa cõsuetudo est grauis ecclesijs,& animabus iniecit gladium,& tota penè iurisprudẽtia illam dãnat.facit capitu.j.de consue.cum similibus. ideo nõ videtur aliter pugnandum circa hoc, maximè cum iste sacerdos habeat administrationẽ: ergo sequitur ꝙ ex dispositione iuris canonici nõ potuit testari de rebus quæsitis intuitu ecclesiarũ:vt in d.c.ad hoc. & in d.c.relatum.¶Stat modo difficultas in gratia concessa huic sacerdoti, seu priori ad importunitatem & instantiã suam,vtrũ potuerit testari, in qua dicit, prout tibi placuerit ordinare & disponere, ac super hoc testamentũ facere & condere liberè & licitè valeas,plenam & liberam concedimus facultatẽ:volumus autem, ꝙ in dicti prioratus aliorũ beneficiorũ dispositione bonorum iuxta quantitatẽ residui erga ipsum prioratum & alias ecclesias, a quibus illa percepisti,te liberalem exhibeas,prout conscientia tibi dictauerit,& animæ tuæ saluti videris prouidẽdum. ¶ Stat dubitatio pro quota parte Papa concessit, ꝙ testaretur iste prior, & residuum relinqueret ecclesijs,a quibus percepit. prout conscientia dictauerit, & animæ saluti viderit expedire, quo ad ista verba inferiora Papa voluerit dicere,ꝙ residuũ bonorũ,qđ percepit ab ecclesijs,relinquat eis,secũdùm ꝙ ab eis percepit. & sic hoc remittit suæ conscientiæ & periculo suæ animæ:quia voluit Papa, ꝙ illud, qđ percepit ab vna ecclesia,illi ecclesię relinquat.illud important illa verba inferiora, apparet ergo, ꝙ licet Papa cõcedat liberam & plenã facultatem testandi de bonis quæsitis intuitu beneficiorũ: tamen restrinxit illam liberam facultatem in residuo, qđ erit illud residuũ.est ergo summopere aduertendũ: quia ista gratia est præiudicialis ecclesijs, a quibus percepit bona,& ad instantiam sui emanauit dicta concessio.vnde restringi debet dicta gratia, inquantum fieri potest, vt euitetur præiudicium tertij: vt in c. super eo. de officio deleg.c.q̃uis.de rescrip.lib.6.& c.ex tuarũ. de auctoritate & vsu pallij.l.2.§.si quis a principe. & §.meritò.ff.ne quid in loco publico.l. cum auus. C. de emancip.lib.c.de Xenodochijs.de eccle. ædificã. & c.licet in corrigendis.de offi.ord.& sic licet beneficia principum sint latè & latissimè interpretanda: vt l.beneficium.ff.de constitu.princ.& c.cum dilecti. de dona.c.visis.16.q.2.tamen illud est verum, quando agitur de præiudicio ipsius concedentis, vt in dictis iuribus: sed quando agitur de præiudicio tertij: tunc non fit latissima interpretatio: quia non est intentionis concedentis præiudicare tertio, nisi quatenus est expressum in gratia,seu priuilegio.Et sic cum ad impetrationem istius prioris dicta gratia fuerit cõcessa,sequitur,quòd in dubio debet fieri interpretatio contra ipsum priorem impetrantem: vt in ca. contra eum.de reg.iur. libr. 6.& in l. veteribus.ff.de pac.& in l. si quicquid astringendæ. ff. de verborum obliga.debuit enim clarius legem aperire.& iõ sibi imputetur.simile habemus in l.si qñ.C.de inof. testamẽ. vbi priuilegium interpretatur contra impetrãtem: ideo huiusmodi gratia interpretabitur contra

ipſum ſacerdotem impetrantem . licet enim in dicto indulto dicatur, vt de quibuſcunque bonis tam ratione dicti prioratus, quàm aliorum beneficiorũ tuorũ, quæ de præſenti obtines; & in poſterum obtinebis. non propterea conceſſit, ꝙ de omnibus illis bonis poſſit teſtari, ſed dumtaxat voluit declarare, de quibus bonis poſſit teſtari: quia cum haberet bona quæſita ex pluribus beneficijs, Papa indulſit, ꝙ de bonis quibuſcunque tam prioratus, quàm aliorum beneficiorum & cętera : hoc apparet ex verbis inferioribus, dum dixit, iuxta quantitatem reſidui. vnde voluit, ꝙ reſiduum dictorum bonorum reſtaret erga prioratum & beneficia. & ſic non conceſſit ꝙ poſſet vni, vel pluribus relinquere omnia bona, q̃ acquiſiuit ex ſuis beneficijs, vt iam fecit dictus ſacerdos inſtituendo conuentum ſancti Ioannis. & ſic reſiduum debuit diſponere in eccleſias, a quibus illa bona percepit, ergo non potuit teſtari de omnibus bonis inſtituendo dictum monaſterium: vnde videtur, vel ꝙ illud verbum reſiduum, importet totum, quod dictus prior acquiſiuit de dictis eccleſijs, vt in illas debuerit relinquere, vel ſaltem dimidiam omnium bonorum. Et quidem text. valde ſolennis in l. 2. C. de hęre. inſti. in ver. nam reſidui commemoratio. etiam totum admittit, vbi ſi teſtator inſtituit incapacem, ſecundum glo. ibi in certa portione; & alterum hæredem inſtituit in reſiduo, videtur inſtitutus in totum patrimonium defuncti: quia propria ſignificatio illius verbi reſiduum, ſignificat totum patrimonium defuncti. Facit, quod habetur in l. q̃q̃. C. de teſtamen. mili. & l. amiſſi. in princip. ff. de fideiuſ. & l. ei qui. ff. de donatio. cauſa mor. l. ceterorũ. ff. de verborum ſigni. l. item quòd Sabinus. §. ſed ſi aſſe. ff. de hæredi. inſti. & ſic iſta verba adaptantur ad totum : ſi ergo non apparet, pro quota parte Papa voluerit iſtum poſſe teſtari de bonis eccleſiarum, videtur, ꝙ totum, quod ex dictis eccleſijs fuerit perceptum, veniat reſeruandum ipſis eccleſijs, & quòd remaneamus in diſpoſitione iuris communis. l. ſi extraneus. ff. de condictio. ob cau. l. ſi cum dotem, in principio. ff. ſolu. matr. cum ſimilibus. & illa verba, de quibuſcunque bonis, non intelliguntur, ꝙ omnia bona poſſiut relinquere : vnde non intelliguntur de generibus ſingulorum, ſed de ſingulis generum. iſto modo loquendi vtitur gloſſ. in l. 1. in verſi. omnibus. C. commu. de lega. & in capitu. nam concupiſcentiam. de conſtitu. & ſic Papa voluit, quòd poſſet teſtari de bonis cuiuſcunq; beneficij: ſed non de bonis omnibus omnium ſuorum beneficiorũ. Sed cum beneficia, aliàs priuilegia regulentur ſecũdùm mentem & voluntatem concedentis: vt capit. cum adeo, & capitulo, cum dilecta . & capitulo poſtulaſti. de reſcriptis, & gloſſ. in capitul. ſuper eo. de officio delegat. & pulchrè dixit Innocentius in capitulo, cum eccleſiaſticæ. de except. quem refert & ſequitur Bald. in l. præſcriptione. C. ſi cõtra ius vel vtili. public. & in l. j. ff. de conſtitut. princip. dixit Innocentius, quòd beneficia ſortiuntur effectum de voluntate reſcribentis & concedentis. & probatur in l. final. de his qui a non domino manu. & voluit Barto. in l. demonſtratio. ff. de conditio. & demonſtrat. Quæro ergo, pro quota parte voluerit illum poſſe teſtari: quia ex verbis priuilegij, vel indulti non apparet: ergo ſequitur, quòd imputetur illi ſacerdoti ſupplicanti : debuit enim ſupplicare certum & obtinere certum . vnde reſcriptum continens incerti-
2 tudinem non tenet, † vt probat tex. in capit. ad hęc de reſcript. Generalitas enim reprobatur, capitul. ex literis. de dolo & contum. capitu. 2. de appellat. capitulo ſedes. de reſcript. l. ita fideiuſ. ff. de iure fiſc. vnde incertitudo vitiat actum. l. tutor incertus. ff. de teſtamen. tuto. inſtit. de legat. §. tutor. capitu. innotuit. de arbitr. l. duo ſunt Titij. ff. de teſta. tuto. l. 2. ff. de procurator. ergo ſequitur, quàm huiuſmodi gratia tanquam incerta non tenet : debuit enim certã partem bonorum ſpecificare in dicta ſua ſupplicatione, ideo ſibi imputet. & ſic non apparet de mente Papę, in quo potuerit teſtari. Pro certo ex hoc capite iſtud teſtamentum redditur nullum: quia cum agatur de præiudicio eccleſiarũ, in quibus ille prior fuit beneficiatus : quia bona debent reſeruari ſucceſſoribus in prioratu : vt in dicto capitulo præſenti. ſequitur neceſſariò, quòd huiuſmodi gratia tanquam incerta nullum parit effectum: vt in dicto ca. ad hæc. ſimile dicimus in impetratione beneficij :
3 quia ſi non exprimitur verus valor beneficij † impetratio eſt nulla : vt voluit gloſſ. & doctores in cle. 1. de præb. & Dom. de Rota concluſione 282. Facit, quod voluit do. Abb. & ſcribentes in capitu. ad aures. de reſcript. ¶ Modò ſi non valet gratia, ſi non exprimatur valor beneficij certus, ergo ſequitur, quòd fortius non valebit gratia , in qua Papa concędit clerico beneficiato habenti adminiſtrationẽ eccleſię: vt poſſit teſtari de rebus quęſitis intuitu ipſius eccleſiæ non expreſſa certa quantitate in dicta gratia, ſuper qua poſſit teſtari , cum agatur de præiudicio ipſius eccleſiæ : quia fructus ſunt ipſius eccleſiæ mortuo prælato, & debent reſeruari ſucceſſori. & maior ratio annullandi gratiam eſt in caſu noſtro, q̃ in caſu exprimẽdi certum valorem. ergo &c. ¶ Prærerea facit, reſcriptum ſiue ſit gratioſum, ſiue litigioſum, æquiparatur libello, pulchra doctrina fuit Innocentij in capitul. ſuper literis . de reſcript. refert & ſequitur Bald. in l. præſcriptione. C. ſi con-
4 tra ius vel vtili. publi. ſed libellus † generalis & incertis reijcitur, vt probatur in l. fi. C. de anna. excep. & ideo ſolent practica aduocatorum, vt opponatur, quòd libellus eſt incertus: vt d. l. fina. & ſi eſſent patiens reus, vt admitteret petitionem incertam, tamen non poſſet aliquo modo ferri ſententia, niſi illa incerta petitio liquidaretur ex probationibus fiẽdis. iſta eſt glo. elegans in l. j. §. ſi argentum. ff. depoſi. voluit Bald. in dicta l. fina. & Barto. in l. 1. in principio. ff. de edend. ſed in caſu noſtro non liquidatur de quota parte habuerit gratiam teſtandi : ergo ſequitur, quòd gratia tanquam vaga, incerta, generalis, & confuſa eſt nullius efficaciæ. facit l. 3. §. incertam. ff. de acquiren. poſſeſ. & l. locus incertus. & maximè in caſu iſto : quia iſta incertitudo cauſatur ex parte ipſius impetrantis, quo caſu incertitudo viciat. l. j. §. quòd autem. ff. quorum bono. & ibi Bart. & l. ſi in rem agat. in gl. ff. de rei vend. & l. vbi autem non apparet. §. qui illud . ff. de verborum obligatio. & ideo dicimus, vt voluit Barto. in dicto §. qui illud. quòd incertus libellus non admittitur, quando illa incertitudo habet cauſam ab ipſo actore libellãte, ſed ipſe impetrans debuit apertius ſupplicare, pro qua parte volebat teſtari de bonis quæſitis intuitu eccleſiæ: ergo incertitudo viciat . Facit ſimile, quod voluit Angelus in l. ſtipulatio hoc modo concepta. de verbo. obligatio. ¶ Et ſi dicatur, quòd (vt dixi) in gratia dicitur de quibuſcunque bonis . dico quòd reſtringitur quo ad eccleſias, in quibus fuit beneficiatus: vt apparet ex verbis gratiæ, & clarius ẽt apparet in quantũ in gratia dicitur : volumus tamen , ꝙ in quantitate reſidui in diſpoſitione bonorum dicti prioratus & aliorum beneficiorum erga ipſum prioratum te exhibeas liberalem : ergo non poſuit in facultate prioris, quòd poſſet teſtari de omnibus bonis dicti prioratus : ergo incerta eſt gratia , cum non apparet pro quota parte teſtari poſſit . & ſic ex iſto capite videtur, ꝙ dicta gratia ſit nullius efficaciæ

cię tanq̃ incerta prohibuit.n. Papa ipsum testari de residuo: q̃a illud voluit exhiberi ecclesijs, de quibus percepit.¶ Et si dicatur, ꝙ in dicta gratia dicitur, te liberalem exhibeas. vbi est liberalitas, ibi nulla versatur obligatio: vt l. 1. ff. de dona. ergo non est obligatus vigore illorum verborum, conferre residuum bonorum dictis prioratui & ecclesijs, a quibus dicta
5 bona percepit. Liberalitas † enim nullam præsupponit necessitatem, iuxta nota. in c. gratia. de rescr. libr. 6. & in cle. gratiæ. eo. tit. & in c. si gratiosè. de rescript. libro sexto & quod habetur in l. j. §. fina. ff. de quæsti. in ver. decreti gratiam tibi faciet. Ad hoc respondeo, ꝙ verba debent intelligi secundum materiam subiectã: vt l. si vno. ff. locati. & ideo Bal. in l. fin. C. de vsur. dicebat, vsurarius dixit debitori, ego dono tibi vsuras, sed non dixit, ego restituo. vtrum sit donatio, adeo quòd creditor possit agere ad restitutionem vsurarum, decidit, ꝙ non est donatio, immo restitutio esse dicitur.¶ Et si opponit, quòd vsurarius fuit vsus verbo, dono. & non fuit vsus verbo, restituo. respondet ibi Bal. ꝙ attendi debet materia, super qua verba proferuntur, & impropriari debent
6 verba, vt congruant materię subiectæ: † l. si vno. ff. loca. & iō dixit Aristo. philosophorum facile princeps in secundo de anima. actus actiuorũ sunt in patiente bene disposito: verba enim debent intelligi secundùm qualitatem personæ, cui referuntur: vt l. plenũ. §. equitij, ff. de vsu & habi. l. ex militari. ff. de testam. mili. quod voluit Innocẽ. in c. pastoralis. de dona. sed ista verba referunt se illi priori, qui nõ est dominus rerum ecclesiæ, nec fructuum eiusdem: q̃a sunt in dominio ecclesię: vt probat tex. in auth. licentiã. C. de epis. & cleri. & in c. j. de testa. & sunt remãsurę futuro successori: vt in d. c. præsenti. sequit, ꝙ immo est debitor, & debitũ exercet & non liberalitatem: Vnde nemo dicitur liberalis in necessitate. l. rem legatã. ff. de adimen. lega. & ideo impropriè dicitur, te liberalem exhibeas. & sic impropriantur verba Ro. Ponti. sicut impropriantur verba legũ: vt deseruiant subiectæ materiæ: vt l. pater Seuerinam. §. conditionum verba. ff. de condi. & demon. l. & puto. cũ sua glo. ff. fam. erc. l. & Proculus. ff. de vsufruc. l. cũ antea. C. de dona. ante nu. vñ sæpenumero vnũ verbum ponitur pro alio: vt voluit gl. in l. data. ff. de regu. iur. & in l. has causas. ff. de conditio. & demon. ideo non est mirum, si illud verbum, liberalem, impproprietur. Et accedat simile, quod dicimus in c. relatum. de præben. vbi dicitur, ꝙ collatio beneficiorum dicitur donatio: & tamen reuera non est donatio, sed necessitas conferendi inhęrens collatori, ne ecclesia vacet. c. ne pro defectu. de elec. & tñ est donatio collatio beneficiorũ: vt dicit tex. ibidem. Ita dicamus in casu nostro, ꝙ Papa fuerit vsus illis verbis, liberalem, impropriè, & sic nõ propter hoc dedit potestatẽ testandi de omnibus bonis dictorũ beneficiorũ: sed ideo ita dixit, ꝙ voluit posse testari de bonis omnium suorum beneficiorum, dũmodo residuũ distribuat in ecclesias, a quibus dicta bona p̃cepit secundùm suam conscientiam. Cũ ergo non appareat de quãtitate, sequit ꝙ illud verbũ, residuũ, importet totum, & per consequens totũ erit distribuendum ecclesijs, a quibus percepit: quia incertitudo vitiat illã gratiam.¶ Et si dicatur, ergo nihil cõtulit Papa circa facultatem testandi huic priori, ꝙ repugnat verbis dictę gratiæ. Ad hoc respondeo, ꝙ paria sunt, non facere actum, vel illum facere, & minus solenniter. l. quoties. ff. qui satisdare cogan. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. l. non dubiũ. C. de legib. sed ista gratia peccat: quia non est certa, nec apparet de voluntate Papæ pro quota parte potuerit testari: ergo seqtur, ꝙ nullius efficaciæ erit, incertitudo enim vitiat.¶ Et si opponitur de l. cum post. §. gener. ff. de iure do. vbi stipulatio dotis incerta valet & non vitiatur propter incertitudinem. idem dicimus in voto, vt incertum valeat: vt etiã voluit Abb. in c. ex parte. de censibus. & quod voluit gloss. in c. nos quidem. de testa. & Bald. in l. hæreditas. C. de peti. hęredi. quæ voluit, ꝙ valet legatum pro capella ædificanda: licet non fuerit specificatus locus. & simile dixit Bald. in d. l. hæreditas, pro legato facto de monumẽto ædificãdo, & quod pulchrè voluit Mathæus in cle. 1. de testa. & dom. Ant. in d. c. ex parte. Respondeo, ipsi loquuntur in pia causa, & nemini præiudiciali, & loquuntur in casu, quo potest apparere certitudo ex quantitate patrimonij & ex qualitate rei & materiæ. & iste non est casus noster: quia sumus in actu diuerso & pręiudiciali ecclesię & successori in prælatura, & in casu, in quo nõ potest certificari gratia, nec voluntas Papæ, & in casu, quo alter locupletatur cum iactura aliena. vnde ecclesia instituta hæres tractat de lucro captando, & ecclesia dictæ sanctæ Mariæ tractat de euitando damno, nec debet ecclesia ita inhiare temporalibus: vt dixit tex. in d. c. ex parte. nec etiam est honestum, cum ecclesia sit auctrix & cultrix iustitię: vt in c. 2. de alie. feu. in vsibus feudorum.¶ Præterea facit, quod dicimus in simili, ꝙ si statutum disponit, ꝙ instrumẽtum publicum mandetur executioni, & nõ est liquidũ non poterit mandari executioni, etiam si statutum disponat, ꝙ nulla exceptio, in cõtrarium admittatur: quia nihilominus poterit opponi exceptio, ꝙ non sit liquidum. ita dixit Bald. in l. si causam. de execu. rei iudi. & facit, quod voluit idem Bald. in l. j. de iuris & fac. ignoran. ꝙ contra executionem sententię potest opponi exceptio, quòd debitum nõ sit liquidum. & idem voluit in l. si quidem. C. de exceptio. vbi allegat textum, quem dicit esse aureum in l. hoc iure. ff. de verborum obligatio. idem voluit in l. si residuum. C. de distra. pignorum. & in l. acceptam. C. de vsur. & in l. 1. in principio. ff. de eden. & in capitu. pastoralis. §. quia verò de officio delega. & in l. cum ex testamento. ff. de manumis. testamẽ. & in l. apertissimi. C. de iudi. & in capitu. pastoralis. §. quoniam de rescriptis. Bartol. in l. j. ff. de edend. in principio. & in l. 1. ff. de lega. 2. Angelus in l. prętor ait. §. si quis paratus. ff. de operis noui nunciatio. & in l. 4. §. prætor ait. ff. de re iudicat. & multo fortius in casu no-
7 stro poterit opponi contra huiusmodi gratiam † nõ est liquida & certa dicta gratia. Facit capitu. cum in multis. de rescriptis. libro sexto. & in capitul. sedes Apostolica. eodem titulo. & quod ibi volunt doctores, quòd gratiæ debent certificari comprehensæ sub regula generali. Cum ergo in casu nostro ista gratia non possit ex tenore sui liquidari, sequitur, ꝙ nullum effectum potuit operari, & sic non potuit testari ille prior de rebus quæsitis intuitu dictarum ecclesiarum. Et si dicatur, quòd illud verbum, re-
8 siduum, importat medietatem totius: † vt voluit gl. coniuncto text. in leg. si residuum. C. de distract. pignorum. vbi dicitur, residuum debiti si paratus est soluere: gloss. ibi in versi. si residuum. exponit, idest partem, quo casu appellatione partis venit mediũ totius, vt probatur in l. nomẽ filiarũ. §. portionis verbo. ff. de verborum significatione. nisi restringatur per adiunctũ: quia dicatur pars aliqua: q̃a tunc importat vnius dimidiæ: vt est glos. valde singularis in clementi. j. de foro competenti. Ad hoc dico, ꝙ ex hoc sequitur, ꝙ Papa videtur limitasse illam gratiã, vt possit testari de dimidia parte bonorum quæsitorũ ex reditibus ecclesię, vel quæsitis eius intuitu. Et sic residuũ debuit relinquere: idest, medietatem ecclesijs, ex q̃bus, vel intuitu earũ. illa bona p̃cepit, se-

cundum ꝙ conscientia ipsius prioris dictabat, & saluti animæ suæ viderit expedire, sed iste prior hoc non fecit: quia minima sunt & vilia, quæ reliquit dictæ ecclesiæ sanctæ Mariæ, ꝙ tendit in præiudicium animæ suę, & contra ipsam gratiam. & sic vr̃ abusus gratia apostolica, quo casu vendicat sibi locum singulare dictum Innocentij in c. mandatum. de rescriptis. vbi dicit, ꝙ ille, qui venit contra scriptum, nõ gaudet commodo scripti: quia non dicitur scriptũ pro eo. & illud dictũ referũt & sequuntur Bal. & Salycet. in l. cum proponas. C. de pactis. facit. capitul. frustra. de regulis iuris, libro sexto. & quod habetur in c. esto subiectus. 95. distinctione. vnde frustra quis petit auxilium legis, si venit contra ipsam legem. facit capitu. ex eo. de regulis iuris libro sexto. & ideo videtur, posito, ꝙ dicta gratia importaret dimidiam dictorum bonorum, ex quo illa non reliquit dictis ecclesijs, videtur, ꝙ non potuerit testari de bonis q̃sitis intuitu præfatorum beneficiorũ: cum non seruauerit tenorem dictæ gratiæ: qa qui non fecit, qđ debet, non reportat, qđ ei debetur. l. Labeo. ff. de iureiuran. & quod voluit Bal. in authen. dos data. C. de dona. ante nup. & faciat, text. in c. quia frustra. de
9 vsur. vbi dicitur, ꝙ frustra† inuocat auxiliũ legis, qui cõmittit in legẽ. Ita in proposito, ergo frustra petit auxiliũ gratiæ iste prior, qui venit contra ipsam gratiam, nec oportet insistere, vtrum, qui venit contra vnam legem, perdat auxilium aliarum legum, sufficit, quòd iste innititur gratię, & perdit beneficium ipsius gratiæ: ex quo venit contra ipsam gratiam. l. sancimus. §. si vero postquam. C. de iure deliberan. capitu. constitutus. & capitu. an sit. de appel. gloss. in d. c. qa frustra. sed dictus prior parum & nihil reliqt ecclesiæ, ex cuius reditibus fuit mirum in modum ditatus, & in gratitudinem magnam incurrit, sequitur, ꝙ illam gratiam meretur perdere, & per consequens testamentum eius quo ad bona peruenientia ex dictis ecclesijs non tenet: quia non potuit testari de rebus ecclesiæ, quæ debent remanere in dominio ecclesiæ: vt in dicto capitu. 1. de testam. cum similibus. Præterea ex alio etiam tollitur huiusmodi testamentum, videlicet D. Papa Pius secundus in quadam bulla sua disposuit, quòd prælati & aliæ personæ ecclesiasticæ, quæ testandi licentiam obtinuerunt, ita demum illa vti possint, si quartam partem eorum, de quibus testantur, operi cruciatæ legauerint, vel reliquerint cum effectu. Sed cum in dicto suo testamento dictus prior non legauerit, aut reliquerit quartam partem operi cruciatæ. vt dictũ est: sequitur, ꝙ nullo modo potuit vti dicta gratia ad testandum, & per consequens remanebimus in dispositione iuris communis: vt dicta bona remaneant dicto prioratui & alteri ecclesiæ, ex quibus percepit. ¶ Et si quispiam opponat, ꝙ dictus prior non habuit notitiam dictæ bullæ, & per consequẽs non ligatur eius dispositione: vt in c. cognoscentes. de constitutio. cum simi. Scientiam enim non ignorantiam cupimus allegari, vt dicit tex. in l. generali. C. de tabu. lib. 10 Ad ista respondeo, ꝙ in dicta bulla dicitur, quòd præsentes ab earum publicatione in Romana curia facienda perinde actent omnes, quos negotium ipsum concernit quò ad ipsarum effectum, ac si forent præsentes, & eorũ cuilibet insinuatæ fuissent. Ita formaliter dixit in dicta bulla, quo casu licet constitutio publicata liget post spacium duorum mensium: vt in authenti. vt factæ nouæ constitutiones. circa principium. nec sit necesse, vt singulorum auribus inculcetur, vt ibi dr̃. & no. in c. j. de postulatio. prælato. tamẽ si constitutio inculcetur, ꝙ statim constitutio licet post publicationẽ, talis constitutio ligat incontinenti, & standum est tempori in ipsa constitutione præfixo & ita debet intelligi. c. cum singula. de præbendis. libr. 6. Facit quod notarunt omnes scribentes in c. 2. de constit. & in d. c. j. de postulatio. prelato. & quod voluit glo. in clemen. j. in versicu. ex nunc. de hæreti. Et multo fortius ligat constitutio incontinenti, quando emanauit per viam priuilegij: tunc enim ligat incontinenti. istud voluit glo. valde singula. in §. de cætero. præallegat. clemen. dignum. de celebratio. missa. & in cle. archiepiscopo. de priuileg. Cum ergo ista bulla emanauerit in priuilegium operis tam pijssimi, sequitur ꝙ incontinenti ligauit. Facit, quod voluit gl. in c. j. de constitutio. lib. 6. quæ etiam idem sentit, qđ constitutio liget incontinenti, si ita velit & dispo nat. idem voluit domi. Abb. in c. cognoscẽtes. de cõstitutio. qui etiam dicit, ꝙ procedit quo ad retractationẽ actus, non autem quò ad pœnam: qa absurdũ esset obligari quo ad pęnam ignorantem, vt in dicto c. cognoscentes, & hoc voluit glo. in clemẽ. j. de hære. idem voluit Ioan. And. in c. j. quod metus causa. lib. sexto. & idem voluit domi. Abb. in c. fi. de rescrip. & dominus Dominicus in capitulo, ꝙ dicitis. 16. dist. Ergo sequitur, ꝙ huiusmodi bulla ligauit dictum priorem quo ad retractationem testamenti a tempore publicationis, maximè cum emanauerit per modum priuilegij: vt voluit gloss. in d. §. de cætero. & plenè per domi. Abba. in d. c. cognoscentes.
¶ Et si quispiam opponat, ꝙ natura legis est dare formam futuris negotijs: vt capitulo, fina. & d. c. cognoscentes. de constitutio. l. leges. C. de legi. l. iubemus. C. de testamen. ergo sequitur, ꝙ dicta bulla intelligitur quo ad testamenta fienda, & nõn quò ad testamenta iam facta. sed ista gratia iam fuerat concessa per Nicolaum per plurimos annos antea, & etiam istud testamentum fuerat factum per plura tempora, antequam emanasset ista bulla: ergo sequitur, ꝙ non refertur ad præterita. Ad hæc facile respondetur ex verbis ipsius bullæ, in qua dicitur, non obstantibus quibuscunque bullis. & cætera. Et sic non solum exprefsè disponit de futuris, sed etiam de prę teritis concessis per alios præteritos Romanos Pontifices. Et quia testamentum morte confirmatur: vt dixit Apostolus. & plenè scripsit Bartol. in repetitione. l. j. C. de sacrosan. ecc. & iste prior decessit hoc anno, & sic post dictam bullam, & per consequens dicta bulla inficit dictum testamentum, cum nõ solum exprefsè futura comprehẽdit, sed etiam præterita. Et maxime procedunt prædicta: qa dicta bulla fuit iam publicata & effecta notoria, & præsumendum est, ꝙ deuenerit ad eius notitiam: quia ea quæ publicè fiunt, præsumuntur sciri: vt in c. j. de postulatio. prælato. & capitulo. proposuisti. 82. distinct. & capitu. cum in tua. qui ma. accusa. pos. capitulo. ꝙ dictis. 16. dist. l. pupillus. §. proscribere. ff. de exercito. glo. in l. si tutor. C. de pericu. tuto. & glo. in d. cap. cognoscẽtes. & ff. de orig. iur. l. 2. §. quoniam. in vers. pro rostris. & sic non potuit prætendere ignorantiã huius bullæ publicatæ & notoriæ. & per consequẽs sequitur, ꝙ cum non reliquerit operi cruciatæ quartam partem eorũ, de quibus disposuit in suo testamento, ꝙ nõ potuit testari de bonis quæsitis intuitu dictarum ecclesiarũ: ergo ecclesia sancti Ioannis instituta non potuit vigore testamenti sibi imbursare bona dictarum ecclesiarum. Et ita concludo. Andreas Barbatias doctor & miles 1464. die 3. Decembris. Bononię.

EPITOME.

¶ Substitutus in vno casu extra illum casum non videtur substitutus, quemadmodum nec qui in vna portione

portione substitutus est, ea portione debet esse cōtentus.

SVMMARIVM.

Filiorum causa potior est, quàm causa pia. nu. 1.
Clausula in fine apposita refertur ad omnia praecedentia: fallit vbi verba, aut mens hoc non patitur. nu. 2.
Ecclesia non debet inhiare temporalibus cum iactura alterius. Dictio, verò, est repetitiua. nu. 3.

CONSILIVM XXXIIII.

Breuiter venio ad casum mihi propositum, videlicet vtrum dictum monasteriū videatur substitutum dūtaxat illi Petro, & in portione illius Petri, in qua fuit institutus a patre: qđ sic demonstro ad oculū. ¶ Et praemitto pro potissimo huius consulta
1 tionis fundamento, ꝙ potior est causa filiorū † q̄ cā pia. & magis praesumit, ꝙ pr̄ delegat filios, q̄ causam piā, voto enim patris cōgruit filio oīa parari. l. nihil. §. facilior. ff. de bonis lib. l. scripto. ff. vñ libe. l. cū rō. ff. de bo. dam. Et iō gl. in l. si quis ad declinādā. C. de episco. & cleri. & in l. Papinianus. §. si imperator. ff. de inof. testa. voluit, ꝙ chariores sint nobis filij, q̄ ecclesiae quo ad relinquēdū huiusmodi tēporalia, voluit illuminatus doctor Augustinus. 17. q. 4. c. quicūque. Et facit, qđ pulchrè dixit Bal. in l. iubemus. C. de testamē. vbi dixit, ꝙ apud naturalē rōnem, & apud ius canonicum & ciuile potior est cā filiorum, q̄ sit ecclesiae, vel causa pauperum, allegat l. in suis. & l. Gallus. ff. de liber. & posthu. & in repetitione. l. j. C. de sacrosan. eccl. & in l. & in epistola. C. de fideicom. vbi dixit, ꝙ non debetur maior fauor pię causae, q̄ ipsis liberis. l. fi. C. de impu. & alijs subst. idem voluit dom. Pe. de Anchara. in c. 2. de testa. vbi pulchrè loquitur. Et idem etiam consuluit in suo solenni consilio, quod in ordine est 41. idem voluit domi. meus Ioann. de Imo. in c. fina. de donat. Et etiam facit illud, quod voluit domi. Bald. in lectura. l. 1. C. de sacrosanc. eccle. vbi dixit, ꝙ talis praesumitur fuisse voluntas testantis, qualis esse debet, & idem Bald. in l. precibus. C. de impub. & alijs substitu. dixit, quòd testator presumitur cogitare, & velle illud, quod ius disponit, allegat. l. si duo. ff. de acquiren. heredi. item in dubio capitur illud, quod est verisimilè magis: qa sermones nostri adaptantur rebus intellectu fruentibus: vt probat text. in l. si ita quis. ver. quod nemo sanus diceret. ff. de euict. & probatur in capitu. fina. de consue. & voluit Bald. in l. j. C. de quęstio. vbi magnum adducit Auerroem in testem, idē dixit Bal. in rubrica. C. de proba. & in l. fina. C. de edic. diui Adriani tol. & in tractatu scismatis, & in rubri. de postula. p̄la. quia illud, quod non est verisimile, est quaedam falsitatis imago. Ita dixit idem Bald. in l. j. C. de ser. fug. Facit l. milites. §. oportet. C. de quaestio. & l. non est verisimile. ff. quod metus cau. & c. quia verisimile. de praesum. capit. super hoc, de renun. Cum ergo maior fauor sit adhibendus filijs a ratione naturali, & a iure ciuili, & a iure canonico. & pater in dubio videtur magis diligere filios, q̄ piam causam, sequitur, ꝙ in dubio pater iste potius substituit illi Petro dūtaxat dictum monasteriū in portione, in qua ipsum Petrum instituit, q̄ omnibus alijs suis filijs in portionibus, in quibus ipsos suos filios instituit, cū naturalis ratio & ius positiuum ciuile & canonicū hoc dictet. ¶ Pręmitto etiam, ꝙ illud voluit testator mente, quod verbis expressit. l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de supel. leg. voces enim sunt signa earum &c. vt voluit Aristoteles in primo Periermenias, & imperator linguae est cor: vt voluit Bal. in c. mandatū. de rescrip. & in tractatu scismatis. Et etiam impropriamus verba, vt deseruiant menti legis. l. & Proculus. ff. de vsufru. & l. pater Seuerinam. §. conditionū verba. ff. de condi. & demonstra. l. non antea. C. de dona. ante nup. capitu. praeterea. & c. intelligētia. de verborum significa. j. q. 1. c. Marchion. c. cum voluntate. de senten. excommu. l. cum mulier. ff. solu. matri. l. scire oportet. versicu. maximè. ff. de excusat. tutor. cum similibus. ¶ Istis modò praesuppositis pro fundamento potissimo, capio verba ipsius testātis, quae haec sunt in omnibus alijs suis bonis &c. Petrū, Iulianum &c. sibi haeredes vniuersales aequis portionibus instituit, & eos inuicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum. ista est prima substitutio. Et si contingat, quandocunque dictum Petrum decedere sine filijs: aut religionem intrare, tunc & eo casu eidē substituit quò ad vsumfructum tantum dictam suam Bartholomeam eius vxorem, donec vixerit, & vidualem vitam seruauerit, post cuius mortem, aut transitum ad secunda vota voluit dictus testator vsumfructum praedictum consolidari cum proprietate, in qua dictos Iulianum Bartholomeum & Christophorum substituit, quibus dictus testator expressè mandauit & caetera. postea substituit post mortem vero omnium filiorum eiusdem decedentium sine filijs legitimis & naturalibus, & etiam dicta domina Bartholomea eius vxore, & tunc & eo casu substituit monasteriū. ¶ Stat modo difficultas, nunquid ista substitutio vltimo loco facta referatur ad omnes institutiones praecedentes, an vero ad eam dumtaxat, quae facta est de illo Petro. Et pro certo mihi videtur de iure dicendum, quòd dicta clausula, seu dicta substitutio referatur ad dictum Petrum dūtaxat. Licet enim
2 clausula † in fine apposita referatur ad omnia praecedentia, vt l. talis scriptura. ff. de legat. 1. l. consilio. §. quęsitum. ff. de cur. fur. l. j. C. de diuer. rescript. l. 1. C. de liberis praete. c. causam. de rescrip. c. inquisitioni tuę. & ca. secundò requiris. de appella. Nihilominus vbicunque verba, aut mens hoc nō patitur, tūc clausula refertur ad proxima & non ad remota. ista est glo. valde elegans in l. si idem cum eodem. §. fin. ff. de iurisdictio. omnium iudicum, hoc voluit ibi Bart. ita decidit glo. in clemen. ne Romani. de electio. idem voluit gloss. in c. j. de pręscript. lib. 6. & in c. 1. de postula. praelato. eodem lib. Facit text. quem domi. Cardina. reputat singula. in capitulo, olim ex literis. de rescrip. & est tex. in c. ab excommunicato. eodem titulo. & text. coniuncta gloss. sua in c. auditis. de elect. Et facit text. in cap. cum dilectus. de consue. & tex. in c. cum ad sedem. de restitu. spoliato. Et accedat ad hoc gloss. in c. 2. de elec. lib. 6. vbi relatiuum positum in verbo ex quibus non comprehendit nisi scrutinium, & clausula in fine apposita determinat proxima dumtaxat, quando rectè non potest determinare omnia praecedentia. Et facit glos. valde singula. institu. de rerum diui. §. item lapilli. q̄ dicit, quòd vbi rationes sunt coniunctę, tunc clausula in fine apposita refertur ad omnia pręcedentia; sed vbi sunt separatae, secus. Sed in casu nostro huiusmodi clausulę sunt separatę, & sunt aduersantes: quia dicitur, post mortem vero: ergo sequitur, quòd illa clausula refertur ad proxima dūtaxat, & per cōsequens ad illam substitutionem factam illi Petro de omnibus suis fratribus. Quòd autem sint separatae, apparet per illam aduersatiuam, vero, quae aduersatur remotis, & copulat proxima, facit, quod voluit Bartol. in l. hoc amplius. ff. de dam. infec. & in l. 2. ff. ne quis eum vi exi. & quod habetur in l. sed si lege. ff. de peti. haeredit. & ibi Angel. & Bartol. in.

mariti lenocinium.§.fin.ff.de adulte.& do.Cardi.in c.requisisti.de testa.in c.cęterum.& in c.at si clerici. de iudi.glo.in c.maiores.§.cęterum.de bapti. Archi. in capitulo, concertationi.de appell.lib.6.& sic copulat illa aduersatiua, verò, proxima præcedētia & sic non remota. & ideo non refertur ab substitutionem filiorum factā inter ipsos filios ad inuicē. Facit ad prædicta, quod voluit Barto. in suo consilio incipiente, Angel, & in ordine est quintum. vbi dicit, ꝙ clausula generalis in fine apposita refertur ad præcedentia, de quibus non est facta specialis prouisio. allegat.l.cohæredi.§.qui patrem.ff.de vulga.& pupilla.& l.sed si per prętorem.§.deinde.ff.ex quibus cau.maio.in integ.restit.& l.doli clausula.ff.de verbo.oblig. Et etiam dicit, si ex verbis testatoris potest colligi eius voluntas, vt quia voluit clausulā in fine appositam referri ad proxima dumtaxat, & non ad remota, vel ad omnia alia præcedentia: qa vbi manifestissimus est sensus testatoris, nusquam interpretatio verborum tantū valet, vt melior sensu existat. l.si quis filium.C.de libe.præte. Et subdit etiam Bar. ꝙ sicut magis dilexit filios in institutione, ita magis eos dilexit in substitutione.l.j.cum ibi no.C.de insti.& substit. Idem etiam dicit ibi Barto. vbicunque potest reddi ratio, quare non referatur ad omnia. Et facit, quod voluit idem Barto. in dicta l.talis scriptura.& in dicta l.si idem cum eodem.§.fi.ff.de iurisdictione omnium iudi. Modò deducendo ista ad propositum huius cōsultationis, apparet liquidè istud monasterium non fuisse substitutum, nisi illi Petro. Primò: quia illę clausulę sunt separatæ, & ex vna nō infertur ad aliam: vt l.maritus.C.de donatio.inter virum & vxorem.l.eum actum.ff.de negocijs gestis. l.Papinianus exuli.ff.de mino. cum similib. Secundò illę substitutiones primę habent suam determinationem: quia sunt instituti filij, & ad inuicem substituti. ¶ Et si dicatur, quòd non habet illa substitutio determinationem aliam, nec prouisionem aliquam eo casu, quo decederent illi filij substituti sine filijs legitimis, ideo videtur, quòd recipiat determinationem a substitutione facta de dicto monasterio, istud tollitur facile: quia, vt superius fuit dictum, clausula in fine apposita determinat præcedentia secundùm mentem disponentis & testantis: sed mens testantis fuit, vt potius bona remanerent apud suos filios, quam apud ecclesiam, aut pauperes: quia fauorabilior est causa filiorum: vt dictū est. ¶ Et si dicatur, quòd ecclesia vocatur non existentibus filijs, nec natis ex eis, & sic cessat fauor filiorum. Ad hoc respondeo, quòd nihilominus potius pater voluit, quòd bona sua essent ipsorum filiorum, quā ipsius monasterij per id, quod no. in l.Lucius.ff. de hæredi.institu. Item hoc apparet ex verbis ipsius testantis: quia qualis sit mens ipsius testantis colligitur ex suis verbis: vt capitu.legimus.93.distinctio. cum similibus allegatis superius. sed testator prædictus in dicto suo testamento prædilexit suam vxorem dicto monasterio: quia illi Petro substituit illam suam vxorem & non monasterio: & tamen illam suam vxorem non substituit omnibus alijs suis filijs in portionibus, in quibus fuerunt instituti, nisi in portione, in qua ille Petrus fuit institutus quò ad vsumfructum dumtaxat: ergo multominus videtur substituisse monasterium suis filijs dictus testator, cum eis non substituerit vxorem, quam prędilexerit ipsi monasterio, argumen. authen. multomagis.C.de sacrosanct.eccle.& capitu.cum in cunctis.de electione.& facit, quod voluit Barto.in præfato consilio, Angelus &c. vbi dicit, quòd clausula in fine apposita, licet sit generalis, attenditur voluntas testantis, an referatur ad proximè præcedentia, an etiam ad remotè præcedentia: sed ex eo, quod fecit testator, colligimus & pręsumimus eius voluntatem. Facit, qđ voluit philosophus in primo Metaphysicæ. vbi dicit, ꝙ accidentia magnam partē conferunt ad cognoscendum quòd quid est: voluit Bal. in l.non nudis.C.de probatio. probatur in l.si quis ignorans.ff.loca.& in capitulo, si verò.de senten.excommunicatio.& in l.item apud Labeonem.§.si quis virgines.ff.de iniur. ¶ Modò erit verum dicere, quòd ex accidentibus huic testamento deuenimus ad cognitionē eius, quod voluit testator iste disponere in isto suo testamento: sed in dicto testamento testator dixit, post mortem verò omniū dictorum eius filiorum &c. & etiam dictæ dominæ Bartholo. eius vxoris: tunc & eo casu substituit. Ponderet do. iudicans: quia istud apponit gladium ad radicem huius consultationis: quia dicta domina Barth. fuit substituta illi Petro dumtaxat, & nō alijs filijs ipsius testantis ad vsumfructum portionis, in qua ille Petrus fuit institutus. ¶ Modò videtur aperto ore dicendum, ꝙ testator vocauit illud monasterium ad portionem Petri dumtaxat: quia si vocasset ad portiones aliorum filiorum, in quibus eos instituit, nō fecisset mentionem de dicta Bartholomea eius vxore: quia cum testator substituisset illi Petro alios filios eiusdem testantis, si testator voluisset sentire, ꝙ monasteriū substituebat in portionibus, in quibus instituerat illos filios, dixisset post mortem omnium suorum filiorum decedentium sine filijs legitimis substituo monasterium: sed in casu nostro testator limitatè locutus est, & limitatum fecit substitutionem, ꝙ apparet apertè: quia admiscuit illam dñam Bartholomeam substitutā illi Petro. Ex quibus verbis colligimus manifestè voluntatem & mētem testatoris, ꝙ voluerit substituere mona. illi Petro quia filios reliquos, & vxorem substituerat illi Petro substituēdo monasterium filijs & vxori vt tollere oēm dubitationem, quæ fieri posset, vtrum testator substituit dictum mona. dicto Petro dumtaxat in portione, in qua eum instituit. ex hoc ergo datur intelligi voluntas testantis. Facto enim datur intelligi voluntas: vt dixit tex.in l.reprehendenda.C.de institu.& substi.& gl.in l.de quibus.ff.de legi. iuxta illud, & facta loquuntur.& sic sumus in illa regula, accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum ꝙ quid est, & sic nō expedit, ꝙ monasterium inhiet tpalibus † vt dixit text.in c.ex parte.de censi.& licet causa ecclesiæ sit forma lis, vt in c.fina.de testa. capitulo, religiosam.12.q.2.l.sunt & persona.ff.de reli.& sump. fune. tamen nō est fauendum cum aliena iactura: ideo bellissimè dixit tex.in c.ex tenore.de foro compe. Ita sumus viduis & pauperibus in iustitia debitores, ꝙ alijs iniustitiam facere non debemus. Ideo non est fauendum monasterio cum iniustitia: nec debet inhiare temporalibus: vt in d.c.ex parte.& facit etiam: quia in dicto testamēto dicitur: tunc & eo casu, quæ verba sunt restrictiua & limitatiua præcedentium. Limitata enim causa limitatum parit effectum.l.in agris.ff.de acquiren.rerum domi.l.age.C.de transact. testator enim vocauit ipsum monaste.ad eum casum, in quo illa domina Bartholomea fuit substituta. ergo extra illum casum non videtur substitutum præfatum monasterium. inclusio enim vnius videtur esse exclusio alterius, vt voluit text. in capitulo, qualis.25.distinctio.& capitulo, nonne.de præsumptio.l.maritus.C.de procur.l.cum prætor.ff.de iudi.& licet illa clausula ponatur in fine nihilominus non refertur ad omnia præcedentia: sed ad eum casum, quē testator ipse expressit, & quem verisimiliter voluisse præsumitur: vnde si testator magis pręsumitur voluisse, ꝙ filius suus

disponat

disponat de rebus a patre relictis, quã ꝙ veniant ad nepotẽ, vt no. in d. l. Lucius. ff. de hæredi. institu. per Bar. Bal. & Ang. ergo sequit̃, ꝙ multominus voluit, ꝙ venirent ad piam causam, puta ad ecclesiam, aut ad pauperes, vt ratio naturalis disponit, & ius canonicum, & ciuile, vt voluit Bald. in locis allegatis superius. ¶ Et per ista tollitur illud, quod voluit Bal. in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. versi. tertio modo posterius trahit. Et ponit exemplum, si statutum disponit, ꝙ existentibus masculis fœmina non succedat ab intestato, nisi in dote. facto vero testamento non succedat, nisi quatenus testator ei duxerit relinquendum. certè intelligitur facto testamento. s. existentibus masculis, & hoc ex natura copulę: quia
4 illa dictio verò † est coniunctio. ergo est repetitiua. l. Seię. §. Caio. ff. de fundo instru. dicit tñ, ꝙ quidam consuluerunt contrariũ, & sic sequendo consilium illorum consulentiũ tpe Baldi apparet, ꝙ illa dictio aduersatiua verò, nõ inducit repetitionẽ pręcedentiũ. Itẽ Bal. loquit̃ eo casu, quo aliter non apparet de voluntate disponẽtis: sed in casu nostro aliter apparet de voluntate disponẽtis, vt superius demõstraui manifestè. Item Bal. loquitur eo casu, quo minus lędυntur fęminæ a statuto exclusiuo earũ a successione, qđ statutũ ẜm Bar. in l. cũctos populos. C. de summa trinitate, & fide catholica. est irrationabile, & iõ nõ est extendendum ẜm Bar. ibi: sed in casu nostro tendimus ad fauorẽ ipsorum filiorũ & ad id, quod pater verisimiliter disposuit: & q̃a fauorabilior est causa filiorum q̃ causa monasterij. Et si testator voluisset substituere monasterio, potuisset exprimere, & verisimiliter expressisset: vt l. j. si mens. fal. mo. dix. l. vnica. §. sin autẽ ad deficiẽtis. C. de cadu. tol. c. maiores. de bap. c. ad audientiã de deci. cum simi. Et quæ speciali nota digna sunt, si omittantur, videntur neglecta: vt l. item apud Labeonem. §. ait prætor. ff. de iniur. & per cõsequens istud monasterium videtur dumtaxat substitutũ dicto Petro in portione, in qua fuit institutus ille Petrus a patre suo. Item quia ad illum casum adaptantur verba statuti, ad quem adaptantur verba eius: vt l. 4. §. toties. ff. de damno infecto. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. capitulo, indemnitatibus. §. sed cum eas. de election. lib. 6. Et verba huius testamenti adaptantur ad istum casum: vt monasteriũ sit substitutum illi Petro dũtaxat, vt apparet ex illis verbis, & eo casu. ergo sequitur, ꝙ ad illum casum adaptabitur eius dispositio. ¶ Et ex istis poterit do. iudicans informare motum animi & deuenire ad vnum finalem conceptũ mẽtis, vt pulchrè dixit Bal. in rubrica de controuer. inuesti. & pronunciare monasterium esse substitutum dumtaxat illi Petro in portione: in qua ille Petrus fuit institutus. Et istas dico esse partes do. vicarij iudicare debentis, & amputare viam, per quã religiosi inhiant temporalibus, & seruare mentem testantis in fauorem filiorũ congruentem naturæ & iuri humano. Et ita concludo. Andreas Barb. 1464. die 24. Decembris. Bononiæ.

EPITOME.

¶ Quoniam pater potius videtur dilexisse filios in portionibus, in quibus eos instituit, quàm monasterium ea ratione, dicitur hic, quod substitutio potius referenda est ad clausulam proximam quàm ad remotam.

SVMMARIVM.

Mens testatoris præferenda est strictæ verborum significationi. numer. 1.

Dictio omnis, est collectiua. nu. 2.

Substitutio non impeditur per inæqualitatem portionum. nu. 3.

Pater in dubio videtur habuisse maiorem dilectionem ad suos filios, quàm ad monasterium. nu. 4.

Titij in statutis conditionaliter expressi admittuntur ad succedendum. num. 5.

Voluntas semel posita præsumitur durare. nu. 6.

Dictio verò, facit clausulam de per se, & repetit clausulã proximè præcedentem. nu. 7.

CONSILIVM XXXV.

SVperioribus diebus cõsului, & est præcedẽs consilium, ꝙ ista substitutio facta de dicto monasterio refertur ad illum Petrum, & sic ad clausulam immediate præcedentem, & non ad clausulam superiorem, in qua instituit & ad inuicẽ substituit Petrum, Iulianum, Bartholomeum & Christophorum. Et ad hoc allego casum, qui ab initio seculi decidit istam dubitationẽ in l. j. §. deinde adiecit prætor. ff. de postu. vbi videtur casus de eo, quod quæritur. nã ibi in edicto prætoris post tres ordines eorum, qui postulare non possunt, subijciebat̃ clausula talis generalis, videlicet qui ex his oĩbus, qui suprascripti sunt, dr̃ ibi, ꝙ ex his oĩbus restringitur ad proximè pręcedentia: id est ad eos, qui sunt in tertio ordine. ad idem facit l. si idem cum eodem. § fi. ff. de iurisdi. om. iudi. & gl. omultum peregrina in l. si pręcedente. §. Lucius. ff. manda. in gl. super ver. consensisset. quæ incipit. l. creditor, apud quẽ, indubitanter ista absoluunt, & decidunt in terminis hãc quæstionem. Cum ergo in casu nostro in dicto testamento appositæ sint illæ clausulæ, videlicet in oĩbus alijs bonis &c. Pet. Iul. Barth. & Christopho. eius filios instituit & eos ad inuicẽ. Ista fuit prima clausula continens institutionem & substitutionẽ reciprocam. Postea ponitur secunda clausula, & si contingeret qñcunq; dictũ Petrũ decedere sine filijs, eidem substituit quò ad vsumfructum &c. postea subdit post mortẽ verò omniũ dictorũ eius filiorũ & etiã dictæ do. Barth. eius vxoris tunc, & eo casu substituit monaste. licet ergò testator dixerit post mortẽ verò omnium prædictorum filiorum substituo monaste. tñ refertur tñ ad illam clausulam immediate præcedentem, videlicet post eius Petri mortem: vt decidit tex. in d. §. deinde. & facit ratio, quã dicebã in cõsilio meo, ꝙ magis præsumit̃ pater in dubio diligere filios, q̃ monasterium: vt latè adduxi. Facit, qđ voluit Bal. in l. cũ acutissimi. C. de fideicõ. vbi dixit, testator post mortẽ filij substituit mona. ꝙ mortuo filio si ex eo relinquentur nepotes, excludunt monasteriũ ex pręsumpta volũtate defuncti. Et idem Bal. in l. quoties. C. de fideicõ. dixit, ꝙ si testator legauit suo fratri mille, & monasterium instituit in quinq; libris, ꝙ hærede vniuersali repudiante, hæreditas non accrescit monasterio: sed fratri testantis, quem testator magis præsumitur diligere. Ideo quoties mentem testatoris possumus colligere ex verbis & ex conie-
1 cturis, præferenda † est omni stricto significato verborum: l. cum quæstio. in fi. C. de leg. l. cum proponeretur. ff. de leg. 2. l. fideicommissa. §. item si quis. ff. de leg. 3. l. cum virum. C. de fideicom. & pp saluandam mentẽ testatoris sępe vna dictio ponit̃ pro alia l. has causas. ff. de condi. & demon. Et ad hoc adduco, qđ voluit do. Pau. de Ca. in suis consilijs ꝯsi. 355. incip. viso testamento quondam Michaelis. vbi cõsuluit, testator duabus filiabus fratris maritatis & dotatis in casu viduitatis aliquid reliquit. Postea suos filios masculos hæredes vniuersales instituit, & immediate subiecit clausulam. & si contingeret, quòd aliquis filiorum dicti testatoris decederet suis filijs, alterum superuiuentem filium dicti testato-

ris substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum. Postea subiecit aliam clausulam. si verò, quod absit, omnes filij dicti testatoris simul, vel diuersis temporibus decederent quandocunq; sine liberis: tunc & eo casu de bonis & hæreditate dicti testatoris, quæ eisdem dicti testatoris filijs sic sine liberis decedentibus superessent, substituit quoddam altare construendum. postea cum ambo filij masculi & vna filia fœmina sine liberis decesserint, superest vna de dictis filiabus fratris habens liberos, & quæ possidet bona, vtrum dicatur extitisse conditio dictæ vltime substitutionis factæ de altari, an non. Et facit
2 dubium illa dictio, oēs, quæ est dictio † collectiua, & prædicatur de pluribus, quàm de duobus. l. non distinguemus. §. si plures. ff. de arbitris. & in hoc differt a dictione, vterque, vel ambo, quæ prædicat de duobus tantum: vt l. creditor. §. duobus. ff. manda. l. pen. C. de impub. & alijs substi. tu. vnde cum masculi non essent nisi duo illa dictio omnes, non videtur posse verificari in masculis tantùm, sed necesse videtur, tam masculi, quam fœminæ decesserint sine liberis ad hoc, vt dicta conditio sit purificata, argum. l. fin. & quod ibi nota. ff. ad Trebel. sicut enim verbū pluralis numeri non verificatur in vno tantum: vt ibi, & in l. j. ff. de opti. lega. & in l. 3. ff. de annuis legatis. ita & verbum importans plures quàm duos nō verificatur in duobus tantum: nihilominus do. Paul. ibi consuluit contrarium, quòd immo dicta conditio substitutionis vltime fuerit purificata per solam mortem masculorum, sine liberis, etiam si ambe dicte filie superuiuerent. Et hoc dicit do. Pau. de Cast. in dicto cōsilio apparere ex verbis appositis in dicta vltima substitutione: dum dixit, tunc & eo casu, & ad hoc allegat d. l. j. §. deinde. & glossa dictæ l. si præcedente. §. Lucius. & dicit, quòd per coniecturas apparet, quòd ita voluit testator, & sic dominus Paulus ponit quæstionem in terminis, ex quo sequitur, vt dixi in consilio meo, quòd coniecturæ sunt vehementes, quòd præfatus testator voluerit d. substitutionem factam de dicto monasterio cōprehendere casum illius Petri, vt mortuo Petro & mortuis alijs filijs dicti testatoris veniret monasterium ad portionem dicti Petri: & maximè hoc procedit & colligitur ex præsumpta voluntate ipsius testatoris: quia, vt audio, ille Pe. intrauerat religionem illius monasterij. ideo nō est mirum, si dictus testator substituit illud idem monasteriū dicto Pe. decedentibus alijs filijs ipsius testatoris, & arguit istud verbis & mente ipsius testatoris substituentis, ex quo dictus Pe. alias fuit ingressus ipsum mona. licet ibi non perfecerit ingressum. Cum ergo concurrant mens præsumpta testantis & verba ad hoc apta, & sic ab initio seculi factus ille text. §. deinde. vt decidat istam quæstionē. Et clarius etiam ostendunt verba dictæ substitutionis: cum testator substituerit dicto Petro uxorem testatoris in vsufructu, & filios ipsius testatoris & postea subijcit, post mortem verò omnium eius filiorum decedētium sine filijs legitimis & naturalibus & etiam dictæ suæ uxoris, tunc & eo casu substituit monasterium, ex quibus apparet clarè, quòd substitutio de monasterio restringitur ad casum, quo filij ipsius testantis, & vxor sua fuerūt substituti: sed iste est casus, in quo Petro fuit facta substitutio. & sic ex feriæ verborum substitutio facta de monasterio refertur ad ipsum Petrum. ¶ Nec obstat, cum dicitur, quòd immo substitutio refertur ad portionem Petri, & ad portiones omnium filiorum per id, quod habetur in l. cohæredi. §. qui discretas. ff. de vulg. & pupil. vbi vario modo pluribus hæredibus institutis testator dixit, hæredes meos inuicem substituo, talis substitutio apposita in fine refertur ad omnes substitutiones præcedētes. Pro certo istud nullo modo obstat huic consultationi, immo est alienum a casu nostro: quia aliud est quærere, vtrum clausula in fine apposita, in qua testator substituit alienum & extraneum ab istis institutis, vtrum tunc ille substitutus videatur substitutus omnibus præcedentibus institutionibus diuerso modo factis: & iste est casus noster, nec hoc casu loquitur. §. qui discretas. & per consequens nihil ad propositum, quinimmo si rectè ponderetur ille tex. facit demonstrationem ad omnes præcedentes institutiones ex eo: quia dicit hos hæredes meos, & sic demonstratiuè loquit: vt l. hoc edicto. ff de ope. no. nun. l. his solis. C. de reuo. dona. non est ergo mirum, si referatur ad omnes præcedentes: quia immo plus dico, quod si rectè ponderetur tex. ille loquitur, quando ex scriptura præcedente declaratur sequens, iuxta l. regula. §. licet. ver. initium constitutionis demonstrat. ff. de iur. & fac. igno. & l. j. in ver. a primordio tituli posterior formatur euentus. C. de impo. luc. descrip. libr. 12. & ideo illa clausula in fine apposita non refertur ad institutiones æqualiter: sed refertur per prius ad coniunctos: vt ibi decidit tex. & ex præcedenti scriptura sequens recipit determinationem: quia prius refertur ad coniunctos, deinde refertur ad ceteros, & loquitur, quando substitutio fit reciprocè de his, qui iam instituti sunt: sed nos loquimur, quando substituitur non institutus: ideo videtur, quòd ille tex. potius decidat, quòd substitutio de non instituto referatur ad clausulam proximè præcedentē, & per consequens ille tex. non meretur allegari, vt dictum monasterium nō videatur substitutū oībus filijs ipsius testatoris: sed dūtaxat illi Petro, & etiā in d. §. qui discretas. testator vniuit illos suos hæredes in institutione, nō est igit mirū si esse vr̄ eadē voluntas testantis in vniēdo in substitutione, & sic nō ob. ¶ Nec ob. dictū Bart. in l. Lucius. ff. de vulg. & pup. vbi dicit, quod inequalitas portionū non impedit substitutionem.
3 † Sed pone, inquit, quod sunt plures filiæ institutæ in certis rebus, vel quantitatibus, demum filij masculi sunt vniuersaliter instituti, postea testator dixit, oēs filios meos adinuicē substituo, vtrū filiæ prædicte videantur in simul substitutæ cū masculis. Respōdeo quod non: quia hæres ex re certa propriè nō est hæres, & hæc substitutio vr̄ facta in portionibus hereditarijs: vt l. si plures. eo. ti. sed istæ nō habent portiones &c. allegat. d. §. qui discretas. & illā doctrinā sequit Bal. in l. in testō. in 6. q. C. de testa. mil. quia istud nō meret allegari contra hāc consultationē, nos enim sumus eo casu, quo istud monasteriū nō fuit institutū, vnde nullā portionē hēt in institutione, si substituat: quia cessat illa rō: quia talis substitutio facta vr̄ in portionibus hereditarijs. ideo vr̄ referri ad oēs institutos: quia istud est alienum a casu nostro: ergo &c. solum enim fuit substitutū præfatū monasteriū, ideo cessat rō Bar. & rō d. §. qui discretas. ergo cessat dispositio. Item verba in casu Bart. prolata a defuncto comprehendunt substitutionē referendam oībus præcedentibus: quia dixit, omnes filios meos, quo casu videtur includere fœminas: quia masculinum prolatum a testatore complectitur fœmininum: vt voluit Bart. in l. j. ff. de verb. sign. Arch. in c. si quis suadente. 17. q. 4. Ioan. de Ligna. in clemen. j. de elec. cum simi. & apposuit testator verbum vniuersale, dicendo, oēs filios meos: quia qui omne dicit, nihil excludit. l. a procuratore. C. māda. Si ergo instituit filias in quota, & filios masculos vniuersaliter. & postea dicat, oēs supradictos filios meos ad inuicem substituo, non est dubiū, quod videntur omnes substituti, ex quo coniuncti sunt in institutione, & vocati sunt oēs ad substitutionem, quod nō est sic in casu nostro, cū solum sit facta substitutio de

tio de dicto monasterio & nō institutio. ¶ Nec obstat cū postea dicitur, ꝙ nō est dare rationē, quare magis debeat referri ad vnum, quàm ad aliud: vt l. talis scriptura. in fine. de lega. j. istud nō probat cōsulens, ꝙ nō sit dare rationem, quare magis referatur ad vnū potius, q̄ ad aliud; quia, vt in cōsilio meo clarius demonstraui, est dare manifestam rationem diuersitatis: quia in dubio maiorem dilectionem vide
4 tur habuisse pater † ad suos filios, q̄ ad ipsum monasterium, vt voluit gl. in l. si quis ad declinandam. C. de episco. & cleri. & in l. Papinianus. §. si imperator. ff. de inofficio. testa. vnde potius videtur voluisse, ꝙ filij sui disponant pro suo velle de illis bonis, quàm vt perueniant ad ipsum monasterium. & ad hoc allego glo. quæ ad hoc reputatur singula. in l. Lucius. in ver. liberos. ff. de hæredi. institu. quam ibi sequitur Bartol. Bald. Ang. Cy. Iaco. de Are. & Io. de Imol. vbi auus potius videtur dilexisse filios suos ꝓprios. quàm nepotes, ita dicamus in casu nostro, quòd potius videatur dilexisse filios suos proprios, q̄ monasterium, & quòd sufficiat, cum ipsum monasterium vocauerit ad portionem dicti Petri. Facit l. scripto. ff. vnde li. cū similibus, pro qua gl. est text. in l. j. C. de pactis. & in l. ex facto. ff. ad Trebel. & ibi illam gl. seqtur Ioan. de Imo. & in l. filiusfami. §. cum quis. ff. de lega. j. qui ad hoc allegat, quod voluit Bar. in l. centurio. ff. de vul. & pup. idē voluit do. Pet. de Anch. in c. si pr̄. de testa. lib. 6. in 12. no. ad hoc reputat glo. singu. in l. Lucius. dicens illam dicere veritatem, refert dominum suum Bal. dicere, quòd ita tenuit Iac. de Are. & Cyn. in l. j. C. de condi. inser. & secundùm illā gloss. consuluit idem domin. Pet. suo consilio 126. ¶ Et si dicatur, ꝙ illi liberi fuerunt vocati sub conditione, & non dispositione. vt l. si quis sub conditione. ff. si quis omis. cau. testa. Ad hoc respondeo, ꝙ attenditur voluntas testantis, & non attendimus ad verba, vt dixit tex. in l. si quis filium. C. de libe. præte. vbi enim manifestissimus est sensus testatoris, nusquam interpretatio verborum tantum valet, vt melior sensu existat: præferenda enim est mens testantis cuicunque propriè significationi: vt l. cum quæstio. ad fin. C. de legat. l. cum proponeretur. ff. de lega. 2. l. & proculus. ff. de vsufruc. Quinimmo plus dico, quòd licet liberi sint vocati conditionaliter nihilominus videntur vocati dispositiuè ad successionem, si menti disponentis non repugnat, ita decidit Bartol. formaliter in l. 2. §. videndum. ff. ad Terrul.
5 vbi filij in statutis † conditionaliter expressi admittuntur ad succedendum & ad excludendum alios, vt ibi voluit Bartol. probatur in tex. l. si defunctus. C. de suis & legiti. hoc decidit ibi Bald. & in l. maximum vicium. C. de libe. præteri. & in l. j. C. de secūdis nup. & in l. si verò. §. de viro. ff. solu. matri. & in l. quod verò. ff. de legi. & in quodam suo consilio incipiente, Martinus Ioannis de Florentia, posito inter consilia Angel. in ordine est. 68. idem voluit Ioan. Andr. in additio. Specu. in rubrica de succes. ab intesta. & domin. Petr. de Ancharan. in consilio 71. & sic non est illa ratio, quare videantur exclusi nepotes: quia vocati fuerunt sub conditione; quia ista stant simul ꝙ vocati sint conditionaliter, & tn̄ succedant, & vi-ua ratio est: quia ita voluit testator: quia præsumitur magis dilexisse filium quàm nepotes in hæreditate, in qua instituit proprium suum filium. Ita dicamus in ꝓposito, vt potius videatē dilexisse suos filios in portionibus, in quibus eos instituit, q̄ ipsum monasteriū: & ita est ratio euidens & digna, quare substitutio potius referatur ad clausulam proximā, quàm ad clausulam remotam, & sic habeat locū, q̄d voluit gl. in d. l. si idem cum eo. §. fi. ff. de iurisdictio. omnium iudi. cum similibus glo. quas allegaui in cōsilio meo. ¶ Et si dicatur, ꝙ testator voluit potius præferre animam suam liberis. Respondeo, satis est, ꝙ illā prætulit in portione illius Petri, nō debet extendi illa substitutio ad alios filios: quia qui nimis emungit, sanguinem elicit. 4. dist. c. denique. & etiā clarius ostēditur, ex quo in substitutione facto de dicto monasterio, fecit mentionē de vxore, quæ substituta fuerat ipsi Petro in vsufructu. ¶ Et si dicatur, ꝙ testator ideo fecit mentionem de dicta vxore: qa voluit conseruare vsumfructum, in quo testator illam substituerat illi Petro. Istud pro certo videtur nihil ex eo: quia ex quo testator substituerat monasteriū, nec expresserat claris verbis, vtrum illa substitutio esset quò ad portionem illius Petri dumtaxat, vel quò ad portiones aliorum filiorum, quos instituerat & substituerat ad inuicē, licet ex serie verborū & mente testantis satis appareat, ꝙ voluerit substituere dūtaxat, quo ad portionē dicti Petri: tamen ideo fecit mētionem de dicta D. Bartholomea sua vxore, vt appareret de mente sua, quòd illa substitutio facta de dicto monasterio fuerat facta in portione illius Petri, & ad hunc effectum testator dixit, & etiam dictæ D. Barth. eius vxoris: quia non erat præsumptio, ꝙ testator ita incontinenti se voluisset corrigere: quia cum substituisset d. suam vxorem dicto Petro suo filio in vsufructu, non est præsumptio, ꝙ incontinēti corrixisset illā suā dispositionem, vt monasterium excluderet illā dominam Bartholomeā in vsufructu: vt l. non ad ea. ff. de cond. & dem. vnde quod non mutatur &c. l. si præcipimus. C. de appel.
6 & voluntas semel posita præsumitur durare: † vt l. sancimus. C. de testa. c. maiores. de bap. cum simi. & ideo non est illam ratio, quia voluit ꝯseruare vsumfructum illi suæ vxori: quia in eodem instanti illum sibi reliquerat substituēdo eā illi Petro. nulla enim ratio verisimilis cadere potest: vt testator reuocaret ita incontinenti in eodem contextu suam dispositionem, & illud quod non est verisimile, non est de ꝯsideratione legis. c. quia verisimile. de præsum. l. nō est verisimile. ff. q̄d me. cā. quinimmo est q̄dam falsitatis imago: vt voluit Auerroes, quē refert & sequitur Bald. in rubrica. C. de prob. & in l. j. C. de ser. fugiti. & in tractatu scismatis, & facit l. si ita quis. ver. nemo sanus diceret. ff. de euic. & c. fi. de cōsue. & ideo dicemus, ꝙ testator declarauit per illā suam voluntatē, ꝙ substitutio de monasterio fuit facta in portione illius Petri, in qua vxor testantis fuerat substituta in vsufructu, & habet rationem in se istud: quia satis est, ꝙ prouideatur monasterio per istū modū, & ēt ꝓuideatur alijs filijs ipsius testatoris, vt possint disponere de bonis, in quibus fuerant instituti ſm voluntatē suam. & eo magis cum (vt dr̄) ille Petrus iam intrauerat illud monasterium, licet in eo non perseuerasset, ideo testator voluit ꝓuidere ipsi monasterio in portione illius Petri dumtaxat: qa accidentia magnam partem conferunt ad cognoscēdū, quod quid est. c. illo vos. de pigno. c. ad nostram. de emptio. & vendi. cum simi. ¶ Nec obstat, cum opponitur, derisoriū esse dicere, ꝙ illa dictio si verò, referatur dumtaxat ad ꝓxima: qa hoc decidit. D. Pau. de Cast. in consilio allegato superius, vbi consuluit. testator dixit, si vero omnes dicti filii testatoris simul, vel diuersis temporibus decesserint, tunc & eo casu de bonis dicti tastatoris substituit &c. qui eisdē dicti testatoris filiis, si sine liberis decedentibus, superessent, substituit quoddā altare, modò ambo filij masculi & vna filia femina decesserunt sine filis: superest tn̄ vna de dictis filiabus feminis habens liberos, & quæ possidet bona, vtrum dicatur extitisse conditio dictæ vltimæ substitutionis factæ de altari, an nō & dicit, ꝙ facit dubiū illa oēs, dictio, quæ est dicti o colle-

collectiua & prędicatiua de pluribus. q̃ de duobus. l. non distinguemus. §. si plures. de arbi. vnde cum illi masculi essent duo. illa dictio, omnes, non vr̃ posse verificari in masculis tantum: sed est necesse, ꝙ tam masculi q̃ fœminæ decesserint sine liberis ad hoc vt dicta conditio sit purificata. l. finã. & qđ ibi no. ff. ad Treb. sicut enim verbum pluralis numeri non verificatur in vno tãtum: vt ibi, & l. j. ff. de opt. leg. & l. 3. ff. de annu. lega. Ita & verbũ importãs plures q̃ duos non verificatur in duobus tantum. Item qa persona filiæ, quæ superest, est talis, quæ ex pręsumpta mente defuncti substitutum excludit: qa non est credendum, ꝙ extraneum voluerit pręferri suæ posteritati. vt l. cũ auus. ff. de conditio. & demonst. Contrarium decidit istis nõ obstantibus, ꝙ immo dicta conditio substitutionis vltimæ fuit purificata per solam mortem masculorum sine liberis, etiam si ambæ filiæ superuiuerent. Et hoc dicit apparere ex verbis appositis in dicta vltima substitutione, dũ dixit, tunc & eo casu de bonis & hæreditate dicti testatoris, & sic de filijs masculis tantum intellexit. subdit etiam, quòd illud. ca. si vero absit. dẽt intelligi & determinari ſm proximè præcedens. & sic do. Pau. concludit, ꝙ illa dictio, si vero, facit capitulũ de per se, & refertur substitutione ad proximum pręcedẽs. capitulum. & sic apparet, ꝙ illa dictio, vero, repetit capitulum præcedens. & hic decidit Bal. in terminis in commento. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. ver. tertio modo posterius trahit ad se prius, vbi dixit, quòd vnum capitulum statuti trahitur ad alterũ caput eiusdem capituli, alias statuti: vt l. vtrum. ff. de petitio. hære. & dicit, ꝙ trahit etiam per coniunctiones aduersatiuas: nã ẽt in aduersatiuis videtur repetita qualitas præcedentium, cum sit coniunctio, arg. eorum quæ no. instit. de rerum diuisi. §. item lapilli. verbi gratia inquit, statutum disponit, ꝙ extantibus masculis fęminæ non succedant ab intestato, nisi in dote: facto verò testamẽto nõ succedãt, nisi quatenus testator eis duxerit relinquẽdũ. certè intelligitur, masculis extãtibus, & hoc ex natura illius copulatiuæ, verò, quæ exponit pro, sed, & sic est coniunctio, quæ repetitionem inducit l. sæpe. §. Caio. ff. de fundi instru. quidã tñ cõsuluerunt ɔ̃rium. Ita formaliter dicit Bal. ecce
7 nunc qualiter † illa dictio. vero, facit clausulam de per se, & repetit clausulã proximè præcedẽtem ſm Pau. de Cast. coniuncta ista doctrina Bal. coniunctis illis verbis: tũc & eo casu, ideo cum testator dixerit post mortẽ verò omnium filiorum eiusdẽ testatoris decedẽtium sine filijs legitimis & naturalibus & ẽt dictæ dñæ Bartholomeę, tunc & eo casu substituit monasterium. ergo huiusmodi verba referuntur ad portionem dicti Petri, ex quo testator restrinxit se dicendo. tunc & eo casu, quo filij sui & dicta Bartholomea substituti dicto Petro &c. Et sic ad clausulam proximè præcedentem referuntur huiusmodi verba. ¶ Nec obstat, cum opponitur, quòd monasterium fuit vocatum in dispositione non in conditione: quia fateor quo ad portionem illius Petri & nõ ad portionem aliorum. ¶ Nec obstat, cum dicitur, ꝙ magis præsumitur dilexisse piam causam, quàm hæredes extraneos instituendos ab illis suis filijs: qa videtur relictum pro anima, quæ cunctis rebus est præferenda. l. sancimus. C. de sac. san. eccl. & magis est fauẽdum piæ causæ, q̃ ipsis liberis, vt voluit Bart. in l. j. C. de sac. san. eccl. in 6. q. principali: qa ad hoc respõdeo, ꝙ licet testator magis pręsumatur diligere animam suam, q̃ hæredes extraneos instituendos a suis liberis: tamen isto casu non agitur de fauore hæredum extraneorũ: sed agitur de fauore ipsorum liberorum: quia potius videtur voluisse testator prouidere suis liberis, q̃ dicto monasterio. Item qa per istam viam videtur testator prouidisse illi monasterio, & prouidisse fauori liberorum: qa potius præsumitur testatorem voluisse prouidere suis liberis, q̃ piæ causæ. Facit simile, quod voluit gloss. in c. non satis. 86. di. & in c. filij. qui parentes. 30. dis. quæ dicit, ꝙ quis potius tenetur subuenire patri licet hæretico, q̃ alicui sancto viro: Multofortius videtur velle prouidere suis liberis. ¶ Nec obstat dictum Barto. quia non loquitur in casu, quo præsumptionem assumimus, vt est casus noster: sed Barto. loquitur quando expresse apparet, ꝙ pater voluerit magis prouidere piæ causæ, quàm ipsis liberis: sed in casu nostro non apparet de expressa voluntate testantis, ꝙ magis voluerit prouidere ipsi monasterio, q̃ ipsis liberis. ergo dictum Bar. non bene inducitur pro hac parte: cum ipsos liberos aut hæredes institutos ab eisdem prædilexerit. Præterea illa opi. Bar. nõ tenetur, & Bal. ibi expresse dicit Bar. vehementer errasse. ergo non obstat illud dictum Bart. Item apparet etiam, quòd in casu nostro magis dilexerit ipsos suos filios, quàm ipsum monasterium: qa eos instituit, & omnes adinuicem substituit, & eos etiã substituit illi Petro. Apparet ergo, ꝙ in expresso magis dilexerit ipsos suos filios. ergo eodem modo in præsumpto & in coniecturato. vnde succedit illud, qđ dicitur d. l. cũ auus. versi. plus dictum, quàm scriptum. ff. de condi. & demonstr. expresse autem comprehẽdimus tacitum: tum etiam quia concurrit illa cõiectura, quare magis videtur, quòd testator prouiderit monasterio in portione Petri, quàm in portione aliorum, ex quo ille Petrus intrauerat dictum monasterium, licet postea inde exiuerit. Et videtur habuisse respectum ad portionem Petri dumtaxat substituendo illud monasterium. ¶ Item non obstat. cum allegatur dictũ Bar. in d. l. Sceuola. & l. Marcellus. §. quidam liberis. ff. ad Trebel. & l. centurio. ff. de vulga. & pup. quia non loquitur in casu nostro: sed loquitur in casu diuerso, & ad propositum nullo modo accommodato, quòd sic demonstro ad oculum. Casus omissus a testatore habetur pro omisso. l. cõmodissimè. ff. de lib. & posth. casus omissus a paciscente habetur pro omisso. l. fin. C. de pact. conuen. Item casus omissus ab appellante habetur pro omisso, clemen. appellãti. de appella. casus omissus ab impetrante habetur pro omisso. c. cum in illis. de præben. libr. 6. idem in casu omisso a iudice dante, vt l. si de proprietate. C. si a non comperen. iud. Item si omittatur a canone habetur pro omisso, cap. dilectus. de tempo. ordi. Itẽ si omittatur a statuto, vel consuetudine. l. an in totum. C. de ædifi. priua. & facit, quod habetur in l. si seruum, ver. non dixit prætor. ff. de acquiren. hæred. cum simi. Mõ in proposito iste casus, de quo loquit Bar. est omissus in isto puncto, si primo decessissent Iulianus, Barth. & Christophorus, quibus successisset Petrus. & deinde Petrus decessisse sine liberis, vtrum monasterium successisset illi Petro non solũ in portione Petri: sed etiam in portionibus aliorum fratrum obuentis illi Petro, istum casum non prouidit testator: nec iste est casus noster, & etiam quo ad istum casum, quo prius decessisset Iulianus Barth. & Christ. est dubium, an monasterium succedens in portione Petri succedat in portionibus aliorũ. vnde Ange. in l. ita tamen. §. qui suspectam. ff. ad Treb. dicit, ꝙ si per verba vniuersalia fuit grauatus: tunc veniunt portiones aliorũ, ar. l. cum virum. C. de fideicom. si vero per verba particularia, tunc non egreditur particularitatem. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pac. si vero erant verba indefinita: vt qa dixit, bona mea deueniant in talem, tunc perinde est, ac si fuisset grauatus de restituendo portionem sua, quo casu non venit quæsitũ ex substitutione pupillari: qa non

non fuit portio sua: sed pupilli. l. qui filios. ff. ad leg. Falc. subdit ibi Ang. ista vera, qñ substitutio est facta signanter vni: sed si est facta omnibus, & post oẽs: vt qa testator plures suos impuberes instituit, & adinuicẽ substituit, & deinde adiecit, ꝙ si oẽs filij decesserint sine filijs bona sua volebat deuenire ad pauperes, & omnes filij decedant in pupillari ætate excepto vno, qui vltimo loco decessit pubes & sine filijs, an pauperes debent ex causa fideicõmissi habere solam portionem istius vltimi morientis, an portiones aliorum. & dicit Ang. quòd est quæstio multum dubia, & habuit de facto pluris, & noluit consulere. ibi tamen dicit esse fauendum pauperibus. & mouetur: quia fecit substitutionem omnibus, & post omnes, quòd pauperes habebũt portiones omnium, velut substituti omnibus, secus si substituisset per fideicommissum vltimo morienti: quia tũc non intelligitur grauatus per illa verba indefinita de restituendo, nisi suam portionem, & iste est casus noster: quia monasterium fuit substitutum illi Petro, & sic in portione illius Petri, & istud decidit q̃stionem istam, & quòd illa substitutio de monasterio referatur ad Petrum dumtaxat, probatur in dicta l. j. §. deinde. ff. de postu. & falsum est dicere, ꝙ verisimiliter testator ita substituisset in portionibus aliorum per supradicta, & maximè, qa isto casu prouidetur piæ causæ, & prouidetur illis liberis. Itẽ istã questionem decidit in terminis Ang. in l. cum virũ. C. de fideicom. & dicit testator habebat quatuor filios, substituit eos adinuicẽ, si decesserint sine filijs, & si omnes decesserint, substituit hospitale, vel ecclesiam. decesserũt oẽs, vtrum hospitale habeat portionẽ vltimi morientis & aliorũ, decidit, ꝙ aut istud fideicõmissum est impositum post oĩa relicta filijs: aut testator dixit, ꝙ si omnes moriuntur, ꝙ volebat bona sua deuenire ad hospitale, vel omnia bona sua vel suam hereditatẽ, vel quicquid ad filios eius peruenerit: & tunc sine dubio totum venit: qa sic testator voluit, vt rectè patet ex serie verborum l. Marcellus. §. quidẽ. l. nam qđ. §. pe. & fi. ad Treb. sed si testator grauauit de restituendo portionẽ vltimi morientis, non veniũt alia acquisita per fideicommissum. l. pater filium. §. quindecim. de legatis 3. Sed in casu nostro ista substitutio fuit facta illi Petro, ergo venit portio Petri, si ille prius decessit, si vero prius decessissent illi Iulianus, Barth. & Christoph. deinde Petrus, adhuc monasterium nõ succederet, nisi in portione Petri propter seriem verborum appositorum in dicto testamento. ¶ Nec obst. cũ allegatur dictum Saly. in d. l. cum virum. vbi testator dixit, quandocũque aliquis hæredum meorũ decesserit, talem substituto, quòd veniunt prælegata &c. quia Salyce. loquitur eo casu, quo substituto fuit facta omnibus institutis: vnde non est mirum si venirẽt in tale substitutione legata relicta illis prætor institutionem, & isto casu loquitur ibi Salyce. sed iste non est casus noster: quia hic substitutio fuit facta Petro dumtaxat, vt est dictum. Item quia Salycetus loquitur, quã do substitutio est facta simpliciter sub vna conceptione verborum institutis: sed hic sunt plures clausulæ, vt ex serie testamenti apparet, quo casu refertur ad clausulam proximè præcedentem: vt est dictum tex. in dicta l. prima. §. deinde. ff. de postu. Item Salicet. non loquitur eo casu, quo est diuersa ratio in illis clausulis. ergo erit diuersum ius, & per consequens non infertur ex diuersis: quia separabilium sunt separabiles causę: vt l. cum Geminiano. C. de transac. & l. in agris. C. de acquiren. re. domi. cum simili. & licet sit pia causa, cui faueatur in dubio: vt l. sunt & personę. ff. de reli. & sum. fune. tamen nõ debet faueri cum preiudicio alterius: qa vt bellissimè dixit tex. in c. ex tenore. de foro competen. Ita sumus viduis in iustitia debitores, ꝙ alijs iniustitiam facere non debemus. Et ex istis concludo, monasterium venire ad portionem Petri dumtaxat.

EPITOME.

¶ Ex donatione tuorum, meorum, & similium non veniunt iura & actiones, & illa verba possessiua, meum, & tuum, important, tempus testamenti, non tempus futurum. N. R.

SVMMARIVM.

Meum dicitur, quod rei vendicatione consequi possum. & verbũ bonorũ meorũ, denotat dominũ & possessionẽ. nu. 1. & 2.

Duas causas lucratiuas non potest quis prætendere. nu. 3.

Verbum dederunt, importat dominum. nu. 4.

CONSILIVM XXXVI.

Capio primam dubitationẽ, vtrũ illa domina videat̃ donasse dotẽ suam illi ponti seu loco religioso. ¶ Et mihi videtur de iure dicẽdũ, ꝙ non donauerit, & cõsiderãda sunt prima facie verba instrumenti donationis, in quibus dicitur, quòd vxor dicti Galeoti cũ præsentia & consensu dicti Galeoti omnia eorum bona donauerũt dicto ponti. Modo huic dñe dictæ erant hypothecata bona illius Galeoti. & talis actio hypothecaria cõpetebat in futurũ illi dñæ dictæ tẽpore restituendę dotis. vnde non erat debita de pręsenti. immo maritus erat dñs bonorũ suorũ, & dotis ẽt erat dñs: vt l. doce ancillã. C. de rei vẽ. Et ẽt erat dubiũ, vtrũ illa hypothecaria actio ꝯpeteret di. dñę: quia possibile erat, ꝙ ipsa prædeceret suo viro. Modo ex duobus vr̃, ꝙ non donauerit actionẽ de dote sibi competentem in futurum. Primo: quia ex donatione meorũ, tuorũ, & similiũ non veniũt iura & actiones: vt voluit Guili. de Cu. & Bal. in l. j. ff. de statu homi. ea rõne: quia id meum & tuũ verè non dicitur. Et accedit illud, qđ vẽdicari põt, vt probatur in l. quintus. §. argẽto. ff. de auro & argẽ. lega. huiusmodi aũt vẽdicatio nõ cadit in istis actionibus. & iõ dicit ibi Guil. ꝙ veniũt illa, quę gerens actum hẽt in patrimonio non in credito, allegat. d. §. argento. & §. cui legatũ. & l. scribit. in princ. eo. ti. ¶ Nec obstat l. meorũ. & l. rei. ff. de verb. signifi. & l. si legatus. §. j. ff. ad Treb. qa verũ est dicere, ꝙ appellatione rei cõtinetur actio: sed cũ dico res meas restringitur ad id, qđ est in dominio meo: nõ aũt in credito. Si aũt dicerem oẽs res ad me pertinentes, tũc fateor, ꝙ actiones & iura videntur donatæ: qa verbũ pertinere hẽt latissimã interpretationẽ: vt l. verbũ pertinere. ff. de verb. sign. & ita ẽt voluit Bald. in dicta l. j. Ita formaliter loquitur Guil. in dicta l. prima. & ad d. l. si legatus. §. j. dum dicit etiam actiones contineri, potest responderi, ꝙ loquitur in actu vltimæ volũtatis: secus in donatione inter viuos: quia in testamẽtis plenior fit interpretatio, vt l. in testamentis. ff. de reg. iur. c. cũ dilecti. de dona. In contractibus autem fit interpretatio plena, & ideo secus erit in actu vltimæ voluntatis. Facit quod voluit Bald. in rubrica. C. de verbo. signific. vbi quærit, quid significent nomina possessiua, & respondet, ꝙ in vniuersali dispositione significat non solùm dominium, sed quicquid tenetur etiam de facto & non de iure, vt si testator dicat, lego omnia bona mea. allegat. l. cogi. in principio. ff. ad Treb. sed in generali dispositione non continet, nisi res proprias, vel quasi proprias, vt cũ dico, lego omnes seruos meos. allegat. d. l. Quintus. §. argento. & l. suos seruos. ff. de lega. 3. & in arg. allegat. l. Marcellus. ff. de rei vendi. & subdit, ꝙ si testator dicit, lego oĩa pomeria mea, ꝙ hoc legatũ est generale potius, q̃ vniuersale, & ideo nõ veniunt ea, q̃ testator mala

mala fide possidebat. Et etiam subdit, ꝙ in isto legato inspicitur tempus testamenti. Et subdit ibi Bal. ꝙ si testator dicit, lego omnes res meas, quas habeo in tali villa, & testator vendiderat vnam rem ex illis, & tradiderat: tamen contractus erat nullus, vtrum illa res includatur in legato, & decidit ꝙ non allegat. l. cū dominus. §. filius. ff. de peculio legato. & sic Bal. aperto ore vult, quòd pronomina possessiua si proferantur in legato vniuersali comprehendunt ea, q̄ testator possideat, vel de iure vel de facto: sed in ꝓposito istud fuit vniuersale dispositum: quia ista domina dixit in dicto instrumento, ꝙ donabat omnia bona sua: ergo non veniunt actiones, quas habebat aduersus maritum, aut eius hæredes ad repetendas dotes. & per consequens nō videtur donasse dotes, aut actionem ad dotes repetendas. Et etiam dicit Bald. quòd refertur ad illud, quod possidebat tempore testamenti, & sic non trahitur ad futura. & sic Barto. decidit istam quæstionem in terminis. Facit, quod voluit do. Pe. de Anchar. in suis reportatis in d. l. j. ff. de statu hom. vbi dixit, quòd illud dicitˀ meū
1 † quod re vendicare possum, allegat. d. l. quintus. §. argēto. Et si quis legat omnes res suas, decidit, quòd non videtur legare actiones, vel nomina debitorū. nam hoc pronomen meum, est possessiuum: sed iura personalia non possidentur. l. fin. ff. quorum legato. secus si dixisset, omnes res ad me pertinentes, vel omnes res, quas habeo: quia verbum pertinere, est latissimum. l. verbū pertinere. ff. de verborum significa. similiter dicit de verbo habere. l. qui actionem. ff. de regu. iur. l. rem in bonis. ff. de acquirend. re domin. sed si diceres, lego omnes res, quas habeo hic Ferrariæ, non veniunt actiones: quia cum sint temporales non circūscribunt loco l. fi. C. de præscript. lon. tempo. l. fideicommissum. §. tractatum. ff. de iudi. Ita residet do. Pet. in d. l. j. & sic sequitur doctrinā Guil. & Bal. cum ergo donatrix fuerit vsa pronomine possessiuo, sequitur, quòd intelligitur de his, quę possidebat: quia videtur expressisse verbis, quod mēte agitauit: vt l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de sup. lega. voces enim sunt signa earum, quæ sunt in anima passionum notæ, teste Philosopho primo periermenias, & cordis preco est lingua, vt dixit Bald. in tractatu scismatis, quem posuit in rubrica. C. si quis aliquem testa. prohi. & in c. mandatum. de rescript. vbi dixit Bald. quòd linguæ imperator est cor, & sic mēs & voluntas, fuit donare illud, quòd verbis expressit, & sic nō donauit actionē: quia tunc tempore donationis non habebat ad dotem actionem. ergo mi⁀nus venit appellatione bonorum suorum ad dotem competens in futurum: nam aliud est aliqd esse meum, & aliud esse mihi debitum. l. si me & Titium. ff. si certum peta. ¶ Et si quispiā alleget in contrarium. l. j. C. de vsufru. vbi appellatione meorum bonorum veniūt nomina debitorum. Respondeo, quòd intelligitur ad me pertinentium, ita illam. l. intellexit Guil. de Cu. ideo veniunt nomina debitorum. Item loquitur in actu vltimæ voluntatis. Et licet Bald. ibi non sequatur dictum Guil. in d. l. j. tamen Bald. tenuit contrarium in dicta rubrica. C. de verbor. significa. & in dicta l. prima. & licet ibidem Bal. dicat, ꝙ huius iuris personalis creditor est dominus: quia videmus, quòd potest istud ius alienare, quòd nō posset, si non esset dominus: vt l. si me & Titium. ff. si certum peta. tñ si bene ponderetur dictū Guil. ipse loquitur, ꝙ iō non veniūt nomina debitorum sub appel. pronominis possessiui: quia creditor
2 non possidet. & ideo non veniunt: vnde verbū † bonorū meorū, denotat dominium & possessionem, ideo dicimus: quia aliud est meū, aliud est mihi debitū. & hoc decidit tex. melior de corpore iuris, q̄ ad hoc reputo esse singularem in l. fina. ff. quorum bonorum. vbi dicit, ꝙ interdictum quorum bonorum non datur cōtra nomina debitorum: sed datur cōtra possessores bonorū, ecce qualiter in indiuiduo ille tex. apponit gladium ad radicē huius quæstionis, ꝙ illud pronomen possessiuum meorū bonorū importat possessionem, & per consequens non veniūt nomina debitorum: licet Bar. in d. l. quintus. tenuerit ꝯtrariū reprobādo illud dictum Guil. de Cu. in dicta l. prima. Et licet ēt Salyce. tenuerit contrarium in d. l. prima. quia confunditur eorū dictum per d. l. fin. quæ ad hoc communiter non allegatur, & licet actio sit in bonis nostris: vt voluit gl. in l. hæredem. C. de hære. actio. vt l. bonorū. & l. rei appellatione. ff. de verbo. significatio. & l. maritus. §. fi. ff. ad leg. Falci. & l. j. C. de vsufru. tamen illam non possidemus. Et licet Ludo. Roma. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. oblig. teneat contra Guil. & Bald. in d. l. 1. de statu hominum. & etiam teneat contra eos, & pro certo. d. l. fin. ff. sol. matrimo. tamen nihil noui allegat contra eos, & pro certo. d. l. fi. quorum bonorum, confundit contrariam opinio. & maximè, quia sumus in donatione, argum. l. cum de indebito. ff. de proba. & c. super hoc. de renunc. ¶ Et licet iste pons sit locus pius per id, quod habetur in l. Orphanatrophos. & in l. priuilegia. C. de sacrosan. eccle. & sic sit ei fauendum, vt in c. fin. de re iudica. & l. sunt & personæ. ff. de relig. & sump. fun. tamen dixit tex. in c. ex tenore. de foro comp. Ita sumus viduis & pauperibus in iustitia debitores, quòd alijs iniustitiam facere non debemus. & sic non debet locus pius locupletari cum iactura aliena, & sic non vr̄ dicta domina donasse actionem, quam habebat ad dotem, & multofortius ex quo erat futura illa actio, & hoc decidit Bald. in præallega. rubrica. C. de verborum significatio. in quantum dixit, quòd attenditur tempus testamenti: sed tempore testamenti non erat actio in esse: sed erat futura. & hoc decidit in terminis tex. l. si ita. ff. de auro & argen. lega. vbi dicitur, si ita legatum esset, vestem meam, argentum meum, id legatum videtur, quod testamenti tempore fuisset: quia præsens tempus semper intelligeretur si aliud comprehensum non esset: nam cum dicit, vestem meam, argentum meum, hac demonstratione, meū, tēpus præsens non futurū ostendit. Ista sunt formalia verba illius l. Modò ex illo textu duo inferuntur, ꝙ dispositio testatoris in dubio non comprehendit futura, etsi apposuit illa pronomina possessiua importantia tēpus testamenti non tēpus futurum. Modò in proposito si ista domina dixit, ꝙ donabat oīa bona sua vsa est pronomine possessiuo. ergo sequitur, ꝙ intelligitur de bonis, q̄ sibi competebat tēpore testamenti: sed tempore testamenti non competebat eidem actio ad repetendam dotem: qa extabat matrimonium. vt d. l. doce ancillā. C. de rei vē. ergo sequitur, ꝙ nullo mō videt donasse dotē. ¶ Et si quispiam opponat, ꝙ licet ista actio ad dotem recuperandam esset de futuro, & in futurum competitura: nihilominus dico, ꝙ habebat fundatam intentionem de præsenti: quo casu venit per id, qđ no. Bar. & alij in l. prima. C. de pac. & per consequens satis dicitur tempore testamēti cōpetijsse actionem ad dotē. Ad hoc respondeo, ꝙ licet ita sit, ꝙ ista actio habebat fundamentū de præsenti: nihilominus fuit necessariū, ꝙ exprimeretur, ꝙ donabat omnia bona, q habebat, & q̄ sperabat habere: qa tunc aut erat fundata de præsenti & habebat tractum de futuro, & tūc venit, aut non habebat spem fundatā de præsenti, & tūc est secus. ¶ Ista sunt formalia verba Bart. in l. post emācipationem. §. j. ff. de libe. lega. & bene facit, quod ipse voluit

in d.l.j.C.de pac.Licet ergo in proposito ista mulier haberet spem fundatam de præsenti ad recuperandam dotem; tamē debuit ad hoc specificè exprimere in dicto instrumento donationis, ꝙ non fecit.ergo non videtur donasse illam actionem futuram, & sic sumus in meris terminis.d.l. si ita. Et multo fortius:quia illa.l. loquitur in testamēto, & nos loquimur in contractu,argu.l.quicquid astringendę.ff.de verbo. obliga. cum similibus. Et facit, quod voluit Bar.in l.qui Romę.§.duo.ff.de verbo.oblig.& quod idem Bar.voluit in l.cum dominus.§.j.ff.de pecu.lega.vbi facit illam differētiam, an quis habeat spem in futurum fundatam de præsenti, & tunc possit illam remittere, aliter secus, idē voluit Bal.in l.spem. C.de dona. Cum ergo in casu nostro expresserit illā actionem dotis in futurum competentem, ergo nō videtur illum donasse.Facit, quod habetur in l.fi.C. quæ res pign. vel hypo.obliga.pos. ¶ Et si quispiam opponat, quòd ordinatio facta ecclesiæ licet sit maxima, ex quo donatur Deo: vt in Auth.de non alie. §.cum igitur. ver. quid enim.tum quia qui ecclesiæ donat, spiritu Dei ducit & priuata lege spiritussancti,quæ cordi suo inspirat:vt patet in illo euangelio. Si vis esse perfectus, da omnia, quæ habes pauperibus,& sequere me.19.q.2.c.duę sunt.& c.licet.de regul.cum similibus. Cum etiam quia si licet dedicare se ergo magis & bona.c. in præsentia. de proba. auth. ingressi.C. de sacrosanc.eccle. cum similibus. & maximè quia ista tēporalia sunt vilissima, vt scribitur apud Lucanum in tertio,sed pars vilissima rerum certamen mouistis,opes, ergo &c. Ad ista facile responderi potest:nam hęc bona temporalia etiā si deuoluantur ad ecclesiam.tn̄ deuoluuntur ſm dispositionē legum imperialium : vt probat̄ 7.dist. c. quid iure.& c.cum ad verū.96.dist.in ver. pontifices verò pro cursu tēporalium rerum imperialibus legibus vterentur:sed ſm dispositionem legū ista domina nō videtur donasse dotem,nec actionē de dote.ergo seqtur,ꝙ stabimus dispositioni iuris. ¶ Nec obstat illa auctoritas dominica : quia est consilium perfectionis,quę non est pręceptiua.& sic non ligat, vt no.in c.nā concupiscentiam. de const. & in c.j.de vita & honesta.clericorū.¶Et licet dicatur, quę spiritu Dei agūtur, nō sunt sub lege,intelligitur de lege iniqua & per consequens ista domina non donauit dotem,nec actionem dotis.immo si illud voluit,debuit clarius & apertius exprimi in dicto instrumento donationis,& ita est de cōmuni cōsuetudine : qa exprimitur in instrumento,ꝙ donauit omnia bona, iura,actiones reales, & personales &c. Cum ergo nō fuerit ita expressum in dicto instrumento donationis,sequitur,ꝙ interpretatio fieret cōtra eū,qui stat pro contractu: vt in c.contra eum.de regu.iur. libro 6.& l.veteribus.ff.de pac.& l. quicquid astringendæ. ff. de verbo. obligatio. & casus omissus a paciscentibus vel contrahentibus habetur pro omisso. vt l.cū prætor.ff.de iudi.l.maritus.C.de procur.l.seruū. versicu.non dixit prætor.ff.de acquiren. hæredita. cum similibus.ergo nullo modo competit actio rectori illius pontis ad petendā dotem, nec debet ita inhiare tēporalibus ecclesia : vt dixit tex. in cap. ex parte.de censi.¶Præterea posito,non tamen concesso, ꝙ dānauerit dictā dotē, & ꝙ in dicto instrumento contineatur dos, & dotis actio, vellem libenti animo scire,quo iure rector dicti pōtis petit ab hr̄dibus ipsius dominæ dictę dictam dotē.Pro certo nullo iusto colore potest ab eius hæredibus petere ex eo: quia illa dos non erat penes mulierem: qa ille Galiotus receperat dotem, vt apparet ex publico instrumento. imō si dictus Galiotus erat illius dotis debitor,& penes eundem erat dos, & ille Galiotus dedit & donauit omnia sua bona in dictum pontē,nonne seqnr̄, quòd dicta dos transiuit cum illa generali & vniuersali donatione in ipsum pontē excepta domo, q̄ nō dedit,nec donauit dictus Galiotus illi pōti. Cū ergo abdicauerit a se omnia bona sua, & illa transtulerit quò ad dominium in illū pontem,ergo trāsiuit dos, & bona hypothecata pro dote restituenda. Ad quid ergo petit dotē: qa quod petit, intus habet: vt l.j.C. de execu.rei iudi. & videt̄ prætēdere duas causas lucratiuas † qđ esse non debet : vt l.quoties.ff.de solu-

3 tionibus.l. Meuius.§. duobus.ff. de leg.2. vnde duæ causæ lucratiuæ vidētur aduenire huic loco pio respectu vnius eiusdem rei: quia cum ille Galiotus esset debitor dn̄æ dictæ respectu dotium & transtulit dominium in ipsum locum oīum quæ habebat, ꝙ importat illud verbū, dederūt:vt l.vbi aūt.ff.de ver. obl.ver.vt dn̄ium efficiatur stipulatoris.l.verbū, dedisse.ff. de verb.signific.non est iuri aut iustitiæ consonū,ꝙ respectu vnius locus acquirat duas dotes:qa non oīa,quæ fuerūt illius Galioti sunt trāslata in ipsum locum,& sic bona obligata ꝓ dote, ꝙ iterū dictus loc⁹ petat dotē a dicto Galioto, pone,ꝙ ille Galiotus decessisset post vxorē, & sic vxori supuixisset, potuisset ne petere restitutionē dotis ab illo Galioto ille locus pius certè non : cum omnia bona essent translata in ipsum locum pium, in quibus bonis vxor habebat hypothecam. & sic non deberet addi afflictio afflicto:vt in l.diuus.ff.de off.pręsi.c.at si clerici.§.de adul.de iud.¶Et si diceretur,quòd ille Gal. acquisiuit bona post donationem omniū suorum bonorum:quia præsumitur quis lucrari: vt l.cura.§. deficientium.ff.de mune.& hono.respondeo,quòd in casu nostro cessat ista præsumptio ex eo:quia ipse stabat in hospitali & consequebatur ibi alimenta, nec aliquod exercitium lucratiuum faciebat.& sic cessat illa pręsumptio: quia in incertis & non certis locus est coniecturis.l. si certis annis. C. de pac.l. certa forma.C.de iure fisci. lib.10.l.cōtinuus.§.cum ita.ff.de ver.obl.cum simil. ergo quod petit ille pius locus, intus habet. ¶ Præterea est etiam aduertendum circa prædicta : quia si verè ponderetur verba ipsius instrumenti, inquantum dicunt, ꝙ donauerunt & dederunt &c. ꝙ illud verbum,dederūt,†importat dominiū: vt in d.l.vbi aūt.§.fi. videtur ꝙ dicta

10 est inter contrahentes, expressum † autem est illud, quod fit specialibus verbis. ergo nõ sufficit fieri per coniecturas. ¶ Nec obstat. l. licet Imperator. ff. de lega. 1. vbi sufficit fieri per coniecturas: quia non procedit, quando lex mandat ex forma aliquid fieri specialiter, & expressè, maximè apponendo dictionem taxatiuam solum, argumento l. his solis. C. de reuo. dona. & facit, quod voluit Ang. in dicto §. si vero expressum. vbi respondet ad dicta l. licet imperator. & ex hoc redduntur nullæ certæ clausulæ inducendi nouationem hodie per coniecturas, quas commemorat Ioan. de Imol. in dicta l. Valerianus. Et subdit tex. in dicto §. præterea, & secundam ei accidere, vt maneat ex vtraque causa obligatio. ecce nunc qualiter ille text. confundit dictum quorundam dicentium illum tex. intelligi, quando partes exprimunt, quòd secũda obligatio sit accessoria: quia salua eorum pace ille text. decidit totum contrarium, dicit enim, ꝙ si expresse contrahentes non dicant se nouare primam obligationẽ, quòd tunc secunda obligatio est accessoria, & sic vel intelligentur ambo correi, vel vnus erit reus, & alter fideiussor, si interuenit stipulatio per dicta l. stichum. §. fi. ff. de noua. & per consequens sine dubitatione aliqua elicitur conclusio, ꝙ nullo modo fuit facta nouatio. Et sic multifariè, multisque modis demõstraui, istum Martinum remansisse obligatum illi Frãcisco in summa dictorum. l. flore. Et facit, quod voluit Barto. in suo consilio incipiente, Titius promittit, quod allegauit do. consulens, & sic ille Nico. videtur fuisse fideiussor illius Marti. Stat modo dubitatio, quia ille Marti. soluit dicto Franc. plures quantitates pecuniarum, & res varias ęstimatas & appreciatas dicto Francis. creditori, & similiter postea dictus Franciscus. dedit & vendidit dicto Martino alias quantitates, res & mercantias. vtrum videatur soluisse pro ea quantitate, quam ille Nicolaus promisit se soluere dicto Franc. Et circa istam hæsitationem est considerandum, quod in præcedenti dubio fuit plenissimè demonstratum, scilicet illum Nico. fuisse fideiussorem illius Martini. & hoc etiam probat tex. in d. §. præterea. insti. quib. mod. tol. obligat. vbi dixit, si secunda obligatio non nouat primam, est ei accessoria, ergo sequitur, quod est fideiussoria: quia fideiussio accedit obligationi: vt l. j. ff. de fideiusso. & maximè quia ille Nico. promisit soluere pro Martino, quæ verba sapiunt fideiussionem, vt l. si pro te. ff. mãda. & probatur instit. de fideiusso. in prin. vbi dicitur, ꝙ fideiussor, qui promittit pro alio. ideo in dubio pręsumitur vt fidiussor illius Martini promisisse. & hoc decidit tex. ad hoc eligans in l. si pater. C. de noua. in verbo pro Alex. certam pecuniam stipulanti dare spopondit. Facit ad hoc, quod voluit Ioan. de Imo. in d. l. delegare, vbi dicit, quòd si quis dicat, promito, pro tali, videtur fideiubere, allegat. d. l. si pro te. ff. manda. Idem dicit, si ex postfacto aliqua verisimilis coniectura hoc suadeat, quod vt fideiussor videtur promittere, argumen. l. Titia. §. idem respõdit. ff. de verborum obligatio. & l. si seruus plurium. §. fi. ff. de lega. j. & l. si fideiussor. §. qui interrogatus. ff. de interro. actio. dicit etiam ibidem Io. de Imo. quod si quis dicat promitto 10. pro Titio, alio non adiecto, & si ex interuallo hoc faciat, videt̃ velle accessoriè obligari, ex quo dicto ꝓ Titio, qui vt fideiussor videtur obligari. argumen. eorum, quæ not. in d. l. si pro te. Cũ ergo iste Nicol. promiserit soluere pro illo Martino, ergo sequitur, quòd vt fideiussor se obligauit. Licet ergo ex ĩteruallo ille Nic. obligauerit se soluere illi Fran. pro illo Martino vr̃ vt fideiussor promisisse, & rectè probatur hoc in d. §. præterea. inquantum ibi tex. dicit, ꝙ accedit obligationi, & sic vr̃, ꝙ sit accessoria, & per ꝯns fideiussoria. ibi enim est casus singu. de hoc inquantum dicit, ꝙ si non est facta nouatio, vt est in vero, & superius demõstraui, dicitur

11 esse accessoria priori obligationi. † & per ꝯns dicitur esse fideiussoria: vt probat. in l. j. ff. de fideiusso. vbi dicitur, ꝙ omni obligationi fideiussor accedete põt. & sic probatur ibi, ꝙ accessoria obligatio dicitur esse fideiussoria, vt probatur in l. j. ff. de fideiussor. & in d. §. præterea. dicitur, ꝙ accedit, quando interuenit noua persona, si non exprimitur, ꝙ sit nouatio. ergo sequitur, ꝙ est fideiussor. & per ꝯns iste Nicol. accessit vt fideiussor. & ideo posito ꝙ ex interuallo accesserit ille Nico. ad promittendum soluere ꝓ illo Martino, vr̃ vt fideiussor accessisse, & non animo nouandi: vt cõsuluit Bar. in cõsilio allegato superius. Facit ẽt, quod voluit Io. de Imo. in d. l. Valerianus. quòd si alias sine mandato meo promittat pro me considerandus est modus promittendi: quia aut constituit se soluturum pro me, aut sponte pro me fideiubet: quia isti sunt modi intercedendi accessorij ad primam obligationem, vt patet ex his, quæ nota. gloss. in l. stichum. §. aliquando. ff. de nouatio. & in l. personam. §. primo. ff. de pactis. vbi sunt gloss. elegantes: sed gloss. melior est in Authen. de fideiusso. §. primo.

§.primo. Si autem dicat, quòd promittit vice mea illud,ꝙ ego debeo: tunc quia vr̄ subrogari loco mei, vt probatur in dicta l.delegare. videtur, ꝙ etiam hodie fiat nouatio, ex quo apparet de verisimili coniectura verisimiliter inferente partes voluisse discedere a prima obligatione, & voluisse subrogare secundam loco primæ,& ideo fiet nouatio. licet aliter nō exprimatur vocabulum nouationis,allegat.d.l.fi.C. de noua.Si autem dicit,ꝙ promittit pro me quinq;, tunc vr̄ fideiubere,arg.d.l.si pro te.ff.manda. Si autē dicat,ꝙ promittit 10. quæ debeo, tunc licet olim ꝑpter interuentum nouæ personæ præsumeretur nouatio,& propter hoc nō essent correi, ex quo fiebat ex interuallo:nam si fieret incontinenti, non præsumeretur,ꝙ partes voluerint recedere a prima obligatione,arg.l.non ad ea.ff.de condi. & demon.l.3.ff. de duob.reis.& quod no.Dyn.in l.ex duobus.eo. tit.hodie vero secus per d.l.fi. C. de noua.cum nec ipso iure,nec ope exceptionis fiat nouatio, licet de iure fforum esset secus.& sic voluit Ioan.de Imo. ꝙ vt accessorius videtur accessisse, & vt fideiussor ille Nico.intercessit,& non animo nouandi.¶Et inquantum dicit,ꝙ si quis promittat vice mea,ꝙ videtur sacra nouatio.dico,ꝙ debet restringi ad debitorem debitoris delegantis;nam tunc non est accessoria, sed est quædam subrogatio:subrogatur enim loco debitoris, & censetur ille debitor propriè,argumen.c.sanè.de offic.deleg.& c.ecclesia.vt lite pen.& cap. præcipimus. 93.distinct.cum simi.Ex istis apparet liquidè,ꝙ est fideiussor ille Nic.Modò si dictus Martinus soluit certas pecunias,res,& mercantias, illi Franci. vtrum videatur soluisse pro illa quantitate, pro qua ille Nic. promisit soluere illi Franc.pro dicto Martino. Et certe dico ꝙ sic:licet enim debitor ex pluribus causis habeat arbitrium,in quam causam soluisse voluerit:vt l.j.ff.de sol.illud est verum, si solus tempore solutionis illud exprimat.Si vero non exprimit tēpore, quo soluit, stat ī arbitrio creditoris, cui debito potius acceptum ferat: vt in d.l.j. sed non apparet ex quo debito soluerit,nec expressit, in quod debitum soluebat, sequitur,ꝙ stat in arbitrio illius Franc.cui debito acceptum ferat. & per ꝯns cum dictus Martinus non esset liberatus ab illa summa.l. flo. propter ꝓmissionem illius Nic.sequitur,ꝙ potest dictus Fran.capere illam solu.pro promissione facta pro Nico.quia ad illam pecuniam soluendam tenebatur ille Marti. qui prius erat excutiendus,quàm ille Nicol. fideiussor q̄ laborabat morbo alieno & non proprio, vt l.sancimus.C.de fideiuss.& videtur tex.cum sua glos.in l.4. ff.de solu.vbi dr̄, & potius pro satisdatio q̄ quod sine satisdatione debeo,& glo.ibi exponunt cum fideiussore,& sic potius vr̄ debitor soluisse pro illo debito, pro quo dedit fideiussorem, sed iste Marti.vr̄ dedisse fideiussorē illum Nico.ergo soluēdo vr̄ in dubio pro cā illa soluisse.Facit ēt:q̄a solutū: vr̄ ī grauiorē cām.
12 †Ita decidit text.l.in his.ff. de solu. Sed grauior cā vr̄ esse cā fideiussoris ex eo: q̄a pro suo debito q̄s non tenet ad vsuras,iuxta not.in c.j.in c. debitores.de iureiu.sed si quis fideiussit ꝓ me,& fideiussor recepit pecunias ad vsuras,vt soluat debitū meū, pōt a me repetere vsuras, licet creditor non posset. Ita est casus in c.constitutus.de fideiuss.& no.in c.conquestus.de vsur. Cū ergo videatur soluisse in dubio in grauiorē cām,sequitur,ꝙ vr̄ soluisse pro illis.l.flor.pro quibus dedit illum Nico.in fideiussorem, & hinc est,ꝙ dicimus,ꝙ debitor soluens vr̄ potius soluisse, vt cedat in vsuras.& si quid superat in sortem cedat, vt est casus in l.j.C.de solu.Et idē vr̄ de iure canonico,si vsurę essent iuratæ:vt in c.debitores.de iureiur. Et ēt dr̄ esse cā grauior cum fideiussore,vel pignore,& alia simili, vt l.cum ex pluribus,ff.de sol. & tūc in dubio potius vr̄ esse solutum pro ea,quæ est sub fideiussore. Vnde pulchrè dixit Bar.in d.l. cum ex pluribus. ꝙ si vna cā habet executionem paratā,& alia cā est cū fideiussore,vel pignore,ꝙ potius in dubio vr̄ solutū pro cā, q̄ est sub fideiussore,vel pignore, pro quo dicto faciat ordo positus in d.l.cum ex pluribus.posset enim esse valde graue debitori : quia fideiussor posset capere pecuniam ad vsuras,vt soluat pro debitore,vt in d.c. constitutus.¶Et si quispiam opponat, ꝙ ista procedunt eo casu,quo debitum est purū, & cuius dies venit,vt l.cæterum.& l.j.& in d.l.cum ex pluribus. ff.de solu.sed si adhuc dies non venit, præsumitur solutū pro illo debito,s.ꝓ eo,cuius dies venit, sed dies solutionis fiendæ pro illa quantitate, pro qua promisit ille Nico.nondū venerat.ergo non præsumit solutio facta pro illa quantitate.Et facit.l. quis ex famosa.ff. de solu.& quod voluit Ioā. de Imo.in l.j.ff.de solu. & Bartol.in d.l.cum ex pluribus.Ad hoc rn̄deri potest; quia aut consideramus debitum quo ad ipsum Nicolaum fideiussorem. Aut consideramus debitum quo ad ipsum Martinum principalem debitorē.primo casu fateor, ꝙ dies solutionis nondum venerat quo ad ipsum Nico.vnde non poterit conueniri ante diem.vnde si Nicol. fuisset debitor in alijs quantitatibus,& soluisset illi Fran.non videretur soluisse ꝓ illa fideiussione, ex quo dies solutionis adhuc nō venerat.Si vero loquitur quo ad ipsum Martinum debitorem principalem dies venerat, & erat præsens dies solutionis, & ideo cum per illam fideiussionem præstitam per illum Nico. nō sit liberatus ille Mart. ab illa obligatione:vt est dictum,ergo poterat cōueniri & cogi ad soluendum,& multofortius : quia vt principalis erat prius excutiendus: vt auth.præsente. C.de fideiuss.& illa intercessio facta per illum Nico. apud illum Franc. emanauit potius ad fauorē illius Fran.ergo non debuit sibi nocere quo ad illū Marti. ergo remansit obligatus ille Marti. pure,arg.c.quod ob gratiā.de reg.iur.libr.6.& l.quod fauore.C.de leg. cum simil.& sic quo ad ipsum Marti. venerat dies solutionis,nō ergo mirandū, si videtur soluisse pro cā, in qua ille Nico.fideiusserat,& per ꝯns non obstat illa obiectio.Nec est incōueniēs, nec absurdū,vt obligatio rei principalis sit pura,& promissio fideiussoris accessoria sit in diem,vel sub conditione,& principalis obligatio rei sit plus re,q̄ sit obligatio fideiussoria, cum laboret morbo alieno,sic potest in leuiorē obligationem accedere fideiussor, quam sit obligatus reus principalis. sed non econtra : vt l.grecè.§.illud.
13 de fideiuss.vbi in leuiorem†causam & non in grauiorem adhibetur fideiussor,& reus accipitur purè obligatus, & fideiussor in diem, vel sub conditione.l. ij. q̄ accessionis.ff.de fideiusso. & quod ibi voluit Bart. Si ergo reus est purè obligatus,& fideiussor in diem, cum præstatio fideiussionis tendat ad commodum creditoris, non debet suspendere obligationem rei puram in diem:quia quod venit ad fauorem,nō debet nocere.l.quod fauore.C.de legi.cum simil. ergo potest conueniri reus, licet quo ad fideiussorem debeat expectari dies solutionis:ergo potuit ille Marti. soluere,& potuit compelli soluere nō expectato die solutionis, in quo erat obligatus fideiussor : & sic cū statim potuerit compelli, soluere,sequitur,quòd soluendo videtur soluere pro dicta causa & quātitate, pro qua dederat illum Nico.fideiussorem:vt probatur in dicta l.tertia.ff.de solutio.& dicta l. cum ex pluribus. quia erat durior causa, ex quo erat cum fideiussore:dixit tamen gloss. in l.cæterum. ff.de solutio. quòd creditor donec viuit, potest eligere, in quam causam soluerit debitor , & sic videtur per illam gloss.quòd iste Franc.possit eligere,in quam causam soluerit ille Marti.sed Ange.in l.prima.ff.de solutio.

dicit se vidisse dubitari de facto, quidam mercator scripserat in suo libro soluisse certas quātitates pecuniarum cuidam mercatori, nec scripserit, in quā causam soluerat, & mercator recipiēs in eodē non scripsit se in suo libro se recepisse illas pecunias, nec expressit in quam causam, dicit vidisse decidi contra illam glo. quod non possit eligere creditor nisi tpe, quo recipit solutionē: quia in dubio vr̄ in cām grauiorē soluisse. ¶ Et si opponat, vt opponitur de statuto, quo cauet, ꝙ vigore scriptæ priuatæ debitor possit capi, & nulla exceptio, vel defensio possit opponi, nisi finis solutionis, vel compensationis, quæ probari debeat per publicum instrm̄, vel ꝑ scripturā manu creditoris, vel per librum tertiæ personæ. Respondetur, istud statutum non obstare ex eo: qa de solutione dicti Marti. constat per librum dicti Frā. creditoris. ergo potest opponi exceptio solutionis, de qua constat per scripturam factam manu creditoris. Et licet statutū loquatur de debitore, nihilominus intelligitur de debitore, propriè sumpto, & & huiusmodi est debitor principalis, & non fideiussor, hoc probat tex. in l. & magis. ff. de solutio. vbi dicit, & magis ꝙ meo nomine, quā ꝓ alio fideiussorio nomine debeo. vbi probat, ꝙ propriè fideiussor non 14 dicitur debitor. † Et facit l. debitor. ff. de verb. signi. & quod nota. per scribentes in l. j. ff. si cer. pet. & maximè quando exorbitat a cōibus regulis, vt est istud: quia tunc strictè debet intelligi. l. si vero. §. de viro. ff. soluto matrimo. cum simili. Et sic dicitur, quòd ille Marti. videtur soluisse pro illa quantitate, pro qua ille Nic. ꝓmiserat soluere dicto Fran. & ita concludo. ¶ Nec obstant allegata superius in contrarium primo dictū Bald. in d. l. pro debito. quia ex superius dictis apparet responsio ad illud dictū ex eo: quia Bal. fundat se, ꝙ mutatione ꝑsonæ fuerit facta nouatio. istud hodie non procedit, vt probatur in d. l. fi. C. de noua. & contrarium tenuit Io. de Imo. in d. l. Valerianus. vt superius demonstraui, & contra illam doctrinam in d. l. pro debito. tenuit Salyce. ibidem, & in l. si filius. ff. ad macedo. Item quia iste fuit fideiussor, vt demonstraui superius, ex quo promisit soluere pro Martino: vt l. si pro te. ff. mandati. Item quia ista promissio fuit accessoria, vt probatur in d. §. pręterea. institu. qui. mod. tol. ob. Item quia Bald. dicit, ꝙ si promisit se acturum & curaturum, ꝙ debitor soluat, ꝙ est in proposito nostro: quia ex quo illa promissio adiacet primæ, & sic est accessoria: videtur promittere se acturum & curaturū, ꝙ ille Marti. soluet. & sic non obstat illa doctrina Bal. Nec obstat dictum Ioā. And. in addi. Spec. quòd etiam retulit And. in addi. quadam sua in d. l. qui vsumfructum. de verbo. obli. & in d. l singularia, & tacito authore eā retulit. Do. Floria. quia respondendo fateor, ꝙ postq̄ ille Marti. dedit illum Nico. promissorem illi Fran. & ille Fran. acceptauit, ꝙ non posset reuocare illam delegationem acceptatam per illum Fran. quia videtur quædam solutio: sed an ille debitor, de quo loquitur Io. And. Alb. Dy. & alii sit liberatus a creditore suo, hoc non dicunt ibi, & iste est casus noster: quia dicimus, illum Martinum non fuisse liberatum dando illum Nicol. promissorem, & iste est casus noster: nam fateor, ꝙ ille Marti. non posset extinguere illam promissionē, quā fecit ille Nico. & sic nō ob. casui nostro decisio Ioan. And. & aliorum. Item pondero aliud, quoad illud dictum Ioan. And. quia ipse loquitur eo casu, quo ille Titius erat debitor debitoris. Ita in terminis ibi loquitur Ioan. Andr. & alii, sed iste Nic. nō erat debitor illius Martini. ergo propriè non potuit cadere delegatio, cum non esset debitor: quia in delegatione requiruntur extrema habilia, vt superius fuit dictum. & no. in dicta l. delegare. & in dicta l. qui vsumfructum. per modernos, & in d. l. quamuis. §. si mulier. ff. ad Velleia. sed hic non sunt extrema habilia: quia ille Nicol. non erat debitor Marti. qui fuit delegatus, ergo &c. Nec ob. cum allegatur doctrina Saly. in d. l. si filius. quia ibi refert doctrinam Bald. in dict. l. pro debito. ad quam apparet ex superius dictis responsio. item quia Salyc. ibi ad fi. tenet contrariū, vt superius adduxi. Nec ob. cum dicitur, ꝙ de iure veteri fiat nouatio interuētu nouæ personæ: quia istud
15 hodie non procedit † vt in dicta l. fi. C. de noua. & superius apparent responsio. Nec ob. cum allegat gl. in d. l. fi. & in d. l. delegare. & in dicta l. 2. quod hodie fit nouatio ope exceptionis. primo quia istud est cōtra. dicta l. fina. & d. §. pręterea. insti. qui. mo. tol. ob. & ita tenet Ioā. de Imo. post alios in d. l. Valerianus. & ego hoc demonstraui superius per media inconuincibilia. Nec etiam glo. dicunt illud, ad quod per scribentes allegantur, pulchrè declarat Io. de Imo. in d. l. Valerianus. ¶ Ex istis concludo, illum Marti. non fuisse liberatum a sua obligatione propter promissionem, quam ille Nico. fecit illi Fran. Et ꝙ ille Martinus soluit eidem Fran. pro illa quantitate, pro qua Nicol. promisit illi Fran. Et ꝙ nulla fuit facta nouatio. Et ꝙ ille Nico. fuit fideiussor & accessorius. Et ita concludo. Andreas Barba. Doctor & miles 1469. die 20. Februarij Florentiæ.

EPITOME.

Restitui debent capta in bello illicito.

SVMMARIVM.

Capta in bello licito & iusto efficiuntur occupantium. nu. 1.
Bellum ex iuris dispositione præsumitur iniustum. nu. 2.
Bellū est triplex defensionis, recuperationis, & inuasionis. nu. 4.
Bellum licitum dicitur propriè, quod solus princeps indicit.
Bellum, quod fictum diffidatione, est licitum, & capta in tali bello debent restitui. nu. 7.
Præda non restituitur dominis, quando recuperatur ex interuallo. nume. 8.

CONSILIVM XXXVIII.

VIsis duobus consiliis abūde, subtiliter & ornatè redditis per supradictos celebres iurisconsultus, qui hāc consultationem mirum in modum enuclearunt: vt nihil addi queat, nihilominus quia maiores nostri illud quemq; scire opinati sunt, quod ratione optima demonstrasset. ideo aliqua succinctè, & breuiter afferre in mediū constitui. ¶ Et indubitanter videtur, quòd ista nauis veniat restituēda hoc modo. Capta in bello illicito, & iniusto veniunt restituenda, tex. est in capitulo sicut. de iureiur. in ver. vniuersa occupata restituat conquerenti, sed ista nauis fuit capta & occupata in bello illicito & iniusto, ergo est restituenda conquerenti. ¶ Si dixerit quispiam, istud bellum nō fuit iniustum, ergo non est restituenda domino con-
1 querēti: capta enim † in bello licito & iusto efficiunt occupantis: vt in dicto capitulo sicut. in gloss. & in l. hostes. ff. de capti. & l. hostes. ff. de verbo. sign. Ad hoc rn̄deo, ꝙ allegāti bellum fuisse iustum incūbit onus
2 probandi: quia bellum ex iuris dispositione † præsumitur iniustum asserenti ergo illud fore iustum incūbit onus probandi. l. 2. ff. de proba. istud decidit in terminis Hostien. in dicto capitulo sicut. vbi dicit, ꝙ regulariter omne bellum præsumitur iniustum & dānatum. l. prima. C. de gladiato. lib. 10. capitulo primo & secundo, de purga. cano. ¶ Et si dicatur, quòd in dicto capitu. sicut dicitur, si constiterit, quòd bellum iniustè mouerit, vbi probatur, quòd constare debet, quòd iniustè mouerit bellum. ergo sequitur, ꝙ bellū præsumitur iustum. Respondeo, ꝙ constat bellū. esse iniustum eo ipso, ꝙ non probat esse iustū. Ita pulchrè

chrè dixit Host. in d.c. sicut. & mouetur ex eo, qđ hr̄ in l. super seruis. C. qui mil. non poss. lib. 11. vbi dr̄, ꝙ probat ꝯriū. simili modo loquendi vtitur gl. in c. ad falsariorū. de crimine falsi. & in c. proposuisti. 82. di. & in c. illud. de præsum. & in c. 3. de præscrip. & in c. pe. de exceptio. & in c. j. qđ metus cā. & in ca. sup eo. de test. cogen. & in l. j. C. de fide instru. & iure hastæ fis. lib. 10. & in l. si creditor. C. de pign. actio. & in l. 2. C. de peti. hære. & in l. j. & l. in testō. C. de testa. mili. & l. 2. C. de erro. aduo. & in l. 2. C. de peti. hære. & in l. siue possidetis. C. de proba. & in l. si tutor. C. de peri. tutor. oēs hæ gl. in vtraq; censura loquūtur illo modo, vt loquitur Hosti. ꝙ probatur aliquid eo ipso, ꝙ non probatur ꝯriū. Ita dicamus in proposito nr̄o, ꝙ bellum probatur esse iniustum eoipso, ꝙ non ꝓbat esse iustū. ex quo dicto infertur, ꝙ istud verbū, si constiterit, positū in aliquo actu, nō immutat naturam actus: sed satis dr̄ constare, ex quo ius cōe fundat intentionem agentis in casu illo, & cum hac doctrina Hostiē. transeunt omnes scribentes. in d. c. sicut. el 2. de iureiur. & in c. olim. el j. de restit. spol. quod do. & consiculus meus Abb. dicit non procedere in imperatore, vel Papa: quia in eis præsumitur iusta cā, & ꝙ moueant & indicant aliis bellū ex iusta cā, per id, qđ no. Cy. & alii in l. rescrip. C. de preci. impe. off. & in l. fi. C. si ꝯ ius vel vti. pub. & Inno. in c. quæ in ecclesiarū. de consti. posset tñ ſm eum probari ꝯrium: nam & princeps peccare potest. 40. dist. c. si Papa. 9. q. 3. c. aliorum. c. ad apostolicæ. de re iudi. libr. 6. cle. pastoralis. eo. ti. 2. q. 7. c. nos incōpetenter aliquid egimus. 19. dist. Anastasi. 21. dist. nunc autem. sed si bellū indicitur ab inferiori ab imperatore, vel Papa non præsumitur iustum bellum: cessat enim in eis illa bona & iusta præsumptio. nam imperator illud, quod facit, præsumitur facere, vt Deus, vt probatur in auth. de hære. & falci. in prin. voluit Bal. in c. j. §. fin. de noua for. fide in vsi. feu. Deus autem est veritas: vt in c. cum esses. de testa. ſm Bald. ibi. Facit. c. consuluit. de offi. deleg. vnde imperator ſm eū non fallit, nec fallit. l. fi. C. de pōder. anr. lib. 10. Sed Serenissimus Rex Aragonum non est imperator, ergo sequit̄, ꝙ bellū indictum ab eo ꝑsumit̄ esse iniustū, & multominus ꝑsumit̄ pro iustitia, qñ indicit bellum contra suæ regiæ coronæ non subditos: vt sunt Ianuenses, qui nō erant tūc tpis subditi suę regali iurisdictioni. Et multominus ēt præsumit̄ pro iustitia belli, qñ ex cōtractu celebrato inter suā regiā maiestatē & inclitum cōe Iannuæ indici nō poterat. nam licet Deus subegerit imperatori leges & Papæ canones, nō tñ sibi subegit obligationes & ꝯctus, & obligat̄ enim princeps ex suo ꝯctu, sicut priuatus ligatur ex conuentione: ita probatur in tex. valde sing. in c. j. de natu. feu. in vsi. feu. Ita pulchrè decidit ibi Bald. & etiā probat̄ in c. j. de proba. hoc sequūtur oēs ibi scri. & ideo pulchrè ibi dicebat idem Bald. in l. secunda C. de serui. quod licet īperator sit legibus solutus: vt l. princeps legibus solutus. ff. de leg. nō tñ est solutus a dictamine rōnis: quia est aīal politicum. vnde nulla rō pōt facere, quin non sit animal rōnale. & idem Bald. in conclusionibus iuris canonici. dixit, ꝙ licet imperator sit dñs legū: non tñ est dñs morum. Et si ꝯrium diceremus, ꝙ imperator non ligaretur lege conuentionis & ꝯctus, sequeretur vnum inconueniens & absurdū, ꝙ non posset princeps ꝯhere: quia cum ꝯctus sit vltro citroque obligatorius, vt l. Labeo. ff. de reg. iur. & hinc sequeret̄, ꝙ cum ex natura cōtractus partes inde contrahentes obligentur adinuicē, princeps non posset contrahere: quia forma substantialis contractus est, vt ex vtraque parte oriatur obligatio, si vero non ligaretur princeps ex suo contractu, sequeretur, ꝙ non posset ꝯhere, & sic esset inferioris conditionis & deterioris q̄ alii inferiores, ꝙ non est dicendum, quia cum sit omnium præsul, videretur esse omnium exul, ꝙ non est dicendum. ¶ Facit, qđ voluit Bart. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. vbi loquitur de statuto, quod transit in quasi contractū cum non subdito, vt non possit reuocari per statuētes. & quod voluit Io. And. in addi. Spec. in ti. de censi. §. nunc dicendum. & in titu. de instru. edit. §. nunc vero aliqua. Barto. in l. priuilegia. C. de sac. san. eccl. & in l. quod semel. ff. de decre. ab ordi. faci. & in l. eū qui semel. ff. de excus. tuto. Cyn. in l. digna. C. de legi. Bald. in d. l. princeps. ff. de legi. & in l. si cum mihi. ff. de dol. & in l. nuptæ. ff. de lena. & in l. j. ff. de constitu. princi. do. Anto. in c. cum M. de cōsti. & in c. quæ in ecclesiarum. de consti. & quod voluit Inno. in c. nostra, de iniu. & in c. dilectus. de tempore ordi. & in c. nouit. de iudi. & in d. c. quæ in ecclesiarū. Et per ista tollitur illud, quod posset opponi, videlicet ꝙ Serenissimi Reges Hispaniæ obtinēt iura principis ī suis regnis, non enim recognoscunt superiorem, vt notatur in c. Adrianus. 63. dist. & etiam dicitur de rege Franciæ: vt per Hostiē. in c. per venerabilem. qui fil. sint legi. quia posito ꝙ ita sit: nihilominus si contrahunt, ligantur lege conuentionis, & cōtractus, sicut priuati contrahentes, & maximè quando cōtrahūt cum non subditis: vt est dictum. posito ergo ꝙ rex Aragonum non recognoscat superiorem: tñ quia contraxit cum cōi Iannuæ de non mouēda guerra, aut bello ad certum tps cum certis pactis, videlicet ꝙ præcedere deberet diffidatio. sequitur, ꝙ est ligatus tali contractu, ergo veniens contra legē conuentionis iniustè facit, & iniustum bellum mouit. cessat enim oīs bona præsumptio: quia in incertis & non certis locus est coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. obli. cum simi. ergo sequitur, ꝙ capta & occupata in tali bello illicito & iniusto non fiunt capientium: sed veniunt restituenda per id, quod hr̄. in d. c. j. ius gentium. & quod voluit Inn. in c. olim. el j. de rest. spo. & in d. c. sicut. & plenissimè per Ioā. de Ligna. in tractatu suo de bello. & per D. Card. in d. c. olim. & per Do. Anto. ibidem & plenè per Do. Abb. in d. c. sicut. & per do. Pe. de Ancha. in repetitione. c. peccatum. de re iud. libr. 6. & in repeti. c. peccati venia. eo. titu. li. 6. & in repetitione. c. accessorium. eo. titu. & li. & in dictis locis refert se habuisse qōnē de facto duabus vicibus de guerra, quæ illis tpibus fuit inter potentissimas ciuitates Venetiarum & Iānuæ: & vt Liuij verbis vtar in simili de secundo bello punico. mille, inquam ciuitates validiores opibus bella inter se gerunt, & de Carthagine & Roma loquitur, & idem do. Pe. in c. ad apostolicæ. de re iudi. li. 6. in sexto notabili dicit, se habuisse de facto: in pace enim inita inter Venetos, & Ianuenses conuentum fuit, ꝙ de depredationibus hincinde perpetratis nō fieret subditis iustitia, sed remissæ intelligerentur: quidam aūt de talibus depredationibus & rapinis emit multos panos scienter, de quorū lucro ditatus est, quæsitū fuit ab eo, an in foro conscientiæ sufficeret illa liberatio & remissio. Idē dicit se vidisse de facto senis. Statuto cauebat̄, ꝙ de criminibus cōmissis tpe guerrę non possit ptās cognoscere, vtrū possit audire repetentem condictione furtiua res sibi subtractas penes reum repertas, refert se dixisse, qđ sic, & remittit se ad sua dicta in d. c. in nostra. de iniur. ibi aūt refert D. Pe. habuisse Senis talem quæstionem, data quadam ciuili discordia: & guerra, quæ viguerat inter ciues, facta fuit quædam reformatio, quòd de criminibus retro commissis a tempore guerræ nō possit officialis cognoscere, post dictam reformationē repetit quidam cuius animalia quæ sunt rapta tpe guerræ penes alium, quæ repetit: sed obijcit̄ sibi dicta re-

cta reformatio, quæritur quid iuris: refert se dixisse, ꝙ dicta reformatio debet intelligi, ꝙ non possit cognosci de criminibus criminaliter, sed ciuiliter, vr̃, ꝙ possit: quia in dubio fiscus, siue commune videtur remittere ius suum, non ius singulis quæsitum, ad hoc allegat, quod no. Barto. post gloss. in l. venia. C. de in ius vocan. & in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verborum obligationibus. Ita ibi residet domi. Petr. Et sic apparet ex istis, quòd cũ istud bellum fuerit motum contra iuris dispositionem, & contra conuentionem & contractum celebratum cum non subdito fuerit iniustum: & etiam quia emanauit sine diffidatione, vnde refert bellissimè Bald. in auth. item nulla communitas. C. de episcop. & cleri. quòd diffidatio est quoddam initium belli, & refert Hostiẽ. & Ioan. And. dicere, quòd Christianus nõ debet offendere Christianum, nisi prius eum diffidauerit. Ita dixit Ioan. And. in capitulo primo, de homici. lib. 6. in ver. diffidatus. nec potest propter pactum iustificari bellum inter aliquos sine authoritate superioris: vt ibidem per Ioan. And. Et dicit etiam ibidem Bal. ꝙ diffidatus iniustè potest agere contra diffidantem
3 ad damna. † quæ probabit per iuramentum: vt per Inno. in c. fi. quod metus causa. Et dixit idem Bal. in l. si manumissori. C. de obseq. quòd in factis armorũ nunquam debet perueniri ad bellum, nisi præcedat monitio & diffidatio, allegat not. in dicto capitulo primo de homici. in 6. & hoc, inquit, est, ꝙ dicunt, indicet bellum: quandoque tamen lex indicit bellum, & tunc non est necessaria monitio: vt in auth. nauigia. C. de fur. Facit etiam, quod voluit idẽ Bald. in commento l. si quam. C. de seruitu. ver. etiam no. ꝙ bellum non potest indici. nisi præcedat diffidatio. allegat no. in dicto capitulo primo, & dicit, ꝙ est tri-
4 plex bellum † videlicet defensionis publicę, vel priuatæ, & istud est licitum. l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi arma. vnde pro tali bello est licitum congregare amicos, & cõducere stipẽdiarios: vt ibi no. Item est bellum recuperationis, & istud non est licitum nisi authoritate principis ꝑmittatur, vel nisi careamus principe, vel periculum sit in mora: vt voluit Inno. in dicto capitulo olim. de restitutio. spoliato. Item est bellum inuasionis, & hoc non est licitum, nisi authoritate iudicis: vt l. prohibitum. C. de iure fisci, libro 10. ¶ Et facit, quod voluit idem Bal. in capitulo primo in titu. quibus mo. feud. amit. vbi dixit, quòd mouens guerram sine diffidatione dicitur agere ꝓditoriè. Et idem Bald. in titu. de pace Constan. §. vasalli. vbi dixit. ꝙ inuadens territorium alterius sine diffidatione dicitur latrunculare. Et etiam debet intelligi necessaria diffidatio ad bona, & ita debet suppleri ad tex. dicto capitulo primo de homici. libr. 6. secundum Hosti. ibi, vel non est necessaria diffidatio ad bona: quia ex quo ꝑsona est diffidata, eo ipso bona & res diffidatæ dicuntur quasi viliores & accessoriæ ad ipsam personam. 12. quæstione prima, capit. præcipimus. c. per vestras. de donatio. inter virum & vxo. l. sancimus. C. de sac. sanc. eccl. Ita dicit Io. And. in dicto capitulo primo, & facit, qđ dicimus, quòd
5 bona sunt accessoria † ad personam, & sequuntur ipsam personam, in auth. ingressi. C. de sac. san. eccle. l. j. & 2. ff. de pecu. lega. sunt enim vilissimæ respectu personæ iuxta illud Lucani in tertio. Sed pars vilissima rerum certamen mouistis opes. Et sic apparet, ꝙ siue habeamus cõsiderationem ad iura communia, istud bellum ex parte regis fuit illicitum: quia
6 propriè bellum licitum dicitur illud, † quod solus princeps, qui superiorem non habet, indicit contra eos, contra quos non competit executio iurisdictionis: vt dixit Inno. in dicto c. olim. & plenè ibi d. Car. in 31. q. & facit 33. q. 8. c. scire. & c. osum. cũ suis concordantijs. & quod voluit gloss. 23. q. in summa. vbi ponit, ꝙ quinq; modis dicitur bellum fore iustum. & per Hostien. in summa de treug. & pac. §. quid sit iustum. & per beatum Thomam secunda secundæ. q. 40. articulo. j. Cum ergo istud bellum non fuerit indictum a Cęsare, nec appareat de iusta causa indicendi bellum, præsumitur iniustum, & vt iniustum iudicatur, vt est dictũ. Et facit. l. negantes. C. de actio. & oblig. & quod voluit do. Car. in d. c. olim. ergo nauis ista capta in tali bello venit restituẽda. Et etiam istud bellum iniustum ex modo & qualitate indicẽcendi bellum: nam bellum non potest imponi sine diffidatione, vt est dictum: sed huiusmodi bellũ fuit
7 sine diffidatione † impositum, ergo restitui debent capta in tali bello. Item fuit contra legem conuentionis & contractus ergo non tenet, & sic est iniustũ. & ideo dicebat Angel. in sua eleganti quæstione incip. renouata guerra, quòd nec reges, nec duces, nec ciuitas, nec barones, nec comites, non populi, non tyranni possunt indicere bellum: quia lex dicit aperte, ꝙ illi sunt hostes, quibus po. Ro. publicè bellum indixit: cæteri autem latrunculi appellãtur, & intelligit, quòd appellantur latrunculi quo ad hoc: quia nullis aliis datum est ius postliminij. ideo notanter dicit tex. in l. postliminium. ff. de capt. & postliminreuer. postliminium est ius amissæ rei recipiendę ab extraneo, & in statum pristinum restituendæ inter nos ac liberos populos, regesq; moribus & legibus constitutum. voluit ergo princeps esse bellum inter eum ex vna parte, & populos ex altera, alijs vero nõ congruit diffidatio. & ideo refert Angel. in d. sua q. Barto. dominum suum malè dixisse, ꝙ si duæ ciuitates rebelles imperio insimul guerram faciant, ꝙ in ilia guerra habeat locum ius postliminij de iure gentium antiquo moribus inducto. licet hodie de consuetudine non seruetur, cui consuetudini standum est secundum quòd idem Barto no. in dicta l. hostes. nam Ange. in d. sua q. dicit nullo iure cautum & expressum se scire, & qui illud scit & inuenit, dicat: vt ibi per Ange. ꝙ hic non examino: quia non expedit. Ex istis sequitur, ꝙ non licuit illi Cathelano inuadere nauem Ianuensem & illam occupare intra illud tempus pacis: aut treugæ duraturæ sine aliqua diffidatione. ¶ Et si quispiam opponat de eo, quod dici posset, ꝙ vbicunque præda est capta per hostes, & deducta ad præsidia hostium capientium, ꝙ tunc dicitur esse effecta de iure capientis, adeo ꝙ si postea auferatur, talibus hostibus dicitur auferri de iure ipsorum hostium, & non de iure primi domini: vt habetur in l. ab hostibus. C. de capt. & postlimi. reuersi. vnde milites recuperãtes prædam & captiuos suos, debent restituere illa dominis, & ibi Bal. intelligit, si incontinenti est præda recuperata: fingit enim tunc nunquam capta propter subitam recuperationem: vt l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi arma. & l. j. C. vnde vi. Si autem fuisset recuperata ex interuallo, tunc cũ ipsorum hostium facta sit perfectè, non debet restitui: sed debet diuidi inter milites recuperãtes, & inter eos qui nõ fuerunt præsentes recuperationi: sed erant positi ad insidias. Ita fecit rex Dauid, qui prædam talem diuisit inter milites; quia positi fuerant ad insidias: vt habetur primo regum, capit. 30. & habetur in l. si quid bello. ff. de capti. & refert Bal. in d. l. ab hostibus. istos armigeros dicere, quod nunquã præda dicitur capi de manibus hostium, nisi postquã pernoctauit in dominio eorum, nam donec armigeri fugiunt cum præda, antequam recipiatur in loco tuto, nunquam est præda sub eorum protectione, & dicit eos dicere veritatem, argumẽto. l. si quis in seruitute. ff. de furt. Cum ergo reducti sunt inter præsidia, dicuntur effecti domini prædæ, ꝙ limitat

Saly.

Salyc.in d.l.ab hostibus.insequuti etiam intra præsidia:quia non sunt tunc recuperantiũ:sed restituenda dominis:quia non censentur fuisse capientium: quia apparet, ꝙ locus non erat tantum tutus:nec illum pro tuto fugientes habuerunt: nec nostra præda vestrorum præsentiam fugit, arg.l.ꝙ enim.ff.de acquiren.re.domi. & quia incontinenti recuperata finguntur non capta,nec perdita.ff.de vi & vi arma. l.qui possessionem, & quod ibi voluit Dy.aut vestri milites non fuerunt tunc insecuti hostes, sed postea ex interuallo aggressuram fecerunt, & res prius captiuatas recuperarũt:& tunc si erant serui,non sunt eorum:sed restituentur dominis iure postliminij. Si verò erãt mobilia,tunc sicut vestes & arma illa sunt capientium,vel recuperantium:quia non sine flagitio.ff.de capti.l.3.sed si erant mobilia,& tunc distinguuntur, aut in his locus est postliminio, & tunc dominis non fit restitutio: sed occupanti siue recuperanti conceduntur: vt d.l.ꝙ enim.ratio est: quia regula est,quicquid in bello capitur,in prȩda esse dicitur.l.si quid bello.ff.de captiui.quæ autem sint illa mobilia,in quibus est locus postliminio,hoc declarat & decidit text.in d.l.2.ꝙ sunt naues curariæ propter vsum belli,non piscatoriȩ:quia voluptatis comparatæ, & similia adeo,ꝙ si iter conuersæ, propter freti impatientiam hostes deuoluerint,postliminiũ habet,& sic domino restituẽter,& sic currus & quadrigæ,super quibus arma,bombardȩ, machinæ, & nichalia pro campo deferũtur,& ipsorum curruum boues,& quadrigarum equi habent ius postliminij, ideo non fiunt militum recuperantium,ita dicit Salyce.in l.ab hostibus.Modo ista doctrina limitatur,

2 † vt præda non restituatur dominis,quando recuperatur ex interuallo:quia est in dominio capiẽtium, quando bellum fuit iustum,& licitum:sed si fuit illicitum,& iniustum,tunc est secus:quia vniuersa capta in bello iniusto sunt restituenda.Et est põderandum istud dictum Salyce.quia etiam decidit casum nostrũ ex eo: quia cum huiusmodi fuerit nauis non piscatoria:sed apta ad bellum,sequitur,ꝙ habet ius postliminij, per text.d.l.2.ergo sequitur,ꝙ posito ꝙ dicta nauis fuerit recuperata de manibus Cathelanorum,tunc cum erat in possessione & dominio ipsorum inimicorum,& etiam ex interuallo fuerit recuperata per istum Iannuensem : nihilominus habet ius postliminij,& debet restitui primo domino, ex quo per vim,& ex illicito bello fuit sub illo Iuliano Stella, ergo est sibi restituenda ratione postliminij.¶ Et si quispiam opponat,de consuetudine Iannuȩ est,ꝙ nauis capta ab hostibus & retenta per eos per aliquod spacium temporis si recuperatur ab aliquo,non restituitur primo domino:vnde posito, ꝙ de iure communi ita sit, tamen consuetudo seruat contrarium,& sic videtur,ꝙ dicta nauis non habeat ius postliminij:quia consuetudo est lex in populo.j. dist.c.consuetudo.l.de quibus.ff.de leg.c.fin.de consue.cum simili. Ad hoc respondeo,ꝙ in dubio debet reduci ad terminos iuris communis.cap.cum dilectus,de consue.l.2.C.de noxa.etiam per verba impropria,vt probatur in d.c.cum dilectus,& facit gl.quæ ad hoc reputatur singu.in auth.ex testamento.C.de colla.secundùm modernos ibi.facit.c.causam,de rescript.& c.ex parte,de verbo.sig.& c.dilecto.eod.tit. c.cum dilectus.c.ad audientiam, de cleri.non resid. & c.ad nostram,de iureiuran.ex quo sequitur,ꝙ illa consuetudo debet inquantum fieri potest restringi ad terminos iuris communis per dicta iura, intelligendo quando bellum est licitum : tunc enim si nauis occupatur ab hostibus,& per vnam noctem seu diem stat in dominio & potestate hostium,& per ipsos Iannuenses aut eorũ armigeros & stipendiarios recuperatur, ꝙ tunc non restituatur primo domino,sed quando bellum est illicitum & iniustũ,tunc est secus: quia illo casu seruabitur ius cõmune,quo disponitur, vt quocunque modo restituatur domino: vt probatur in d.c.sicut. & per consequens non obstat huiusmodi ꝯsuetudo,tanquam sit iuri communi contraria,& recipit talis consuetudo interpretationem restrictiuam a iure communi.Facit,quod voluit Iacob.But.& in l.non dubium.C.de leg.& ibi Bal.& Bar.in l.omnes populi.ff.de iusti.& iure.& ibi Bal.plenissimè Saly.in commento.l.si serui vestri.C. de noxa.& in d.l.non dubium. Et sic nõ obstat huic consultationi illa consuetudo.¶ Præterea accedat, quod voluit singulariter Hosti.in c.dilecti,de arbitr. quem alij scribentes hic sequuntur, & idem etiam voluit in c.bonæ,de appellat.vbi dixit,ꝙ vbicunque res mea peruenit ad te ex iniusta causa, & mihi non est ad repetendam illam rem parata aliqua actio, ꝙ possum implorare iudicis officium:vt faciat mihi restitui illam rem,arg.l.si me & Ticium.ff.si cer.peta. & ita dicit debere intelligi, quod habetur in c. quia V.de iudic.& allegat in argu.l.nam hoc natura.ff.de condi.indebi.& c.locupletari,de reg.iur.lib.6. Et sic videtur in proposito nostro, ꝙ multo fortius potuit succurri huic primo domino iudicis officio, vt consequatur suam nauem ex æquitate. d.l. si me & Ticium.& d.l.nam hoc natura.& d.c.locupletari.Et facit ad hoc, quod voluit Abba.antiquus in c.peruenit.de empt.& vendit.& sequuntur omnes,ibi dicit Ioann.de Imol.quòd quando nulla actio competit, potest iudex ex suo officio prouidere mihi,ne aduersarius meus locupletetur cum aliena iactura,voluit Bar.in l.planè,de pet.hæredi.facit ibi tex.facit text.l. fi.eo.tit.& quod ibi voluit Ange.& ideo pulchrè dicebat do.Anto.in c.cum dilectus, de consuet.ꝙ vbicunq; quis non potest excipere contra iniquè, & iniustè agentem: quia forte obstat sibi dispositio iuris municipalis.Ad hoc ne locupletetur cum aliena iactura,poterit iudex ex suo officio repellere,& ad hoc allegat,quod singula.voluit Inno.in c.cum olim,de censi.refert istud dictum & sequitur Lu.Ro.in l.4.§. hoc autem iudicium.ff.de dam.infect.& etiã in consil.suo,quod in ordine est 65.vbi ita etiam consuluit in contingentia facti, & facit glo.singu.in c.nulli,de accusat.quȩ voluit,ꝙ licet pars non possit repellere aduersarium : tamen iudex ex suo officio poterit repellere.Et facit,quod habetur in c.ad nostram,de iureiuran. vbi iudex prouidet ex suo officio,ne quis locupletetur de alieno, & facit, quod pulchrè consuluit do.Anto.vt ipse refert in c.1.de iudic.vbi dicit,ꝙ æquitate suadente potest, post conclusum in causa interrogare partem, si habet aliquod instrumẽtum ad fundandum suam intentionem per d. c. cum Ioannes Heremita, de fide instrument.& idem voluit in c.1.de lit.contesta.& in d.c.cum Ioannes,& facit, quod voluit glos.& D.Dominicus in c.indemnitatibus.§.sanè,de elec.lib.6.quæ voluit,ꝙ licet pars non possit aliquem iniquè agentem repellere prohibita ex dispositione statuti, ꝙ nihilominus poterit iudex ex suo officio repellere. ita dicamus in casu nostro, cum iste occupator locupletetur cum aliena iactura , vbicunque deficerent omnia iuris remedia primo domino ad recuperandam suam nauem , non deficit iudicis officium , vt sibi prouideatur, ne ille ocupator locupletetur cum aliena iactura.Est enim contra æquitatem iurisgẽtium,ꝙ quis locupletetur cum aliena iactura,vt d.l.nam hoc natura.cum si.& per consequens restituet nauis illi Iuliano stellȩ, primo & verè nauis dño, & multofortius, cũ cõpetat D.Iuliano cõdictio ex d.c.sicut. et l. 1.de iureiur. Et pterea facit ẽt, qđ voluit Sali. in d.l. ab hostibus.ver.

sed

sed pro ampliatione materiæ quæro, si vnus rex cõtra aliũ regẽ, vel vnus baro ꝯtra aliũ baronẽ, vel vna ciuitas ꝯ aliã ciuitatẽ mouet guerrã, & ambo sunt Christiani, & ex parte mouẽtis guerrã nõ est aliqua cã iusta, & ex parte defendentis est iusta causa, an si dumtaxat resistit, & nõ inuadit, ꝗcq̃d capiat de spolijs inimicorũ inuadẽtiũ suũ sit. aut em̃ loquimur in eo, qui mouit iniustam guerrã. & in eo dicit rẽ fore clarã: qa ei non licuit sic facere, & ideo tenetur ad oẽ interesse aduersarij, vt l. sciẽtiã. §. q cũ aliter. & l. si ex plagijs. ff. ad leg. Aqui. & l. inuasor. & l. si quis in tã tã. C. vnde vi. & in l. si quis ad se fundũ. C. ad l. Iul. de vi pub. & allegat pro casu. c. dño guerra. in ti. hic fin. lex dein. incip. cõsue. reg. in vsi. feu. & hoc dicit procedere, qñ nulla suberat causa iusta, sed si suberat cã iusta mouẽdi guerrã, tũc distinguit. aut neuter eorũ cognosci superiorẽ, quo casu dicit, ꝙ iura loquẽtia de captura rerũ mobiliũ & earũ acqsitione locũ hẽt: quia ex quo neuter eorũ suũ superiorẽ cognoscit, qlibet eorũ in suo territorio habetur loco principis, & sic in eis est eadẽ rõ, q̃ est in duobus principibus: & qa ex quo superiorẽ nemo recognoscit, ꝓ iustitia cognoscẽda, & ideo ꝙ ex parte sua iustã hẽt cãm querelę, potest guerram indicere, & mouere, & spolia facere, & ꝑdã iuridicè abducere, ꝗ allegat ad hoc text. valde not. in c. fi. de mili. vasꝗ contu. est in vsib. feu. qui tex. permittit prædam iustè captã posse retineri, arg. l. Graccus. C. de adul. & potissimè, quia hæc est natura licitæ & iustæ guerræ. & contradicit ibi Sal. ꝙ aduersarius, qui iniustè agit, non iuste capit, seu prędari facit, quia quod vim faciat, alteri nephas est. ita ibi residet Saly. ex cuius doctrina apponitur gladius ad hanc hæsitationem. primo vult Salyce. clarè, si rectè ponderetur, ꝙ licet quis non recognoscat superiorem, & moueat guerram, requiritur, quòd iustè moueat guerrã. ergo sequitur, quòd non pręsumitur, quòd iusta ex causa moueat guerram, non recognoscens superiorẽ, & sic illa iusta & bona pręsumptio, quæ est in vero & legitimo imperatore, non militat in alio nõ recognoscẽte imperatorem in superiorem, & est ratio illa, quã superius reddidi: quia imperator quicquid facit, vt Deus facit, vt d. Auth. de hæredi. & falc. in principio. sed non sic reperitur expressum in alio, licet non recognoscat imperatorem in superiorẽ: licet enim habeat iura principis in suo territorio, vt voluit Bar. in l. hostes. ff. de capti. & in l. infamẽ. ff. de publi. iudi. & in l. j. §. de qua. ff. de postul. & in l. j. C. ne quis in sua cau. non tamen loquitur Bar. ꝙ si est eadẽ iuris præsumptio in eo, quæ est in imperatore, ex quo vt Deus ꝑsumitur facere illud, quod facit princeps, ꝙ non est in inferiore, licet non recognoscente superiorem, quia non per omnia æquiparatur imperatori, ꝓ id, qd notant scribentes in ca. per venerabilem, qui fi. sint legi. Item decidit etiam istam ex eo: quia vult, quòd rex mouens guerrã sine iusta causa facit guerram illicitam, & tenetur restituere prædam factam in ipso illicito bello. Et multominus habet dubium in casu nostro ex eo: quia celebrata fuit conuentio inter ipsum illustrissimum Regem & ipsum inclitũ cõmune Iannuæ, vt non posset moueri guerra vsq; ad 20. annos, & si moueretur, deberet moueri præcedente diffidatione. & sic vt superius fuit dictum, imperator ligatur lege conuentionis, ergo multofortius ligatur alius, licet non recognoscat superiorem. Et ad prædicta facit, quod refert Ioan. Andr. in addi. Specu. in titu. de rap. in rubrica, vbi refert Gul. de Suza. in l. ab hostibus. C. de capti. formare quæstionem, quæ tunc temporis in anno 46. de facto ad literam euenire posset, stipendiarij Veronæ insultarunt districtum Mantuę, & ceperunt magnam prædam animalium, contingit, quòd stipendiarij Mantuani post tempus insultauerunt districtum Veronæ, & duxerũt etiam magnam prædam, in qua fuerunt multa de prioribus animalibus, quæ repetebãt eorum priores domini, pro quibus dicit facere. l. si captiuis. §. expulsos. ff. de capt. & postli. re. & bene facit. ff. de acqui. re. do. l. Pomponius. in contrarium dicitur: quia sua probitate acquisiuerũt, ergo ipsorum sunt, sicut alias in simili dicitur in l. 2. C. de allu. & pal. & si illi perdidissent equos, & arma versa vice non refudissent: ideo non petant, cuius contrarium perituri non essent. l. pe. C. de solu. dicit etiam Guido de Suza. primam partem de iure veram per iura inducta, sed consuetudo Italię tenet contrarium, & sic fuit iudicatum, quòd procedit, quãdo non incontinenti fuerunt recuperata: quia tunc secus, vt in d. l. Pomponius. Dicit etiam quæstione procedere, cũ Veronenses erãt hostes veri Po. Ro. quia contra pacem Constan. ita formaliter refert Ioan. An. in præfata addi. & sic Guido de Suza. decidit, istã nauem restituendam esse illi primo & vero domino, & inquantum dicit consuetudinem seruare contrariũ, & sic fuisse iudicatũ, procedit, quando erant veri hostes populi Romani, & sic loquitur, quãdo fuit bellũ licitum, si ergo bellum fuerit illicitum, tunc erit secus. & per cõsequẽs restituitur præda vero dño. & sic Io. An. post Gui. de Suza. indubitãter decidit casum huius q. qa Iãnuenses nõ erãt veri hostes domini Regis: quia ex iniusta causa fuit indictũ huiusmodi bellum contra ius commune, & ꝯ legem conuentionis: ergo sequiť, ꝙ dicta nauis venit restituenda illi Iuliano stellæ primo & vero domino, & multofortius cum dicta nauis non fuerit capta in portu terrarum subditarum Regię coronæ Aragonum: sed fuerit capta in portu Gades in terris Serenissimi Regis Castellæ, & sic in loco nõ subdito Regi Aragonum.

¶ Præterea dicitur in isto puncto, quòd tempore quo emanauit dicta cõuentio inter Serenissimum Regem Aragonum, & commune Iannuę, erat commune Iannuæ in mera & plena libertate, nec recognoscebat superiorem: postmodum verò introductis bellis ciuilibus & intestinis in dicta ciuitate Iannuæ fuit dicta ciuitas Iãnuæ subiecta inclito & Serenissimo dño Regi Franciæ, & iam mota erat guerra ex parte Regis Aragonum contra commune Iãnuæ sine diffidatione & contra legem conuentionis, modo pax trãquilla & ꝯcordia vigebat inter illos Serenissimos Reges Franciæ & Aragonum. Stat difficultas, vtrum sicut dominus Rex Franciæ erat in pace cum Rege Aragonum, ita videatur dicta ciuitas Iannuæ reducta ad pacem cum Serenissimo Rege Aragonum, adeo ꝙ non potuerint depredari Iannuenses: nec naues eorũ ab armigeris, & stipendiarijs Regis Aragonum, vnde posito, non tamen concesso, ꝙ potuerit dominus Rex rumpere guerram cum diffidatione præcedente contra Iannuenses, & fuisset tale iustum & licitũ ex parte Regis, ꝙ reuera non fuit, vt superius ad oculũ demonstraui: nihilominus stat dubitatio, si videatur facta pax inter dominum Regem & commune Iannuæ propter pacem, quæ erat inter ipsos Reges Franciæ & Aragonum. Et licet in puncto mihi transmisso hoc ponatur; tamẽ iudicio meo non videtur necesse insistere circa hũc passum: quia iam ad oculũ apparet, ꝙ bellum fuit illicitum, & iniustum tam ex iure communi, quàm etiam ex lege conuentionis, & etiam ex consuetudine mouentium guerras. Et pro certo mihi videtur, ꝙ videatur reconciliata illa guerra per transitum ad dñium Regis Franciæ. nã omnis dispositio recepit a iure illam restrictionem rebus sic stantibus & sic remanẽtibus vt est text. valde sing. in c. cum P. Gaufredus, de renũ-

per

per quem tex. bellissimum dixit ibi domi. Anto. ꝙ si quis accepit examen priuatum hic Bononię, & iurauit non accipere conuentum alibi, ꝙ illud iuramentum recipit illam restrictionem rebus sic manentibus: quia quæ de nouo emergũt, nouo indigent auxilio. l. de ætate. §. cum ex causa. ff. de interrog. actio. Et facit, quod voluit Lud. Roma. in l. qui superstitis, de acquirend. hæredi. vbi refert Salyc. post Ricar. de Salyceto dicere in l. fina. C. de pac. ꝙ si filia promisit non succedere patri secundùm dispositionem cap. quamuis, de pact. lib. 6. & hoc ideo fecit: quia pater habebat filios masculos, si stante huiusmodi pacto iurato moriatur filius masculus, ꝙ non obstante huiusmodi pacto filia succedet patri: quia illud pactum intelligitur stantibus rebus, vt erant tempore pacti initi. Et facit, quod voluit Bart. in l. qui seruum. ff. de interro. actio. vbi dixit, feci pacem cum inimico, & promisi sub pœna illum non offendere, ꝙ si postea ex delicto bannitur, & ex dispositione statuti potest bãnitus impune offendi, ꝙ nihilominus non obstante illo pacto potero illum offendere: quia intelligitur stantibus rebus, facit c. insinuante, de offi. deleg. Ita videtur dicẽdum in proposito, ꝙ intelligetur huiusmodi bellum indictum a rege contra commune Ianuæ stante illo communi, vt iacebat eo tempore, quo fuit inductum bellum, secus si mutauerit statum illud commune Ianuæ. Et ad hoc adduco in medium decisionem Io. And. in addi. Spec. in tit. de treug. & pace in pe. q. Et quod voluit Bal. in l. cũctos populus. C. de summa tri. & fide catho. & allego tex. meliorem de corpore iuris, insti. de satisda. §. fina. & quod in simili habetur in c. cum olim, de consue. & in simi. in c. de his. 12. dist. vbi ecclesiæ inferiores debent Regi & gubernari secundùm consuetudinem & ius ecclesiæ metropolitanæ. Et allego optimum text. in capitulo translato, de constitu. vbi translato, sacerdotio necesse est vt translatio. l. fiat, vbi translato sacerdotio translata est lex veteris testamenti
9 in lege noui testamenti. Et abolito titulo† regis abo letur vigor ipsius, ideo dicimus, quòd leges Longobardorum non sunt in causis allegandæ pro legibus: quia gens illa & regimen eorum est abolitum, sicut in simili dicimus, ꝙ flumen intrans mare desinit flumen esse, & efficitur mare. Ita dicamus in proposito nostro, ꝙ ciuitas Iannuæ effecta de dominio Regis Frãcię desinat esse inimica Regis Aragonũ, cũ Rex Aragonũ sit in pace & quiete cũ Rege Francię, desinet ergo illa guerra. non autẽ dico, ꝙ ciuitas Ianuæ perdat suas proprias leges, & sua propria statuta. Et adduco in mediũ, quod voluit Bart. in l. j. §. cohęredem. ff. ad leg. fal. & in l. 1. C. de metropo. lib. 10. In c. pastoralis, de priuileg. glo. in c. 1. ne sede vacan. & in c. recolentes, de statu mona. & in cap. temporis qualitas. 26. q. 1. Bal. in l. etiam. C. de iure dot. Gul. de Cu. in l. si conuenerit. §. nuda. ff. de pig. actio. & quod ibi voluit Bar. & quod plenius voluit idem Barto. in tractatu Tiberiadis, in rubrica de insula. in quæstione, quæ incipit, Sed quæro. & facit, quod voluit Ludo. Roma. in suis consilijs, consil. 315. incip. præsens casus duplicem habet dubitationem, & facit tex. val de sing. in c. j. de postula. præla. vbi in pace facta cum Rege Franciæ, & terris suis videntur comprehendi terræ adhęrentes, ergo multofortius terræ suę comprehenduntur, ibi enim fuit appositum edictum in terris Regis Franciæ, ꝙ comprehendantur terræ adhęrentes, & quod voluit Innocen. Ioan. Andr. & alij in c. ad apostolicæ, de re iudi. lib. 6. vbi dicunt, ꝙ pax facta cũ ecclesia Romana videtur facta cum adhærentibus, multofortius videtur facta cum suis. Et facit, quod habetur in l. etiam. C. de iure dot. vbi illud, quod additur territorio censetur esse eiusdem iuris, quod est ipsum territorium. Et ideo bannitus de Castro, quod accedit territorio Paduano, videtur bãnitus de territorio Paduano, voluit ibi Bald. post alios. Ita dicamus in proposito nostro, ꝙ pax facta cũ Rege Francię in terris suis videtur facta cum terris, quę accedunt & accrescunt territorio Regis, & per consequens pax facta cum Rege Aragonũ & Rege Franciæ comprehendit terras, quæ accedunt territorio eorundem regum, & per ꝯns expirauit guerra mota per Regem Aragonum contra commune Ianuæ eoipso, ꝙ commune Ianuæ fuit subiectum dominio Regis Franciæ: & per consequens non potuit capi illa nauis sub illa guerra, ex quo erat nauis illa Ianuensium, & Ianua erat iam effecta de dominio Regis Franciæ. ¶ Et ex istis multifariè, multisq; modis demonstraui dictam, nauem subiacere restitutioni, & debere restitui illi patronæ & domino, videlicet Iuliano stellæ, & ita concludo. Andreas Barbatias doctor & miles 1465. die Februarij Ianuæ.

EPITOME.

¶ Papa potest committere causam laicorũ temporalis fori inter laicos clerico. Et exceptio nullitatis, quæ resultat ex incompetentia non potest impedire exequutionem si latæ sint tres sententiæ.

SVMMARIVM.

Episcopi ordinarij, & similes possunt delegare causas clericis doctoribus, licet non sint canonici ecclesiæ cathedralis. numero 4.

Edictum de iudicibus delegatis est regulariter permissorium. numero 5.

Verba illa (nullatenus audiatur de nullitate) excludunt omnem prorsus nullitatem resultantem ex defectu incompetentiæ. numero 7.

Tres sententiæ tollunt omnem penitus nullitatem. nu. 9.

Euidens nullitas potest impedire exequutionem. nu. 10.

CONSILIVM XXXIX.

CApio primam dubitationem mihi transmissam, vtrũ sententia stantibus narratis in pũcto possit dici nulla ratione incompetentiæ. Et facit dubium illud, quod voluit Ioã. An. in c. suã nobis, de appe. vbi quęrit quid dices, inquit, si causa merè ciuilis inter laicos ratione temporalis iurisdictionis principaliter, vel per app. ad Papam defertur, qui delegat eam laico, vel clerico non ꝯstituto in dignitate, personatu, vel canonicatu ecclesiæ cathedralis valebit, ne delegatio? Dicit se velle doceri super hoc, & per illum text. videtur, ꝙ valeat diligatio: quia sicut in temporalibus dant laicos, ita est in delegatis Papæ, vt delegentur laicis in ꝯtrium arguit. d. c. statutum. in princ. de rescrip. lib. 6. vbi tex. loquitur generaliter, ergo generaliter debet intelligi. ca. solitæ, de maio. & obe. c. vt circa, de priuileg. l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præstan. cum sim. item est eadem ratio in temporalibus, quę est in causis spiritualibus, & ecclesiasticis, ergo erit idem ius. l. illud. ff. ad legem Aquil. cap. translato, de constitut. c. inter corporalia, de transla. Episco. cum simil. Nec obst. secundùm eum dictum c. sua nobis, quia ſm illa tempora non erant determinatæ qualitates personarum delegatarum sedis Apostolicę, quę postea determinatæ fuerunt per conciliũ Lugdunensæ In. quarti, quod postea fuit immutatum in parte per d. c. statutum. item subscriptio illius c. sua, facit pro hac parte & antiqua, vbi dicitur, ꝙ iustè victor impetrauerat executionem committi cuidam, & concludit Ioan. Andr. tenendum esse illud, quod seruat curia, ita ibi residet Ioann. & istud sequitur domi.

domi.Card.in d.c.suam nobis.nisi appareat,ꝙ Papa voluisset illi.c.statutum,derogare,ita ibi dicit in prima quęstione tacta per eum.Postea in secunda quęstione D.Cardi.refert rationes superius expressas,& dicit quòd d.c.statutum.procedit in causis,quarum sunt capaces clerici, quamuis enim generaliter loquatur: tamen debet ita intelligi, vt non inducant absurdum,arg.c.venientes,de iureiuran.& sic si erit causa, qua induceret clericum ad irregularitatem, Papa illam committet non clerico,vt faciat iustitiã. c.fina.ne cle.vel mo.lib.6.& sic domi.Card.sequitur dom.Ioan.An.nihil tamen noui adducit,sed in hoc est merus relator,sed do.Pet.de Anchara.in d.c.sua nobis,refert Ioan.Andr.ibi,& aliud, non dicit,& sic non expresè approbat dictum Ioan.And.sed in d.c. statutum.Io.And.in versic.causæ,dicit:quia ibi nec in qualitate causarum,nec in authoritate distinguitur, videtur, ꝙ si causa temporalis fori etiam inter laicos committatur,sit locus illi ꝯstitutioni: postea dicit pro,& contra,facit d.ca.sua nobis, dicens se de hoc ibi scripsisse,& aliud non dicit. Et mirum,ꝙ Io. An.ibi non adduxerit aliquid de nouo vltra allegata per eundem in d.c.sua,sed Lap.Abb.in d.c.statutum,refert Ioan.And.tenere in d.c.sua,quòd valeat commissio:licet non sit facta canonicis ecclesiæ cathedralis.demum dicit tenendum esse,quod seruat curia Romana.Et sic ponderet diligenter dom.iudicans secundùm intellectum Lapi,quod Ioan.Andr. in d.c.sua,tenet, ꝙ valet commissio:quia sequitur, ꝙ ista sententia non erit nulla,ideo valet & tenet,nisi doceatur,ꝙ curia Romana seruet ꝯtrarium : quia probandus erit stilus,quia est facti,& in facto consistit,vt not.per Ang.in §.ex non scripto ius.institu.de iure naturali,per do.Anto.& alios in c.fi.de consue. sed Ioan.de Ligna.in d.c.sua.dicit, ꝙ de rigore iuris non videtur valere cõmissio per d.c.statutum,sed dicit fore seruandum stilum curiæ: & sic voluit, ꝙ de æquitate valeat talis commissio, & sic cum æquitas præferenda sit rigori,vt in c.fin.de transa.& in l.placuit. C. de iudic. quam iudex semper debet habere prę oculis: vt l.ꝙ si Ephesi.ff.de eo,quod certo loco. l. benignus.ff.de legib.& si dicatur, ꝙ rigor scriptus
1 præfertur æquitati non scriptæ,† vt no.in l.dictis iuribus, & in l.1.C.de legi.cum similib.tamen respondeo,ꝙ iste rigor nõ reperitur scriptus,immo reperitur contrarium scriptum,vt apparet in d.cap.sua,& inferius dicetur, ergo sequitur, ꝙ æquitas ista videtur scripta,& rigor nõ est expresè descriptus in causis temporalibus,quæ inter laicos temporalibus fori versantur:sed præstans doct.dom.Anto.in d.c.sua nobis.referens dicta Io.And.ibi dicit se putare,ꝙ de iure illa constitutio.c.statutum, debet restringi: vt non corrigat d.c.sua,vbi probatur, causam temporalem laicorum posse committi laicis,& sic D.Ant. tenet commissionem posse fieri laico circunscripta solennitate.d.ca.statutum. idem voluit D.Dominicus in d.c.statutum, vbi refert D.Anto.in d.c.sua.dicere, ꝙ ex quo de iure antiquo poterant committi tales causæ laicis,ꝙ text.d.c.statutum, nihil videtur commutare: vnde æquũ videtur, ꝙ valeat commissio talibus facta,ꝙ videtur verum tenendo,ꝙ d.cap. sua.permittat talibus causas committi: quia si teneremus,ꝙ ille text.hoc non permittat, tunc staremus dispositioni.d.c.statutum.ita residet domi.Dominicus ibidem,& sic cũ omnes communiter teneant istam partem,ꝙ in d.cap.sua.permittatur causa vertens inter laicos committi laicis,vt tenuit Ioan.An. do.Card.do.Pe.& alij superius relati,sequitur,quòd vt euitetur iurium correctio, quòd dispo.d.c.statutum, non correxit quò ad laicos dispositionem d.c. sua nobis.Sed do.Abb.consiculus meus in d.ca.sua nobis, refert verba Ioan.An.& etiam verba do.Ant. qui secundùm eum dicit,æquius esse tenere,ꝙ illud d.c.non est correctum, ipse verò dicit aduertẽdum, ꝙ ratio d.ca.statutum militat etiam, cum causa est inter laicos:nam principalis ratio illius ca.est decor sedis Apostolicæ.nam quędam ignominia est,& dedecus quoddam priuatam personã maximè vilem tenere locum Papæ, vt ibi in glo.no.ergo eadem debet esse iuris dispositio, maximè cum illud capitulum generaliter loquatur:dicit tamen,quòd alio respectu plus placet sibi opin. contraria : quia clerici
2 † maximè in dignitate positi non debent occupari in causis temporalibus,maximè laicorum,argu.c.te quidem. 11.q.1.& c.reprehensibilis.13.q.8.& hoc dicit esse notandum,& ita residet,& sic do.Abb.sequitur opinionem do.Anto.Bald.ibi nihil de hoc passu dicit, nisi ꝙ refert dictum Ioan.Andr.vnde aliquid circa hanchęsitationem vidẽdum est in casu nostro quid debeat iudicare do.iudicans. Ego ante omnia considero,ꝙ Ioan.And.& alij nihil dicunt, quando causa laicalis committitur laicis, aut clericis per legatum sedis Apostolicæ:non enim loquuntur, nisi quando committitur per Papam in d.ca.statutum: loquitur,quando causæ committuntur authoritate literarum sedis Apostolicæ, vel legatorum eiusdem: sed nihilominus loquitur ille textus, quãdo legatus sedis Apostolicæ committit causam vt legatus, sed qñ committit causam,vt Vicarius generalis Papę in temporalibus non loquitur ille textus,vnde posito, non tamen concesso,quòd d.c.statutum, corrigeret dispositionem.d.cap.sua nobis,vt legatus sedis Apostolicæ deberet cõmittere causam personis designatis in d.c.statutum,nihilominus eo casu,quo non vt legatus sedis Apostolicæ, sed vt Vicarius generalis Papæ in temporalibus committeret cãm laicorum laico non esset contra dispositionem.d.c.statutum, cum loquatur de legato sedis Apostolicæ & non Vicario generali in tẽporalibus sedis Apostolicæ, quo casu sequitur, ꝙ correctio debet intelligi in casu expresso in lege corrigente,aliàs secus:quia non intel-
3 ligitur correctum † nisi illud,quod expresè corrigitur: vt in l.sancimus.C.de sacrosanctis ecclesijs.l.pręcipimus.C.de appella.l.si verò.§. de viro.ff.solu.matrimo.c.constitutionem,de regula.lib.c.1.cum simi. & sic cũ in casu nostro, vt generalis Vicarius in temporalibus do.legatus istam causam commiserit. sequitur, quòd non vendicat sibi locum dispositio.d. c.statutum, quia illud, quod non dixit lex, nos non dicemus: vt l.si seruum, versic.non dixit prætor.ff.de acquirenda hæreditate, sed episcopi ordinarij & si-
4 miles possunt delegare † causas clericis doctoribus, licet non sint canonici ecclesiæ cathedralis, vel non sint in dignitate ecclesiastica constituti, vt voluit gl. in d.c.statutum,in versi.sedis Apostolicę,ergo sequitur,quòd vt Vicarius generalis poterit committere causam temporalis iurisdictionis,quę vertitur inter ipsos laicos laicis. ¶ Et si quispiam mihi dixerit,amice,quæ differẽtia est, an aliquis vt legatus Apostolicus aliquid faciat,an vt Vicarius generalis. Respondeo,ꝙ est differentia,& ad hoc allego Bald.in indiuiduo in l.aliquando.ff.de offic.proconsul.in 14.q. vbi quærit pone, ꝙ Papa facit aliquem Cardinalem Vicarium in aliqua prouincia, an poterit conferre beneficia, sicut potest legatus. Et decidit quòd non potest: quia legatus iure legationis confert, sed Vicarius generalis non confert,allegat.c.1.de offic.Vica. li.6.& l.prohibere.§.planè.ff.quod vi aut clam.& sic refert, an quis faciat actũ vt legatus Papæ, an faciat vt Vicarius generalis Papæ,cum ergo.d.c.statutum. requirit certas qualitates,quando legatus committit causam,sequitur, ꝙ illa qualitas non requiritur,

quando

quando vt generalis Vicarius cõmittit causam temporalem laico, & sic illud, quod non dixit lex, nos non dicemus,& sic ex isto capite valuit sententia lata ab illo primicerio doctore,licet ex bulla Papæ primicerias sit officium in dicta ecclesia Sãcti Petronij, & non sit dignitas, & est nouus intellectus ad hanc consultationem, ꝙ est perpetuò notandum.Secundò est aduertendum:quia gl.in d.c.statutum,in ver. legatorum videtur in terminis sentire hanc meam doctrinam.Dicit enim,ꝙ illa litera intelligitur generaliter in omnibus legatis, quorum ea sunt genera, vt in c.pen.de offic.lega.& in c.eo.j.titu.lib.6.postea dicit,ꝙ verum puto indifferenter cum ex legationibus vigore committit causam. Et sic aperto ore sentit illa glo.ꝙ tunc habet locum dispositio illius cap. cum vigore legationis committit,ergo si committit causam vt Vicarius generalis, non habet locum dispositio illius c.& sic glo.illa vult,quod superius dixi.& sic non videtur esse ita absurdum, vt quis clericus gerat vices Vicarij, sicut si gerat vices legati. ¶ Præterea considero illud, quod voluit glo.in d.c. statutum,in verbo committatur,quæ dicit,quòd in opprobrium episcoporum & magnorũ clericorum cederet, quòd ipsi litigarent coram rudibus & pannosis clericis, ex quibus verbis datur clarè intelligi, ꝙ d.capitu.statutum,loquitur in causis vertentibus inter clericos & non inter laicos: quia cum clericatus sit dignitas, vt in c.denique.4.dist.in versi.dignitas ecclesiastici gradus exornat.1.q.1.c.reperiuntur: ideo non vẽdicat sibi locum in causis temporalibus ipsorum laicorum,quibus non esset dedecus litigare coram clerico,qui respectu ipsorum laicorum dicitur habere dignitatem,& sic apparet,quod glo.ibi sentit,quòd dictum c.loquitur in causis clericorum & nõ laicorum,ex quo sequitur,quòd iura antiqua sunt correcta quò ad causas clericorum,& non laicales & temporales ipsorum laicorum. ¶ Præterea accedat.d.c.sua nobis,in versic.Petro & eius collegę obtinuit a nobis delegari,& in versi.nos prædictum Petro & eius collegæ dedimus in mãdatis, hoc modo inducendo. vbicunque apponitur nomen proprium,si est clericus, exprimitur in iure, si est laicus non aliter exprimitur, iste est tex.in ca.ex literis. de transac. & in c.cum adeo. de rescrip. sed in litera in d.c.sua.non dr̃ Petro clerico,ergo erat laicus. Et sic apparet, ꝙ per iura canonica committebatur causa temporalis laico, dicere aũt, ꝙ deberet hodie committi clericis constitutis in dignitate, aut canonicis ecclesiæ cathedralis, esset corrigere.d.ca.sua nobis. sed regula est in iure manifesta, ꝙ vbicunque lex noua corrigit legẽ antiquam,debet de illa facere mentionem specialiter,iste est text. melior, q̃ reperiatur in iure,in l.fi.in ver.specialiter.C. de indic.viduit.ita illum tex.allegat Ludo.Ro.in repeti. authen.similiter,ad finem.C.ad legem Falci. Et facit tex. in l.si qs in princ.testamenti. in ver.specialiter.ff.de lega.3.& tex.in §.si verò expressim.in authen.de hęre.& falci. collat.1. quoties agitur de correctione iuris antiqui expresse debet dici, vt plenè scribit ibi Angelus, ergo debuit dictum.cap.statutum fecisse mentionem specialiter illius c.sua nobis, ꝙ quoties a sede Apostolica,vel ab eius legatis committuntur causæ temporalis fori inter ipsos laicos,deberent cõmitti constitutis in dignitatibus,vel canonicis ecclesiæ cathedralis,sed illa constitutio hoc non facit.ergo sequitur,ꝙ stabimus legi non correctę,ex quo specialiter non apparet de eius correctione,arg.l.sancimus.C. de testa.& l.præcipimus.C.de appellat.& facile erat exprimere hoc in lege noua.si ↄditor illud voluisset, & verisimiliter illud expressisset,argument.c.ad audientiam,de deci.& c.maiores,de bap.& l.1.§.finaliter ad deficientis.C.de cadu.tollen.& l.1.ff. si mens. fal.mo.dixe.cum simili.& facit:quia illud,quod speciali nota dignũ est,si omittatur,videtur neglectum, vt pulchrè dixit textus in lege apud Labeonẽ.§.hoc edictum,in versic.nisi specialiter notentur,videntur neglecta.ff.de iniur.ergo sequitur,ꝙ videtur Papa in causis temporalis fori inter ipsos laicos voluisse stare dispositioni iuris antiqui,vt possit committi talis causa siue clericis,siue laicis. ¶ Præterea facit, edi-

5 ctum de iudicibus delegatis†est permissorium regulariter,sicut dicimus de testi.l.1.ff.de testi.c.1.eod.ti. Idem in procurato.l.mutus.ff.de procu.Idem in matrimonio.c.cũ apud,de spõsa.Sacerdos verò nõ reperitur expresse prohibitus esse delegatus Papæ in causis temporalibus ipsorum laicorum, ergo censetur permissus.Facit dictum Spec.in tit.de delega.§.constiterit.Et ad hoc adduco simile & ad hanc consultationem accommodatissimè,videlicet, sacerdos potest esse delegatus laici, & recipere delegationem a laico in causis laicorum. ergo fortius delegatus Papæ in causis laicorum:vt apparet.23.q.8.c.sæpe.& c. sequenti.c.in archiepiscopatu.de rapto.in c.inter dilectos,de fide instrumento. ¶ Nec obstat, si dicatur, ꝙ sacerdos debet vacare diuinis & horis suis canonicis iuxta illud ꝓphetæ, septies laudes tibi dixi Deus. c.1.de celebra.miss.quia intelligo,ꝙ illas horas non omittat,aliàs si omitteret propter cognitionem causarum peccaret. ¶ Nec obst.l.non distinguemus.§. sacerdotio.ff.de arbit.quia immo facit pro,inquantum probat, ꝙ potest in sacerdotem compromitti. Et si intelligatur de quadã dignitate temporali,quę sacerdotiũ appellatur,vt solet dici in l.si quis in conscribendo.C.de pact.& in c.si diligenti,de foro competen.nihil faceret ad propositum.Non obstat,si dicatur, & sicut causæ ecclesiæ sunt committendæ viris ecclesiasticis:ita seculares secularibus,vt ĩ c.quoniam.10.dist.& in c.nouit,de iudi.nec cura rumpantur,vt in c.solitæ, de maio.& obe.quia per hoc non sequitur, ꝙ excludatur clericus: nam clericus supplet negligentiam secularis etiã in causis laicalibus, sed non est contra,vt not.in c.qualiter,de iudic.nec obstat.c.te quidem.11.q.j.quia intelligitur,quando sacerdotes propter hoc retraherentur a diuinis. Potest etiam dici,ꝙ Deus non vult,ꝙ sacerdos ordinetur ad hoc,vt sit iudex,vel cognitor negociorum secularium. ¶ Et faciunt,quod voluit Io.Cald.in consilijs suis in titu.de offic.delega.consilio 6.vbi consuluit,ꝙ sacerdos potest recipere delegationem causarum ciuilium inter laicos a superiori laico,ergo fortius põt recipi a Papa,vel ab eius legato.Dicit etiam ibidem Ioan.Cald.quòd Papa interdum committit causam ciuilem inter laicos laico. Interdum prælato ecclesiastico,& allegat dictum capitulum sua nobis,& dic, quòd per dictum c.sua nobis.apparet responsio ad l.repetita. C.de episc.& clericis,& quod notat Innocen.in c.1.ne cle.vel mo.quæ omnia habent locum,quando talis prælatus, vel clericus vellet causam ciuilem audire ex se, & de ea cognoscere inter laicos, vel qñ constitueretur iustitiarius generalis domini temporalis;vt patet in d.c.j.ne cleri. vel mona.& ita loquitur Gratianus.11.q.1.§.ex his, secus dicit,quando ex ordinatione superioris etiam secularis in vno articulo.allegat no.per Inno.in d.c. in archiepiscopatu. ita formaliter dicit Ioan.Cal.in præfato ↄsilio, ex cuius dictis deciditur ista quæstio formaliter, vult enim Ioan.Cald.quòd c.sua nobis, procedat tam in prælato, quàm in clerico,dum dicit,ꝙ clericus potest deputari cognitor ciuilis causæ inter laicos non solum per Papam, sed etiam per secularem. Et sic duo concludit Ioan.Cald.ibi,quòd d.c.sua.probat,ꝙ Papa committebat causam laicorum

rum temporalis fori laico,& sic apparet,ꝙ olim poterat committi per Papam causa fori temporalis inter laicos clerico.Item ꝯcludit,ꝙ clerico etiam committi potest per Papā,vel per secularem, nec loquitur ibi,quòd Papa ex certa scientia ita committit,& loquitur ibi Io.Cald.secundùm iura moderna, ergo sequitur,ꝙ d.c.statutum.hodie non corrigit.d.c.sua nobis, & incipit illud consilium. An sacerdos, vel prælatus. ¶Præterea facit, ꝙ sermo relatus personę debet intelligi secundùm qualitatem personę, cui refertur,vt l.plenum.§.equitij.ff. de vsu & habi. & ibi dicit Bald.ꝙ si maritus legat suæ vxori lectum, ꝙ intelligitur de lecto viduali.Facit l.ex militari.ff. de test.mil. Et ibi dixit Bald.ꝙ si conceditur episcopo,vt tempore interdicti possit episcopus celebrare diuina,ꝙ intelligitur in pontificalibus. Facit, quod voluit Innocen.in cap.pastoralis.de dona. Modo in proposito nostro cum in d.ca.statutum. dicatur de causis,qua committuntur per sedem Apostolicam, intelligitur de ecclesiasticis ex eo:quia tex.ibi dicit, nullis nisi dignitate præditis causæ committantur, referendo illud verbum causæ,ad constitutos in dignitate, debet intelligi de causis ecclesiasticis ꝑpter eorum excellentiam,argument.c.inter corporalia, de transla.episc.ex quo enim Papa vult,ꝙ non committant,nisi viris ecclesiasticis constitutis in dignitate,inteligitur de causis ecclesiasticis,vt in simili dixit Bald.in l.fina.C.de hæred.institu.vbi dicit,ꝙ subtilibus aduocatis sunt committendæ causę subtiles.Ita dicamus, ꝙ viris ecclesiasticis in dignitate constitutis committantur causæ ecclesiasticæ,nec est verum cum reuerentia Ioan.And.ꝙ est eadem ratio in causis ecclesiasticis, quæ in causis tēporalibus ipsorum laicorum:quia maioris excellentiæ sunt ecclesiastica,quàm temporalia,vt in d.cap.inter corporalia,& per consequens non est eadem ratio,vt dixit Io. An. ¶Præterea istam partem decidit do.meus Ioann.de Imo.in d.cap.sua nobis,vbi dicit,ꝙ ile tex.procedit, qn̄ commissio fit inter laicos subiectos Papæ ratione temporalis iurisdictionis,& de re temporali,quo casu etiam videtur hodie procedere: secus quando commissio fiet inter clericos, vel etiam inter laicos de re ecclesiastica:quia tunc habet locum.d.c.statutum,& sequitur doctrinam domini Anto.ibi dicentis,ꝙ si aliter apparet satis putat æquum de iure, illud.cap.statutum, restringi, quando commissio fit inter clericos, vel etiam inter laicos super re ecclesiastica,secus si inter laicos & de re temporali, vt sic correctio iuris euitetur,argument.c.cum expediat, de elect.li.6.videtur esse satis rationabile secundùm Io.de Imol.qui ita residet super hoc passu. Et sic ista videtur esse communis opin.modernorum,quia illam sequitur do.Anto.do.Abb.Ioan.de Imo.dominus Dominicus & alij,quos superius retuli,ergo secundùm illam erit iudicandum, & consulendum, vt in c.ne innitaris,de consti.c.in canonicis.19.dist. c.de quibus.20.distin.l.1.ff.de senato.l.athletæ.§.j.ff. de his qui not.infa.l.ita vulneratus.ff.ad legē Aquil. l.j.ff.de offi.questo.in ver.crebrior apud veteres opi. glo.in c.1.de postu.prǣla.lib.6.Hostien.in c.capellanus,de ferijs.Item ista opi.est æquior,vt dixit do.Anto.Ioan.de Imol.& D.Dominicus,vt superius retuli. ergo est præferenda.l.benignius. ff. de legi.l.placuit. C.de iudic.Item istam partem firmat Ioan.Cald.in consil.allegato superius. item per hanc opi.iudicia recipiunt faciliorem expeditionē,ad quod vtraque censura intendit summopere,vt l.properandum.C. de iudic.c.finem litibus,de dolo & contu.cum sim. Et maximè in casu nostro,quia iā lata est sententia, nec fuit oppositum. ¶Et si quispiā opponat de eo, quod voluit glo.in d.c.statutum,quę dixit,ꝙ posito, ꝙ pars non opponat,ꝙ nihilominus non tenet iudicium:quia ipso iure est nullum, nec possunt partes facere, ꝙ iudicium teneat per illud, quod habetur in d.c.statutum.§.fina.in versi.ipso iure iudicium sit irritum & inane. & sic consensus partium nihil potest operari.Ad hæc respondeo,ꝙ dictum illius glo. procedit in casu illo,quādo causa ecclesiastica committitur non constitutis in dignitate, vt est dictum, secus qn̄ committitur causa temporalis ipsorum laicorum,ergo &c.item quia, vt superius dixi, nos sumus in casu,quo vt gn̄alis Vicarius Papæ fecit istam commissionem respectu temporalis iurisdictionis, ergo sumus extra illum casum, quem considerauit Ioan.And.item gl.Ioan.An.rectè ponderata, vt ego superius deduxi, tenet istam partem. item quia Io. An.non attingit in specie casum, quo legatus committit.item facit, quod in simili pulchrè dixit Host. in c.2.de delictis pue.vbi dixit, ꝙ validum est statutum apponens pœnam pecuniariam pro homicidio post factum, sed ante factum non tenet ex eo: quia dat materiam delinquendi.Et facit,quod voluit Io. An.in c.1.de testa.lib.6.vbi dicit reducendo ad concordiam opi.Hosti.cum opi.Archid.vt ante factum procedat opi.Archi.ita dico in proposito,vt ante factum procedat dubitatio Ioan. An. sed post factum non procedat dubitatio sua.vnde cum sit lata sententia,& sic sumus post factum,valeat & teneat,sed ante factum donec litigabitur in iudicio, si fuisset opposita exceptio,procedat dubitatio Ioan.And.cum ergo sit lata sentētia,sequitur & meritò, ꝙ valuerit, & valeat talis sententia,& sic illa glo.loquitur eo casu,quo causa est ecclesiastica:secus si temporalis inter meros laicos:quia tunc potest committi laicis & etiam clericis non habentibus qualitates.d.c.statutum. item quia Ioan.An.vt superius retuli post Lapum sentit,quòd valeat iudicium,sed seruabitur stilus curię,ergo si non apparet de stilo,sequitur,quòd remanet sententia valida. item etiam facit, vt dixit in puncto:quia ille primiceriatus de iure communi est dignitas,vt not.in c.cum accessissent,de consti.& per doctores.in c.quia,de consue.li.6.& in c.de multa,de præbend.nec erat illa bulla papalis notoria,ꝙ primiceriatus Sancti Petronij esset officium, & non dignitas,ergo sustentabitur sententia fauore publicæ vtilitatis per ea, quæ habentur in l.Barbarius.ff. de offi.prętọ.& in l.si arbiter.C.de senten.& interlocom.iudi.& in l.j.C.de testam.cum simi.& sic iustam habuerunt ignorātiam litigantes, ergo excusari debent,& per consequens tenet sententia, vt not.in c. sciscitatus es,de rescript.cum simili.item facit:quia in casu nostro cōcurrunt tot ad vnum, vt valeat sententia,quia sumus extra casum,quem considerauit Ioan.And.in d.cap.sua nobis:quia concurrit, ꝙ iste est sacerdos,doctor & primicerius:quia censetur dignitas primiceriatus de iure cōmuni,& partes ignorabāt illam bullam, & etiam do.legatus ignorabat illam bullam. Item quia partes litigarūt coram illo legato,& lata fuit sententia.Itē quia erat causa temporalis ipsorum laicorum, & per consequens facit illa doctrina glo.quæ non prosunt singula,multa iuuant,vt dixit glo.in l.2.§.1.ff.de excu.tuto.cum similibus.Et sic multifariè,multisque modis demonstraui huiusmodi sentētiam valere,& illam exceptionē vanam, & friuolam esse ad differendum iudicium, & fatigandum partem litibus & expensis: ideo non debet audiri, nec admitti.l.satis aperto.C.de fal.ca. super hoc.de renuncia.cum similibus. Et ideo concludo circa primam dubitationē, & per consequēs poterit fieri executio illarum trium sententiarum. ¶Capio nūc aliam dubitationem, videlicet posito, non tamen concesso, ꝙ iudex fuerit incompetens, vtrum

vtrum si computando sententiam latam ab eo sint latæ tres sententiæ conformes possit peti executio illarum, iuxta illud quod in clemen.1. de re iudica. non obstante dicta exceptione incompetentiæ. Pro certo non erat opus intrare hunc conflictum dispu tandi: quia ex superiori dubio apparet liquidò, ꝙ ille primicerius non fuit incompetens. Sed vt morem geram quærenti, aliqua afferam in medium, succinctè tamen. Et quidem glo. in clemen.j. de seque. pos. & fruc. dicit, quòd licet contra sententiam non possit opponi de nullitate: tamen poterit opponi nullitas resultans ex incompetentia iudicis, alle. l.2. ff. de poe. facit tex. in l.3. §. quod ait pretor. ff. qui satis. cog. per quem tex. arguit ibi Barto. oportere constare de sententia. Ideo inquit, statuto cauetur, ꝙ qualiscunque fuerit sententia arbitri, mandetur executioni, ꝙ ante omnia constare dedet, quòd ille fuerit arbiter, idem voluit in l.1. §. & parui. ff. quod vi aut clam. vbi dicit, cauetur statuto, quòd contra publicum instrumentum non possit opponi exceptio, ꝙ constare debet illud esse publicum instrumentum, voluit dom. Ant. in c. licet de euitanda, de elect. & in c. item cum quis, de restitu. spol. Bald. in l. testamenta. C. de testa. & in l. si quis filio. §. irritum. ff. de iniu. testa. & in l. pe. ff. de iusti. & iur. & in l. fin. C. de excep. Ang. in l. si expressim. ff. de appell. & in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de oper. nou. nunc. cum simil. ergo sequitur, ꝙ posito, ꝙ cle.1. de re iudic. dicat, ꝙ non possit opponi de nullitate, sequitur, quòd nihilominus poterit opponi de nullitate, quæ resultat ex defectu incompetentiæ iudicis. facit, quod habetur in l. non erit. §. dato. & quod ibi voluit Ange. de iureiur. & in l.1. ff. de his, qui not. infa. & quod ibi voluit Ange. ergo impedietur executio, ex quo sententia est nulla ex defectu incompetentiæ iudicis, & sic sumus extra casum. d. clemen.1. de re iudic. ¶ Sed glo. in d. cle.1. de re iudic. vt communiter sentiunt doc. est contraria glo. prealle. ꝙ immo non possit opponi nullitas ex defectu incōpetentiæ, & sic dicunt, ꝙ dictę glo. sunt contrariæ ad inuicem: ideo stat difficultas in demonstrando, quęnam glo. dixerit verius, an glo. cle.1. de sequestra. an glo. cle.1. de re iudi. Et quidem dantur variæ responsiones & concordantiæ, vt refert Ioan. de Imo. in d. l. de pupillo. §. qui opus. & in d. l. si expressim. illud tamen est indubitatum: quia vlti. opi. gl. est illa, quam ponit in clemen.1. de re iudi. quia ex quo est vltimo loco apposita, videtur esse sua opi. arg. l. qui filium. §. Sabini. ff. ad Trebel. & argu. eius, quod dicimus de Inn. vt opin. quam ipse approbet, sit illa, quam ipse vltimo loco refert. Ita videtur dicendum in proposito, vt opi. glo. sit illa, quam posuit in cle.1. de re iudi. ergo secundùm illam erit iudicandum & consulendum, argu. eius, quod voluit Bald. in l. hæreditas. C. depositi. & in l. precibus. C. de impub. & alijs substit. & Iacob. But. in l.1. C. de iur. om. iud. & Bal. in l. cum non solum. §. necessitate. C. de bo. quę libe. vbi dicit, adhæreas Odofredo veritatis. j. glo. & in perpetuum non errabis. idem voluit in l.1. ff. de vulg. & pupill. & ideo pulchrè dixit Barto. in consi. suo incip. Andriolus, quod est quintum in ordine, sequere gl. ordinariam, quę præ cæteris melius intellexit. Ideo iudicandum erit secundùm opin. vlti. loco recitatam, posito (non tamen concesso) quòd illæ gloss. essent contrariæ. Vlterius dico, quicquid dixerint doctores in præfatis locis, ꝙ gl. dicti. c. j. de seq. vtitur alio modo loquendi, quàm colligitur ex gloss. & ex text. cle.1. de re iudi. j. gl. loquitur, quando statutum, aut lex dicit, quòd nulla exceptio possit opponi: tunc enim poterit opponi nullitas resultans ex incompetentia. Ita formaliter loquitur gloss. d. cle.1. de seque. sed tex. d. cle.1. de re iudi. ad quem gl. ibi se refert dicit de nullitate ipsarum, vel alicuius ex eis nullatenus admittatur: Ita formaliter dicit ibi tex. Vnde aliud est dicere, ꝙ nulla exceptio opponi possit, quo casu potest opponi nullitas resultans ex defectu incompetētiæ. Et aliud est dicere, de nullitate nullatenus admittatur: quia illa verba, nullatenus, sunt verba pinguia & magis ampla, & excludunt etiam nullitatem resultantem ex incompetentia. Et sic aliud est dicere, nullatenus, de nullitate audiatur. Et aliud est dice-
6 re, nulla exceptio admittatur: quia vniuersalis † negatiua omnia negat, vt dixit gl. in ver. nullum, in cle. cle.1. de præbend. & ibi text. de verbo, nullatenus, & ideo dicebat dom. Anto. post Zenze. in d. cle. j. de sequest. in versic. nullatenus absoluatur, quòd illa verba excludunt dispensationem, & allegat ista iura Io. de Imo. in l. pe. ff. de præto. stipu. ad intellectum. l. fin. C. de noua. facit glos. in cle.2. qui. de ætate & qualit. quæ vult, quòd illa verba, nullo modo, excludunt dispensationem, vt aliter dispensari non possit, quam glo. alle. pro singulari Ioan. de Imol. in l.3. ff. de testa. super illo articulo, si statutū possit disponere, quòd pupillus possit testari, vbi Ange. decidit, quòd non. Et ad hoc alle. l. fi. C. de testa. mil. ipse alleg. glo. d. cle. hi qui. Facit simile, quod dixit glo. in l. cum pœna. ff. de arbi. vbi licet, quis non teneatur de euictione, qn̄ emptor compromisit, nihilominus sit in promissione per venditorem facta fuit dictum, qualitercunq; euincatur, ꝙ tunc includitur etiam si per compromissum. Facit in simili glo. in cle.1. de iudic. in versi. quibuscunque. Facit simile, quod voluit Angel. in l. quod si nolit. §. si q̄d ita. ff. de edi. edict. vbi dixit promisi Titium præsentare iudici toties, quoties mandatum mihi fuerit, ꝙ intelligitur vsq; ad sentētiam, etiam si ab ea fuerit appellatum, vt est casus in l. grecè. §. post litem. ff. de fideiusso. tamen si dixit toties, quoties, & quandocunq;, ꝙ intelligitur etiam post sententiam, ad hoc vt illa verba prægnantia, quandocunque, operentur. Facit simile, quod dixit glo. in d. cle.1. de re iudi. quam Ioan. de Imo. ibi reputat singularem, vt illa verba alia, quæuis copulent, etiam maiora expressis. Facit gl. in cle. ne Romani, de elec. facit. c. quia frustra, de vsur. in ver. nullatenus. & tex. in clem. constituimus, in versic. nullatenus. 3. q. 5. & tex. in c. super literis, de rescript. in versi. nullatenus. vnde sequitur, quòd illa verba nullatenus, de nullitate audiatur, excludunt omnem nullitatem, siue ex incōpetentia veniat talis nullitas, siue veniat ex alio defectu, ad hoc vt verba aliquid vltra operentur. Facit simile, quod voluit Ang. in l. non solùm. ff. de rei vendic. vbi dixit statuto cauetur, quòd victus victori condemnetur in expensis, ꝙ ad hoc vt verba aliquid operentur, intelligatur, etiam si habuit iustam causam litigandi, alle. glo. ibi. idem voluit idem Ang. in authen. de exhiben. re. in prin. alle. §. j. & ibi dicit esse gl. sing. Ita dicamus in proposito nostro per illa ver-
7 ba, nullatenus audiatur de nullitate, † quòd non poterit opponere nullitatem resultātem ex defectu incompetentiæ. Et sic aliter loquitur glo. ibi, quam loquatur glo. in d. clem.1. de sequest. pos. & fruc. Et est etiam considerandum, quòd ista consideratio mea habet rationem optimam considerata materia, super qua loquitur. d. cle.1. de re iudic. loquitur enim eo casu, quo latæ sunt tres sententiæ: nam magna
8 est præsumptio, quę resultat ex vnica sententia: † vt c. cum inter vos, de re iudic. c. Pisanis, de restitu. spol. cap. in præsentia, de renun. l. Herennius. §. Caia. ff. de euict. quanto ergo fortius orietur præsumptio vehementior, quando sunt latæ tres sententię, & sic cum glo. in cle.1. de sequest. pos. & fruc. loquatur eo casu, quo lata est vnica sententia: tunc enim non resultat tam magna præsumptio, & glo. d. cle. j. de re iudi. loquatur,

quatur, quando sunt latæ tres sententiæ, sequitur, ꝙ ex vno non infertur ad reliquum: quia ex separatis non infertur. l. eum actum. ff. de neg. gest. cum simil. Et ideo istud est in casu clem. 1. de re iudi. quia Papa vult denotare aliquam specialitatem latis tribus sententijs: sed si dicta glo. esset vera, sequeretur, ꝙ nulla esset specialitas, ꝙ non est dicendum: ideo sequitur, ꝙ gloss. d. cle. 1. loquitur in alio casu. Et ideo dicebat Ludo. Roma. in suis notabilibus. not. 238. vbi dicit, ꝙ si latis tribus sententijs opponatur euidens nullitas, quòd propter talem exceptionem non retardabitur executio, & mouetur ex eo: quia Papa voluit notare aliquid specialitatis latis tribus sentẽtijs. Ita dicamus in casu nostro. Et sic videtur domi. Lud. sequi glo. clem. 1. de re iudi. ¶ Præterea facit, quod voluit domi. Anto. in d. cle. 1. de re iudi. vbi dicit, quòd aliud est quærere, quando ius repellit funditus nullitatem: quia tunc repellit nullitatem, quæ resultat ex defectu incõpetentiæ, casum dicit esse ibi, & aliud est quærere, quando repellit nullitatem simpliciter: quia tunc non videtur repellere nullitatem, quæ resultat ex defectu incompetentiæ, vt sequitur istam doctrinam D. meus Ioan. de Imo. ibi, & sic dicunt illud, quod superius dixeram, sed vbicunque sunt latę
9 tres sententiæ, tollit nullitatem funditus † vt est tex. in d. cle. 1. in versic. nullatenus. ergò sequitur, ꝙ non poterit impedire executionem ista exceptio nullitatis, quæ resultat ex incompetentia. ¶ Præterea accedat, quod voluit Ioan. de Imo. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de ope. no. nunc. vbi dixit, quòd glo. cle. 1. de re iudic. procedit in casu illius cle. quando quis habet tres sententias conformes propter magnam pręsumptionem insurgentem ex illis, & refert etiam ibi Ioan. de Imol. ꝙ licet domi. Petr. dixerit glo. clem. 1. de sequest. poss. & fruct. esse veriorem: tamen quandoque tenuit glo. cle. j. de re iudic. propter magnam præsumptionem insurgẽtem ex illis tribus. & istam partem tenuit dom. Ant. vt plenè refert Io. de Imol. in d. l. si expressim. ff. de appellatio. Sed mihi videtur, quòd verior solutio & concordãtia sit illa, videlicet, ꝙ procedat glo. coniuncto tex. cle. 1. de re iudi. quando statutũ disponit, ꝙ nullatenus possit dici de nullitate: tunc enim non poterit opponi exceptio nullitatis resultans ex iudicis incompetẽtia. Multo ergo fortius in casu nr̃o cum latæ sunt tres sñiæ, ergo &c. Dixit etiam Ioan. de Imol. in d. §. qui opus, quòd interdum allegatur nulla sententia: quia iudex funditus carebat iurisdictione: & tunc procedat glo. d. cle. 1. de sequestr. interdum verò non allegatur nullitas sententiæ ex eo: quia iudex carebat funditus iurisdictione in causa, sed ex accidenti illam perdidit, vt est videre in casu illius cle. sed in casu nostro non carebat funditus iurisdictione ille primicerius: quia dubium est, an esset iudex competens considerata varietate scribentium in d. c. sua nobis, ergo &c. & facit, quod dixit idem Ioan. de Imo. in d. §. qui opus, ꝙ rectè intuendo, illæ duæ gloss. non sunt contrariæ. ¶ Facit etiam ad hoc glo. valde sing. coniuncto text. c. licet de euitanda, de elec. quę voluit, ꝙ vbicunque a iure, vel a statuto tollitur omnis exceptio, ꝙ non potest opponi exceptio ꝯcernens inhabilitatem personæ. Ita formaliter dicit ibi gloss. Sed in casu nostro tollitur exceptio nullitatis cum illo verbo, nullatenus de nullitate audiatur, ergo sequitur, quòd non poterit impediri executio. Et bene ponderet domi. iudicans illud, quod voluit Lud. Roma. in dicto suo notabili, vt nullitas notoria non impediat executionem, quando latæ sunt tres sententiæ propter præsumptionem resultantem ex eis, sed in casu nostro non est notoria nullitas: quia vtrum. cap. statutum, corrigat dispositionem. cap. sua, de appellat. est dubium, nec est certum, nec notorium, immo nõ corrigit, vt demonstraui superius, vnde posito, non tamen concesso, ꝙ esset dubium, an esset correctum. d. c. sua. tamen illa nullitas resultat ex dubio, & sic nunquàm posset impedire executionem: quia si esset notoria, non impediret, vt dixit Ludo. ergo sequitur, quòd multominus impediret, vbi esset dubia. Bal. in l. 1. C. ne liceat in vna eademque causa tertiò
10 prouo. dixit, ꝙ vbi esset euidens nullitas † posset impediri executio, & voluit Oldr. in suis ꝯsilijs, ꝯsi. 106. & sequitnr Salycet. in d. l. 1. tamen Ludou. Roma. in suo notabili tenuit contra eos, nec est opus nunc insistere, quis iustius dixerit: quia in casu proposito nõ est dare nullitatem euidentem. ¶ Et si quispiam allegaret illud, quod dixit Bald. in l. testamenta. C. de testa. ꝙ vbi iudex est incompetens, deficit persona & ordo, ideo præsupposita iudicis incompetentia impossibile est, ꝙ sit seruatus ordo iudicis: quia omnia videntur omissa, quæ pro non factis habentur, allegat, quod not. Inno. in c. prudentiam, de offi. deleg. & quod not. in d. cle. 1. de sequest. & Bald. in l. j. C. si a non compe. iudic. dixit, ꝙ si statutum dicit, ꝙ nulla exceptio possit opponi, poterit tamen opponi exceptio incompetentiæ, allegat gloss. d. cle. j. & idem voluit in l. pen. ff. de iusti. & iur. & in l. j. C. de iur. & fact. ign. & in l. diuus. ff. de testa. mili. & in l. scire oportet. §. qui non iustè. ff. de excu. tut. & in l. si quis filio exhęredato. §. si quis. ff. de iniusto testa. & in plerisque locis ita dixit Bal. vt refert Lud. Ro. in consi. 41. respondeo, ꝙ Bald. non loquitur, quando sunt latæ tres sententiæ, & petitur executio, quæ poterit retractari, vt est casus noster. Et ita etiam respõdetur ad id, quod voluit Ange. in l. non erit. §. dato. ff. de iureiurand. & in l. j. C. si a non compe. iudi. & in l. j. ff. de his, qui notinfa. Facit etiam, quod voluit do. Anto. in d. cle. 1. de re iudi. vbi dicit, ꝙ illa glo. procedat eo casu, quo agitur de temporali præiudicio, & sic de modico præiudicio: quia non obstante tali exceptione fiet executio, quæ durabit ad tẽpus: secus vbi ageretur de alio præiudicio, & ita intelligatur glo. contraria. Et licet contra hanc concordiam opponat, ꝙ in casu d. cle. j. de sequestra. poss. agitur de præiudicio temporali, & sic de modico pręiudicio, & tamen admittitur exceptio nullitatis, vt illud modicum pręiudicium tollatur, & istam oppositionem facit Ioan. de Imol. in d. l. si expressim, nec transit cum concordia do. Ant. Ego saluando concordiam do. Ant. dico, ꝙ sua concordia procedit latis tribus sententijs, vt in casu cle. j. de re iudi. Et sic concurrunt duo, videlicet præiudicium temporale, & præsumptio triũ sententiarum, quo casu duo vincula sunt poteutiora vno, authen. itaque. C. communia de succes. ideo non obstat illa obiectio concordiæ do. Anto. & sic non rectè opponit Ioan. de Imol. Facit etiam, quod dixit Io. de Imo. in d. l. si expressim, vbi dicit, quod gl. d. cle. j. procedit, qnando iudex tulit sententiam non præcedente aliqua commissione in illa causa: quia tũc penitus est nulla ex dispositione iuris: & ita videtur exemplificare glo. d. clem. j. de sequestra. secus si est lata ab eo, qui non carebat funditus iurisdictione, vt contingit in casu cle. 1. de re iudic. secundùm intellectum glo. ibi positæ. Et remittit ad dicta per eũdem in d. §. qui opus, vt iam dixi superius. Et sic apparet ex istis manifestè, quòd præfatæ glo. non sunt contrariæ, & per consequens ista executio non potest de iure impediri posito, non tamẽ concesso, quòd ille primicerius non potuerit esse subdelegatus delegati Apostolici. Quanto fortius cũ potuerit esse: vt superius demonstraui in præcedenti dubio. ¶ Et est aduertendum: quia ex quo in puncto non fuit mihi expressum, ꝙ huic primicerio huiusmodi causa fuerat subdelega-

ta per

ta per errorem arbitratus sui istam causam fuisse delegatam a legato Cardi. Ideo dixi in præcedenti dubio, quòd erramus extra dubitationem doctorum. in d.c.sua nobis.& in d.c.statutum.quia do. legatus vltra legationem est vicarius generalis in temporalibus, & sic vt vicarius delegauit causam temporalis fori, quæ vertebatur inter laicos, & non vt delegatus.ideo non erat dubium, quòd talis delegatio potuit fieri illi primicerio : licet ex dispositione bullæ papalis primiceriatus non sit dignitas, vt est dictum, tamen (vt superius dixi) potuit de iure subdelegari causa fori temporalis sacerdoti doctori & maximè, quia delegatus subdelegans nō fuit deceptus a iure communi quo primiceriatus est dignitas, sed a bulla papali occulta.¶Facit simile, quod voluit Ludo. Roma.in suis notabilibus, vt dixit, quòd monacus impetrans beneficium asseruit se nobilem impetratorem, & per monacatum perditur nobilitas: vt voluit gloss.in c.j.de purga.cano.& in capit.ea quæ. de statu regula.tamen fuit decisum valere impetrationem : quia Papa non fuit deceptus ab impetrante, sed potius a iure, quia illud stabat in iure, & ita dicit fuisse decisum Romæ. Ita dicamus in proposito. Et ita concludo. Andreas Barbat.1455.die 6.Martij.

SVMMARIVM.

Alienatio fieri non potest nisi cum solēnitate canonica & ex necessitate, vel euidenti vtilitate.nu.1.

Authoritas sola iudicis sine causæ cognitione non validat alienationem.nu.5.

Instrumento non statur celebrato ab alio & solennitate, quæ nō potuit tempore dictæ concessionis interuenire.nu.6.

Solennitas canonica & euidens vtilitas in re ecclesiæ inferioris alienanda nō minus requiritur, quàm in re ecclesiæ cathedralis. Et in alienandis immobilibus ecclesiæ inferioris requiritur tractatus & consonus.nu.7.& 9.

Res ecclesiæ malè alienata potest repeti cum fructibus per quālibet personam ecclesiasticam.nu.11.

Natura emphyteusis, aut liuelli, aut census cognoscitur ex tenore concessionis.nu.12.

CONSILIVM XL.

AGgredior Hunc consulēdi cāpum. Et videtur de iure aperto dicendū, hmōi alienationē eē nullā, & nullius efficaciæ, & posito, nō tamen concesso, quòd valuisset : nihilominus cecidit ab illa re, siue sit emphyteutica, siue sit cēsualis, ꝙ ad oculū sic demonstro. Ad hoc vt res ecclesiæ nō solita concedi in emphyteusim, vel censum, vel liuellum in feudū
2 possit alienari, reqrunt̄ duo † formaliter pro forma substātiali & potissima, adeo ꝙ si vnū deficiat, alienatio est nulla: sunt aūt illa duo hæc, videlicet solēnitas canonica & necessitas, vel euidēs vtilitas. Istud decidit text. in indiuiduo in c.tua. in ver. vt meliora ꝓficiat, & totius cleri ꝯsensu, atq; tractatu id eligat, ꝙ nō si dubiū eccl'iæ ꝓfuturū in tit. de his q̄ fi.a pla. sine ꝯsensu capl'i.istud ēt ꝓbat tex.in c.2.de reb. eccle.nō alie.li.6.in ver.in forma.& casibus a iure permissis.hoc decidit tex.ī c.j.e.ti.& li.& ꝑ rōnē, q̄ ibi ponit text. ille hoc voluit vberrimus iuris fons Bernardus in c.j. de in integ.resti.ī sua gl. idē seqt̄ Archi. in d.c.2.quē seqt̄ ibi Io.de Fātu.idē voluit D.Ant.ī d.c. j. de in integ. resti. iura.n. pariter prohibent alienationē tam respectu causæ, quàm etiam respectu formę, vt rectè decidit text.in c. sine exceptione.12.q.2. idē voluit Goff.& Host.in d.c.tua.idē voluit Ioan. de Imo.in d.c.2. idem voluit Abb. in c.2. de dona. & iō tex.in c.sine exceptione.palle.dicit.neq; audeas vendere, nisi vt meliora ꝓspiciat, & cum totius cleri tractatu atq; ꝯsensu id eligat, qđ nō sit dubiū eccl'iæ ꝓfuturū. Vn ponderet accurate do.iudicās: qa ius reqrit, ꝙ vtilitas sit euidēs, hoc apparet, dū dicit, ꝙ nō sit dubiū, & cōiter oēs scribētes in p̄fatis locis hāc ꝑtē amplexi sunt, iō, vt cōis, s̄m eā iudicādū & cōsulendū est, vt l.j. in ver. crebrior aput veteres opi.ff. de offi.q̄st. & in l.j.ff.de sena.l.athletæ.§.j.ff.de his q no. infa.c.in canonicis.19.dis.c.ne innitaris.de ꝯst. cū si. istā partē tenuit Host. in summa de in īteg.resti.§. in q̄bus.ver.qa in ꝯ̄ctibus. Et iō do.Dn̄icus ī c.2.de reb. eccl.nō alie.li.6.dicit, hāc fore opi.cōem, & ꝓ certo doctores cōiter sequunt̄ hanc partē.¶Et si q̄spiā adduceret in mediū illud, qđ gl. venit in ore.in d.c.sine exceptione.& in summa.12.q.2.vbi tenuerūt, ꝙ sufficiat, ꝙ sit seruata solēnitas canonica, licet nō interuenerit iusta cā. vn̄ posito, ꝙ hic nō interuenerit iusta cā alienationis: tn̄ valuit alienatio, si fuerit seruata solēnitas canonica. Ad hoc rn̄deo, ꝙ licet ita voluerint gl.illę: tn̄ sua doctrina ꝯfundit̄ ꝑ tex.d.c. tua. & d.c.j.& 2.de reb.eccl.nō alie.li.6.& cōiter doc. dānant opi.illarū gl.& ꝯ̄ eas tenuit glo.Bernardi, vt superius retuli.& sic gl. & cōiter doctores dānant illas gl. & fortificat̄ in rebus immobilibus ipsorū minorū, q̄ in alienatione reqrūt iustā cām & iuris solēnitatē, vt plenè recitat do.Dn̄icus in d.c.2.& ecclesia † & 2
15 ctus † si iusta causa impeditus non soluisset, ita restitueretur hæres eius, quòd Ioã.de Imo.in d.§. in hac. dicit debere scribi literis aureis, limitabitur, vt non habeat locum, quando verba sunt concepta in rem in contractu, & ita saluabitur dictum Petri. Et etiã facit ad prædicta, quod voluit gloss. in l.si cum militaribus.C.de in integr.restit.mi. quam Dyn.reputat singu. quæ voluit, quòd maioris vigoris est præscriptio conuentionalis, q̃ legalis statutaria: quia currit vigore cõuentionis eo casu quo non curreret de iure, sed ista præscriptio biennij est conuentionalis & non legalis ex eo: quia non soluens censum non cadit a iure suo: vt habetur in c.constitutus.de reli. domi. sed in isto instrumento appponitur illa conditio, & si in solutione cessatũ fuerit per biennium, quæ videtur apposita ex cõuentione hominis,& nõ ex iuris dispositione, sequitur ꝙ multo plus operatur dispositio hominis, q̃ dispositio legis, arg.l.Celsus.ff.de arbi. & ideo dicebat Ange. in l.non solũ.ff. de rei ven. Statutum disponit, ꝙ victus victori condemnetur in expensis, ꝙ etiã si habeat iustam cãm litigandi, non excusabitur ab expensis: qa statutum operatur plusquã operetur ius cõe, allegat gl.ibi. Et idẽ dixit Ang. in authẽ.de exhibẽ.reis.§.j. allegat gl. ibi quã reputat esse singu. ¶ Facit, qđ voluit Sal. in l. j.§.exactio.C.de rei vxo.actio. vbi dixit, & vxor tenetur operari hæredibus viri, quando alimentatur ab eis: vt voluit glo. in l.sicut.ff. de ope.lib. qa procedit, quando ex dispositione legis alimẽtatur, secus si ex dispositione hominis, fuit dictum Bar. in l. diuortio. ff.solu.mat.facit, qđ voluit gloss.in c.j.de sagi.& in c. Salonitanæ.63.di. vbi diuersificant dispositionem legis a dispositione hominis.& Innocen.in c.fi.de procu. & Abb. antiquus in c. vt clericorum. de vita & hone. cleri. & quod voluit Bald. in l.j.ff. qui satisda. cog.& Hostien. in c.pastoralis.de offic.deleg.§. fina. Sed glo. d.l.2. loquitur in dispositione legis: nam ex dispositione iuris est, quòd si emphyteuta non soluat canonem intra tempus legitimum, res reuertitur ad ecclesiam: quo casu voluit ibi glo. ꝙ hæres acceptoris ignorans restituitur: sed nos loquimur in ꝓuisione hominis,& sic in lege cõuentionis, q̃ multo plus debet operari: ergo sequitur, ꝙ sumus extra dispositionem & mentem glo. d.l.2. & sic sequitur, ꝙ illud bienniũ concurrit dicto hæredi. ¶ Et ex istis concludo, istud Balthasarem incidisse in pœnã canonis nõ soluti, & dictę possessionẽ restituendã esse dicto monasterio &c. vt superius demõstraui. Et ita ꝯcludo. And.Barb. 1465. die 12. Martij. Fauentiæ.

EPITOME.

¶ Fama antiquissima eius temporis, cuius initij non extat memoria. Antiquissima possessio, & vsus rei & perceptio fructum & reddituum hæc omnia probat dominium.

SVMMARIVM.

Præsumitur dominus, qui vt dominus re vtitur, & fructus colligit. nu.1.
Dominium rei probatur per famam. nu.4.
Præsumitur bona fides, licet non allegetur. nu.8.
Præscriptio currit ignoranti, sed restituitur, illud non procedit de iure canonico. & verum est istud in præscriptione longi temporis. nu.10.& 11.
Pacis fauore multa introducta specialia. nu.12.
Ius quærendum facilius abdicatur, quàm ius quæsitum. nu.13.
Insinuatio requiritur, vbicunq; iuri quærendo renunciatur.

CONSILIVM XLI.

Dico, ꝙ magnifici & potentes domini de Farnesio sint & debeant iudicari domini dictorum castrorũ, quæ ipsi & sui progenitores & proaui possederunt & tenuerũt vt domini exercentes merum & mixtũ imperium & iurisdictionẽ ex tempore, cuius non extat memoria in contrarium. Et demonstro ad oculum hoc mõ. Quicunque colligit fructus vt dñs,& vtitur
1 re vt dñs, præsumit dñs † iste est casus in l.Titia. de solu. hoc colligit ex illo tex. Bart. ibi. istud probãt in l.litibus.C.de agri.& cẽsi. illũ tex. ad hoc allegat Bar. in d.l.Titia. Idem voluit Bart. in l. quidam in suo.ff. de cõdi. institu. sed isti domini vsi sunt dictis castris vt domini, & ex eis perceperunt fructus vt domini, & exercuerunt merum & mixtum imperium,& iurisdictionẽ vt domini, ergo probãt dñiũ eorũ. istud voluit Nic.de Neapoli in d.l.quidã in suo. Facit elegans doctrina Bald. in l. cum super. C. de rei vendi. vbi est tex. quòd dominiũ potest probari per testes & per instrumenta. Item etiam per indicia, vt probatur in l.indicia.C.de rei vendica. Et ideo Bald. ibi dicit illam l. optimè facere ad quæstionem nobilium, qui prætendunt antiquissimum ius patronatus, & non possent aliquo modo probare, quomodo descenderint per legitima matrimonia successiua,& per legitimã consequẽtiam, sufficit nanq;, ꝙ
2 antiqua facta probẽtur per indicia, † & ꝑ famã, vt ibi per

per d.l.indicia.& allegat Inno.in c. veniens. de verb. sig. multum enim ad probandum ius patronatus valet antiquissima possessio, quæ habetur pro titulo: vt l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quoti.& æsti. Ita pulchrè residet Bal.in d.l.cum super.ex cuius doctrina deciditur hæc dubitatio: quia ex tempore, cuius non extat memoria in contrarium, illi domini fuerũt in possessione dictorum locorum pacificè & quietè, & fama publica ita se habuit in dictis locis & penè vbique sequitur, ꝙ licet non probent dominium per instrumenta vel priuilegia, sufficit probare per huiusmodi indicia & famã. ¶ Accedat, quod pulchrè refert & sequitur idem Bald. in l. conuenticulam.C.de episc.& cler.in ver.est tamen verum, ꝙ in factis multum antiquis opini. multum generalis habetur pro veritate, nec est necessaria alia probatio, dum tamen talis opinio sit vniformis apud omnes, nec de ea sit cõtradictio apud peritos. Et ideo dicebat D. Fabriensis Cardinalis, ꝙ licet ecclesia non habeat instrumenta de ciuitatibus suis: si tamen habet generalem opi. apud omnes prescriptã, sufficit ecclesiæ pro plena probatione, allegat ille domi.Cardina.dictum Inno.in c.cum causam.de iura. calum. nam si nõ sufficeret ista probatio, non posset probari.ꝙ Cesar fuit imperator. allegat Inno.in d.c.veniẽs. de ver.sig. ita residet ibi Bal. Ista apponunt gladium ad radicem huius consultationis: nam cum præfati domini de Farnesio ex tempore, cuius initij hominum non extat memoria, tenuerunt dicta castra vt domini,& in illis exercuerũt merum & mixtum imperium vt domini. Et ita olim & hodie nominati, tẽti, vocati,& reputati sunt communiter in dictis locis & in locis vicinis & adiacentibus & per totam Italiam & per totum fere orbem terræ, sequitur, ꝙ talis fama & talis possessio & talis vsus sufficiunt ad probandum, eos fore veros dominos dictorum locorũ, castrorũ & fidelium. ¶ Preterea istud decidit bellissimè Bald.in authen.quas actiones.C. de sacrosanctis eccles.in ver.vltimo quæro de modo probandi, quo debet probari possessio centum annorum, nemo ẽt tantum viuit, ꝙ tanto tempore possit possidere. Itẽ progenitores, qui dicto tempore fuerunt ab his, qui sunt, ignorãtur, nullus enim testis potest reddere causam de tanto tempore per sensum corporis. refert Arch.dicere, ꝙ istud est valde difficile probare,& ponit ipse in materia probandi ius patronatus antiquorum: quomodo enim potuerunt probari progenitores ducentorum annorum,& allegat Archi. 16.q. 4. c.si plures. Bald.vero ibi dicit, hoc esse verum de directa probatione; sed præsumpta probatio bene potest fieri: quia in factis antiquis multum operatur fama. allegat Inno.in d.c.veniẽs. maximè in his, quæ reputantur notoria, allegat ad hoc Inno.in d.c.cum causam.de iur. calum.& l.si mater.C.ne de statu defuncto. Dicit etiam, ꝙ ratione difficilis probationis sufficit probatio præsumpta,
3 † allegat.l.qui ex liberis.in princip. ff. de secund. tabu. & quod in simili voluit Cy.in l.j.C. de sen. quæ sine certa quantita. potest ẽt probari per instrumenta facta super possessione, vel super redditibus, ad hoc allegat.l.Pomponius.ff.quibus mod. vsufru. amit. nam qui fructus & redditus percipit, præsumitur possidere. Ita decidunt hanc dubitationem: quia cum ex tempore antiquissimo p̃fati domini notoriè fuerint reputati ipsorum castrorum & locorum domini,& vt dñi receperint fructus & redditus: licet non probetur per instrumenta dominium: tamen sufficit probatio presumptiua, cum simus in probando dominium, quod est difficilis ꝓbationis: vt not.in l.cum res.& in l. siue possidetis.C. de proba.& in l.quidam in suo.ff.de cond.insti.& in d.l. Titia.& dicta l.litibus.ergo sequitur, ꝙ talis probatio præsumptiua sufficiat, posito ꝙ non probetur dominium per instrumenta, aut per priuilegia.

¶ Præterea ad hoc facit glo. valde singu. quæ imponit finem huic quæstioni, in l.atqui natura. §. cũ me absente.ff.de nego.gest.per quam glo. Angel.ibi formaliter determinat hanc dubitationem in gloss. ad quod, quæ decidit, ꝙ per famam probatur aliquem fore dominum talis domus, quam glo. Ange.ibi credit esse veram, quãdo allegatur dominium esse eius, cuius memoria non existit, & sic ignoratur initium nisi per famam. ponit exemplũ. volo probare, ꝙ ista domus fuit Dantis poetæ, vel alterius, qui decessit iã sunt centum anni: ita ꝙ nemo viuit, qui viderit: sed bene per famam dicetur, ꝙ hęc domus fuit eiusdẽ, & ita dicit se obtinuisse in quæstione facti Angelus in ciuitate Paduæ in quadam ardua quæstione, quidam testator in suo testamento reliquerat in vsum pium conuertẽdos fructus cuiusdam domus, vt annuatim sacerdoti cuidam pręstari deberẽt ad piam causam. & hæc domus per multas manus discurrerat: testator enim decesserat vltra centũ annos, possessor domus allegabat se non teneri ad pręstandũ sacerdoti: qa negabat testatorem illum fuisse dominum illius domus, fuit probatum per famam antiquam. decidit sufficere ad victoriam: si autẽ allegaretur dominium de recenti, vel eius temporis longi, cuius tamen potest haberi memoriæ initium, tunc probatio dictæ famæ nõ sufficeret, allegat, quod no. Inno.in c.causam quæ, de testi. debet ergo esse probatio necessariò concludens.c. in pręsentia. de proba. Est tamen verum secundùm eum, ꝙ licet allegetur dominium de recenti: tamẽ sufficit cum alijs adminiculis. Ista sunt verba Angeli ibi formalia. Et est bene ponderãdum: quia Ang. loquitur, quãdo possessio non erat apud eum: quoniam fama antiqua probat illum esse dominum, & nihilominus probatur dominium. ergo sequitur, ꝙ multo fortius probatur illos magnificos dominos de Farnesio esse dominos dictorum castrorum, cum sint & fuerint possessores ex tempore, cuius initij non est memoria,& fama antiqua & communis ferat, illos fuisse & esse dominos, vnde accumulẽtur omnia ista insimul, videlicet fama antiquissima eius tẽporis, cuius initij non extat memoria,& antiquissima possessio, & vsus illorum castrorum & locorũ, quę solent habere dñi de castris & terris, quas habent, & perceptio fructuũ & redditu ũ, vt ꝯsueuerũt facere dñi. Istis insimul ꝯiunctis oritur probatio plenissima: vt voluit gl. quę reputatur singu.in l. 2.§.j.ff.de excu.tu.& in l.instrumẽta. C.de proba.& ibi per Albe.de Rosa.& gloss. in l.3.§. eiusdem.ff.de testi.glo.in c.accedens.el 2. vt lit. non contest.glo.in c.cum causam. de proba.gl.in c. cum dilecti.de succes.ab intesta.glo.in c.illud.de pręsum. gl.in c.cum Bertoldus.de re iudi.text.in l. excipiunt. ff.ad Sylla.l.indicia.C.de rei vend.l.spadonem.§. qui iura multa.ff.de excusa.tuto.& in c.illo vos.de pign. c.ad nostram.de empt.& vend.ca.cum in diocesi.de vsur.Bar.in l.admonendi.ff. de iureiu.& in l.j.§.item Cornelio.ff.de quæstio.Saly.in l.sciant. C. de proba. & in l.bonefidei.C.de iureiuran.& Bal.in d.§.qui iura multa.& in rubri.C.de probat. & in l.3. C. ad legẽ Iul.maie.& in l.j.C.qui pro nu.tute.& in l.fi.C: de ꝓba.& in d.c.cum cãm.D.Abb. in c.tertio loco. de ꝓba.do.Ant.in c.veniens. de testi.Bal.in rubri.de proba.in decretalibus domi.Petr. de Anc.consi.suo 240. D.Lud.Ro.consi.7.& 8.& ideo pulchrè dixit Bald. in rubri.de controuer.inuesti.in vsi.feud.dixit, ꝙ iudex ex multis deductis coram eo informat animũ suum, & deuenit ad vnũ finalem conceptũ mentis non indigentẽ alio adminiculo etiã iuramenti. Pro quo dicto est tex.in c.cum ad sedẽ.de resti.spo.& in c.pretere-

rea.

rea.de testi.& in c.licet causam.de proba. Ita vr̃ dicẽdũ in proposito nostro,vt omnibus istis cõcurrentibus ad inuicẽ resultet plenissima probatio dominij ergo sequitur, ꝙ ad eosdem vt veros & indubitatos dños spectant dicta castra & loca,dñium,iurisdictio, merum & mixtũ imperiũ, & per consequens nulla est dubitatio super hac qõne. ¶ Pręterea accedat ad prædicta,qđ voluit Angel.in l.Titius.ff.qui. mo. pig. vel hypo.sol.vbi dicit,ꝙ dominiũ rei ꝓbatur per famã † de quo dicit esse gl. fin.in d.l.atqui.§. cum me
4 absente. qđ dicit esse temperandum ẜm Bal. non de qualibet fama,sed oportet,ꝙ habeat adminicula ꝯcurrẽtia,de quibus fama ꝓbatur, & sic voluit Ang. dicere,ꝙ est quædam fama recens,& ista est illa,quæ requirit adminicula. Et est quædã fama antiqua, & ista sola sufficit,nec reqrit adminicula. Et ista est fama est formaliter in casu nostro. Facit gl.in l. ꝓprietatis dñium.C.de proba.quæ voluit,ꝙ fama consentiens probat,quasi velit,ꝙ fama recens nõ sufficit ad plenè probandũ,sed opus est, vt alia adminicula interueniãt.& ibi dixit Bal. ꝙ est fama antiqua, ꝑ quã probãtur dominia, de quorum principijs non extat memoria:vt ff.de proba.l.si arbiter.ca. quid per nouale.de verb.sign. Et hoc dicit maximè procedere in vniuersalibus dominijs,puta regum,comitum,& in territorijs ciuitatum. Et ad hoc allegat glo. in d.l.atqui natura.§.cum me absente. Facit,quod voluit idẽ Bald.in d.§.cum me absente. & in l. cum res. & in l. siue possidetis.C.de proba.& in l.1.C. de sentẽ. quæ pro eo quod interest profer. & in l. indicia. C. de rei vendic.& ibi dixit,ꝙ si sunt viginti anni,in quibus pater meus emit fundum & possedit, nec apparent instrumenta,nec testes,sed est fama, ꝙ emerit, postea moritur,& ego filius suus possedi per decem annos, & ego postea cecidi a possessione. volo vẽdicare,vtrũ ego possum.decidit ꝙ sic, probando titulum patris mei per famam & iustam meam credulitatem præscribendi possidendo per decem annos. Et ad hoc allegat Barto.in l.Celsus. ff. de vsucap. & sic probatur dominium per famam etiam quando dominium deducitur in iudicio principaliter. Facit etiã, qđ alibi dicunt doctores,ꝙ quando dominium principaliter deducitur in iudiciũ,non sufficit possessio præterita ad ipsum probandũ,nisi sit tãti tẽporis,quæ sufficiat ad præscribendũ cum alijs requisitis.puta longi temporis cum titulo & bonafide vel longissima cũ sola bonafide,ita no.in d.l.quidã in suo.ff.de condi.insti.per Bar.& Io.An.in c.illud.de præsum.& no. in d.l.cum res.sed isti domini habent titulos a Ro. Pontificibus pro illis castris & locis ex tẽpore cuius non est memoria in ꝯrium, & tenuerunt & possederunt dicta castra,& adhuc illa tenent & possident,ergo sequitur & multofortius possunt excipere contra illum comitem vendicantem dicta loca & castra:qa si ista sufficiunt ad probandum dominium principaliter & directè deductum in iudicium : ergo fortius quando incidenter deducitur dominium. Facit ad prędicta,quod pulchrè voluit Bart.in l.rem quę nobis.ff.de acqui.pos.& in l.rem alienã.ff.de pig. actio. vbi dixit,ꝙ si non possum aliter probare dominium rei,quam possideo,si assero, ꝙ tempore, quo ipsam recuperaui, non erat in alicuius bonis, pręsumptio est pro me,& sic probo dominium;quia quod in nullius bonis est.conceditur occupanti: vt not.in l.fina. C.vnde vi.Cum ergo in proposito nostro isti domini de Farnesio fuerint in possessione dictorum castrorum per vetustissima tempora, & exercuerint merũ & mixtum imperium vt domini. vnde posito, non tamen concesso,quòd non haberent titulum a Romanis Pontificibus:ex quo tamen ipsi asserunt,ꝙ in nullius bonis erant dicta castra,nec dictus comes ꝓbat:quia illa castra erant in bonis suis dico ꝙ moueri debet animus iudicis ad præsumendum in fauorem illorum dominorum de Farnesio. quanto ergo fortius cum dicti domini probẽt titulum quæsitum per eorum progenitores a Ro.Pon. bene facit,quod voluit Paul.de Castr.consi. 94. incipien. visis allegationibus suprascriptis, & in consilio sequenti. ¶ Et si opponitur, ꝙ priuilegium per sacros imperatores indultum fuit progenitoribus illius comitis de dictis castris & locis inuestiendo iure legalis feudi dictos progenitores asserendo, ꝙ pro bene meritis & seruitijs receptis faciebant illam concessionem, vt apparet ex priuilegio indulto cum bulla aurea pendente. Ex quo sequitur, quòd dominium dictorum locorum & castrorum fuit acquisitum illis progenitoribus dicti comitis,& per consequens ipsi comiti: ergo non potuit sibi auferri facto alterius.l. id quod nostrum.ff.de reg.iur.c.quæ in ecclesiarum. de consti.l.fin.C.si contra ius vel vti. pub. cum similibus. ¶ Et si quispiã dixerit, quòd illi domini de Farnesio habuerunt confirmationem, aut concessionem a Roma.Pontifi.respondeo,ꝙ nõ obstat ex eo: qa vbicunq; quis occupat rem alienam, & facit sibi illam confirmari aut concedi a Papa,vel ab alio, talis concessio non tribuit ius,nec concessionem aliquã.hoc voluit gl.quæ reputatẽ sing.in l.2.C. de fun.& salti. li. 11.voluit Barto.in l.authoritate. C. vnde vi.& in l.2. C.ne rei domi.vel templ.allegatur text.in capitu. cũ pridem.de pac.voluit Bal.in l.2.C.de legi. vbi arguit contra Florentinos,qui occupabant castra,& postea faciebant sibi confirmari a Papa,vel ab Imperatore. idem voluit idem Bald.in c.1. in tit. per quos fiat inuesti.& in c.in literis.de resti.spo.& in c.nihil. de præscri.in l.1.ff.de constitu.princi. Salyce.in dicta l.2.C. ne rei do.vel temp.& in l.vniuersis.C.de preci.impe. offer.& Angel. & in l. Pompo.§.qui pignori.ff.quib. mod.pign.vel hypo.sol.& Bald.in tractatu scismatis, in rub.C.si quis aliq. testa. prohi. Ad ista respondeo negando illud assumptum:immo illa castra habuerunt iusto titu.a Roma.Pon.ad quos spectat prouincia,quæ appellatur patrimonium, cum dicta castra sint & esse reperiantur in territorio ecclesię Ro.ideo videntur isti nobiles habuisse canonicũ ingressum & legitimum titulũ & possessionẽ,& vt domini collegerunt & perceperunt fructus dictorum locorum, quo casu procedit regula tradita per text. valde sing. in l.siue autem.§.si qui duobus.ff. de pub. vbi est casus,ꝙ quando duo prętendunt titulum a diuersis,ille est potior,qui reperitur nũc possidere,vbi ẜm Bal. est text.sing.& menti tenendus:vnde posito.non tamen concesso, ꝙ ille comes haberet titulũ ab imperatore:tamen ex quo isti nobiles habẽt titulũ ab ecclesia,& sunt in possessione dictorum locorũ, debẽt esse potiores comite in dictis terris. ergo &c. ¶ Et si quispiam opponat de eo,quod voluit Angel.in l.officium.ff.de rei vendi.vbi dixit,ꝙ per instrumentum non probatur dominium,nisi interueniant alia adminicula, sed si est instrumentum continens donationem factam a principe ex certa sciẽtia,tũc probatur dominium. Ad hoc respõdeo, ꝙ istud facit in fauorem istorum nobiliũ:quia cũ isti nobiles habeant titulum a Roma. Pontifi. ergo probatur eorum dominiũ:vt dixit gloss.& licet ille comes habeat instrumentum principis:tamen illud est verum, quando dominium est penes ipsum principẽ: qa si donat ex certa scientia,& apparet instrumentum, de hoc probatur dominiũ : qa procedit hoc, quando princeps habebat dominium rei,quã donauit: vt in simili dicimus in eo,qui constituit precario nomine possidere:qa procedit,quando penes constituentẽ erat possessio,aliàs secus:vt in l.2. C. de acqui. posses. vbi est glo.

glo.sing.& ibi Ange.l.q̃uis.§.si conductor. ff. e. Ang. in l.quædam. ff. de rei vendic. Sed dominium dictorum locorum nõ erat penes imperatorem, sed erat penes ecclesiam Romanam, quod apparet: qa pars est eiusdem rationis, cuius est totum. l. quæ de tota. ff.de rei vendic. sed totum patrimonium est temporaliter subiectum ecclesię: ergo sequitur, quòd quęlibet terra, seu castrum præsumitur in dubio spectare temporaliter ad ecclesiam, si nõ appareat, quòd spectet ad alium. hoc decidit text. in capitu. si diligenti. de præscript. in versicu. cum iudicatus ad ius, & proprietatem beati Petri pertineat, sicut tota Sardinia. vbi si tota Sardinia spectat ad Papam: ergo iudicatus, qui est in Sardinia, spectat ad Papam. Ita dicamus in casu nostro: quia cũ tota illa prouincia, quæ vocatur patrimonium, spectat ad Papam: ergo seqtur, quòd quælibet terra, seu castrum positum in eo. Membra enim non debẽt discedere a capite, vt probatur in capitu. non liceat. de præscript. & ideo cum dominium dictorum locorum esset penes Roman. Pontifi. sequitur, quòd nõ erat penes imperatorem, a quo habuit illam concessionem, & sic nunquam habuit dominium is, qui ab imperatore fuit inuestitus: quia nemo dat, qđ non habet. c. gratia. j. q. 1. & c. Daibertum. j. q. 7. cum similibus. & sic licet Ang. voluerit, quòd probatur dominium per instrumentũ continens donationem factam a principe, tamen illud est verum, quando penes donantem erat dominiũ. aliàs secus: sed in casu isto dominiũ erat penes ecclesiam Roma. ex quo tota prouincia patrimonij est ecclesiæ. ergo &c. Et illa loca posita in patrimonio spectant ad Papam, & ideo succedit regula, ꝙ ꝓpriè dantur in feudum res immobiles, quæ existunt, vel existere sperantur in patrimonio cõcedentis: vt in §. sciendum. in tit. de feu. cogni. ita eleganter dixit solennis doc. Barto. Brixiensis in sua summa, in titu. quæ res possunt dari in feudum. & voluit Bald. in c. j. in titu. de capita. qui curiã vendi. ex quo sequitur, ꝙ imperator non potuit concedere iure legalis feudi dicta castra & loca progenitoribus ipsius comitis, & per consequens nullum ius fuit acquisitum ipsis ꝓgenitoribus ex dicta concessione, nec etiam ex cõfirmatione, si quam fecisset: qa ad imperator non spectabat ius confirmandi, sed spectabat ad Papam, ad cuius dominium spectat tota prouincia patrimonij. Frustra ergo dicitur, ꝙ isti nobiles, aut eorum progenitores occuparunt dicta loca, ideo non valet confirmatio facta per Romanos Pontifi. primò: quia nõ constat de huiusmodi occupatione, secundò: quia non est memoria hominum, ꝙ sit initiũ, quando dicti nobiles acquisiuerũt dicta castra & loca. nõ enim existit initij memoria, quando possederint dicta castra & loca, seu inceperint possidere. & ideo cum habuerint dicta loca & castra a Ro. Ponti. & sic ab eis, ad quos spectat dominium, sequitur, ꝙ iustè & canonicè acquisiuerunt titulum, possessionem & dominium dictorum locorum. Quinimmo plus videtur dicendum, ꝙ intendendo præfatus comes insistere titulo imperiali, & illi priuilegio ad vendicandũ sibi dicta castra, videtur præiudicare ecclesiæ Ro. & auferre proprietatem & ius ipsius ecclesiæ Ro. & attribuere imperio: qa cum illud cõceditur in feudum, qđ est de iure ipsius concedentis: vt in d. §. sciendũ. & voluit Bald. in d. c. 1. de capita. qui cur. ven. Et proprietas remanet apud concedentem, & vtile ipsius transit in vasallum: vt plenè per Bal. in præludijs feudorum. sequitur, ꝙ si vigore priuilegij imperialis dictus comes vendicat dicta castra, quod videtur asserere proprietatem spectare ad imperium & non ad ecclesiam, quo casu videtur indignus tali feudo, cũ præiudicat domino: vero, vt est ecclesia Ro. iuxta ea quæ no. in c. 1. quib. mod. feu. amit. ergo ex hoc capite est indignus feudo, nec est audiendus. Et ex his sequitur, ꝙ cum non sit ius aliquod apud imperatorẽ in dictis terris, sed spectant ad ecclesiam Roman. sequitur, quòd nullum ius transtulit imperator in acceptorem, vt est dictum. Quinimmo plus dicimus, ꝙ resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris. l. lex vectigali fundo. ff. de pigno. ¶ Et ex hoc tollitur illud, quod opponi posset, ꝙ confirmatio, aut cõcessio dictorum locorum facta dictis nobilibus per Roma. Ponti. non pręiudicauit ipsi comiti, aut suis progenitoribus: qa non videtur mens principis fuisse p̃iudicare iuri alterius: vt l. 2. §. meritò. & §. si quis a principe. ff. ne quid in loco public. & l. cum auus. C. de eman. lib. & c. q̃uis. de rescrip. libro 6. & c. ex tuarum. de autho. & vsu pa. c. de Xenodochijs. de eccle. ædifi. c. super eo. de offi. deleg. c. licet in corrigendis, de offi. ordi. Quia istud nullo modo obstat ex eo: qa illis progenitoribus comitis nullum ius fuerat acqsitum in dictis terris ex priuilegio imperiali: quia nõ erant de iure concedentis: qa prouincia est ecclesiæ Roma. & per consequens dicta loca: vt in d. c. si diligenti. de præscript. & ideo Romani Pontifices cõcedendo, aut confirmãdo dicta castra dictis nobilibus contulerunt & concesserunt eisdem ius, quod spectabat ad ecclesiam Ro. & potuerunt Ro. Ponti. infeudare, aut confirmare hmõi feuda, iuxta no. in c. 1. de feu. & in c. vt super. de rebus eccle. non alie. & sic nõ pręiudicarunt illis progenitoribus comitis, qui nullum ius habebant in ipsis castris: ergo non agitur de ipsorum præiudicio. ¶ Et plus etiam dixit Salycet. in l. authoritate. C. vnde vi. se vidisse dubitari de facto, quidam occupauerat certa castra ecclesiæ, & postea Papa sciens illam occupationem confirmauit illa castra illi occupatori, quòd valuit & tenuit talis confirmatio. argu. l. j. & l. fina. C. de reuo. do. & ita dicit fuisse in quæstione facti consultum. vnde posito, nõ tamen concesso, quòd isti nobiles occupassent dicta loca & castra, & postea illa fecissent confirmari sibi per Ro. Ponti. scientes illam occupationem, ꝙ talis confirmatio fuisset valida. multo fortius in casu nostro, cum nullum ius acquisiuerit comes ex illis priuilegijs. ¶ Præterea facit, quod habetur in l. quoties. C. de rei vendic. vbi probatur, ꝙ in rei vendicatione est potior, qui habet titulũ & possessionem: licet titulus sit posterior, quanto fortius in casu nostro erunt potiores isti nobiles, cũ habuerunt tit. a Rom. ecclesia & possessionẽ, & hodie teneãt & possideant. facit gl. in c. si facta. & qđ ibi voluit Bal. in tit. si de feu. defun. fue. controuer. ¶ Et si dicatur, ꝙ d. l. quoties. loqtur, quando idem titulus est collatus ab vno & eodẽ authore, quo casu potior est secundus emptor, si habet possessionem: sed quando a duobus diuersis habentur tituli, nõ procedit dispositio. d. l. quoties. Ad hoc respondeo, ꝙ istud procedit, quando primus ꝯcedens titulũ haberet dominium: secus si non haberet dominium, vt est in casu nostro: quia directũ dominium dictorũ locorũ est ecclesiæ Ro. ergo sequit, ꝙ multofortius præferuntur isti nobiles cũ habeant titulum a vero domino, & sunt in possessione. ¶ Et si quispiam opponat, ꝙ progenitores comitis aliàs tenuerunt & possederunt per istos nobiles, & sic aliàs habuerunt non solum dominium: sed etiam possessionem dictorum locorum. istud non obstat ex eo: quia intuitu cuiusdam proditionis habuerũt & possederunt per aliquod tempus vt violenti occupatores, & postea deiecti iustè fuerunt: quia vim vi repellere licet. l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi arma. & licitum est mouere arma ad recuperãdum rem meam. adeo ꝙ dixit Vgo, quẽ refert Bal. in l. fi. C. de his quia nõ do. manu. ꝙ licitũ est infra decem annos post deiectionem

5 iectionem ire ad recuperãdam terram† à qua dominus fuit deiectus. vt dicatur incontinenti recuperare propter difficultatem, quæ est in congregando gẽtes armorũ ad recuperandũ, ita voluit Vgutio in ca. ius naturale.j. distin. referunt etiam moderni in l. j. in prin. ff. de verb. obli. Et sic cum dicti nobiles essẽt domini dictorum castrorum, cuius non extat initij memoria, & ex titulo & possessione, sequitur, ꝙ iustè potuerunt recuperare terras, de quibus per vim &c. fuerunt deiecti, vt in puncto dicitur. ¶Prçterea facit, ꝙ nullum ius cõpetat dicto comiti super dictis terris ex eo, quia non extat memoria in contrarium, quòd sui progenitores possederint dictas terras. Et licet asserant, se habere priuilegia, quibus sacri imperatores concesserunt eisdem dictas terras & loca nihilominus ipsis scientibus, patientibus & non contradicentibus dicti nobiles fuerunt de dictis locis & castris inuestiti & confirmati per Roma. Pontifi. & dicta castra vt domini tenuerunt & possederunt exercendo merum & mixtum imperium & iurisdictionem per tempus, cuius initij non est memoria: ex quo enim progenitores comitis sciuerunt, & patientes fuerunt, nec contradixerunt, præsumuntur illi priuilegio renunciasse, & recessisse ab illo priuilegio argu. eorum, quæ habentur in l. 2. C. de iure dominij impetrando. vbi est text. valde sing. quòd quis perdit priuilegium per vnicum actum contrarium, & ibi Bald. arguit contra impetrantes rescripta ecclesiastica, vt per vnicum actum contrarium tollantur. Facit ad solutionem. C. de re iudic. & l. seruo inuito. §. cum prætor. ff. ad Treb. & l. post diem ff. de leg. commisso. Cum ergo videantur venisse contra illa priuilegia patiẽdo illos nobiles tenere & possidere vt dominos, & exercere merum & mixtum imperium & iurisdictionem vt dominos, nec appareat aliquam contradictionem, aut protestationem in cõtrarium fecisse, videtur, quòd ab illis priuilegijs ceciderint. Et facit quod habetur in l. j. ff. de nundi. & ibi pulchrè dixit Barto. quòd si quis habet a principe priuilegiũ faciendi aliquid, & per spacium 10. annorum est negligens, quòd cadit ab illo priuilegio, referunt & sequũtur illud dictum moderni in c. cum accessissent. de consti. cum ergo asserant illi se habuisse priuilegia, vt possent exercere merum & mixtũ imperiũ in dictis locis & terris, nec illud exercuerunt per tẽpus, cuius initij non est memoria, sequitur, ꝙ ceciderunt ab illis priuilegijs, facit c. pro illorũ. de præben. vbi si priuilegium est concessum ad non faciendũ aliquid nihilominus perditur vna contrauentione: vnde siue dicamus, ꝙ ista priuilegia fuerint concessa ad faciendum aliquid, cecidit do. comes a iure priuilegii, seu (vt rectius dixerim) ceciderũt sui ꝓgenitores a iure illius priuilegij, siue dicamus, ꝙ non fuerit cõcessum ad faciendum aliquid, videntur cecidisse, qa satis videntur fecisse actum ꝯtrariũ priuilegijs illis patiendo istos nobiles exercere merum & mixtum imperium vt veros dominos in dictis terris, & maximè qa iam fecerunt actum contrarium, vt apparebit ex inferius dicendis, circa conuentionem celebratam inter magnificum Raynutiũ & progenitores domini comitis, & etiam patiẽdo colligere fructus &c. ex dictis locis vt dominos, & vti dictis locis vt dominos ex qua patientia videtur cecidisse ab illis priuilegijs maximè coniuncto tempore, cuius non extat memoria in cõtrarium, facit l. 2. C. de his qui pub. mu. sub. libro 10. & ibi dixit Andreas de Barulo se vidisse dubitari de facto, Iannuenses & Pisani habuerunt priuilegium immunitatis a solutione vectigalium eis concessum a Rege Apuliæ. post priuilegium concessum soluerunt vectigal. fuit dubitatum, si ceciderũt ab illo priuilegio, & respondit quòd non, ex quo ille actus recipit reiterationem: ideo requiritur spacium 30. anno. secus si actus non reciperet reiterationem: quia tunc non requireretur præscriptio. & ibi pulchrè dixit Bal. ꝙ priuilegiatus ne soluat præstantias, si semel soluit, cecidit ab illo priuilegio, & tenebitur soluere in futurũ, nisi in contrarium fuerit protestatus, quilibet enim potest suo iuri renunciare: vt l. si quis in conscribendo. C. de pac. Facit, quod pulchrè voluit Inno. in c. accedentibus. de priui. quem refert & sequitur D. Anto. in d. c. cum accessissent. dixit enim, ꝙ vbi priuilegium non emanauit in fauorem ecclesię, sed emanauit in fauorem priuati hominis: ꝙ tũc potest quis cadere ab illo priuilegio per vnicam contrauentionem: qa potest quilibet suo iuri renunciare: vt in c. porrectum. & c. ad apostolicã. de regula. ergo in casu nostro isti progenitores comitis, & ipse comes vltra centum annos, seu per ducentos annos steterunt, & non habuerunt executionem illorum priuilegiorũ, immo passi sunt istos nobiles tenere & possidere dictas terras & loca, vt sua & pro suis, sequitur, ꝙ tam longa patientia operatur plusquam conuentio facta cum effectu contra illa sua priuilegia, cum facilius quis cadat a iure quęrendo, q̃ cadat a iure quęsito: vt probatur in l. quod autem. ff. quæ in frau. credi. facilius enim abdicatur a nobis ius quærendum, quàm ius quæsitum: ideo cõsuluit in facto Feder. de Senis consi. 9. ꝙ prælatus ecclesiæ potest repudiare legatum factum ecclesiæ ex eo: quia agitur de iure quęrendo & non de iure quęsito perdendo: voluit do. Anto. in c. j. de dolo & contu. & Lap. allegatione. 16. voluit do. Cardi. in c. vt super. de reb. eccl. non alie. & in c. potuit. de loca. & præterea dixit Bald. in authẽ. si qua mulier. C. de sacrosanct. eccl. ꝙ licet per ingressum religionis bona ingredientis transeant in monasterium ipso ingressu: vt in d. authen. ingressi. tamen potest Abbas repudiare huiusmodi bona consanguineis ipsius ingredientis: quia agitur de iure quęrendo, & non de iure quęsito perdendo. Et facit, quod voluit Bald. in l. si pupillorum. C. de repu. hæred. & Salycet. in l. pactum curatoris. C. de pac. & quod voluit Innocen. in c. verum. de condi. appo. & ideo dixit idem Innocen. in capit. admonet. de renun. quòd potest quis sine consensu superioris renunciare ius quærendum, quod habet ad beneficium: licet nõ posset ius quæsitum, cle. gratiæ. de rescrip. & quod voluit ibi dom. Card. & plenè do. Abb. consiculus meus in d. c. j. de dolo. & contu. & gl. in c. delictum personæ. de reg. iur. lib. 6. & quod no. in l. iubemus. C. de sacr. sanc. eccle. & quod habetur in l. si sponsus. §. si maritus. ff. de dona. inter virũ & vxo. & in l. cum seruus. C. de iudi. & in l. cum proponas. C. de hæredi. insti. Ita dicamus in proposito, cum ex dictis priuilegijs progenitores comitis tractarent de iure quęrendo. facile fuit cadere ab illo iure quęrendo propter negligentiam tam vetustissimi temporis, & propter actus contrarios illis priuilegijs exercitos per illos nobiles de Farnesio illis progenitoribus scientibus, patientibus & non contradicẽtibus. Quinimmo plus videtur dicendum, ꝙ ex quo tempore, cuius initij non extat memoria, illi nobiles de Farnesio exercuerunt merum & mixtum imperium. & iurisdictionem in dictis terris, pręsumuntur esse priuilegiati adeo, ꝙ tale tempus æquiualet priuilegio indulto a Cæsare: vnde si dicta loca spectarent ad imperatorem: ꝙ tamen non spectant, vt fuit superius demonstratũ, nihilominus ex tanto tẽpore pręsumentur habuisse priuilegium a Cæsare: vt probatur in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æsti. l. in concedendo. ff. de aqua plu. arcen. & c. super quibusdam. §. præterea. de verb. sig. & facit, quod voluit Barto. in prima consti. ff. vbi dixit, ꝙ illud, quod

est quæsibile priuilegio, & non potest acquiri priuilegio, acquiritur ex diuturnitate temporis, cuius nõ extat memoria. in contrarium ponit exemplum, ꝙ iura doceantur in loco, & ꝙ ibi promoueãtur doctores ad apicem doctoratus, spectat ad Cæsarẽ, vt ibi, mõ si ciuitas est, in qua ex tempore, cuius non extat memoria in ꝯrium, leguntur iura, & efficiuntur doctores, vt est ciuitas Paduana, dicit, ꝙ presumitur priuilegiata: qa vetustas tanti tẽporis æquiualet priui-
6 legio.† Et ideo multum egregiè dixit Bald. in l. rescripta. C. de preci. impe. offer. ꝙ Rex Vngariȩ & Rex Angliæ conferunt prebẽdas in regnis suis ex priuilegio Papæ, qđ acquiritur ex tẽpore, cuius nõ extat memoria in ꝯrium, vt pulchrè voluit Io. mo. in c. 2. de pben. lib. 6. data tamen capacitate possidentis: vt in d. c. 2. voluit Io. mo. & voluit D. Abb. consiculus meus in c. causam quæ. de decimis. & in d. c. super quibusdam. §. preterea. ergo præsumitur, ꝙ isti nobiles ex priuilegio acquisiuerũt dicta castra, ex quo ex tempore, cuius initij non extat memoria, tenuerũt & possederũt dicta loca. Ideo aut dicimus, ꝙ sunt de iure imperij dicta castra, aut dicimus, ꝙ sunt de iure Ro. ecclesiȩ, primo casu videtur, ꝙ ex tam vetusto tempore præsumitur priuilegium eisdem indultum ab imperatoribus: quia vetustas tanti temporis æquiualet priuilegio propter iura prædicta. Aut dicimus, ꝙ ad Romanam ecclesiam iure directo spectant dicta castra & loca, ꝙ est verius: vt d. c. si diligẽti. & ẽt qa ecclesia Ro. est in possessione directi dominij dictorũ castrorum, ꝙ apparet ex concessionibus & confirmationibus factis per Ro. Pont. illis nobilibus de Farnesio & iam dicti nobiles sunt inuestiti per Ro. Pon. de dictis locis. ergo sequitur, ꝙ dicta castra sunt de iure ipsorum nobilium, & possunt excipere contra illum comitem & excludere a rei vẽ. quia dominiũ eorũ probatur vetustissima possessione, & p cõcessiones Ro. Ponti. & fama antiquissima, vigore cuius probantur antiqua rerũ dñia, & illa priuilegia indulta ab imperatoribus in nullo opitulantur dicto comiti: tanquã concessa ab his, qui nullũ habebant ius concedẽdi: qa illorũ dñium est ecclesiȩ Ro. a qua dicti nobiles habuerunt confirmationem. Et posito, non tamen concesso, ꝙ dicta castra occupassent dicti nobiles: tamen illa occupatio purgatur ex confirmatione predicta ex certa scia: vt voluit Sal. in d. l. authoritate. Itẽ accedat ad pdicta, qđ pulchrè voluit Pa. đ Ca. in suis ꝯsilijs cõsi. 155. vbi cõsuluit, feudum quoddam spectat, ad episcopum Vincẽtinum, vt illud ꝯcederet, vt consueuerant concedere epi Vincentini, qui illud ꝯcessit Titio, Papa ex post illud concessit Sẽpronio, fuit dubitatũ, vtrũ illa ꝯcessio facta per Papã piudicaret primȩ ꝯcessioni factæ Titio per epm posito, ꝙ Papa in secũda ꝯcessione dixisset, ꝙ illud reseruauerat, anteq̃ vacaret suæ collationi, ꝯsuluit, ꝙ nõ piudicauit ex eo: qa ꝯcessio de iure spectabat ad epm: vñ prȩferẽt primò inuestitus: sed in casu nr̃o istorũ castrorũ & locorũ ꝯcessio & infeudatio nõ spectabat ad imperatorẽ: sed ad ecclesiã Romanã: ergo seqtur, ꝙ cõcessio & ꝯfirmatio illorũ locorũ facta illis nobilibus de Farnesio piudicauit illis priuilegijs, in qbus imperatores ꝯcesserũt iure legalis feudi dicta castra ꝓgenitoribus comitis, posito ꝙ dicti nobiles non haberẽt aliud suffragiũ nisi solã cõcessionẽ & cõfirmationẽ a Ro. Põti. ¶ Præterea accedat ad prædicta, quod voluit Bart. in sua quęstione incip. qdam mulier in suis finalibus verbis. vbi quærit, vtrũ præsumatur titulus allegatus ex cursu longi temporis respectu patientis eo casu, quo respicit magnũ dãnum ipsius patientis: vt quia tractatur de amissione rei suæ. Et decidit, ꝙ non presumitur titulus. l. nullo. C. de rei ven. l. diutina. C. de præscrip. long. tempo. & quod voluit gl. & doc. in l. pe. C. communi diui. & in l. Procula. ff. de proba. & ratio est secundum eum: quia ibi plura interuenerunt. Pro certo ista decidunt casum istum: quia in casu proposito non agitur de præsumendo titulo: quia titulus apparet: quia dicti nobiles habẽt titulum quæsitum a Roma. Pontifi. & maximè quia non agitur de amissione rei illius comitis: quia nec ipse, nec sui progenitores habuerũt illa castra intuitu illorum priuilegiorum. Cum ergo in proposito interuenerit patientia tempore tam vetustissimo, quo dicti nobiles tenuerunt & possederunt vt domini dictas terras & loca, nec contradixerunt, & interuenit titulus, & sic non interuenit sola patientia: ergo interuẽtus tituli & longissima patiẽtia præiudicauit progenitoribus comitis in amittẽda re sua, vt sentit ibi Bar. quantofortius præiudicauit eis in amittendis rebus quærendis, cum facilius abdicentur a nobis quærenda, q̃ quęsita, vt in iuribus allegatis superius. Et est diligenter põderãdũ hoc, ꝙ vbi agitur de magno preiudicio, interuentus veri tituli & lõga patientia præiudicat patienti in amissione rei suæ. ¶ Preterea facit, rei vẽdicationi præscribitur spacio longi temporis cum titu. iuxta ea quæ habẽtur in l. nullo. C. de rei vendi. & l. fi. C. de prescrip. long. tempo. vbi distinguitur, ꝙ contra præsentẽ præscribitur spacio 10. annorum, & contra absentem spacio 20. annorum: sed in casu nostro interuenit titulus & vetustas temporis, vt est dictum: ergo posito, non tamẽ concesso, ꝙ rei vẽdicatio potuisset competere dicto comiti ex dictis priuilegijs, tamẽ cadit ab illa sua negligẽtia. ¶ Et si dicatur, ꝙ lõgius tempus deberet interuenisse, ex quo sunt castra imperij. Circa hoc est aduertendum, ꝙ licet longiori tempore præscribatur contra principem: tamẽ minori tempore in eadem re præscribitur contra eum, qui habet ius ex concessione principis, vel ex consuetudine, & ad hoc adduco, quod bellissimè Barto. venit in ore, in l. si publicanus. §. fi. ff. de pub. vbi dixit, ꝙ si quis vult præscribere exactionem vectigalis, quæ nulli competit, requiritur tempus, cuius non extat memoria in contrariũ: sed si volo illam præscribere contra aliquem nobilem, qui habuit ex priuilegio principis, vel ex cõsuetudine, tunc prescribitur minori tempore, & istud voluit do. Abb. in d. c. super quibusdam. §. præterea. & hoc voluit gloss. elegans in cap. ad audientiam. de præscript. & habetur in c. dilectus. de cap. mo. Facit tex. in c. cum dilecta. de confir. vtili. vbi præscribitur contra ecclesiam Ro. spacio centum annorum: sed contra ecclesiam inferiorem priuilegiatã currit minor prescriptio. & qđ voluit Inn. in c. cõquerente. de offi. ordi. & ibi Bal. qui ad hoc allegat Bar. in d. l. si publicanus. §. fi. Et facit, qđ in simili voluit gl. in c. volumus. 21. q. 4. Facit, qđ voluit Bal. in cõmento. l. 2. C. de serui. versi. septimò quero, Papa de plenitudine potestatis concessit mihi aliquod castrum, vtrũ præscribatur contra me minori tẽpore q̃ centum annis, de-
7 cidit ibi Bal. ꝙ sic: † qa possessio mea non est papalis, & mutata persona mutatur priuilegium. l. Paulus. §. fi. ff. de acqui. hær. c. j. de iure patro. li. 6. & adducit dictum Bar. in præalle. l. si publicanus. §. fi. & l. sed si restituatur. §. 1. ff. de iud. & l. 1. C. de impo. luc. descript. lib. 10. Ita formaliter dixit ibi Bald. Et ex istis sequit, ꝙ dicti nobiles minori tempore potuerunt præscribere ꝯ progenitores dicti comitis, q̃ ꝯ ipsum imperatorem. ¶ Preterea facit ad prædicta singu. doctrina Inno. quam ad hoc propositum refert & sequit Bal. in d. l. 2. C. de serui. in 8. quæst. vbi q̃rit, Papa infeudauit mihi castrũ cuiusdã nobilis credens ipsum esse ecclesię, an valeat infeudatio; dicit, quòd iustus error præstat causam præscribendi; vnde licet non valeat infeudatio quantũ ad proprietatẽ: tñ valet quantũ ad

ad possessionē & cām præscribēdi ſm Inn.allegat ad hoc l.generaliter.ff.de noxa. & l.fi.C. de his qui a nō do.manu.& l.ſi qua loca.C.de fun.& ſalti.lib.11.& l. tutor.ff.de tuto.& cura.dan.ab his.nam princeps, q eſt cultor iuſtitiæ,nō præſumitur velle alicui ius ſuū detrahere,arg.l.ex facto.ff.de vulg.& pupilla. ita formaliter dixit Bal.in d.l.2.Et eſt ponderandum, quia Bal.loquitur, quando Papa infeudauit aliquē de caſtro,ꝙ erat alterius:quia ille erat dominus,& nihilo minus decidit,ꝙ præſcribit infeudatus. ¶ Modò in propoſito ponderet do.iudicans.iſte comes,aut eius progenitore non fuerunt dñi dictorū locorū,nec de illis locis fuerunt inueſtiti ab eo, qui erat dñs ꝓuinciæ:vt eſt Papa, nec apparet, ꝙ habuerint dñium & poſſeſ.dictorū caſtrorū : ergo ſeqtur, ꝙ nō reqritur præſcriptio in iſta conceſſione facta iſtis nobilibus ꝑ Papā de dictis caſtris:qa ipſo iure fuit acquiſitū dñiū dicto Raynutio, & ſuis anteceſſoribus de illa infeudatione per id,quod voluit Ang.in l.officiū.ff. de rei ven. ergo non eſt aliqua dubitatio circa dominium dictorū locorū reſpectu dictorū nobiliū: qa dñi veri ſunt dictorū locorū,& multofortius:qa cōcurrit vetuſtas tāti tēporis, & ēt qa dicta caſtra non fuerūt de iure illorum progenitorum.Item poſito, non tamē conceſſo,ꝙ fuiſſent:nihilominus conceſſio facta dictis nobilibus per Papā valuit quo ad poſſeſſionem, & cām ꝑſcribendi,vt voluit Innoc. & Bal.& ſic cū dicti nobiles habuerint dñium & poſſeſ. ex tpe, cuius initij non extat memoria,ſeqtur indubitāter,ꝙ ꝑſcripſerunt cōtra dictū comitem,& ſuos prædeceſſores. Sileat ergo do.comes.Et pro certo iſta doctrina Inn. & Bald.apponit gladiū ad radicē huius hæſitationis. ¶ Et ſi quiſpiam opponat,ꝙ malæfidei poſſeſſor nullo tempore præſcribit: vt c.2.de regu.iur.libr.6.quia oē,ꝙ nō eſt ex fide peccatū eſt:vt in c.fi. de præſcrip. ſed progenitores dictorum nobilium fuerunt malęfidei poſſeſſores.ergo ſequitur, ꝙ malafides eorum tranſiuit in ſucceſſores hoc decidit Bart. formaliter in l.ex diuerſo.in prin. vbi dicit, ꝙ licet hæres ſit bonæfidei:tamen cenſetur eſſe malæfidei,ſi teſtōr fuit malæfidei,facit l.cū heres.ff.de diuer. & tēpo.ꝑſcrip. & qđ voluit Bald. in auth.ad hæc.C.de vſur.vbi dicit eſſe cauſam de hoc in c.nouit.de iudi.& Bar.in l.Celſus.ff.de vſucap.& Bal.in l.1.C.de vſucap. pro hære. Ang.in l.ſi ego.§.partus.& in l.eū qui.§.in hac. ff. de pub.do.Anto.in c.ſi diligenti. de præſcript. & Ioan. de Imo.in repetitione.c.fi.de præſcrip.do.Ant.in ca. qa.V.de iudi.do.Abb.in d.c. ſi diligenti. Ad hoc reſponderi poteſt de facili.primò negādo illud aſſumptum, ꝙ fuerit in mala fide ille Raynu. pater iſtorū dominorū. Quinimmo fuit in bonafide, ꝙ probo, bonafides præſumitur,iſtud voluit glo.in d.c.fi.& in d.c.ſi diligenti.de præſcrip.gl.in c.licet.16.q.3. idem voluit gl.in c.ſanctorum.de præſcrip. dixit tamen gl. in c.ſi quis per triginta.in tit.ſi de feu.fue.ꝯtrouer.in vſi.feu.ꝙ in præſcriptione præſumitur bonafides, ſi allegetur,tamen verius mihi vr̄ eſſe, vt præſumatur
8 bonafides, licet non allegetur † adduco ad hoc duo iura,quę hoc ꝓbant aperto ore,in c.cū olim.& in c. auditis.de præſcrip.vbi fuit allegata ꝑſcriptio.& nulla fuit facta mētio de bonafide. Et facit, quod voluit Bar.in l.Celſus.ff.de vſucap.Et multofortius in caſu nr̄o preſumitur bonafides : quia interuenit titulus, quo caſu ſine aliqua dubitatione cauſat bonafides, vt voluit Arch.in c.j.de præſcrip.& Bald. in l. j. C. de ſerui.& Bar.in d.l.Celſus. Et ēt multofortius dr̄ fuiſſe in bonafide Rayn.ille,ex quo habebat iuris ꝑſumptionē ꝓ ſe,ex quo ex priuilegijs Ro.ecclīæ,& ex antiquiſſima fama & veriſſimis ꝓbationibus dñiū prouinciæ ꝑīmonij eſt de iure Ro. ecclīæ. Præſumptio ergo eſt,ꝙ eodē mō dicta caſtra ſpectabāt ad Ro. eccleſiā, & per ꝯñs habuit bonā fidem iſte Rayn. qa in iuris ꝑſumptione erat ſua ꝑſcriptio fundata,ergo falſum eſt dicere, ꝙ ille Raynu. fuit in malafide:& maximè cū habuerit ius a ſuis progenitoribus: qa vltra cētū annos poſſederunt vt dñi, quo caſu nō poſſunt cēſeri eſſe malæfidei iſti nobiles de Farneſio,qui nūc poſſident &c.Item accedat etiam,qđ pulchrè voluit Dyn.in d.c.2.de reg.iur.libr.6.vbi tangens illum paſſum,ſi malafides defuncti tranſeat in ſucceſſorē, diſtinxit,ꝙ aut loqmur de æquitate iuris canonici, & nō tranſit malafides teſtantis in ſucceſſorē.Aut loqmur de rigore iuris ciuilis,& tunc ſecus. & ita procedant allegata in ꝯ̄rium. ¶ Modò in ꝓpoſito, cū qō iſta veniat decidenda ſm ius canonicū;qa licet ſit cā laicorū,tñ eſt in terris tēporaliter ſubiectis Eccleſiæ, quo caſu decidet̄ ſm ius canonicū: vt probat̄ in c.ſi duobus.de appel.& voluit gl.in c.2.de arbi.li.6.quæ ad hoc reputatur ſingu. Et ideo pulchrè dixit Bal. in l.j.C.qui bo.ced.poſ.ꝙ ſtatutum in terris temporaliter ſubiectis Papæ in dubio reducetur ad terminos iuris cōmunis canonici & nō ciuilis : ſed ſecundùm æquitatem canonicam iſta mala fides non tranſit in ſucceſſorem,vt voluit Dy.ergo & per cōſequēs nō cenſentur eſſe malęfidei iſti nobiles deſcendētes ex ipſo quondam Raynucio, poſito, non tamen cōceſſo,quòd Raynucius habuerit malam fidem. Et facit ſimile,quod habetur in c.cura. de iure patrona. vbi mala fides prælati non tranſit in ſucceſſorem in prę latura de æquitate canonica. ¶ Item eſt aduertendū,ꝙ poſito (non tñ cōceſſo,)ꝙ ille Raynu.fuerit in mala fide,tamen ex quo vetuſtiſſimo tēpore tenuit, & poſſedit dictas terras,nec fuit moleſtatus, nec impeditus ab aliquo iudicialiter,vel extra pro dictis terris & locis,vr̄ purgata omnis mala fides & ſiniſtra ſuſpicio, quæ eſſet cōtra eū,hoc decidit belliſſimè Bar. in l.fina.C. vnde vi. Et pro certo hoc decidit text. ibi formalis.Et ideo valde ſing. dixit Inn.in c.1.de in integr.reſtitu.ꝙ ſi aliquis innititur iuri ſpeciali contra ius cōmune,& opponitur ſibi de mala fide, ex quo venit contra ius commune.Decidit, ꝙ ſi longiſſimo tempore eſt vſus illo actu contra ius commune, purgata eſt omnis malafides.de quo dicto domi. Anto. exclamat valde ſingulariter in duobus locis, & ibi domi. Abb.in c.ſi diligenti.de præſcript.& in c. conſultationibus.de iure patrona.Ideo videtur dicendū in propoſito noſtro, ꝙ ſit purgata omnis mala fides illius Raynucij,& ſic fruſtra quærit,ſi malafides eius trāſitum fecerit in filios eius. ¶ Et ſi quiſpiam reſpōdeat ad hanc viuam & inconuincibilem rationem dicens amice,text.d.l.fina.C.vnde vi.loquitur,quando mala fides poſſidentis eſt præſumpta:non tamen loquitur,quando eſt vera mala fides: quia tunc non tollitur tempore: ideo pręſumptio tollitur præſum-
9 ptione vehementiori & fortiori:† vt l.diuus. ff. de in integ.reſtitu. c. afferte mihi gladium . de præſumpt. ſed veritas non tollitur pæſumptione, veritas enim valet, & in ęternum viuit.8.di.c.veritate. ideo nō tollitur,ſed opus eſt ad hoc,vt peccatum dimittatur, ꝙ reſtituatur ablatum, vt in cap.cum tu.de vſur.c.peccatum non dimittitur,niſi reſtituatur ablatum. & c. peccati venia.de regu.iur.libro ſexto. ſed iſte Rayn. fuit in mala fide vera,ergo non tollitur tempore. & ideo non ſumus in diſpōne.l.fin.C. vnde vi. Ad hoc reſpondeo & fateor,ꝙ d.l. fi. loquitur, quando quis eſt in mala fide quoad progenitores huius comitis. primò non apparet, ꝙ illi progenitores poſſederint illas terras & illa loca: ergo quoad eos nō fuit in vera mala fide ille Raynu.nec pro aui illius Raynucij. Si dicatur, ꝙ dicta loca fuerūt aliorū nobilium : rñdeo,ꝙ non pōt ille comes opponere de iure tertij,gl. in l.2.ff.ſi ager vectigal.& in l.indebiti. §. nummi. ff.

de

quia ex quo ille Ioan. poterat agere contra illum Iacobum, & erat in eius potestate contra illum agere, & petere Potestatem compellere ipsos ad compromissum. vnde illud, quod est in potentia, cẽsetur esse in actu. & perinde hr̃, ac si esset in actu, & ad hoc allego, quod pulchrè voluit Inn. in c. de multa, de pręb. vbi tex. loqtur de ecclesia curata, dubitatur, ibi vtrũ sufficiat, ꝙ habeat, curam in habitu licet nõ in actu, & decidit, ꝙ sic, & istud voluit ibi Io. Cal. & D. Car. & d. Pe. de Anch. & Io. de Imo. Ita dicamus in proposito, ideo sufficit, ꝙ potuit produci petitio & peti compromissum ad hoc, vt dicatur cõpromissum necessarium, maximè cum hmõi statutum emanauerit in fauorem coniunctorum, vel vicinorum, vt probatur in l. congruentius. C. de patri. pote. ibi dicit tex. congruentius vr̃ inter te & filios tuos, si quæ controuersiæ oriantur, terminari, per quem tex. dicit ibi Bal. & alij docentes, ꝙ soluatur statuta terrarum disponentia de cõiunctis compellendis ad compromittendũ. Et ideo idem Bal. in l. qui se patris. C. vnde liberi. dixit, tale statutum fore fauorabile, ita dixit ad fi. vnde sequitur, ꝙ talis fauor est ampliandus, vt in l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. l. benignus. ff. de legi. sicut ergo dr̃ compromissum necessariũ, si lis dr̃ inchoata producta petitione in actu. Ita si est producta in potentia: quia potuit produci & peti per Potestatem compelli partem ad compromittendũ dicetur compromissum necessarium, ex quo ad hoc compelli poterant: quia eadem est ratio in vtroque casu, siue petitio fuit producta, siue produci potuit, vt perinde sit acsi statutum disposuisset, ex quo est eadem ratio, & idem fauor, ar. eius quod voluit gl. in l. si constante. ff. so. mat. & auth. ꝑterea. C. vñ vir & vxor. & in auth. quas actiones. C. de sac. san. ecc. quinimmo maior fauor est, qñ nondum producta petitione coram Potestate partes ex dispositione statuti poterant cõpelli ad compromittendum: si enim compromittunt, vñr de necessitate statuti compromittere: quia euitatur labor partium, quem haberent in porrigendo petitionem coram Potestate, & in petendo partem compelli ad compromittendum, ꝙ fieri non posset nisi cum laboribus & expensis ad quos euitandos iura mirum in modum laborant: vt dixit text. in c. nõnulli, de rescr. & sic si dr̃ compromissum necessariũ, qñ vicinus porrigit libellum ꝯ vicinum coram Potestate, & petitur compelli ad compromittendũ, multofortius ex mẽte statuentium vr̃ fieri cõpromissum necessarium ex mente statuti, qñ nondum porrecta petitione, nec implorato Ptãtis officio petitur compromissum: quia præfatum statutũ iõ ita disposuit, vt parceretur expensis & labori partiũ: sed per istam viã parcit̃ labori, ergo sequitur, ꝙ tale cõpromissum dr̃ esse necessarium, & vr̃ statutum ꝯsiderasse casum magis frequentatum. Ita considerauit statuens, ergo idem ius erit in casu isto, licet non ita frequentatio: quia idem vr̃ statuisse, vnde non denotat iuris ministerium, sed potius facti frequentiam, ideo idem vr̃ statutum in casu nr̃o. Facit gl. quæ reputatur sing. in cle. j. de rescri. vbi gl. dicit, ideo potius expressit de religiosis: quia erat in maiori frequẽtatione, q̃ de prælatis, non ergo est iuris ministerium, de qua gl. facit ibi festum d. Ant. & cõiter alij scribentes. Et adduco ad hoc gl. in c. 2. de ꝯfes. li. 6. quæ quærit, vtrũ dispositio illius c. loquens in reo contumace ad rñdendum positionibus habeat locũ in actore, & decidit, ꝙ sic. Et ad illum tex. inquantum loquitur de reo rñdet, ꝙ fuit facti frequentia, magis enim erat freqũẽtatum in reo, tñ idem vr̃ statutum in actore. Facit gl. in d. c. Diaconi. 27. di. & quod hr̃ in cle. 1. de supp. negli. prælа. & in c. vnico, de rerum permu. lib. 6. & glo. quæ reputatur sing. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. Facit gl. in l. j. C. de his qui ad eccle. confu. & in auth. de cassa. C. de sac. san. eccle. & glo. in l. 1. C. de rapto. virgi. Facit, quod voluit D. Card. in c. si Abbatem, de rescrip. & idem D. Car. in c. præterea, el 1. in ver. religioso, de transac. vbi dicit idem in religiosis, & ideo expressit: quia ita accidit, & facit c. pleriq;, de pact. & ibi dixit do. Car. idem in alijs non regularibus, & ideo potius expressit de eis, quia erat magis frequentatum. Facit glos. in l. 1. C. de nil. agger. non rumpen. quæ dicit idem in aggeribus alterius fluminis. Idẽ voluit idem Ang. & Sal. Facit glo. in l. imperator. ff. de statu hom. vbi tex. loquitur in libera, & glo. ibi dicit idem in ancilla. Et quod voluit Bald. in l. si quis ita. §. si quis eũ. ff. de testa. tute. & in l. Barbarius Philippus. ff. de offi. prętor. & in l. 1. C. de his, qui ante apert. tabu. vbi magnifacit gloss. dictæ l. tale pactum. §. fina. Facit, quod pulchrè voluit Ioan. Andr. in addi. Specul. in titu. de loca. §. 1. post princip. vbi dicit rusticus fecit pactum cum domino, vt redderet certam portionem de vineis plantãdis in possessione, de arboribus nihil fuit dictũ, quòd nihilominus idem erit in arboribus, & ideo expressit de vineis: quia erat magis frequentatum, & loquitur Io. And. in materia contractus, cuius verba sunt strictè interpretãda. Idem erit fortius in statutis. Facit, quod volunt Moderni. in cap. 1. §. si quis rusticus, de pace tenen. in vsi. feud. vbi rusticus punitur si portat arma, quęrunt, vtrũ habeat locum in non rustico, & decidunt, ꝙ sic, & ille text. ideo loquitur de rusticis, quia erat magis frequentatum, non autem est iuris ministerium. Ita dicamus in casu nostro, vt si fiat compromissum dicatur necessarium. ¶ Et ad hoc accedat, quod pulchrè voluit Bal. in l. 1. C. de ope. liber. vbi colligit ex illa glos. ꝙ quando aliquid debet fieri certo tempore intelligitur illo tempore factũ, quod fit immediate ante vel post: quia in iure nostro idem tempus accipitur pro toto tempore, quod est necessarium actui, vel cohęrens, ita ibi pulchrè voluit, quæ doctrina decidit formaliter hanc dubitationem: quia cum huiusmodi compromissum ad hoc vt diceretur necessariũ inter eos, qui sunt vicini tempore litis inchoatæ, quæ intelligitur inchoatæ tempore productæ petitionis, vt satis dicatur factũ producta petitione, si immediate, vel post fuerit factum: quia intelligatur factum tp̃e productæ petitionis, ex quo immediate facto compromisso fuit petitio producta. Et sic Bald. in indiuiduo decidit hãc qõnem. ¶ Præterea accedat ad prędicta, qđ pulchrè voluit Bal. in finalibus verbis. C. ad Tertul. vbi dicit metus non solùm ꝯsistit in armis, sed ꝯsistit ẽt in statuto, qđ semper loquitur & terret, allegat, quod voluit Cy. in l. 2. C. quod metus cã. Et quod voluit idem Bal. in cõmento. l. falsus. C. de fur. vbi dixit, ꝙ ille, qui soluit metu statuti pęnalis, vr̃ facere iusto metu, & ad hoc allegat Bar. in l. creditor. ff. de sol. & quod voluit Cy. in d. l. 2. & in arg. allegat. l. j. §. quæ onerandę. ff. qua re. act. non detur. & l. non enim. §. j. ff. ex qui. cau. maio. Facit, quod voluit Bald. in d. l. 2. quod metus causa, ꝙ si ex forma statuti non potest opponi exceptio metus, vel doli ꝯ instr̃m guarentigię, ꝙ ille, qui soluit, non vr̃ approbare instr̃m, sed vr̃ soluere, ne capiatur, & ideo solutum repetit, & sic sentit Bald. ꝙ soluens videtur soluere respectu aliàs metu statuti, & non ꝙ voluntariè soluat. licet ergo non protestetur, ꝙ metu statuti facit, tamen satis vr̃ facere metu statuti, ex quo statutũ ita disponit, & facit, quod voluit D. Pet. de Ancha. in c. 1. quod metus causa, vbi refert debitores expulsorũ fuisse coactos a potestate, vt soluerent communi totum id, quod tenebãtur soluere expulsis, promiserunt soluere: deinde relaxati soluerũt. postea cum illi creditores expulsi reuersi fuissent, & agerent ꝯtra illos debitores, obijcie-

obijciebant de metu: sed creditores replicabant de ista spontanea solutione sequenti. certè non debuit dici spontanea: quia iterum secūdò & tertiò potuissent cogi. & idem metus cõtinuatus instabat, arg. illius. c. 1. & allegat, quod voluit Bal. in l. nouissimè. §. j. ff. quod fal. tut. allegat Cy. in d. l. 2. & Bar. in d. l. creditor. ita ibi dicit do. Pe. Et sic volunt præfati docentes, ꝙ actus videtur metu gestus ex eo: quia quis potuisset compelli ad illum actum faciendum, posito, ꝙ tunc nõ appareat de metu instanti. Ista in effectu apponunt gladium ad hanc quęstionem, & sic vr̄, ꝙ istud compromissum fuit necessarium & nõ voluntarium: quia attenditur illud, quod fieri potuisset, & sic ipsa coactio vigore præfati statuti, & per consequens fuit necessarium, & non voluntarium. Facit, quod voluit Pet. de Bellapertica, quē refert Cy. Bal. & alij in l. per retentionē. C. de vsur. vbi dixit, ꝙ quoties pręcedentia sunt præparatoria sequētium, semper videntur repetita in sequentibus iuxta illud, qđ dr̄ in l. j. C. de impo. luc. descrip. lib. 10. in ver. a principio tituli posterior formatur euentus, & quod habetur in l. regula. §. licet. ver. initium constitutionis demonstrat. ff. de iur. & fac. ign. Et facit, quod habetur in l. Titia. §. idem respondit. ff. de verb. ob. Cum ergo dispositio statuti loquentis de compromisso necessariò fiendo inter vicinos in eodem communi seu estimo fuerit præparatio petēdi hmõi compromissum, quia ex quo tempore porrigendę petitionis poterat compelli ad cõpromissum ex dispositione ipsius statuti, sequitur, ꝙ vr̄ facta repetitio dicti statuti in fabricatione dicti compromissi, & per ꝯñs dictum compromissum sortitur effectum ex statuto loquente de compromisso necessario. Accedat etiā ad prædicta, quod voluit Bart. in l. 2. ff. de condic. & demon. idem voluit idem Bar. in l. qui seruum. ff. de verb. oblig. & Bal. in l. fi. C. de ali. pub. præstan. & in l. id, quod pauperibus. C. de epi. & cleric. Ita dicamus in proposito nostro, ꝙ sit necessarium. Facit etiā, quod habetur in l. qui in aliena. §. Celsus. ff. de acq. hære. per quem tex. dixit Dy. ibi, ꝙ si quis timet, ne metu aut coactione alicuius potentis inducatur ad quandam rei suæ vēditionem, cautela est, ꝙ protestetur clam coram aliquibus, ꝙ eo casu, quo dictam possessionem illi potenti venderet, venditio pro nulla habeatur, & hoc per illum text. Et idem voluit solen. doctor do. Pe. de Anch. in c. j. quod metus causa. & idem voluit Bal. in c. si verò, de iureiur. Et licet Bart. reprehendat illam doctrinam Dy. in d. §. Celsus, vt ibi per eum. tamen Bal. ibi dicit, ꝙ vbicunque erat iusta causa metus, quare illam protestationem faciebat ita clam & non palam, tunc habeat locum illa doctrina Dy. & ad hoc allegat. l. de pupillo. §. si quis ipsi pretori. ff. de ope. no. nun. & c. si iustus metus, de app. secus si causa metus nõ suberat: quia tunc non procedit doctrina Dy. Ecce nunc in casu nostro iam suberat causa compellendi ad compromissum ex eo: quia erant vicini in eodem æstimo, ergo sequitur, ꝙ ex quo causa suberat, ꝙ causatum videtur habere originem in sua causa, & per consequens intuitu ipsius statuti videntur partes fecisse compromissum. Facit, quoties aliquis contractus inter aliquos celebratur, qui potest cadere in aliquam contractus, speciem ex locorum consuetudine illum iudicamus esse, qualem ex consuetudine loci illum præsumimus, aliàs dicitur contractus innominatus, vt l. si pecuniam. & ibi Bar. ff. de condi. ob cau. l. naturalis. §. at cum do. ff. de præscri. verb. instit. loca. §. 1. sed in casu nostro ex statuto loci cognoscitur, ꝙ istud compromissum fuit necessariū, ergo sequitur, ꝙ illud iudicamus necessarium, & non volūtarium. Facit l. taliter facta stipulatione. §. fi. cum l. seq. ff. de iure do. Ita dicamus in proposito. Facit ad prædicta l. si quis maior. C. de transac. in ver. nullo cogente imperio: sed libero arbitrio & voluntate, quæ idem est, quòd liberatum arbitrium: vt ibi probat text. & iura allegata superius, vbi illud dicitur fieri voluntariè, quod fit nullo cogente imperio. Et sic ponderanda sunt illa verba vniuersaliter negatiua, quæ omnia negant: vt est gl. in ver. nullum. in cle. j. de præben. & Io. An. in c. j. de postu. præla. lib. 6. in nouella, & probatur in l. is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. & tangitur in l. manifestæ. ff. de iureiur. & Io. de Imo. in l. pe. ff. de præto. stipu. vbi allegat ista iura. si ergo aliquo cogēte imperio fiat, nõ dicitur voluntarium. Et ideo Bart. in d. l. si quis maior. formaliter videtur decidere istam quæstionem, vt dicatur compromissum necessarium. Et si aliter diceremus, sequeretur, ꝙ coniuncti, qui tenentur ex dispositione statuti compromittere, ꝙ nunquam vendicaret sibi locum statutum, nisi compellerētur iudicis pręcepto, ꝙ esse non debet: quia si dicitur necessarium, quando partes instāt, vt fiat præceptum, eodem modo dicitur necessarium, quādo instat statutum posito, ꝙ pars non instet: quia statutum quotidie loquitur. l. Arriani. C. de hæret. & quotidie præcipit, vt est dictum. Facit etiam, quod voluit Bar. in l. qui fidem. ff. de transac. vbi formaliter decidit istam quæstionem, sed ponderet do. iudicans stante statuto præfato ita vt stat, & isti tales compromiserunt, quis esset, qui diceret, ꝙ liberè compromiserūt? Certè nullus, ex quo omnino producta petitione poterit compelli pars ad cõpromissum. Et in dubio partes videntur voluisse facere illud, quod lex sui municipij disponit:
3 † vt pulchrè dicunt Dyn. Bar. Ange. & Moderni. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. & voluit Pe. de Anch. in l. tres fratres. ff. de pac. vbi refert, se consuluisse in facto, vt quis videatur sequi legem sui municipij, idem videtur voluisse Bar. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de ope. libe. & do. Pet. de Anch. in suis consilijs, consil. 413. Ioan. de Imo. in c. potuit, de loc. dicunt enim præfati docto. accipiens emphyteusim pro se & filijs videtur illam accipere, vt consueuit fieri ex dispositione statuti, aut cõsuetudinis. Facit text. valde sing. in l. si duo. ff. de acquir. hære. in princip. per quem text. dicit ibi Bal. ꝙ faciens actum videtur se astringere ad obseruādum legem, aut statuti dispositionē de illo actu. Ex quibus iuribus manifestè probatur, ꝙ isti facientes compromissum videntur se astringere statuto loquente de cõpromisso necessario
4 † ex quo in eodem modo æstimo, & communi, & sic non expirauit instantia. ¶ Præterea accedat ad prædicta, de modo procedendi apparet, quam viam elegerint arbitri, aut iudices, glo. est ad hoc valde sing. in l. 1. ff. de iudic. sed in proposito nostro, vtrum compromittentes compromiserint necessario, an voluntariè colligitur ex modo procedendi: sed arbitri elapsis 40. diebus vtilibus pronunciarūt, ergo non videntur electi ex compromisso voluntario, sed ex necessario: quia exitus acta probat, & ex fine fit denominatio, vt hr̄ in l. eā quam. C. de fideicom. & per ꝯñs non fuit elapsum tempus præfixum instantiæ. ¶ Et si opponatur, ꝙ non potuit fieri compromissum necessarium ex eo: quia nulla erat dubitatio: quia res erat decisa primò per æstimationem factam, secundò per ratificationem factam de ea. & isti duo casus apponuntur per statutum loquens de compromisso necessariò, ergo nõ poterat compelli ad compromissum reus. Ad ista ego rñdeo, ꝙ statutum loquens de datione insolutū, vel de rei ven. aut venditione & similibus intelligit, si sunt validæ aliàs secus, ita probatur in l. non putauit. §. non quęuis. ff. de contratabu. & ibi dixit Bartol. disponit statutum, quòd puniatur cedēs iura contra popularem, quòd intelligitur,

intelligitur, si talis cessio fuerit valida de iure, facit l. 2. C. de eunu. vbi probatur, ꝙ statutum loquens de contractu intelligitur, si est validus aliàs secus, & ibi dixit Bald. statuto cauetur, quòd de contractu soluatur gabella, quòd intelligitur, si est validus: idem voluit in l. non dubium. C. de legi. facit. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudica. & quod voluit Bar. in l. filius. §. si quis. ff. de lega. prestan. facit. l. 2. §. testamentum. ff. quemadmo. testa. ape. & l. fin. ff. de constit. pecu. & quod voluit Bal. in l. si absentis. C. si cer. pet. Cũ ergo hmôi venditio facta per illum Ioannem, & dicta ratificatio facta per eundem sint nullius vigoris & efficaciæ ex eo: qa erat minor & mētecaptus, & sic non habens sensum, ergo fuit nullius efficaciȩ. Facit l. 2. C. de cur. fur. vbi mētecaptus, vel furiosus si alienat res suas immobiles, nõ valet alienatio sine decreto: vbi facit glo. ibi, & quæ ibi voluit Bal. in c. 1. de benefi. fra. in vsi. feu. & in l. si vt proponis. C. de rei vendic. ergo illa alienatio facta per illũ Ioannem tunc mentecaptum, non fuit facta iuris solennitate, ergo fuit nulla, eoq; magis, quia erat tutor, seu curator eiusdem Ioannis ille Iacobus, & emit rem minus iusto pretio, quo casu non tenet talis venditio: vt probatur in l. cum ipse. C. de ꝯhend. emp. licet enim tutor possit emere rem pupilli palã & bona fide, vt ibi probatur: tñ ad bonã fidem spectet, ꝙ pretium iustum, & ꝙ pupillo sit talis alienatio necessaria, vel vtilis, aliàs non dr̄ tutor bona fide versari: quia debet curare, ne ꝯditio sui pupilli fiat deterior, & quia iurat facere vtilia pupilli & inutilia prætermittere: nam in tali ꝯctu pp modicam læsionem fieret rescissio, simile hr̄ in l. fundus qui Lucij Titij. ff. de rescin. vend. ita formaliter decidit Bal. in d. l. cum ipse. Facit ad hoc. l. si in emptione. ff. de ꝯhē. emp. & si tutor emat a pupillo, debet interuenire authoritas tutoris & decretum iudicis, vbi decreto opus est, vt plenè scri. Bald. in d. l. cum ipse. & certè idem priuilegium indultum pupillo vr̄ indultum mētecaptis & furiosis & prodigis, vt per glo. sing. in d. l. 2. C. de cur. fur. & sic multipliciter apparet, ꝙ huiusmodi alienatio non tenuit de iure. primò: quia facta non interueniente decreto iudicis, secundò: quia facta per mētecaptum. tertiò: quia interuenit deceptio in pretio, & (ꝙ pessimum est) vltra dimidiam iusti pretij, & iam in d. l. cum ipse, probatur, ꝙ rescinditur vēditio facta a pupillo, seu minore suo tutori, vel curatori, si nõ interuenit iustum precium: quia dr̄ versari in mala fide tunc tutor, & idē in curatore, quia curator iurat agere vtilia pro minore & euitare inutilia, aliàs non valent gesta per eum: vt est tex. valde sing. in l. fi. §. oēm. C. de admi. tut. & ibi Bart. Bald. & Ang. apparet ergo iure aperto, ꝙ non tenuit talis alienatio, ergo statutum loquens de alienatione, vt in ea nõ compellantur compromittere partes, intelligitur, si valeat & teneat talis venditio: aliàs secus, vt est dictum. ¶ Et si dicatur, ꝙ fuit per ratificationem ꝯualidata dicta venditio: quia actus nullus ex superuenienti ratificatu efficit validus: vt not. in l. si quis mihi bona. §. iussus. ff. de acq. hær. l. si autem. ff. de aqua plu. ar. l. obligari. §. tutor. ff. de autho. tuto. l. per fundum. ff. de serui. ru. præd. l. fi. C. ad Mace. l. obseruare. §. post hec. ff. de offi. proconsul. & per Bal. in c. si quis miles. in titu. de feud. sine cul. non amit. & in l. cum non solùm. §. necessitate. C. de bo. q̄ lib. & in l. 1. C. qui admit. in rub. C. de exercito. & in l. 1. C. qui pro sua iurisdi. & in l. j. ad fi. C. si a non compe. iudic. allegat glo. in l. instar. C. de iur. fi. libr. 10. Bart. in l. si mater. §. hoc iure. ff. de excep. rei iudi. gloss. in c. non firmatur, de reg. iur. li. 6. Inno. in c. prudentiam, de offi. deleg. & in c. dudum, ad fi. de reb. eccle. non alie. lib. 6. in c. cum consuetudinis, de consuc. & in c. 1. de eo qui dux. in ma. & per glo. in c. proposuit, de coniug. seruo. & in c. auditis, & c. quod sicut, de elect. & in c. cura, de iure patro. & no. in c. si qua de reb. 12. q. 2. & in c. edoceri, de rescri. per gl. & doct. & per D. Ant. in c. cum vos, de his quæ fi. a prela. Et ideo vbi ꝯctus est nullus ratione formȩ, superueniens consensus non facit illum reconualescere. Ita dixit Inno. in d. c. dudum. ad fi. & in d. c. prudentiam, glo. in c. quam sit, de elec. lib. 6. & probatur in d. c. auditis, & voluit Cy. in l. cum antea. C. de arb. Cũ ergo talis ꝯctus emptionis caruerit forma: quia ille curator, seu tutor emit a mētecapto & minore, & sine iudicis decreto, & sine authoritate contutoris, vel alterius curatoris, vt voluit Bal. in d. l. cum ipse. ergo ꝯñs ratificatio non reddit illum contractum validum. Item actus actiuorum sunt in patiente bene disposito, vt voluit philosophus in 2. de anima, probatur in c. venerabilem, de ele. & c. ad dissoluendum, de despon. impub. cum si. sed actus ratificandi non potuit cadere in istum Io. meutecaptum, ergo frustra dicimus, ꝙ nullitas conualidetur ex superuenienti ratificatione, cum mentecaptus non habeat sensum capacem, vt potuerit ratificare, vnde non potest habere locũ. l. prima. & 2. C. si minor ma. fac. ra. hab. & c. 1. de despon. impu. ex quo erat mentecaptus. vnde posito, ꝙ cessaret vnum impedimentum; tñ non cessat alterũ, & sic posito, non tñ concesso, ꝙ maior factus potuisset ratificare excluso impedimēto minoris ætatis: non tñ est sublatum impedimentum, quo est mentecaptus, multo ergo fortius, quia erat minor, qñ istam ratificationem fecit, & sic concurrebant duo impedimenta, videlicet minoris ætatis & impedimentum rectè mentis, & intellectus.

¶ Præterea facit ad prȩdicta, ꝙ dicta ratificatio non tenuerit: quia ex accidētia facti apparet, ꝙ dicta venditio fuit dolo ipsius Iacobi tutoris, aut curatoris procurata: tum quia dolus præsumitur ex enormi lȩsione interueniente inductus; tum quia dolus probatur ex coniecturis: vt voluit gloss. in l. dolum. C. de dol. tex. c. 2. de renun. lib. 6. cum sim. posito ergo, non tñ concesso, ꝙ dictus Ioãnes tempore ratificationis fuisset effectus sanæ mentis, nihilominus præsumitur ignorasse dolum commissum per illum Iaco. ex regula. l. verius. ff. de probatio. quæ ignorantia suo probabitur iuro, tanquam quid ꝯsistens in animo: quia animus hominis est nobis occultus, & soli Deo cognitus. c. cognouit, de iudic. & ideo dicimus teste Ioanne lib. Apocalipsis. ego sum scrutans renes, & corda. ideo probatur per eius iuramentum, vt voluit glo. insti. de actio. §. aliæ. & in l. si cui. §. ijsdem. ff. de accu. & in l. Fulcinius. §. quid sit latitare. in versic. hic animus. ff. ex quib. cau. in pos. ea. & in l. cum proponas. C. de bo. aut iudi. pos. & gl. in c. si verò, de sen. excom. & in c. significasti, de homic. vbi videtur tex. & facit. l. quæro. ff. de ædi. edict. ¶ Et etiam ponderet do. iudicans: quia posito, ꝙ iste Ioan. esset maior & sanus mente, qñ ratificauit; tñ non videtur exclusus remedio rescindendi ꝯctum vēditionis per singularem doctrinam Odof. & Nico. de Matth. in l. 2. C. de rescin. ven. quam ibi refert Bal. Sal. & alij, vbi dicunt, ꝙ licet remedio. d. l. 2. C. de rescin. vend. possit tacitè quis renunciare, vt l. quæritur. §. venditor. ff. de ædil. edict. & in l. domum. ff. de contrahend. emp. & l. qui quis. C. de rescin. ven. tamen dicunt illa iura non habere locum eo casu, quo qualitas personæ aliud induceret, puta quia esset mulier, aut minor, aut rusticus, quia tunc potius viderentur ducti facilitate ad renuntiãdum tacitè remedio. d. l. 2. quàm liberalitate, & refert istam doctrinam, & sequitur do. meus Io. de Imo. in repetitione. c. cum contingat, de iureiur. allegat in ar. l. cũ de indebito. ff. de prob. & facit, qđ pulchrè voluit Io. An. in c. pleriq;, de pact. vbi soluēs scien-

scienter, vt ibi dicitur: tñ limitat, nisi qualitas personæ aliud suaderet, allegat. d.l. cum de indebito. multum egregiè facit illud dictum Odof. Modò in proposito nostro si iste Ioan. erat minor, talis ratificatio non impediet rescissionem: quia vr̄ facta sua facilitate, & multofortius si erat mentecaptus, ar. l. cum de indebito, si verò erat maior, & sanæ mentis: adhuc dico, ꝙ præsumptio est, ꝙ per errorem ita ratificauerit: quia sicut fuit dolo inductus a principio ad vendendum, ita fuit dolo inductus ad ratificandum, ar. l. fi. C. de non nu. pec. & etiam per errorem fuit inductus ad sic ratificãdum per d.l. verius. ergo sequitur, ꝙ nihil operatur dicta ratificatio ꝑ regulam. d.l. verius. Et aliàs cum ista qō esset Parmę, ita fuit consultum per certos solennes doctores, & ēt ego ita cōsului, & allegaui in indiuiduo celebrem doc. Lud. Ro. qui ita in suis consilijs consil. 52. incipiente visis circa id de quo queritur luculenter, & subtiliter allegatis per quosdam insignes aduocatos, minor vendiderat cuidam, & non interuenerat solennitas statuti. Postea maior effectus ratificauit contractum venditionis. cõsuluit, ꝙ talis ratificatio non conualidauit contractum præambulum, & inter alia motiua mouetur ad sic dicendum: quia videtur interuenisse dolus in illo contractu, ex quo non interuenit solennitas statuti, & licet in maiori ætate constitutus venditionem ratificauerit, videtur ignorasse dictum
5 dolum, ar. d.l. verius. quam † ignorantiam consuluit probandam esse suo iuramento per glo. d. c. si verò, & sic apponit gladium ad hanc dubitationem pręfatus doctor: quanto ergo fortius cum dictus Io. tempore ratificationis erat minor & mentecaptus. Præterea ad hoc adduco tex. coniuncta sua glo. in l. 1. C. si ma. fac. ven. ratam ha. vbi hoc expresse dicitur, ꝙ ratificatio non se extẽdit ad ea, q̄ dolo sunt extorta. ¶ Et si dicatur mihi, quomodo probas dolũ interuenisse in præfata venditione. Dico, quòd iure aperto probatur dolus: quia præfatus Io. est læsus in maxi-
6 ma quantitate, quo casu † ex enormi læsione præsumitur interuenisse dolus & fraus secundùm, ꝙ decidit text. valde notabilis in l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in frau. credi. l. summa cũ ratione. ff. de pecul. & ideo dixit egregiè Bald. in c. 1. §. item sacramenta, de pace iur. fi. in vsi. feu. vbi dicit, ꝙ ex enormitate facti pręsumitur consilium animi, vnde dicit, ꝙ pręsumitur dolus contra minorem commissus ex enormi læsione: vt quia venditionem de suis rebus fecit, vel renũtiauit hæreditatibus sibi de latis. l. pactum. C. de collat. & ad hoc allegat Bart. in l. fi. ff. de præto. stip. vbi dixit, ꝙ arbitrator præsumitur in dolo, si enormiter læsit. Ita dicamus in proposito ad hoc l. cũ hi §. in causa. cum seq. ff. de transac. & ita etiam dixit D. Pe. de Ancha. in c. quamuis, de pac. li. 6. & in sua disputatione quæ incipit, cum C. laicus, & in repetitione. c. canonum, de consti. & Abb. in c. Quintauallis, de iureiur. & plenè do. Anto. in c. cum contingat, eo. titu. & voluit Lud. Ro. in consilio allegato superius, vt præsumatur dolus ex enormi læsione. Facit dic. l. j. C. si maior fac. Et sic colligitur ibi, ꝙ ratificatio purgat defectum solennitatis in via agendi remedio. d. l. 2. C. de rescin. ven. Modò in proposito multi defectus interuenerunt in ista vẽditione. primò, quia emptor fuit curator, nec emit ab alio curatore. secundò, quia ille venditor fuit minor. tertiò, quia fuit mẽte captus. quartò, qa interuenit modicitas precij & enormis. sextò interuenit dolus ipsius emptoris, quo casu nihil operabitur dicta ratificatio, nec vlla æquitas, aut iuris censura patitur, ꝙ iste Iacobus locupletetur cũ aliena iactura. l. nam hoc natura. ff. de condi. indebi. c. locupletari, de reg. iur. lib. 6. Facit, quod voluit Hostien. quem alij doctores sequuntur in ca. dilecti, de maio. & obed. solet allegare de arbit. sed debet allegare in cap. 2. eodem titul. & in cap. bonæ, de appel. ꝙ vbicũque ex ista causa res aliena peruenit ad aliũ secundùm canones oritur iudicis officium, & contra illum intentari potest, & ita dicit intelligi posse, quod habetur in cap. quia V. de iudi. & fundatur tale iudicis officium in æquitate. l. si me & Titium. ff. si cert. petat. & d. l. nam hoc natura. & d. c. locupletari, & egregiè dixit Io. de Imo. in cap. peruenit, de emptio. & vend. ꝙ iudex semper potest & debet supplere ex officio, & prouidere ne quis locupletetur cum aliena iactura per id, quod habetur in l. planè. ff. de petitio. hæreditat. & per id, quod voluit Barto. in l. si vnus. §. pactus. ff. de pac. & facit, quod habetur in l. fi. ff. de pet. hære. & in c. ad nostram, de empt. & vendi. ergo sequitur, ꝙ non poterit ex officio supplere, ne cum damno illius Ioann. locupletetur. Facit etiam, quod voluit Lud. Roma. in superius allegato consilio vbi consuluit, ꝙ dolus in contractu minoris interueniens vitiat contractum: sed præsumitur dolus interuenisse eoipsò, ꝙ non fuit obseruata solennitas in contractu minoris per id, quod voluit glo. ordi. in l. j. C. de fide instru. & iur. hastæ fisc. lib. 10. in ver. mala fide. quæ dicit, ꝙ requisitę solennitatis omissio ve-
7 hementem doli præsumptionem inducit. † pro qua glo. facit. cap. qui contra iura mercatur, de regu. iur. lib. 6. & l. quemadmodum. C. de agri. & censi. lib. 11. & etiam allegat ad hoc. l. non existimo. ff. de admini. tuto. & l. fina. ff. de ritu. nupt. & cap. quia propter, de elect. & quod not. gloss. in l. 1. C. de interdic. matri. & Inno. in c. vt nostrum, vt eccle. benefi. vbi pulchra iura allegat ad hoc. Cũ ergo in casu nostro ex quo non interuenit debita solenuitas videatur ꝯtractus venditionis gestus in occulto, ergo sequitur, ꝙ præsumitur interuenisse dolus ex parte ipsius Iacobi, & per consequens non valuit talis ratificatio, & multofortius videret interuenisse dolus, si dictus Iacobus consueuit aliàs committere fraudes & dolos. multum enim in pręsumendo dolo & fraude actum exercentis qualitas operatur ex regula iuris, quæ habetur in cap. semel malus. lib. 6. & voluit glo. ordi. in l. inciuilem. C. de fur. & glo. quæ allegatur pro singulari in l. cum allegas. C. de vsur. & l. fi. §. vlt. ff. de actio. & ob. & in l. vnica. C. si quis imperator. maledixe. & in l. 1. C. de sica. Et sic concludit Ludou. in dicto consilio dolum interuenisse, qui ex perspicuis indicijs de iure communi probatus esse videtur. l. dolum. C. de dolo. Et sic consuluit dictam ratificationem non conualidasse dictum ꝯtum venditionis. Ita dicamus in casu nostro, & sic Ludo. Ro. consuluit in terminis in fauorem huius Ioan. & ego sæpenumero consului. ¶ Nec obstat, si dicatur, ꝙ in dicta approbatione & ratificatione dictus Io. renunciauit dolo, fraudi, deceptioni dupli. Hinc est, ꝙ gl. q̄ reputatur valde sing. in l. si patronus. §. patronum. ff. si quid in frau. patro. dixit, ꝙ si principalis obligatio est in fraudem facta, quòd eodem modo præsumitur in fraudem apposita omnis clausula & omnis obligatio, & illam glo. allegat pro aurea Bald. in quodam suo consilio incipiente filia instituta. Et facit simile, quod voluit Bal. in l. si ex cautione. C. de non numerat. pecu. Et facit, quod habetur in l. fin. §. item quæsijt. ff. de condi. inde. Et facit, quod habetur in l. fina. C. de non numera. pec. vbi in iuramento intelligitur tacitè illa conditio, quæ intelligitur in obligatione principali. Et ideo dicebat Bald. in l. absentis. C. si cert. petat. quòd si non tenet principale, non tenet præceptum, nec confessio, & dicit esse text. singul. in l. fina. ff. de constitu. pec. & voluit Bal. in l. post legatum. ff. de ijs qui. vt indig. & Innocen. in c. cum venerabilis, de excep. & in c. cum olim, de censi. & quod voluit glo. & Bar. in l. 2.

in l.2.C.de bon.poss.secundùm tab.Et ideo pulchrè dixit Bal.in l.ex testamento.C.de fideicom.& in c.i. §.si quis.in titu.de feud.da.in vicem leg.commiss.in vsi.feu.ꝙ si non valet instrm,non valet ꝯstitutio pcarij in eo,& sic si non valet primus ꝯtus, nō valet secūdus approbatorius per iura, quæ superius approbaui, maximè quando idem defectus reperitur in vtroque,& sic si non valet aprobatio, eodem modo 8 non valet clausula apposita in ea.†Et iō dixit Bal.in l.j.C.de dona.ante nupt. ꝙ propter prohibitionem præsumitur simulatio, allegat.l. qui testamētum.ff. de proba.Et ideo sicut præsumitur cōtractus simulatus : ita præsumitur simulata constitutio precarij in eo apposita.Et iō non valent,vt in l.j.C.de suffragio.Ita dicamus in proposito nostro : vt sicut est inualida illa approbatio , eodem modo præsumitur inualida omnis clausula,& omnis cautela apposita in ipso instro. Et iō non obstant clæ renunciationis appositæ in dicto instro::qa qua facilitate fuit inductus ad approbandum , eadem facilitate fuit inductus ad apponendum clausulas renunciationis , & maximè vt communiter hodie videmus fieri : quia notarij ex capite suo apponunt illas clausulas , non enim partes eis imponunt, ꝙ illas clausulas apponant:sed ex suo capite illas apponūt, nec sciunt quā operationem sint productæ. Ita elegāter dixit Bart. in l.j.ff.de iure codi.in 7.quæstione principali.vbi dixit,ꝙ notarij apponunt clausulas codicillares ex capite suo, & testatores nesciunt quid operentur illæ clausulæ.similiter dixit Bal.in l.quoties. C.de hære. institu. quòd si testator legat fratri suo quinque, & ecclesiam instituit in quinque solidis,& moritur hęres vniuersalis,quòd ex mente testātis frater acquirit hæreditatem & non ecclesia. Et si dicatur, ꝙ ecclesia fuit instituta in quinque,dicit,quòd non fuit de mente testantis,sed ideo fuit instituta in quinq;: quia notarij ita consueuerunt facere.facit,quod voluit domi.Anto.& domi.Abb.in ca.quintauallis.de iureiuran.vbi dicunt,quòd si in compromisso apposita est clausula,quòd arbiter possit enormissimè lædere & dare de iure vnius alteri, ꝙ nihilominus illa clausula nihil operetur:quia notarij ex suo stylo illā clausulam apponunt, non autem ꝙ partes faciant illam apponi,& idem voluit in repetitione. capi.cū contingat.de iureiu.& per consequens liquidò ostēditur, ꝙ dicta clausula renunciationis nihil operat, maximè cum esset minor,& mētecaptus. nec est verisimile,ꝙ mentecaptus rogauerit notarium apponere dictam clausulam.& omne,quod non est verisimile,est quædam falsitatis imago, vt soluit Auerrois summus commentator,quem refert Bal.in rubric. C.de proba.& in l.j.C. de ser.fug. & in tractatu scismatis.& in rubrica de postul. præl. & in l.fi.C.de edic.diui Adri.& facit.l.si ita.quis in versi. ꝙ nemo sanus diceret.ff.de euic.& in c.fi.de consue.& quod habetur in l.milites.§.oportet.C.de quæstio.l.nō est verisimile. ff. quod metus causa, c. quia verisimile. de præsum.¶Et ex istis enucleatum est tertium dubium huius consultationis,cum quærebatur,ꝙ posito,ꝙ dicta venditio non tenuerit: nihilominus assumpsit vires & robur ex approbatione sequenti facta per illum Ioannem: quia (vt est demonstratum) illa approbatio corruit vt primus contractus venditionis.¶Nec obstat,cum opponitur,ꝙ compromissum fit super dubitabili,nō autem sup re clara & indubitabili:vt l.post rem.ff.de transa.l.eleganter. §.si quis post.ff.de condict.inde.l.2.C.de legi. & ibi dixit Bal.& Raf. ꝙ si ex forma statuti quis cogitur ad cōpromissum intelligitur de re dubitabili.l.ancillæ.C. de fur.& idem voluit ibi Bal. & ideo dixit Bald.in c. pastoralis.de rescrip. ꝙ si causa debet compromitti ex dispositione statuti,intelligitur si est dubia de iure & de facto,& quod voluit idē Bald.in l.cum proponas.C.si certum petatur. & in ca.cum contingat. de rescrip.& in l.j.ff.de transac.dixit item Bal. ꝙ publicatis attestationibus nō potest peti compromissum:quia res est liquida , & quod voluit Angel.in l. cum hi.§.sed cum lis.ff.de trāsac. & quod voluit do. Car.in c.interposita.de arbi.& Ioan.de Imol.in cap. super eo.de transac.sed huiusmodi causa erat liquida & indubitabilis:quia contractus venditionis fuerat approbatus ex post facto a dicto Ioanne.ergo nō potuit peti compromissum nec ex dispositione statuti loquentis de compromissio necessario , nec ex conuentione partium:cum res esset liquida & clara:quia reuera ista non obstant ex eo:quia tunc res dicitur clara & liquida intantum, ꝙ non possit peti compromissum, quando meretur executionem, & per tergiuersationem negari non potest: vt quia lata est sententia,quæ transiuit in rem iudicatam,vel res aliàs esset notoria:vnde multum eleganter dicebat Ang.in l.ita stipulatus.§.Chrisogonus.ff.de verborum obligatio. ꝙ si ex dispositione statuti litera cambij habet executionem paratam,non potest peti compromissum.Et accedat,quod voluit Bal.in d. l.post rem.vbi dixit, quòd quando petitur executio alicuius sententiæ, pars, contra quam petitur, non potest petere illam causam compromitti in arbitratorem ex forma statutorum loquētium, ꝙ quæstiones compromittantur,cum non sit quæstio:quia iā decisa est quæstio. & cum arbitramentum sit quædam transactio,nec possit post rem iudicatam transigi,vt d.l.post rem. idem dicit esse, quando petitur executio instrumenti guarentigiæ, quod habet vim sententiæ secundum formam statutorum Tusciæ, ꝙ non possit peti compromissum , sicut non potest peti de re iudi.& facit,quod voluit Bald. in l.fratris. C.de trāsa.& in l.iudex.ff.de his qui sunt sui.& Ang. in l.eleganter.§.si quis post.ff.de condic.indeb.& in d.l.cum hi.§. sed cum lis. & in cōsilio incipiente,in splendidissima ciuitate Florētiæ.Bal. in l.si ex diuersa.C.de transactio.& in l.j.C.quando prouo.non est necess.& facit quod voluit idem Ang.in d.l.cum hi. §.sed cum lis.vbi refert se consuluisse, ꝙ partes non possunt transigere post rem iudicatam, vel compromittere,licet asserant posse litem oriri,ex quo lex restitit potentiæ transigendi , & ita modo intelligitur, quod voluit idem Ang.in l.j.ff.de transa.vbi dixit,ꝙ quando res est liquida non potest transigi,nec compromitti: & idem voluit in dicta l.elegāter. §.si quis post. Modo ex istis datur clara respōsio ad superius dicta,ꝙ tunc non potest compromitti,qn̄ res,ita est dua & liqda,ꝙ non potest tergiuersari,& hēt paratam executionem : at in casu nostro stantibus dicto contractu venditionis & contractu approbationis & ratificationis res nec est liquida , nec est manifesta,nec meretur paratam executionem ex eo : quia curator, vel tutor non potuit emere a mentecapto minus dimidia iusti precij sine iudicis decreto,vt superius demonstraui.ergo sequitur,ꝙ talis cōtractus venditionis fuit nullius efficaciæ & eodē modo contractus approbationis, & ratificationis , vt superius demōstraui.ergo res non est liquida in fauorem Iacobi volentis locupletari cum iactura & damno illius minoris mētecapti,&(quòd pessimum est) fuit datus ad tuenda bona & personam illius Ioannis,& denudauit & spoliauit illum,ꝙ nō est fiendum.quinimo videtur realiter & effectualiter esse quædam donatio & non venditio , ex quo excedit læsionem enormissimam.&ideo dicebat Bal.in l.j.C.si aduer. 9 dona.quòd impossibile est,ꝙ minor donet, †qa nō potest habere curatorem ad donādum , & maximè quando

quando talis donatio tendit ad commodum ipsius curatoris per id, quod notatur in l.j.ff. de autho.tut. & per consequens potuit fieri compromissum: quia ille contractus primæ dationis, seu venditionis non habuit executionem paratam: quia publica instrumenta de iure communi non habent executionem paratam: vt l.minor.25.annis, cui fideicommissum. ff.de mino.& ideo dixit Angel.in l.j.C. de plus peti. ꝙ statutum disponens, quòd instrumentum publicum habeat executionem paratam, est contra ius commune, & ideo debet strictè intelligi, idē voluit in l.3.§.prætor ait.ff.de re iud. Et si dicat, quòd istud instrumentum approbationis habet executionem paratam ex dispositione statuti. dico, ꝙ illud statutū si vigeat in ciuitate Pergami, debet intelligi de īstrumento valido: vt superius dixi: sed instrm̄ istud est nullius efficaciæ, vt superius demonstraui. ergo sequtur, quòd potuit compromitti tanquā de re dubia. ¶ Et sic tria eliciuntur ex p̄dictis, quòd dictum compromissum fuit necessarium, & comprehendit̄ sub rubrica de cōpromisso necessario, & per consequēs valuit laudum latum vltra 40. dies vt lex, & per hoc fit satisfactum primo dubio. secundo elicitur aliud, videlicet, ꝙ non requiritur, nisi vnus notarius in cōfectione instrumēti. tertio elicitur decisio tertię dubitationis, ꝙ stante dicto instrumento ratificationis potuit dictus Ioan. petere dictam petiam terræ, licet renunciauerit fraudi dupli &c. ¶ Præterea est etiam aduertendum, ꝙ posito, non tamen concesso, quòd istud compromissum esse voluntarium: quod tamē non est verum, nihilominus valuit laudum seu arbitramentum latum extra 40. dies vtiles ex eo: quia licet istud statutū dicat, ꝙ non possint prorogari &c. & licet in alio statuto dicatur, ꝙ in statuto prohibitorio licet non sit apposita clausula decreti, ꝙ decernimus irritum & inane, quicquid in contrarium factum fuerit: tamen dico, quòd cōsensu partium potuit fieri ista prorogatio, ꝙ demonstro ad oculum. istud statutum licet respiciat publicam vtilitatem: tn̄ principaliter fuit inuentum propter vtilitatem priuatam ipsorum compromittentium: sed tex. habeo formalem in l.j.ff. de fer. vbi causa illius statuti fuit publica vtilitas: vt ibi dr̄: tamen quia principaliter respicit priuatam vtilitatem, potest tale statutum pactis priuatorum mutari, vt ibi dicit text.& tamen tex. ibi dicit, sententiam nullius esse momenti, quæ verba apponunt decretum, & inficiunt actū ipso iure: tamen tex. ibi dicit, ꝙ cōsensus partiū potest facere, vt valeat sententia talibus diebus lata: & ita intelligit illum text. gl. quæ reputatur singularis. in authē. vt sine prohi. ma. debi. vel credi. §. qa vero. colum.7. ad fi. magnæ gloss. quæ in terminis decidit istam dubitationem. licet igitur istud statutum dicat, non posse fieri talem prorogationem, & ꝙ intelligatur apposita clausula annullatiua: tamen cōmuni consensu partium potuit fieri talis prorogatio, ex quo ad priuatam vtilitatem emanauit tale statutum. facit: quia in Velleiano sena. consulto ex causa reipublicæ statutum est, ne mulieres pro alijs intercedentes effectualiter obligentur: tamen quia principaliter fauore mulierum Velleianum est introductum, vt l. qui exceptionem. de condi. indeb.& probatur assumptum, quod causa reipublicæ est, ꝙ mulier non obligetur, vt l.j.& ij.ff. ad Velleia. tamen pacto priuatorum potest immutari, casus est in l.fi. §.pen.ff. ad Velleia.& not. in l. doli exceptio. §. diuersum. ff. de noua.& in l. sciendum. ff. de verborū obligatio. Ecce nunc, ꝙ licet actus sit introductus fauore publico principaliter ad bonum publicum: tamen potest renunciari. Ita dicamus in casu nostro. Facit. l. si quis in conscribendo. C. de pact. vbi fauori pro se introducto potest quis renunciare. c. porrectum. & c. ad apostolicam. de regu. cum similibus. Facit simile, qđ dicimus, quod ius appellandi est frequens, & necessarium introductum gratia publicæ vtilitatis, vel ex eo ne quis re sua malè vtatur, vt in §. expedit. insti. de his qui sunt sui vel alie. iur. vel vt errores, & iniquitates malè iudicantium corrigantur & puniantur, vt l.j.ff. de appel.& istud fieri interest reipu. vt l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. cum simil. tamen quia respicit priuatam vtilitatem appellantium, iō pacto priuatorum tolli potest, vt l.fi.§.fi.C. de temp. appel. l.j.§. si quis ante. ff. a quib. app. non licet. Facit ēt edictum de testibus est frequēs & necessarium, vt l.j.ff. de testi. tamen quia respicit principaliter priuatam vtilitatem, potest renunciari pacto, vt est gl. sing. in d.§. quia vero. in Auth. vt sine prohi. ma. debi. vel credi. ergo ita est dicēdū in proposito nostro. ¶ Nec ob. quod no. per docentes in c. dilecto. de præben. ꝙ non potest renunciari constitutioni habenti clausulam annullatiuam cum decreto: quia respondeo, quòd illa doctrina confunditur per text. d.l.j. in prin. ff. de fer. vbi dicitur, quòd est nullius momenti sententia, & tamen pacto priuatorum potest remitti. ergo &c. Item potest responderi, quando actus respicit principaliter publicam vtilitatem, vt tunc nō possit pacto priuatorū tolli, vt l. ius publicum. ff. de pact. c. si diligenti. de foro compe. ¶ Accedat tex. in c. nonnulli. de rescrip. vbi cōstitutioni prohibitoriæ possunt partes renūciare, facit, quod voluit ibi Bal. & ideo pulchrè dixit idem Bal. in l. maximum vitiū. C. de libe. præte. quòd stante statuto, ꝙ filius masculus excludat fœminam, ita ꝙ non possit succedere: nihilominus poterit frater renunciare illi constitutioni, & admittetur filia ad succedendum: quia de facili res reuertitur ad suam naturam, vt c. ab exordio. 35. di. l. si vnus. §. pactus. ver. quòd in specie. ff. de pact. Ita in proposito, cum istud statutum sit contra regulas iuris communis, vt l. properandum. C. de iudi. per istam viam de facili reducitur ad ius commune, quod est fiendum. l.2.C. de noxa. c. cum dilectus. de consue. cum simili. facit. c.fi. §. is autem. de offic. deleg. vbi delegatus, cuius est electa industria personæ, non potest actum committere alteri, tamen partes possunt consentire, vt fiat per substitutum, ecce nunc, ꝙ constitutioni prohibitoriæ possunt partes
10 renunciare† istud decidit Ludo. Ro. in suo cōsi. 147. incipiente præfati consultoris eximij, vbi post alios consuluit, ꝙ constitutioni prohibitoriæ quis potest renunciare, si cōcernat principaliter vtilitatem priuatam: vt est in casu nostro. facit. ca. j. de loca.& qđ ibi colligit do. Pet. de Ancha. ꝙ constitutioni pęnali & prohibitoriæ editæ in fauorem alterius potest renunciari, si ille, in cuius fauorem editur, consentiat, & per cōsequens ex isto capite apparet, ꝙ huiusmodi laudum, seu arbitramentū valuit & tenuit. ¶ Capio nunc aliam dubitationem, videlicet, notarius narrat in suo instrumēto partes elegisse tres ęstimatores ad æstimandum dictam terram & c. vt in puncto continetur, nec aliter constat nisi per narrationem notarij. Quia ad hoc succinctè respondeo, ꝙ
11 verba narratiua notarij non faciunt fidem† capit. si Papa. de priuile. libr. sexto, l. ex hac scriptura. ff. de dona. l. ex his verbis. C. de testamen. mil. est enim speciale in Papa, vt eius verbis narratiuis tūc detur fides, cum super eis fundatur intentio sua, vt clementina prima, de probatio. & maximè hoc procedit in notario, qui debet conficere instrumētum de his, quæ in præsentia sua agunt, & de his sibi creditur in alijs, quæ ante gesta fuisse narrantur in instrumento nō creditur notario, vt cap. quoniam cōtra. de probat. in nouella, per Bartolum in l. sciendum. ff. de verborum

rum obligatio per Innocentium, in cap. cum in iure, de officio deleg. Et facit lex optimam. C. de ꝯhē. stipul. & hoc decidit in terminis dominus Petrus de Anch. in suis consilijs, consilio ducentesimo octuagesimo octauo, incipiente viso diligēter tenore. vbi ita formaliter consuluit. Facit, quod voluit Innocētius in capitu. fraternitatis. de hære. vbi dixit, ꝙ notarius in instrumento & testis in dicto nō debet ponere: nisi illud, quod in veritate nouerit. Et pulchrè dixit Bal. in l. cum precibus. C. de probatio. & in rubrica. C. de fide instrumentorū, quòd notarius non debet ponere in instrumento, nisi illud, quod viderit. Et facit gloss. in authen. de tab. quæ dicit, quòd notarius debet audire, vel videre ea, quæ ponit in scriptura. Et ideo dixit Bald. in l. contractus. C. de fide instrumentorum, ꝙ instrumentum notarij non recipit suppletionem facti: allegat, quod notatur in c. cum P. de fide instrument. in nouel. Facit, quod voluit Fede. de Sen. consi. 143. vbi dicit, quòd creditur notatio de gestis coram eo non ab eo. Et egregiè dixit Inno. ꝙ notarius debet scribere in instrumento illud, quod vidit. Facit, quod voluit domi. Abb. in c. cum causam. de testib. vbi dicit, ꝙ notarius attestatur solum de duobus, scilicet de visu & auditu, & allegat Specu. in titu. de instru. edi. §. restat. versic. sed quando. Facit, quod eleganter voluit Bal. in l. j. ff. de magistra. conuen. vbi dicit, ꝙ si notarius in instrumēto attestatur, ꝙ interfuerunt duæ partes vniuersitatis, vel maior pars, quòd nō statur tali assertioni. Facit, quod voluit glo. in l. cum aliquis. C. de iure deliberan. quæ dicit, ꝙ si in instrumento dicitur, actum in ponte districtus Bononię &c. ꝙ non statur verbis enunciatiuis notarij. Facit etiam, quod voluit Bart. in authen. si quis in aliquo documento. C. de eden. vbi dicit, quòd si in instrumento dicatur præcedentibus tractatibus, quòd nō statur assertioni notarij, & facit, quod voluit idem Bart. in l. si forte. ff. de Castren. pecu. & Guil. de monte Lauduno in clementina prima, de rebus eccle. non alien. vbi eandem doctrinam tradunt. Ista decidūt istam dubitationem: quia cum notarius iste non viderit istos æstimatores fuisse constitutos, ergo non statur verbis suis narratiuis, vt in dictis iuribus. & ita concludo.

SVMMARIVM.

Torqueri debet notarius, ex quo veritas aliàs erui non potest. nu mero 1.
Vno ex testibus falso, cæteri falsi habentur. nu. 2.
Instrumentum præsumitur verum. nu. 5.
Dictum præualet scripto. nu. 6.
Executio impeditur per exceptionem falsitatis. nu. 9.
Exceptio cauillosa non impedit executionem. nu. 10.
Exceptio falsitatis est terminanda ante causam principalē ciuilem. nume. 11.
Constitutioni prohibitoriæ non potest renunciari. nu. 13.
Clausula, ex certa scientia, apposita in rescripto tunc operatur, quando fit non præsente parte. nu. 15.

CONSILIVM XLIII.

SVperioribus diebus consului in tribus dubijs, quæ fuerunt ista, videlicet, facta fuit donatio pluribus nepotibus ab auo materno, qui donauit quingentos aureos cuilibet ex nepotibus, nec interuenit insinuatio, vtrum censeatur vnica donatio, & fiat coaceruatio omnium donationum insimul, vt censeatur inualida ex defectu insinuationis non interuenientis. Secundum dubium fuit, vtrum donatio excedens summam requirentem insinuationem validetur ex iuramento. Tertium fuit: quia donatio omnium bonorum fuit factā a socero genero iurata reseruato vsufructu & insinuata coram Vicepotestate castri eiusdem generi, cui erat facta donatio, qui Vicepotestas erat notarius rogatus de eadem donatione, nec apparebat, ꝙ esset constitutus Vicepotestas per aliquam publicam scripturā, vtrum talis donatio vicia retur ex eo, ꝙ ille erat iudex & notarius, & etiam quia erat subditus illius donatarij: & quia erat omnium bonorum præsentiū. & futurorum, super illis dubijs habeo memoriam consuluisse. Protestor nunc in principio, medio, & fine, quòd ab eo, quod ibi consului, non intendo discrepare. quinimo dico illud idem, quod in d. consilio manu propria scripsi & consului. Quo vero ad alia dubia, quæ sunt aliena ab illis dubijs requisitus ad consulendum: quia vt scripsit gloriosus Apostolus primo ad Romanos. Cæteris, inqt, gētibus Græcis, Latinis, barbaris, sapiētibus & insipientibus debitor sum. ideo tanquā debitor veritatis, quam in iuris censura ex gratia mihi a summo Deo bonorum omnium largitore data recepi, dicam, quòd sentio. ¶ Et capio primum articulum, videlicet, vtrum indicia, de quibus in puncto dicitur, sufficiant ad torquendum ipsum notarium. Et pro certo mihi videtur de iure dicendum, quòd huiusmodi indicia sufficiant ad torquendum notarium, & iam anno superiori accidit similis quæstio in ciuitate Mutinæ in quodam instrumento de falsitate suspecto, & fuit dubitatum, ex quo aliter veritas non poterat probari, vtrum notarius posset torqueri stantibus quibusdam indicijs super falsitate, & consului notariū debere exponi torturæ & quæstioni, & ita fuit iudicatum, illum notarium torquendum, & fuit totus expositus quæstionibus ille notarius: vnde poterit. d. commissarius huius causæ & debebit torquere istū notarium, ex quo aliter non potest veritas probari
1 †vt ex inferius dicendis liquidò ante oculos demonstrabo. Et præmitto pro euidentia illud, quod maximus voluit Auerroes Sermones, inquit, nostri adaptantur rebus verisimilibus, & verificantur in communes sermones hominum fruentium intellectu, & fuit doctrina etiam iurisconsulti in l. si ita quis. in versi. quod nemo sanus diceret. ff. de euic. & probat in capitu. fina. de consue. & voluit Bal. in rubrica. C. de probatio. vbi allegat magnum commētatorem Auerroem, & idem voluit in tractatu scismatis, quę posuit in rubric. C. si quis aliq. testa. prohi. & in rub. de postu. præla. & in l. fi. C. de edic. diui Adria. toll. & idem voluit in l. j. C. de ser. fug. commemorans in cōtingentia facti fuisse cassatam quandam inquisitionem continentem delictum non verisimile. dicebatur enim, quòd famulus mandauerat domino suo, vt faceret certum delictum: & quia non erat verisimile, fuit cassata & cancellata: quia illud, quod non est verisimile, est quædam falsitatis imago. l. milites. §. oportet. C. de quæstionibus. c. quia verisimile. de p̄sump. l. non est verisimile. quod metus causa. istud sit primum præsuppositum in hac hæsitatione. ¶ Secundo presuppono, quòd ex pluribus indicijs simul coniunctis resultat sufficiens probatio, glo. est, quæ reputatur singu. in l. j. §. j. ff. de excus. tuto. voluit Bal. in rub. C. de proba. & in rub. eodem titulo, & in decretalibus, & idem voluit in glos. & ibi Albericus in l. instrumenta. C. de probat. quia quæ non prosunt singula, multa iuuant. idem voluit gloss. in capitulo causam. de proba. & glo. in capit. illud. de præsump. & in c. cum dilectus. de succes. ab intesta. & in ca. accedens. el secundo, vt lit. non contest. glos. in capitu. cum Bertoldus. de re iudic. & in l. 3. §. eiusdem. ff. de testi. & probatur in c. illo vos. de pigno. & in capitu. ad nostram. de emptio. & vendi. & in capitu. cum in diocesi. de vsur. & in cap. cum dilectus. de success. ab intest. & in l. spadonem. §. qui iura multa. ff. de excu. tuto.

tuto.& in l.indicia.C.de rei vendi. voluit Bart. in l.j. §.item Cornelio.ff.de quæstion.& in l. admonendi. ff.de iureiuran.voluit Bald.in dicto capitulo cũ causam.& in dicta l.spadonem.§.qui iura multa.& in l. 3.C.ad leg.Iul.maie.& in l. patre furioso, ff.de his q sunt sui vel alie.iuris. & in l.j.C.qui pro nume.tutel. & in l.sciant.C.de prob. Saly.in l.in bonæ fidei.C.de iureiuran.& in dicta l.in bonæ fidei. & Ludo.Rom. in suis consilijs,consi.7.& 8.Domi. Anto. & ibi Ioã. de Imo.in capitulo veniens,de testi.voluit do. Abb. in cap.tertio loco.de proba.& in capitulo literas,de præsumpt.& Domi.Petr.de Anchara. consi. 240. Et ideo pulchrè dixit Bal.in rub. de controuer. inuesti. in vsib.feu. quòd iudex ex varijs & diuersis deductis coram eo,deuenit ad vnum mentis conceptum nõ indigens aliquo adminiculo etiam iuramenti, pro quo dicto dico fore casum in indiuiduo, in capitu. cum ad sedem.de restitutione spoliatorum, in cap. præterea.de testi. & in c. licet causam. de probatio.

¶Istis modo præsuppositis pro fundamento huius hæsitationis videndum est, si concurrant indicia & præsumptiones. quæ verisimiliter arguant istum notarium scripsisse falsum instrumentum donationis,& quòd concurrant sufficientia indicia,deduco ad oculum. Primo concurrit, quòd in dicto instrumento sunt appositi testes mortui,& non est ita antiquum,quod verisimiliter potuerint omnes mori; vt nullus reperiatur viuus tempore,quo dicta donatio venit ad lucem:vnde deberet attẽdi, si illi testes descripti in dicto instrumento erant iuuenes,aut nimis grandeui & senes,vt pulchrè dixit tex.in l.is qui. ff.de fideicom.lib.& quod ibi voluit Ange. vnde nõ videtur verisimile,quòd omnes mortui sint tam cito,ex hoc assumitur indicium falsitatis. Et quòd clarius est,apparet,quòd vnus dignissimus testis descriptus in dicto instrumento eo tempore, quo fuit facta talis asserta donatio,erat in aliena prouincia Vicarius Episcopi Bono. reddens ius illo die in bãcho residentiæ tribunalis episcopi Bono.quo casu aperte detegitur falsitas instrumenti, attenta qualitate negocij:quia arduum,& considerata qualitate notarij,quia subditus donatario, & considerata recentia actus & considerato,quòd appositi sunt in dicto instrumento testes mortui,facit,quod no.in capitu. cum Ioannes heremita.de fide instrumen.& ibi per omnes docentes,& in c.tertio loco.de proba.Bar.in l.2.§.si dubitetur.& in l.j.§.si quis neget.ff.quemad. testa.ape. Et ideo singulariter dicebat Bal.in l.nullũ. C. de testi. quòd intantum est suspicio testium recipiendorum in rebus arduis,quòd debent examinari coram honestis personis quanto fortius in casu huius donationis ita arduæ debuit iste notarius vocari facere testes fide dignos omni suspicione carẽtes. Et verisimile est, quòd si vera fuisset hæc donatio, quòd illud fecisset, ex quo donator reseruabat sibi vsumfructum,& donabat inter viuos, & descripsit in dicto instrumento testem absentem in alia prouincia distantem vltra vnam dictam a loco conditi instrumenti,quo casu facit vacillare fidẽ instrumẽti, vt dicatur falsum,& præsumitur falsum:quia ea ratione, qua est descriptus vnus falsus testis in dicto instrumento mortuus iam,eadem ratione præsumuntur alij testes falso descripti in dicto instrumento, qui etiam iam pariter mortui sunt. sicut ergo vnus ex dictis testibus falso est descriptus in dicto instrumento, ita sunt alij falso descripti. † Et ex hoc iudicatur falsa talis donatio:quia falsum in parte præsumitur falsum in totum, quãdo actus est indiuiduus,vt probatur in cap. sedes apost. de rescrip. facit,quod not.Innocen. in capitu. fraternitatis. de testi.& Barto.in l.si ex falsis.C.de transac.Bal.in c.ad audientiam.& in capitulo cum adeo. de rescript.& in d.l. si ex falsis. Item concurrit alia præsumptio satis vrgens, quòd dictam donationem non fecerit illi socer, videlicet:quia reperitur quædam nota testamenti non publicata,in quo dictus assertus donator instituebat nepotes ex fratre, & sic agnatos masculos, quod testamentum propter guerram publicare non potuit,quo casu est præsumptio,quòd iste assertus donator voluit potius seruare legẽ sui municipij inuitantem masculos agnatos ad successionem defunctæ personæ,& excludentem fęminas dotatas iuxta doctrinam Dyn.Barto. Angel.& Modernorum in l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Treb.& idẽ voluit idem Bartol.in l. vt iurisiurandi.§. si liberi.ff. de ope.lib.& Do.Petr.de Ancha.consi.313.& Ioan. de Imo.in c.potuit.de loca.ad fi.& in l.fi. ff. de cõdi. & demon.& in dicto §. cũ ita. Et ideo pulchrè dixit D.Pet.de Anch. in suis reportatis.ad l.tres fratres.ff. de pact.se in quæstione facti consuluisse, statutũ inuitabat filios masculos ad successionem patris,& filias esse dote cõtentas,& testator instituit filios suos hæredes,quòd intelligit instituisse masculos & non fęminas,& sic voluisse illud, quod statutum sui municipij.Ita videtur dicendũ in proposito nostro,& multofortius, quòd donator assertus nullo modo donauerit suo genero: sed potius voluerit hæreditatem & bona sua peruenire debere ad suos nepotes masculos ex fratre,vt familiaris salua sit dignitas, q̃ per diuitias conseruatur, vt l.j.§.si seruus.ff.de vendi. inspi.cum simil.& ideo homines sordescũt propter paupertatem,vt l.quisquis.C.ad leg.Iul.Maie.& etiã sordescunt dignitates ecclesiasticæ,cle.in plerisque. de elect.& quod no.in capitu.statutum.in princ.de rescript.libro sexto, & quod pulchrè voluit Bald. in quodam suo consilio incipiẽ. Martinus lo.de Florẽtia,posito inter consilia Angeli,& ordine est 66.vbi pulchrè loquitur de statuto inuitante agnatos masculos ad successionem defunctæ personæ,& excludente fęminas,& quod voluit idem Bald.in l.2.C.de in ius voc.& Salyc. in l.cunctos populos. C.de sum. trini.& sic videtur dicendum in proposito nostro, ꝙ multofortius voluerit dicta sua bona dictus testator deuolui ad suos nepotes masculos:cum fecerit notam testamenti, quam ex causa non publicauit,in qua instituebat dictos filios fratris sibi hæredes vniuersales:vnde est præsumendum, ꝙ constans vir & prudens,vt fuit dictus socer,si donasset ita, vt asseritur, non fecisset illam notam test. non enim præsumitur talis inconstantia,maximè cum non esset paritura effectum aliquem, cum prius donasset bona iuxta illud Senecæ in secunda epistola, vbi inquit, primum argumentum compositæ mentis existimo posse consentire & secum morari.l.sancimus. C.de testamen.l.pręcipimus.C.de appel.cap.maiores.de bapti. Concurrit etiam alia præsumptio falsitatis, quòd eodem mense dictus testator fecit aliud instrumentum donationis,in quo donauit quingẽtos ducatos cuilibet nepotũ dicti asserti donatoris, istud etiam non videtur verisimile, nec cadere potest in aliquem virum exercitati ingenij. Quia voto patris congruit filio omnia parare.l.scripto.ff. vnde liberi. l.nihil.§.facilior.ff.de bo.lib.l.nam & si parentibus. ff.de inoffi.testa.iuxta illud Vergilianum. Omnis in Ascanio chari stat cura parentis.Modo quis sani capitis diceret, ꝙ vir prudens & sagax,vt erat iste, donasset oĩa bona sua potius genero suo, quàm suæ filiæ contra omnem pietatem paternam,ideo vidẽtur violari iura pietatis,vt dixit tex.in l.contra volũtatem.C.de testa.manu. est enim pietas inter patrẽ & filium.l.patrem. & l.si debitorem. ff. quæ in frau. cred.& l.nec in ea.§.fi.ff.de adul.l.pen.ff. de obseq.l.

diuus.

diuus.ff.de parricid.l.3.C.de patria pote.Et ideo nō est verisimile, ꝙ potius dilexerit generū, quàm filiā suam propriam, nec etiam est verisimile, ꝙ voluerit magis donare nepotibus, quàm suę filię ppriç, vt dixit gl. quę reputatur sing. i.l.Lucius.ff.de hęre. insti.Itē apparet ēt pręsumptio falsitatis eo: quia dictus notarius dixit corā quibusdam magistratibus, qui miserant pro dicto notario, quàm primum ipse fuit rogatus de dicta donatione, quòd eo mense, quo fuit rogatus ipsum instrm̄, dedit officialibus registri,& tamen ipsi officiales registri dicunt, nunquàm dictum notarium eis tradidisse dictū instrumentum donationis:sed dicunt fuisse eisdem datū per quendā procuratorem dicti comitis donatarij, & post mortē dicti donatoris, & sic per octo annos post confectionem dicti instri, ex quo apparet manifestè de falsitate pręsumpta dicti notarij,cum vocet ipsos officiales registri ad suum contextum, & ipsi dicant contrarium.& non est verisimile, quòd per tot annos post rogitum dicti instrumenti stetisset notarius, vel donatarius ad consignandum dictū instrm registro: vnde videtur falsitas ad oculum manifesta.& ꝙ iste notarius scripserit falsum instrumētum donationis,quo casu videtur, quòd iste notarius veniat torquendus, tum quia esse notarium
3 est vile officium† vt l. vniuersos.C.de decur.li.10.& ibi docentes reprehendunt aduocatos exercentes officium tabellionatus,& vbicunque aliquis est vilis,potest torqueri,vt voluit glo.in authē.de teste.§. si verò ignoti.& Azo in summa, & retulit Bar.ī l.diuus.ff.de quæst.& facit,quòd voluit Bar.in l. diuus. vbi dixit,quòd si testis,vel aliquis alius conuincitur de mendacio,potest torqueri, vt l.vnius facinoris.§. testes.ff de quęstion.ergo sequitur, quòd iste notarius poterit torqueri,cum coniecturę vrgentissimæ degenerent contra eum.& ideo tex. valde elegās in l.1.C.de iura.calum.dicit: quia aliter rerū hęreditariarum veritatem ostēdere non possint, ibi deuenitur ad tormēta,vbi non potest aliter veritas demonstrari. Et licet ille tex.loquatur in seruo:tamen idē erit in alio.puta in teste, vel in notario : quia etiam notarius est seruus publicus, vt l.non aliter.in ver. seruo publico.ff.de adop.& istud decidit bellissimè Nico.de Mata.refert.& sequitur Bal.in rubri. C.de fide inst. ver.quęro dixi superius.dicit enim,quòd si qua est suspicio,& veritas in dubiū reuocatur ex aliqua coniectura,tabellio esset torquēdus, vt veritas eruatur,allegat.l.si quis decurio.C.de falsis. & probatur in l.2.in ver.scientes se tormentis esse subiectos.C.de numera.& actuar.li.12.& allegat illū tex. ad hoc Nico.de Mata.Et sic loquitur Bal. eo casu, quo aliqua suspicio laborat contra ipsum notariū, & vt eruat̄ veritas, est torquendus. Quantofortius erit torquendus in casu nostro iste notarius, cum concurrant tot suspiciones ad inuicem,& etiam cōcurrat ipsa falsitas: quia apposuit in testem illum, qui reuera non fuit illa die in actu dictæ donationis,& contradicit dicto officialium registri.vt superius apparet. Et etiam ad hoc facit, quòd vbicunq; quis tentat corrumpere veritatem, potest torqueri, vel si vacillat.l.ex libero.ff.de quæstion.& quod voluit ibi Bar.& iā notarius est quodammodo testis, vt voluit Bal.in d.l.si quis decurio.¶ Et si quispiam opponat quòd in causa ciuili non admittitur tortura liberi hominis,vt l.diuus.ff.de quæstion.Ad hoc respondeo,quòd vbicunque causa ciuilis habet annexum delictum,tūc in causa ciuili admittitur tor-
4 tura liberi hominis† iste est casus valde singu.in c. 1.de deposito,& ibi dicit Io.de Imo. post alios esse casum,in quo limitatur illud,quòd dixit Bart.in d. l.ex libero.quòd existēs in dignitate sacerdotali nō torquetur,vt l.presbyteri.C.de epi.& cle.quia illud limitatur, nisi causa ciuilis habeat annexū delictū, licet ergo ista causa sit ciuilis, tamen annexum crimen habet falsitatis, ideo poterit notarius torqueri.& facit,quod voluit Bal.in dicta l.prima. C.de iura.calū.vbi dixit per illum text.in ver. ne autem qui quæstionem exposcunt tactis scripturis deponant, quòd non aliter veritatē exquirere possunt.decidit enim,ꝙ petens aliquem torqueri,si iurat se non habere aliàs probationes,quàm tormenta, tunc deuenitur ad tormenta. Et licet ille tex.l.j.loquat̄ in quæstione seruorum : tamē idem erit in libero homine eo casu, quo concurrunt sufficientia indicia,vt l.de minore.§.tormenta.ff.de quæstion.& l.fin.C.eo. tit. & voluit Bal.in dicta l.j.& facit, quod voluit Cy.in l. obseruare.C.quorum appel.non recip.sed isti nepotes iurant se non habere aliam facultatem probandæ falsitatis istius notarij,nisi per torturam,ergo sequitur,ꝙ deueniendum erit ad tormēta ex eo: quia in subsidium deuenitur ad tormenta, vt dixit tex.in d.l j.ad fi.C.de iura.calum.& eo magis:quia concurrunt tot indicia & præsumptiones vrgentissimæ falsitatis, & etiam falsitas resultat ex supradictis, quæ sufficiunt ad probandam falsitatem.& per consequens erit subijciēdus tormentis pręfatus notarius. ¶ Et si quispiam opponat, ꝙ præsumitur, ꝙ instru-
5 mentum sit verum & non falsum † vt l. cum precibus.C.de probat.l.quamuis. C.si quis alteri. & ideo Bal.in capitulo primo,de not.feu.dicebat,talis præsumitur contractus, qualis apparet in prima sua figura,& idem Bald.in capitulo primo , §.j.in titu.de feu.da.in vicem leg.commis.dicebat, ꝙ instrumentum præsumitur verum & non simulatū: ergo multominus præsumitur esse falsum,& in l. ab Anastasio.C.manda.idem voluit Bal.in l.pacta nouissima. C.de pact.& quod ipse voluit in l j.C.si seruus ex testa.& Bar.in consilio suo incipien.Petrus Nicolæ.& in l.sicut.§.superuacuum.ff.qui.mod.pig. vel hypo. sol.Quinimmo plus probat tex.in l.quoties.§. sed si in corpore.ff.de hære.insti. quòd illud, quod est di-
6 ctum,præualet ei,quod est scriptum†& ibi Barto.& alij colligunt ex illo text.argumen. optimum ad excusationem notarij, vt si vnum fuit dictum a partibus tempore cōtractus,vel vnum fuit expressum ab ipso notario tempore confectionis contractus,& reperitur aliud esse scriptum, quàm fuerit dictum per ipsos contrahentes,quod statur dicto & nō scripto, & per errorem præsumitur scriptum aliud , quàm dictum & proficit ad excusationem notarij. & ideo dixit Tancredus in 3.rubrica in decima quæstione, ad fin.in sua compendiosa. ꝙ si notarius omisit scribere protocollum in totum,vel in partem,vel omisit scribere substantialia, seu solennia, quòd præsumitur ex simplicitate potius,quam ex dolo:& ideo non punietur vt falsarius,facit,quod voluit Cyn. in l.si quis decurio. C.de fal. & quod voluit Bald.in l.j. C.communia de leg.vbi dixit,ꝙ si notarius in instrumento scripserit,ꝙ omnes de vniuersitate interfuerint actui gesto,& aliqui fuerunt absentes, qui non interfuerint, quòd nihilominus non dicitur falsum instrumentum:quia restringitur ad eos, qui fuerūt pręsentes.facit,quod habetur in capitulo ad audientiam.de præsump.vbi notarius præsumitur diligens in suo officio.Ita videtur dicendum in proposito, ꝙ huiusmodi instrumentum non præsumatur esse falsum:sed præsumatur verum, & per consequens non subijcietur notarius tormentis. Ad omnia ista respondeo,ꝙ licet ita sit,ꝙ præsumatur instrumentum fore verum, & non falsum, nec simulatum:vt voluit Bal.in l.3. C.plus va. quod agi. tamen ex præsumptionibus & ex coniecturis præsumitur falsum, & præ-

& præsumitur simulatum & non verum, ita probatur in c. illo vos. de pig. & in capi. ad nostram. de emptione & venditione: & in c. cum in diocesi. de vsur. & in l. 3. C. plus va. quod agi. vna enim præsumptio fortior altera vincit illã: vt l. diuus. ff. de ĩ integ. resti. & in l. j. C. qui & aduer. quos. & c. afferte. de p̃sumpt. & ideo dicit rex. sing. in l. iubemus. C. de testa. quòd si notarius omisit apponere solennitatem iuris in testamento, ꝙ præsumitur falsarius, & glo. dicit, ꝙ est præsumptio iuris & de iure, contra quam nõ admittitur probatio, licet ergo ex prima sui figura instrumentum præsumatur verum iuxta illud. A primordio tituli posterior formatur euentus. l. j. C. de im. luc. describ. li. 10. tamen illa præsumptio tollitur ex alijs fortioribus & verisimilioribus præsumptionibus, & maximè qñ plurimæ sunt præsumptiones falsitatis, vt superius commemoraui & fortiores. Vnde sicut statur dicto plurium testium quàm paucorũ, vt in capitu. licet causam. de proba. Bart. in l. si duo. ff. vti possi. Ita potius stamus præsumptioni habenti ortum ex pluribus fortioribus præsumptionibus & coniecturis, quàm habenti ex vnica præsumptione. Facit tex. in l. ob carmen. §. fina. ff. de testi. vbi statur testibus deponentibus verisimiliora. tex. in dicto capitulo licet causam. dicit, ꝙ statur testibus deponentibus verisimiliora. & idem dicit Innocentius in capitulo auditis. de præscrip. Ita dicamus, ꝙ standũ est præsumptionibus. capitu. quia verisimile. de præsumptio. Cum ergo in casu nostro appareat multiplex præsumptio & fortior, imo apparet in aperto falsitas: vt superius demonstraui: quia vnus ex testibus descriptis in ipso instrumento donationis non fuit presens eo tempore, quo fuit facta donatio, & tamen ille notarius apposuit eum vt præsentẽ, ego nescio videre, quonammodo clarius posset apparere falsitas instrumenti. ¶ Et si dicatur, ista est negatiua, ergo probari non potest: vt cap. bonæ. de elec. c. cum ecclesia. de causa poss. & propriet. l. actor. C. de probatio. Ad hoc respondeo istud nõ obstare, quia ꝓcedit ĩ mera negatiua, quo casu, vt voluit philosophus, nihil est in intellectu, quod per prius non fuerit in sensu: vt dixit in secundo de anima: sed vbi sumus in negatiua coarctata ad certum locum & tẽpus, tunc non militat illud contrarium, & ita loquimur in casu nostro: quia cum inter substantialia instrumenti sit appositio tertij loci & determinati tẽporis, vt in c. Abbate sanè. de re indi. libr. 6. & l. optimam. C. de contrahen. stip. potest probari ista negatiua, ego non interfui vt testis in isto instrumento; quia illa die & illo tẽpore ego fui absens a loco instrumenti: vnde si vna scriptura dicit, ꝙ illa die fuit Mediolani, & altera Bononiæ, quòd vna præsumitur falsa, nisi miraculosè acciderit, vt dixit Bald. in l. optimã. & Hostien. refert de magistro Petro Bailardo, qui fuit visus nocte natiuitatis dominicæ Parisijs, Mediolani, & Romæ, & ideo dixerunt Domini de Rota, ꝙ quia ex appositione loci & temporis in contractu paratur via reo defendendi ab eo, quòd consuetudo non posset disponere contrarium. Ita dicunt singulariter deci. 349. non enim valet cõsuetudo contra substantiam actus, vt dicit glo. quæ reputatur singularis. Et sic impossibile est per rerum nãm, ꝙ ille testis eodem tempore fuerit in diuersis prouincijs multum inter se distantibus, ex hoc ergo probatur falsitas manifesta, & potest probari talis negatiua: vt plene scribitur & probatur in l. fi. C. de reb. credi. & in reiu. & in l. hi qui ad ciuilia. & ibi Bar. ff. de acquirẽ. hære. & in l. j. C. de exacto. trib. libr. 10. vbi probatur ista negatiua, tu non soluisti tributũ, quia non es descriptus in lib. soluentium, vel tu nõ es bannitus; quia non es descriptus in libro bannitorũ: vt dixit Bal. in d. l. fi. & ideo do. Abb. in c. fin. de cleri. non residen. dicit, ꝙ probatur ista negatiua, ꝙ clericus non residet in beneficio: quia est coarctata ad locum & tempus, & quod voluit Bar. in l. hoc iure. & in l. in illa. ff. de verborum obligatio. quòd illa negatiua, ꝙ talis non est soluendo, probatur vt ibi per eum, & quod voluit Ang. in l. si binæ. ff. de iniusto testa. & quod voluit Bar. in l. Pantonius. §. rei perduellionis. ff. de acquir. hęre. & in quodam suo consilio incip. Martinus de Tugubio, glo. & Bald. in l. 2. C. de erro. aduo. & in l. ex testamento. C. de manutest. & in capit. cum contingat. de rescrip. Do. Anto. in dicto capitulo bonæ. in dicto capitulo cum ecclesia. & per consequens ista negatiua & probabilis potuit opponi, & concurrentibus tot alijs fortissimis præsumptionibus apparet falsitas manifesta, ergo multofortius poterit notarius torqueri: vt eruatur veritas, ad quam inuestigandam omnia iura mirũ in modum laborant. facit etiam ad prædicta, quod voluit Innocen. in capitulo cum Ioannes hæremita. de fide instrumen. vbi dixit, ꝙ si vnus ex testibus necessarijs descriptis in instrumento contradicit instrumento, facit vacillare instrumentum, vt non habeat effectum: quia tunc dicitur instrumentum solennitate debita carere, sicut dicimus in testamẽto: vt l. si vnus. C. de testa. & ista est opi. cõmunis. & voluit Barto. in l. j. §. fin. ff. quemadmo. testa. ape. & ibi Ioan. de Imol. dicit hanc opinio. fore communem, ideo tenendã dico esse in iudicando & consulendo, vt l. prima. ff. de offi. quæsto. in ver. crebrior apud veteres opi. l. j. ff. de sena. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. cum simi. ¶ Et si dicatur, ꝙ iste testis, videlicet ille, qui illo tempore repertus est in alia prouincia, non contradicit huic testamento donationis: quia mortuus est. Dico, quòd satis cõtradicit, ex quo illo tempore non fuit in dicto loco celebrati instrumenti, ideo talis præsumitur esse voluntas, qualis esse dẽt, vt dixit Bal. in l. j. C. de sacrosanct. eccle. vnde si viuere recte contradiceret, ex quo veritas ita se habet. vñ veritas semper loquitur, vt in capitulo consuetudo. 8. distin. ideo satis dicitur loqui & contradicere instrumento, ex quo apparet, ꝙ illo tempore non fuit in illo loco: nam facta loquuntur, vt dicunt poetæ, & etiam scriptura semper loquitur: vt l. Arriani. C. de hære. & per scripturam dicimur loqui: vt l. non figura. ff. de actio. & oblig. & c. constitutionẽ. de sen. excom. libro 6. & l. item apud Labeonem. §. conuicium. ff. de iniur. & c. perlectis. 25. distinc. Et ideo apparet pura veritas, ꝙ huiusmodi instrumentum est de falsitate maculatum, & per consequens vt eruatur veritas, erit locus tormentis. ¶ Et etiam põderet do. iudicans, cadit ne in aliquem exercitatum intellectum, quòd in donatione tam immẽsa donatarius, si donatio fuisset vera, adhibuisset notarium rusticũ idiotam in solennitate talium instrumentorum & vilem? Certè non cadit in aliquod rectum ingeniũ, ꝙ in re tam ardua adhibuerit vilem rusticum & imperitum notarium: vnde dicebat Bald. in l. fin. C. de hæredi. insti. ꝙ magnę causæ sunt committẽdæ subtilibus & magnis aduocatis † & in c. ad hæc. de offi.
7 archi. dicitur, ꝙ Archidiaconus nõ facit ardua sine episcopo. & in capitulo per venerabilem. §. rationibus. qui fi. sint legi. dicitur, quòd Papa non facit ardua sine cõsilio Cardinalium. & exodi. 15. c. dicitur, ꝙ ardua deferebant summo sacerdoti, & dixit Abb. in c. literas. de restitutione spoliatorum, ꝙ licet consuetudo tribuat iurisdictionem inferiori episcopo: tamen non in arduis. In arduis enim sępe examinantur testes coram honestis personis. & gl. in §. porro. 3. distin. dixit, ꝙ in arduis nõ potest metropolitanus statuere in consilio prouinciali, ideo non est præsumendum,

mendum, ꝙ in re tam ardua ille donatarius adhibuerit vilem notarium rusticum & imperitum, & etiam aduertat do. iudicans: quia si consideretur stilus illius instrumenti, non videtur conformis instrumento illius notarij: vnde ex verbis cognoscit qualitas hominis. l. quidam in suo. ff. de condict. institu. c. legimus. 93. distin. & quod scribit gloriosus Hieronymus in proœmio Hieremiæ prophetæ de stilo scribendi ipsius Hieremię differente a stilo aliorum prophetarum, & sic reuera non fuit istud instrumētum formatum & dictarū ab ipso vili rustico & imperito notario, nec fuit rogatus de tam ardua donatione, & per consequens concludo istum notarium de iure esse subijciendum tormentis, vt eruatur veritas: cum aliter erui non possit veritas: licet in effectu falsitas dicti instrumenti sit manifesta ex perspicuis indicijs, & ex tot vrgentissimis præsumptionibus, de quibus superius demonstraui. ¶ Venio nunc ad aliam dubitationem, vtrum stante dicto processu inchoato super receptione indiciorum dictæ falsitatis possit procedi in causa ciuili sup libello, in quo petūtur bona ex asserta donatione, & mihi videtur aperto iure dicendum quòd nō: & præmitto, ꝙ huiusmodi exceptio falsitatis opposita contra dictum instrumentum donationis non est calumniosè opposita, quo casu dixit sing. Innocen. in c. post electionem. de concess. præbend. ꝙ si reus opponit ad processum exceptionem legitimam, & iudici videtur, ꝙ animo calumniandi & fugiēdi iudicium opponat, ꝙ iudex debet illā reijcere, nec impedit processum, de quo dicto faciunt festum doctores in capit. cum contingat. de offi. delega. & ibi Io. de Imo. post alios doc. & do. Abb. in c. pastoralis. eodem titulo, & in c. ex parte. el secundo eodem titulo, & in capi. nullus. de præsump. & voluit do. Pet. de Anch. in c. pastora. de excep. vbi allegat Inno. in dicto cap. post electionem. & eundem allegat in capitulo secundo. de fal. & in c. licet causam. de proba. & facit gl. in c. quàm perniciosum. de vsur. Et ideo pulchrè dixit Bald. in l. 2. C. qui accu. non poss. ꝙ exceptio maliciosè opposita non impedit processum.

8 † Facit gl. valde elegans in cap. super eo. de offi. deleg. quæ voluit, ꝙ si iudex videt, ꝙ maliciosè aliquis appellat, vt differat executionem sententiæ, ꝙ iudex non debet admittere talem appellationem, & quod pulchrè refert Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de delega. §. nunc dicendū. in addi. mag. quæ incipit, iam ponit verba Rofredi. vbi dicit in facto fuisse decisum, quòd in causa capitali fuit relicta exceptio legitima, ex quo calumniose opponebatur, vt impediretur executio sententię, & facit glo. in dicto capitulo super eo. quæ idem voluit in causa summaria. & facit, quod voluit Innoc. c. fi. de lib. obl. & tex. in l. satis aperte. C. de fal. & cap. super hoc. de renun. & quod ibi voluit Inno. ex quibus iuribus & glo. & dictis illustrium doctorum elicitur

9 conclusio † vera & indubitata, ꝙ vbicūque opponitur exceptio falsitatis contra aliquod instrumētum, impeditur executio eiusdem si ex iustis causis opponitur, & non animo calumniandi & differendi iudicium. & istud decidit text. ad hoc bellissimus in d. l. satis aperte. C. de fal. vbi exceptio falsi solum obiecta causa differendi processum non debet admitti; sed debet debitor ad soluendum compelli reseruato iure accusandi. Ita summat Bald. illam. l. & pro certo ille tex. aponit gladium ad radicem huius dubitationis: sed in proposito non opponitur ista exceptio falsitatis animo calumniandi, nec maliciosè, vt impediatur executio instrumenti: sed ex iustis, rationalibus & vrgētibus causis, indicijs perspicuis, & præsumptionibus, de quibus est dictum in præcedenti dubio, & etiam extra vera falsitate, quæ appareret ad oculum, cum vnus ex testibus descriptis in dicto instrumento erat in alia prouincia tempore rogitus dicti instrumēti, quo casu redditur falsum instrumentum, est communis opi. doctorum, quos in præcedenti dubio retuli: ergo prius est examinanda & diffinienda exceptio falsitatis, quàm procedatur super causa ciuili. ¶ Et si quispiam opponat, ꝙ eo ipso ꝙ quis opponit exceptionem falsi contra instrumentum videtur opponere gratia morandæ solutionis, & sic animo calumniandi: ita videtur probari in d. l. satis aperte. & ibi Angel. in 2. suo summario dicit, cum prima fronte exceptio videtur opposita per calumniam, non est differenda executio, ita dicit ibi Ang. summando illam l. ꝙ exceptio nullitatis apparentis non impedit executionem sententię. Ad hoc respondeo, istud non obstare ex eo: quia in casu d. l. satis apertè. instrumētum, de quo ibi dicebatur, falsum est in aliqua parte: sed reus se in alia parte confitebatur esse verum debitorem: vnde non reddebatur instrumentum falsum in toto propter confessionem, & facit gloss. ibi. & dicit ibi Ang. attende: quia per illam ꝯfessionem nō retardatur executio: sed ea cessante sine dubio exceptio falsitatis īpedit executionem tanquam præiudicialem, nisi de falso sit cognitum & pronūciatum, allegat. l. fi. C. de fide instrumen. Et licet causa executionis esset summaria, & debeat intra modicum tempus terminari: tamen non currit dicta dilatio pendente causa falsitatis, cum sit præiudicialis ad eam, vt voluit Cy. in l. j. C. qui accu. non poss. & ita residet Angel. in d. l. satis apertè. Et sic Ang. apponit gladium ad radicem huius dubitationis: quia cum istud instrumentum in totum dicatur falsum: & appareat falsitas ita, vt est dictum, sequitur, ꝙ impeditur eius executio per huiusmodi exceptionē falsitatis. Est ergo prius examinanda huius falsitas, nec propter huiusmodi examinationem curret tempus causæ ciuilis, vt ibi dixit Ang. qui allegat no. in l. contra maiorē. C. de inoffi. testa. ego allego glo. in clementi. prima, de in integr. resti. & in c. quam sit. de elect. lib. 6. & ibi Dominicū, & Bart. in l. 2. § non solum. ff. ad Tertul. & Bal. in l. cū ipse. ff. de excusa. tuto. & in l. quandiu. la tertia. ff. de acqui. hære. & in l. qui testamento. ff. de excus. tuto. & in d. l. contra maiorem. ¶ Et si quispiam dicat, ꝙ Barto. in d. l. satis. remittit se ad dicta sua in l. fin. C. si ex fal. instru. & ibi dixit, quòd ista procedunt, quando incontinenti probatā ista exceptio falsitatis: aliàs secus. Ad hoc respondeo, quòd illud dictum Bartol. procedit, & ita loquatur, quando petitur executio sententiæ: quia sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, meretur paratam executionē, immo debet libellus offerri. Idem dicimus in instrumento testamenti, vt l. minor 25. annis cui fideicōmissum. ff. de mino. Facit, quod voluit Ange. vbi ita dixit finaliter in l. j. C. de plus peti. & in l. 4. §. prætor ait. ff. de re iudi. & sic Barto. loquitur in casu diuerso & separato a nobis & a casu nostro, ergo non infertur. l. Papinianus exuli. ff. de mino. cum simi. Item Bart. loquitur, quando falsitas non est euidens, vt in casu nostro: quia ex illis perspicuis indicijs, & p̄sumptionibus apparet falsitas euidens, vt no. Bar. in l. prima, in princ. ff. de oper. no. nunc. in 6. oppo. & per consequens veritatem esse prius expediendam circa exceptionem falsitatis, vt præiudicialem, quàm causam ciuilem. Facit etiam, quod voluit Salyce. in dicta l. satis. vbi dicit, quòd exceptio cauillosa nō impedit executio-

10 nem, † nec attēditur. l. fi. §. fi. C. de ord. cogni. sed ista exceptio non est cauillosa, vt superius demonstraui. ergo &c. ¶ Præterea hoc decidit tex. ad hoc accommodatissimus in l. si docueris. C. de falsis. vbi probatur formaliter, ꝙ exceptio falsi instrumēti venit præiudicialis,

dicialis,& facit differri executionem instrumenti, &
illum tex.ad hoc allegat Salyc. in d.l.satis. & ita etiã
tenet in d.l.si docueris.Facit illud,quod ibi refert Sa
lyce.vbi quærit, si accusatus de crimine dicat attesta
tiones falsas, an debeat differri executio. & decidit,
ꝙ si excipiendo dicit attestationes falsas, & constat,
ꝙ malitiosè excepit,non differtur executio, allegat
d.l.satis.Si vero non constat,& tunc idem,si negligẽ
tia non potest ei imputari:vt l.petẽdæ.C.de tempo.
resti.in integ.pe. Si autem possit imputari excipien-
ti negligentia, tunc si iudex vtranque potest diffini-
re intra instantiam causæ principalis nõ potest,nec
debet impune differre.l.secunda.C.vt intra certum
tempus. Si vero non potest vtranque diffinire:quia
cognitio huius incidentis exigit maius spaciũ, tunc
potest impune differre diffinitionem super princi-
pali,vt l.fi.C.de adul.l.si cum ipse.ff.de excusa. tuto.
non obstante.l.municipali,qua cauetur,vt quæstio-
nes criminales terminentur intra certum tempus:
quia limitationem recipit secundum iura commu-
nia,vt l.si serui vestri.C.de noxa.capit.cum dilectus.
de cõsue.& quia iusta causa intelligitur excepta: vt
l.si cui.ff.de seruit.l.si quanquam.ff.de ritu nup.alle
gat Richar. Malum.& refert ita dixisse Cyn. in l.j.C.
qui accu.non pos.¶ Et est diligenter aduertendũ, ꝙ
Cy.& Saly.loquuntur, quando quis est condemna-
tus per sententiam,& petitur executio sententiæ, &
tamen potest iudex differre executionem sententiæ
per exceptionem falsi,quam quis nõ omisit in prin-
cipali instantia per negligẽtiam.ergo multofortius
potest iudex & debet differre causam ciuilem motã
vigore instrumenti donationis, quod de iure com-
muni non habet paratam executionem, vt dixi.Et
sic Saly. Cyn.& Richar.decidunt in terminis differẽ
dam esse causam ciuilem per huiusmodi exceptio-
nem falsitatis: cum requirat lõgiorem indaginem,
& non possit opponi negligentia istis nepotibus:qa
quàm primum ad eorum notitiam peruenit, ꝙ fa-
ctum est instrumentum donationis, opposuerunt
excep.falsi contra ipsum instrumentum. Et ista im-
ponunt finem huic quæsito, vt prius excutiatur ex-
ceptio falsitatis, quàm ꝓcedatur in causa ciuili hu-
ius assertæ donationis.¶ Et ex istis mihi nõ videtur
esse necessarium insistere in eo quod voluit gloss.in
l.qui prior.ff.de iudi. quæ incipit, item habet locũ:
cum ciuiliter præiudicialis primo intentatur & po-
stea mihi obijciat̃ criminalis, quòd habeat locum
illa.l.qui prior.vt prius pronuncietur super crimina
li & supersedeatur super ciuili.& sic ille glo.recte in-
tellecta decidit istam dubitationem, vt supersedeat̃
super principali, seu super ciuili. & adduco in me-
dium,quod pulchrè voluit Ang.in d.l. qui prior.vbi
dicit, ꝙ vbicunque inter duos mouentur duæ cau-
sæ,prima est principalis, secunda incidens per mo-
dum exceptionis, ponit exemplum in proprijs ter-
minis nostris , ago contra te ad decem ex instru-
mento, tu excipis instrumentum falsum. decidit,
ꝙ hoc casu naturalis ordo iudicij est,vt primo exce-
ptio tua peremptoria cognoscatur, nec habet locũ
regula illius l.qui prior. & pronunciabitur super ea
affirmatiuè vel negatiuè, per quam pronunciatio-
nem decidetur necessario causa mea ex vi cõseque-
tiæ,tex.dicit esse in l.pen.C.de ordi.cogn. & ibi gl.&
idẽ dicit idem Ang.esse,si opponeret̃ exceptio pacti
de nõ petendo, vel alia perẽptoria:quia sup ea sem
per sunt recipiendæ probationes ex naturali ordine
causarum, text.dicit esse singularem in l.si quidem.
C.de excep.allegat ad hoc Specula. in titulo de inci
den.quæstio.§.primo, & rationem dicit esse:qa vbi-
cunque per vnam partium allegatur aliquid, quo
probato in vanũ tenderet probatio aduersarij ibi,
semper illud est prius cognoscendum licèt iudiciũ
secundario deducatur, & dicit hanc esse doctrinam
Innocen.in capitulo secundo, de restitutione spolia
torum.sed nulli dubium, ꝙ probata except.perem-
ptoria in vanum tẽdit omnis probatio actoris: ideo
de ea discutiendum est primo,ne quis vtatur super-
uacuis actibus in iudicio, vt l.ad probationẽ. C. de
proba.Ista decidunt in terminis quęstionem istam,
quia cum falsum sit nihil,falsum & nullum conuer
tuntur.Ita pulchrè dixit Bal.in commento. l. falsus.
C.de fur.in prin.allegat.l. qui hominem. §.si nullo.
ff.de solu.& l.Paulus.ff. de verborum significatio.&
dicit istud esse omni consideratione falsum origine
& effectu. Et quòd quicquid fit hoc prætextu ipso iu
re est nullum,vt cap.ex parte decani. de rescript.l.li-
cet.ff.de procura.l.multum.C.si quis alteri.Facit ad
hoc glo.valde singula.in l.2.C.de hære.quæ dicit,ꝙ
falsus denarius non dicitur denarius, ꝙ est notandũ
ad multa,vt statutum loquens de aliquo actu falso:
quia est nullus. Facit simile,quod dixit Bal. in l.fi.§.
in computatione.C.de iure delibe.in fi.ꝙ statutum
loquens de instrumento,non habet locum in simu
lato instrumento.l.si non verum.C.de dona.inter vi
rum & vxorem.facit, quod voluit Innocen. in capi-
tulo fraternitatis.de testi. & scribẽtes in l.si ex falsis.
C.de transact.Ecce modo qualiter ista exceptio fal-
sitatis reducit illud instrumẽtum ad nihilum , cum
falsum conuertatur in nullum : & sic videtur, ꝙ ille
donatarius vteretur superuacuis probationibus in
iudicio,argumen.l.ampliorem. §. in refutatorijs.C.
de appe.& ideo huiusmodi exceptio falsitatis oppo
sita contra instrumentum donationis probata red-
dit nullam ipsam donationem, nec potest adduce-
re aliud ad probandam dictam donationem dictus
donatarius,nisi ipsum instrumentum, quia cõmu-
niter videmus in Italia vigere statuta,vt immẽsæ pe-
cuniarum summæ non possint probari per testes.&
ideo disponunt,ꝙ etiam nõ possint probari per pu-
blica instrumenta,nisi sint registrata, ad hoc vt eui-
tetur falsitas. oportet ergo ex necessaria & ex natu-
rali origine cognitionis prius discutere exceptionẽ
falsitatis oppositam: quia alias nullum effectũ ope-
raretur labor in decidendo causam principalem vi-
gore instrumenti donationis præfati, & illud, quod
scribitur apud Lucanum in princip. Bella geri pla-
cuit nullos habitura triumphos. Et sic Ang. melius
& apertius quàm aliquis alius docens hãc quæstio-
nem decidit in indiuiduo.dixit tamen idem Ang.in
d.l.qui prior.ꝙ possibile esset,ꝙ obijciens excep.fal-
sitatis non ꝓbaret eandẽ, & multũ frustraret̃ actor
si solũ admitteret̃ ad ꝓbãdũ de iure suo prius discus-
sio, & postea reus admissus suã exceptionẽ nõ ꝓba-
bit.Idcirco inoleuit ↄsuetudo ab Inn. approbata in
dicto capitulo prout,de dolo & contuma.vt assigne
tur terminus vtrique tam actori agẽti, q̃ etiam reo,
excipienti ad ꝓbandũ prout incumbit actori & reo,
& intra illum terminum studebit actor probare ius
suum,& reus suam excep.probare, & dicit ita obser
uare assessores.Ita residet ibi Ang.Et sic cõcludit ibi
Angel. ꝙ prius erit terminanda exceptio falsitatis
11 quàm causa principalis ciuilis. ¶ † Circa istud di-
ctum Angel. est etiam ponderandum , quia Angel.
ibi dicit, quòd de iure prius est dandus terminus
reo ad suam exceptionem probandam, & prius erit
pronunciandum super exceptione,deinde procedi-
tur in causa principali ciuili, si in exceptione succu-
buit excipiens:quia illam non probauit,& ita dicit,
ꝙ est de iure.Cum vero postea dicit Ang. ꝙ practica
inoleuit,& assessores practicant,ꝙ nihilominus assi
gnant insimul terminũ tam reo, quàm actori, pro-
ut eis incũbit,primo ego dico, ꝙ ex quo de iure est,
quòd

ꝙ prius examinetur exceptio: ergo istud ius est seruandum. Cum postea dicit, ꝙ assessores practicant aliter, dico hoc esse probandū, ex quo hoc aliter nō apparet nisi sola assertione Ang. nō enim sufficit allegare: sed opus est ꝓbare, vt dixit gl. in l. j. in ver. dicatur, quæ supplet, & probetur. ff. si quadru. paupe. fecisſ. dicatur. & in l. magis puto. §. illud. ff. de reb. eorum. & in l. 2. ff. de fer. & in capi. non est, de consue. lib. 6. & in cap. super eo. de appellatio. ergo stādū est dispositioni iuris. Et alleganti consuetudinem incū bit onus probandi: quia cōsuetudo est facti, & in facto consistit. l. de quibus. ff. de legi. §. ex non scripto. insti. de iure naturali. Item potest etiam dici, ꝙ istud dictum, ꝙ ita seruent assessores procedit, qn̄ crimē, quod obijcit, obijcit, ꝑ modū accusationis: secus si obijciatur per modum exceptionis, vel replicationis: quia siue merè criminalis, siue sit merè ciuilis, semper est prius cognoscendum, & determinandū de exceptione, hoc deciditur per l. fi. C. de ordi. iudi. & l. si præses. C. de plagiarijs. de replicatione est casus. in l. qm̄ Alexandrum. C. de adul. Ista sunt formalia verba Ang. in l. j. ad fin. C. qui accus. non poss. & ita dicit, ꝙ seruant assessores per totum orbem ex quo dicto datur precipuū lumen ad dictum, quod ipse voluit in l. qui prior. & per consequens ista est pura veritas, quòd prius est faciēda probatio & examinatio sup ista exceptione falsitatis, ex cuius euentu dependet absolutio a petitione dictorum bonorum donatorū vel condemnatio. Et ex istis concludo prius esse cognoscendū de ista exceptione falsitatis, quæ probat̄ ex præsumptionibus, indicijs & veritate, vt expressi in præcedenti dubio & per tormenta, qn̄ aliter veritas probari non potest, vt expressæ demonstraui in p̄cedenti dubio. Et ex ita concludo.

¶Venio nunc ad aliam dubitationem, vtrū ista donatio reddatur nulla ex dispositione statuti dicētis, ꝙ cuius &c. non possit vendere, vel alio modo alienare in forēsem possessiones & bona īmobilia &c. pro bono statu & cōi vtilitate ciuitatis, & ꝙ si talis donatio facta fuerit per ciuē in forensem, seu non subditum statutis dictæ ciuitatis, nec fuerit registrata talis donatio intra tp̄s appositū a statuto, nec fuerit soluta gabella ſm formā statuti. Et aperto iure dico, ꝙ talis donatio est nulla & nullius efficaciæ. Et præsuppono, ꝙ tale statutum valet & tenet de iure, vt pulchrè disputauit Old. in quadā qōne in studio Paduano motus per l. j. C. nō lice. habi. metro. li. 11. & per l. dudum. C. de ꝯhen. emp. cuius decisionem secutus est Bar. in l. fi. C. de sac. san. eccl. & in l. filiusfa. §. diui. ff. de leg. 1. & in l. in quorum. ff. de pigno. & in l. si in emptione. §. omnium. ff. de contrahē. emp. & in d. l. dudum. & in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verbo. obli. & in d. l. filiusfami. §. quod alicui. de leg. j. & probat textus formalis in d. §. omnium. in versi. mores ciuitatis. voluit Bal. in l. si ea lege. C. de condi. ob cau. & in l. 2. C. de iur. om. iudi. & in d. §. omnium. & in d. l. dudū. & in d. l. fi. C. de sac. san. eccl. & in c. clerici. de iudi. idem voluit Ang. in d. §. diui. Salyc. in d. l. dudum. & in d. §. omnium. Pet. de Ancha. in repetitione c. j. de consti. versi. quęro vlterius. statutum Perusij, de consti. & ego probo ratione inconuincibili valere huiusmodi statutum: Potentior est prouisio
12 statuti quàm pacti † gloss. in rubrica. C. de decre. decur. libr. 10. & in c. pen. de consue. lib. 6. tex. l. generaliter. C. de fideiuss. Bald. in l. de quibus. ff. de legi. & domi. Anto. in cap. fin. de consue. sed contrahentes possunt in suis contractibus apponere talem cōditionem: ergo sequitur, ꝙ multofortius statutū, text. est in l. si ita quis. C. de pactis inter emp. & vendi. ergo sequitur, ꝙ fortius poterit statutū ita disponere. Ego repetij rub. de reb. eccl. non alie. in prima quæstione examinaui istum passum luculentius, q̄ per aliquem docentem fuerit examinatus: vt ad oculū videri potest. ergo sequitur, ꝙ tale statutum valet & tenet, & cum sit prohibitorium, non potest pacto priuatorū renunciari constitutioni prohibitorię: vt voluit gl. in l. j. C. ne fideiuss. dot. den. & est ratio: qa censetur factum tale statutum prohibitorium propter publicam vtilitatem omniū ciuium Ferrariensium, ne depauperentur, & ne respublica perdat cōmoda sua prouenientia ab his, qui habent res immobiles, qui sunt subiecti statutis: vt soluāt & compellantur illa onera soluere reipubli. Interest enim reipublicæ Ferrariēsis habere locupletes subiectos, vt in auth. de iudi. sine quoquo suffrag. §. cogitatio. & ne ipsi malè vtantur substantia sua, transferendo illā in forēses & non subditus statutis ciuitatis. c. si diligenti. de foro competenti. l. iurisgentium. in §. si paciscar. ff. de pact. l. pen. C. de pactis. & ita formaliter consuluit solēnis doctor dominus Pau. de Castr. in suis consilijs, consilio 346. incipiēte visa quadam securitate verbi, consuluit formaliter, quod non possit quis renunciare constitutioni prohibitoriæ.

¶Et si quispiam allegaret in cōtrarium illud, quod habetur in c. nonnulli. de rescript. vbi constitutioni prohibitoriæ quis potest renunciare. Respondeo, ꝙ ideo est: quia illa constitutio, licet sit prohibitoria: tamen emanauit ad vtilitatem priuatorum, iō non est mirum, si potest renunciari, item illud ideo est: quia constitutio processit vlterius disponendo: vt posset renunciari. ergo sequitur, ꝙ si ita non expressisset, ꝙ nullo modo potuisset renunciari, quanto ergo fortius in casu isto non potest renunciari huic cōstitutioni prohibitorię, cum expressè dicat, ꝙ pro publico bono ciuitatis emanauit, & iuri publico pactis priuatorū non derogetur: vt l. ius publicum. ff. de pact. d. c. si diligenti. & ꝙ non possit renūciari cō-
13 stitutioni prohibitoriæ † tenuit Cyn. in l. si mulier. C. ad Velleia. & in l. j. C. de fideiusso. dot. den. & refert & sequitur Bald. in l. quos prohibet. ff. de postula. & idem voluit Bal. in l. fi. C. de edi. di. Adria. tol. Et ego allego glossam in l. a diuo Pio. ff. de ritu nup. quæ gl. decidit, ꝙ vbicunque actus non potest fieri ex dispositione statuti, & si fiat est ipso iure nullus, ꝙ non potest consensu partium approbari, & allegat illā glo. pro singula. Bal. in l. non dubium. C. de legi. & in c. lator. de re iudicat. & in l. cum mulier. ff. soluto matrimonio. & in l. iubemus. §. sanè. C. de sacrosanc. eccle. vt perinde sit ac si statutū disposuisset, ex quo eadē rō & idem fauor, argum. eius, quod voluit glo. in l. si constante. ff. solu. matrimonio. & auth. præterea. C. vnde vir & vxor. & in authē. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. Quinimmo maior fauor, & allegant scribentes in ca. cum dilecti. de emptione & venditione. & voluit Bald. in l. j. C. qui admit. ad bona posses. possunt, ꝙ non possunt partes constitutioni ꝓhibitoriæ renunciare. Et ad hoc facit, quòd vbicunque dictio negatiua præponitur illi verbo possit inducit necessitatem præcisa, ita decidit gloss. in clemen. dispendiosam. de iudi. & in c. primo, de reg. iu. lib. 6. & probatur in l. nemo potest. ff. de leg. j. & istud firmat Barto. in l. Gallus. in princip. ff. de liber. & posthu. Cum ergo in casu nostro apponatur verbū potest, præcedente dictione negatiua, sequitur quòd inducitur necessitas præcisa, & per consequens nō possunt partes renunciare huic constitutioni negatiuæ. Et facit ratio inconuicibilis, quæ est, quòd omnes actus humani regulantur a potestate & voluntate, vt habetur in capitulo cum super abbatia. de offic. delegat. sed in casu nostro est denegata potestas aliter disponendi, ergo sequitur, quòd nullo modo possunt partes disponere contrarium, & renun-

renunciare dispositioni huius constitutionis prohibitoriæ, maximè cum vtat verbis resistentibus actui prohibito, quo casu non oritur obligatio naturalis nec ciuilis, vt plene per Bar. in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbo. oblig. & in l. cum lex. ff. de fideiusso. & in l. si non sortem. ff. de condi. inde. & in l. nō dubiū. C. de legi. & hr in c. vides fili charissime. 10. distin. Et multofortius in casu nostro cum istud statutum dirigat verba sua ad personam, prohibendo personā alienantem, & prohibendo forensem acquirere rē alienatam, quo casu non potest renūciari per iurm tali statuto ꝓhibitorio: quia tale iurm illaqueat ad peccatū mortale, nec potest seruari sine interitu salutis æternę ex eo: quia vbicūq; statutū pcipit subdito, ne ꝯhat, eo ipso ꝙ ꝯhit, venit ꝯ præceptum superioris, qui habet potestatem legis cōdendæ, quo casu debet mori ſm legem Mosaicam: quia scribitur in libris regū. qui nō obedierit principi, morte moriatur, habetur in c. 2. de maio. & obed. & ſm legem modernā non intelligitur de morte naturali: sed de morte æterna, ita dixit gl. in d. c. 2. quasi velit, ꝙ peccat mortaliter, & morietur anima quo ad gloriā & gratiam Dei. Et facit gl. in d. c. 2. quæ dicit, ꝙ ille, qui non obedit iusto præcepto principis, morietur morte æterna. Si statuens habet potestatem statuendi in suo territorio: vt sunt duces, marchiones & comites vt per Barto. in l. v. § j. de verb. ob. & in l. 2. §. pen. ff. de vsuca. pro empro. Bal. in rub. C. qui admit. & in l. certū. C. vnde cogna. & in l. 2. C. de cōsti. pec. aliàs prin. & scribentes in cle. j. de in integr. resti. & sic cū istud pceptū apponat ab eo, qui habet canonicā ptatē legis condendæ, & sit iustū & rōnabile pceptū: qa est ꝯforme iuri cōi. ergo sequit, ꝙ eo ipso ꝙ subditus nō paret iusto pcepto, peccat mortaliter: qa venit ꝯ iustū pręceptū iurislatoris habentis ptātem condendi iustū statutū. ergo obseruare iurm ꝯ iustum pceptū legis est peccatum mortale. ergo tale iurm nō obligat iurantem: quia non est inuentum, vt sit peccati vinculum, animæ nostræ intellectiuę interitus. c. nō est obligatorium. de reg. iur. lib. 6. & ideo pulchrè dicit Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. ꝙ si statutū disponit, ꝙ mulier non alienet fundum dotalē, ꝙ nō poterit alienatio firmari iurō ipsius mulieris: quia peccat mortaliter, & transeunt scribentes cum illo, & iō dicebat gloriosus Apostolꝰ, estote subditi sublimioribus ptātibus, & qui volūtati principis resistit, voluntariè Dei resistit, & damnationem suā acquirit. Facit gl. in l. quis autē. 10. di. quæ dicit iuncto tex. ꝙ non obediens legi peccat. Et licet domi. meus Io. de Imo. in d. c. cum contingat. multa verba spargat in sua repetitione damnando illud dictum Bart. in d. l. si quis pro eo. vbi voluit, ꝙ veniens contra statutum editū a laico licet sit præceptiuū non illaqueat ad peccatum mortale, pro certo nō bene loquitur, & ego adduco pro dicto Bar. ꝯ dictum suum gl. valde elegantem in c. 2. de constitu. lib. 6. quæ voluit, ꝙ veniens ꝯ ius municipale pręceptiuum ligatur ad peccatum, & cum illa glo. transit ibi Dominicus de sancto Geminiano, & est gl. 2. in secunda solutione. Et plus etiam vult illa gl. ꝙ veniens ꝯ statutum municipale præceptiuum peccat mortaliter: & (ꝙ plus est) etiā si in statuto apponatur pęna corporalis. ita etiam vr velle gl. in d. c. quis aūt. & Inn. in c. qđ super his. de voto. Ioan. Andr. in cle. relatum. ne cleri. vel mona. vbi dicit, ꝙ cōmēdatur regula pdicatorū, in qua trangressores non illaqueant ad peccatū mortale in his, quæ nō sunt de se mortalia. Et p ista fortificat doctrina Barr. & sic in terminis probat dictū Bar. in illis gl. & in illis doctoribus, vt Inn. & Io. And. & sic non bene loquitur Ioā. de Imo. nec alij, qui tenent ꝯ illam doctrinam Bar. & cum legerem, d. c. cū contingat. allegaui illas glo. ꝯ Io. de Imo. pro Bar. & pro certo probatur illa doctrina, in d. c. 2. de maio. & obed. vbi hr, ꝙ morte moriatur, qui non obediuerit principi: nam princeps non solum verificatur in principe supremi gradus: sed etiam in principe inferiori. vt no. in c. pro humani. de homicid. lib. 6. & ꝓbatur in tex. valde sing. in c. si abbatem. de elect. li. 6. vbi appellatione principis venit legatus de latere, nec est verum dicere, ꝙ ille tex. intelligatur de principe ipsius Dei, vt est Papa: quia esset restringere illū tex. & restringere tex. veteris testamenti, & restringere dictū Apostoli dicentis. Estote subditi sublimioribus potestatibus. & sic non solum loquitur de Papa: sed de omnibus iustè regnantibus iuxta illud, per me reges regnant, & principes iusta decernūt. & iuxta illud passionis Dominicæ. reges gentiū &c. & iuxta illud. Deus iudicium tuum regi da. & quod habetur ī c. princeps seculi. 23. q. 6. & iuxta illud Pau. Apostoli. Estote principibus obedientes. & per ꝯñs non est verū dicere, ꝙ ille text. intelligatur de solo Papa. ¶ Et ex istis elicitur conclusio vera & indubitata, ꝙ hmōi donatio nō potuit firmari iurō tanq̄ facta forensi ꝯ statutum præceptium editū a laico. Et multofortius: quia hmōi statutū est editū in terra tpaliter ecclesiæ subiecta, quo casu regitur iure canonico, vt voluit gl. in c. 2. de arbi. lib. 6. & tex. in c. si duobus. de appella. Ideo dixit Bal. in l. j. C. qui bon. cede. poss. ꝙ statutum in terris temporaliter subiectis ecclesię si est dubium, recipit interpretationem a iure canonico & cōi. Et etiam plus est dicendum, ꝙ nō solum est ius municipale præceptiuū: sed introductum propter publicum bonum, quo casu iurm nō conualidat actum nullum, vt rectè decidit text. in c. si diligenti. ad fi. de fo. cōpe. hoc decidit Bar. in d. l. si quis pro eo. ff. de fideiul. & in l. Seius & Augerius. ff. ad leg. Fal. & cōiter omnes docto. tenent in d. c. cum contingat. ꝙ vbi actus est prohibitus regulariter ꝑ publicam vtilitatem principaliter, tunc iurm non cōualidat illum actum: sed in casu huius statuti ita est: quia principaliter iste actus est prohibitus fauore publicæ vtilitatis, ergo sequitur, ꝙ non poterit firmari iuramēto. Præterea facit, ꝙ in dicto statuto dr, ꝙ si secus actū fuerit, ex quibus verbis infertur clausula decreti annullatiua, quo casu si actus fiat, est ipso iure nullus, nec cōsensus partium potest aliquid operari, vt actus cōtra dispositionem statuti valeat: ita singulariter voluit Innocen. in c. dilecto. & quod ibi voluit gloss. facit. c. cum venissent. de in integ. resti. vbi factum ꝯ inhibitionem iudicis iniustam tenet, nisi ſm Do. Anto. ibi esset apposita clausula decreti: quia tunc actus esset ipso iure nullus. facit glo. in c. 1. de rescrip. lib. 6. & in c. fi. de offi. deleg. eo. libr. & in cle. 1. de rescrip. & in c. statutum. eo ti. libr. 6. Et iō dixit Io. de Imo. post Bal. in l. ex facto. ff. de vulg. & pup. ꝙ vbicunq; superior confirmat actum inferioris apponendo clausulā decreti, ꝙ inferior non pōt illū actū reuocare, nec ēt pōt illum actum interpretari, ꝙ est mirabile, & pōt allegari, quod voluit illuminatus doctor Gregorius. 4. di. c. denique. in fi. vbi dicit, ꝙ decretum facit necessitatē, & ideo multum singulariter dixit Arch. in c. cū de beneficio. de pbē. lib. 6. ꝙ si Papa concedit monacis, ꝙ eorū abbas nō possit concedere beneficium quoddam clericis secularibus, & apponit clausulam decreti, si secus faciat, & abbas per longissimum tempus cōfert illud beneficium clericis secularibus, illud decretū operatur, ꝙ ex tali concessione diuturna non oritur cōsuetudo, & ideo multum eleganter dixit Bald. in l. j. C. qui admi. in versi. quærit, statuto cauetur, ꝙ si statutum requirit in contractu minoris consensum ꝓpinquorum, & si aliter fiat, apponit clām decreti, ꝙ

si actus

si actus fiat sine consensu propinquorum, ꝙ non valet, etiam si contrahentes ad id consentiant, & est ratio: quia decretum facit necessitatem. Ita dicamus in proposito, ꝙ id, quod nō pōt fieri via directa, nō poterit fieri per viam indirectam nec obliquam, vt c. cū quid vna via. de regu. iur. lib. 6. & l. oratio. ff. de sponsa. & qđ voluit Bal. in l. non dubiū. C. de legi. & qđ voluit Bar. in l. quæsitū. §. illud. ff. de lega. 3. & maximè qa exprimit ab ipso statuto, ꝙ nec directè, nec indirectè possit alienari, aut donari in forēsem. & iō dr̄ in dicto statuto, ꝙ nec æstimationē poterit acqre re talis forensis, ꝙ r̄r posset, vt pulchrè voluit Bal. in l. cū qō. C. de lega. in finalibus suis verbis. vbi dicit, ꝙ licet fratres minores non possint acquirere bona immobilia: tamē possunt acquirere precium, & sic vt vendant & acquirant precium, voluit gl. valde singularis. in c. j. de religio. domi. lib. 6. & facit, quod voluit Alber. de Ros. in secunda parte statutorum. q. 2. & quod voluit Bart. in l. filiusfami. §. diui. ff. de leg. j. ergo sequitur, ꝙ nullo modo potuit fieri ista donatio huic forensi, & eo magis quia concurrit duplex prohibitio, videlicet statuti municipalis & testatoris, quo casu licet iura velint, ꝙ ꝓhibitio testatoris nō impedit alienationē fieri, nisi assignetur iusta & canonica cā ꝓhibitionis, ita ꝙ non sit nudū ꝑceptū testantis, vt plenè per Bar. & alios. in l. filiusfa. in §. diui. ff. de leg. j. nihilominus, posito quòd nuda sit prohibitio testatoris, & non sit apposita cā legitima: qñ concurrit prohibitio iuris valet & tenet nudū ꝑceptum testantis de non alienando. ita pulchrè sentit Bal. in d. §. diui. circa intellectum. l. 2. C. de vsucap. ꝓ emp. Et ex intellectu Bar. elicitur cōclusio, ꝙ vbi cōcurrit prohibitio testōris cū prohibitione legis fortificat & auget prohibitio legis, adeo ꝙ nō poterit fieri alienatio ēt in casu aliàs ꝑmisso a lege, facit, qđ no. gl. in l. fi. circa finē. C. de rebus alienis non alie. & qđ no. Inno. in c. Raynaldus. de testa. & ex hoc vr̄, ꝙ si testōr legat rem ecclesiæ & prohibet illā alienari, ꝙ non poterit alienari ēt in casu permisso a iure per auth. hoc ius porrectū. C. de sac. san. eccle. & 12. q. 2. c. sine exceptione. & ita vr̄ dicendum, ꝙ etiam si nō apponatur causa canonica non alienandi per testatorem, & res est prohibita alienari ex iuris dispositione, ꝙ non poterit alienari: quia fortificatur ex iuris dispositione, multo ergo fortius quando concurrunt tria, quorum quodlibet est sufficiens ad prohibitionem alienationis, videlicet quia statutū prohibet alienationem propter publicam vtilitatē: & qa concurrit prohibitio testantis, & concurrit iusta cā ꝓhibitionis, & per ꝯñs nullo modo potuit fieri ista donatio huic forensi. ¶Et si quispiā diceret, ꝙ istud statutum limitatur & restringitur, vt non habeat locū in coniunctis, sed habeat locū in forensi, qui est extraneus ipsi donatori: secus si esset cōiunctus sanguine, & affinitate: vt hoc ꝑcipuū hēat affinitas, arg. eius, qđ no. in l. 2. ff. de recepta. Ad hoc r̄ndeo, ꝙ non obstat, ex quo istud statutū loquitur simpliciter de forensi, & nō subiecto statutis Ferrariæ. siue ergo sit coniunctus, siue non, idem est, vt habeat locū prohibitio statuti, ar. c. vt circa. de priuil. c. solitę. de maio. & obed. l. j. §. generaliter. ff. de leg. præstā. cū simi. Itē quia istud statutum emanauit ꝑꝑ publicū bonum, quo casu sequitur, ꝙ vbicūq; ratio statuti, aut legis est generalior dicto, & dispositio legis aut statuti: tūc dictum & dispositum extendit ad amplitudinē rōnis. ita decidit gloss. quæ reputatur singu. in cle. 1. de ele. & tex. in c. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. & l. pater filium. §. fundū. ff. de leg. 3. cum ergo ratio dicti statuti, quæ est propter publicam vtilitatem, militat ita, siue forensis sit cōiunctus donatori seu alienanti, siue non sit cōiunctus: sequit, ꝙ habebit locū dispositio statuti. Quinimmo plus dico, ꝙ de hoc est casus valde singu. in l. data. C. de dona. quæ voluit, ꝙ donatio excedens legitimam summam requirit insinuationem, etiam si fiat donatio ꝑsonæ cōiunctæ, & quæ est ratio illa, videlicet ne qs malè re sua vtat. q̄ ratio habet locū, siue donet coniuncto. & ibi Bald. multū elegāter dicit, ꝙ si statutum loquitur de actu aliquo gerendo, vt requirat solennitatem: habet locum, ēt si agatur inter coniunctos, & per ꝯñs cū statuta recipiāt interpretationē declaratiuā a iure cōi, vt l. si serui vestri. C. de noxa. & l. fina. §. in computatione. in gl. C. de iure delib. & c. cū dilectus. de cōsue. sequitur, ꝙ si de iure cōi dispositio semꝑ loquens vēdicat sibi locum inter coniunctos: ita vēdicabit sibi statutū hr̄e locū in suo disposito inter coniunctos, maximè qa statutum loquitur ꝑ verba ita pinguia: & amplissima & maximè quia cōcurrit prohibitio testantis, qui voluit, ꝙ sua bona nō exirent extra suā familiā, & suorū filiorum. & gener iste non dr̄ de familia & agnatione ipsius testantis, immo dr̄ de aliena familia. voluit enim testator conseruare bona & diuitias inter suos: nam familiæ honorantur in diuitijs & bonis: vt pulchrè dixit gloriosus Augustinus lib. de ciuitate Dei. 21. ꝑ diuitias, inquit, decus & honor in familijs seruatur, & bellissimè scribitur in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. ꝙ familiæ sordescunt ꝑꝑ paupertatem. & scribitur apud satyricū Iuuenalē. Haud facile emergunt, quorū virtutibus obstat, res angusta domi. immo amittitur prudentia, cū quis perdit diuitias, iuxta illud Terētianum. Vnà, inquit, cum re consilium amisisti. Et certum est, ꝙ illud verbum familia, capitur pro gente, vt l. pronūciatio. §. fi. cum l. seq. ff. de ver. sig. & l. fi. C. eo. ti. & maximè qa Ferrariæ extat statutū, ꝙ masculi agnati excludant fœminas in successione, quo casu testator iste, qui voluit bona non exire suam familiam prima facie videtur intelligere de masculis, vt extātibus agnatis masculis non vocentur filiæ seu fœminæ: sed masculis non extantibus vocentur fœminæ, ex quo ita statutum municipij disponit. vnde si quis vellet insistere dicendo, ꝙ verbum, familia, etiam comprehēdit fœminas, vel descendētes ex fœmina, per ea quę habentur in d. l. pronunciatio. §. fi. nihilominus isto casu prius vocarentur agnati masculi, & per consequens isti nepotes. Et moueor ad sic dicendū ex eo: quia is, qui est de municipio, videtur in dubio testari, secundum ꝙ disponit statutum municipij, ideo multum singulariter dixit do. Pet. de Anchar. in suis reportatis in l. tres fratres. ff. de pact. se in facto consuluisse. Testator instituit suos filios hæredes. modo testator ille habebat filios, & filias, fuit dubitatum, vtrum videretur instituisse simul masculos & fœminas hæredes vniuersales. dicebat ꝙ sic: quia masculinum genus amplectitur fœmininum. l. j. ff. de verborum significatio. c. generali. de elect. lib. 6. clementina prima, & in l. si quis in tantam. C. vnde vi. l. quicunque. C. de ser. fug. c. si quis suadente. 17. q. 4. cum simil. tamen do. Pe. consuluit contrariū ex eo: quia videtur disposuisse ita, vt disponit statutum sui municipij, quo cauebatur, ꝙ filiæ fœminæ essent dote contentæ. Istud idem voluit Dyn. An. Bar. & moderni in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. vbi dicūt, ꝙ testator videtur in suo testamento vocasse ad successionem, quem vocat statutum sui municipij. Et idem dixit idem Barto. in l. vt iurisiurādi. §. si liberi. ff. de ope. liber. esse in contractu, vt si quis accepit in emphyteusim pro se & filijs suis, & de consuetudine filiæ non succedunt nisi in dote, ꝙ non videtur pater eas inuitasse ad emphyteusim: quia videtur voluisse illud, qđ disponit cōsuetudo sui municipij, & secundū hanc partem cōsuluit do. Pe. de Anch. in

suis consilijs, consil. 113. & ita etiam consuluit Do. me. Ioã. de Imo. apud ciuitatẽ Lucanã: vt ipse refert in cõmen. c. potuit. de loca. in suis verbis finalibus. & ideo dixit Bal. in l. fideicõmissa. §. si seruo. ff. de leg. 3. ꝙ testator vr̃ velle illud, quod consuetum est fieri. Et idem Bal. in l. precibus. C. de impub. & alijs subst. dixit, ꝙ testator vr̃ cogitare & velle illud, quod ius disponit. allegat. l. si duo. ff. de acqui. hære. Et ex hoc apparet, ꝙ testator voluit bona remanere in familia & agnatione sua, vt conseruaretur honor familiæ, & per ꝯñs non valuit talis donatio & dñij translatio maximè cum cõcurrant adinuicem duæ prohibitiones fortissimæ, prohibitio statuti & testatoris. Et aduertat do. iudicãs, ꝙ istud facit mirabiliter pro fundamento primæ dubitationis: vt falsa videatur esse hæc donatio: quia nõ præsumitur, ꝙ iste donator voluerit venire ꝯ dispositionẽ testantis & statuti: immo potius vr̃ voluisse illud, quod ius sui municipij disponit: vt est dictum. Facit etiam: quia cũ iste contractus donationis fuerit nullius efficaciæ sicut est nullus: ita est omnis clausula apposita in eo, vt probat text. in l. fi. ff. de consti. pecu. quem allegat ꝓ singulari Bal. in l. absentis. C. si cer. pet. voluit Barto. in l. post legatum. ff. de his qui. vt indign. Et facit, quod voluit Inno. in c. cum venerabilis. de excep. & in c. cum olim. de censi. & Bar. in l. 2. C. de bon. poss. ſm tab. & ideo dixit Bal. in l. ex testõ. C. de fideicõ. & in c. j. §. si quis. in titu. de feudo dato in vicẽ legis cõmiss. ꝙ si instrumentum est nullum: est nullum constitutum & precarium appositum in eo, & quod voluit idem Bal. in l. si ex cautione. C. de non nu. pecu. & gloss. in l. cum patronns. §. patronum. ff. si quid in fraud. pa. ¶ Et si quispiam dixerit, ꝙ posito ꝙ hmõi contractus donationis esset nullus: tñ fuit confirmatus rescripto principis, quo casu oĩa nostra facimus, cum authoritatem nr̃am impartimur. l. j. §. omnia. C. de veteri iure enucle. c. j. & 2. de confirma. vtil. vel inutili. Ad hoc est aduertendũ, ꝙ hmõi contractus donationis, vt superius demõstraui, est ꝯ publicam vtilitatem, ꝙ clarè exprimit ipsum statutum. l. ille aut ille. §. cum in verbis. l. non aliter. ff. de leg. 3. cum sim. quo casu in omni priuilegio & in omni rescripto semper vr̃ excipi publica vtilitas, & præferenda est publica vtilitas priuilegio, & semper vr̃ excepta publica vtilitas, qñ priuilegiũ est reipub. & in ꝯriũ tex. est formalis ĩ l. iubemꝰ. C. de naui. nõ excu. li. 11. & l. j. C. ne lice. se in emp. spe. exi. libr. 10. & l. nullus. C. de consu. pub. & quod ibi voluit Bal. in c. nõ minus. de immu. eccle. vbi per priuilegium q̃tuncunq; generale concessum priuato, vel pio loco non ꝑiudicatur publicæ vtilitati, nec etiam iurm. facit, quod not. in c. j. de his, quæ fi. a maior. par. cap. facit text. l. in prouinciali. §. fi. cum l. seq. ff. de oper. no. nun. & l. mulier. ff. de popu. actio. l. vt gradatim. §. sed si lege. ff. de mune. & hono. & quod voluit Bald. in rubrica. C. qui accusa. non poss. & faciat tex. valde singu. in l. decurionibus. C. de silen. libro 12. vbi non videtur derogatum priuilegio indulto ob publicam vtilitatem per priuilegium generaliter reuocatorium, & quod voluit Io. Andr. in addi. Spec. in titu. de censi. §. nũc dicendũ. in additione per hanc. l. & qđ voluit Dy. in l. si ex toto. ff. de leg. 1. & quod habetur in authen. vt nulli iudi. §. & hęc non iubemus. & in auth. de mandato principis. §. si quis autem. vbi non statur mandato principis contrario publicæ vtilitati, vel si imminet periculum generandi scandalũ: sed expectatur secunda iussio. facit tex. valde sing. in l. si quis in graui. §. ij quoque. ff. ad Sylla. secundum Bal. ibi, & secundum Salyce. in l. 2. C. de noxa. vbi fauore publico inhabilis censetur habilis, & text. l. si venditor. §. constat. ff. com. prædi. & quod voluit Bal. in l. j. C. de hære. vel actio. ven. & quod habetur in l. fortissimi. C. de re mil. lib. 12. in istis iuribus, quæ ad propositum valde pulchra esse videntur, probat, quòd per priuilegium aut rescriptum non videtur dero-

14 gatum publico bono, † sed semper videtur excepta publica vtilitas. Cum ergo in proposito istud rescriptum confirmatorium talis donationis sit contra publicum bonum: quia est contra statutum introductum propter publicam vtilitatem, & ex verbis ipsius statuti apparet: vt l. nominis & rei. §. verbum ex legibus. ff. de verborum significatio. ergo tale rescriptum non conualidat talem donationẽ. Et maximè cum sit falsum instrumentum donationis, generalis confirmatio non trahitur ad iniqua, vt dixit glo. in l. j. ad fi. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & gl. in l. eos. C. de vsur. tex. c. j. de iureiur. lib. 6. Bald. in l. si ad excludendam. C. de iureiur. glo. in l. non videtur. §. qui iussu. ff. de reg. iur. Quinimmo plus dico: nam dixit Innocen. in c. cum ecclesiæ. de excep. ꝙ vires rescripti recipiunt robur & efficaciam ex mẽte rescribentis, de quo dicto fecit commemorationem Bal. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vti. pub. ad fin. & probatur in c. cum adeo. & c. cũ dilecta. de rescri. l. fi. in ver. mentem nostrã fefellit. C. de his qui a non do. manu. facit. c. fi. de præben. c. cum voluntate. de sen. excom. sequitur, ꝙ vires huius rescripti recipiũt vires & efficaciam ex mente superioris rescribentis: sed non præsumitur, ꝙ mens principis fuerit rescribere ꝯ publicam vtilitatem: quia publica vtilitas est præferenda priuatis, vt dixit elegans text. l. vnicæ. ad fi. C. de cad. toll. & c. bonæ. de postula. præla. cum si. ergo nihil operatur huiusmodi rescriptum confirmatorium. Et eo magis cum sit falsum instrumentum donationis, & falsa fuerit ista donatio: vt superius in primo dubio demonstraui. ergo sequitur, ꝙ non præiudicat tale rescriptum istis nepotibus. Et est ponderandum: quia iura superius adducta non solum loquuntur in rescripto: sed etiam loquuntur in priuilegio, quo casu siue superior confirmationẽ hanc fecerit per modũ priuilegij, seu beneficij, aut per viam rescripti, non præiudicat huic statuto ita disponenti propter publicum. ¶ Et esset aduertendum, qũo sint concepta verba huius priuilegij aut rescripti: quia qualis vigoris sit, recurritur ad eius tenorem, vt in c. porrò. & in c. recepimus. de priuil. & in c. ex tenore literarum. de rescript. & in c. si cui. de extraordi. capi. Conra. in vsi. feu. in ver. tenorem inuestituræ sequẽ. Et esset aduertendum ad clausulas in eo contentas, & si exprimatur ex certa scientia. Et aduertat do. iudicans, quòd licet apponatur clausula ex certa scientia, tamen gloss. valde sing. in c. pastoralis. §. præterea. & ibi Io. And. & alij docentes volunt, ꝙ clausula ex certa scientia apposita in rescri-

15 pto tunc operatur, quando fit non petente parte † & facit, quod voluit Bald. in l. impetrata. C. sen. rescin. non poss. & in l. causas. C. de transac. Et etiam est aduertendum: quia in huiusmodi donatione reperiũtur multi defectus & variæ causæ deducentes dictã donationem ad nihilũ: quia huiusmodi instrumentum non fuit congruo tempore appositum in registro, nec fuit soluta gabella, item fuit forensis, fuit etiam falsum instrumẽtum donationis, vt superius dictum est, quo casu sequitur, ꝙ sit superior confirmauit illam donationem, non fuerunt expressę oẽs causæ annullantes dictã donationẽ, vel aliquæ fuerunt expressę, sed non oẽs: pp ꝙ tunc talis confirmatio videt esse surreptitia, & non tenet, & istud in indiuiduo cõsuluit Oldr. quem refert & sequitur Bal. in commento. l. eam quam. C. de fideicõ. sed pone, quidam erat filius ex adulterio & incestu natus, fuit ltĩmatus tanq̃ spurius: non tñ fuerunt expssę qualitates

tates spurietatis, nũquid valeat legitimatio, & videt ꝙ non, sicut quando est quis excommunicatus pluribus excommunicationibus, & supprimit causas, vt c. ex parte. de offi. ordi. & dicit hoc sentire Oldr. in quodam suo consilio & licet Bald. non dicat, allego quotam illius consilij. videlicet 248. & voluit hanc doctrinam Io. Andr. in addi. Spec. in tit. qui filij sint legi. in rub. & idem voluit Lud. Ro. in repetitione. l. si vero. §. de viro. ff. solu. ma. & est ratio: qa duplex funiculus difficilius rũpitur, vt l. vlti. §. si vero pater. C. de adop. & in auth. de consang. & vter. §. pen. & duo vincula sunt potentiora vno, vt in authẽ. itaque. C. cõia de succe. & in c. j. de treu. & pa. & iõ debuit exprimi tota series facti, vt dixit tex. ĩ c. sup eo. de coha. mu. & cle. debuerunt. n. exprimi qualitates annullãtes hmõi donationẽ, si ergo nõ fuerũt expssе, nõ valuit talis cõfirmatio, vt voluit Old. Io. An. Bal. & alij superius relati, qui in indiuiduo decidunt hanc dubitationẽ. ¶ Præterea facit, stantibus hmõi defectibus erat quæsitũ ius illis nepotibus in dictis bonis, quo casu semper vr̃ exceptũ ius tertij ĩ rescripto, vel priuilegio, tex. est in c. super eo. de offi. deleg. quẽ tex. reputat singularẽ. D. Anto. in c. vt debitus. de appel. dicens se decidisse qõnem de facto Perusij, vbi statutum tollebat appellationem: quia procedit quo ad ipsos litigantes: non autẽ quo ad tertiũ, facit c. cum super. de re iu. vbi non repellit̃ tertius, & text. in c. cũ teneamur. de ap. vbi non suspẽdit iurisdõnẽ iudicis a quo appellatio respũ tertij, facit c. constitutus. el j. de testi. & pulchrè dixit Do. Ant. in c. j. de ꝯsti. ꝙ illa verba, facias fm̃ tuã voluntatẽ, non important volũtatẽ non regulatã a iure respectu tertij, allegat Lap. allegatione 125. Facit gl. quæ reputat̃ sing. in l. creditor. in prin. ff. mandati. nam dilatione pendente nihil est innouãdum, non tamen habet locũ respectu tertij. Et facit, quod voluit Ioã. de Imo. in c. 2. de fide instru. & ideo in omni casu & dispositione reseruat̃ ius tertio illæsum. l. 2. §. merito. & §. si quis a principe. ff. ne quid ĩ loco publico. ca. de Xenodochijs. de eccle. ædifi. c. ex tuarũ. de autho. & vsu pallii. ca. licet in corrigendis. de offic. ordi. ca. q̃uis. de rescrip. lib. 6. Quinimmo plus dixit tex. elegans licet vulgatus, ꝙ non est moris ipsius principis præiudicare tertio, & sic sequitur, ꝙ si literæ ꝯ ius tertij disponunt, sunt ꝯ solitum morem principis, & ideo dicimus, ꝙ rescriptum, in quantum fieri potest, debet reduci ad terminos iuris cõmunis, etiam per verba impropria: vt est text. melior de corpore iuris in c. causam quæ. de rescri. idem dicimus in priuilegio, vt in l. si qñ. C. de inoffi. testa. idem dicimus in indulgentia, vt in ca. dilecto. de ver. sig. Idem dicimus in iuramento. c. ad nostram. de iureiur. Idem dicimus in consuetudine. c. cum dilectus. de consue. Idem dicimus in statuto. l. si serui vestri. C. de noxa. & c. ex parte. de verbo. sig. cum simi. Ita reducitur ad terminos iuris cõis istud rescriptum, vt non noceat istis nepotibus. Itẽ si princeps sciuisset seriem facti, nullo modo confirmasset hmõi donationem. primo quia erat contra publicum bonum, & contra prohibitione testatoris, nec fuit tempore debito registrata, nec soluta gabella & erat falsum instr̃m, & etiam erat quæsitũ ius tertio. Et sic multifariè, multisq; modis ostẽsum est, hmõi rescriptum nullo modo posse opitulari huic impetranti. ¶ Præterea accedat etiam ille defectus: quia ex dicto instrumento donationis non fuit soluta gabella, quo casu redditur nullium, istud decidit Bald. in terminis in l. j. C. si aduer. rem iu. Et idem voluit idem Bal. ꝙ non teneat talis contractus, de quo nõ est soluta gabella, in l. fi. C. de pericu. & commo. rei ven. & in l. cũ mulier. ff. sol. mat. & in l. creditoribus. C. de seruo pign. dato manu. & in l. 1. §. Osilius. ff. ne quis eum. & per Bar. & Bal. in l. vniuersa. C. de preci. impe. offe. & in l. bona fides. ff. de actio. emp. & in d. l. cum mulier. Et idem voluit Ioan. de Imo. in repetitione. c. cum contingat. de iureiur. Et etiam facit, quod voluit Bal. in l. acceptã. C. de vsur. in 22. q. vbi dixit, ꝙ ille, qui non soluit gabellam ex cõtractu, potest dicere contractum nullum propter non solutã gabellam, & mouetur ad sic dicendum, ex eo: quia ista nullitas est introducta fauore publico. s. vt metu pęnæ pareat gabellæ: & cum dicit, ꝙ talis res prohibetur alienari fauore publico & cõtrahentiũ odio, non potest præscribi: vt l. quemadmodũ. C. de agri. & censi. libr. 11. quòd est singulariter notandum: quia ex hoc infertur clarior conclusio contra illud rescriptum confirmatorium donationis, vt dicatur fore nullum ex eo: quia est contra publicam vtilitatem, & in rescripto intelligitur excepta publica vtilitas. Facit etiam, quod voluit Ludo. Rom. in l. 2. ff. ad Sylla. & ibi Ludo. adducit illud, quod voluit Ange. in l. Meuius. & in l. q hæredi. ff. de ꝯdi. & demon. Et sic ex prædictis apparet de nullitate cõtractus, & per ꝯñs illud rescriptum confirmatoriũ tanq̃ cõtra publicam vtilitatem non tenuit, maximè cũ agatur de iure quæsito illis nepotibus, quo casu non potuit eis auferri ius quæsitum per tale rescriptum confirmatoriũ, seu priuilegium illis non citatis, nec requisitis. l. nam ita diuus. ff. de adop. l. de vnoquoq;. ff. de re iudi. ¶ Et si quispiam adduxerit in medium illud, quod Bal. venit in ore in d. l. nam ita diuus. vbi dixit, ꝙ qñ impetrat̃ priuilegiũ, vel rescriptũ, nec ex iuris dispositione, nec de consuetudine est, ꝙ requiratur citatio partis, allegat. l. libertus. ff. de in ius voc. & c. eum qui. de pręben. lib. 6. non videtur bene dictum, quando est priuilegium, aut rescriptũ præiudiciale, vt est in casu nr̃o, & cõiter nos videmus de cõsuetudine seruari contrariũ: quia impetrantes in suis supplicationibus dicunt partis citatione nõ facta, & sic consuetudo moderna seruat contrarium, & ideo dixit Host. in c. cum olim. de re iudi. ꝙ curia seruat, vt literæ ꝑiudiciales non transeãt, qñ aduersarius, vel eius ꝓcurator est pñs in curia, nisi citetur, nec sufficit citatio in audientia: sed debet fieri in curia. Ecce nunc qualiter Bal. non rectè loquit̃ dicendo, ꝙ non seruatur consuetudo: qa imo curia seruat ꝯriũ fm̃ Host. & ita videmus quotidie fieri, & istud voluit gl. in d. l. nam ita diuus, quæ colligit ar. ex illo tex. ꝙ qñ impetratur rescriptum, debent citari illi, qui per rescriptum læderentur, allegat l. fi. ff. de natal. restitu. & l. in causæ. §. causa cognita. de mino. & in auth. vt sponsa. largi. §. ad hæc. & adduco in medium, quod pulchrè voluit Iaco. de Are. quem refert & sequitur Bal. in rub. de rescrip. versic. an quando impetratur rescriptum, sint aliqui citandi. Iaco. de Are. in d. l. nã ita diuus. ita dicit. aut impetratur rescriptum ad lites, vt cum delegatur iudex, & tunc non deberet aduersarius requiri, si non sit in curia. l. obseruandũ. ff. de iudi. saluæ enim sunt exceptiones contra rescriptum. l. præscriptione. C. si cõtra ius vel vtil. pub. l. si quando. C. de dila. aut impetratur ad ius aliquod obtinendum, & tunc aut multum lædit, vel parum, & tunc idem: quia non est necesse vocari aliquem, vt l. quoties. C. de preci. imper. offer. vt l. 2. §. si quis a principe. ff. ne quid in loco pu. argu. l. ergo. §. illud. ff. de fideicom. lib. aut multum lædit alium, & tunc ille debet requiri, contra quem rescribitur, vt l. fina. ff. de manu. testa. nec secundum Bald. ibi est necesse aliquem requiri, si alicui committitur causæ cognitio: nam cum per illum debeat fieri citatio, non est necesse, quòd fiat per rescribentem: quia satis facit, qui p aliũ cõmittit, vt in c. qui per aliũ. de regu. iuris libro sexto. & l. libertus. ff. de in ius voc. & per glo.

gl.q non est alibi,in l.3.§.cā cognita.ff.de bo.pos.tit. generali.& facit l.j.§.denunciari. ff.de ven.inspi.vbi dicit,ꝙ illi,qui in ꝑñtiam lædi possunt, non sunt citandi: quia tractatus futuri tpis non spectāt ad iudicem,& quia nōdum habet aliquod ius in processu causæ,argu.l.si ita §.sub conditione.ff.de leg.2.quia nondum habent aliquod ius acquisitum in præsente tempore.l.item eorum.ff.qđ cuiusq; vniuer.no.l. creditor.C.de pignora.actio.vbi Cyn.dicit,ꝙ in executione contractus nemo est citandus: si executio sit concessa & apta:secus si concedenda vel acquirēda.Ita formaliter dicit Bal.in præfata rubrica, & sic Bal. intelligit illam l.libertus. quando committitur causæ cognitio,& sic sublatum est illud,quod Bald. allegauit in d.l.nam ita diuus.cum ergo in casu nostro non committatur causæ cognitio,sed concedatē illi impetranti ius, propter quod nimium læduntur isti nepotes,ergo sequitur, ꝙ non tenuit talis impetratio,cum nō interuenerit eorum citatio. Facit ad hoc glos.in l.adoptio non iure facta.ff.de adop.quæ voluit,quòd in confirmatione adoptionis non iure factæ requiratur citatio illorū, qui ex confirmatione lædi possunt,& reuera illa gl.est in d.l.nam ita diuus.sed Bar.illam commemorat in d.l.adoptio.qui dicit,ꝙ illa glo.allegatur,ꝙ ad quemlibet actum,ex quo aduersarius posset lædi debet fieri citatio.Et ibi etiam dicit Barto.ꝙ quando a principe, vel a Papa impetratur legitimatio, debent citari agnati,qui ex illa læduntur,allegat illam l.& d.l.in causæ.§.cā cognita.& ibi etiam dicit Bart.ꝙ qñ instrm est ita antiquum,ꝙ non possit legi,potest peti: vt reficiatur, vt in auth. de hæredi.& falci.§.j.quia tunc debet citari aduersarius.Idem dicit,si instrm est deperditum, vt l.chirographis.ff.de admi.tuto. tunc enim debet citari ille,qui potest lædi,& per ꝯñs non valuit tale rescriptum.¶ Præterea ponderet do.iudicans:qa non posset superior sine iusta cā auferre ius quæsitū istis nepotibus,vt dixit Bar.in prima consti.ff. in princ.vt probatur in l.si priuatus.ff.qui & a quibus. & in l.cotem.§.pen.ff.de publi.& idem voluit Bart. in l.quæcunque.C.de fide instru.& iure hast.fis.libr.10.& in l.item si verberatum.ff.de rei vendi.& in l. Antiochēsium.ff.de priui.credi.Idem voluit Ange.in l.venditor.§.si constat.ff.commu.prædi.Idem etiam voluit in l.3.§.si is pro quo.& idem voluit in l.omnes. C.de quadri.præscrip.& quod voluit Paul.de Castro consilio 281.& 2.do.Car.in c.ad petitionem.de accu. & domi. Anto.& alij scribentes in c.quæ in ecclesiarū. de constitu.maximè quando aufert ad partis instantiam,& non cōdendo legem generalē,vt ibi per do. Anto.qui allegat,quod voluit Cyn. in l.rescripta.C. de precibus impe. offeren. & quod voluit Bald.in l. cās.C.de transac. Idem voluit in l.venia. C.de in ius voc.& in l.quicunque.ad fin. C. de serui.fugi.& in l. post decisio.C.de furt.& in l.qui se patris.C.vnde liberi.& in c.j.de natu.feu.& in c.j.§. item sacramenta.de pace iur.fir.& ibi glo.& in l.fi.C.sen.rescin.nō poss.& in l.fi.C.si contra ius vel vti. pu.& in l.2.C.de serui.& in c.j.§. fi. qui feu.dare possunt. & quod voluit idem Bald.in c.j.de consti.& in d.c.quæ in ecclesiarum.Et ideo dixit idem Bal.in l.j.ff.de cōsti.princ. ꝙ propter bonitatem & æquitatem maiestas imperialis conseruatur in esse.l.ex facto.ff.de vulga. & pupilla.Ideo dicit,ꝙ omnia mandata principis intelliguntur salua iustitia, & si aliquid dat, vel cōfirmat, intelligitur salua iustitia alterius.l. meminerint. C. vnde vi. Et dicit, ꝙ non præsumitur placere principi,quod iustum & verum non est, & si princeps excedit iustitiam partis non videtur excedere nisi in modico.allegat l. quoties. C.de preci. impe.offer.& idē voluit in suis apostillis in d.c. quæ in ecclesiarū.

de constitu.& idem dixit Raphael in d.l.fi.C.si contra ius vel vti.pu.vbi dicit,ꝙ cōis opi.est,ꝙ non possit auferre mihi dominium sine causa iusta, & Bart. in l.j.ff.de rei vendi.& per ꝯñs sequitur, ꝙ princeps, seu superior non præiudicauit, nec præiudicare potuit in iure quæsito istis nepotibus,maximè cū non sit supremus princeps. ¶ Et si quispiā dixerit, ꝙ isto casu superior potest rescribere ex eo: quia rescribit contra statutum suæ ciuitatis,quo casu eius est tollere,cuius est condere.l. omni nouatione. C.de sac. san.eccle.l.si quis.in prin.ff.de lega.3.c. inter alia.de sen.excom.c.j.de consti.lib. 6. sed huiusmodi donatio impeditur propter statutum editum ab eodem superiore, ergo potuit tolli ab eodem, & sic cessant omnia,quæ sunt allegata superius ꝓ hac parte, maximè cum princeps possit supra ius positiuum dispēsare,& possit illud tollere:quia habet liberum arbitrium nullis limitatum regulis,vt pulchrè dixit Bal. in l.2.C.de serui.Ad istud datur verum rñsum,ꝙ ista procedunt, quando res est integra, sed quādo est in facto esse,tunc est secus. puta vbicunque ex dispositione statuti est acquisitum ius mihi, licet superior tollat,aut reuocet illud statutum : tamen non videtur propter hoc tollere ius mihi antea quæsitum ex illo statuto,ideo stamus tunc sub illa regula, ꝙ non potest superior auferre mihi ius quæsitum sine causa,& maximè quādo est inferior a principe. Et ideo multum no.dicit Bart.in l.omnes populi. ff.de iusti. & iure. vide ibi. Cum ergo in casu nostro fuerit acquisitum ius istis nepotibus ex statuto prædicto, ergo sequitur,ꝙ non potuit illud ius eis auferri eis inuitis.¶ Et si quispiam opponat de iuramento interposito in ista donatione,vt videatur illam validare, vt iam cōsului,qñ donatio non tenet ex defectu insinuationis: quia iuramentum supplet illum defectum.Ad hoc respondeo,ꝙ iste casus est diuersus ex eo : quia statutum istud emanauit propter publicā vtilitatem principaliter, vt apparet ex verbis statuti. nec curo insistere, vtrum quando actus tendit ad fauorem principaliter partis & secundario ad commodum publicum firmetur iuramēto: quia ille nō est casus noster. hic enim prohibetur donatio, seu alienatio fieri in forensem propter publicam vtilitatem principaliter,& etiam statutum denegat potentiam subdito alienandi, vel donādi,siue directè, siue indirectè,& ideo istud non contradicit consilio meo reddito super defectu insinuationis, & quatenus contradiceret, ego sto illi consilio, & sic sumus extra casum illū:qa insinuatio est ītroducta fauore donatoris principaliter. Item non tollitur potestas donandi donatori præcise: sed in casu nostro principaliter prohibet propter bonum publicum,& tollitur potestas præponendo negatiuam illi verbo possit,ergo &c.Et ex istis cōcludo huiusmodi donationem nō tenuisse ex ꝓhibitione huius statuti : & maximè,quia concurrunt tot aliæ causæ annullātes insimul.de qbus superius dixi. ¶ Venio ad vltimā dubitationem , videlicet vtrū bona emphyteutica veniāt in tali donatione.Et pro certo mihi vr,ꝙ nō sit necesse iudicio meo īsistere circa hāc dubitationē: qa cū dicta donatio nō tenuerit, vt ex superi⁹ dictis apparet. ergo nō est opus īsistere circa istud dubiū: sed vt morē geram quærenti,vt dixit tex.l.circa.ff.de ꝓbat.Et qa res est clara,idcirco paucis ero ꝯtētus.Et primo dico ꝯsiderādū esse circa hūc tenorē inuestituræ:qa quale sit feudū,& qualis sit ꝯcessio emphy-
16 teusis,colligit ex tenore inuestituræ† vt c.j.& ibi Bal. de duob.fra.a cap.īuesti.vbi est egregius tex.sm Bal. & tex.in c.si cui.in ver. tenorē inuestituræ sequēdū. in ti.de extra.cap.Cōra quē tex.ad hoc allegat Bald. in præludijs feu.& idem ēt dixit idem Bald.in l.j.per illum

illum tex.C.de lati.lib.tol. & probatur in l.j.C.de iure emphy.simile dicimus in priuilegio. c. recepim⁹. de priuil. cũ si. Recurratur ergo ad tenorem inuestiturę & ſm illũ regulabiť iſta dubitatio.Si vero non apparet ex tenore ꝯceſſionis, ſi potuerit donare,ſed eſt ſtandum diſpõni iuris.Circa hoc dico, ꝙ priuare quẽ iure ſuo,vel actione ſua dr̃ eẽ pęna , vt eſt elegãs tex.in l.ſi qs maior.C. de trãſac. & facit.l.teſtõ cẽturio.ff.de manu.teſtõ.quo caſu ſequiť,ꝙ inquantũ.l. fi.C.de iure emphy. dicit, ꝙ ſi emphyteuta emphyteuſim transferat in aliũ dño emphyteuſis nõ requiſito cadat a iure emphyteutico, vr̃ eẽ pęnalis,ex quo priuat emphyteutã iure ſuo. Tũc arguo formaliter hoc modo, vbicunque quis obligat, vel donat, vel vendit generaliter oĩa ſua bona,non continenť ꝓhibita,& ea ex q̃bus ĩcideret in pęnã, iſtud decidit tex. in c.j.in tit. de capi.qui cur. ven.in vſib.feud.hoc in indiuiduo poſuit Bald.in l. voluntas.C.de fideicõ.& ſic in terminis decidit hãc dubitationem Bal. ergo non vr̃ donaſſe bona emphyteutica, ſeu liuellaria. Item adduco in medium illud,quod Barto.venit in ore in l.codicillis.§.inſtituto filio.ff.de le.j. vbi quęrit,teſtõr prohibuit hæredi,ne alienet domum , qui hæres alienat oĩa bona ſua, vterũ videať alienaſſe illã domũ,quã erat prohibitus alienare ſub pęna Bar. ibi decidit ꝙ nõ:ne incideret in pęnã,& moueť ex l. obligatione generali.ff.de pigno. Ecce nũc qualiter in terminis Bar.decidit hanc.q. Præterea adduco in terminis glo.ad quam vehementer admiror Bar. & Bald.in l.non habuiſſe aduerſionẽ in authẽ.de reſti. & ea quæ par.in prin.gl. q̃ incipit hãc dubitationẽ, quæ dicit,ꝙ in generali obligatione nõ veniunt res, quæ ſubiacent reſtitutioni in conditionis euẽtum, & ex illa glo.ibi Ang.dicit,ꝙ ille; qui habet bona liuellaria ſibi cõceſſa vſq; in tertiã generationẽ, ſi ante tertiã gñationẽ finitam obligat oĩa ſua bona , nõ intelligitur obligaſſe iſta bona.& ideo creditor non poterit ſe immittere in poſſeſſionẽ illorũ bonorum liuellariorũ virtute liuellaris hypothecę,qđ dicit eſſe nota.d gnũ, quã gl.cum dicto An bene ponderet do.iudicãs: quia apponit gladiũ ad hanc dubitationem. Accedat ad prædicta,quod voluit Bal. in l.imperialem.in prin.in titu.de prohi.alie.feu.per Fede. in vſib.feud. Facit ad hoc, quod voluit idem Bal.in commento.l.j.ad fi.ff.de re.diuiſi.allegat d.c.j.de capi.qui cur.ven.Accedat etiam,quod voluit idẽ Bal. in l.ſi conſtante.§.quoties.ff.ſolu.matr.Ita dicamus in propoſito,facit l.fi.C.quæ res pign. vel hypo.obliga.poſſ.vbi in generali obligatione non veniunt ea, quæ quis veriſimiliter nõ obligaſſet in ſpecie, & per conſequens iſta eſt pura veritas,quõd non videntur donata bona emphyteutica vel liuellaria,aut feudalia.¶ Præterea conſidero aliud , qđ eſt nota dignũ, hic concurrunt duæ prohibitiones, videlicet hominis & legis : quia teſtator prohibuit alienationem ſuorum bonorum. Cum ergo concurrat prohibitio dicta l.fin.C.de iure emphy. ergo ſequitur, ꝙ etiam in caſu permiſſo a iure non poſſit alienare iuxta illam elegantem doctrinam Bart. in l.filiusfa.§. diui. ff.de legat.j. Ex quo videtur dicendum,quõd poſito non tamen conceſſo,ꝙ interueniſſet licentia prælati,ſeu domini emphyteuſis,adhuc videretur,ꝙ non potuiſſet donare talia bona emphyteutica, ex quo teſtator prohibuit alienari per illam doctrinã Bart. quam ego expreſſi latiſſimẽ ſuperius in præcedenti dubio.¶ Et ſi quiſpiam opponat de eo, quod voluit gloſſ.in d.l.fi.C.de iure emphy. quæ dicit limitando illam,ꝙ poſſit donare non requiſito prius domino: quia ideo non poteſt vendere, aut trãſferre propter pretium:quia affectionem habet ad pretium : ideo tenetur requirere dominũ : ſed in donatione ceſſat illa affectio , ergo &c. Et ad hoc mouetur ex tribus iuribus,vt in ea patet,& ſequitur illam Specu. in titul.de loca. in §. nunc aliqua. & eam ſequutus fuit Cyn.ſed poſtea in additione mutauit opin.quia caſus eſt contra deciſionem gloſſ.in l.2. C.ne rei dominicæ vel templorũ.& dicit,quõd licet dominus non debeat requiri,an velit donatum:tamen debet emphyteuta ei prædicere, ꝙ vult donare tali. Et ſic dominus illum emphyteutam ſuſcipiat, ſi eſt idoneus, vt in dicta l.fina.verſi. neceſſitatẽ.& vt habeat quinquageſimam æſtimationis.ad l.fin.C. de prædi.cur. lib.10.quam gloſſ. allegat pro ſe reſpondet, ꝙ ponit caſum ſpecialem, vel dicit, ꝙ in d.l.fin.eſt prohibita alienatio ſine conſenſu domini , ad l.j. C. de fundo patri.lib.11.reſpondet,quõd loquitur in emphyteuta principis,ad §.adeo.inſti.tu.loca.reſpondet, vt ibi per Cyn.& eundem ſequitur Salyc.in d.l.2.& ſequiť Bar.qui in contingentia facti conſuluit, quod ſi emphyteuta dixit,dono ſaluo iure eccleſiæ , quõd non valet talis donatio per dicta l. ſecunda. Facit, quod voluit idem Barto.in l.ſi domus.in §.fin.ff.de lega.j. Bal.ſequitur opin.Cyn.ſed damnat illud conſilium & doctrinam Barto. quando dixit, ſaluo iure eccleſiæ. Et idem Bald.in c.j.§.donare.in ti.qualiter olim feu.poterat alie.in vſi.feu.tetigit, vtrum emphyteuſis poſſit donari ſaluo iure eccleſiæ , & dicit gl.velle ꝙ ſic in l.j.C.de fun.patri.lib.11. Ita notatur in l.fin. C.de iure emphy. Alij dicũt, ꝙ illa lex ibi ponit duos caſus ſpeciales.ergo in contrarium eſt ius commune.l.ius ſingulare.ff.de legi.ſecundum Petrũ de Ceruo.& hanc opinionem tenet Barto. & ita conſuluit per d.l.2.ſed ibi loquitur, quando alienauit in fraudem, hic ſimpliciter,oportet ergo, ꝙ in inſtrumento exprimatur, ſaluo iure eccleſiæ:alias caderet a iure ſuo,& qui aliter eccleſiam prodit quantum eſt in ſe poſſeſſionẽ ſubuertere, iuxta not. in l.fi.de acqui. poſ.& ita formaliter dicit Bal.in §.donare.& ſic Bal. concordat cum ipſo,niſi diceret, ſaluo iure eccleſię, cuius contrarium voluit Bar.& ſic intelligit gl. in d. l.ſi quando. dixit, dono ſaluo iure eccleſiæ. Et facit, quod voluit idem Bal.in authẽ.quas actiones. C.de ſacroſan.eccle. vbi etiam refert hanc quæſtionem, & tenet opinionem Cy.ſed contradicit Barto. quando dixit, ſaluo iure eccleſiæ,& idem voluit Bal.in d. l.ſi domus.§.fi.Et ideo voluit Ioan.And.in c.potuit. de loca.vt poſſit donare dicẽdo ſaluo iure eccleſiæ, & iſtam opinionem Bald.ſequitur Ioan. de Imo.in dicta l.ſi.domus,§.fin.damnando conſilium Bartol. & etiam idem Bald.in l.vſusfructus.ff.ſol.mat.refert illud conſilium Bart. & illud reprehendit: ſed dictũ Barto.videtur eſſe verius:quia emphyteuſis eccleſię eſt ius a certo genere perſonarũ inſeparabile, vt no. per gloſſ.in l.etiam.ff.ſolu.matrimo. vnde non tranſit niſi ad deſcendentes illius, cui emphyteuſis fuit conceſſa, ideo cũ tale ius non ſit ſeparabile a certo genere perſonarum.ſequitur, quõd non poterit donare extraneo.Nec obſtat gloſſ.dicta l.fin.C.de iure emphy. quia loquitur in emphyteuta priuari: quia talis emphyteuſis poteſt tranſire ad extraneum. & iſtam partem ſequitur dom. Ioan de Imo,in dicta l. vſusfructus.licet aliter dixerit in l.ſi domus.§ fin. Et iſtud voluit domi. Anto.in c.potuit.de loca.& idem voluit ibi.D.Card.ꝙ non poſſit donare ſine conſenſu domini, & probatur clarẽ iſte caſus in d.l.fi. C.de iure emphy.inquãtum dicit , ꝙ de quinquageſima precij vel æſtimationis:quia illa dictio, vel ſtat & ponit inter diuerſa : vñ prima pars vr̃ reſpicere venditionem:ſed ſecũda pars reſpicit donationem .Idem etiam probat ibi tex.inquantum dicit,ius ſuum vẽdere,vel in aliũ transferre ſine ꝯſenſu dñi: q̃a verbũ trãsferre adaptať donatiõi, & maximẽ ĩ emphyteu-

 ſi ec-

ſi eccleſiæ procedit: quia ſolum tranſit ad deſcendentes eius,cui eſt conceſſa,vt in auth.de nō alie.in §.emphyteuſim.col.2.& no.per gl. in d.l.etiā. & voluit Specu.in ti.de loca.in §.nunc aliqua.ver.113.& Io.And.ibi in additione Bart. in l.quod dr̄.ff.de verbo.ob.& idem ēt voluit idem Io.An.in c.in præſentia.de proba.idem voluit Iac.de Bel.in auth. de alie.& emphy.§.licentiam. & per conſequens vr̄, ꝙ non potuerit donare bona emphyteutica, vel liuellaria ſine conſenſu prælati,etiam ſi dixiſſet,ſaluo iure eccleſię,& maximè in caſu isto:cum concurrant duę prohibitiones hominis & legis videtur ꝙ nō potuerit donare etiam in caſu permiſſio a iure,vt per Bar. in d.l.filiusfa.§.diui.de le.j.& multofortius: quia in caſu isto extant tres prohibitiones,videlicet ſtatuti, quia ſtatutū diſponit, ꝙ non poſſint donari res immobiles forenſi,vt eſt dictum,ſecundo concurrit ꝓhibitio teſtantis,vt eſt dictum,tertio lex, vt in caſu, d.l.fi.C.de iure emphy. & per conſequens nō potuit iſte talis donare dicta bona emphyteutica huic forenſi,nec videt̄,ꝙ donauerit. Et ita concludo. And. Barba.1465.die 21.Aprilis.

EPITOME.

¶Non valet ſententia,ſi non fuerit ſeruata forma commiſſionis, Et publicatio non fuerit ſolenniter facta parte præſente,vel legitime citata.

SVMMARIVM.

Actus citra formam & præter formam mādati factus eſt nullus.nume.1.

Præſumptio eſt pro ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam. numero 3.

Actus ſucceſſiuus preſumitur interueniſſe conſenſu alterius.numero 5.

Præſumptio non eſt pro iuriſdictione delegata.nu.6.

CONSILIVM XLIIII.

PRo clara Deciſione paucula afferam in medium: tū quia conſultatio hæc decidenda eſt per ſummū iuris antiſtitē dn̄m Ep̄m Peruſinum Gubernatorem Fani meritiſſimum mihi dominum obſeruādiſſimum:tum etiam quia res mihi videtur indubitata,Ideo dicam quàm breuius tanta res dici poteſt.

¶Et capio primum huius conſultationis articulū, videlicet, vtrum valet ſententia lata a domino vicario delegato Apoſtolico ſine collega ſuo epiſcopo, & per conſequens nunc in executione poſſit opponi exceptio nullitatis incompetentię,vt impediatur executio.Et præmitto pro euidentia illud,quod voluit glo.fi. quæ communi opi. doctorum reputatur vnica in iure & ſingularis & ſolitaria in clementina prima,de ſequeſtra.poſ.& fruc.pro qua gl.dico fore tex.in l.2.§.ait prætor.ff.qui ſatiſda. cogan.quē text. ad hoc allegat ibi Bar.& illum tex.reputauit ad hoc eſſe ſing.D.Cardi.in d.cle.j.adduco tex.pro hoc in l. j.ff.de his qui no.infa.ita allegat illum text.Ang.ibi, adduco illū tex.in l.magiſteria.C.de iur.om.iud. ita allegat illum tex.ibi Bal.allego text.in l. ſi qs filio exhæredato. §.ſi quis.ff. de iniuſto teſta.ita allegat illū tex.ibi Bal.adduco tex.in l.ſcire oportet.§.fi.ff.de excuſ.tuto.ita allegat illum tex.ad hoc Bal. de eo fore caſum cum ſua glo.allego etiam tex.in l.non erit.§. dato.ff.de iureiu.ita illum allegat Ange.ibi,dico fore tex.in l.2.§.fin.ff.de pęn.& in l.procurator.& in l. deportatorum.C. eo.& adduco tex.in l.teſtādi.C.de teſta.ita voluit ibi Bal.facit c.at ſi clerici.in princ. in verſicu.a non ſuo iudice.de iudi.voluit Bal.in l.fi.C. de excep.Ang.conſil.190.& conſi.122.& conſi.119. & in l.j.C.ſi a non compe.iudi. & in l.de pupillo.§.q opus.de ope.no.nunc.Bald.in l.fi.C.de iudi.& in l.licet.C.de procur.& in l.j.C.de iur.& fac.igno.& in l. generaliter.C.de epiſco.& cle. & in l.exceptionē.C. de proba.in l.pe.ff.de iuſti.& iure. Stat ergo concluſio vera & indubitata, ꝙ data incompetentia huius vicarij non poterit ſententia mādari executioni: qa nihil coram eo agitatum valuit in tantum,ꝙ etiam confeſſio facta coram incompetenti non tenet; vt probatur per glo.in l.quid ergo.§. ex compromiſſo. ff.de his qui no.infa.quam gl.reputat ſing.Ang.in l. infamem.ff.de pub.iudi.& Bald.in l.magiſtratibus. poſt Guil.de Cug.ff. de iuriſdi.om. iudi. & moderni dicunt eſſe ſingularem caſum in d.ca. at ſi clerici.in prin.Sed ego ſoleo allegare caſum in c. cauſam matrimonij.de offi.deleg.ita dixi in eleganti lec.mea in d.c.at ſi clerici.Et ideo pulchrè dixit Bal.in d.l.teſtādi.ꝙ vbi deficit pſona,ibi deficit ordo,& refert Inn. dicere in c.prudentiam.de offi.deleg.impoſſibile eſt data iudicis incompetentia fuiſſe ſeruatum ordinē: immo vbi non eſt iudex competens, ibi non poteſt eſſe iudicium.Et ideo dixit gl. valde ſin. in l.ſi procuratorem.ff.de proc.ꝙ maxima pars iudicij eſt iudex, & ſic vbi deficit iudex,deficit iudicium.& ideo dixit Ang.in l.j.ff.de ijs qui no.infa. ꝙ ſi feratur ſententia infamatoria a iudice laico contra clericum,ꝙ illum non infamat.& Bal.in d.l.ſi quis filio exhęredato.dixit,ꝙ licet iudex laicus condemnet clericum ad pœnam furcarum,ꝙ propter hoc non perdit teſtamenti factionem,& iſtud preſuppoſitum eſt maximum fundamētum circa virumque dubium, ꝙ ſnia licet ſit antiqua,tn̄ inficiatur propter defectū incōpetentiæ iudicis.Modo ſi dicatur mihi amice,demōſtres, ꝙ iſte vicarius fuerit incompetens. ego libenti animo ad oculum tibi demonſtro. & dico ante oīa, ꝙ qualis ſit iuriſdictio iudicis delegati demonſtrat̄ ex verbis cōmiſſionis: vt in c.cum olim. de offi.delega. Simile dicimus in priuilegio,vt ex tenore eius iudicetur. c.recepimus.& ca.tenor.de priui.Simile dicimus in feudo,vt ex eius tenore oſtēdatur, vt eſt egregius tex.vt Bart.vtar verbis, in c.j.de duo.fra. a capi. inueſti.& in ca.ſi cui.in ver.tenorem inueſtituræ ſequendum.de extraor.capi.Conr.quem ad hoc allegat Bald.in præludijs feu.& facit.l.j.C.de lati.lib.tol. & ibi Bal.Simile dicimus in contractu emphyteutico, vt ex tenore conceſſionis ſciamus, qualis ſit eius vigor & natura.Ita dicamus in delegato: vt ex vigore cōmiſſionis appareat qualis & quanta ſit eius poteſtas.Modo in cōmiſſione facta dr̄,ꝙ do.Papa commiſit cauſam præfatam ep̄o Piſauri & vicario eius. Et apponuntur hæc verba formalia videlicet, ꝙ ſi non ambo in exequēdis potueritis intereſſe, alteruter ea nihilominus exequatur,& ſic Papa voluit, ꝙ ambo cognoſcerent & deciderent dictam cauſam, & non vnus eorum, & eſt ratio: quia firmius eſt iudiciū plurimorū,vt in c.prudentiam.de offi.delega. c.in canonicis.19.diſt.c. de quibus.20.di. §.quidam. de pęni.diſt.j.& l.j.ff.de ſenato.ideo dicimus, ꝙ cōis opi.eſt ꝑferenda: quia cōprobatur iudicio plurimorum: vt l.j.ff.de offi. quæſto.l.ita vulneratus. ff.ad legem Aquil.cū ſi.Et voluit Papa, ꝙ eo caſu vnus eorum expediret, quādo ambo intereſſe non poſſent, ex quibus verbis colligitur,ꝙ nō potuit vicarius cognoſcere & decidere iſtam cauſam,niſi prius conſtiterit ſibi de impedimēto ep̄i: vnde nihil egiſſe videtur.Iſte eſt caſus formalis in dicto c. prudentiam. in princ.vbi deciditur,ꝙ ſi cauſa cōmittitur decidenda tribus, & duo procedunt ſine tertio non cōſtito de impedimento illius tertij,poſito quòd eſſet impeditus,ꝙ illi duo, poſito ꝙ in cauſa proceſſerint & cauſam diffinierint, nihilominus nihil egiſſe videntur.

¶Et ſi dicatur mihi,amice,ille text.loquit̄, qn̄ cauſa com-

committitur tribus: sed in casu nostro fuit commissa duobus. Respondeo, quòd ibi dicitur, idem esse, si cõmittatur causa duobus, & certi iuris est, ꝙ illa verba, nihil egisse videntur, sunt canon latæ sententiæ, & inficiunt actum ipso iure, & plenissimè ibi dixi in lectura mea, & etiam adduco elegantem text. in l. fi. ff. de lib. & posthu. hæredi. in ver. nihil agit, & ibi dixit singulariter Bart. quòd sententia lata super libello inepto est ipso iure nulla, & ad hoc dicit esse casum ibi in versi. nihil agit, & sic illa verba nihil agit, nihil egisse videntur, sunt canon latæ sententię, & adduco elegantem tex. in l. fideiussor. in versi. frustra agit. ff. de nego. gest. & l. nisi in versic. nihil consumetur. ff. de tutel. & rationibus distrahẽdis. & faciat ratio viua: quia forma est, quæ dat esse rei, & cõseruat, rẽ in esse, vt l. sed & si quis. §. Iulianus. ff. ad exhiben. l. is qui. §. quidam. ff. ad legem falc. c. cum dilecta, de rescrip. Et facit gl. in cle. j. de iure patro. & illud Ouidianum. rudis indigestaque moles, nec quicquam nisi pondus iners. & sic actus informis habetur pro infecto. Et ꝙ talis processus habeatur pro infecto decidit in indiuiduo Bart. argu. d. l. testandi. Et sic cum nõ seruauerit formã mandati sequitur, ꝙ processus, & sententia sunt nullius efficaciæ: quia non solùm actus gestus contra formam mandati est nullus: sed etiam citra formam, vel præter formam mandati,
1 vt probatur † in d. ca. prudentiam. Et ideo multum egregiè dixit gloss. Ioan. And. in cap. solet, de senten. excommu. libr. 6. quòd intantum est seruanda forma mandati, quòd non etiam potest fieri illud, per quod mandatum expediretur citius, vel facilius. Et accedat, quod pulchrè voluit Bald. in authen. iubemus. C. de iudic. quòd vbi est tradita certa forma, iudex non potest venire contra illam formam, allegat Iacob. de Aret. in l. prima. ff. de iure deliberandi. Et ideo dixit Ioan. Andr. in c. ratum, de reg. iur. lib. 6. quòd vbicunq; consensus est de forma, & actus fuit gestus sine illa forma, ꝙ non potest ratificari. Facit, quod voluit Bal. in l. 1. ff. de libe. & posthu. vbi dixit, ꝙ si verba sunt formalia, ꝙ de illis nihil potest omitti. Et ad cognoscendum, quòd sint formalia apparet, quãdo lex, vel statutum, aut dispositio vltra procedit irritando actum: sunt enim de solennitate & non de mera probatione, & vbi est a iure tradita forma, non possumus ab ea recedere: immo plus attenditur forma legis, quàm ratio legis, vnde si aliquæ formulæ non essent sublatæ, nihil de eis esset dimittendum. l. 1. & 2. C. de formu. l. omnium. C. de testa. ex quo ergo statutnm apponit & disponit, quòd ista sit forma instrumenti, quòd patet: quia dat esse rei, non est omittendum. l. diuus. ff. de in integr. restit. secus si statutum non procederet irritando: quia tunc non esset de forma, sed de mera probatione, seu demonstratione. Et ideo dicit ibi Bart. statutum disponit, ꝙ notarius in instrumentis debet apponere nomen contrahentium & patris & aui, alias nõ valeat instrumentum, si notarius apponit nomen insigne, vt in galloppresso, nec apponit nomẽ patris, videtur, ꝙ valeat: ex quo enim habemus certitudinem personæ, non curamus de modo, vt ibi: qa notoria non indigent demonstratione, vt l. emptorem. ff. de act. empt. Item quia frustra adijceretur, & de superfluis non curat lex, nec eius ratio: vt l. fina. C. qui admit. ad bo. pos. ꝯtrarium decidit: quia illa verba sunt formalia: quia statutum vltra procedit irritãdo actum, & idem voluit Ludo. Roma. in l. hac consultissima. C. qui testa. fa. poss. maximè quando forma apponitur ab homine: quia tunc facilius redditur actus nullus ipso iure: vnde dicebat Host. in cap. cum olim, de arbi. quòd si ex dispositione hominis actus debet fieri cum consilio alicuius, quòd si aliter fiat actus, est nullus ipso iure, secus si a lege, nisi aliter exprimatur in commissione. Cum ergo in casu nostro fuerit data forma commissionis, quòd ambo iudicarent, nisi essent impediti: quia tũc vnus posset expedire actũ, nec fuit seruata ista forma: quia non constat ex processu, quòd dictus dominus episcopus fuerit impeditus, & nequiuerit interesse ipsis exequendis, & sic ad cognoscendum & decidendum, nec apparet, quòd si fuisset impeditus, quòd eius impedimentum fuerit notificatum ipsi Vicario: ergo sequitur, quòd nihil egisse videtur, & certum est, quòd illa verba, vt superius dixi, sunt canon latæ sententiæ, & inficiunt actum ipso iure, & vbi lex inficit actũ ipso iure, sem-
2 per videt apponere formam: † ita singulariter dixit Bal. in cap. 1. in titu. qui successores teneantur in vsi. feud. ergo sequitur, ꝙ sententia est ipso iure nulla.

¶ Et si dicatur, quòd non erat iudex delegatus: sed executor, quo casu non curatur de modo exequendi: sed de effectu ipsius executionis: quia in executione non requiritur causę cognitio, nec industria personæ, vt l. executorem. C. de execu. rei iudic. l. ab executore. ff. de appella. c. nouit, de appe. cum simi. ideo non obstat illud, quod dicitur, quòd Papa elegit iudicium plurimorum, quod videtur esse firmius, vt in d. cap. prudentiam. in princ. Respondeo, quòd reuera istud nullo modo obstat ex eo: quia isti erant iudices delegati: quia dati erant ad cognoscendum & decidendnm, & sic non erant executores: sed erant iudices, & clarum est, quod iudex dicitur executor, vt probatur in cap. si quis contra clericum, de foro compe. in versi. executor ab ipso deputetur, vbi text. loquitur de iudice delegato, & tamen illũ vocat executorem, & eodem modo probatur in l. cum spiritualis, in versi. executore dato. C. de iudic. vbi tex. loquitur de iudice delegato a principe, vel ab inferiore, & glos. ibi apponit exemplum in delegato a lege, vel ab homine, & tamen illum vocat executorem. Ita dicamus in proposito nostro, licet Papa dixerit in dicta commissione his exequendis, tamen ipsos fecit delegatos. Et facit, quod voluit Bal. in l. vnica. §. pro secundo, ad fi. C. de caduc. tol. vbi dicit, quòd pro non scripto dicitur illud, quod non habet formam: quia forma & ens conuertuntur, nam forma dispositionis nam est aliud, quàm eius perfectio sicut forma naturalium nõ est aliud, quàm perfectio eorum. Facit, quod pulchrè dixit Bal. in l. prolatam. C. de sen. & interlo. om. iudi. videlicet, ꝙ princeps ea, quæ non sunt ordinis, potest facere, quòd sint ordinis: quia quicquid principi placuit, quòd ordo esset, substãtiale est: quia princeps nunquàm apponit ordinem nisi cum ministerio & ratione, & ad hoc allegat. d. c. cum dilecta, & accedat, quod dixit idem Bal. in l. 1. C. de appel. vbi voluit, quòd vbi est datus ordo ab homine, non tenet ipso iure, quod inordinate factum est, & ad hoc allegat. d. c. cum dilecta. Et ideo pulchrè dixit Inno. in c. Pisanis, de rest. spo. quòd vbi est data certa forma ab homine, & illa non est seruata, excommunicatio inde lata est ipso iure nulla: quia lata ꝯ formam hominis. Et ibi dixit do. meus Ioan. de Imo. illud procedere, etiam si forma disponeret id, quod ius commune, & in c. licet, de offi. ordi. eleganter dixit Bal. quòd licet literæ directæ ordinario non faciant eum delegatum, vt ibi: tamen aggrauant eum, cui scribitur, ad pœnam obedientiæ: quia periculosius contemnitur, quod a principe imperatur, quàm quod a voce mortua. Et facit, quod voluit Bal. in prima constit. ff. in prin. vbi dicit, quòd ordo tendens ad substantiam rei, vel ad formam est immutabilis. Facit, quod dixit idẽ Bald. in l. id, quod pauperibus. C. de episco. & cleri. vbi voluit, quod in officijs datis ab homine non potest recedi a forma verborum,

verborum, allegat quod not.in l.1.§.si plures.ff.de exercitoria actione,& inducit ad quæstionem, vt ibi per eũ. Facit,quod voluit idem Bald.in l.si puellam. C.si mancipium ita fuerit alienatum, vt manu. vbi dixit,testator mandauit executori, quòd exequatur secundùm consilium prioris,ille executor fuit negligens, & ex hoc fuit deuolutum officium exequendi episcopo loci: quòd nihilominus licet fuerit recessum a persona, non est recedendum a forma data personæ, & per consequens tenebitur episcopus seruare illam formam. Ad quod facit, quod voluit Ioan.And.in c.publicato scrutinio,de elec.& tex.in clem.quia regulares,de sup.neg.prælat. Facit,quod pulchrè dixit Bal.in suo peculio,statutum disponit, quòd non valeat dictum testis,nisi fuerit interrogatus de causa scientiæ,& testis deposuit dictũ,& adiũxit scientiæ suę causam non interrogatus,concludit ibi Bal.non valere dictum testis,ex quo non fuit seruata forma: quia a forma recedi non potest secundùm eum. Et facit,quod voluit do.Abb.in c.cum in veteri,de elect.vbi dixit illud,quod dixit Bar.in d.l.si puellam, quòd licet sit recessum a persona, non tamen est recessum a forma, idem voluit do. Gaspar. de Cal.in suis consilijs in tit.de testa.consi.13.Facit, quod voluit Host.in c.cum olim.de arbi.vbi dixit,ꝙ vbi quis ex dispositione legis tenetur facere certum quid de ꝯsilio alterius,& aliter non,infringit actum, ꝙ valet actus,si non fiat cum consilio illius tertij,secus dicit,si exprimatur ab homine talis forma,arg.l. Celsus.ff.de arbit. Facit glo.quæ consueuit reputari singularis in cle.1.de iure patro. Facit, quod voluit Bar.in l.cum hi.§.si prætor.ff.de transac.Facit,quod voluit Bal.in l.1.C.qui admit.vbi distinguit multum eleganter,quędam sunt de forma,quędam ante formam, quædam præter formam. Et accedat, quod pulchrè voluit Bar.in l.diem proferre.§.stari.ff.de arbi.vbi dixit,standum est sententiæ arbitri iustæ, vel iniustæ: vt ibi est tex.sed pone,quòd partes compromittant cum hoc: vt secundùm ius arbiter pronunciet, & arbiter erat iniustam sententiam,decidit ibi Bar.quòd ipso iure est nulla:quia est cõtra formam mandati:licet Bart.illud indecisum reliquerit in l.si societatẽ.§.arbitrorum.ff.pro socio.& voluit Octauianus Cardinalis,quem referunt scribentes in c.fi. de præben.& quod voluit ibi Hostien. Modo in proposito multifariè multisq; modis probatum ad oculum, huiusmodi sententiam esse ipso iure nullam: quia lata est cõtra formam traditam ab homine,& iõ posset adduci illud ouidianũ. Rudis indigestaq; moles,nec quicquàm nisi pondus iners. ¶ Et si quispiam opponat, quòd ista sententia est lata de longinquo,ideo pro ea præsumitur,vt habetur in c.bonæ, de elect.& plenè per do.Anto.in c.in præsentia, de renun.& in c.cum inter, de re iudic.vbi in omnibus præsumitur pro sententia, quæ transiuit in rem

3 indicatam † & oritur præsumptio iuris & de iure, ꝙ ritè & rectè fuerit lata: vt probatur in d.c.cum inter. adeo,ꝙ non admittitur probatio in contrarium, vt ibi, nisi per confessionem partis, vt singulariter voluit Inno.in c.quia plerique,de immu.eccl.& quod voluit glo.in auth. sed iam necesse.C.de dona.ante nup.& in corpore iuris singulariter,& in l.in contractibus.§.de illo.C.de non nume.pecu.Bald.in rubr. C.de proba.& facit glo.quod voluit Cy.Bald.& Sal. in l.emancipatione. C. de fide instru.& text.& quod ibi voluit Bald.in l.si filius.C.de peti.hæred.& idem Bald.in l.qui in aliena.§.quòd si non adierit.ff.de acquiren.hære.vbi dixit,quòd licet clericus non ostendat titulum sui beneficij: tamen pręsumitur habere titulum, adeo, quòd non cogitur illum si longo tempore stetit in beneficio, vt intitulatus sciente &

patiente diocesano,voluit Innoc.in c.illud, de præsumpt.Ioan.Andr.& alij ibi & per Hostien.in c.licet Hely. de symo. & voluit Bal.in l.siue possidetis.C.de proba.& quod etiam voluit in l.1.C.de petitio.hæredita.ergo præsumitur, ꝙ interuenerit illa solennitas propter suam antiquitatem,qualiter constitit Vicario de impedimento episcopi. Simile dixit Archi.in c.nemo, de consecra.di.1.vbi dixit, ꝙ si reperitur capella longo tempore ædificata & celebrata ibi diuina sciente & patiente episcopo, ꝙ præsumitur, ꝙ fuerit ædificata cum authoritate episcopi, voluit dom. Pe.de Perusio in tractatu paruulo quartę canonicę, & do.Car.in c.requisisti,de testa. Ad ista respondeo, ꝙ non præsumitur pro fundamento iurisdictionis, licet enim præsumatur pro rectitudine iustitię, ꝙ lata fuerit sententia iustè: tñ non præsumitur pro fundamento iurisdictionis,& sic pro commissione,ideo antiquitas sententiæ non probat fundamentum iurisdictionis,ita dixit do. Anto.in c.in præsentia,de renun. ¶ Et facit,quod voluit Sal.in d.l.emancipatione.C.de fide instru. vbi quęrit,an præsumantur acta præcessisse in sententia,etiam si est antiqua.& dicit, quod si in sñia narrantur acta præcessisse, & tunc si partibus præsentibus est confectum instrumentum tunc non reclamantibus, præsumuntur acta præcessisse: sed in casu nostro fuit lata sententia pręfata absente parte, ergo nõ pręsumitur, ꝙ acta pręcesserint, & ꝙ etiam si non narretur in sententia, ꝙ acta præcesserint: sed est instrm̃ sententiæ confectum multo antiquato tempore præsumitur: vt no. Ia.de Aret.& Cyn.in d.l.ab emancipatione.& Inno.in c.qm̃ ꝯ, de proba.& sic loquitur ibi Cy.Iac.de Aret.Sal.quò ad acta, vt pręsumantur præcessisse, qñ tempore multo antiquato fuit confectum illud instrm̃: sed non loquuntur, qñ est defectus in fundamento iurisdictionis, vt est commissio: illa enim non pręsumitur, nisi probetur: vt voluit gl.quæ reputatur valde solennis in c.cum in iure peritus.de offi.deleg.nec ista sententia continet antiquatum tempus, nam appellatione temporis multum antiquati non venit tale tempus vt no.Sal.in d.l.emancipatione. Facit glo.in authen. de restitutionibus,& ea, quæ parit, in prima colla.in gl.quæ incipit, id est inueterata, quæ voluit, ꝙ verbũ

4 † longeuum, importat spacium centum annorum: multo fortius importabũt illa verba tempore antiquato,& maximè: quia sumus in probando fundamento iurisdictionis: quia non præsumitur, nisi probetur: vt probatur in d.c.cum in iure peritus,& clarius videbitur in sequenti dubio, nec obstant illa dicta Inn.Io.And.Host.Bal.& sequacium in locis allegatis superius: quia non faciũt ad propositum: quia illa fundantur in ꝯtinua possessione, & in patientia superioris,& in antiquitate tpis, sed nõ sumus in casu illo. Primò hic non interuenit patientia & scientia Papæ, ꝙ iste esset delegatus solus,& solus tulerit sñiam, ergo ex patientiã Papę non sustentatur actus istæ. Itẽ hic nõ interuenit actus positiuus ꝯtinuatus, nec habet ista sñia causam successiuam, iuxta not.in c.cum de beneficio, de præben.lib.6.& iuxta no.in c. constitutus, de testib.& in c.quia præsulatus.1.q.4.& in cle.causam, de elect.& quod voluit do.Abb.in c. causam quæ, de testi.vbi distinguit, ꝙ si actus est successiuus, præsumitur interuenisse cõsensus alterius,

5 † & ita loquitur tex.d.c.constitutus, si verò est actus momẽtaneus, non præsumitur interuenisse ꝯsensus alterius: vt d.c.quia præsulatus. Et facit, quod voluit Bar.in l.j.§.fi.ff.quod vi aut clam.& ideo in proposito semel iste Vicarius sñiauit,& finitum fuit eius officiũ & iurisdictio, vt c.in literis, de offi.dele.& l.iudex postq̃.ff.de re iudi. Et sic expirauit sua iurisdictio.iõ non potest allegari cõsensus superioris circa hoc, vt sustentetur

sustentetur sua snia ex commissione papali præsumpta: tum etiam, quia huiusmodi snia nunquàm fuit mandata executioni, ergo non præsumitur commissio. Item non præsumitur, quod constiterit, de impedimento collegæ, ergo non præsumitur, vnde succedit regula tradita per Gof. in c. si clericus laicum, de foro comp. & per Vincen. in c. conquestus. eo. ti. & per Inno. in c. cæterum, de iudi. Iac. Bu. & Bar. & Cy. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vti. pub. vbi dicũt, quod quando iudici competit iurisdictio ratione certæ qualitatis oportet, quod articuletur, & probetur illa qualitas & pronuncietur super ea, voluit Inno. in c. Romana. §. contrahentes, de foro compe. li. 6. & consuluit Ang. consi. 7. Florentiæ, vbi dixit, statutum dispo nebat, quod Potestas possit exequi sentẽtias latas in causis mercantiæ, quod si Potestas executus est sententia, & non constitit sibi, quod erat lata in causis mercantiæ, quod non valuit talis executio: quia constare debuit iudici, quod erat lata in causa mercantiæ, & allegat ad hoc dictum Innoc. in d. c. cæterum. bene facit text. in c. 1. de foro compe. lib. 6. & idem voluit Ang. consi. 26. & facit ad hoc text. valde singularis in l. hoc autem. in ver. constare liquere. ff. ex qui. cau. in possessio. ea. & l. generaliter. in versi. postquàm autem hæc intimata fuerint prætori. C. de reb. credi. & iureiur. Bar. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de damn. infect. & in l. sed si de sua. ff. de acq. hær. & in l. quæsitum ff. de re iudi. & in l. multum. ff. de condi. & demon. & in l. prolatam. C. de sent. & interlo. om. iudi. Cum ergo in casu nostro iurisdictio competebat soli huic Vicario ratione impedimenti, quod erat in suo collega & consortio, cum non appareat de impedimento illius collegę, & posito, non tamen concesso, quod apparet de impedimento collegæ, non propter hoc appareret, quod notificatũ fuerit illud impedimentum Vicario, & constiterit sibi, ergo sequitur, quod iste Vicarius tulit sententiam non ex fundamento sibi cognito, & per cons fuit nulla, ergo in incertis & non certis locus est coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. l. si certis annis. C. de pact. cum si. & per consequens sententia fuit nulla, & est nullius efficaciæ, & per ista concludo satisfactum esse quærenti quò ad primum huius consultationis articulum. ¶ Venio ad secundum, vtrum ista sentẽtia etiam sine actorum productione mereatur executionem. Et pro certo videtur mihi aperto iure dicendum, quod non. Et adduco in mediũ, quod Ange. venit in ore. in l. sciendum. ff. de verb. oblig. vbi dixit, quod si arbiter ferat sentẽtiam præsentibus partibus, & consentientibus vigore compromissi, quod assertit in se factum poterit peti ipsius laudi executio, posito quod aliter de compromisso non apparet: quoniam cum tũc tpe dicti laudi potuissent partes in eum compromissum facere: igitur verba illa narratiua compromissi eis præsentis prolata de compromisso fidem faciunt, & sic præsumitur solennitas extrinseca interuenisse, secus dicit ibi Ang. si narretur in snia iudicis se fore delegatum, vel ordinarium partibus etiã præsentibus: quoniam tũc narratio non probabit iurisdictionem, ideo erit necesse illam probari in executione, si opponatur: quoniam priuatorum consensus non potest iurisdictionem tribuere: quia iurisdictio est introducta iure pub. vt l. 1. ff. de iurisdict. om. iudi. & non põt tolli, neq; dari pacto priuatorum, vt l. priuatorum. C. de iurisdi. om. iudi. & sic Ange. in indiuiduo decidit istam dubitationem: quia cum sumus in sententia iudicis delegati, sequitur, quod aliter cõstare debuit de commissione, & nõ per assertionem partis dicentis iudicem esse delegatum, aut per assertionem ipsius iudicis asserentis in sentẽtia se fore delegatum: quia iurisdictio confertur ab eo, qui habet potestatem conferendi: vt l. 1. C. qui pro sua iurisdi. & ff. de offic. eius cui mandata est iurisdi. l. j. & c. cum in iure peritus, de offi. dele. vnde quò ad iurisdictionem ordinariam bene esset præsumendum: quia satis est, quod partes vsq; ad sententiam inclusiuè litigauerunt coram eo, vt coram ordinario: vt l si arbiter. C. de sen. & interlo. om. iudic. & hoc est, quod firmat glo. in c. j. de except. lib. 6. sed quò ad delegatam iurisdictionem, vt est casus noster, Inno. in c. innotuit, de eo qui fur. ordi. susce. firmat iurisdictionem non præsumi casu, quo partes coram eo non comparuerunt, seu ille, contra quem lata fuit, nunquàm comparuit. vnde petenti sniam illam executioni mandari necesse erit probare: vt in d. c. cum in iure peritus. Si autẽ pars comparuit coram eo, & nihil opposuit, tunc licet non oppositio partis non possit quem facere delegatum: vt d. l. priuatorum. tamen facit quem ita iudicem delegatum præsumi, ar. l. Pomponius. §. rati. ff. de procura. & cum hac doctrina transiuit Lud. Roma. in d. l. sciẽdum, ecce qualiter in indiuiduo ista quęstio est decisa: quia cum sumus in iurisdictione delegata, & pars nunquàm comparuit coram isto Vicario delegato, sequitur, quod non præsumitur pro fundamento iurisdictionis, & per cons incũbit onus probandi istũ fuisset delegatum petenti executionem huius sniæ. Et multofortius in casu isto non potest snia mandari executioni: quia duo impedimenta concurrunt adinuicem. primum est, quia posito, quod fuissent delegatus cum non potuit vti iurisdictionẽ solus, nisi eo casu, quo constabat ei de impedimento collegæ, vnde cũ nihil egerit, quicquid fecit, fuit nullum: vt d. c. prudentiam, & snia nulla non potest executioni mandari: vt l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. nec meretur dici sententia: vt voluit gloss. in clem. 1. de sequestra. pos. & fruc. ideo nõ potest peti executio talis sniæ ex hoc capite: quia paria sunt non facere actũ, vel nulliter illum facere: vt l. quotiens. ff. qui satisda. cog. l. non putauit. §. non quęuis. ff. de contratab. cum sim. ideo dixit Bar. in l. non dubium. C. de legi. & in l. 2. C. de eunuchis. & probat ibi text. quod si statutũ disponit, quod de contractu soluatur gabella, quod non soluetur de contractu nullo. Et sic dicemus in sententia, & quod voluit Bar. in d. l. non putauit. §. non quæuis. vnde si sententia continens iniquitatem notoriam non debet executioni mandari: vt est text. valde singularis in c. inter cæteras, de re iudic. & facit c. per tuas, de senten. excõ. & text. in l. satis aperte, & quod ibi voluit Ang. C. de fal. & tex. in l. si pars. ff. de inoffi. testam. & quod ibi voluit Ang. & quod voluit idem Ang. in suis consilijs, consi. 284. & in l. si prętor. ff. de iudi. d. Abb. in c. j. de oper. no. nun. allegat tex. c. 2. e. tit. & quod voluit Bart. in d. §. condemnatum, ergo multofortius non mandabitur executioni sententia nulla. maximè cum constat de nullitate ex inspectione ipsorũ actorum, quo casu sententia dicitur euidenter nulla, per id quod voluit Bar. in l. j. in 6. oppo. ff. de oper. no. nun. vbi dicit, quod quando ex tenore instrumenti apparet de non iure alicuius dicit, quod dicit manifestè constare de non iure, adeo quod licet non possit dici de nullitate ex forma statuti: tamẽ poterit opponi nullitas, quæ resultat ex euidentia facti. l. 2. in versi. atrox aspectu. ff. de fer. l. si irruptione. fin. regun. Bal. in l. contra negantem. C. ad l. Aquil. Et est alius defectus, & sic aliud impedimentum, quòd sententia est lata sine commissione, vnde primus defectus videtur esse notorius resultans ex inspectione actorum: quia posito, non tamen concesso, quod canonicè constaret de commissione: tamen constat manifestè non fuisse seruatam formam commissionis: quia debuit procedere & cognoscere insimul cum episcopo, & si non poterat eps interesse, potuit solus Vicarius cognoscere: sed debuit de hoc sibi constare, quod non constitit: vt appa-

ret

ret ex tenore ſententiæ referẽdo eam ad commiſſio
nem:quia neceſſariò ſentẽtia iudicis delegati eſt re-
ferenda ad formam commiſſionis:vt d.c.prudentiã,
apparet ergo,ꝙ hmõi ſententia continet expreſſum
errorem formę ſibi datę:quia qualis ſit poteſtas ſua,
apparet ex commiſſione:vt c.cũ olim,de offi.deleg.
quo caſu videt̃ eſſe error manifeſtus, vt volunt Do-
mini de Rota deciſione 233.& voluit Bar.in l.j.C.de
errore calculi.facit c.fraternitatis,de offi.dele.& cle.
paſtoralis,dę re iudi.& quod habetur in l.ait prętor.
§.j.ff.de re iudi.& voluit Inno.in c.cum Bertol.de re
iudi. Et illud dr̃ euidens & manifeſtum, quod con-
ſtat ex tenore.c.auditis.& ibi do.Ant.de in integ.re-
ſti.& c.cum inter.in ver.euidenter.de re iudic.& ibi
do.An.& c.& ſi Chriſtus.in ver.patenter,de iureiur.
l.licet imperator.ff.de leg.1.c.cum Bertoldus.in ver.
euidenter,de re iudi.c.qualiter,el 2.in ver.euidẽter,
de accu.c.cum olim,de cenſi.c.cauſam,de proba.&
ibi do.Abb.12.q.1.c.præcipimus.in ver.patenter,er
go ſequitur, ꝙ error & defectus huius ſententiæ eſt
notorius,& per ↄñs redditur ſententia ex hoc capite
nullo ipſo iure.¶ Et ſi dicatur,ꝙ eſt antiqua,præſu-
mitur pro ea.Ego dico,ꝙ illa præſumptio nõ poteſt
cadere ſuper eo, quod eſt certũ.l.certa forma.C.de
iure fi.lib.10.vnde ſi ex tenore ſententiæ & actorum
apparet,ꝙ iſte ſolus tulit ſentẽtiam ↄ̃ formam com-
miſſionis,nulla antiquitas poteſt facere præſumere
ↄ̃ id,quod eſt euidens & manifeſtum:vt d.l.2.in ver.
atrox aſpectu.ff.de fer.& l. minor 25. annis ex aſpe-
ctu. Et ſic ex iſto capite hmõi ſentẽtia non meretur
executionem.¶ Et accedat ad prædicta,ꝙ etiam red
ditur nulla ex alio defectu: quia non apparet de ca-
nonica cõmiſſione.vnde Bald.in l.geſta.C.de re iud.
dicebat,verſ.tñ Inn.videtur dicere,ꝙ ſi partes tãquã
coram iudice litigauerunt,& litem conteſtatæ ſunt,
ꝙ præſumatur pro iudice,donec probetur ↄ̃rium,ſi
autem proceſſum eſt contra aliquem tanquàm con
tra ↄtumacem,& non comparentem non præſuma
tur iuriſdictio,& allegat not.in d.c.innotuit,& dicit,
tu ita teneas, & ſic Bal.decidit in terminis iſtam du-
bitationem cum ergo iſte condemnatus non fuerit
litem conteſtatus coram iſto Vicario, non compa-
ruerit corã eo,ergo præſumitur,ꝙ nullã commiſſio-
nem habuerit.Faciat ad prædicta glo.in d.c.cum in
iure peritus,quę dicit,ꝙ licet appareat de ſententia,
non tamen præſumitur pro fundamento poteſtatis
ſententiantis,quando dicitur illum fuiſſe delegatũ,
ſecus ſi dicatur eũ fuiſſe ordinarium.Et facit, quod
dixit Inno.in d.c.cum in iure peritus,vbi dicit,ꝙ alle
gans fundamentum poteſtatis iudicis ſi ſunt in iudi
cio:tunc ex quo nihil dixit ante litis conteſt.vel licet
dicat poſt litem conteſtatam,vel etiam poſt ſenten-
tiam, præſumptio eſt contra eum:quia huiuſmodi
exceptiones debent in initio opponi.c.inter mona-
ſterium,de re iudi.& l.fi.C.de except.& facit l.Pom-
ponius.§.rati.ff.de procu.& quod not.Inno.in c.qm̃
contra,de proba.& in c.1.de elec.li.6.ideo non audi
retur,niſi probet ipſum defectum: nam licet videa-
tur aſſerere negatiuam:tamen propter præſumptio
nem transfunditur onus probandi in eum, per id,
quod habetur in ca.vt noſtrum,vt eccle.benefi.& l.
ſiue poſſidetis.C.de prob.& quod no.Bar.in l.hoc iu
re.ff.de ver.ob.Et quia iſta exceptio reddit iudicium
retro nullum,poterit opponi,etiam poſt ſñiam,licet
non fuerit appellatum per id, quod habetur in c.in
noſtra,de procu.& in l.licet.C.de iudi.& dicit etiam
in hoc verum eſſe iſtud dictum,etiam ſi abſens fue-
rit contumaciter abſens:refert tamen,ꝙ aliqui con
tra tenent in d.c.innotuit,& forte bene,& iſtud vlti-
mum ſequitur do.Car.in d.c.cum in iure.dicens,ꝙ
ſi ſñia tranſiuit in rem iudicatam,& fuit lata ſñia ↄ̃
abſentem contumacem,pręſumitur pro fundamen
to Poteſtatis ſententiantis, & concludit ibi do.Car.
ꝙ ſi pars fuit præſens,licet audiatur de nullitate: tñ
ipſi opponenti incumbit probatio, quod dicit do.
Card.in d.c.cum in iure eſſet notandum,& refert ſe
vidiſſe in hoc magnam controuerſiam: ſed Ang.vt
ſuperius dixi,tenet primum dictum Inn.& idem te-
nuit Bald.in d.l.geſta.& idem tenuit Lud.Ro.in d.l.
ſciendum.Et ſic licet Inn.in d.c.innotuit,æquiparet
contumacẽ præſenti,tamen in d.c.cum in iure,non
æquiparat.ideo ſentit aliud in cõtumace,& pro cer
to verius dicit,& ratio eſt:quia negando iuriſdictio-
nem negat ↄtumaciam:quia ſi non erat iudex, non
tenebatur coram eo camparere.l. non videtur lati-
tare.ff.de iudic.Itẽ ceſſat præſumptio iuriſdictionis,
quando pars fuit ſemper abſens: quia factum non
præſumitur, nec ſubeſt tacitus conſenſus partium:
6 quia nõ præſumitur, pro iuriſdictione delegata † vt
voluit glo.in d.c.cum in iure,& iſtam partem ſequi-
tur do.Abb.in d.c.cum in iure.& Pet.de Anch.in eo
loco.& do.Ant.ibi & alij communiter,& ſic erit pro
ea iudicandũ: vt l.1.ff.de offi.quæſto.in ver.crebrior
apud veteres,& l.j.ff.de ſenato.cum ſim.¶ Et ſi dica-
tur,ꝙ iſta ſententia eſt de longinquo,per no.per Cy.
in d.l.emancipatione.dico, ꝙ tunc antiquitas tem-
poris inducit illam præſumptionem propter autho
ritatem ſententiæ,& rei iudicatæ:vt in d.c.in pręſen
tia,de renun.& d.c.cum inter,de re iudi.quę autho-
ritas ceſſat,ex quo non probatur fundamentum iu-
riſdictionis.Ita dixit do.Anto.in d.c.cum in iure pe-
ritus,de offi.deleg.& ſic apparet, ꝙ actori incumbit
onus probandi commiſſionem.¶ Et ſi quæratur de
modo probandi, per quem modum probabit ip-
ſam commiſſionem.Reſpondeo producendo origi
nale. Ita dixit glo.in d.c.cum in iure:ſed ſi produca-
tur exemplatum in actis,& publicatum,an ſufficiat
tunc, quia in caſu noſtro eſt ita: quia exemplatum
originale in actis, & incluſum in ſentẽtia præfata &
publicatũ in actis,eſt ne ſufficiens probatio.Ad hoc
reſpondeo,ꝙ duo obſtant,quæ deijciunt in profun-
dum præfatam ſententiam. Primum eſt: quia non
ſeruauit formam commiſſionis, vt demonſtraui in
primo dubio.ſecundum eſt,ꝙ licet dicta commiſſio
ſit publicata in actis,vt voluit gl.in d.c.cum in iure.
tamen non fuit facta illa publicatio ſolenniter,& ca
nonicè parte præſente,vel aliàs ad hoc legitimè cita
ta per id,quod habetur in c.Albericus, de teſti.& in
c.pen.de fide inſtrumen.& quod no.in c.cum olim,
de priuil.& in c.nobiliſſimus.97.diſt.& ideo dicit gl.
in d.ca.cum in iure.ꝙ ſi vult eſſe cautus habens ſen-
tẽtiam pro ſe,vt ita cuſtodiat reſcriptum delegatio-
nis,ſicut cuſtodit ſententiam,vt habeat reſcriptum,
ſi reuocetur in dubium de iuriſdictione, ne perdat
commodum ſententiæ allegat ad hoc.c.propoſuit,
de cleric.excom.mi.& hæc dicit vera in delegato.&
accedat ad hoc,quod voluit Io.And.in addi.Spec.in
tit.de reſcrip.præſen.§.j.in fi.ad hoc allegat dictum.
c.Albericus.Et licet alij teneant aliter:tamen dom.
Anto.in d.c.cum in iure.dicit,teneas dictum Io.An
ton.& mouetur: quia ſola publicatio iudicis forſan
alteri parti proſpicere non debet in hoc, ſi grauiter
partem lęderet.Ita reſidet dom.Anto.ibi.Et ſic tran-
ſeunt communiter omnes ſcribentes ibi.Cum ergo
in caſu noſtro non fuerit facta publicatio canonicè,
& ſolenniter parte ad hoc vocata, ſequitur, quòd
non præſumitur pro commiſſione,niſi producatur
originale,vt dictum eſt. ¶ Nec obſtat longinquitas
temporis:quia tunc obſtat,quando apparet de fun-
damento iuriſdictionis: ſed non dato fundamento
ceſſat authoritas rei iudicatæ,propter quam præſu-
mitur rectè & ritè lata.Facit c.principatus,& c.cum

Paulus.

Paulus. 1. q. 1. vbi sublato fundamento nullum est ędificatum. Et ideo antiquitas temporis nihil potest isto casu operari. ¶ Ex istis concludo istam sententiam non mereri executionem. And. Barba. doctor, & mi. 1466. die 10. Februarij.

EPITOME.

¶ Quomodo probetur matrimonium esse legitimè, & canonicè contractum, & quomodo metu contractum, hæc duo sunt disputata in hoc consilio.

SVMMARIVM.

Matrimonium debet probari per testes omni exceptione maiores. nu. 1.

Testibus deponentibus matrimonium esse contractum inter impares non facile creditur. nu. 2.

Rogitus testium requiritur in contrahendo matrimonio, & distrahendo. nu. 3.

Matrimonium duo requirit, scilicet voluntatem & libertatem. numero 5.

CONSILIVM XLV.

Visis ɔsilijs ornatè, subtiliter & abunde præstitis per celeberrimos dominos consulentes mihi patres summo honore obseruādos, & omnibus solenni animaduersione pēsatis duo occurrunt tangenda breuiter, & succinctè, quæ apponunt gladiū ad radicem huius consultationis. ¶ Primum est, si canonicè & legitimè est probatum istud matrimonium, vnde si non est canonicè & legitimè probatum, res est in casu victoriæ. Secundum est, posito ꝙ sit probatum: tamen si per metum fuit contractum, qui cadere debebat in constantem virum, tale matrimonium est nullum. Et ista sunt, quę iudicio meo decident hanc dubitationem. ¶ Capio primum, & dico, quòd huiusmodi assertum matrimonium nō est legitimè & sufficienter probatum, quòd ad oculum sic demonstro, matrimonium debet probari per testes omni exceptio-
1 ne maiores † iste est casus in ca. ex literis, de consanguinita. & affinita. ¶ Et si quispiam dicat, qui dicantur testes omni exceptione maiores, glo. elegans ibi dicit, illi qui nulla legitima exceptione possunt repelli, & facit gl. insti. de inuti. stip. §. item verborum. quæ dicit, illum dici idoneum testem, qui nulla exceptione repelli potest, & facit gloss. in c. at si clerici, in prin. de iudi. in versi. legitima probatione, quę dicit, ꝙ illa dicitur probatio legitima, quæ fit per testes omni exceptione maiores. Facit, quod voluit do. Abb. in d. c. ex literis. ¶ Et si quispiam opponat, ꝙ tex. d. c. ex literis. procedit, vbi agitur ad infringendum matrimonium: tunc enim requiruntur testes omni exceptione maiores, sed vbi agitur de contractu matrimonij probando, de quo non loquitur ille text. tunc sufficit, quòd probetur per testes, licet non sint omni exceptione maiores. ¶ Istud non obstat: quia adduco in medium glo. valde elegantem, quæ dicit idem, vbi agitur de contractu matrimonij probando. c. in literis, de testi. præcipuè vbi agitur de infringendo matrimonio, & sic vult idem, vbi agitur de ɔtractu matrimonij probando, & sic quò ad probationem matrimonij, siue agatur ad distrahendum, siue ad contrahendum, testes debent esse omni exceptione maiores, & ad hoc accedat. d. c. in literis, in versi. probatæ essent opinionis, & vitæ, de quibus verisimile non esset, ꝙ deberent pro aliquo deierare, & sic non solùm debent esse probatę vitæ & opinionis: sed ꝙ non sit verisimile, ꝙ pro aliquo deierarēt: vt in c. præterea, de testi. in fine, vbi dicitur iudex discretus motum animi sui ex argumentis & testimonijs, quę rei aptiora esse compererit, confirmabit. Et sic vult, ꝙ non solum sint testes probatæ fidei, sed ēt deponant rem verisimilem. Ideo dixit text. in c. licet causam, de proba: quòd standum est testibus deponentibus verisimiliora, & probatur in l. ob carmen. §. si. ff. de testi. & ideo pulchrè dixit Inno. in c. auditis, de præscrip. quòd si testes sint varij: quia aliqui deponunt pro eo, quod est conforme iuri speciali, & alij deponunt pro eo, quod est conforme iuri communi, quòd stabitur testibus deponētibus pro iure communi ex eo: quia dicunt illud, quod est verisimilius. Et idem voluit idem Inno. in c. 1. de frigi. & malefi. ꝙ si testes dicunt virū esse potentis naturæ, præferuntur testibus deponentibus esse frigidæ naturę: quia deponunt id, quod est magis verisimile, & voluit Bal. in auth. omnes peregrini. C. communia de succes. ꝙ stabitur testibus dicentibus, æquum fore bullum, quia deponunt illud, quod est verisimilius: facit c. quia verisimile, de præsump. l. non est verisimile. ff. quod metus causa. & scribitur in passione Dominica, & conuenientia non erant eorum testimonia. Et sic requirit dispositio iuris, ꝙ testes sint omni exceptione maiores, & deponant rem verisimilem. vnde non esset ita credendum testibus deponentibus matrimoninm esse contractum inter im-
2 pares † & accedat ad hoc text. valde elegans in c. super eo, de testibus. versi. quia videtur filiæ incrementum & honorem diligere, vbi enim vir est superior diuitijs, nobilitate, potētia vel honore testimonium videtur esse suspectū, & ideo aliqualiter non est admittendum, vbi probatur, ꝙ mater, aut pater non testificantur super contrahendo matrimonio, quādo agitur de honore & incremento filię: quia videntur diligere honorem & incremētum filiæ. Et plus dixit Ange. ex doctrina Bart. in dicta l. 1. §. si quis neget. ff. quemadmo. testa. ape. ꝙ vbicunque optima opinio est causa inductiua plenæ probationis, tunc est articulandum & probandum, ꝙ probatio est facta per testes optimæ opinionis & famæ. Et mouetur ad sic dicendum ex doctrina Bart. ibi, ꝙ si ex forma statuti ad probandam mortem alicuius requiratur, ꝙ fiat probatio de fama ꝑ testes optimæ opinionis, ꝙ non erit probata fama, nisi sit probatum, ꝙ illi testes sint optimæ opinionis & famæ. Cū ergo in casu nostro requiratur, ꝙ testes probantes matrimoniū sint omni exceptione maiores, sequitur necessariò, ꝙ non est probatum huiusmodi matrimonium, nisi articuletur & probetur, ꝙ isti testes producti ex parte mulieris sint omni exceptione maiores: sed hoc non est articulatū, nec probatum, ergo sequitur, ꝙ non est canonicè, nec sufficienter probatū huiusmodi assertum matrimonium. Quinimmo plus dico, quòd ad hoc requiritur rogitus testium in contrahendo ma-
3 trimonio † & ad hoc adduco dictum Spec. in tit. de teste. §. j. ver. item quòd non fuit in tertio casu fallentię, vbi dicit, quòd in matrimonio contrahendo requirūtur testes rogati. & hoc decidit tex. in c. nostrates. 30. q. 5. in ver. inuitatis. & ego ad hoc adduco tex. in l. nullum. ff. de diuor. in ver. septem puberibus adhibitis. vbi gloss. dat doctiinam per illnm text. quòd vbicunque in lege dicitur, testibus adhibitis, intelligitur. i. rogatis. licet d. l. nullum, loquatur in distrahendo matrimonio: qa ea, quę sunt principia generandi, sunt principia corrumpendi, & dissoluendi, vt in c. omnes res, de reg. iur. & hoc voluit glo. 4. q. 3. §. itē. ad fi. vbi quærit, an requiratur rogitus testium in contractu matrimonij. Et remittit se ad not. in §. si debitum. 3. q. 9. & glo. ibi tenet, quòd in matrimonio requiritur rogitus, & probatur formaliter in d. l. nullum, quia si debent esse rogati testes, quando distrahitur matrimonium; vt ibi probatur iuncta glo.

sequitur,

sequitur, quòd eodem modo debent rogari testes, quando contrahitur matrimonium. Et facit glo. in d. cap. in literis, quam superius allegaui, quæ æquiparat contractum & distractum matrimonij quo ad probationem, ergo sequitur, quòd ex isto capite non est probatum canonicè & legitimè huiusmodi matrimonium, eoque magis cum ad minus non sit probatum, ꝙ dicti testes fuerunt vocati ab ipsis contrahere volentibus matrimonium, ex isto capite videtur ista dubitatio sopita: quia cũ non fuerint huiusmodi testes vocati a contrahentibus: vt voluit D. Card. in cap. ex parte, de sponsa. nec etiam fuerit rogati ab ipsis contrahentibus, vt voluit gloss. in spec. nec etiam fuerit articulatum & probatum, ꝙ sint omni except. maiores, ergo non est probatum sufficienter, & legitimè, tale assertum matrimonium. Modò deducendo ista ad propositum apparet decisio manifesta: quia isti testes non sunt idonei &c. qa non sunt omni exceptione maiores: quia vnus ex eis est frater dictæ mulieris, alij autem sunt consanguinei & affines. & per consequens sunt subiecti: vt not. in l. etiam. & in l. eos. C. de testibus. ergo non sunt omni except. maiores, & per ↄsequens non est probatum matrimonium sufficienter. cum suspecti sint, & debet iudex non adhibere eis fidem propter huiusmodi suspicionem, eoque magis: quia ipsi deponunt de actu gesto per eosdemmet testes: quia ipsi fuerunt, qui coegerunt virum inuitum ad contrahendum, vt ex sequenti dubio apparebit. ergo non est standum dictis eorum, iuxta illud, quod dicimus de proxeneta: vt not. in c. Romana, de testib. lib. 6. & per glo. §. in his. in auth. de fide instr. ver. ꝙ si neque. & per scribentes in l. omnibus. C. de testib. & in l. deferre. §. idem decreuerũt. ff. de iure fis. & in c. dilectorum, de testibus cogen. & per consequens contradicente parte non possunt testificari dicti testes, qui videntur in isto asserto matrimonio fuisse potius proxenetæ quàm testes, potuit ergo cõtradicere iste vir, vt non producantur in testes in hac causa, & ex istis apparet, ꝙ isti testes non possunt dici testes, nec possunt dici omni excep. maiores, maximè in causa ma-
4 trimonali: quia æquiparatur causæ criminali† ideo dicebat Bal. in l. parentes. C. de testi. ꝙ in causa ciuili ardua frater nõ admittitur in testem pro fratre ad impugnationem alterius ex eo: quia naturalis affectio reddit eum suspectum: vt l. humanitatis. C. de excu. tut. & quia frater offenditur in persona fratris offensi. & idem dicit ibi Bald. esse in omnibus transuersalibus vsque ad quartum gradum secũdùm ius ciuile computãdum: vt l. lex Cornelia. ff. de iniurijs. l. petitionem. C. de aduo. diuer. iud. aut non testificatur frater ad impugnationem alterius: sed ad simplicem defensionem fratris, & tunc videtur testis idoneus frater pro fratre, etiam si tale testimonium noceat fisco in obuiando pœnis quærendis: vt est text. singu. in c. literas, de præsump. vbi frater purgat fratrem de heresi, nec debet fiscus cõqueri. Ita pulchrè dicit Bald. in d. l. parentes. Cum ergo in casu nostro frater testificatur pro sorore ad impugnationem alterius in re ardua, vt est matrimonium, sequitur, ꝙ non valet eius testimoniũ, & eodem modo non valet dictum aliorum testium ↄiunctorum & affinium in re ita ardua in fauorem dictę mulieris eis coniunctæ, & per consequens sequitur iure aperto, ꝙ dicti asserti testes non probãt sufficienter matrimonium fuisse contractum inter ipsos. Et ex istis absoluta est prima dubitatio, ꝙ non est probatum, ꝙ inter ipsos fuerit contractum matrimonium, & per consequẽs vendicat sibi locũ regula illa, ꝙ actore non probante reus absoluitur: vt l. qui accusare. C. de eden. c. vt nostrum, vt eccl. benefi. c. cum dilectus, de succes. ab intes. ¶ Et si quispiam opponat de confessione facta per ipsum reum inquantum confitetur, fuisse contractum matrimonium. Respondetur, ꝙ illa confessio non nocet: quia non emanauit simpliciter, sed qualificatè & determinatè, ꝙ propter metum emanauit talis contractus matrimonij: vt clarè apparebit ex sequenti dubio, & per consequens talis confessio qualificata qualificatè debet acceptari, & per consequens non est probatum matrimonium, & ita concludo. ¶ Capio secundum, ꝙ huiusmodi matrimonium fuerit contractum per metum, & per consequẽs est nullum ipso iure. Vbicunque ad substantiam actus requiritur dispositio qualificata, si interueniat ens & non qualitas, videtur satisfactum legi, & actus est nullus ipso iure, hoc dixit glo. quæ reputatˉ singularis. in c. notificasti. 33. q. 5. probatur in tex. formali in c. vbi periculum. §. rerum, de elec. li. 6. vbi in electione requiritur consensus liber, & sic requiritur volũtas & libertas, idem probatur in auth. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. in ver. sponte præstita. sed in matrimonio requiritur voluntas & li-
5 bertas† vt probatur in c. veniens, & in c. cum locum. cum simi. allegatis in consilijs. ergo sequitur, ꝙ licet interuenerit voluntas, tamen non interuenit qualitas, & sic non interuenit libertas, & per consequens matrimonium est ipso iure nullum, qñ contrahitur per metũ, & hanc partem sequuntur doctores communiter, & probatur per rationem prædictam, quæ ad hoc est inconuincibilis. ¶ Sed stat difficultas, vtrũ fuerit probatus metus, & mihi videtur dicendum, ꝙ sic. Et ad hoc præsuppono illud, quod voluit gl. quæ reputatur singu. in l. 2. §. 1. ff. de excu. tut. quæ voluit, ꝙ ex pluribus præsumptionibus inducitur plena & sufficiens probatio. & magnificauit illam glo. Bal. in rub. C. de proba. & egregiè loquitur Lud. Rom. in 7. consilio. vbi ad hoc allegat illam gl. & in consilio 8. Et idem voluit glo. in c. cum Bertoldus, de re iudi. & in c. illud, de prę sum. & in c. cum causam, & in c. tertio loco. de prob. & in c. accedẽs. el 2. vt lite non contestata. & in c. cum dilectus, de succe. ab intesta. & in l. instrumenta. C. de probat. & in l. 3. §. eiusdem. ff. de testi. & probatˉ in l. spadonem. §. qui iura multa. ff. de excu. tutor. & in l. excipiuntur. ff. ad silla. & l. indicia. C. de rei vendi. & in c. cum in diocesi, de vsur. & in c. illo vos, de pignoribus. & in c. ad nostram, de empt. & vend. voluit Bar. in l. 1. §. item Cornelio. ff. de quæstion. & in l. admonendi. ff. de iureiur. Bal. in l. sciant. C. de proba. & in l. 1. eo. tit. & in d. l. spadonem. §. qui iura multa. & in c. cum causam, de proba. D. Abb. in c. tertio loco. eo. titu. do. Anto. & Io. de Imol. in c. veniens. el 2. de testi. Bal. in l. 3. C. ad leg. iul. maie. Albericus in l. instrumenta. C. de prob. Modò ista conclusio est vera, & glo. & doctorum communi voce probata, ꝙ ex pluribus pręsumptionibus elicitur vera & sufficiens probatio. ¶ Presuppono etiam, ꝙ actus nostri debent esse verisimiles & adaptari rebus sensatis & intellectu fruentibus, vnde Bal. in rub. C. de prob. in prin. dicit, ꝙ illi sunt verisimiles sermones, q concordãt rebus sensatis. Auerro. & Aristotele testibus. Et idem Bal. in l. j. C. de ser. fugi. dixit, ꝙ sermones nostri debẽt verificari in communem opinionem habentium intellectum. l. si ita quis. ver. ꝙ nemo sanus probauerit. ff. de euic. quia experimentum verorum sermonum est, vt concordẽt cum rebus sensatis, vel verisimilibus. l. milites. §. oportet. C. de quæstio. quia illud, quod est valde rarum, aut non verisimile, est quædam falsitatis imago. & refert in q. facti fuisse laceratam quãdam inquisitionem, in qua dicebatur, ꝙ famulus mãdauerat dño facere delictum, & idem dicit ibi Bal. si diceretur, ꝙ filius mandauit patri, aut minor maiori. & idẽ voluit idẽ Bal. in l. fi. C. de edict. diui

diui Adria.tollen. & in tractatu scismatis, quem posuit in rubric.C.si quis aliq.testa prohib.& idem voluit in rubr.de postu.præla.& facit, quod habetur in verbo, nemo sanè.in c.fi.de consue. Et ideo pulchrè dixit Inno.in c.afferte, de præsumpt.ꝙ qñ adducitur, quod non est verisimile, ꝙ non debet admitti, nisi apponatur aliqua causa sufficiens, ex qua reddatur verisimile.l.satis apertè.C.de falsis.Inn.in c.post electionem, de concess.præben. Et ex istis elicitur conclusio, ꝙ iudex debet moueri ad iudicandum ex eo, quod est verisimile, & illud, quod non est verisimile, debet reijcere. ¶ Præmitto etiam, quod pulchrè voluit Bal.in rubr.de controuer.inuesti.in vsi.feud.vbi dixit, ꝙ iudex potest deuenire ad vnum conceptum finalem mentis ex diuersis animi motibus, & ex varijs suggestionibus partium, testium, & instrumentorum, & adduco iura pulchra ad hoc probantia in c. præterea, de testi.& in c.in nostra.eo tit.& in c.cum ad sedem, de rest.spol.vbi probatur, ꝙ iudex ex multis deductis coram se elicit conclusionem ad ferendam sententiam. Ex istis apparet, ꝙ iudex poterit informare animum suum & deuenire ad vnum conceptum mentis ex pluribus indicijs & argumētis ex qualitate facti & ex natura rei. ¶ Præmitto etiam illud, quod voluit philosophorum princeps Aristo.in primo metaphysicæ, quem refert & sequitur Bald. in l.non minus.C.de proba.in suis verbis finalibus, vbi dicunt, ꝙ accidentia magnam partem conferūt ad cognoscendum, ꝙ quid est.& ideo propter admirari cęperunt homines philosophari, & facit, quod habetur in l fi.ff.de hæred.insti.& in l.apud Celsum. in prin.ff de doli excep.in gl.& in l post contractum. ff.de dona c.2.de renunc.lib.6.cum simi.& sic accidentia inducunt nos ad cognoscendum, ꝙ quid est. l.j.C.si quis impe.maledixe.c.illo vos, de pig.c.ad nostram, de emp.& vendi.c.cum dioces, de vsur.l.3.C. plus valere ꝙ agitur. ¶ Præsuppono, ꝙ ars imitatur naturam, inquantum potest: vt dixit philosophus in secundo physicorum, & probatur in l.adoptio.ff.de adop.& apud Ciceronem in lib.de senectute scribitur.in hoc sumus sapientes, quòd naturam tāquàm Deum, Ducemq; sequimur, & per consequēs sequitur, ꝙ in iudicando debeamus sequi rationem naturalem, & iustitiam naturalē, & ideo pulchrè refert Bal.in c.j.§ porrò.in tit.quæ fuit prima causa benefi cij amit.in vsib.feu.refert Oldr.Laud.euasisse quendam accusatum, qui dicebatur commisisse maleficiū de nocte, & testes deposuerant se vidisse per computum lunę, ꝙ in illa nocte non fuerat lumen lunę. & ideo non potuerunt videre.& sic fuerunt reprobari ratione naturali.& istud voluit idē Bal.in l.Arethusa.ff.de statu ho.& idem voluit Ange.in l.si cum exceptione.§.in hac.ff.quod me.cau. Et adduci posset tex.elegans.in l.scire oportet.§.sufficit.in ver.naturali iustitia.ff.de excu.tuto.& cle.cum rationi naturali, de elec.& l.cum ratio naturalis.ff.de bo.dam.& per consequens poterit iudex moueri ad iudicandū super huiusmodi afferto matrimonio etiam ratione naturali. ¶ Præmitto etiam quandam elegantem doctrinam traditam per glo.in c.si duobus, de rescr. lib.6.quæ glo.alibi non reperitur secundum do.Dominicum ibi. vbi colligit limitationem notabilem ad illud, quod dicitur in ca.1.de eo qui mit.in poss. li.6.ꝙ quando agitur de titulo beneficiali, confessio aduersarij non prodest agenti: sed aliter habet probare titulum suum beneficialem: quia illud est verum, quando ex toto vellet inducere probationem tituli ex aduersarij confessione: sed quando ex toto non vellet causare suum titulū ex ꝯfessione, sed probet suum titulum, & ex probatione aduersarij sua probatio efficitur dubia, tunc confessio aduersarij detrahens suæ propriæ probationi confirmans probationem actoris bene prodest, quod est summè notandum, secundum D.Dominicum ibi, nec de facili reperietur similis glos.in iure secundum eum ibi, ex qua doctrina apponitur gladius ad radicē huius dubitationis, ꝙ dictum matrimonium fuit cōtractum metu. ¶ Modo istis præsuppositis apparet huiusmodi assertum matrimonium esse clādestinum: vt per totum titu.de clandestin.despon. Facit, quod voluit Bar.in l.1.C.si ex pub.ratio.li.10.vbi dicitur, ꝙ illud dicitur fieri clam, quod fit corā tribus vel quatuor, cum consueuit fieri publicè, istud probatur in l.fin. ad fi.ff.de ritu nupt.quo casu oritur sinistra suspicio ex eo: quia actus fit clam, vt in c.cum inhibitio, de clan despon.& sic cum istud assertū matrimonium fuerit contractum clam, & non publicè in facie ecclesiæ, vt est consuetudo. Ex hoc arguitur dolus & fraus in matrimonio sic contracto. ¶ Item ex alio apparet sinistra suspicio: quia fuit noctis tempore, quo tempore non consueuerunt contrahi matrimonia in lecto, & coram istis testibus armatis. Item consueuerunt esse attinentes &c. & hic non interuenerūt. ideo est sinistra suspicio. Facit, quod voluit Iac.Butr. quem refert & sequitur Bal.in l nemo.C.de sum.tri. de eo qui erat professus ordinem religionis, & contraxit matrimonium clam: quia præsumitur esse in dolo, secus si palam, vt ibi per eum. Ita dicamus in casu nostro: quia qui malè agit odit lucem, vt testatur sacrum euangelium.c.consuluit, de offi.delega. Tum etiam, quia inter ipsos ꝯtrahentes est inæqualitas, quo casu, licet glo. quæ reputatur sing.in l.pe.C. de fideiu.dicat, ꝙ si quis reperiatur cum aliqua, & dicat, & iuret, ꝙ illa sit sua vxor, quòd statur tali iuramento: vt etiam sequitur Bal.in l.j.C.de collu.deteg. & in c.1.§.vel furtum, de pace iur.fir.in vsib.feud.tamen idem Bal.in d.l.1.C.de collus.dereg.dixit illam glo.fore veram, quando concurrit æqualitas masculi & fęminę, & alia indicia hoc patiuntur: aliàs secus per illum tex.& quod ibi not.sed ego allego gl.sing. de hoc in cap.aliter.30.q.5.cum ergo iste vir non habuerit animum contrahendi, sequitur, ꝙ fuit metu contractum, & metus & dolus probatur per coniecturas: vt l.1.§.quæ onerandæ.ff.quarum rerū actio non detur, c.causam matrimonij, de offic.delega.gl. in l.j.C.si rector prouin.glo.in d.l.dolum.C.de dolo. & habetur in c.1.quod metus causa.cum simil.præsumptio enim iuris dicitur esse liquida probatio: vt per glo.in l.1.C.de fide instru.& iure hast.fisc.lib.10. & in l.si tutor.C.de peric.tuto.& tex.in l.1.& 2.C.de testa.milit.& ideo ex omnibus præfatis adminiculis & coniecturis resultat probatio sufficiens, non indigens alio adminiculo etiam iuramenti, vt pulchrè dixit Bald.in rub.de controuer.inuesti.in vsi.feud.ꝙ huiusmodi matrimonium fuit metu contractum. Et ita concludo. Andreas Barbat.doct.1466.die 19. Aprilis. Bononiæ. Ad petitionem ser G. de Grassis.

EPITOME.

¶ Institutis filiis spuriis duo interuenire debent, vt fiscus veniat.primum, ꝙ hæres tacitam fidem accommodauit, secundum, quòd clam testator reliquerit.

SVMMARIVM.

Fisco non acquiritur, vbicunque testator palam reliquit non capaci.nu.1.

Vbicunque relinquitur non capaci, res remanet apud eum, a quo relinquitur.nu.2.

Fiscus non venit, nisi hæres accommodauerit fidem testatori de restituendo incapaci.nu.3.

Palam dicuntur fieri, quæ resultant ex coniecturis.nu.5.

CONSI-

CONSILIVM XLVI.

STat difficultas, vtrũ veniat fiscus, & facit dubium Bar. in l. Lucius. §. in testamento. ff. de leg. j. vbi dicit hoc modo gl. hic dicit tria verba, qñque testator reliquit palam non capaci, & apertè, vt tali filio meo spurio, & tunc legatum non valet, nec applicatur fisco: sed remanet apud eos, a qbus præstandum est: vt l. non intelligitur. ff. de iure fisc. qñque testator nullam mentionem fecit de incapace: sed alicui reliquit, & in eius fidem tacitè posuit de restituendo non capaci: & tũc aufertur ab eo, & applicatur fisco. qñq; testator exprimit, cui restituatur: sed non clarè, & tunc aliqualis presumptio fraudis est, non tñ tãta, ꝙ sufficiat nisi probetur relictum non capaci, & sic Bar. vult, ꝙ vbicunque testator reli-
1 quit non capaci palam non acquiritur fisco. † & dicitur palam, qñ exprimit qualitatem personæ, cui reliquit: quia dicit tali filio meo spurio, ex quo sequitur, ꝙ si velatè relinquat incapaci, ꝙ acqritur fisco: sed in casu nostro dicitur, ꝙ testator instituit Gulielmum & Nicolaũ filios Antonij Porzolati, & sic non expressit illos esse filios ipsius testantis spurios, & incapaces, voluit enim velare illorum incapacitatem: vt iam voluit Bal. in l. 3. de lib. & posthu. vbi refert, ꝙ quidam voluit cooperire, ne in verbis testamẽti appareret indignitas illius, & l. 2. C. de insti. & substi. & idem Bar. vult, ꝙ debet apparere ex verbis testamenti de incapacitate: sed in casu nostro nõ solùm non apparet incapacitas ex verbis testamenti, sed cooperitur, & velatur indignitas & incapacitas illorum, & allegat. l. non intelligitur. in prin. ff. de iure fisci. Et facit, quod voluit idem Bar. in l. fi. ff. de his qui. vt indig. vbi dicit, quidã reliquit filio suo spurio palam, vtrum debeat remanere apud hæredes, vel apud venientes ab intestato, & decidit apud hæredes, vel venientes ab intestato: non tñ declarat, qñ dicatur palam relinquere, & sic stat in cõclusione, ꝙ si reliquit palam, excluditur fiscus. Et idem Bar. in l. hæreditas. C. de his qui. vt indig. idẽ affirmat. dicit enim, si relinquit palam suo spurio remanet apud hæredes, non tñ declarat, qñ dr̃ palam relinquere, & idem firmat ibi Sal. vbi dicit, ꝙ si relinquitur spurio, palam remanet penes substitutos. si verò clam, applicatur fisco, ꝙ dicit esse bene not. pro spurio instituto. & sic Saly. sentit, ꝙ tunc dr̃ palam institutus, qñ spurius institui tur: non tamen aperit expressè, qñ dicatur institui clam, vel palam bene tamen sentit, si instituitur spurius, ꝙ excludatur fiscus, & facit gl. in d. l. Lucius. §. in testamento, quæ dicit, ꝙ palam dicere erubesceret testator. ita vr̃ in proposito nostro, quòd testator erubuit palam dicere, spurijs meis, & per ꝯñs vr̃, ꝙ non reliquerit palam istis spurijs: sed clã & velatè, & ideo vr̃, ꝙ veniat fiscus. ¶ Sed licet ita videatur prima consideratione dicendum: attamen ꝯrium videtur esse pura veritas & indubitata. Et præmitto pro potissimo & formali fundamẽto huius hæsitationis, quòd vbicunq; relinquitur non capaci, vt est spurius, non valet quoad ipsum spuriũ, sed remanet apud eum,
2 a quo relinquitur † nec enim debet pati pœnam ex eo, ꝙ ipse non deliquit: sed quod relinquitur clam, & ipse assumit tacitam fidem de restituendo non capaci, tũc delinquit, & facit fraudem, meritò patitur pœnam, q̃ applicatur fisco. Ista sunt formalia verba Bar. in l. non intelligitur. in prin. ff. de iure fis. allegat not. in sequentibus §§. & quod dictum fuit in l. 1. in princ. eo. tit. per quę verba datur pręcipuum lumen ad adducta in contrariuni: quia inquantum Bar. in d. l. Lucius. §. in testamento. voluit, ꝙ cùm palam relinquitur spurio, non venit fiscus, sed remanet penes hæredem: sed si clam relinquat, & ipse hæres a-
sumat tacitam fidem de restituendo vt capaci. vnde si non assumpsit tacitam fidẽ, tunc non est particeps fraudis. ergo non debet pati pœnam: quia vbi non est delictum, ibi non debet esse pęna, vt c. cognoscentes, de consti. l. sancimus. C. de pęn. l. testamento centurio. ff. de manu. testamento. vbi est casus singularis, ꝙ priuatio præsupponit delictum præcessisse, & ideo succedit regula tradita per glo. in c. fin. de iurepatro. quę voluit, ꝙ vbi lex non apponit pœnam priuationes, nos non debemus illam apponere, quam gloss. reputat singularem D. Abb. sed ego soleo allegare gl. in summa. 15. q. 7. aliàs 8. & in c. is cui, de sen. excomm. lib. 6. & in c. cum vos, de offi. ordi. & text. in authen. de non eligen. secundò nub. §. cum igitur. in versi. nec est lex tale quid dicens, de quo tex. fecit festum Bal. in authen. sed & si quis. C. de secun. nup. & adduco tex. in l. atsi quis. §. diuus. in ver. cum in eum pęna statuta non sit. ff. de religio. & sump. fune. Cum ergo non reperiatur ista pœna a iure inflicta hæredi quando testator clam reliquit non capaci; vt priuetur tali relicto, in quo hæres non fuit in culpa, nec accõmodauit tacitam fidem, cũ non fuerit in fraude. sequitur, ꝙ non priuabitur tali relicto: sed debet remanere penes hæredem, qui non reliquit, & sic Bar. in terminis decidit hanc dubitationem; & idem decidit in l. fi. ff. de ijs quibus: vt indig. vbi dicit non obstare, quę dicunt de tacito fideicommisso: vt quia auferũtur ipsi hæredi: quia accommodauit tacitam fidem. ideo priuatur, vbi autem fit palam nullum vertitur delictum, ideo puniri non debet, allegat. l. in fraudem. eo. titu. de his quib. vt indig. vult ergo Bar. ibi, ꝙ talia relicta remaneãt penes hæredes scriptos, vel penes venientes ab intestato, qñ relinquitur palã: sed si clã relinquitur, & hęres accommodauit tacitam fidem, tunc propter delictum hæredis applicatur fisco. & sic requiruntur duo, ꝙ clam reliquerit & ꝙ hęres tacitam fidem accommodauerit. ergo sequitur, ꝙ si vnum dumtaxat interueniat, ꝙ clam reliquerit, & nõ interuenit alterum, ꝙ tacitam fidem accommodauerit, ꝙ non punitur hæres, vt priuentur talibus relictis, & istud voluit Angel. in d. l. Lucius. §. in testamento. vbi dicit, quòd ad hoc vt aperiatur via fisco, requiritur, quòd hæres accommodauerit
3 fidem testatori de restituendo incapaci, † & hoc videtur decidere glo. in d. l. non intelligitur. in prin. in vers. rogaretur, quæ dicit, quòd si rogaretur obscurè in testamento videtur fieri fraus legi, allegat. l. ita fidei. eodem titu. vult ibi glo. quòd non sufficit, quòd actus fiat clam: sed etiam requiritur, quòd accommodauerit tacitam fidem, & hoc not. Angel. in d. l. hæreditas, vbi dicit, ꝙ si spurius est institutus clam, & aliquis fidem accommodauit tacitè, tunc ratione fraudis relictum spurio applicatur fisco: vt l. non intelligitur. §. tacita, præalleg. Et adduco tex. ad hoc allegantem in l. in tacitis. ff. de leg. 1. vbi dicitur, tacitis fideicommissis fraus legi fieri videtur, quoties quis neque codicillis, neque testamento rogaretur: sed domestica cautione, vel chyrographo obligaret se ad præstandum fideicommissum ei, qui apertè capere non potest. Et sic ad hoc vt tale legatum applicetur fisco, requiritur, quòd quis non sit grauatus in testamento, vel codicillis: quia palam esset rogatus & non tacitè. l. non intelligitur. §. 1. præallegat. & sic non applicaretur tunc fisco, secundò requiritur, quòd priuata & secreta cautione, vel chyrographo se obligauerit, & sic secus videtur in instrumẽto publico: quia palam videtur fieri, & sic non posset dici in fraudem fieri: vt d. l. non intelligitur. §. j. nisi talis scriptura publica esset facta coram duobus testibus multum domesticis, & coram necessario multum

tum amico eius forte coniuncto, vt secretè teneret, vt sæpenumero fit: quia tunc esset eadem ratio, quæ est in scriptura priuata. & hoc tenuit Barto. in d.l. nō intelligitur. §. j. & idem voluit Ange. in d.l. in tacitis. per l. j. & 2. C. de publ. ratio. lib. 10. Tertiò requiritur, ꝙ quis accomodauerit fidem de restituēdo nō capaci. ita probāt formaliter in d.l. in tacitis. Et plus dixit Iac. de Aret. Rayn. de For. & Bald. post eos, quòd nisi prædicta interueniant, non habet locum aliqua pena. Et per ista infertur, quòd si non interuenit cautio aliqua, sed forte nuda pollicitatio, inter quæ est differentia. l. sciendum. §. j. ff. de ædil. edict. vel nulla penitus appareat cautio, quòd tunc non habet locum aliqua pœna, & sic videtur sentire, ꝙ licet hæres accommodasset tacitè fidem, si tamen se nō obligauit cautione priuata, vel chirographo, non habebit locum aliqua pœna, & per consequens non applicabitur fisco tale relictum, quod dictum est singulare. Et in hac materia esset literis aureis scribendum. vnde non sufficit ad hoc vt applicetur fisco, ꝙ clam testator reliquerit: sed opus est, vt interueniant ista tria: sed in casu nostro non interuenerunt ista tria insimul, ergo ista portio non venit applicanda fisco. ¶ Præterea accedat ad p̄dicta, quod voluit Bar. in d.l. in tacitis. vbi declarat, quando dicatur fieri clam. & dicit, quando promitto simpliciter restituere incapaci, vel facio sibi scripturam priuatam de manu mea, tunc dicitur fieri clam, & dicit esse casum ibi, & sic Bar. vult, quòd tunc dicitur fieri clam, quando est accommodata fides testatori de restituēdo incapaci, aliter relictum non applicatur fisco, & per hoc datur præcipuus intellectus ad omnia iura loquentia de hac materia, quando dicatur clam fieri: quia requiritur, ꝙ accomodauerit hæres tacitam fidē de restituēdo incapaci: sed in casu nostro hæres nō accōmodauit testatori fidem de restituēdo istam portionem illis spurijs. ergo sequitur, quòd non applicabitur fisco illa portio relicta per dictum testatorem. Cum ergo in casu nostro si relinquitur hæreditas spurio, applicetur venientibus ab intestato, vel relinquet penes eum cohæres: vt nota. in l. prima. C. de natu. liber. & in l. si pater. per Baldum. C. de hæredi. institu. & in l. hæreditas. C. de his quibus vt indig. & plenè per Bartol. in d.l. final. ff. de his quibus vt indign. quia aut isti spurij sunt totaliter incapaces, & tunc applicatur cohæredibus, aut venientibus ab intestato. vt l. si in metallum. ff. de his quæ pro non scrip. ha. Aut sunt indigni, & tunc si absq; culpa sua sunt indigni: quia laborant alieno vitio & isto casu non applicatur fisco: sed remanet apud venientes ab intestato. l. aufertur. & quod ibi no. ff. de iure fisci. non obstat. l. qui conta. C. de incest. nup. & sim. quia loquuntur in casibus specialibus. s. in natis ex nephario coitu. Et ex istis manifesta & vera elicitur conclusio, quòd huiusmodi portio nō applicatur fisco: sed remanet apud hæredes. ¶ Et ex istis non videtur esse necessaria illa inuestigatio, vtrum videatur palā, aut clam vocasse ad illud portiones illos filios bastardos, sed vt morem geram quærenti, Dico, quòd clā videtur eos vocasse: sed palam. & circa significatum huius verbi palam, aut clam est aduertendum. Et quidem Bar. in l. 2. C. si ex pub. ratio. li. 10. quærit, qūo dicatur quid occultè fieri glo. ibi dicit, eoipso ꝙ fine authoritate Principis fit, istud vr̄ q̄ l. non intell'r. §. tacita. cū sua glo. vdi eoipso, ꝙ interuenit cautio publica, non dr̄ occultè gestum, vel clam. decidit ibi Bart. quod dr̄ fieri occultè, qn̄ non fit coram iudice, quod est secus, si eius præsentia requiritur, simile si de consuetudine aliquid consueuit fieri publicè, vt matrimonia &c. & aliquis faceret, coram duobus testibus quia diceretur clam fieri: vt l. fin. ff. de ritu nup. clam enim dicitur fieri, quicquid fit taliter, quòd non potest venire ad notitiam eius, cuius interest: † vt leg.
4 clam possidere. in princip. ff. de acquirend. posses. & idem Barto. in dict. l. non intelligitur. dicit hac esse veritatem, quòd ista verba generalia, rogo, ꝙ præstes illud, quod a nobis recepisti, si quidem possunt certificari ex verbis testamēti, vel codicilli, ita quòd appareat, & quod relinquitur videtur relinqui palam, & ita loquitur ibi: si autem ex testamento, vel codicillis non possunt ista verba declarari, tunc videtur relictum clam: vt leg. ita fidei. ff. de iure fisci. sed idem Barto. in l. fina. ff. de ritu nup. dixit, quòd illud dicitur fieri clam, quando omittitur solennitas. & idem Barto. in dict. l. Lucius. §. in testamento. de legat. j. dicit, quòd si relinquitur palam non capaci & apertè, vt si dicat, lego tali filio meo spurio, tunc legatum non valet, & non applicatur fisco: sed remanet apud eos, a quibus relictum est. Et ideo Barto. in dict. l. in tacitis. dicit, quòd tunc dicitur relictum clā, quando promitto simpliciter dare incapaci, vel facio scripturam de manu mea: tunc enim dicitur fieri clam, sed in d.l. non intelligitur. dicit, quòd requiritur, quòd accommodauerit tacitam fidem de restituendo incapaci. & sic requiruntur duo, quòd clam fiat, & quòd fuerit accommodata fides. & idē voluit in l. fina. de his qui. vt indig. Et sic variè loquitur Barto. in præfatis locis. Archi. in c. certum. de cō se. distinct. j. dicit. quòd dicitur fieri clam & furtiuè, quando in actu debet interuenire authoritas alicuius, & non interuenit. & sic concordat cum eo, quod habetur in d.l. 2. C. de public. ratio. libr. 10. sed idem Barto. in l. hæredes palam. in princip. ff. de testamen. vbi etiam in testamento nuncupatiuo hæredes debent institui palam. dicit ibi gloss. quòd aliter accipitur ibi palam, & aliter in l. palam. ff. de ritu nup. Bar. ibi dicit: quia habet causam successiuam in leg. palam. sed in dict. l. hæredes. habet causam momentaneam, & sic illud dicitur fieri, quòd fit coram testibus requisitis de natura illius actus. Lud. Rom. in d. l. clam possidere. in princip. refert dumtaxat dictum Barto. in d.l. 2. ¶ Stat modò difficultas stante dispositione testatoris ita, vt stat, vtrum videatur palam reliquisse. Et pro certo videtur quòd sic, illud enim, quod fit coram testibus requisitis ad illum actum de natura & forma illius actus dicitur fieri palam. Ista est gloss. in l. hæredes palam. ff. de testam. quem sequitur ibi Barto. Bald. & alij. Sed institutio facta de illis spurijs fuit facta palam coram testibus requisitis ad actum testandi. ergo sequitur, quòd dicitur palam facta talis dispositio. secundo illud dicitur palam fieri, quando taliter fit, quod potest deuenire ad notitiam eius, cuius interest. ita voluit gloss. & Bartol. in dict. leg. 2. & in dict. leg. clam possidere. & voluit Ludo. Roman. & volunt moderni scribentes in d.l. 2. intererat enim hęredum, vel fisci, si erant instituti incapaces, ergo eo ipso quòd dictus testator instituit omnem filium nasciturum ex eo, & vxore sua, & ipsos filios alterius, clare potuerunt intelligere, quòd eos instituit vt filios ex eo: quia æq̄parauit eos filio nascituro, & vocauit eos pariter, sed nō erāt legitimi: q̄a non erat nati ex se vxore sua. ergo vt ille gitimi vocati sunt ab eo. ꝙ eo fortius apparet: q̄a eos prætulit suis fratribus dictus testator. vnde vr̄ eos vt filios bastardos & incapaces instituisse, & per ꝯn̄s vr̄, ꝙ palā instituerit illos non capaces: quia secuta postea probatione apparet, ꝙ palam instituit filios spurios eo enim ipso, ꝙ potuit venire ad notitiam hęredum aut fisci, ꝙ instituit non capaces, non videtur actum fecisse clam, sed instituendo filios illius. potuit venire ad notitiā, quòd instituit incapaces: quia ex quo illos instituit pariter cum filijs suis nascituris præ-

ferendo illos suis fratribus, apparet, quòd vt filios spurios illos instituerit. & dicitur actus fieri palam. & ad hoc adduco gloss. valde singul. in capitu. quoniam frequenter.§.porrò. vt lite non contesta. quæ voluit,quòd vbicunque in actu requiritur certa probatio, sufficit, quòd fiat per coniecturas & præsumptiones.& adduco.l.licet imperator.ff. de legatis primo.in versiculo euidens. vbi illud dicitur euidenter constare, quòd constat ex coniecturis. Et adduco illud, quod voluit gloss. in l. si tutor.C.de pericul. tutor. vbi præsumptio iuris videtur esse liquida probatio. & text.in l.j.C.de testa.milit.in ver.liquidis.& adduci potest text.in l.j.§.ex hoc rescripto.ff. de ven. inspi.in ver.euidentissimè. & facit c.& si Christus.in ver.patenter.de iureiuran.vbi illud, quod constat ex intellectu legis,dicitur patenter constare,& adduco. c.præcipimus.12.q.j.in ver. patenter. de testi. & in c. consuluit.in versicu.manifestè cognoscitur. de vsur. & in c.si diligenti.in versic.manifestum.de foro compe.& in c.2.in versicu. ex Clementis Papæ, tertij decretali colligitur euidenter.de cogna.spiri.lib.sexto. & in cap.cum tu.in versi. euidenter. de vsur. & in c. qualiter.el secundo.in versi.euidenter. de accusa. & in c.cum Bertoldus.in ver.euidenter.de re iudica. & in c.licet causam.in versicu.euidenter. de probat. & l.si locuples.ff.de manum.testamen.c.cum olim. de censi.c.auditis.de in integ.restitu. Et sic dicuntur palam & euidenter fieri illa,quæ resultant ex coniecturis.
5 † Facit text.in l. cum auus.in versicu.minus scriptum, quàm dictum. vbi illud, quod colligitur ex coniecturis, dicitur esse dictum. & adduco.l.3.C. de inoffici. testament. vbi idem probatur, & ideo dixit domi.Anton.in c.fraternitatis.de testib. quòd illud, quod dicitur de eo, qui legit dicta testium, vt non possit postea producere testes,iuxta ibi not.& in clementi.2. de testibus. habet locum in lectione mentali.& facit, quod voluit Bald. in l. ad probationem. C. de probat. quod etiam præsumptio resultans ex instrumento dicitur esse instrumentum,quod inducit ad quæstionem statuti, vt ibi per eum. idem voluit in l.vbi adhuc.C.de iure do.& in l.vnica.in prin. C.de rei vxo.actio.& in l.j.ff. de his quæ in testamen. delen.& ibi Barto.& do.Dominicus in c.humanum genus.j.di. & do. Ant. in proœmio decretalium dixi in repetitione.l. cum acutissimi.C. de fideicō.& per pñs palam dicitur reliquisse incapacibus dictus testator:licet nō dixerit,filijs meis spurijs:qa illud, quod ex coniecturis colligitur, dicitur esse euidens & palā per iura superius adductas, & per doctrinas scribentium in dictis iuribus. Cum ergo potuerit venire ad notitiam ipsorum venientium ab intestato, vel ipsorum substitutorum,vel ipsius fisci quòd dicti instituti erant bastardi: quia facto datur intelligi voluntas,vt l.reprehendenda.C.de institut.& substit.gloss. in l.de quibus.ff.de legi. voluntas enim datur intelligi facto. iuxta illud, & facta loquuntur. ergo actus iste videtur clam factus. ¶ Præterea facit, vbicunque apparet ex verbis testamenti vel codicilli quid relinquitur,& cui relinquitur, dispositio dicitur fieri palam.ita dixit Barto.in d.l.non intelligitur.sed in casu nostro apparet ex verbis testamenti,quid relinquitur, & cui relinquitur. ergo sequitur. quòd iste actus relinquendi dicitur factus palam. ¶ Et si opponitur de eo,quod voluit Barto.in d.l. Lucius.§.in testamento.Respondeo,quòd Barto.si rectè ponderetur dictum eius, geminat verba. dicit enim quando dicatur fieri palam & apertè. & sic geminat verba.simile fecit tex.in c.examinata.de iudic. inquantum dicit incongruentem cognouimus & ineptam, & in clemen.j. de pœn.in versicu. sufficienter & idoneè.& Bald.in authentic. sed cum testator.C. ad leg. falci.vbi dicit de testatore, qui voluit tota & integra legata solui: sed in casu nostro sufficit constare palā quid reliquerit,& cui reliquerit,& ita loquuntur iura. vt d. l. non intelligitur. secundùm alia dicta sua: quia ipse voluit, quòd dicitur clam fieri, quando hæres promittit proprio chirographo dare incapaci,ita ipse dixit in d.l. in tacitis. vt superius retuli. Itē tunc dicitur clam fieri, quando accommodauit tacitam fidem de restituendo incapaci:sed in casu nostro nulla fuit accommodata fides testanti de restituendo incapacibus, ergo non dicitur actus fieri clā. ¶ Et si quispiam opponit de eo, quod dixit Bald. in præallegat.l. tertia.ff. de libe. & posthum. vbi dixit, quòd nominando talem filium talis dominæ, puta vt ex forma testamenti, non apparet vitium testamenti,per l.j.C.de institutio. & substitut. Ad hoc respondeo, quòd in casu nostro posito quòd ita dixerit dictus testator, non propter hoc dicitur clam instituisse illos spurios,immo palam instituit eos ex eo: quia eos vocauit ad actum, qui communiter non congruit nisi filijs: quia eos instituit: vt l.inter cætera. ff. de libe.& posthum. instituendo eos insimul cum filio suo nascituro & præferendo eos suis proprijs fratribus, & per consequens ex dispositione testamenti apparet satis manifestè, quòd instituit illos vt filios, & per consequens spurios. exitus enim acta probat.& ideo stamus facto & non verbis: vt l. cum hi.§. sed cum lis.ff. de transact.c.pen. de collu. detegen.Innocen.in c.grauis.de deposi.Barto.in d.§. sed cum lis.Item illud, quod non est verisimile, est quædam falsitatis imago.l.milites.§.oportet.de quæstionibus.C. Bald. in l.j.C.de ser.fugi. cum similibus. nam iura adaptant se verisimilibus:vt l. ob carmen. §.j.ff.de testi.& c. licet causam. de probat. vnde non est verisimile, quòd testator instituisse extraneos in tota sua hæreditate cum filio suo nascituro præferendo illos suis proprijs fratribus. ideo satis palam videtur illos instituisse vt spurios.& per consequens palam illos instituit.facit illud,quod dicimus, quòd stamus veritati & non verbis.l.quod si forte.ff de castren. pecu.glo. in l. si donatione.C. de colla.Bartol. in l.per diuersas.C.manda. & in d.l. quòd si forte. & d.l.si donatione.& facit simile, quod voluit Bald. in l.hac edictali.§.omni cirscunscriptione.C.de secun. nup. scilicet, quia quando actus non est verisimilis, videtur fraudulentus. Ita dicamus in proposito nostro, vt palam videatur illos vocasse ad suam hæreditatem vt spurios.¶ Præterea facit, vbicunque non est accommodata tacita fides de restituendo incapaci,nunquàm dispositio dicitur fieri clam, ita probatur in d. l. non intelligitur. ita voluit Barto. in d.l.in tacitis. sed hic nulla fuit accommodata fides de restituendo incapacibus. ergo ille actus instituendi factus de illis spurijs dicitur palam factus, cum constet de corpore ex verbis testamenti, licet non constet de qualitate vt l. si quis in fundi vocabulo.ff. de legat.j. & per consequens talis institutio de incapacibus liberis palam dicitur facta, siue pater nominauerit illos legitimos, siue naturales &c. vbi probatur, quòd si pater donat, aut legat filio suo spurio, & appellat eundem in illo suo actu filium legitimum, quòd nihilominus res acquiritur psonis ibi nominatis, & excluditur fiscus. Ita dicamus in proposito, si testator appellat eos filios Titij, cum re vera sint sui spurijs. tamen acquiretur hæredibus institutis, aut venientibus ab intestato, sed tunc excluditur fiscus, cum relinquitur palam incapaci: vt dicta leg. non intelligitur.§.si quis palam. sed quando dicit: ego relinquo talibus filijs meis legitimis, cum re vera essent spurij, non acquiritur fisco, sed personis ibi expressis, ergo talis dispositio videtur

videtur facta palam, ita dicamus, quando dicit, instituo tales filios talis, cum re vera sint eius spurij. Et ex istis cõcludo fiscum excludi multifariè, multisq; modis ad oculum demonstraui. Andree. Barb. 1463. die 25. Iunij.

EPITOME.

¶ An officialis procedens ad torturam inquisiti denegãdo sibi copiam indiciorum, & terminum ad se defendendum teneatur in sindicatu. Et an nõ præcedente diffamatione possit contra aliquem formari inquisitio, maximè si officiali datum sit amplissimum arbitrium, vt in casu huius consilii.

SVMMARIVM.

Iudex pro euidenti calumnia potest condemnari in damno & in expensis. nu. 1.
Infamia debet præcedere inquisitionem iudicis. nu. 2.
Quod etiam procedit in iudice delegato. nu. 4.
Excusari non potest curia. nu. 6.
Iudex non debet procedere ad torturam non facta citatione. 7.
Inquisito debet dari copia indiciorum. Sententia lata ex consilio præcipitato est nulla. nu. 8.

CONSILIVM XLVII.

Capio primum huius consultationis articulum, vtrũ curia ipsa legitimè processerit ad torturam ipsius domini Geminiani. Et pro certo mihi videtur de iure dicẽdum, quòd curia non potuerit procedere ad torturam ita, vt processit, & per consequens tenetur curia præfata dicto dom. Geminiano, ex quo temere eum fatigauit: quia honori detraxit dicti do. Geminiani. & præsuppono illud, quod habetur in l. seueriter. C. de excusation. tut. vbi colligit Bald. ex illo text. not. inquit hanc legem contra iudicem inquirentem, si absoluit inquisitum, tenetur ei in expẽsis, si dolo, vel lata culpa eum fatigauit temere, quòd dicit esse not. secundùm Cyn. idem voluit idem Bald. in authen. generaliter. C. de episco. & cleri. versic. extra quæro de iudice inquirente, vbi dicit, ꝙ in principio præsumitur abesse calũnia secundùm Pe. & Cy. ipse dicit, ꝙ credit verũ, sed ratione finis apparet contrarium. ideo iudex pro euidenti calumnia potest
1 condemnari in dãno & in expensis† allegat. d. l. seueriter. & qđ voluit Inn. in c. fi. qđ metus causa. & idem Bald. in l. obseruare §. proficisci. ff. de offi. proconsul. in 16. q. iudex, inquit, inquisiuit contra Titium tandem absoluit eum, conuenitur in sindicatu. decidit eum teneri, si temere inqsiuit, allegat. d. l. seueriter. secus si non temere: quia præsumit pro inquirente, si cõstat de fama, & ita declaratur, qđ voluit idem Bald. in l. athletas. §. calumniator. ff. de his qui no. infa. vbi dicit inquisitio non probetur, iudex tamen, qui processit ad inquirendum ex officio, non præsumitur in dolo, nec in calumnia, nec præsumitur, ꝙ falso processerit ad inquirendum, allegat Cy. in d. authen. generaliter. in quæstione ergo nostra oportet, quòd falsitas inquirentis aliter inquiretur, vel probetur. Facit, quod voluit Idem Bald. in l. sancimus. C. de iudi. in 3. q. vbi quærit, an iudex debeat condẽnari inquisito: cum inquisitus reportauit victoriam, decidit, aut iudex processit ad inquisitionem præcedente infamia, vel indicijs: & tũc excusatur: quia necessitas officij excusat eum, aut non præcedente infamia, vel indicijs: tunc præsumitur contra iudicem inquirentem. & ideo condemnatur parti in damnis & interesse & expensis. allegat Cyn. ibi. Non obstat, ꝙ præsumatur pro iudice: quia illud est verum, quãdo iudex seruat debitum ordinem: sed quãdo omittit: tunc non præsumitur pro iudice, sed contra, hoc videtur esse notabile dictum Cyn. in d. l. sancimus. qui ita voluit ibi in 15. q. Facit, quod voluit idẽ Bald. in l. qui accusare. C. de eden. vbi refert Inn. dicere, ꝙ si iudex iniustè banniuit aliquem, quòd probato dolo iudicis, damna & interesse banniti probantur per iuramentum, ad hoc allegat Innocen. in c. super eo. quod metus causa. facit, quod voluit idem Bald. in l. iubemus. C. de probatio. vbi refert Nicola. de Mate. dicere, quòd non debet iudex procedere ad inquirẽdũ perperã. Idcirco semp sunt inqsitiones limitatæ: qa inqsitor non timet pœnã, & sic nõ nulli pcederẽt ad inquisitionẽ effrenate. vnde lex illa statuit, ꝙ non semper, sed certo modo & in certis casibus inquirere debet in fine illius l. dicit idem, quod dicit Bal. ꝙ inquisitor excusatur a calumnia præsumpta: sed nõ a calũnia probata. allegat. d. l. seueriter. & idem Bal. in l. non ignorat. C. de fruc. & lit. expẽ. dicit, ꝙ iudex, qui temere inquirit, punitur a lege. d. l. seueriter. faciat, quod voluit Ange. in d. l. athletas. §. calumniator. vbi dicit, ꝙ necessitas officij excusat a presumpta calumnia. Et per hoc dicit, ꝙ iudex, qui inquirit de maleficio, & absoluit, non potest tẽpore sindicatus tanq̃ calũniator puniri solũ ex eo: qa necessitas officij excusat eum a præsumpta calumnia. dummodo aliqua iusta ratione motus fuerit ad inquirendum, puta per famam vigentem, quæ loco successoris succedit: vt c. cum oporteat. & c. qualiter. el 2. de accusat. l. iustissimos. C. de offi. rec. prouin. ita ibi residet. facit ad prædicta gl. in c. cum dilecti. de dolo & contum. in vltima glo. quæ voluit, ꝙ in causa inquisitionis quis punitur in expensis, qui malè inquisiuit do. Anton. ibi dicit illam glo. fore veram, quando iudex inquisiuit aliquo prosequẽte specialiter inquisitionem. allegat, quod habetur in Specu. de expen. §. j. in fin. si autem iudex ex officio procedit, & in forma legitima, non tenebitur: quia tunc excusatur ex necessitate officij. ad hoc allegat, quod voluit gl. in c. ab arbitris. de offi. dele. in vltima glo. & qđ habet in l. 2. C. qui accu. non pos. vbi tutor accusans propter necessitatẽ officij, excusat a pena calũniæ, & ꝙ nõ debuit ius reipub. indefensum omittere, ꝙ timore expensarum faceret, ꝙ esse non dẽt. c. j. de elec. lib. 6. vbi verò non præcedẽte infamia calumniosè procederet, locus esset ꝯdẽnationi nõ obstãte ꝙ procedebat ex officio. allegat. c. sacro. de sentẽ. excõ. nisi probabilis cã eum excusaret, allegat nota. in d. l. sancimus. C. de iudic. & idem voluit do. Abb. ibidem. Facit, qđ voluit do. Pe. de Anch. in suis reportatis in d. l. athletas. §. calumniator. Et accedat, quod voluit Ioan. Andr. in d. c. cum dilecti. vbi dicit, ꝙ si nullo prosequente iudex inquisiuit, & absolutus est inquisitus: tunc aut iudex motus est ad inquirendũ fama pręcedente, & tũc nõ punitur iudex: qa ex necessitate officij hoc fecit, vt c. licet Hely. de symo. nõ enim debuit dimittere ius rei pub. indefensum, aut non præcedente infamia inqsiuit, & tunc punitur: qa videt calũniosè inquisisse, & cũ hoc dicto Io. An. trãsiuit ibi do. Car. in ver. scdò quæro. & sunt hæc dicto summopere põderãda circa hãc cõsultationẽ: qa decidit supremus doct. Ioan. An. in d. c. cum dilecti. & D. Anto. do. Card. do. Abb. ꝙ si iudex procedit ad inquirendum ex suo officio non præcedente infamia, ꝙ punietur in sindicatu, si inquisitus absoluitur ab illa inquisitione: qa videtur calumniosè inquisiuisse non pcedente infamia, ergo cũ iudex ex suo officio inquirit, debet præcedere
2 infamia †. & idẽ voluit Ang. in d. §. calumniator. cũ dixit, ꝙ iudex inquisiuit ex suo officio propter famã vrgentem. & idẽ dixit Bal. in d. l. sancimus. & idem dixit in d. l. obseruare. §. proficisci. vbi dixit, ꝙ præsumitur pro inquirente, si infamia præcesserat. & idem dixit in d. §. calũniator. dum dicit, ꝙ iudex, qui processit ex suo officio, ad hoc vt excuset a calũnia, opus est vt

vt præcedat infamia. & ideo dixit Bald. post Nico. de Mat. & sic aliter diceremus, iudex procederet ex suo officio effrenatè, & temere ad inquirendum, ꝙ esse non debet. Ista ergo est conclusio vera & indubitata ex istis, ꝙ vbicunq; iudex calumniosè & temere inq̄rit, venit in sindicatu condemnandus, etiam si ex suo officio inquirat, & dicitur temere & calumniosè inquirere, quando nõ precedente infamia inquisiuit. Ex istis sequitur, ꝙ si curia inquisiuit non præcedente infamia contra ipsum do. Geminianũ ex suo officio, ꝙ temere & calumniosè inq̄siuit, ergo ex hoc cõdemnabitur curia. vnde arguo sic formaliter, vbicunq; iudex ex suo officio inquirit calumniosè, & temerariè, punitur, & facit litẽ suam. ita probatur in dicta l. seueriter. cum alijs iuribus & dictis allegatis superius, sed in casu nostro curia inq̄siuit ex suo officio temerariè & calumniosè, ergo punietur. Istud assumptum probo: tunc dicitur curia inquirere temerariè ex suo officio, quando inquirit non præcedente infamia: sed hic non præcessit infamia ꝯtra ipsum domi. Geminianum, ergo non potuit, nec debuit inquirere. ¶ Et si dicat mihi, amice, hoc assumptum non videtur verũ, & confunditur per domin. Ang. in cõmento. l. si vacantia. C. de bo. vacan. li. 10. in versi. item fallit. vbi iudex inquirit ex puro officio ad postulationem alicuius, adducit ad hoc. c. j. de offic. ordina. & per hoc docet esse cautos rectores terrarum, ad hoc vt ab eis non possit peti copia diffamationis, quòd semper cum formant inquisitionẽ dicant, hæc est quædam inquisitio specialis, quam talis facit ꝯ talem ex suo mero officio. & ex hoc dicit ibi Ange. se dare generalem doctrinam, quòd quando specialis inquisitio formatur, non sit necesse, ꝙ præcedat infamia: nam vbicuuque inquisitio formatur ad postulationem alterius non ex necessitate officij, nec ad denunciationem officialis: tunc requiritur, quod præcedat diffamatio: sed vbicunque agitur de crimine, & iudex procedit ex sui officij necessitate, non est necessaria diffamatio, quod dicit esse necessarium pro inquisitionibus, quæ hodie formãtur per rectores terrarum, an sit necesse, ꝙ præcedat infamia: nam in criminibus, in quibus iudex ex authoritate officij tenetur inquirere, non est necessaria diffamatio præcedens: sed in alijs, in quibus non tenetur inq̄rere ex necessitate officij: sed potest, si vult, si præcedit ad petitionem alterius, semper oportet, ꝙ diffamatio præcedat: sed si procedet ex mero officio, vel ad denunciationem officialis, tunc secus. sit ergo cautus inquisitus, quando Potestas format inquisitionem ad petitionem alterius: vt semper obijciat, ꝙ diffamatio non præcessit talis, ex qua possit sequi inquisitio, & petat primò & ante oĩa diffamationis copiam sibi dari: ad hoc vt instrui possit quotuplex fuerit diffamatio, & a quibus processit, an a maleuolis, vel suspectis, aut fide dignis: nam si quod istorum defecerit, de facili potest impugnari inquisitio, & aduocatus magnum cõsequetur honorem: vt in c. qualiter. c. inquisitionis. c. cũ oporteat. de accu. Ita residet Ang. in d. l. si vacãtia. Cũ ergo Potestas Mutinæ processerit ad inquirendum super crimine falsi: quia est graue crimen falsi in iure naturæ: vt voluit Bal. in commento. l. falsus. C. de fur. & processerit Potestas ex mero suo officio. sequitur, ꝙ potuit ꝓcedere ad inquirendum, & per consequens videtur, ꝙ talis inquisitio non fuerit temeraria, nec calumniosa: sed est a iure permissa, & per ꝯñs potuit inquirere. & licet D. Gem. fuerit absolutus a dicta inq̄sitione, tamẽ nõ ꝓpter hoc debuit cõdẽnari in sindicatu curia: quia ꝙ fit iure permittente est impunitum: vt l. Graccus. C. de adul. & licet curia ꝓcesserit ad torturam aduersus dictum D. Gemi. tamẽ nec calũniosè fecit, nec temerariè, ex quo constabat de crimine falsi per vnum testem. vnde videtur excusari curia propter illum testem. vnde dixit Bal. in d. l. athletas. §. calumniator. vbi allegat dictũ Specu. & maximè ꝙ ille testis deponebat de delicto: non autem de indicio ad delictum: sed de ipso delicto, quo casu excusatur Potestas a calumnia. Facit, quod habetur in l. igitur. §. potest. de lib. causa. vbi excusatur quis a dolo etiã ex iniustis causis. Et ideo dixit domin. Pet. de Anch. in c. cum venerabilis. de consue. quòd erat consuetudo, ꝙ archidiaconus ponebat certos ad carceres, fuit formata inquisitio contra eum, & ille erat carcer priuatus. fuit probatum, ꝙ ita consueuerant sui prædecessores facere decidit, ꝙ excusatur a pœna propter illam consuetudinem, licet iniquam: quia
3 omnis causa licet fatua excusat q̄dem a dolo: † vt l. ex consensu. §. fina. ff. de appe. in gloss. & ibi Angel. & idem Ang. in l. j. ff. de eo per quem fac. est. ideo dixit glo. & Bald. in l. j. C. vbi causa sta. ꝙ bona fides etiam causatur ex iniustis & temerarijs causis. facit. l. plagij. C. de pla. & glo. quæ reputatur singul. in d. c. cum venerabilis. de consuetu. & facit. l. j. ad finem. ff. de abigeis. & quod habetur in l. miles. §. mulier. ff. de adul. & quod voluit Bar. in l. diuus Claudius. ff. de his qui vt indigni. & Ange. in l. plagij. & ideo dixit gloss. singul. in l. in hac. ff. de condictio. tritica. quòd colorata causa excusat quem a dolo, & a pœna interitus. Et ideo dixit Barto. in l. fin. ff. de quæst. quòd vnus testis deponens de vno facinore facit sufficiẽtem præsumptionem vt quis torqueatur. Ita dicamus in casu nostro, vt excusetur a calumnia & temeritate Potestas Mutinensis, & adduci posset ad confirmandum illud dictum Ange. quod voluit Hostien. in d. c. qualiter. el 2. de accusa. vbi dicit, non est necesse recipi testes super infamia: quando iudex ordinarius est & consequenter certus est de inquirenda infamia, & ita dicit, ꝙ loquitur. d. c. qualiter. secus dicit esse in delegato. & ita dicit loqui. c. inquisitionis. & c. cum oporteat. & remittit se ad ibi no. & ad c. inter. de purgat. cano. & sic voluit bellissimè Hostien. illud, quod voluit Angel. quòd cum iudex inquirit ex mero suo officio, non est opus, ꝙ recipiat probationes vt infamia præcedat quoad ordinarium, non tamen procedit quoad delegatum: sed iste Potestas est ordinarius, qui processit, ergo seq̄tur, ꝙ non fuit opus ꝙ p̄cederet diffamatio ꝯ ipsum do. Gem. ¶ Ista sunt quæ vidẽtur satis coloratè excusare curiam: sed pro certo non obstant & Ang. sua honorificẽtia salua, malè loquitur & etiam dictum Host. non tenetur, & iam, vt ex superius relatis apparet, Io. An. do. Cardi. do. Ant. do. Abb. in d. c. cum dilecti. de dolo & contu. tenuerunt aperto ore, ꝙ requiratur, ꝙ præcedat infamia eo casu, quod iudex tenetur ex suo officio inq̄rere. & idẽ voluit Bal. in tot locis allegatis superius, & sic licitũ est arguere ab authoritate maiorum. vnde authoritas maiorum habetur pro casu legis: vt est tex. val. de sing. & ibi Ang. in l. si idem cum eodẽ. in prin. ff. de iurisdi. om. iud. & probatur in c. j. de deci. ergo sequitur, ꝙ ista est vera conclusio, ꝙ debuit præcedere diffamatio: licet iudex sit ordinarius, & ex suo officio teneret inquirere: & facit ratio. vt tollatur via iudicibus, vt nõ effrenatè inquirant & molestent subditos principis, & eos fatigẽt laboribus & expẽsis, vt voluit Nic. de Mat. & Bal. in d. l. iubemus. C. de prob. Et adduco in mediũ dictum do. Card. in commento. d. c. qualiter. el 2. in 22. q. vbi commemorat illam doctrinã Hosti. inter delegatũ & ordinariũ, & dicit ꝙ sicut in iudice delegato requiritur, ꝙ præcedat diffa-
4 matio, quãdo inquirit ex suo officio, † vt in d. c. cum oporteat. & d. c. inq̄sitionis. ita req̄rit in ordinario, & dicit, ꝙ illa differẽtia, quã ponit Hosti. nõ probatur iure.

re.& per consequens silere debet.l.illam.C.de colla. Authen.de trien.& semis.§.consideremus.dicit etiã, ꝙ non procedit de iure, qđ dicit Hosti.ꝙ ordinarius est certus, nam hæc certitudo, quam habet, non habet vt iudex:& ideo non sufficit ad procedendum iudicialiter, allegat.c.2.de offi.ord. ideo dicit, ꝙ tam in ordinario, quàm in delegato inquirente ex suo officio contra certam personam requiratur, ꝙ de excessu inquisiti aliqua intelligentia peruenerit ad iudicem per clamorem, & famam, vt probatur in d.c. qualiter.nec dicitur peruenisse. nisi sciat tanquàm iudex. & sic vterque iudex tã delegatus q̃ ordinarius debet pręmittere inquisitionẽ infamię,& sic eã omittit, licite appellat, ar.illius c.qualiter.& c.2.de accu. lib.6.Et si inquisitus non reclamaret, posset procedi ad inquirendã veritatem,& sic do.Car.concludit, ꝙ præcedere debeat diffamatio.¶ Et si dicatur, ꝙ Ang. mouetur ex c.j.de offi.ordi.vbi probatur, quòd ordinario loci competit libera potestas inquirendi: nam hoc verbũ libera, excludit iuris solennitatẽ: vt no. in c.de multa.de præben. & in c.licet cãm.eo.ti.li.6.c.j. de regula.in ver.libera.c.statuimus, in ver.liber.eod. ti.c.2.§.sanè.de testa.lib.6.c.j. de rescri. cum ergo ibi dicatur, ꝙ episcopus habet liberam potestatem inquirendi & vlciscẽdi, sequit, quòd potest inqrere nõ præcedẽte diffamatione: qa aliàs non diceretur habere liberã.ꝓ certo in hoc Ang. vehemẽter erat multifariè, multisq; modis. primò qa ille text.loquit de iure canonico,& non de iure ciuili,& do.Ange. vult extendere illũ tex. q loquitur de episcopo ad Ptãtem secularem, cũ sua reuerẽtia Ang.nõ rectè loquit: qa de iure canonico remediũ inquisitionis est ordinariũ: sed in c.cũ oporteat.dixit, ꝙ est extraordinariũ remediũ.Bal.in l.ea qdẽ.C.de accusa. cõcordat, & dicit, ꝙ ordinariũ de iure canonico, sed de iure ciuili est extraordinariũ, nisi de iure ciuili esset ꝑmissa & iussa a statuto: qa tũc esset de iure ciuili remediũ ordinariũ, ita dixit in l.j.§.initio.ff.de offi.præfec.vrb.& facit, qđ voluit idẽ Bal. in c.super literis. de præscr.& Bar.in l.si maritus.§.j.ff.de adul. & Ange.ibi.& facit, quod voluit idem Bald.in d.c.j.de offi.ordi.vbi dixit, ꝙ inquisitio est remedium ordinarium de iure canonico, secus dicit de iure ciuili: nam omnis exceptio, quæ est contra regulas, & ex officio iudicis, videtur esse remedium extraordinarium, vt l.planè.ff.de petit.hæred.ideo Ang. non rectè extendit.d.c. loquens de episcopo ad Potestates terrarum: qa arguit a regula ad exceptionem, quod esse non debet.exceptio enim deuiat a regula.l.in his.ff. de legib.l.j.ff. de reg. iur.l.nam quod liquidæ.ff. de pe.lega. & sic non bene ponderauit Ang. Secundo potest responderi, ꝙ licet ille tex.ita dicat, ꝙ habet liberã potestatẽ inquirẽdi, debet restringi ad regulatã a iure, ex quo ꝑ alia iura ita debet præcedere frequẽs clamor cõtra inqrendũ: ideo restringetur.d.c.j.per d.c. qualiter. & sic ille tex.non videtur excludere, ꝙ non debeat præcedere diffamatio.vnde D.Car.in d.c.j.colligit, ꝙ etiã, episcopi habent in suis diocesibus ordinariã iurisdictionẽ, & ad hoc quotidie allegatur ille tex.secundũ eum, & ex quo ille tex.dicit liberam.D.Car. ibi dicit ꝙ intelligitur, ꝙ episcopus habet merũ & mixtũ imperium, cum ex suo officio possit procedere sup criminalibus,& facinorosos homines animaduertere, hæc enim sunt meri imperij.l. imperiũ.ff. de iurisd. om.iudi. & sic intelligit, ꝙ habeant per illa verba liberã ptãtem, imperiũ merũ & mixtum. Et accedat, quod voluit do.Ant.ibidẽ dicens, ꝙ in concessione liberæ ptãtis non vr̃ concessum aliquid contra iura, sed videt restricta ad limites iuris secundùm eum allegat ea, quę habentur in c.j.& c.ne innitaris.de constitu. hoc apertè aperit ille text. & ideo dicit ibi Ioã. de Imo.ꝙ non simpliciter cõceditur potestas inquirendi & vlciscendi episcopis: sed restringitur per illum text.in versi. secundum canones. & sic secundũ quòd canones mandãt,& sic non simpliciter conceditur libera potestas inquirendi, & hoc gloss. voluit. Sed vbi simpliciter conceditur libera potestas procedendi, an possit procedi non seruata solennitate iuris.non decidit Ioann.de Imol.ibi: sed remittit se ad no.per Bar.in extrauagan.ad reprimen.in verbo. videbitur.& sic apparet, ꝙ Angel. malè allegat illum text. adhuc clarius loquitur Bald. in d. c.j. vbi dicit, quòd vbi datur libera potestas procedẽdi, vel inquirendi, ꝙ non videtur data contra ius: ideo infert ad quæstionem statuti disponentis, quòd potestas possit liberè inquirere, vtrum possit per illud verbum, liberè, inquirere nulla præcedente infamia, & decidit ꝙ non, per illum text.cum glo. ꝙ dicit esse menti tenendum. Ecce nunc, qualiter Bald. in indiuiduo decidit quæstionem nostram: vnde videtur dicere, ꝙ posito: quod potestas habet liberam potestatem inquirendi,& latum, plenum & liberum arbitrium: nihilominus non poterit inquirere, nisi præcedat infamia. ergo licet iste Potestas habuerit absolutum arbitrium: non tamen videtur absolutum, vt non præcedente infamia inquirat.& sic Bal.apponit gladium ad radicem huius hæsitationis. Et sic apparet, ꝙ Angel. imperitè loquitur & malè intellexit illum text. Et subdit Bald.in d.c.j. ꝙ quædam est inquisitio de fama, quędam propter famam inhęrentem contra certam personam. In prima inquisitione non requiritur citatio alicuius.l.congruit.ff. de offic.præsi. nam talis inquisitio est extraiudicialis, vt not.Inno. in c.cum in tua.qui ma.accu.pos. sed in secunda inquisitione debet citari reus,& oportet, quòd contra eum sit frequens & clamosa fama, nam vbi non est fama, ibi non est accusator. Fama enim habetur loco accusatoris, qua deficiente, cum nemo inquisitio-
5 nem prouocet, non potest inquiri. † l. rescripto.§.si quis.ff.de muner. & hono.& ita ibi residet Bald. Ecce nunc qualiter Bald. in terminis decidit istã quæstionem: quia posito, ꝙ Potestas velit ex suo officio inquirere contra aliquẽ non potest, nisi pręcedat clamosa fama, ẽt si habeat liberum arbitriũ. Et pro certo est ibi text.& gl. Et vlterius adduco, qđ voluit do. Petrus de Anchar.in d.c.j.vbi colligit, quòd ille, cui conceditur libera potestas inquirendi, tenetur obseruare constitutiones, & iura. Et etiam dicit, quòd si concedit liberũ arbitrium tenebitur seruare constitutiones, & iura, & decidit ꝙ sic, & remittit se ad no.in clemen.pastoralis.de re iud.c.veniens.de iureiuran.& sic domi.Pe.decidit istã quęstionẽ in terminis.posito ergo ꝙ iste Potestas habuisset latũ & absolutũ arbitrium: tamen debuit inquirere fama præcedente, & per consequens nõ excusatur vigore absoluti arbitrij. Et dicit do.Pe.ibi, ꝙ episcopus habet a iure cõmuni omnimodã iurisdictionẽ ordinariã, non delegatã quæ certam causam & personas comprehendit,& sic intelligit do.Pet. ꝑ illa verba liberã, idest oĩmodã iurisdictionẽ, colligit etiã do.Ant.ꝙ illud verbum liberè excludit requisitionem alterius, seu impedimentũ, si alicui concedatur libera potestas,& allegat, qđ habetur in c.de multa.de præben. & in c.licet eps.e.ti.li.6.Et adduco tex. in terminis in ca.irrefragabili.de offi.ord.in prin.vbi probat, quòd si detur alicui libera potestas liberè ꝓcedendi, quòd non videtur data potestas, vt excedat formam iuris, & ibi dom.Anton.colligit, quòd si data est potestas alicui cũ clausula, vt liberè possit procedere, & causam terminare, quòd propter hoc non videtur data potestas procedendi iuris ordine nõ seruato, voluit gloss. in l.j.C. de sacrosanct.eccle. & adduco gloss.in auth.

authent. omnes peregrini, C. communia de success. vbi text. dat liberam potestatem testandi, & gloss. ibi restringit illa verba, dummodo seruetur iuris solennitas. Et accedat, quod voluit Bal. in l. si quis maior. C. de transact. vbi dicit, quòd dicitur liberum arbitrium, quod est iuris ordinis subiectum, quòd dicit facere ad statuta concedentia certis causis liberum arbitrium: quia si tendit in preiudicium alterius, debet intelligi de ea libertate, quæ in se continet equitatem, nō autem quòd possit præferre iniquū æquo. Facit l. si quando. C. de inoffi. testa. vbi si conceditur libera potestas testandi, intelligitur, dummodo seruetur solennitas iuris. Et ibi dixit Bald. quòd si Papa concedit alicui, quòd possit liberè testari, debet cauere de restituendis vsuris. Et si princeps concedit patri, quòd possit libere instituere filium spurium, intelligitur seruata solennitate iuris. Et facit, quod voluit Ioann. de Imol. in d. c. irrefragabili. vbi dixit, ꝙ vbi istud verbum libera potestas refertur ad actus extraiudiciales, tunc excluditur iuris solennitas. ita ibi dixit. facit. d. c. j. de regula. libr. 6. in versicu. liberi. & c. statuimus. e. titu. & c. 2. de testam. lib. 6. & c. lator. de homici. coniuncta sua gloss. Cum ergo nos simus in actu iudiciali, ergo non intelligitur exclusa iuris solennitas, maximè quando tendit ad præiudicium alterius, & adduco dictum Bald. in d. l. si quando. C. de inoffic. testa. vbi dicit, quòd quando non potest omitti solennitas, nisi cum iniuria alterius: & tunc nunquam videtur sublata talis solennitas. Facit. l. 2. §. meritò. & §. si quis a principe. ff. ne quid in loco public. & sic cum in casu nostro si inquireretur non præcedente infamia, agit de preiudicio inquisiti, ergo sequitur, quòd non videtur sublatus ordo iuris, vt non præcedat infamia. Et facit, quod voluit Bald. in d. l. j. ff. de testa. mili. vbi refert Bartol. consuluisse in facto, quòd si alicui conceditur liberum arbitriū, non poterit derogare priuilegio alicuius per illum textum. per l. decurionibus. C. de silen. libro 12. ergo sequitur, quòd multofortius non præiudicabit in hoc, vt non præcedat infamia. facit, quod voluit Bal. in l. j. ff. de testa. vbi dicit, quòd si Papa concessit committi Nicolao plenum & liberum regimen alicuius, quòd non poterit expedire causas de plano & leuato velo. Ita dicamus in proposito nostro, quòd non poterit inquirere non præcedente infamia Potestas habens arbitrium absolutum. Et pro certo videtur casus formalis in d. c. j. de offic. ordin. nam ille text. loquitur in ordinario habente Potestatem vlciscendi & inquirēdi de crimine de iure communi, & tamen nihilominus restringitur, vt seruet ordinem iuris in inquirendo, ne procedat ineffrenatè & temere ad inquirendum, eodem modo videtur dicendū in arbitrio concesso huic Potestati latè & absolutè in criminibus: quia intelligitur, vt seruet iuris ordinem, vt præcedat infamia. Et adduco, quod pulchrè voluit Bald. in capitul. j. de rescript. vbi dicit, ꝙ istud verbum, liberè, significat libertatem munitam ratione, solennitate, & legibus, allegat not. in l. j. C. de sacrosanct. eccle. & dicit, quòd tunc significat voluntatem absolutam, quando nemini præiudicat. Et ad l. j. ff. de testam. mili. & ad dicta Barto. ibi & aliorum respōdet, quòd illud indultum non continet detrimētum alterius, aliàs secus, allegat. l. impuberi. ff. de administ. tutor. & induco ego nouissimus tex. illum in l. prima. ff. de testa. mili. nam potestas testandi fuit concessa militibus, & licet fuisset data libera: tamen adhuc non erat bene prouisum militibus: quia testamenta & legum obseruantia vocarentur. demū plenissima fuit indulgentia concessa, vt quo modo possint, faciant testamenta, & sufficit nuda voluntas testantis. Ecce nunc quòd per verbum, libera potestas testandi, non fuit derogatum solennitatibus legum, nisi princeps vltra concessisset specialiter disponendo, & sic si rectè ponderetur text. d. l. j. non probat illud, ad quod allegatur, & istud voluit Ricar. de Salyce. in repetitione. l. j. C. de sacrosan. eccle. & per cōsequens non ob. d. l. j. tum quia est indulgentia: tum quia nemini nocet indulgentia illa, sed prodest militibus: tum quia lex vltra processit: tum quia profertur in actu extraiudiciali, vt voluit Ioan. de Imol. in d. c. irrefragabili. & per consequens non meretur allegari ad huiusmodi arbitrium latè & absolutè cōcessum Potestati Mutinæ: quia videtur, quòd huiusmodi arbitrium restringatur, vt nō prætermittat illa iuris solennitas, vt prius præcedat infamia: quia concessa non videtur effrenata potestas inquirēdi temerariè & calumniosè contra eos, qui sunt magnæ fidei & opinionis, qui nō sunt facinorosi. nec videtur de mente concedentis, cum de præiudicio suorum subditorum agatur. Et sic apparet ex istis, ꝙ Angel. non rectè loquitur in d. l. si vacantia. Et accedat ad prædicta, quod voluit Salyce. in d. l. ea quidem. C. de accusat. vbi dixit, ꝙ iudex non potest descendere ad specialem inquisitionem, quando diffamationes & clamores hominis vel iuris cessarēt, nisi per aliquem actum iudiciarium præcedentem sibi constarēt verè, vel præsumptiuè personam illam illud delictum commisisset, his cessantibus non inquirit nisi ad denunciationem officialis: vt ibi. & l. diuus. ff. de custo. reo. & tunc est ratio: quia cum denunciatio fiat de euidenti & notorio, cessat in iudice omnis suspicio. Quinimmo dicit ibi Salyc. quòd iudex incideret in suspicionē, si tunc dissimulando ius reipublicę indiscussum relinqueret, & illa est ratio potissima p̄ quā apparet quare & quādo permissa fuerit, & sit inquisitio, seu inquirendi facultas. Et subdit ibi Salyce. in ver. ex prædictis habens. ꝙ licet statuta terrarum debet potestatem præsidibus inquirēdi de oī crimine, nō ꝓpterea ad spālem inqśitionē pñt venire, nisi aliquid de prædictis interuenerit: qa declarationē recipiūt statutā a iure cōi: vt l. 2. C. de noxali. l. vt gradatim. §. sed si lege. ff. de mune. & honor. ita ibi resîdet Saly. ex cuius doctrina videtur decidi ista difficultas. vnde possit ꝙ Ang. dixerit, ꝙ Potestas pōt inquirere ex suo officio non præcedente infamia: tamen non rectè loquitur, & ꝯtrium decidit Sal. in d. l. ea quidē. voluit enim, ꝙ iudex non pōt inquirere ex suo officio non præcedēte infamia, & etiam voluit, ꝙ licet statutum det potestatē inqrendi, tñ restringitur. vt præcedat infamia, & per ꝯñs non potuit vigore arbitrij inquirere non præcedente infamia. ¶ Si dicat, ꝙ illa verba apposita in verbis arbitrij plenū, latum, amplū & absolutū arbitrium procedendi, inquirendi, inuestigandi &c. & illa verba concedimus licētiā ac plenū arbitriū, quatenus in criminalibus possis procedere cōtra quoscunq; delinquētes, & vt vltra & aliter q̄ iura & statuta & prouisiones, constitutiones & ordinamenta ciuitatis nostræ Mutinæ velint, atq; disponant, non obstantibus ipsis iuribus. vnde posito quòd dicta verba importent plenum, & liberum arbitrium, & nō sic regulatum a iure: vt l. fideicommissa. §. quamquàm. ff. de leg. 3. & ad hoc illum tex. allegauit Barto. in d. l. si sic. ff. de lega. 1. & etiam illum allegauit in extrauag. ad repri. in verbo, videbitur, & etiam illū allegauit d. Ant. in c. j. de cōsti. & quod habetur in l. si procurator. C. de procura. & faciat. l. si cum dies. §. plenum. ff. de arbi. & per consequens important dispositionem non regularam a iure: vt in capi. de eulogijs. 17. distinct. & in cap. Nicena sinodus. 31. dist. & c. qui emendat. 45. distin. ad ista iura potest responderi multifariè, multisque modis. Primò, ꝙ nō propter hoc videt tolli ordo iuris,

ris, vt precedat infamia, vt voluit Bal. & Pe. de Anch. in d.c.j. de offi.ordi. vbi dicunt, quòd licet detur libe rum arbitrium inquirendi: tamen debet præcedere infamia, & ita est in isto arbitrio absoluto dato Potestati Mutinæ: quia debet præcedere infamia contra facinorosum, contra quem inquiritur: sed in casu nostro non præcessit infamia. ergo sequitur, ꝙ nõ potuit. Item in casu huius arbitrij ita absolutè dati ex illo indulto, dico ꝙ videtur excludi dolus Potestatis inquirentis, & intelligitur, dũmodo Potestas non sit in dolo: vt l. creditor. §. Lucius. ff. mand. & voluit Ang. in l. si mora. ff. solu. mat. Et ibi Ioan. de Imo. dicit, quòd punietur de his, quæ dolo & lata culpa fecit, vt probatur in l. in venditione. §. j. coniuncta le. prætor ait. §. præterea. ff. de bon. autho. iudi. poss. & l. Aurelio. §. j. & l. si quis rationes. ff. de libe. leg. & l. si seruus vetitus. ff. de leg. j. vbi quis tenetur de his quę dolosè gessit: sed in casu nostro curia fuit in dolo procedendo ad torturam ita, vt fecit contra hominem honorabilem, egregium & magnę fidei & probatæ vitę, vt fuit, & est d. Gem. vt ex inferius dicendis apparebit, & maximè: quia dictum arbitriũ limitatã & restringitur ex verbis inferioribus: non enim princeps concessit absolutum arbitrium contra dispositionem iuris communis, aut statutorum, aut consuetudinis: immo dumtaxat dicitur in dicto arbitrio, in criminalibus dumtaxat tam secundum formam præscriptam a statutis, prouisionibus & ordinibus illius nostræ ciuitatis, quàm etiam ſm consuetudinem illius nostri palatij & curiæ & etiã aliter & aliter, prout tibi videbitur expedire, & prout & sicut tuæ prudentiæ videbitur vtile & salubre, ex quibus apparet, quòd non fuit concessum arbitrium contra statuta Mutinæ, nec contra consuetudinem curiæ Mutinensis: immò fuit restrictum, vt secundum statuta & consuetudinem, & appositum est illud verbum videbitur, quod importat arbitrium boni viri: & sic restringitur illa verba, absolutũ arbitriũ, ad arbitriũ boni viri, vt in extraua. ad repri. in verbo videbitur, per Bart. sed curia in casu isto excessit omnem iuris communis & statutorum dispositionem & cõsuetudinem palatij, vt procederet ad inquirendum nulla præcedente infamia, ergo non potuit hoc facere, nec ex dispositione iuris cõmunis, nec ex potestate arbitrij: & ideo debet intelligi & restringi istud absolutum arbitrium, vt nõ excedat ius absolutum Mutinæ, nec consuetudinem palatij, nec arbitrium boni viri, & per consequens minus habet dubium ista consultatio: quia posito quòd arbitrium esset liberum: tamen debet præcedere infamia, vt voluit Bald. & Pet. de Ancha. & etiam quòd restringitur ex verbis dicti arbitrij. Et sic sequitur, quòd potuit inqrere curia non præcedente infamia. Et aliàs vidi in cõtingentia facti, quòd Vicarius Episcopi Parmensis inquisiuit contra quendam clericum non præcedentibus indicijs, & etiam negans dare copiam indiciorum & processit ad vlteriora. & ille clericus inquisitus conquestus fuit hic Bononiæ coram delegato, & obtinuit contra illum vicarium, ꝙ malè & imperitè inquisiuisset, & ita cõsului. ¶ Et si dicatur,
6 ꝙ excusari non potest curia† ex doctrina Ang. in d.l. si vacantia. dico ꝙ excusari non potest ex eo: quia illa doctrina est contra omnem antiquam & modernam iurisprudentiam: nam omnes tenent contrarium, & contra illam doctrinam est casus in d.c.j. de offic. ord. & in d.c. qualiter. el 2. & c. cum oporteat. & d.c. inquisitiones. & sic tanꝗ cõmuniter damnatũ non excusat curiam, & maximè: quia processit curia ad torturam, quo casui non loquitur Angel. & ideo debuit seruare communem opi. quam qui contemnit, malè iudicat, & malè procedit & puniri debet: quia communis opi. est seruanda: vt l. j. ff. de offic. q̃stor. in ver. crebrior apud veteres opi. & l. j. ff. de senator. l. athletæ. §. calũmniator. ff. de his qui not. infa. & l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. c. de quibus. 20. dist. Innoc. in c. ne innitaris. de consti. Ioann. Andre. in c. j. eo. ti. Host. in c. cappellanus. de fer. glo. in c. j. de postula. præla. libr. 6. Barto. in l. fin. C. de pœna iudic. Bald. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offic. proconsul. Angel. in l. cum prolatis. ff. de re iudicat. ¶ Sed si quispiam opponat & dicat, Amice, licet non præcesserit infamia contra dom. Gemin. tamen præcessit pręsumptio & semiplena probatio falsitatis: ergo potuit curia procedere ad inquirendum, & ad torquendum. vnde Bal. in locis allegatis superius dixit, si præcedat infamia, vel indicia: sed in casu isto præcedebat testificatio illius testis: ergo potuit moueri ad inqrendũ & ad torturam, vt voluit Bar. in d.l. fin. ff. de q̃onibus. & Bal. in d.l. athletas. §. calũniator. q̃rit, vtrum probatio vnius testis excuset ab ista præsumpta calumnia, allegat Specul. ꝙ sic in ti. de accu. in fi. & de calum. in fi. & ideo dicit, ꝙ est pręsumptio hominis & non legis, ꝙ ille, qui non probat, præsumatur calumniari: sed tamẽ est præsumptio leuis, q̃ de leui remoueretẽ per contrariã pręsumptionem: vt l. diuus. ff. de in integ. rest. & ita videtur dicendum, ꝙ excusetur a præsumpta calumnia propter testificationem illius testis, & sic excusatur curia. Ad hoc respondeo, ꝙ huiusmodi redẽptio testis fuit legitimè facta: ergo non valuit talis receptio: vt c. in nomine domini. de testi. l. si quando. C. eo. tit. ergo nõ potuit curia fundare se super illo teste recepto non citato do. Geminiano. ergo sequitur, quòd nõ potuit se fundari super dicto illius testis: quia curia mouetur ad inquirendum, debet moueri præcedente infamia, vt dictum est, ergo non potuit recipere illum testem specialiter contra dictum Geminianum non præcedente infamia. Et multominus ad depositionem illius testis potuit procedere ad torturam, hoc decidit in indiuiduo Angel. in l. de tormentis. C. de quæstio. vbi dicit scias, quòd licet vnus testis de veritate sit sufficiens ad torturam: vt in l. si quis. C. ad legem iuli. maie. quasi faciens semiplenam probationem: vt l. in bonæfidei. C. de iureiurand. l. admonendi. ff. eo. titu. tamen dicit illud procedere in teste, qui est omni excep. maior. Et etiam quærit ibi Ange. vtrum testis, qui non debuit examinari, si fuit examinatus, faciat indicium. dicit Barto. in l. maritus. ff. de quæstio. vbi Barto. multifariè loquitur de teste, qui non debuit examinari: sed quoad casum nostrum dicit, ꝙ testis, qui debuit recipi parte citata, vt l. si quando. C. de testi. c. in nomine dñi. eo. ti. si fuit receptus parte nõ citata, dicit, ꝙ non facit indiciũ, & sic non statur dicto suo. cum ergo non fuerit citatus do. Gemi.
7 qñ recepit illum testem, ergo nõ facit indicium † ergo nõ potuit curia procedere ad torturam, q̃d dictũ apponit gladium ad radicẽ huius dubitationis. ¶ Et est aduertendum, ꝙ inquantum Ang. dicit, quòd ille testis debet esse omni exceptione maior, ad hoc vt per eum deueniatur ad torturam. Dico, ꝙ ista fuit doctrina Barto. in l. fin. ff. de quæstio. vbi dicit, quòd vnus bonus testis deponens de veritate: quia dicit se vidisse accusatum, vel inquisitũ delinquere, est sufficiens ad torturam, & sic requiritur, ꝙ sit vnus bonus testis de visu, vel confessio rei. Et idẽ voluit Bal. in l. milites. C. de quæstio. vbi dicit, vtrum vnus testis deponens de veritate faciat indicium ad torturam, decidit quòd sic, dummodo sit talis testis, qui non possit exceptione repelli, allegat not. in d.l. si quis. & q̃d hr̃ in l. 3. §. diuus. ff. de testi. Et multominꝰ dicit in cã criminali, vbi reqrĩt maior ꝓbatio & dilucidior, allegat not. in d.l. maritus. & in l. fi. C. ad Sylla. ¶ Et si

dicatur, quis dicitur testis omni exceptione maior, dico, quòd text. in c. atsi clerici. de iud. in versi. legitimam probationem. gl. ibi dicit, quòd legitima probatio dicitur, quæ sit per testes omni exceptione maiores. dicit, quòd ille dicitur esse omni exceptione maior, qui non potest repelli aliqua exceptione. Et facit, quod voluit Bar. in l. j. §. idem Cornelio. ff. de q̃stio. vbi dicit, quòd vnus testis facit iudicium ad torturam sufficiens, quando est integer testis, secus dicit, si est seruus infamis, vel vilis, quia tunc non facit indicium ad torturam. Facit, quod voluit Ang. in d. l. si quis, vbi dicit, quòd debet testis esse omni exceptione maior. Et sic diligenter est ponderandum dictum Bar. quia vult, quòd non sit vilis testis, & quòd sit bonus testis. sed in casu nostro iste testis est vilis homo: quia dicitur, quòd est fur, & infamis, vilis & abiectus & consanguineus partis aduersæ, & fuit ꝓductus non præcedente infamia, nec citata parte, cõtra quam producebatur: ergo non fecit indicium, nec præsumptionem ad torturam. ¶ Et si dicatur, ꝙ potest recipi testis ex officio iudicis ad in formationẽ curiæ: quia tunc non requiritur partis citatio, vt voluit Inn. in c. bonæ. de elec. in c. cum in tua. qui ma. accusa. pos. Respondeo, istud non obstare: quia procedit, quãdo recipitur testis super fama, vt possit inquirere. Ita dicit ibi Inn. & facit, quod voluit Bal. in l. qui testamento. §. per contrarium. ff. de testa. Ita dicit Lud. Ro. in suo notabili 321. sed in casu nostro iste testis fuit receptus super crimine & super veritate criminis, quo casu requiritur citatio eius contra quem producitur. ¶ Et si quispiam opponat, quòd quando iudex inquirendo recipit testes, non requiritur citatio partis, vt dixit Hostien. in c. qualiter. el 2. de accus. dico illud dictum non esse verum, & fundamentum eius est tex. in d. c. qualiter. §. debet. vbi dicitur, quòd iudex habet dare nomina testium parti, ex quo infertur, quòd non debet citari: quia si deberet esse præsens, non oporteret sibi nomina exhiberi: qa pro certo istud non sequitur. pone, quòd esset testis ignarus, deberent tunc exhiberi nomina testium: licet esset citatus. ergo &c. Facit, quòd in criminalibus debet procedi ad similitudinem causarum, ciuiliũ: vt l. absentem. ff. de pę. sed in causis ciuilibus requiritur citatio per iura allegata superius, immo multo magis cum cautius sit agendum: vt in c. vbi periculum. de electi. libr. 6. & istud tenuit Lud. Rom. in suo not. 321. & per consequens laborant tres defectus in isto teste: quia vilis, & suspectus, infamis, ꝙ abiectus, clandestinè receptus, non citata parte & super veritate criminis nulla præcedente infamia: ergo sequitur, quòd nullo modo potuit curia torquere dictum do. Gemi. quinimmo plus dico, quòd debebat prius articulari & probari, antequam deueniretur ad torturam, quòd crimen erat probatum per vnum bonum testem, integrum & omni excep. maiorem. Et ad hoc adduco, quòd voluit Bar. quem seqtur Ang. in l. j. §. si quis neget. ff. quemadmo. test. ape. vbi dixit, quòd vbi qualitas testis est causa plenę probationis, illa omnino est articulanda & probanda: vt puta si statutum dicat, quòd testes debeãt esse optimæ opinionis in probanda fama. Cum ergo in casu nostro lex requirat testem omni exceptione maiorem, sequitur, quòd est articulandum & probandum, & ꝑ consequens debuit iudex antequàm veniret ad torturam pronunciare, quòd probatum erat crimen per testem omni exceptione maiorẽ ad hoc, vt posset deuenire ad torturam. ergo sequitur, quòd nullã coloratam cãm habuit curia torquẽdi tam celebrẽ virum, & per consequens fuit in dolo. Nec obstat cũ superius opponebatur, quòd excusatur iudex inquitens, si probatum fuit crimen per vnum testem: quia procedit, quãdo fuit bonus testis & oĩ excep. maior, quòd non fuit in casu nostro. Nec ob. cum opponebatur, quòd colorata & iniusta causa excusat quem a dolo: quia in casu nostro curia fuit in dolo euidenti: quia in re ita ardua debuit maturè & secundum iuris tramitem procedere & non fulminare & grauare irreparabiliter. D. Gemi. ¶ Præterea ex alio apparet, quòd non potuerit curia torquere dictum Geminianum: nam inquisito debet dari copia indiciorũ, vt se defendat † ita dixit D. Car. in c. qualiter. el 2. de accus. in 6. notab. Ita voluit Barto. in l. vnius. §. cogniturum. & in l. fi. ff. de quæstio. & in l. custodias. ff. de pub. iud. sed cum dictus D. Gemi. esset ductus ad locum tormentorum petijt copiam indiciorum, vt se purgaret & defenderet suam innocentiam, si ita erat, quòd indicia fuissent contra eum probata, & sic de iure communi, & etiã de iure municipali tenebatur Ptãs dare copiam indiciorum & dilationẽ ad ea purganda, si inquisitus petierit, & dicta curia denegauit dare copiam indiciorum & terminũ ad se defendendum, quod est contra omnem iuris censurã: quia Bart. in d. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. dixit, quòd si reus se non defendat in causa criminali, quòd ipsemet iudex dẽt defendere † l. si non defendatur. ff. de pę. ideo curia debebat sponte sua offerre copiam indiciorum dicto inquisito, vt se defenderet: vt d. l. si non defendatur. ergo multominus potuit denegare copiam indiciorum, cum peterentur. ¶ Et si dicatur, quòd curia allegabat rationem, quòd propter timorem subornationis denegabat: ista est dolosa & iniqua responsio ex eo: quia si ita esset, quòd in datione indiciorum esset timor subornationis, sequeretur, ꝙ nunquàm daretur copia indiciorum, vt euitaretur subornatio: sed istud est falsum: quia permittunt iura simpliciter dari copiam indiciorum: vt in d. c. qualiter. vbi debet dari copia capitulorum. Et si ita diceremus, sequerentꝫ, ꝙ esset parata via ad occidendum innocentes, & ad denegandũ defensionem, quod est in iure hæreticum: quia defensio est de iure naturali. j. dis. c. ius naturale. & facto Prætoris tolli non potest. Et sic denegatio illa ex dolo & calumnia processit. Quinimmo plus dico, ꝙ timor subornationis non versatur, post quã publicatus est processus, & dicta testium sunt publicata, & petere copiam indiciorum non est petere dicta testium. Item in causa criminali vbi agitur de grauissimo periculo admittuntur testes post didicita testificata, argumen. l. prima. §. primo. ff. de quest. & l. diui fratres. ff. de pę. ita voluit ibi Bar. nam si hoc habet locũ in causa matrimoniali: vt in c. series. de testibus. multofortius in causa criminali, vbi agitur de morte ciuili & naturali. vnde fallarij dicunt mortui mundo, vt scribunt docto. in commento. l. transigere. C. de transac. item non vendicat sibi locum timor subornationis, vbicunq; testes non fuerunt rite examinati: quia tũc per didicita testificata non tollitꝰ facultas producendi testes & se defendẽdi. Et in casu isto fuit ille testis receptus non rite: quia non citato do. Geminiano, vt dixi superius. Et pro certo est admirandũ, ꝙ curia soleat iudicare secundùm leges & deneget graui & celebri viro facultatem se defendendi. immo non potuisset ipse do. Gemi. renunciare copiam indiciorum: quia in causa criminali non potest quis renunciare suæ defensioni, vt est gl. sing. in l. pactum inter hęredes. ff. de pac. ¶ Et si dicatur, ꝙ curia se excusabat: quia ex mero & puro officio procedebat: ideo denegabat copiam iudiciorum. Pro certo istud est indignum dicere, ꝙ quãdo iudex procedit ex mero suo officio, quòd potest denegare reo copiam se defendendi, istud est contra text. d. c. qualiter. §. debet. in ver. exponenda sunt illa capitula, de quibus

quibus fuerit inquirendum. vt facultatem habeat defendendi seipsum, & non solùm dicta: sed etiam nomina testium ei sunt exprimenda: quia exceptiones & replicationes legitimæ admittendæ sunt, vbi iudex procedit ex officio suo ad inquirendum: & tamen tenetur dare copiam capitulorum, indiciorũ & testificatorum per testes ad hoc: vt se defendat, & sic est ibi casus, ꝙ post didicita testificata in causa criminali admittitur probatio, vt se defendat reus, & sic ista excusatio est contra casum legis, & si verum esset hoc, dareẽ via istis latrunculatoribus suffocãdi innocentes & inducendi populos ad scandalum, vt videretur, quod ex odij fomite ꝓcederet talis inquisitio. ideo posset adduci illud virgilianum, Quod genus hoc hoĩum, queue hũc tam barbara morem ꝑmittit patria hospicio prohibemur auene. vt inquisiti prohibeantur a sua defensione, cum natura ipsa, vt inquit Albertus, dederit ipsis animalibus brutis certa instrumenta ad se defendendum, & iudex cum ex officio suo procedit, denegat homini, qui est sanctius animal, facultatem defendendi, ꝙ omnis censura abhortet. ¶ Et si dicatur, ꝙ curia se excusat ex lato arbitrio sibi collato per illustrem do. ducem in procedendo & puniẽdo facinorosos, & ita respondit curia do. Gem. petenti copiam indiciorum, vt se purgaret: quia non tenebatur ei dare vigore absoluti arbitrij sibi collati a principe, apparet respõsio data superius, vt per Bal. & Pe. de Anch. in d. c. j. de offi. ordi. Et etiam est aduertendum, ꝙ licet Potestas habeat ita latum arbitrium: tamen concessum fuit illud tale arbitriũ Potestati illud petenti, & per consequens erit strictè interpretandum, & in casu nostro apparet, ꝙ ad instantiam Potestatis fuerit cõcessum ergo præsupponitur, ꝙ ad instantiam Potestatis fuerit concessum. c. si motu proprio. de præben. lib. 6. l. j. C. de peti. bo. subla. libr. 10. Et sic ex isto capite strictè intelligetur, & dico, ꝙ licèt dicatur plenum, latum & absolutum, dico ꝙ restringitur secundum formã statutorum & secundum consuetudinem, & ita est casus formalis in c. j. de offi. ordi. vbi dicitur, ꝙ habet liberam potestatem inquirendi secundum canones. Ita hic habet absolutum arbitrium secundum formam statutorum & secundum cõsuetudinem. ¶ Et cum dicitur, & etiam aliter & alio modo, prout tibi videbitur expedire secundum exigentiam negotij & qualitates criminum, ita vt possis ad arbitrium tuũ modificare, limitare & interpretari statuta & ordinamenta illa & prouisiones, quæ in criminalibus disponunt, prout & sicut tuæ prudentiæ vtile & salubre fore videbitur pro bono & pacifico statu &c. Dico ꝙ ista verba etiam restringuntur ad arbitrium boni viri prout sonat verbum, videbitur: vt dictum est superius. Et plus dico, ꝙ ista verba declarantur ex quadam singulari & eleganti doctrina. Inn. in c. j. de consti. vbi dicit, ꝙ pp emergentiã casuum licitum est iudici leges transgredi. de quo dicto facit festum Bal. in c. j. §. iniuria. de pa. iura. fir. vbi dixit, ꝙ si quis dedit alapam Potestati, quòd poterit iudex excedere pœnam iniuriæ & arbitrari pœnam mortis: quia licitũ est iudici transgredi leges propter emergentiam casuum, & idem voluit Bal. in auth. sed nono. C. de ser. fugit. & allegat illud dictum Innoc. & idem voluit in l. j. C. de preci. impe. offer. & in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi. pro consul. & in l. quid ergo. §. pœna grauior. C. ex qui. cau. infa. irro. & in l. si quis filio exhæredato. §. hi. ff. de iniusto testa. & in rubrica de cõsti. & in c. 2. de re iudi. in quibus locis pulchra dicit allegando dictum Inno. in d. c. j. & voluit Saly. in d. l. & si seuerior. & Bar. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ord. fac. & probatur. in c. fœlicis. §. cæterum. de pęnis. lib. 6. & in l. si §. sed nec ad huiusmodi. C. de modo mulctan.

Et ex istis apparet manifestè, ꝙ do. dux per illa verba voluit, ꝙ si emergeret casus enormis, & esset cõmissum aliquod crimen horrendum, ꝙ tunc licitum esset Potestati in procedendo aliter & alio modo procedere, quam statuta & consuetudo disponit. & iste est verus intellectus illorum verborũ. & facit, quod voluit Ludo. Rom. in rubri. C. qui admi. Modò satis dolosè & calumniosè voluit curia procedere contra dictum Geminianum in vtendo dicto arbitrio primo: quia istud non errat horrendum delictum, & sic non sumus in casu arbitrij concessi secundo: quia non de iure, sed tantum vigore dicti arbitrij volebant suffocare defensionem innocentis. & vti arbitrio ad iugulandum innocentẽ. Quinimmo plus dixit text. in d. c. qualiter. §. debet. quòd scrutari dẽt veritas, & Bald. in l. præscriptione. C. si contra ius. ad finem, dixit, ꝙ licet causa summaria, intelligitur respectu dilationem, non respectu probationis: qa debet esse ordinaria & plenaria, & in l. pe. C. depositi. dixit, quòd licet depositum sit illico restituendum: tamen debet constare esse depositum. Et facit text. in c. nouit. de iudic. in verbo sufficienter ostendere. & c. veniens. de testib. & per consequẽs isto arbitrio ita lato debuit Potestas vti, vbi constabat, ꝙ quis commisisset horrendum delictũ: tunc enim poterat trãsgredi leges, sed ipse vtebatur ad denegãdum defensionem dicto domino Geminiano, ꝙ fieri non potest. vnde generalia verba legis non adaptantur ad impossibilia ipsi legislatori: vt c. a nobis. de sentẽ. excommun. c. tua. de decim. c. ecclesia. de constit. Bal. in l. final. §. in computatione. C. de iure deliberand. sed princeps nõ posset in specie tollere defensionem
10 reo † vt in clement. pastoralis. de re iudic. cum simil. ergo per illa verba generalia apposita in dicto arbitrio non videtur fecisse illud, quod in specie facere non potuit, nec est dicendum, ꝙ vigore illius lati arbitrij potuerit Potestas ponere virum præstantem, celebrem, & honorabilem ad tormenta aliter non constitutio contra eum, ꝙ huiusmodi raturam fecerit, maximè denegando copiam indiciorum, vt posset innocentiam suam ostendere, quo casu videtur contra curiam, casus valde est singul. in l. lex iulia de repetundis. §. fina. ff. ad legem iul. repetund. vbi si iudex imposuit pœnam delinquenti non admittendo defensionem sibi competentem ex dispositione statuti, ꝙ punitur Potestas, quẽ tex. summè ponderauit Bald. in d. l. j. C. de deli. defunc. ver. & aduerte: quia si iudex fauore vel odio procederet iniustè, tenetur lege Corn. de fica. allegat. d. §. fina. vbi dicit esse tex. mirabilem, ꝙ iudex tenetur de eo, quod facit nimio calore, ira, aut feruore. & ita est in casu nostro: quia ex odio prorupit curia ad torquendum hominem honorabilẽ, voluit Bal. in l. vt vim. ff. de iusti. & iure. vbi dicit, ꝙ iudex nocentem debet absoluere, si ex statuto competat sibi ius: quia ad quid esset lex, si eam iudex nõ seruaret. Et etiam ibidem dixit, ꝙ si causa nõ cognita iudex infert grauamen in personam, potest sibi resisti armata manu, maximè si velit torquere: vt l. si quis prouocatione. C. de appel. Et ꝙ odio diabolico fecerit curia huiusmodi, excessum torquẽdi apparet ex pręcipitata ꝙ festinata factura eorum: qa inter capturam & torturã interuenit spacium duarum horarum, quo casu ex præcipiti festinatione apparet odium & iniustitia: ideo dicebat dom. Anto. in c. si pro debilitate. de offic. deleg. ꝙ sententia lata
11 ex consilio præcipitato est nulla. † & dicebat Bald. in l. captatorias. C. de testa. mili. ꝙ electio præcipitata est nulla. Et in l. j. C. de requiren. reis. dixit idem Bal. quòd pars potest excusare se dicendo non putabam iudicem ita festinare, allegat gl. in l. si expressim. ff. de ap. & quod voluit idem Bal. in l. cum ipse. ff. de excu. tuto.

tuto. Et ideo dicimus, ꝙ testis præcipitanter deponens præsumitur falsarius, ita est text.fin.in §.aliud. 5.q.6.facit l.si ita.ff.de manu.testa. in verbo præcipiti. & facit c.ponderet quisq; sermones suos.50.dist. & ibi gl.dicit tempore egemus, vt aliquid maturius agamus.& tex.in c.cũ ex literis.de in integ.rest.& qđ voluit Bart.in l.prolatã.C.de sen. & interlo.om.iud. & quod habetur in cap.nos in quemquàm.2.q.j.nec ex odij fomite debet inquirere iudex: vt in cap.Deus omnipotens.2.q.j.& d.c.qualiter.nam iudicium nostrum debet conformare se iudicio Dei: vt c. vt nostrum.vt eccle.benefi. sed Deus voluit videre veritatem,antequam puniret: vt in d.c. Deus omnipotẽs. ergo sequitur, ꝙ multofortius Ptãs iste debuit non ex irrupto & ex odio procedere ad torturam tã grauis,& præstantis viri:homines enim constituti in honore & dignitate non torquentur: vt l.milites.C. de quæstio.¶Et si dicatur,amice,istę do.Gemi. non est in dignitate constitutus.ergo &c. Ad hoc respõdeo, & adduco singulare dictum Bart. in l.capitalium.§. serui.ff.de pęn.vbi dicit,ꝙ sicut nobiles & constituti in dignitate non patiuntur pœnas plebeiorum, ita honorabiles ciues nõ patiuntur pęnas plebeiorum. Ecce nunc qualiter Bart. extenditur iura loquentia quoad pęnas corporales de viris cõstitutis in dignitate ad ciues honorabiles, ergo est casus formalis coniuncta doctrina supremi doctoris Bart. ꝙ honorabiles ciues non sunt torquendi ita vt plebei, quo ergo colore curia processit ita animosè & cum odij feruore ad torquẽdum honoratissimum ciuẽ denegando copiam defensionis ita præcipitanter.Ista ergo est species tyrannidis.& maximè:quia est causidicus doctissimus, quo casu est honorabilior alio honorabili ciue;vt dixit in simili gl.in Auth.de hære.& falci.§.si verò absunt.quã Bal.reputat sing. in auth. sed cum testator.C.ad legem Falc. & per consequẽs non potuit curia ita in feruore odij torquere istum celebrem virum,& pro certo hoc decidit text.in d.l. lege iulia.§.fin.in ver. calore tamen inducti interfecerunt.ita curia colore odij deuenit ad torturam.Et pro certo si impune tantus excessus permitteretur, esset pessimi exempli, vt cæteri prætores inducantur ex odio & feruore & præcipitanter ad torquendum bonos viros,ꝙ esse non debet: vt l.si quis aliqui.d.§. qui abortionis.in ver.mali exempli res.ff. de pœ.l.3. §.fi.& l.si mulierem.ff.de Sica.l.j.ff.ad Mace.l.exemplo.C.de prob. & per consequẽs pessima excusatione mouebatur curia ad denegandum copiam indiciorum & defensionis.Et ideo,ne futuri præsides ita inducantur,necessarium est punire istam curiam,vt futuri præsides a similibus terreantur.l.capitalium. §.famosi.ff.de pęn.c.irrefragabili.de offi.ord.c. quia propter.2.q.7.c.fi. de calũnia in vers. facile non prosiliãt. Et ẽt facit:quia huiusmodi amplitudo arbitrij data est Potestati pro bono & pacifico statu ciuitatis.Et pro certo ita vtendo pręcipitanter & in feruore odij denegando copiam defensionis tẽdit ad turbãdum pacificum statum ciuitatis ita tyrannicè seuiendo contra honorabilem ciuem & sic constare debet prius aliquos esse facinorosos ad hoc, vt vtatur illo absoluto arbitrio: vt l.2.§.j.ff.qui satisda. cogan.vide ibi Bar.in l.j.§.& parui.ff.quod vi aut clam. per eundẽ Bart.in l.j.§.item illud.ff.ad sylla.do.Ant. in c.item cum quis.de resti.spo.& in c.licet de vitanda. de elect.& per consequens non potuit excusari curia ex illo arbitrio.¶Et si dicatur,ꝙ curia adduxit aliam rationem, quare denegauit copiam iudiciorum,videlicet propter fugam correi. Pro certo ista causa non potest excusare a dolo ex eo: quia ille correus nõ fugerat.¶Et si dicatur, ꝙ alter correus fugerat, certè posito ꝙ ita esset: tñ fuga illius licet redderet eũ suspectum:vt voluit Bar.in l.lege Cornelia.ff. ad Syll.tamẽ illud est verum,si ante accusationem, vel inquisitionem aufugit:sed si post inquisitionem, aut post receptum illum testem aufugit, tunc fuga non inducit suspicionem contra ipsum fugientem, vt fuit singulare dictum Bart.in l.j.ff. de bo. eorũ qui ante sen.mortem sibi consci.ex quo sequitur, ꝙ illa fuga nullam inducit suspicionem cõtra illum Iacobum fugientem.Item posito, ꝙ ille Iacobus correus aufugisset:tamen curię non cõstabat,ꝙ propter hoc alter fugisset.ergo non constabat curię illum esse suspectum de huiusmodi crimine.Item posito,ꝙ aufugisset ille domi. Gemi. nam non aufugerat, fuga illius ad quid nocebat dom.Gemi. cum ille Iacobus non fuisset nominatus in isto crimine ab illo teste: ideo ex separatis & diuersis non infertur.l. Papinianus exuli.ff.de mino.cum similibus.Item nõ debuit propter hoc curia denegare copiam capitulorum & dilationem dandam dicto domino Geminiano ad se defendendum: vnde Bal.in l.vt vim.in princi.ff. de iustitia & iure.dicit, ꝙ nec Papa, nec imperator possunt denegare naturalem defensionẽ: vt clemen. pastoralis. de re iud. ideo vnicuique est dandus terminus ad suam defensionem faciendam, nisi sit deprehensus in fragranti crimine: vt l.3.§.si ad idem. ff.de re militari. nam contra notorium actus instantis,quæ defensio cadere potest?ideo tunc non est dãda dilatio: ad quid enim daretur super impossibili, argumen.l. Arethusa.ff.de statu hominum.& ita dicit posse planè intelligi.l.in crimine.ff.de adult. ideo dicit non valere statutum, ꝙ bannitus non possit facere aliquam defensionem, & subdit Bald. ibidem, illud esse bene nota. ꝙ nunquam iudex ex suo capite debet condemnare illum,qui habet defensionem naturali, vel ciuili, vel municipali iure: quia paria sunt interficere innocentem, vel punire nocentem, quem punire non debet: puta quia ex parte suspectum, allegat.d.l.lex iulia.§. fina. ad quid enim esset factum statutum,si iudices non seruarent illud, nec conscientia debet illos mouere:quia non sunt in foro penitentiali:sed iudiciali,& isti fori non sunt eiusdem speciei:differunt enim specie propria,sicut differunt sacerdos & magistratus.l.j.§.huius studij.ff.de iustitia & iure. Ecce nunc ꝙ posito,ꝙ aufugisset pdictus Iacobus, & constitisset curiæ sufficienter de fuga:tamen non propter hoc reddebatur notorius delinquens dominus Geminianus: ideo nõ debuit curia denegare sibi copiam iudiciorum & dilationem ad se defendendum, & maximè cũ dictus dominus Geminianus esset in manibus curiæ,nec posset inde fugere.ergo & cętera.vnde si Papa, vel imperator nõ posset tollere hanc defensionem multominus inferior:ideo dicebat Bart. in l. si quis sub conditione.ff. de conditio.insti.quòd illud, quod non potest superior facere in specie,non præsumitur fecisse in genere.voluit Ioannes Andre.in c.fi.de immu. eccle.li.6. & Ioan.Mo.in c.vt animarum.de consti.lib.6. & do. Anto.in c.j.de constitu.& in c.ꝙ clericis.de fo.compe. Cum ergo non potuisset princeps denegare copiam &c. in specie, ergo non præsumitur abstulisse in genere concedendo illud arbitrium absolutũ.& per consequens egit curia rem impossibilem & contra omnem iuris censuram denegando copiam &c. & torquendo ita præcipitanter. Et ideo dixit idem Bald.in l. seruum quoque.§. publicæ.ff. de procura. quòd nec statutum, nec princeps potest tollere defensionem, vt in d.cle. pastoralis. & per consequens more tyrãni venit ad torturam curia &c. Scirem libenter, quo spiritu ductus Ptãs quando procedit ex mero suo officio non tenẽtur dare copiam indiciorum,si petantur a parte, vt se defendat.Facit, quod

voluit

voluit Ludo. Roma. in repetitione rubr. ff. de arbit. quem vide. Cum ergo in casu nostro non esset in fragranti crimine deprehensus, nec notoriè constabat, quòd illud crimen fecisset, sequitur, quòd non potuit sibi denegare terminum, vt se defendat: & ideo speciale est in latrone insigni. vt denegetur aduoca-
11 tus † vt probatur in tex. valde sing. l. per omnes. C. de defen. ciui. allegat Bal. in authen. sed nouo iure. C. de ser. fugi. & per consequens de facto & ex odio curia venit ad torturam, quo casu succedit illud, quod dixit Bald. in commento rubricæ. C. de pœna iudi. qui malè iudic. vbi quærit, quid si Potestas torsit aliquẽ de facto, decidit, quòd non punietur ad similitudinem torturæ: quia non reperitur expressum in iure, ꝙ tortura imponatur alicui pro finali pœna: & ideo veniet puniendus Ptãs actione iniuriarum, allegat. l. iniuriarum. ff. de iniur. ¶ Sed circa hoc aduertant domi. sindicatores: quia si ex forma statutorum Mutinæ tortura datur ad penam. Et quia in casu nostro Potestas fuit in dolo: ideo idem Bal. in præfata rubr. dicit, quòd idem iudex, qui per dolum grauauit, & non potest soluere, luit in corpore: ideo poterit luere in corpore. Et ibi etiam dicit Bald. ꝙ si Potestas suspẽdit aliquem de facto, punietur ad similitudinem supplicij per titulum. ff. quod quisq; iur. & quod veniat curia punienda non obstante arbitrio, adduco in terminis Bald. in d. rubri. de pœna iudic. quem videatur omnino. Facit, quod voluit Sal. in l. fin. C. de pœna iudic. qui malè iudi. vbi dixit, ꝙ si Potestas habet arbitrium a superiori, vt procedat & faciat secundùm suam voluntatem, ꝙ totum debet intelligi sanè, & allegat dictum, & rationes Bald. supra, & dicit, quòd quanto latior alicui conceditur licentia procedendi & puniendi, tantomagis ille debet habere æquitatẽ præ oculis, vt in Auth. iusiur. quod præsta. ab his in nigro. l. ꝙ si Ephesi. ff. de eo quod certo loco. ita ibi resider. Ecce nũc qualiter in terminis Bal. & Saly. decidunt istam quæstionem: vt puniatur Potestas habens liberum arbitrium si grauiter læsit partem, vt voluit in casu nostro. Quinimmo plus dixit Bal. in præfata rub. ꝙ si iudex non vult audire partẽ, punietur: vt l. argentarius. §. cum autem. ff. de eden. & non tantum si eum non audiuit in facto, sed etiã si vigore iuris & statutorum non audiuit allegationes, punietur vt dolosus, vt si non admisit statutum, quo cauetur, vt bannitus possit impune offendi, vt l. lex iulia. §. fin. ff. ad legem iul. repe. sed in casu nostro iste Ptãs noluit audire do. Gemin. petentem copiam indiciorum, vt se defendat: ergo sequitur, quòd tenetur. Et accedat, quod voluit Saly. in l. fi. C. de pena iudicis. vbi tangit, si iudex fecit aliquem torqueri de facto, ꝙ tenetur iniuriarum pro motu iudicis sui puniendus: vt l. iniuriarum. ff. de iniur. & sic loquitur dictum Bald. Facit, quod voluit Bald. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offi. proconsul. vbi dicit, quòd licet Ptãs habeat arbitrium: non tamen potest alterare iustitiam, aliàs instãtiam, & sic sequitur, ꝙ multofortius non poterit tollere dispositionem statutorum, maximè cum in casu nostro ita fuerit expressum in literis ducalibus: & etiam idem Bal. in d. §. proficisci. voluit, ꝙ punietur iudex, vt etiam voluit Saly. in l. fi. C. de pœna iudi. qui malè iudi. ergo in proposito punietur Ptãs. ¶ Et si quispiã opponat, ꝙ posito, quod curia grauasset dictum do. Gemi. non tamen ipsum grauauit per sententiã: ideo non dẽt puniri. Ad hoc respondeo, & adduco Bald. in l. mancipia. C. de fur. vbi dicit, ꝙ si Ptãs infert damna absque sententia,
13 tenetur parti læsæ: ad hoc adducit. ff. de pericu. & cõ. rei vendi. l. 2. Et dicit, quòd si credit iniustè facere, aut facit ex suo capite, quod tenetur. l. 2. ff. quod quisque iuris. l. iudex. ff. de varijs & extraordi. Si aũt ad id inducitur propter diuersitatem opinionum, tunc si passus est multum subtilis & arduus, parcitur ei, vel mitius punitur, vt no. inst. de ob. quæ ex quasi delicto nascun. si autem ad id motus est propter consilium sapientis, aut ipse sapientem eligit, & tenetur: quia mala electio est in culpa, aut partes elegerunt, & tunc sibi imputent partes, arg. ff. de iudi. si conuenerit. Cum ergo in proposito curia fecerit illum excessum ita enormem ex capite suo, sequitur, ꝙ tenetur, & ex istis tollitur illud, quod dicebatur, ꝙ colorata causa excusat quẽ a pœna, vt in l. in hac. ff. de cõdit. triti. cum si. allegatis superius: quia istud est verum, quando non interuenit dolus aut lata culpa. ergo &c. & adduci potest doctrina Bald. in c. j. §. item sacramenta. de pace iur. fir. in vsi. feu. vbi dixit, ꝙ ex enormitate facti præsumitur dolus &c. allegat Bart. in l. fi. ff. de p̃to. stip. Ita dicimus, ꝙ paria sunt, ꝙ dolosè quis fuerit læsus, vel re ipsa: vt not. in l. si quis cum aliter. ff. de verb. obli. Ita dicamus in ꝓposito: quia vr̃ etiam agi de vita hominis, cũ agitur de honoris detrimento, vt voluit Ray. de Forly. in l. si pater. §. j. ff. de dona. & voluit Bal. in l. j. C. manda. & ideo dicit text. in l. Iulianus. ff. si quis omissa causa testa. ꝙ dolo non caret, qui honorem omisit vt ibi, & ideo nota. in l. transigere. C. de transf. ꝙ infamia est similis morti. & ideo scribitur ad Corinthios. c. j. expedit mihi magis mori, quàm vt quis gloriã meam euacuet. Et melius est perdere omnia bona, q̃ famam. 6. q. j. c. ex merito. & ecclesia, c. 41. maior enim est amissio famæ q̃ oculorũ. l. infamia, C. de decur. lib. 10. & ideo pulchrè dixit Bal. in c. j. §. si quis hoĩem. de pace tenẽ. in vsi. feu. ꝙ propter saluandum honorem, licitum est capere duellum: & ideo dicebat Bald. in l. vt vim. ff. de iusti. & iur. quòd propter saluandum honorem non erit licitum fugere, & potius facere homicidium, quàm perdere honorem. Modò ista curia detraxit honori istius do. Gemi. ergo &c. nec potest iudicans sub dissimulatione transire, vt dixit text. in d. c. qualiter. el 2. de accus. ¶ Et si quispiam oppo. ꝙ dictus do. Gem. aliàs fuit accusatus de falso, quo casu nõ videtur admiratione dignum si Potestas incepit a tortura, quia præteritum delictum aggrauauit istud delictum, vt diceretur facere huiusmodi delicta: ideo fuit opus incipere a tortura per id, quod habetur in l. 3. C. de epis. audi. de eo qui fecit duo homicidia, & quod habetur in §. criminis. 25. dist. de eo qui fecit geminata peccata, & per id quod voluit Odofr. Andr. de Pisis, Cy. & Bald. in l. apud antiquos. C. de fur. ar. d. l. 3. C. de epis. audi. & voluit idem Bald. in c. j. de appel. & in c. j. §. furtum. de pace iur. fir. in vsi. feu. & adduci potest, quod voluit Iac. de Bel. in authen. vt nulli iudicum. §. si quis verò comprehensorum. & Bart. in l. si cui. §. sacrilegium. ff. de accusa. vbi voluit, ꝙ si aliquis fecit furtum alibi, & postea fecit aliud hic, quòd punietur hic tanquàm famosus fur: quia licet non possit puniri pro delicto alibi commisso: tamen aggrauabit illud delictum hic, vt suspendatur, ar. d. l. 3. & l. seruos. C. ad legem iul. de vi pub. secundum Bar. in d. §. cum sacrilegium. & voluit Bald. in authen. qui semel. C. quomodo & quando iudex. & in auth. sed nouo iure. C. de ser. fugi. Ita dicamus in isto do. Gem. quia semel malus semper præsumitur malus in eodem genere mali. regula, semel malus. lib. 6. facit, quod not. in l. 3. C. plus valere quod agitur. & in l. cum allegas. C. de vsur. & in c. cum in diocesi. eod. titu. & in c. illo vos. de pig. & in c. ad nostram. de emp. & vendi. ideo concurrente illo teste licet vili & deploratæ opinionis, & concurrente hoc ꝙ consueuerat huiusmodi crimina committere dictus domi. Gemi. sequitur, ꝙ potuit poni ad torturam sine alijs indicijs, & multofortius: quia quod fuit aliàs commissum in eodem

territorio

territorio videtur aggrauasse. Ad ista respondeo, primò volo insistere, an illud dictum, quod ponit Bart. in d. §. cum sacrilegium. sit verum: quia multi illud reprehendunt per id, quod habetur in authen. quã in prouincia. C. vbi de crimine agi oportet. & etiam Moderni in c. qualiter. el 2. de accu. illud reprehendunt. Secundò dico non obstare, etiã posito pro constanti, ꝙ sit verum ex eo: quia Bartol. & sequaces loquuntur quando delictum esset in veritate cõmissum, & fuisset delinquens condemnatus: sed in casu nostro non fuit commissum delictum, nec fuit condemnatus. ergo sequitur, ꝙ non aggrauauit: qa qđ nullũ est: non pstat impedimentũ: vt l. non dubiũ. C. de legibus. 10. dist. c. vides fili charissime. nã ex non ente nõ fit ens. vt voluit philosoph⁹, & apud Boetiũ in 5. li. de cõsolatione dr̃, ex nihilo nihil existere, cũ ergo illud crimen non fuerit commissum, ergo non præstat impedimentum: ideo dicit Bal. in l. non dubium. C. de legi. quod si de cõtractu debet solui &c. Ita etiam probatur in l. 2. C. de eunuch. ita ibi decidit Bald. & quod voluit Bald. in l. non putauit. §. non quæuis. ff. de contratabu. ¶ Et si opponitur, quòd dictus dñs Gemi. fuit accusatus de illo crimine, tamen respondeo, ꝙ illa talis accusatio fuit calumniosa: vt apparet ex pronunciatione facta per D. &c. ergo sequitur, ꝙ nullum grauamen inducit, quęcunque accusatio fuerit agitata contra dictum do. Gem. Et ad hoc adduco elegãtem text. in l. qui de libertate. ff. de lib. cã. in ver. qui verò per calumniam petitus in seruitutem est in militia, retinebitur formaliter, ꝙ accusatio calumniosè porrecta contra aliquem non operatur aliquem effectum, vt ibi dixit do. Benedictus de Plumbino, ꝙ pendente accusatione calũniosè mota, nil innouatur. 3. q. 2. qa ea. & idem dicit ibidẽ si quis eligit̃ ad dignitatẽ, & accusat̃ de crimine, & postea absoluitur, quòd confirmanda erit electio tanq̃ illa accusatio nullum præstiterit impedimentũ allegat, quod not. in c. omnipotens. de accusa. & facit tex. in l. cum hi. §. sed cũ lis. ff. transac. voluit Inn. in c. grauis. de depo. facit text. in l. pe. ff. de vsur. & qđ voluit D. Ant. & quod voluit Bal. in l. 2. de relatio. & in l. placet. C. de sac. san. eccle. & quod habet̃ in c. cũ olim. de arb. & quod voluit Pau. de Ca. in suis consi. cõsil. 65. & per cõsequens talis accu. vel inqsitio aliàs de falso formata, vt asseritur contra d. do. Gem. nullum effectum operatur, & per consequẽs falsum est dicere, do. Gemi. alias commisisse crimen falsi, vt sic malus in eodem genere mali semper p̃sumatur malus. ergo non potuit curia ex illo iniquo colore moueri ad torquendum. d. Gem. sine alijs indicijs. Quinimo plus dico: dato, non tamen concesso, quòd aliàs idem do. Gemin. fuisset accusatus de crimine falsi & punitus: nihilominus si postea inquiratur de falso contra eundem de alio crimine falsi Potestas non debet denegare copiam indiciorum & terminum ad se defendendum, dicendo eum aliàs commisisse falsum: certè nullo iure posset: quia defensio danda est volenti se defendere, considerato quòd ille testis erat vitæ deploratæ. & sic ex separatis, & diuersis non sequitur illatio. vt l. eum actum. ff. de neg. gest. Et sic apparet, quòd ex dolo & feruore iniquitatis curia venit ad torturam, nolens audire defensionem. & per consequens vendicat sibi locum superius dicta, & facit ad hoc. l. diuus Vespasianus. ff. de iure pat. de eo q absolutus est, & sic quocũq; se vertat do. Potestas vr̃ dolus suus re ipsa apertus. ¶ Et si q̃spiã opponit de eo, quod habet̃ in c. grauis. de deposito. vbi habetur, quòd clericus suspectus potest torqueri, quòd procedit secũdum Io. An. post Abbatem antiquũ quãdo clericus est infamis, & ibi dicit Abbas antiquus, ꝙ clerici torquentur, si sunt infames, seu infamati. Cum ergo in casu isto iste do. Gemin. esset infamis, ergo sequitur, ꝙ potuit torqueri: & per consequẽs curia potuit ipsum torquere, & est commune dictum docto. secundùm dominũ Cardi. ibi: quia doctores communiter illud sequuntur. Respondeo, ꝙ illud dictum pro certo nullo modo excusat ipsam curiam ex pluribus. primò ille text. non probat. quod ideo debebat torqueri: quia erat diffamatus. imo ille tex. præsupponit, illũ esse furem, hoc decidit tex. ille in ver. quam ille Belial furatus. & in ver. vt in illum furem, & ea quæ tibi subrepta sunt apportant. vnde præsupponit ille tex. ꝙ ille Belial furatus fuerat pecuniam: nam iudicibus dedimus in mandatis, vt illum iniquum sub quæstionibus ad rationem ponat, vt dictam pecuniam reddere cõpellatur. vnde ille textus præsupponit illum fuisse furatũ pecuniam, & Papa audiuerat, ꝙ pecunias habebat, ideo mandat, vt torqueatur & pecuniam exburset. & sic non mandat illum torqueri: vt delictum pateat: quia constabat de delicto. sed ideo sic mandat torqueri, vt pecuniam exburset. & per consequens non probat ille text. ꝙ sufficiat ad hoc: vt aliquis torqueatur, quòd sit diffamatus. & etiã Abb. antiquus, & Io. An. dicẽtes ibi, ꝙ infamatus clericus potest torqueri, intelligitur eorum dictum, quando est infamatus de illo, de quo ẽ accusatus vel inquisitus: sed iste non est casus noster. primò hic non constabat do. Gemi. commisisse istud falsum. secũdò non erat fama, ꝙ ipse commisisset istam falsitatem. ergo &c. nec ille text. loquitur in casu nostro, nec doctores loquuntur in casu isto. Item quia loquitur ille tex. quã do infamia erat magna, & multum sparsa, adeo ꝙ peruenerat ad aures Papæ, cum dicat ibi text. vt audiuimus. sed in casu nostro non erat ita infamatus do. Gemi. de isto crimine: vt sparsa esset sua diffamatio circa hoc. Item quia in casu illo loqt̃ur text. quando iudici constabat illum esse diffamatum de illo crimine: quo casu potest iudex procedere contra eũ vt infamem: sed quando non plenè constabat iudici eẽ illũ infamẽ, certũ est, ꝙ nõ posset ꝓcedere ad torturã ex eo: qa prius dẽt cõstare iudici illud, qđ est fundamẽtũ actus exercẽdi per eũ: vt l. hæc aũt. in ver. cõstare liquere prętori. ff. ex qui. cau. in pos. ea. & in l. generaliter. in ver. postq̃ hæc intimata fuerint prætori. C. de iureiuran. & qđ voluit Bar. in l. quæsitũ. ff. de re iudi. & in l. ꝓlatam. C. de sent. & interlo. om. iudi. & in d. l. hæc aũt. & in l. multũ. ff. de cõdi. & demõ. & in l. is apud quẽ. C. de edendo. & in l. properandũ. §. si q. dẽ. C. de iud. sed curię non ꝯstabat, istud do. Gem. esse infamatũ de hoc crimine, ergo nõ potuit ꝓcedere ad torturam. vnde debuit p̃ prius cõstare de huiusmodi diffamatione, nec possunt Potestas & ei⁹ curia ꝯrium dicere: quia adhuc non formauerat inquisitionẽ contra ip̃m do. Ge. & inceperunt torquere. Et multofortius apparet de dolo curiæ & feruore odij, si nunc in sindicatu q̃rit ꝓbare illũ do. Ge. diffamatũ de hoc: vñ tardè venere bubulci. & iõ posito, non tñ concesso, ꝙ fuisset diffamatus de hoc crimine: tamẽ debuit constare per prius curiæ. item debuit curia p̃ prius diligenter inquirere, si illa diffamatio processerat a maleuolis &c. vt habetur in d. c. qualiter. Præterea facit, quod voluit do. Abb. in d. c. grauis. vbi dicit nõ esse verum, ꝙ infamia semper sufficiat ad torquendũ: sed debet distingui, vt not. Barto. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. vnde plus operatur, quando vnus bonus testis deponit de veritate, q̃ fama, vt c. veniens. el 1. de testi. & per consequens non probat ille tex. ꝙ dictus Belial erat diffamatus: ideo mandat Papa illum torqueri: quia fama nõ sufficit: vt voluit do. Abb. & hoc etiam voluit dom. Card. ibidem, qui dicit, ꝙ ille tex. non facit pro dicto abbatis, quòd

ꝙ diffamatio possit esse sufficiens ad torquendũ aliquẽ. & mouetur ibi do. Car. ꝙ non sufficit ad inferendam infamiã, ꝙ Papa audiuerit, sed alia requirũtur, vt deueniatur ad tormẽta. remittit ad sua dicta in c. cum oporteat. de accusa. & per cõsequẽs aliter cõstitit de delicto in casu. d. c. grauis. quã per illud verbũ audiuimus. vt voluit do. Car. & do. Abb. Item posset etiam dici ad illum tex. inquãtum dicit audiuimus: vt intelligatur cum effectu iuxta ea, quæ dicit gl. in l. j. in versi. dicatur. quæ supplet, & probetur. ff. si quad. pau. fe. di. & l. magis puto. §. illud. ff. de reb. eo. & per consequens intelligatur de fama secundum doctrinam Bar. in d. l. de minore. §. tormẽta. Item quia ibi constabat de delicto, inquantum illum appellat furem. Item facit etiam: quia posito ꝙ esset diffamatus de crimine: tamen si petit copiam indiciorum, & terminũ ad se defendẽdum, debuit sibi dari, vt dictum est superius. vnde in casu. d. c. grauis. non videtur Papa denegare istis talibus defensionẽ. vñ curia debuit dare copiam capitulorum & indiciorum, vt defenderet cãm suam. Et ad hoc allegat, qđ voluit do. Car. in c. cũ in contemplatione. de reg. iur. in 6. q. vbi quærit, vtrum de ind. debeat fieri copia parti, & dicit ꝙ sic, & vltra allegata per Bar. adducit: quia in-
14 dicia possunt reprobari, † quæ reprobatio tolleret, si non daretur copia. & in 7. q. decidit, ꝙ indicia possunt per reum reprobari, cum non sit sibi auferenda defensio. c. qualiter. §. debet. de accu. ponit exemplũ in furto, si est indicium, ꝙ est malæ famæ, poterit ꝓbari ꝯrium. s. ꝙ est bonæ famæ: vt voluit idẽ do. Car. in c. cum oporteat. de accu. q. 19. Ita est dicendum in proposito, debuit enim dari copia indiciorum, vt posset probare se esse bonæ famæ: & eodẽ modo potuisset reprobare dictũ & personã illius vilis & detestabilis. ¶ Præterea accedat ad prædicta, quod voluit idem do. Card. in d. c. cum in contemplatione. in 8. quæstione vbi dixit, ꝙ contra non citatum non possunt surgere indicia sufficientia pro tortura, allegat. l. si quando. C. de testi. & c. qualiter. el 2. §. debet. præalleg. & Bart. in l. fi. ff. de quæstion. & propter hoc dicit indicia habita super generali inqſitione, quæ fit nullo citato non sufficere ad torturam. Cum ergo in proposito non fuerit citatus dictus dominus Gemin. ergo nulla potuerunt esse indicia, vt torqueatur. ¶ Et ex istis apparet etiam responsio ad dictum c. grauis. de deposi. vt etiam restringatur vt dentur indicia ad se defendendum, si illa petat & si fuit diffamatus, vt probet se diffamatum à maleuolis & suspectis. ergo &c. Pro certo ex hoc capite potest domin. iudicans palpare & intelligere dolum & feruorem odij ipsius curiæ, vt caperent dictum dominum Gem. sine citatione & incontinenti ponerent ad torturam, allegando non teneri dare terminum, vt se defenderet, & vt purgaret indicia, quo casu non est possibile, quòd excuset vigore illius absoluti arbitrij vt est tex. aureus, in l. creditor. §. Lucius. ff. manda. & quod voluit Ludo. Ro. in rubrica de arbit. vbi dicit, quòd si datur arbitrium alicui per verba importantia voluntatem, potest præferre iniquum æquo, dũmodo nõ sit dolus, allegat in ar. l. creditor. §. Lucius. ff. manda. quod dictum decidit istam dubitationem. vnde posito, non tamen concesso, quòd potuisset præferre iniquum æquo, per illud arbitrium curia nihilominus non potuisset in casu nostro, cum dolose & feruore odij id fecit. adduco etiã, qđ pulchrè voluit Bal. in l. j. C. de iureiurãdo. ꝙ si aliquid cõmittitur conscientiæ iudicis, ꝙ non potest appellari: vt voluit glo. quæ reputatur singularis in c. statutum. §. assessorem. de rescriptis. libr. 6. tamen limitat illam gloss. nisi magnum præiudicium afferret. ita dixit Bal. in d. l. j. C. de sen. ex breui. reci. refert & sequitur Ludo. Roma. in rubrica de arbi. ergo sequitur, quòd cum sit grauatus graui præiudicio honoris & sanitatis propriæ personæ, seqtur, quòd curia fuit in dolo, & potest de tã grauissimo præiudicio agere grauatus non obstãte illo absoluto. Facit etiam ad prædicta inquãtum superius dictum fuit ad d. c. grauis. quòd non probat, quòd diffamatus possit poni ad torturam, quod voluit Tancredus in c. cũ oporteat. de accu. vbi voluit, ꝙ posito, quòd Papa asserat aliquem infamatum de crimine, non sufficit: quia potuit venire illa diffamatio ad Papam per inimicos, & per conspiratores illius sic denunciati, vel falsa relatio facta est Papæ licet per alios. Et ideo ibi Ioan. And. distinguit, ꝙ aut Papa asserit per verba narratiua. & tũc non videat infamatus, aut per verba assertiua, & tunc secus. & idẽ Io. An. in addi. Spec. in titu. de inquisitione. §. nunc tractemus. versi. hoc autem notandum. vbi facit illam distinctionem, aut sunt verba assertiua. ponit exemplũ, si dicat, cum cõstet talẽ infamatum, vel per relatũ plurium fide dignorũ accepimus, talẽ infamatum, vel per sĩlia verba: & tũc non est opus inquirere de fama, clemen. literis. de ꝓbationibus. verba verò narratiua sunt si dicat, multorum clamor ad nos peruenit, talem infamatũ &c. nam sic Papa non asserit talẽ infamatũ: vel hoc percepisse a fide dignis. Et idẽ si Papa diceret, per relatũ fide dignorũ percepimus, talem commisisse crimen: nam per hoc non tollitur processus fiendus super fama: nam præsupposito, ꝙ a fide dignis percepit delictum cõmissum, non sequitur, ꝙ de hoc ille sit infamatus: vt probatur in c. inquisitionis. §. tertiæ. de accu. ita refert & sequitur do. Abb. et in d. c. cum oporteat. cũ ergo in casu. d. c. grauis. Papa non loquatur ꝑ verba assertiua: sed ꝑ verba narratiua: qa dicit, audiuimus. vnde possibile est, ꝙ audiuerit a maleuolis & conspiratoribus, & per ꝯñs nõ probat dictum Abbatis antiqui, ibi. Itẽ qa nõ potest adduci cõtra hũc do. Gemi. qa non constabat per fide dignos, ꝙ dom. Gem. erat diffamatus de tali rasura: nisi per illum testem vilem, & per consequens debuit curia dare copiam indiciorum, anteq̃ deueniret ad torturã, ita ex abrupto præcipitatã. ¶ Præterea facit, qđ voluit Bar. in l. creditor. §. Lucius. ff. mãda. per quem text. dicit ibi, ꝙ si mandatur liberum arbitrium & libera volũtas faciendi actum aliquem, videt̃ excludi dolus: & vr̃ mãdatũ, si bonafide faciat: licet ergo datũ sit istud arbitrium: tñ restringitur si bonafide: & non dolosè curia, seu ptãs illud faciat, sed in casu nr̃o apparet, ꝙ dolosè habuerit curia denegãdo copiam indiciorũ. ergo &c. ¶ Et si opponatur, ꝙ aliàs consului in absoluendo quendam Potestatem Mutinæ ex eo: qa opponebatur sibi, ꝙ non dederat copiam indiciorum: & fuit absolutus, Dico ꝙ istud nõ ob. qa est casus diuersus. ibi enim Ptãs non fuit in dolo ex eo: qa cõstabat de crimine inquisiti per suam confessionẽ factã in iudicio: quo casu non requiritur, ꝙ detur copia indiciorũ: qa finis quare det̃ copia indiciorũ est, vt se defendat: sed vbi apparet de crimine per confessionem, tũc in confessum nullæ sunt partes iudicis, nisi in ꝯdemnando: vt l. proinde. §. notãdũ. ff. ad leg. Aquil. & ideo dicit do. Car. in d. c. qualiter, ꝙ si reus fuit confessus maleficium, licet non fuerit ei data copia se defendendi: aut indiciorum, non potest ꝓpter hoc infringere suã confessionẽ, nec sñiam indelatã ꝯ eum: nã sponte confessus delictũ nõ appellat:
15 † vt voluit gl. sing. in c. Romana. §. si aũt. de appel. lib. 6. Et ideo dicebat Inno. in c. qualiter. el 2. de accus. ꝙ cõfessus punitur, licet libellus non fuerit aptè conceptus: vt in c. Pisanis. de resti. spol. Ideo dixit Bald. in l. properandum. in prin. C. de iudi. ꝙ etiam perempta instantia potest confessus cõdemnari. Et facit, quod voluit

voluit glo.& Bald.in l.ictus fustium.ff.de his qui no. infa. vide omnino. Cum ergo in casu illo constaret de crimine per confessionem illius, in quo alias consului, non curatur de copia indiciorum: quia ad qd daretur, cum constet de maleficio iuxta passionem dominicã. ipsi enim ex ore eius audiuimus &c. Nec ob. quod voluit Bal. in l. vnica. C. de confes. vbi dicit, quòd confessus non potest condemnari non formata inquisitione contra eum, ita dixit ver. quæro, nun quid confessus. allegat Inno. in c. per inquisitionem. de elec. quia loquitur, quando confessio emanauit incidenter & non principaliter: vt voluit gl. quæ reputatur sing. in c. ex pænitentibus. 50. distin. & voluit Bar. in l. si confessus. ff. de cust. reo. & do. Ant. in c. causam q.' de testi. & qđ voluit Cõpostel. & Io. And. in c. mãdatũ. de rescr. & Specu. in ti. de pet. & pos. §. super actionibus. ver. qd si reus. & ita consului in casu illo: tñ crimen constaret per confessionẽ criminosi: sed non sic in casu nostro: qa immo apparet de innocẽtia ipsius do. Ge. & dolo & feruore odij dictæ curiæ. ergo &c. & sic diuersus casus, & per ꝯñs nõ infert ad istũ casum nr̃m. Itẽ licet in illo ꝯsilio dixerim, ꝙ potuit Ptãs condẽnare non data copia indiciorũ vigore sui arbitrij. procedit, qñ nõ fuit in dolo: vt d. l. creditor. §. Lucius. Item procedit, qñ delictum est notoriũ, vt erat in casu illo, in quo cõstabat de crimine ꝑ confessionẽ in iudicio factã, & petitio indiciorũ erat calũniosa: qa animo dilatandi negotiũ, quo casu nõ est audiẽdus reus: vt dixit Innocen. in c. post electionem. de concess. præben. text. in l. satis apertè. C. de fal. Item lr̃æ arbitrij concessæ huic Ptãti non sunt similes illis lr̃is concessis alteri Ptãti. Item qa lr̃æ concessæ huic Ptãti restringunt illam latitudinẽ arbitrij: cum dñt scđm formam statutorũ: & ꝼm consuetudinẽ palatij, vt superius dixi, & sic restringitur illud arbitriũ: vt decidit text. in c. j. de offi. ordi. vbi dicitur liberã ptãtẽ scđm canones. Itẽ nõ vendicãt sibi locũ, cũ adest dolus curiæ: vt voluit Barto. in l. si sic. ff. de leg. j. & in l. alio. ff. de ali. & ciba. le. & in d. §. Lucius. & ita dixi in illo cõsilio: sed in casu isto curia fuit in dolo: vt dixi ergo &c. Et etiam apparet de dolo: qa de cõsuetudine est, ꝙ notarius maleficiorũ sit pñs, quãdo inquisitus, vel accusatus est ponendus ad torturã, & aspectum suum patefacit ei, qui est ponẽdus ad torturam, & tñ tpe, quo duxerunt illum d. Gem. ad torturã, fecerunt latitare illum notariũ in quodam angulo, ita ꝙ non videret, nec audiret ipm notariũ, quo casu apparet dolus re ipsa: qa vbicunq; actus fit
16 clandestinè, qui dẽt fieri palã, vr̃ fieri dolosè.† ita sin. dixit Iac. But. in l. nemo. C. de summa tri. & fi. catho. & facit. l. fi. ff. de ritu nup. & c. cũ inhibitio. de clãde. despõ. & iõ sin. dixit Bar. in l. fi. C. ex publi. rõni. li. 10. ꝙ vbicunq; actus debet fieri coram officiali, & non fit, dr̃ fieri clandestinè: & sic dolosè. Facit, qđ voluit Lud. Ro. in l. clam possidere. in prin. ff. de acq. posses. & qđ habetur in l. Fulcinius. §. quod sit latitare. ff. ex q. cau. in pos. ea. vñ præsumimus dolũ ex gestis & factis: vt probat̃ in c. 2. de renun. lib. 6. & glo. in l. dolũ. C. de dolo. & in l. apud Celsum. in prin. ff. de doli exc. facit. l. post ꝯtum. ff. de dona. ex quo sequitur, ꝙ istã latitationẽ fecit curia de illo notario ad hoc: vt dictus do. Ge. periret indefensus ad hoc vt non posset petere copiã indiciorũ &c. Et vt non protestaret̃ corã notario, & sic ad suffocandã defensionem suã. Et pro certo non põt transire, nisi cum admiratione, ꝙ in ciuitate insigni & tali principi subdita talia cõmittant: & maximè in palatio iustitiæ, posset adduci illud Terentianum. mirabar, inqt, si ita hoc abiret. Et etiam ex diuturna deliberatione sic faciẽdi arguitur
17 dolus: † quia per plures mẽses antea fuit examinatus ille vilis testis: & stetit curia negligẽs, & postea ita ꝑcipiti festinatione hoc fecerit: ex hoc arguitur dolus euidẽtissimus. licet ergo istud arbitriũ fuerit liberũ nõ tñ exẽptũ a dolo. Quinimo plus dico, ꝙ inquãtũ in dicto arbitrio dr̃, alr̃ & alio mõ ꝼm exigẽtiã videbit &c. ꝙ illa verba adaptant̃ ad crimẽ notoriũ. vt sup notorio crimine possit Ptãs aliter ꝓcedere, q̃ statuta mãdarunt: qa poterit excedere modũ & formã statutorũ. Istud voluit Bal. formalr̃ in d. l. ictus fustiũ. Facit, qđ voluit Bal. in l. 2. C. de serui. vbi dicit, ꝙ licet princeps sit summa libertas: qa est solutus legibus: tñ nõ est solutus a dictamine rõnis: qa est aĩal rõnale politicũ, & ita dicamus in ꝓposito. ergo dolosè fecit denegãdo copiã &c. ¶ Et si dicat̃, ꝙ in dictis lr̃is dicit̃, cõsi. de prudẽtia &c. Circa hoc aduertat do. iudicans, ꝙ dicimus in iure, ꝙ sñia lata cõtra ius litigatoris valet: qa lex confidit se de ministro suo, qui est iudex, iõ p̃sumit ꝓ sua sñia, vt l. Herẽnius. §. Caia. ff. de euic. c. cũ inter vos. de re iudi. cũ si. nihilominus vbicunq; sñia est cõtra ius litigatoris, & continet notoriam iniustitiam: tunc sententia est ipso iure nulla: vt ꝓbat̃ in c. inter cæteras. de re iudi. & facit. l. si pars. & qđ ibi not. Ang. ff. de inoffi. testa. & est rõ: qa tunc cessat illa bona præsumptio, quam lex facit de suo ministro. Et facit simile, quod voluit do. Abb. in c. ab excõmunicato. de rescrip. nã in iure habetur, ꝙ sñia excõicationis ẽt iniusta ligat, quid si excõicatio est notoriè iniusta, decidit ꝙ non ligat: qa cessat illa p̃sumptio propter euidẽtiam facti. ita limita. d. c. sñia. ita vr̃ dicendum in proposito nr̃o, ar. l. si non defendat̃. ff. de pe. maximè allegando causas friuolas & calũniosas, & procedendo ad torturam hoĩs fidei probatæ, ad petitionem vnius ribaldelli. vnde posset adduci illud, qđ do. Anto. venit in c. vt famæ. de senten. excõ. vbi refert dñm Marcum episcopũ Bononiensem filiũ excellẽtissimi doctoris d. Ioan. de Lignano fuisse tortũ & suspensum mediantibus verbis vnius ribaldelli. Ita in proposito fuit tortus iste do. Gemi. ad dcm̃ vilis & miseri. nõne fuit in dolo curia non se informare de conditione illius vilis testis? immo p̃sumitur se informasse, ex quo per tot mẽses post suã depositionem curia tacuit. facit gl. & Ang. in l. j. in §. si curatores. de test. vbi colligit ar. ꝙ iudex ex suo officio debet se informare de conditione testis, quam glo. reputat singu. Bald. in l. quos prohibet. ff. de postu. & Ang. ibi. Facit glo. in c. quærendum. 2. q. 7. & in Auth. de testi. & in l. 3. ff. eo. ti. Inn. in c. intimauit. de testi. dom. Pet. de Ancharan. in c. super. eo. titu. idem voluit Bald. in d. §. si curatores. idem voluit do. Car. in c. inquisitionis. d. §. j. de accusa. ¶ Quinimmo plus dixit D. Abb. valde singulariter in c. nulli. de accu. quòd posito, quòd pars non posset repellere testem minus idoneum propter prauos mores, quos reus approbauit, vt in casu dicti c. nulli. nihilominus iudex ex suo officio dẽt repellere testem vilem & reprobatum & illi non adhibere fidem. Quanto fortius in casu nostro debuit curia se informare de conditione huius testis & repellere eum, vel debuit adhibere solennitatẽ iuris, vt reciperet illum testem citato do. Gem. & debuit illum testem repellere & videre, si illud, qđ deponebat, esset verisimile. ex quo seq̃t ꝙ dolosè habuit curia, & per consequens non opitulatur sibi arbitrium absolutũ: & sic coniungẽdo oĩa, ad inuicem, quæ perperam cõmisit curia aduersus do. Gem. reperiet̃ probatus dolus & feruor odij capitalis ex parte ipsius curiæ ꝑ gl. in c. illud. de præsump. & gl. in c. cũ dilectus. de success. ab intesta. gl. in c. cũ Bertoldus. de re iudi. & in l. instrumenta. C. de prob. & in l. 3. §. eisdẽ. ff. de testi. & in l. 2. §. j. ff. de excu. tu. & in c. cum causam. de proba. & per cõsequens sequitur, ꝙ debuit curia seruare dispositionẽ statuit loq̃ntis de tortura inferenda. maximè cum ex dispositione

ne statuti tale statutum sit præcisum, quo casu sequtur, ꝙ tale statutum mandabitur executioni remota omni exceptione. ita dixit do. Card. in c. 2. de præscriptio. per illum tex. in ver. præcisè. Et subdit valde sin. D. Cardi. ibi, ꝙ tale statutum non tollitur per seques statutum nõ faciens mẽtionem de ipso, qđ aliàs tolleret. l. nã & posteriores. ff. de leg. & refert ita tenuisse Ray. de Forli. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & originaliter fuit dictum Iaco. de Are. & allegat simile. D. Card. ibi ꝙ dicimus de statuto iurato vt non
18 tollatur per sequens statutum derogatoriũ† vt est gl. sing. in c. cũ non deceat. de elec. libr. 6. & quod habet in l. si quis in prin. testamẽti. ff. de le. 3. qđ dixit esse bene not. pro statutis Paduanis, in quibus sæpe apponitur istud verbum, nisi quãdo delictum esset enorme & horrendum, & constaret de delinquente per dilucidas probationes, quia tunc posset excedere modũ in exequendo, vt superius fuit dictum. Et ideo dixit Bald. in d. l. omnes populi. ꝙ secundùm eum idem est dictum præcisè, nisi dictum sit, quòd illud statutum comprehẽderet oĩa alia: qa aliter exponeretur, & exponitur præcisè, idest necessariò. allegat gl. in l. sed & hæ. §. prætor. ff. de procurato. & facit, quod voluit idem Bal. in rubr. de consti. vbi dicit, quòd statuta præcisa dispensationem arbitrij nõ recipiunt: iõ vbi in statuto apponitur verbum præcisè, debet ad vnguem obseruari, allegat ea, quæ habentur in cle. ne Romani. de ele. & tantum est dicere præcisè, quãtũ omnimodè, & indistinctè, allegat. l. semper. §. demonstratur. ff. de iure immu. facit glo. ibi, quæ dicit vel præcisè. & ista indubitanter apponit gladium ad radicem dubitationis: quia cum dicta curia adducebat, quòd non tenebat dare copiam indiciorum ex eo: qa vtebatur arbitrio. dico, ꝙ non erat casus vtendi arbitrio absoluto, vt demõstraui superius. Secũdò dico, ꝙ dolosè ita se excusabant & scire debebãt: qa sciebant, ꝙ scire debebãt, per l. 2. ff. quod quisq; iur. quod illud statutum de tortura & indicijs dãdis erat præcisum: ideo non recipiebat dispensationẽ illius arbitrij, & etiã, vt dixi superius, & generalia verba arbitrij non adaptantur ad impossibilia ipsi principi. ergo non recepit illud statutum præcisum restrictionem illius arbitrij, quod in hac dubitatione est mirabile. Et adduco vlterius, quod pulchrè voluit Bald. in l. si causam. C. de execu. rei iudi. vbi dicit, ꝙ virtus istorum verborum, quòd statutũ sit præcisum, hoc est, ꝙ adeo sit strictũ ius, idest firmatũ, vt nullo modo possit ab eo recedi, allegat. in l. placuit. C. de iudi. Facit text. in c. christianos. de hære. libr. 6. & maximè quia istæ literæ concessę Potestati non habẽt, ꝙ emanauerint motu proprio principis, vt superius dixi: & licet aliàs consuluerim, vt superius dixi, in absoluendo Potestatẽ; non tamen consului, vtrum tolleretur statutũ disponens de indicijs dãdis inqsito, & quod statutũ dicebat, ꝙ esset præcisum, ideo nõ põt oriri aliqua cõtrarietas, & facit, quod superius voluit do. Cardi. inquantum voluit, ꝙ statutũ ꝑcisum non tollitur per aliud posterius statutũ iuratum: quia in casu nostro multominus tollitur per istas literas concessas Potestati a dño duce ex eo: qa dispositio, quæ fit per viam statuti & constitutionis, est potentior dispositione, quæ fit per viam rescripti aut priuilegij: vt sin. voluit Innoc. in c. quoniam. de consue. quem refert & sequitur Bal. in l. j. ff. de cõsti. prin. & facit, qđ voluit Cy. in l. in orbe. ff. de sta. hom. & ibi Bal. vbi dicũt, ꝙ potẽtior est ciuilitas indulta foresi ꝑ viã ꝯstitutionis, q̃ ꝑ viã priuilegij. & qđ hr̃ in l. j. ff. ad municip. & qđ ibi voluit Bartol. modò si statutum præcisum non tollitur per id, quod est fortius: qa non tollitur per cõtrariã ꝯsuetudinẽ posteriorẽ, ergo sequitur, ꝙ multominus tollit ꝑ literas posteriores, ꝑ illud dictũ Inno. in d. c. quanto. & per ista q̃ dicta sunt. ergo non est sublatum illud statutũ per dictas lr̃as. Et facit, qđ voluit glos. quæ reputatur sin. in cle. dudũ. in ver. pacta. de sepul. quæ dicit, ꝙ non tollitur pactum iuratũ per generalem clausulæ reuocatoriã pactorũ: ergo sicut nõ tollit statutũ iuratum, nec pactũ iuratum: ita & eodẽ mõ nõ telletur statutũ, quod est ꝑcisum ex dispositione antiqua statuti, per consequens dicti iudices inciderunt in pœnam librarũ trecentarum pro quolibet ipsorum, sm̃ dispositionẽ statuti, ꝑ quolibet omisso & cõtrafacto, prout dicit statutũ de nõ subijciendo aliquem tormentis. ¶ Et si dicat, ꝙ Ptãs est quidã laicus & idiota, ideo excusatur propter errorem iuris, si facit de consilio suorum assessorũ: vt in l. bono. ff. de bo. pos. titulo generali. Ad hoc rñd. & adduco Bald. in terminis in rub. C. de pœna iudi. qui malè iudi. vbi distinguit, ꝙ aut Ptãs elegit assesores: & tunc non excusatur l. si procuratorẽ. in §. tutores. ff. manda. sed si respublica eos sibi deputauit, tunc excusatur tanquam cuidam formæ astrictus, vel saltem tanquam alligatus, seu allicitus a repub. idest ꝑsuasus, ar. eorũ quæ not. in l. Polla. C. de his quib. vt indig. ita dicit ibi Bal. quem refert & etiam sequitur Saly. in l. fi. C. de pœna iud. facit, quod voluit Ang. in authen. vt nulli iudi. §. quoniam vero, vbi colligit ex illo text. ꝙ si Potestas terrarum ferat sententiam iniquam de consilio iudicum de curia. pro qua pœna tenet Ptãs, tenẽtur omnes iudices. & iõ sint cauti assessores, ꝙ nunq̃ in actis faciant scribi, ꝙ sententia feratur de eorum consilio, vel deliberatione. aliàs possent conueniri tempore sindicatus. & eandem pœnam sustinere possent, quam Ptãtes. facit, quod voluit Bald. in l. 2. ff. qđ q̃sq; iuris. ꝙ assessores imperiti sunt in magno periculo constituti, & tenentur de imperito consilio, qđ datur Potestati: licet sententia nõ formetur in persona assessoris sed Potestatis, vt l. metum. §. sed inqt prætor. ff. qđ metus cã. & iõ dicit ibi Bal. ꝙ consilium assessoris curiæ nõ excusat Ptãtem, quin faciat litem suã, si pronunciat iniquè. facit, qđ voluit Bal. in l. argentarius. §. cum aũt. ff. de eden. vbi dicit, ꝙ ille, qui noluit admittere rõnabilem probationem, facit litem suam. ita in proposito, ꝙ non voluit curia admittere istum D. Ge. ad suã defensionẽ. De notario etiam, qui latuit &c. dico, ꝙ tenet ad interesse: qa fecit ꝯ formam statuti. Et ad hoc adduco, qđ voluit Bal. in d. l. argentarius. §. cum autem. vbi dixit illũ tex. esse arg. ꝯ testem, qui non voluit ire ad testificandum, vt teneatur ad interesse legitimè probandum: tamen per solum sacramentum, allegat, qđ no. in Spe. de teste. §. satis vtiliter. vers. penultimo, & fi. & qđ not. in cle. de hæreti. & in cle. constitutionẽ. de elec. per Pau. de Liaza. & per gl. in cle. j. de vsu. & per Specu. in titulo de execu. sen. §. postremò. ver. illud autem. Cũ ergo notarius dicatur esse testis: vt l. Domicius Labeo. ff. de testib. ergo &c. Facit, quod voluit Bar. in rubrica. C. de pęna iud. qui malè iud. in fi. verbis, vbi dixit, ꝙ notarius tenetur, ꝑti ad interesse, & dicit esse casum singularem in l. fin. C. de magi. conuen. facit. l. fi. §. si messor. fal. mo. dixe. voluit Bar. in l. imperator. ff. de sta. ho. & allegat. d. l. fin. ff. de magi. conuen. & d. l. fi. ff. si mess. fal. mo. dixe. & per ꝯseques non solum venit cõtra dispositionẽ statuti, sed ẽt iuris cõis lædendo dictũ D. Ge. Et sic apparet ex prædictis, curiam puniendam esse in quantitatibus impositis a pręd icto statuto, & ẽt ab alio statuto rõne iniuriarum. D. Gemi. vbi dixit. Bal. in d. rub. C. de pęna iudi. & Sal. in l. fi. e. ti. & allegat. l. iniuriarũ. ff. de iniu. facit, qđ voluit ibi Bar. & qđ voluit gl. in c. si canonici. de offi. ord. lib. 6. vbi loquitur de pęna iniuriarum, & quod habetur in ca. grauis. de deposi. & quod voluit Ioã. de Imo. & D. Dominicus. in d. cap. si canonici. & quod

quod voluit D. Abb. in c. cum te. de re iudi. ¶ Præterea aduertendum, ꝙ dicta curia dolosè fundauit se super testificatione illius testis vilis testificantis illud quod nōn est verisimile. Nam illud, quod nō est verisimile, est quædā falsitatis imago. l. milites. §. oportet. ff. de questionibus. Bal. in l. j. C. de ser. fugi. cum simili. vnde concurrebant in isto teste duo, quæ detrahebant fidei suæ abiectio & vtilitas, & falsitas, quæ colligebatur ex testificatione sua nō verisimili: vt apparet, quia nō est verisimile, ꝙ in re vili & parua voluerit iste D. Gemin. exponere honorem suum. item ꝙ iste testis dixerit falsum, apparet ex serie facti; qđ esset longissimum narrare ex eo: quia dicit dictus testis, ꝙ cum esset in ostio studioli sui vidit dictum do. Gemi. radentem literam: quia non est verisimile, ꝙ viderit ita subtiliter, vt ipse dicit. & iam ex post facto fuit facta experientia, ꝙ non potuit videre ita, vt sæpe deponit: nonne debuit curia eundem testem conuincere ratione naturali: vt fecit Oldra. quem refert Bal. in d. c. j. in ti. quæ fuit prima causa benefic. amit. quem vide. Et sic fuerunt reprobati ratione naturali, ita ibi dicit Bal. Et idem etiam retulit idem Bal. in l. Arethusa. ff. de sta. ho. & idem etiam retulit Ang. in l. si cum exceptione. §. in hac. ff. quod metus causa. & sic ratio naturalis attenditur in dicto teste. facit cle. cū rationi. de ele. l. cū rō. ff. de bo. dā. l. scire oportet. ver. sic sufficit. in verb. naturali iustitia. de bo. dā. l. humanitatis. C. de excu. tu. sed stricta rōne naturali nō potuit videre testis iste, quòd radebat ille do. Gemi. ergo ex hoc redditur falsarius, & per cōsequens non debuit curia ita animosè & cū feruore odij ꝓcedere ad torturā præstantis viri. vnde dicebat Bart. in l. Lucius. ff. de his qui nota. infa. ꝙ licet testis reddat bonā cām dicti sui: tamen si iudici videtur, ꝙ non dicat verum, pōt non adhibere sibi fidē, consuluit tamen, ꝙ exprimi faciat cām in actis ꝓpter sindicatū. & ita intelligit. l. 3. §. j. ver. tu magis scire potes. ff. de test. vnde sequitur, quòd iste testis est vilis & deplorata persona. Et est mirū, ꝙ curia ista prosiliuerit per receptionē istius testis ad capturam. D. Ge. quo casu videtur dolosè fecisse capi. Et multo magis si aliquis vidēs stabat occultè, vt non cognosceretur; qa qui malè agit, odit lucem: vt c. consuluit. de offi. dele. & ēt notario, qui non scripsit, dum esset dictus D. Gemin. in tormentis: sed ex post facto. nam ex istis & insolitis & non consuetis cautelis præsumitur dolus: vt dixit gl. quæ reputatur sing. in l. si quis sub conditione. ff. de condit. insti. & in l. cum allegas. C. de vsur. & per consequens arbitrium absolutum in dictis literis cōcessum non opitulatur dolosis, vt est dictum. Et plus dixit Bal. in c. j. §. furtum. de pa. iura. fir. in vsi. feu. quòd falsus testis in causa homicidij punitur tanquàm homicidia &c. & allegat text. quem reputat esse singu. in l. j. post princip. ff. de sica. Ita dicamus in proposito de isto teste sequitur, quòd iudex malè inquisiuit contra ipsum Iacobum, asserendo ipsum correū vigore testificationis falso mō factæ per illū Belial &c. non obstante dicto arbitrio. Facit ad prædicta, quod voluit Bal. in c. j. §. iudices. de pac. iur. fir. vbi quærit, vtrum iudex, qui habet arbitrium, faciat litem suam si non seruat consuetudinem. & decidit ꝙ sic, alleg. ad hoc quæ not. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui no. infa. dicēs, ꝙ aliquando non attendi, ꝙ arbitria dentur iudicibus: quia actus quandoque nouam, quandoque celerem desiderāt prouidentiam. allegat, quod singulariter voluit Inn. in c. j. de cōstit. & qđ hr̄ in l. si qs filio exhr̄dato. §. ij autem. ff. de iniusto rup. test. nō tamē dēt ille, q̄ habet arbitrium fulminare. & allegat. not. in d. c. j. de constit. in nouella. Et dicit, ꝙ arbitria, quæ dantur iudicibus intelliguntur ſm mentē legis & arbitriū intellectus, seu rōnis, & sic Bald. in terminis apponit gladium ad hanc dubitationem, ꝙ nō debuit curia fulminare aduersus agnum innocentem, & denegatis indicijs & defensionibus præcipiti festinatione ponere eundem ad torturam, nec seruauit debitam consuetudinem, q̄ ad palatij consuetudinem consueuit obseruari. Et ideo Bald. dicit, ꝙ facit litem suam iudex, qui habet arbitrium, nec seruat consuetudinem: vnde denegādo indicia dari reo & copiam defensionis, non seruat illud quod est consuetum fieri. Item occultando notarium maleficiorum, ne illum videat torquendum contra statuta & consuetudinem palatij. Item non scribendo confessionem tempore, quo ille reus est in patibulo, sed post incarcerationem, est ꝯ consuetudinem palatij, & ꝯ statutum Mutinæ. ergo non excusat̄ curia: intelligitur enim illud arbitrium ſm mentem legis & arbitrium intellectus: & mores legū & arbitrium intellectus nullo modo excludunt accusatum vel inquisitum a defensione legitima. ergo curia vigore arbitrij nulla ratione potuit ita furiare contra ipsum D. Ge. ¶ Et ex istis concludo contra ipsam curiam & contra ipsum Tenubechum testem falsum. Andreas Bar. 1466. die 5. Maij Mutinæ.

EPITOME.

¶ Per instrumentum diuisionis inter fratres nō censetur remissum fideicommissum, si de eo nulla facta fuerit mentio.

SVMMARIVM.

Refutans non intelligitur refutare ius futurum, sed quod liquidum est in præsenti. nu. 1.
Diuisio sola non operatur remissionem fideicommissi. nu. 2.
Ius superueniens post diuisionem non intelligitur remissum. nu. 3.
Verbum, potest, est extensiuum eius, ad quod refertur. nu. 5.
Fideicommissum debet nominatim exprimi. nu. 6.
Verba superflua non debent apponi in instrumentis. nu. 7.

CONSILIVM XLVIII.

CIrca testamentum domini Andreę stat dubitatio, vtrum videatur remissum fideicommissum futurum. Et videtur mihi de iure dicendum, ꝙ non sit: demonstro ad oculum, & ante omnia adduco in medium glo. valde sing. in c. j. in titu. imperator Lotharius Eugenio Papæ & vniuerso populo. in vsi. feud. quæ in terminis ponit hanc q. duo, inquit, fratres diuidunt inter se bona, communia, & ex dicta diuisione venit feudum paternum ad vnum ex eis, qui postea moritur sine hærede, an dictum feudum reuertatur ad dominum, an ad fratrem superuenientem. glo. ibi decidit quòd licet iste frater in diuisione fecerit remissionē, finem, quietationem, & refutationem de dicta parte bonorum prout in diuisione fieri solet: tamen ēt tunc debet feudum reuerti ad istum fratrem superuiuentem. c. j. de nat. succ. feu. & in c. j. de eo qui finē fecit agnat. ex qua glo. decidit, quòd qui diuidit etiā refutando, nō intelligitur refutare ius futurum, sed
1 dumtaxat id, quod in præsenti est liquidum. † Et est ratio: quia cōtra naturam refutationis est, quòd extendatur ad futura. l. si ita. §. si sub conditione. ff. de leg. 2. l. j. C. de pact. l. j. C. de bo. lib. modò ista glo. facit ad intellectū l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obli. nam tres sunt casus. primus est, quando fratres simpliciter diuidunt: tunc enim talis diuisio & refutatio non p̄iudicat iuri futuro, nec fideicōmisso futuro. licet illud pēdeat ex cā de p̄terito: qa ꝯditio euentus: licet qn̄q; fingat retro, fingit retro cōstrictiuè. l. fi. §. sin autē auaritiæ. C. eo. de le. modò in proposito nostro isti tres fratres diuiserunt paternam hęreditatem simpliciter, possunt petere ius futuri fideicommissi: qa nō vident̄ renunciasse futuro fideicōmisso.

Secundus

Secūdus casus, quando non simpliciter refutarunt, sed dixerunt se non venire ꝯ dictam diuisionem, iste est casus noster, qui pro certo est dubitabilis: nā in d.§. duo fratres. dicitur, si fratres cauerant se nihil facturos contra diuisionem, quam de paterna hæreditate fecerunt, quod in illo generali pacto etiam si fideicommissum a fratre in tempus mortis relictum continetur, vt peti non possit, & si petatur, reus absoluitur, & pœna peti potest: sed videtur, ꝙ iudex ibi intellexit per illum generalem sermonem fratres de remissione fideicommissi cogitasse, & sic pronūciauit: tamen malè sensit, & malè pronunciauit. nihilominus sententia pro veritate habetur, & propter authoritatem sententiè pœna peti potest. Iste est casus illius §. duo fratres. non enim ibi dicit Sceuola, ꝙ ibi fuerit pronunciatum, sed ꝙ pœna fuit commissa. & hanc opi. tenuit Iaco. But. qui, vt Bal. vtar verbis in l. quicunque. C. de epis. & cle. fuit excellentior homo Italiæ: & idem voluit Pe. de Bellapertica doctor subtilissimus, & eos sequitur Bart. in d.§. duo fratres, & in l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de lega. 2. fuit enim Bar. doctor supremus, ita de eo loquitur Bal. in l. rationes. C. de proba. quæ opi. sumitur ex glo. d. c. j. quę eis in hoc fuit incognita & peregrina. Et adduco, qđ voluit Bald. in d. cap. j. vbi dicit, si fratres diuidunt, & hincinde refutationem faciunt non expresso fideicommisso futuro, vtrum in hac refutatione generali intelligatur hoc remissum, videtur, quòd sic: quia de hoc debuit cogitari, cum fratres haberēt certam notitiam testamēti, ergo & cogitatum præsumitur. l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. l. quidquid astringendæ. ff. de verb. oblig. l. pe. ff. de penu leg. quia vniuersalis oratio includit omnia, quę specialiter non inueniuntur exclusa. l. si chorus. ff. de lega. 3. sed per gloss. in d. c. 1. potest dici contrarium: quia in generali refutatione non veniunt nisi iura aperta, non ea quæ certam continentiam non habent: quia illa non dicuntur propria iura, sed iurium species: vt l. cum Archimedoram. C. vt in poss. legat. & sic Bald. sequitur opi. quam tenuit Iac. Bu. & Bar. & adduco, quod voluit Ange. in l. cum tutoribus. ff. de transac. vbi dicit, quòd illa solutio data ibi per glo. quòd in dubio diuidentes videntur voluisse remittere fideicōmissum futurum propter clausulam generalem appositam in d. §. duo fratres, quia cauerunt ad inuicem nihil se contra diuisionem facturos. Angel. ibi dicit, quòd docto. communiter reprobant hanc solutionem: ex quo sequitur, quòd communis opi. tenet, quòd non videtur refutatum per fideicommissum, si partes dicunt se, nullo modo venturas contra ipsam diuisionem & sic sequitur, quòd tenenda est iudicando & consulendo communis opi. vt dixit tex. l. 1. ff. de offi. quęst. in ver. crebrior apud veteres opi. & l. 1. ff. de sena. & c. prudentiam, de offi. deleg. cum si. Et sic videtur, quòd uis talis clausulę debeant restringi ad specificata: vt l. fina. §. idem quæsijt. ff. de condi. inde. l. si decreta. C. de transac. quia clausula generalis in dubio non videtur debere referri ad ea, quæ depēdent ex testamēto: vt no. in l. tres fratres. ff. de pact. & quia stipulatio generalis, & indefinita debet limitari secundum naturam præambuli contractus. l. si stipulatus. ff. de vsuris. & per optimè facit ad prædicta. l. Paulo Callimacho. §. Pomponius Herenippus. ff. de leg. 3. vbi testator iussit filiam suam esse contentam certa re pro omnibus sibi relictis in testamento: & tamen illa verba ita prægnantia non extinguunt fideicommissum eidem relictum post mortem fratris sui instituti: vnde arguendo de vltimis voluntatibus ad contractus apparet, quòd diuisio hereditatis in generali quietatione non porrigitur ad ius fideicommissi, & per consequens apparet, quòd cum ita sit communis opi. ꝙ secundū illam est iudicandum, vt voluit Bar. in l. fi. C. de pœna iu. Ang. in l. cum prolatis. ff. de re iu. Bald. in l. 1. ff. de sena. Io. An. in c. 1. de consti. cum si. ¶ Et si quispiam adducat quod voluit Ange. in d. l. qui cum tutoribus. vbi dicit se dare nouum intellectum ad d.§. duo fratres. quem antiqui non viderunt, ꝙ quando cohæredes diuidunt hæreditatem simpliciter, tunc ius fideicommissi non intelligitur remissum: quia ad hoc non est ordinata diuisio: sed solum ad diuidendum ea, quę communia sunt in communione autem fideicommissum non est, & istum decidit esse casum in d. l. cum pater. §. hęreditatem, quando autem non est statum in finibus simplicis diuisionis, immo diuidentes inuicem stipulati sunt nihil contra ipsam diuisionem se facturos: tunc dicit, quòd ius fideicommissi videtur remissum, si eius notitiam habebant, & fideicommissum erat reciprocum. & iste est casus in d.§. duo fratres, qui non est alibi secundùm istum intellectum: nam licet porrigatur ad ius fideicommissi dicta remissio: tñ nullus diuidētium propter hoc grauatur, cum remissiones sint mutuæ, & tantum vnusquisq; remittit, quantum eidem remittitur: & quia præsumendum est, ꝙ per mutuum grauamen quilibet ipsorum appetat esse liber, vt sic de parte sibi contingente possit liberè testari, contrahere, & ad libitum volūtatis disponere. sola ergo diuisio non operatur
2 remissionem fideicommissi† sed iūcta cum illis verbis impugnatur diuisio, si postea fideicōmissum petitur: secus si esset fideicommissum non esset reciprocum, & dicit ꝙ ista opinio est satis æqua & consona intentioni diuidentium, nec scit videre, quis reuelauerit oībus dicētibus, ꝙ in d.§. duo fratres. fuerit malè iudicatum: quia in dubio debemus presumere, ꝙ bene fuit iudicatum, & maximè quia text. ibi dicit, pœnam fore commissam, iniquissimum est pęnam committi ꝑ iniustam sñiam, & no. inquit hoc, quia tibi dico in lecturę transcursu, & sic perfectè non deliberauit, sed in illam sñiam inclinaret tanquàm iustam & æquam: est tñ ponderandum eius dictum, inquantum dicit, ꝙ omnibus placuit, quòd in d.§. duo fratres. fuerit malè iudicatum. longè admiror, ꝙ consuleret ꝯ communem opin. ꝯ illud. Iudicium populi nemo cōtempleris vnus. & idem Ang. in d.§. duo fratres. loquitur largius, de sequendo id, quod supra voluit. dicens se ita in facto sub sigillo consuluisse & respondisse. & idem videtur ibi in addi. sequi Bal. vbi dicit, ꝙ quando dicta clausula est apposita, si nulla alia causa subest, ꝑꝑ quam possit ꝯueniri, necessariò vr̄ fieri nouatio alias relatio etiam ad ius fideicommissi futurum, arg. l. si tam angusti. ff. de seruitu. & l. si quando. ff. de leg. 1. secus si etiam alia causa sub esset: quia tunc intelligetur rebus sic se habentibus, argu. l. quod Seruius. ff. de cond. ob causam. & hanc partem voluit Gul. in d. l. qui cum tutoribus, & Dyn. in d.§. duo fratres. & idem voluit Io. And. in addi. Spe. in ti. de testa. §. in primis. ver. qđ si duobus, & sic aliàs ꝯsuluit ſm hāc partem. cum ergo in casu nostro isti diuidentes habuissent notitiam testamenti: quia in dicta diuisione dicitur, ꝙ illud testm̄ pro solenni bono & approbato habuerūt maximè cum sint filij: vt plenè scribit Bar. melius, ꝗ̄ alibi ī d.§. duo fratres. & per eūdem in l. eius qui. ff. si cer. pet. & in l. is potest. ff. de acq. hære. & quod pulchrè scribit Pau. de Cast. in 10. cōsilio. & cum istud fideicommissum sit reciprocum, ergo vr̄ remissum. Ad ista rr̄spōdeo, ante omnia præmitto elegans ꝯsilium Pau. de Cast. qđ incipit: quia dubia supra formata satis trita sunt, & in ordine est 91. vbi accidit in facto, fideicommissum erat reciprocum, & in fine instr̄i diuisionis erāt apposita verba ista, promiserunt adinuicem non venire

nire ꝯ diuisionem: sed eam firmam & ratam habere, & in nullo ꝯdicere, vel ꝯfacere, vel venire per se, vel aliū modo aliquo, ratione, vel causa, de quibus verbis plusquàm de aliquibus alijs ꝯtentis in instrō videbatur dubitandum: quia Dyn. tenuit fideicommissum remissum, si ipsum sciebat. sed Bar. ipsum reprehēdit per plures rationes, inter quas est ista: quia petendo fideicommissum post mortem in nullo facit ꝯ diuisionem, & allegat rationes Bar. qui concludit, ꝙ etiam si diuidentes sciuerunt ipsum fideicommissum. non censetur fuisse remissum per dictā promissionem. Et postea subdit Bar. nisi fuisset dictum in dicta promissione de non veniendo ꝯtra ratione fideicommissi debiti vel debendi ex testamento paterno, dummodo dicatur inspectis & cognitis verbis testamenti, vel appareat, ꝙ de ipsis notitiam habuerit, & sic requirit specialem & expressam mentionē de dicto fideicommisso. ad hoc vt videatur ei renunciatum. postea verò in 5. & 6. q. videtur velle, ꝙ sufficiat generalis remissio, puta ꝙ remiserit ius, quod habet, vel habere sperat ex quocunque testamento, dummodo renunciantes sint de illis, qui prę sumuntur scire, & possunt renūciare, & sit aliud ius, ad quod dicta verba possint restringi, vel restringerentur ad illud l. si de certa. C. de transac. sed in casu illo nulla ꝯtinetur renunciatio de aliquo iure fideicommissi, nec in specie, nec in genere: & erant sui heredes, in quibus presumebatur ignorantia ꝯtētorum in instrumento, arg. l. eius qui. ff. si cert. petat. & illi qui tunc petebant fideicommissum, erant minores, qui non poterant eorum iuri renunciare: vnde concludit sine dubitatione quacunq;, ꝙ dicto fideicommisso non videtur renunciatum per dictam diuisionem, vel aliqua verba ipsius, & per alia, de quibus dederunt inuicem licentiam alienandi. ita ꝯcludit do. Pau. in pręfato consilio. Circa quod est aduertendum: quia Bar. in 4. q. dicit sufficere, si dicatur occasione fideicōmissi debiti vel debendi ex testamento paterno. Et sic sentit, ꝙ ad perfectionem actus requiritur, quòd fiat expressa & specialis mētio. & ita etiam eum intellexit domi. Pau. & adduco glossam, in versi. canonicis, in c. statutum, de rescript. libro 6. quæ declarat naturam illius verbi, sufficere. quam allegat domi. Abb. in c. 1. de postu. præla. sed in quinta quæstione dicit, si fuit dictum, remisit omne ius presens, vel futurum ex testamento, vel ab intestato iure fideicommissi. & decidit sufficere, si diuidentes scire præsumantur disposita in testamento: sed in 6. quæstione dicit, remisit omne ius, quod habet, vel habere sperat in dictis rebus. & decidit, ꝙ sufficit in sciētē. idem dicit si dicat omne ius, quod habet, vel habere potest, quod est extensiuum ad futura, l. si ita quis. ff. de legat. 2. & si non competit aliud ius nisi fideicommissum, videt̄ nominatim expressum, ita ibi residet. & idē voluit Bal. in d. c. 1. vbi loquitur de hoc verbo, vel habere potest. Ego pondero, ꝙ indubitanter Bar. non bene loquitur, & ꝯdicit sibi ex eo: quia in 4. q. tenuit, ꝙ requiritur, ꝙ fiat specialis & expressa mentio fideicommissi, & etiam in dicta 6. q. idem sentit, dum dicit, ꝙ idem est, ac si nominatim fuisset expresū, & sic requiritur expressio nominatim fienda: vt ipsemet Bart. sentit. Demonstro nunc ad oculum, ꝙ non rectè loquitur, vbicunque agitur de tollendo illud, quod ex lege sancitum est, nūquam tollitur, nec ei derogatur: nisi nominatim illud exprimatur tex. est melior de iure, in l. fi. C. de indi. viduit. in versi. expressum, quem tex. ita allegat Lud. Rom. in repetitione, auth. similiter. C. ad legē falcidiam. Et adduco text. valde singul. in l. fina. §. omne. in versicu. specialiter. C. de admi. tuto. & ibi Barto. Bald. & Ang. & l. si quando. §. & generaliter. in versic. specialiter. C. de inoffi. testa. & quod voluit ibi Bal. & Sal. & quod voluit do. Ant. & Io. de Imo. in cle. constitutionem, de ele. & quod voluit Ang in l. 2. §. ad filiorum. C. qñ & quibus quar. pars debe. lib. 10. & in auth. sed cum testator. C. ad leg. falcidiam. & in auth. de hęre. & fal. §. si verò expressim. & in l. cum virum. ff. de fideicom. Cum ergo in proposito agatur de tollendo fideicōmisso debito ex dispositione legali: quia voluntas testatoris dr̄ lex, vt in auth. de nup. §. disponat, & requiritur nominatio expressa: vt voluit Bar. in renunciando fideicommisso. ergo sequitur, ꝙ nō sufficiant illa verba, remisit omne ius, quod habet, vel sperat, si nominatim non faciat mentionem de fideicommisso. Et ex quo Bar. dicit, ꝙ nominatim debuit fieri. sequitur, ꝙ non sufficit, nisi fiat in specie. Ex hoc tollitur illud, quod voluit Bar. in l. 1. ff. si quis in ius voc. non ie. quia mentio fit in specie, & in indiuiduo. vt voluit Bar. in l. j. ff. de vulg. & pup. & indubitanter ista doctrina mea licet sit nouissima, nec dicta, nec inuenta per aliquem in hac materia tamen est verissima. & sic nec Bart. nec Bald. nec Ang. rectè loquuntur, nec est mirum: quia aliquando bonus dormitat Homerus: vt no. in l. recusari. ff. de acq. here. quia veritas est, ꝙ debeat fieri mentio iudicialis, & singularis de dicto fideicommisso, ex quo sequitur, ꝙ somnia sunt illa verba Ange. superius relata: quia confunduntur per hanc doctrinam: maximè, quia iurisconsultus, in d. §. duo fratres. non intendit decidere istud dubiū, si est remissum fideicommissum, sed dubium pœnæ: quia verisimile est, ꝙ Scęuola vbi supponat, ꝙ malè fuerat iudicatū, quia alias quęstio principaliter formata non habuisset dubiū, & debuisset potius formari quęstio principaliter, an fideicommissum videretur remissum, postea formari quæstio pœnæ, & per consequens videtur ibi casus contra Ang. Dy. & sequaces, & etiam facit: quia ex quo secundùm communem opi. per simplicem diuisionem non tollitur ius fideicom. eo. modo nō tolletur vigore dictæ clausulæ, cū per eam nil aliud promittatur, quàm non facere contra diuisionem, sed nemini dubium, ꝙ non facit contra diuisionem petendo fideicom. ex quo ius superueniens post diuisionē non intelligitur remissum †accedat ad hoc,
3 quædam clausula adiecta ad vnum effectum nō debet operari alium. † l. legata inutiliter. ff. de legat. 1.
4 quia clausula adiecta ad executionem principalis dispositionis non ampliat illam: cum ergo illa clausula fuerit adiecta ad confirmandam diuisionem, non debent operari vltra illud, quod importat principalis dispositio diuisionis. & per hanc partem tenet dominus meus Ioan. de Imol. in dicto §. duo fratres. & respondet ad motiua Ange. vt ibi poterit videre do. iudicans, & rectè rn̄dit. ¶ Modò veniendo ad verba, & effectum huius diuisionis, dr̄ in ea, ꝙ dicti diuidētes habuerunt testm̄ paternum pro valido, solenni & approbato de fideicommisso nullam faciūt mentionem. & postea dr̄, cedentes actiones &c. quas vna pars habet, seu habere posset in portione assignata alteri parti, & est ita & taliter quēadmodum vnusquisque ꝑ re sibi assignata agere & experiri posset, &c. & ipsis mediantibus, & premissis omnibus & suprascriptis in oībus suis capitulis firmis remanentibus se adinuicem inquietarunt, absoluerunt, & ipsi filij ratione dictæ hæreditatis paternę qualitercunq; possunt vsque ad præsentem diem per Aquilianam stipulationem præcedētem & acceptilationem &c. Ista sunt formalia verba, quæ apposita sunt in dicto instrō diuisionis, stat mō difficultas, si ex illis verbis videatur remissum fideicom. futurū sub ꝯdōne morientium ipsorum filiorum. Et est bene ponderandum; quia consueuerunt ꝯhentes, vbicunq; volunt com

comprehendere actiones futuras semper in instrõ ↄcipiunt verba ẽt in futurum: quia dicunt, actiones cõpetentes & ↄpetituras, & sic exprimunt actiones, quę futuro tpe competent, ꝙ in casu nrõ non est expressum in dicto instrõ diuisionis. ¶ Mõ in proposito arguo sic limitata causa limitatũ parit effectum. l. in agris. ff. de acq. re. do. l. age cum Geminiano. C. de transa. sed hmõi refutatio, seu remissio fuit limitato non facta: quia de his, quæ competebant usque in præsentem diem: sed fideicommissum erat competiturũ ex morte ipsorum institutorum, ergo sequitũr, ꝙ frustra loquimur de futuro fideicõmisso remisso. vnde cum Bar. dicat in d. §. duo fratres. & Bal. in d. c. j. ꝙ illud verbum, habet vel habere potest comprehendit futurum, intelligitur, nisi ↄhentes expresse se arctassent ad pręsentem diem: quia tunc frustra quęrimus de iure futuro remisso: quia actus agentium non operantur vltra intentionem eorũ: vt l. non oĩs. ff. si cer. pe. l. ex verbis. C. de dona. inter virum & vxo. & licet vtatur verbo habet, vel habere posset: tñ non vtitur illo verbo habere posset simpliciter, vt iam loquitur Bart. in d. §. duo fratres. & ita etiã loquitur idem Bart. in l. post emancipationem. ff. de li. leg. sed in casu nostro diuidentes restrinxerũt illud verbum hr̃e posset, videlicet in re sibi assignata. vnde si quod ius haberet de præsenti, vel habere posset in re sibi assignata, totum illud cedat vnus alteri: nõ enim cedit illud ius, quod habet, vel habere posset in alia re sibi assignanda in futurum: sed in re sibi assignata. & ad hoc adduco, quod voluit Bar. in l. si ita. ff. de auro & arg. lega. vbi dicit, ꝙ licet hoc verbũ potest, sit pręsentis temporis, & trahatur ad futura in d. l. si ita. in prin. ff. de leg. 2. modo testator dicit in suo testamento, lego omnes res, quæ sunt, vel reperiri possunt Perusij. & testator superuixit longo tempore & plura quęsiuit, an futura veniant. quidã aduocatus scripsit ꝙ non per illam. l. cum sua materia: sed Bar. scripsit ibi, ꝙ est dubium pp verbum possunt: tñ dixit, ꝙ futura non veniunt: quia verbum potest, est extensi-
5 siuũ† eius, ad quod refertur. vnde refertur ad actum reperiendi non ad actum habendi, & sic in proposito cum illa clausula referatur ad rem sibi assignatã: ergo quodcunque ius in futurum haberet, non veniret in præsenti cessione. ¶ Et si diceret quispiam, ergo venit ius futurum ↄpetens dicto remittenti in re assignata alteri. ergo si illa res erat obligata fideicõmisso futuro venit in tali remissione illa res, ex quo erat subiecta fideicommisso, ex quo cessat omne ius quod habet & habere posset in re sibi assignata. Ad hoc rñdeo, ꝙ istud tollitur per id, quod sequitur in dicto instrõ, in quo dr̃, ipsi filij ratione dictæ hæreditatis paternæ petere possent vsque in præsentẽ qualitercunque & quõcunque, & sic restringuntur illa verba superiora de eo, quod haberet, vel hr̃e posset vsq; in præsentem diem. ideo vr̃ remitttere ilud ius, ꝙ habet, vel habere, vel petere posset vsq; in præsentem diem: sed in pñti de illo, quo factum fuit instrm̃ diuisionis, nec habere, nec petere poterat dictum fideicommissum in rebus assignatis alteri. ergo sequitur, ꝙ non videtur remissum fideicommissum. licet ergo posset quispiam dicere, ꝙ non potest iste frater superstes petere fideicõmissum restitui sibi in rebus assignatis alteri: tñ istud est falsum: quia si in rebus assignatis alteri fratri non possunt petere fideicommissum, sequeretur, ꝙ fideicommissum videretur remissum, quod non est verum: cum nulla mentio facta fuerit de fideicommisso in dicto instrõ diuisionis vt superius dixi. & cõis opi. ita tenuit, vt est dictum, & sic illa clausula in fine apposita referẽ ad superiora præcedẽtia, vt in c. secundò requiris, & c. quia, de appel. l. consilio. §. quęsitum. ff. de cura. furi. l. si idem cum eodem. §. fi. ff. de iurisd. om. iudi. tollitur etiam ista obiectio: quia de fideicommisso debet fieri men-
6 tio nominatim:† vt voluit Bar. sed vbicunque in tollendo illud, quod fuit in casu nostro: quia cum fideicommissum esset expressum in testamẽto, sequitur, quòd debuit nominatim tolli. & ita limitatur illud, quod dixit Bar. quod verbum potest comprehendit futurum: quia procedit, nisi illud futurum esset nominatim exprimendum: quia tunc requireretur, ꝙ staret specificatio nominatim. Præterea illud tollitur ex alio: nam in dicto instrõ diuisionis dr̃ quietauerunt, absoluerunt ipsi filij ratione hæreditatis paternæ qualitercunq; petere possent, clarũ est, ꝙ absolutio præsupponit obligationem, quasi priuatio præsupponens habitum. l. decem. ff. de verb. ob. l. manumissiones. ff. de iusti. & iure. ca. ad dissoluendum, de despon. impu. non enim propriè cadit absolutio, cum debitum est conditionale, & verba contractus sint accipienda propriè: vt l. quicquid astringendæ. ff. de ver. obl. & l. 1. §. si qui nauem. ff. de exercito. c. in nostra, de iniur. cap. susceptum, de rescrip. libr. 6. sed hæc proprietas non cadit in obligationibus cõditionalibus, quarum substantia ex futuro pendet euentu. ergo ad illas non debet posse fieri relatio. est ergo conditionalis obligatio abusiua, vnde non propriè cadit absolutio, & sic est sine effectu. l. creditores. ff. de verb. sig. & illa verba, vsque in præsentem diem, declarant animum quietantis & absoluentis, ꝙ ad illos extendere noluit, quarum dies adhuc non cessérat: nam si voluisset comprehendere fideicommissum futurum, cuius dies nondum venerat, non adiecissent illa verba vsque in præsentem diem, & sic apparet, ꝙ nec mens, nec verba ipsorum diuidentium fuit, vt ↄprehẽderetur remissio fideicõmissi futuri, quod pendebat ex futuro euentu, & habebat se ad esse & non esse. vnde absoluerunt se a rebus assignatis ex causa communionis: quia inquantum erat dicta causa communia effecta sunt propria per dictam diuisionẽ. Et adduco ad prædicta, quod voluit Ang. in suis consilijs consi. incip. visa dicta quietatione, & in ordine est 185. vbi quidam fecit quietationem, liberationem, absolutionẽ, & pactum de vlterius non petendo de omni eo, quod petere, aut exigere posset vsque in pręsentem diem cum scriptura vel sine, vel alia quacunque ratione modo iure, vel alio aliquo modo, qui excogitari posset vsq; in pręsentem diem & per Aquilianam stipulationem, & acceptilationem &c. Fuit dubitatum, vtrum porrigatur ad obligationes conditionales contractas, quę nondum extiterant, & consuluit Ang. ꝙ non extenditur: quia videtur remittere eas obligationes, quarum dies cessérat, non quarum dies non cesserat, & conditionalis obligatio dicitur esse abusiua obligatio non propriè cum sine effectu sit, & illa verba, vsq; in præsentem diem absolutum &c. declarant animum, ꝙ ad illas extendere nolint, quarum dies adhuc non venerat. Et dicit ibi etiam Ang. ꝙ ex quo illa quietatio & absolutio in Aquilianam stipulationem & acceptilationem est deducta non solùm non fit extensio ad obligationes conditionales ex causa euentionis, immo ad illas non extenditur: quia debuit fieri f̃m formam introductam a Gallo Aquilio, ex quo deducta in Aquilianam stipulationem & acceptilationem, quæ forma describitur. ff. de acceptil. l. & vno. §. eius, per quam apparet de obligationibus ↄditionalibus, vel in diem, vt probatur in versi. oportet, oportebit, vel præsens, vel in diem, & etiam de obligationibus conditionalibus, quarum dies nondum venit, debet fieri expressa mentio. vnde cum hic specifica mẽtio facta non sit: ergo non comprehendit ↄditionalia, vel in diẽ dicta acceptilatio, cũ non sit recedendum a for-

a forma tradita à lege.l.cũ hi.§.si pretor.ff.de transf. forma enim est,quæ dat esse rei,& conseruat rem in esse.l.sed & si quis.§.Iulianus.ff.ad exhibē.c.dilecta, de rescript.cap.prudentiam,de offi.deleg.ita consuluit Angel.in præfato consilio.& per consequens videtur dicendum,ꝙ in casu nostro non comprehenditur dictum fideicommissum futurum.¶ Et si quispiam opponat, verba † debere aliquid operari. l. si 7 quando.ff.de leg. 1.c.si Papa,de priui.lib.6.l.si quando.C.de inoffi.testa.19.dist.c.si Romanorum.& ideo pulchrè dixit Bal.in rub.C.de con.emp.in 9.q.quòd nedum clausulæ: sed ne, quod minimum verbum debet esse sine ministerio aliquid operandi.l.si stipulatus.ff.de vsur.& quod voluit idem Bal.in l.lecta.ff. si cer.pet.vbi dixit,ꝙ omnia verba instrumenti sunt ponderanda per illum text.monet enim nos lex, vt totum instrumentum legamus,arg.l.argentarius.§. edi.ff.de eden.si petitur instrumētum registrari,omnia verba sunt registranda,prout iacent,& quod voluit Bal.in l.sed & si quis.§.quæsitum.ff.si quis cauti. Et ideo Bart.in l.qui Romæ.§.duo fratres.in 6.q.dicit,quòd aut tempore diuisionis erant aliȩ causȩ,ex quibus contrahentibus sperabant in dictis bonis habere aliquod ius, puta ex aliquibus præcedentibus contractibus:& tunc illud verbum remissum,quod habet,vel habere sperat, non refertur ad ius, quod dependet ex testamento,& sic non refertur ad fideicommissum, aut nulla causa apparebat, nisi illud ius fideicōmissi:& tunc videtur remissum fideicommissum: quia videtur nominatim, expressim cum non sint alia iura,vt l.2.ff.de lib.& posthu.& ista verba dicit ibi Bart.fore verissima & notabilia ad multa.Et facit,quod voluit gl.quæ reputatur sing.in l.1. ff.quod metus causa.quæ dicit,ꝙ syllaba non debet apponi superfluò in lege:quia gaudēt breuitate moderni.ergo multofortius non debent apponi superfluò verbum in instrō contrahentium : quia mitius agitur cum lege,quàm agatur cum homine:vt l.Celsus.ff.de arb.& facit elegans tex.in c.solitæ,de maio. & obe.vbi dicit,ꝙ illud verbum,tāquàm,non apponitur ibi superfluò.Modo in proposito si illa verba, ꝙ cessit actiones,quas habet, & habere sperat, non comprehenderēt fideicommissum futurum,sequeretur,ꝙ nihil operarentur : quia non sunt alia iura, ad quȩ referri possent,ideo vt aliquid operentur, vr̃, ꝙ inducāt remissionem futuri fideicommissi.ars.n. imitatur naturā inquātum potest, ait philosophus, in 2.Physicorū. & probatur in l.adoptio.ff.de adop. & Cicero in li.de amicitia,dicebat.In hoc sumus sapientes,ꝙ naturam tanquam Deum,Ducemque sequimur,eique paremus,sed natura non abundat in superfluis.vt voluit Aristoteles in primo de generatione & corruptione. ergo eodē modo & ars,& per ꝯsequens illa verba referuntur ad fideicommissum futurum.Ad ista,licet colorata esse videantur,facile erit dare responsum. Et adduco,quod voluit Bal.in rub.C.de contrahen.emp.in prȩfata 9.q.vbi dicit,ꝙ etiam minimum verbum censetur appositum cum ministerio operandi,si potest.ergo sentit,ꝙ vbi non potest aliquid operari,nihil operabitur, allegat.d.l. si stipulatus,sed in casu nostro nō potest operari remissionem fideicommissi futuri:ergo sequitur,ꝙ nihil operabitur,ꝙ autem non possit operari remissionem fideicōmissi, apparet : quia nominatim debet in instrumento diuisionis fieri mentio de fideicommisso:vt voluit idem Bart.in præfata 6.q.& etiam in 10.q.quo casu vbicunque actus debet specificè fieri, non sufficit,ꝙ fiat in genere,etiam si verba non possunt aliud operari. ideo dixit Bal.in l.si quando.§.& generaliter.C.de inoffi.testa.pater reliquit filiæ decē in testamento,& iussit eam esse contentam,ita ꝙ in bonis suis nō possit plus petere, vel habere occasione legitimæ, vel alia quacunque ratione.modò ista filia istud legatum acceptat & recipit a fratre, & fecit de eo finem & refutationem,& vniuersaliter agere ad supplementū legitimæ. Quæritur,vtrum possit, & decidit ꝙ sic. Ecce nunc qualiter non erat aliquod aliud ius,quod videretur remissum,nisi ius petendi supplementum legitimæ, & apponuntur illa verba ita prȩgnantia,& tamen non vr̃ remissum ius petendi supplementum legitimȩ. Et est ratio: quia specialiter erat exprimendū ius petendi supplementum.imputetur ergo fratri,quare non fecit illud exprimi specialiter. Ecce nunc,ꝙ licet verba non possint aliud operari: tn̄ non operātur remissionē eius, quod in specie remitti debebat.& ideo stat doctrina Bald.vera in loco præallegato, ꝙ operatur,si posset operari,aliàs secus. Et accedat,quod voluit Bar.in l. j.ff.de iure codi.vbi dixit,reperitur scriptum in testamento,ꝙ si non valet vt testamentum,valeat vt codicillus,decidit,quòd illa clausula magis apponitur 8 † de consuetudine notariorum,quàm quod testator intelligeret, quid importet. Et ideo dicit, ꝙ si testator de ventre non cogitat, non valet testamentum, etiam si dicta clausula apponatur:quia potius notarius de se illā apposuit.Et adduco, quod egregiè voluit Bal.in l.quoties.C.de hær.insti.vbi dixit,testator legauit mille suo fratri, & instituit ecclesiā in quinque solidis,hæres vniuersalis repudiauit hæreditatē, quærit ibi,cui accrescat,an ecclesiæ, an fratri, videtur,ꝙ ecclesiæ,ex quo est instituta: vt ibi habetur.& in l.j.§.si ex fundo.ff.de hæred.insti.ꝯrium decidit,ꝙ immo accrescit fratri ex præsumpta mēte testantis, ꝙ dicit apparere:quia eundem magis honorauit legando sibi mille,quàm ecclesiam,quam instituit in quinque solidis,& cum opponitur, ꝙ fuit instituta, respondet Bal.ꝙ illa institutio emanauit de stilo notarij potius,quàm ꝙ testator sibi mandauerit,ꝙ scribat tit.institutionis.Et adduco,quod voluit do.Ant. in c.cum contingat,de iureiur.vbi dicit,mulier refutauit ius sibi debitū,& in instrumento fuerunt concepta verba prægnantia, quòd cedebat illud ius, licet esse in maxima quantitate, & iurabat non venire contra rationem enormis,& enormissimæ læsionis,ꝙ nihilominus poterat venire ꝯ rationem enormissimæ læsionis, nec erat curandum de illis verbis ita latissimis appositis in prȩfato instrumento:quia emanauerant potius de stilo notarij:quia notarij ita solent apponere verba prȩgnantia,quȩ tamen a partibus non mandantur apponi,& sequitur hanc doctrinam do.ꝯsiculus meus Abb.ibi. Adduco etiam, quod voluit do.Ant.in commento.c. Quintauallis, de iureiu.vbi dicit,arbiter me læsit in maxima quātitate,ita ꝙ sum lȩsus enormissimè,& in maxima quātitate, volo petere reductionem ad arbitrium boni viri.dicitur,ꝙ non possum:quia in compromisso exprimitur,ꝙ arbiter possit lȩdere partes enormiter & enormissimè in maxima quantitate. decidit ibi do. Anto.multum egregiè, ꝙ non obstantibus illis verbis expressis in cōpromisso potero petere reductionem:quia illa verba potius apposuit notarius ex se, q̄ ꝙ sibi fuerit dictū a partibus.sequitur ibi do. Abb. modò ista bellissimè tollunt illam obiectionē. licet enim fuissent apposita illa verba ita prægnantia : tn̄ non operantur effectum : quia potius videntur apposita a notario ex se, quā ꝙ sibi fuerit cōmissum a partibus.ideo non debent nocere huic minori.& eo maximè,quia isti diuidētes tunc tp̄is non erant maiores 10.annis.ideo cōsiderata minori ætate non est verisimile,ꝙ cōmiserint notario,ꝙ apponat illa verba prȩgnātia.verba enim sunt intelligenda secundū qualitatem personæ,ad quā referūtur: vt l.plenum. §.equitij.

§.eqtij.ff.de vsu & habita.& l.ex militari.ff.de testa. mili.Inno.in c.pastoralis, de dona.& scribitur apud Io.Boccacium poetam celebrem.Pensandę sunt hominũ vires & examinanda ingendia.¶ Pręterea etiã aduertendum est:quia si legatus totus tenor instrumenti diuisionis non dicitur, ꝙ inspectis & cognitis verbis testamenti, quo casu si non apponantur illa verba, non potuit tecedi a testamento, hoc decidit tex.formalis.in l.j.ff.quemadmo.testa.aper.in versi. nec exquiri aliter veritas potest, quam inspectis cognitisq; verbis testamenti.& ibi Ang.docet,semper debere esse cautos notarios,vt apponi faciãt illa verba in instrumento,inspectis & cognitis verbis testamẽti.Et adduco,quod voluit idem Ang.in l.tres fratres.ff.de pac.vbi dicit,semper adijcias hæc verba,visis & inspectis ac cognitis verbis testamenti,tam per seipsos ꝯhentes,quàm per alios iurisperitos,& oẽm euitabis telorum amaritudinem. Et adduco, quod idem voluit Ang.in suo consilio incip.pro parte negatiua,& in ordine est 84.vbi refert Bar.consuluisse, ꝙ in cõpositione fienda super testamento apponantur illa verba,visis,inspectis, & cognitis verbis testamenti,allegat ita voluisse Bart.in d.§.duo fratres. & in l.de his.ff.de transac.reuera Bar.dicit ibi sufficere, ꝙ sciant tenorem testamenti,& ille dicitur inspicere,qui scit.l.in ciuile. coniuncta l.scire.ff.de legib.vr̃ enim sciens inspiciens oculis intellectus.secus dicit, si dicatur,lectis: quia cõcernit lecturam oculorum. l.j.§.j.ff.de his quæ in testa.delen. & refert se dixisse in d.§.duo fratres. sed pro certo nõ vr̃ bene dictum istud verbũ Bar.ita indistinctè:nam iura allegata superius dicunt,visis cognitisq; verbis testamenti.vnde coniungunt duo, inspectionem corporalẽ & mẽtalem seu intellectualem:licet enim sæpe oculus capiatur pro intellectu,vt est text.in l.itẽ apud Labeonem.§.si quis sic fecit in ver.video enim dñm agere posse.ff.de iniur.& in l.Titia.la 2.ff.de leg.2.Et adduco illud,quod habetur Genesis.c.3.aperientur oculi vestri,& eritis vt dij sciẽtes bonum & malum, & adduco,quod voluit clementissimus Rex noster Iesus Christus. Abraam, inquit, lætatus est videre diem meum, & vidit.& supremus prædicator Paulus.10. ad Romanos inquit, credidit Abraã, & reputatum est illi ad iustitiam,& sic probatur,ꝙ inspectio refertur ad intellectum:tñ illud est verum,quando materia subiecta hoc patitur, vt in dictis authoritatibus: quia si verbũ inspicio,profertur solitariè,& materia congrui intellectu, capitur pro oculo intellectus,& ideo glo.singu.in cap.quorundam,de elect.lib.6.dicit,quòd est duplex oculus, videlicet oculus corporis, & oculus intellectus: sed vbicunque profertur cum adiuncto: vt quia dicitur,inspectis & cognitis, illud verbum, inspectis, refertur dumtaxat ad oculum corporis,qui propriè dicitur oculus,vt no.in d. cap.quorundam.Cum ergo in proposito nostro lex dicat,inspectis,& cognitis,videtur iurisconsultus referre se ad oculũ corporis,& ad oculum intellectus, ergo est necesse,quòd videatur testamentum oculis corporis & oculis intellectus,vel per se,vel per aliũ, si literas nesciat: qa melior cognitio causatur in nobis ex visione corporea. iuxta illud Aristotelis. propter admirari cœperunt homines philosophari, & Paulus apostolus dicebat primo ad Romanos.inuisibilia Dei per ea,quæ facta sunt conspiciuntur,sempiterna quoque eius virtus & diuinitas, & per consequens cum illa iura clara sint,quò ad oculum corporis & quò ad oculum intellectus,sequitur necessariò,quòd seruare debuit,ꝙ diceretur in dicto instrumento diuisionis, inspectis & cognitis verbis testamẽti, quod minimè factum extitit.ergo imputet sibi ille,qui stat pro diuisione,& sic cautela Angeli allegata superius est necessaria. Et ad legem inciuile. respondeo inquantum dicit, perspecta.& loquitur solitariè de verbo perspecta.ideo opus est, vt referatur ad oculum intellectus: sed in casu dictæ legis de his.requiruntur duo,inspectio,& intellectio,& cum Bartolus dicit,ꝙ legere capitur pro oculo corporis, adduco dominum Antonium in c.fraternitatis, de testib.vbi loquitur de lectione mentali.& Bartolum in l.vnica.in princip.C.de testibus.& in l.vbi adhuc. C.de iure dot.& sic veritas est,quòd debuit dici in dicto instrumento diuisionis,visis & cognitis verbis testamenti.ergo multominus comprehenditur fideicommissum futurum, quicquid dixerit Bartolus in dicta lege de his,nec potest illi legi renunciari,vt voluit ibi Iacobus Butrigarius,Angelus & alij: quia illa lex loquitur prohibitiuè.ergo renunciari non potest.C.ne fideiuss.dot.den.lege prima,cum glo.sua: tum etiam quia inspici verba & cognosci est de forma,ergo renunciari non potest: vt lege cum hi.§.si prætor.ff.de transac.& not.in lege pactum inter hæredes.ff.de pact. Et ideo dicebat Baldus in authentica iubemus.C.de iudic. ꝙ iudex non potest recedere a forma,tenetur enim seruare formam.ergo multofortius tenebitur priuatus homo ad formam obseruandam: tum etiam, quia illud est inductum in odium hęredem ocultantium testamenta.ergo non potuit illi formæ renunciari:tum etiã quia sunt verba ablatiui,quę faciunt conditionem,vt lege a testatore.ff.de conditio.& demonstra. ergo & per consequens nõ fuit satisfactum iuri in ista diuisione,cum non fuerint apposita illa verba visis,& cognitis verbis testamenti.¶ Et si dicatur,sufficit,æquipollentia aliorum verborum:vt l.2.ff.de libe.& posthu.& voluit Bar.in d.§.duo fratres.quia respõdeo, non sufficit: quoties enim talis expressio apponitur pro forma,non sufficit,ꝙ apponantur verba æquiualentia. Et ad hoc adduco,quod voluit Bal.in l.j.ff.de libe.& posth.vbi dicit statuto cauet̃, ꝙ in accusatione dẽat exprimi nomen & cognomen accusati,& accusatur quidam,cuius nomen est notoriũ, vt fuit gallopressus,qui fuit bidellus Azonis, de quo loquitur gloss. singula.in l.hac consultissima.C.qui testa.face.poss. quo casu sufficit,vt nomen sit notoriũ,vt ibi est glo. & voluit ibi Ange.& etiam voluit Bart.in l.demonstratio.ff.de condic.& demonstra.nihilominus dixit Bal.in d.l.j.quòd non sufficit nomen esse notorium, immo debet exprimi in accusatione cognomen:qa lex requirit hoc pro forma, quæ seruanda est, & sequitur Lud.Rom.in d.l.hac consultissima. Et facit, quod voluit idem Ludo.in repet.rub.ff.de arbit.vbi dicit,statuto cauetur,quòd iudex debeat pronuntiare de consilio sapientis, quòd super re indubitabili potest pronuntiare sine consilio,vt l.non aliter.l.ille aut ille.§.cum in verbis.ff.de lega.3.per Bar.& quod voluit Bal.in l.1.C.de relat.& in l.ancillę.C.de fur.& nihilominus si statutum hoc requirit pro forma,ꝙ non videtur satisfactũ statuto, etiam si casus sit pro illa sententia.requiritur enim adesse consilium. Ita dicamus in proposito nostro,vt seruetur forma statuti seu legis.facit, quod voluit Io.Andr.in l.ratum, de reg.iur.lib.6.& quod voluit ibi Bald.in cap.fin.§. & quidem.C.de iure delib.ergo sequitur,quòd non est satisfactum formæ legis, & per consequens non videtur remissum fideicommissum.Et ad hoc accedat, quod voluit Gul.de Cu.in l.de his,quem ibi refert & sequitur Ang.ꝙ si filię fuit aliquid relictum in testamento paterno pro dote,& ipsa refutauit & vocauit se tacitam & contentam dicto relicto. deinde videt se non habere suam legitimam,quòd non obstante quietatione poterit petere supplemẽtum. Et ideo docet cautos debere esse fratres, quòd faciant appo-

apponi, ꝙ non afferat ſe ꝯtentam pro ſua legitima dicto relicto. dicit de hoc eſſe text. optimũ in d.l.ſi qñ, §.& generaliter. C. de inoffic. teſta. & in l.cum Aquiliana. ff. de tranſa. Ita vr̃ dicendum in propoſito. debuit eſſe cautus ille, qui ſtat pro inſtr̃o diuiſionis, vt exprimeretur de fideicommiſſo futuro, & ſic ſole clarius eſt, ꝙ in hac diuiſione nõ vr̃ remiſſum fideicommiſſum futurum. Et ſic non obſtant illa verba, ꝙ ceſſerunt, quod habebant, vel hr̃e poterant, nec oportet intrare illum ꝯflictum diſputandi, quid fuiſſet in dicto inſtr̃o dictum, ꝙ cedũt ius, quod habent, vel habere ſperant, de quo loquitur Bar. in d.l. poſt emancipationem. ff. de libe. leg. & Bal. in c.j. in ti. imperator Lotharius. & in l.ſpem. C. de don. & Bar. in l. cum dñs. ff. de pecu. lega. & in l.j. C. de pac. quia in ipſo inſtr̃o diuiſionis non fuit dictum de eo, quod hr̃e ſperabat. Nec obſtat, ſi dicatur, ꝙ in dicto inſtr̃o dr̃, firmis remanentibus ſupradictis omnibus & ſingulis, de qua clauſula hr̃ in l.qui fidem. ff. de tranſac. & in l.cum proponas. C. de pact. & in l.ita ſtipulatus. ff. verb. ob. quia iſta clauſula nihil operatur: quò ad fideicommiſſum futurum remittendum, ex quo in dicto inſtr̃o diuiſionis nulla fuit facta mentio de fideicommiſſum futuro remittendo, vt ſuperius dictum eſt, & ideo ex ſeparatis non infertur. l.ſi maritus. C. de dona. inter virum & vxor. l.eum actum. ff. de neg. geſt. cum ſi. & per ꝯñs ſtat pura veritas in iſta conſultatione circa duo. videlicet, ꝙ de iure communi diuidentes non videntur remittere fideicõmiſſum futurum. & iſta eſt opi. cõis, quam tenent Iaco. de Bu. Pe. Bal. & etiam Bar. licet variauerit Pau. de Caſt. Io. de Imo. & etiam Ange. dixit iſtã eſſe cõem opi. licet ipſe aliter conſuluerit, & maximè in caſu noſtro diſponit æquitas & voluntas patrisfamilias facientis illam ſubſtitutionem, & iniquum eſt auferre hæreditatem paternam, & ꝯferre illam in extraneos ꝯ votum patris: quia naturalis ſtimulus hortatur pr̃em, & vrget ad congitandum pro filio, vt l.amiciſſimos. §.ſi. ff. de excu. tut. & quod voluit Bal. in auth. ꝙ ſine. C. de teſta. & facit illud virgilianum. Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parentis: facit l.cũ ratio. ff. de bo. dam. & l.ſcripto. ff. vnde lib. & quod hr̃ in l.nihil. §.facilior. ff. de bo. li. iuxta illud Ciceronis in 1. officiorũ. vnicuique, inquit, nr̃m chari ſint liberi. ideo conſultum eſt nobis ab illuminatiſſimo doctore Aurelio Auguſtino, vt potius inſtituamus filios nr̃os, quam eccleſiam: vt in c.quicunque. 17. q. 4. glo. in l.Papinianus. §.ſi imperator. ff. de inoffi. teſta. & in l.ſi quis ad declinandam. C. de epiſ. & cle. ideo magis diligimus filios noſtros, quàm noſmetipſos, vt l.iſti quidem. ff. quod metus cauſa. philoſophus in 8. Ethycorũ. ideo vr̃ ſoluere iniquitatem, vt excludamus filium a bonis paternis, & includamus extraneũ ꝯ voluntatem ipſius teſtantis & ꝯ iuris diſpoſitionem, tam ciuilis, quàm naturalis canonici & moralis: vt dixit Bald. in l.iubemus. C. de teſta. Eſt etiam ꝯcluſio circa aliud, videlicet, quòd propter illa verba appoſita in dicto inſtrumento diuiſionis non videtur remiſſum fideicommiſſum. ¶ Et ex prædictis concludo, iſtum fratrem poſſe petere & conſequi fideicommiſſum relictum in teſtamento paterno. Et ita concludo.

CONSILIVM XLIX.

(Opening of the Epitome and Summarium follow)

EPITOME.

¶ Nõ debetur quarta eccleſię parrochiali de eo, quod relinquitur aliis eccleſiis.

SVMMARIVM.

Quarta debetur dumtaxat de relictis eccleſiis, in quibus teſtator elegit ſepulturam. nu. 1. & 2.

Et tantum de relictis pro eccleſiaſtica ſepultura debetur quarta. nu. 3.

Quarta parrochialis nõ eſt ſoluẽda de inſtitutione hæredis. n. 4.

Videtur, ꝙ monaſteriũ illius principis Michaelis ſanctiſſimi non teneatur ad quartã ſoluendã eccleſię parrochiali Sancti Martini, ꝙ demonſtro multifariè, multiſque modis. licet. n. doctores velint, ꝙ de inſtitutione debeatur quarta eccleſiæ parrochiali: quia non eſt ratio diuerſitatis inter legatum, & relictum iure inſtitutionis, quò ad quartam canonicam, ergo idem ius erit in vtroque. c. 2. de tranſla. epiſ. c.cum dilecta, de ꝯfir. vti. & facit text. in c.1. de ſepult. vbi dicit de iudicio defuncti. iudicium aũt defuncti hæredis inſtitutionem includit facit l.j. C. de ſan. ec. & c.pen. de ſepul. li. 6. & facit c.2. de ſepul. vbi dicit, canonicã deberi de oĩ eo, quod diſponit teſtator, diſpoſitio autem eſt generale verbũ comprehendens hæredis inſtitutionẽ. c.quia nos, de teſta. & Pſal. 88. dr̃ diſpoſui teſtm̃ electis meis, & actuum. tertio teſtĩ, quod diſpoſuit Deus. & facit c.cum ſuper, de ſepul. vbi dr̃ de teſtamento deberi canonicam portionem: ſed fundamentum teſtamenti eſt hęredis inſtitutio, vt inſtitu. de lega. §.ante hęredis. cle. dudum. §.hmõi. de ſepul. & ita tenet Io. An. in c.j. de ſepul. D. Ant. & Pe. de Ancha. D. Car. D. Abb. & cõiter doc. non tñ loquuntur, qñ pr̃ inſtituit filiũ ſuum hęredem, ſeu inſtituit monaſteriũ, in quo filius ſuus eſt profeſſus contemplatione ſui filij, ſicut eſt in caſu noſtro, in quo iſte teſtator inſtituit monaſteriũ præfatum contemplatione ſui filij profeſſi illum ſacratiſſimum ordinem, quo caſu mihi vr̃, ꝙ non debeat ſolui quarta de hmõi inſtitutionem. Et iſto caſu poterit ſaluari opinio Collectarij in d.c.j. qui tenuit, ꝙ talis quarta eſt ſoluenda de legatis & relictis, non tñ de inſtitutione hæredis, argu. c.officij. & c.requiſiſti. & c.fi. de teſtam. & c. ex parte, de verbo. ſig. quæ iura vtuntur verbo relicti & legati. iſto caſu poterit ſaluari ſua opinio: vt non teneatur iſtud monaſterium ad ſoluẽdam quartam canonicam eccleſiæ parrochiali de inſtitutione hæredis facta a patre de filio. & aſſignari põt ratio: quia dictus teſtator nõ inſtituiſſet monaſterium hr̃dem, niſi ꝯtemplatione ſui filij. & ſic nõ vr̃ reliquiſſe intuitu aĩæ, ſed intuitu filij, vt apparet ex verbis ipſius teſtantis inſtituentis fratres mediante perſona venerabilis religioſi fratris Leonardi filij ſui, quo caſu vr̃ ipſumſuum filium hęredem inſtituiſſe, vt probatur in l.cũ aliquis. C. de iure delib. & in l.ſi filio. ff. de cõdi. & demon. vñ perinde eſt, ac ſi inſtituiſſet filiũ ſuum: ſed filius eius non tenetur ad iſtam quartã. ergo nõ tenetur monaſterium veniens ex perſona dicti filij, qui vr̃ capere debitũ capiẽdo hr̃ditatem paternam. ideo pulchrè dicebat Ang. & alij in l.in ſuis. ff. de lib. & poſthu. ſtatuto cauetur, ꝙ hæres teneatur ſoluere gabellam de hęreditate, quam percipit, & filius inſtitutus a patre, ꝙ non tenetur ſoluere illã gabellam: quia non dr̃ percipere hæreditatem, ſed capit, quod ſuum eſt. ideo dicebat gl. in c.j. de feu. cogni. ꝙ filius non dr̃ mortuo patre capere feudum paternum: ſed
1 illud acquiſitum retinere † ꝙ eſt ſummè notandum ſm̃ Bal. ibi. & facit, quod voluit Bal. & Ang. in l.ſi ſeruo. ff. de hære. inſti. Et ideo pulchrè dixit Ang. in l.cũ in adoptiuis. C. de adop. ꝙ ſi pater legat filio adoptiuo, ſoluetur gabella: quia non ita eſt debita hæreditas patris filio adoptiuo, ſicut eſt debita filio naturali & legitimo. Et ideo dicit glo. valde ſing. in cap. fin. 34. q. 1. ꝙ ſi filius regis appellatur rex in vita patris. Et adduco, quod voluit Bal. in l.ſi quis ad declinandam. C. de epiſc. & cle. vbi dixit, ꝙ ſi relinquitur alicui eccleſiæ pro malè ablatis, non debetur quarta epiſcopo. Cum ergo ſit dubitatio, vtrum de hæreditate ſit ſoluẽda quarta eccleſię parrochiali, eſt dare me-

remedium, vt non debeatur, quando pater instituit monasterium, in quo filius est professus intuitu ipsius filij: quia tūc capit debitum, per dictam.l.in suis & per id, quod habetur in d.l.1.C.de impo.lucr.descript.libro 10.naturalis enim stimulus patrem hortatur, & vrget ad cogitandum pro liberis.l.amicissimos.§.fina.ff.de excu.tuto.ita pulchrè dicebat idem Bald.in l.iubemus.C.de testa.quòd apud naturalem rationem & apud ius canonicum & ciuile magis est pater astrictus filio, quàm piæ causę, aut ecclesię, aut pauperibus. ¶ Et si quispiam opponat de eo, quod voluit glo.in dicta cle.dudum.§.verum.in gl.in vers. indirectè, quæ dicit, quòd si relinquitur aliquibus fratribus singularibus, quòd nihilominus de tali relicta soluetur quarta: quia ille tex.mādat solui quartam de eo, quod relinquitur ecclesiæ directè vel indirectè. & idem dicunt ibi docto.si relinquatur alicui coniuncto vel amico ipsius testantis: quia eodē modo soluet quarta ecclesiæ parrochiali de tali relicto. Et ita voluit Feder.de Sen.in suis consilijs, consil.4. subijciens se decisioni Io.Andr.summi decretorum doctoris ex eo: quia adhuc non viderat glo.Io.And. super cle.quæ adhuc non erant publicatæ, & voluit ibi Io. de Lig.referens consilium Fede.& consilium Cy.& sequitur domi.Card.& alij.in d.§.verùm.quia per viam indirectam relinquitur ecclesię. Ad hoc respondeo, ꝙ nec glo.nec doct.ibi, nec Feder.de Senis, nec Oldra.in suis consilijs, nec etiam Pet.de Ancha. in consil.352.vbi consuluit sequendo gloss.& consilium Fede.loquuntur eo casu, quo testator instituit filiū suum, seu instituit monasteriū intuitu filij sui: quia longa est differentia, an instituat coniunctum vel amicum, an instituat filium: quia primo casu videtur instituere extraneum.secundo casu non.Item primo casu soluitur gabella, vt probatur in d.l.1.C. de impo.lucrat.descript.lib.10.stante statuto præfato: sed instituto filio non soluitur. & ideo sumus in casu separato & diuerso a casu gl. & doctor. & recto iudicio videtur de iure dicendum, quòd ex isto capite non debeatur quarta ecclesię parrochiali de tali institutione. ¶ Secundò ꝙ non debeatur demonstro ex alio capite, si ponderētur verba testamenti, in nulla parte reperit expressum, ꝙ iste testator elegerit sepulturam in aliqua ecclesia.licet ergo fuerit sepultus in monasterio Sācti Michaelis, non tamen ibi elegit sepulturam, quo casu: ideo debet soluere quartā ecclesiæ parrochiali ecclesia sepulturæ: quia testator elegit sepeliri in ecclesia, cui reliquit, & ad hoc adduco tex.in d.cle.dudum.§.huiusmodi quoque.in ver.sepeliri elegerint in locis & ecclesijs memoratis.vbi ponderatur, ꝙ elegerit testator sepeliri alibi, quàm in ecclesia sua parrochiali. Et adduco.c. in nr̄a, de sepul.in ver.nisi apud eos elegerint sepeliri: tūc parrochialis ecclesia de oblationibus & alijs, quę defunctus pro anima sua in vltima dispositione reliquit, percipiat quartam partem, qui text.probat formaliter, ꝙ ecclesia parrochialis habet quartam de relictis, quando pro sua anima reliquit ecclesiæ, in qua elegit sepulturam. Et adduco tex.in c.cum super. in versic.vt si aliquem parrochianorum vestrorum alibi contingeret eligere sepulturam, de testamento ipsius quarta vobis portio relinquatur.de sepul. Et adduco.cap.1.eodem titu.in ver.vbicunque libitum fuerit, eligat sepulturam.ex quibus iuribus probatur, quòd tunc debetur quarta portio parrochiali ecclesiæ, qn̄ testator alibi eligit sepulturam, quā in loco suæ ecclesię parrochialis: sed in casu nostro potest ex testamento colligi, ꝙ nullibi eligit sepulturam, ergo sequitur, ꝙ non debetur quarta ecclesiæ parrochiali de eo, quod reliquit alijs ecclesijs. idem colligit D.Ant.ex c.præallegato in vltimo notabili, ꝙ nō valet electio sepulturę, nisi ante omnia relinquatur quarta: sufficit tamē dari post.& ita seruatur communiter, si testator eligendo alibi sepulturam non relinquat quartam.& ideo glo.in d.c.voluit, ꝙ quarta debetur dumtaxat de relictis ecclesijs, in quibus elegit sepulturam, & non de alijs relictis
2 alijs ecclesijs † idem no.in c.cum super.& in c.certificari.eo.ti.facit glo.in d.cle.dudum.§.verū.& quod voluit do.Anto.& alij.Et sic concludo est, ꝙ illa ecclesia tenetur ad quartam, in qua testator eligit sepulturam: sed in ecclesia Sancti Michaelis, iste testator nō elegit sepulturam, ergo sequitur, ꝙ non tenetur ad quartam & ideo dicebat do.Pe.de Perusio in tractatu quartæ canonicæ, in ver.ad secundum, quæ ecclesiæ teneantur ad canonicam portionem, si testator legat ecclesiæ, in qua non elegit sepulturam, an de hoc legato debeatur portio ecclesię parrochiali, refert Host.dicere in d.c.j.& in d.c.in nostra, ꝙ talis ecclesia, cui legatur, tenetur ad canonicam portionem: sed hæc opinio est falsa: vt no.gl.in c.j.& in d.c. cum super. & d.cap.certificari, sed iste testator non elegit sepeliri in dicto monasterio. ergo non tenetur ad quartam parrochialem. ¶ Et si dicatur, sufficit, ꝙ fuerit sepultus in dicto monasterio. ideo do.Petr.in p̄allegato loco dicit, si testator legat ecclesiæ, in qua nō elegit sepulturam, nec ibi est sepultus.ergo si ibi est sepultus, sequitur, ꝙ tenebitur monasterium ad quartam parrochialem: nam ecclesia parrochialis recipit iniuriam, cū corpus sui parrochiani alibi sepeliatur, vt probatur in d.cle.dudum.§.verum.nam illa ecclesia tenetur ad soluendum canonicam portionem, in qua corpus iacet, aut sepultū est.ita probatur in d.c.1.de sepul.quia ecclesia parrochialis recepit iniuriam ex sepultura: vt probatur in d.c.certificari.in vers.salua iustitia illarum ecclesiarū, a quibus corpora mortuorum assumuntur. Et ideo si testator eligit sepeliri in vna ecclesia, & in alia sepelitur, tenebitur ad quartam parrochialem ecclesia, in qua sepelitur, & per ꝯn̄s sequitur, ꝙ debeat attendi locus sepulturæ, posito, ꝙ nō elegerit ibi sepeliri. Ad ista r̄ndeo, ꝙ reuera non obstant ex eo: quia præsupponitur in facto, ꝙ ecclesia beati Pauli ordinis minorū in monte noluit recipere corpus testatoris ad sepulturā, nec ecclesia parrochialis beati Martini, pro qua ꝯtenditur, voluit recipere suum parrochianum ad ecclesiasticam sepulturam, & oēs ita videntur fecisse inhiantes temporalibus, ꝙ esse non debet, vt in c.ex parte, de censi.nam ecclesia Sancti Pauli legataria noluit recipere corpus, ad hoc vt non teneretur ad quartam parrochialem, & eodem modò ecclesia Sancti Martini noluit recipere ad ecclesiasticam sepulturam.& ad hoc vt possit petere quartam ab ecclesia, vbi sepelietur modò dictus testator non elegerat sepulturā in ecclesia Sancti Michaelis, nec illa ecclesia volebat illud corpus recipere ad sepulturam: quia cū testator ibi non elegisset sepeliri, vt non faceret iniuriam ecclesiæ parrochiali, nolebant illud recipere, ad sepulturā.istis sic stantibus Reuerendissimus D.Legatus mādauit & precepit fratribus Sancti Michaelis, ꝙ illud corpus reciperent ad ecclesiasticam sepulturā, quo casu necessitati & iussi ex precepto D.Legati corpus illud receperunt: ideo necessitati iura subueniunt.c.ab arbitris, de offi.dele.li.6. cum si.quo casu vr̄, ꝙ de facto fuerit sepultus in monasterio Sancti Michaelis, vt euitaretur scandalum, ne corpus clari & optimi ciuis staret ita supra terrā, immo illud recepit: quia ecclesia parrochialis negligebat recipere illud corpus.ideo cum sacri canones se fundēt super iniuria illata ecclesiæ parrochiali ex eo: qa suus parrochianus sepultus est in alia eccl̄ia, non hn̄t locum in casu nr̄o: quia nulla iniuria vr̄ ex hoc

hoc illata fuiſſe eccleſię parrochiali:quia volenti &
ſcięti nulla infertur iniuria.l. cum donationis.C.de
tranſa.l.quiſquis.C.de reſcin.ven.c.ſcięti,de reg.iur.
lib.6.cum ſi.nec poteſt imputari eccleſiæ Sancti Mi
chaelis receptio illius corporis ad ſepulturã ad am-
bitionem aliquam,nec ad irrogandam iniuriam ec
cleſiæ parrochiali:quia hoc fecit, vt imperio.d.l.le-
gati morem gereret:voluit enim parere mãdato ſu-
perioris:eſt enim de iuregentium, vt maioribus no-
ſtris pareamus.l.veluti.ff.de iuſtit.& iur.& etiam ad
officium pietatis exercendum,ne ſupra terram & ſi-
ne tumulo iaceret corpus illius honorati ciuis,& vt
euitaretur ſcandalum,quod omnimodo eſt euitan-
dum.c.nihil cũ ſcandalo,de reſcri.& eo magis:quia
procurator dicti monaſterij Sancti Michaelis prote-
ſtatus extitit, quòd recipiebant illud ad præceptum
D.Legati.& quod non intendebant ex hoc præiudi-
care dicto ſuo monaſterio in aliquo,& proteſtaban-
tur eſſe eis ſaluum omne ius ſuũ,iuxta not.in l.non
ſolum.§.morte.ff.de oper.no.nun. & c.cum M.Fer-
rarienſis, de conſti.& c.1.quod met.cauſa.c.Cuma-
na eccleſia,de ele.cum ſi.& per conſequens videtur
ſepultum dictum corpus de facto in dicto monaſte
rio Sancti Michaelis,vnde dicebat D.Pe.de Peruſio
in dicto tractatu in pręfato loco allegato ſuperius in
ver.ſecundus caſus eſt,qñ in eccleſia de facto ſepeli-
tur:tunc de legato illi eccleſiæ non debetur canoni-
ca portio eccleſiæ parrochiali, ſed corpus & obue-
nientia occaſione ſepulturæ dumtaxat reſtituuntur
eccleſiæ parrochiali.c.ex parte, de ſepul.& hãc dicit
eſſe doctrinam ſupremi doct.Inn.in d.c.in noſtra.Et
accedat,quod voluit do.Pet.de Ancha.in d.c.in no-
ſtra.in vltimo notabili.vbi dicit,ꝙ eccleſia,quæ iniu
ſtè alterius parrochianum ſepeliuit,tenetur reſtitue
re eccleſiæ parrochiali omnia,quæ recepit,quod vi-
detur verum,ſi recepit intuitu ſepulturæ:vt dicit ibi
text.in fin.ſecus ſi ille, qui ſepultus eſt indebitè reli-
quiſſet in teſtamento,vel aliter reliquiſſet illi eccle-
ſię:nam de tali legato ibi corpore non ſepulto nihil
debet recipere eccleſiæ parrochialis:vt not.in c.1.&
2.de ſepul.vbi dicit,vbi indebite eſt ſepultus:quia ſe
pultura talis non videtur ligare eccleſiam in totum
vel in partem.licet indebite reciperet defunctorum
ad ſepultura.m reddet ergo iſto caſu corpus,oblatio
nes,& alia,quæ ſepulturæ intuitu recepit:vt ibi pro-
batur.& hoc ſentit ibi Innoc.ita formaliter dicit ibi
do.Pet. Ex quo dicto apponitur gladius ad radicem
huius dubitationis: quia cum non ſponte ſua dicti
religioſi Sancti Michaelis,ſed pręcepto & mandato
do.legati receperint dictum corpus ad ſepulturam,
& per conſequens indebitè receperunt,& tenentur
ad quartam parrochialem de relictis præfato mona
ſterio, videtur, ꝙ deberent reddere corpus & obla-
tiones & alia,quæ intuitu ſepulturæ recepit,dictę ec
cleſiæ parrochiali,quod procedit eo caſu quo ſpon-
te ſua, & inuita eccleſia parrochiali recepiſſet illud
corpus ad ſepulturam:ſed iſto caſu non recipit inui
ta ex eo:quia eccleſia parrochialis recuſauit recipe-
re corpus ad eccleſiaſticam ſepulturam.ideo recuſa
tio illa & mandatum ſuperioris excuſant eccleſiam
Sãcti Michaelis ab illa receptione ad eccleſiaſticam
ſepulturam, & ideo non tenetur reſtituere corpus,
nec ea,quæ recepit intuitu ſepulturæ.Et facit,quod
voluit do.Ant.in d.c.noſtra,vbi colligit,ꝙ de relictis
a parrochiano in loco ſepulturæ, vbi eligit ſepultu-
rã,quarta debetur eccleſiæ parrochiali,ſed vbi non
eligit,tenetur eccleſia ſepulturæ reſtituere oĩa,quæ
percepit occaſione ſepulturæ.illa ergo,quæ percipit
non occaſione ſepulturæ,reſtituere nõ tenetur, nec
eccleſia de illis ad quartam ſoluendum eccleſiæ par
rochiali tenetur ita ibi colligit in vltimo notabili.Et
ſic in terminis decidit hanc q.quia cum non elegerit
ſepeliri in monaſterio Sancti Michaelis,ergo relicta
ibi non ſunt obligata ad quartam ſoluendam. ¶ Et
facit,quod voluit Inn.in d.c.in noſtra.vbi dicit,ꝙ ec
cleſia parrochialis debet habere quartam de relictis
hoſpitalarijs , apud quos eligitur ſepultura,ſi relin-
quatur pro anima,ſiue dicatur,relinquo eccleſiæ ta
li & fratribus ibi morantibus, ſiue in genere, ſiue in
ſpecie. Et idem dicit ſi de iure ibi ſepelitur non ele-
cta ſepultura:vt quia in morte dedit ſe & ſua,vel eſt
factus frater in morte, vel eſt ibi ſepultura maiorũ,
ſemper quarta debetur eccleſiæ parrochiali,ſecun-
dùm Inno.ibi,quem refert & ſequitur ibi do.Anto.
cum ergo in caſu noſtro teſtator iſte nõ elegerit ibi
ſepeliri,nec de iure ibi ſepeliri debebat:quia non de
dit ſe & ſua in morte, nec eſt factus frater in morte,
nec eſt ibi ſepultura ſuorum maiorum,nec legauit,
aut inſtituit illis religioſis pro anima : ſed illos inſti-
tuit mediante perſona ſui filij. ergo ſequitur, quòd
nullo modo tenetur ad dictam quartam parrochia
lem. Facit etiam ad prædicta,quod voluit Io.Andr.
in c.2.de ſepul.quem refert & ſequitur ibi do.Anto.
vbi ponit caſus fallẽtię,in quibus non debetur quar
ta parrochialis,& inter eos communerat caſum,qñ
relinquitur per teſtatorẽ intuitu perſonę:quia tunc
non debetur quarta , ad hoc allegat.c.requiſiſti, de
teſtament.ſed iſte teſtator inſtituit dictos religioſos
intuitu perſonæ dicti ſui filij , ergo ſequitur, ꝙ non
tenetur ad quartam ſoluendam,& ideo Hoſtien.in
c.1.de ſepul.quem ibi refert & ſequitur domi.Card.
dicit,quòd ſi relinquitur intuitu perſonæ non debe
tur dicta quarta.Et ibi dicit do.Cardi.in 11.q.quòd
ſi relinquitur prælato intuitu perſonæ,non debetur
quarta,& ita dicit intelligi,d.c.requiſiſti.facit,quod
voluit Inn. in c.2.de ſepult.quẽ ibi ſequitur do.Car.
vbi dicit,ꝙ tantum debetur quarta de relictis pro ec
3 cleſiaſtica ſepultura.†Facit etiam ratio inconuinci-
bilis hoc modo, quarta parrochialis debetur ab ec-
cleſia ſepulturę.c.certificari.cap.in noſtra.c.j.& 2.de
ſepul.ſed iſta non eſt eccleſia ſepulturæ:quia indebi
tè fuit ille ſepultus ; debuit enim ſepeliri in eccleſia
parrochiali,vel in loco maiorum ſuorum:vt in c.1.
de ſepul.ergo neceſſariò ſequitur,ꝙ non tenetur ec-
cleſia Sancti Michaelis ad quartam parrochialem.
Et ad idem voluit do.Card.in c.in noſtra.in 13.q.vbi
quærit,teſtator dixit,relinquo hoſpitali pro tali cau
ſa , quam expreſſit , & fuit ſepultus apud eccleſiam
hoſpitalis . decidit Innoc.ꝙ ex quo non reliquit pro
ſepultura,eccleſia parrochialis nullam habebit por
tionem. ergo ſequitur , quòd multominus habebit
quartam in caſu noſtro, cum non reliquerit pro ſe-
pultura,& indebitè fuerit ibi ſepultus. Et ideo colli-
git do.Abb.in d.c.in noſtra,quòd quarta ſolùm de-
betur de relictis intuitu ſepulturæ , ꝙ probat ibi ad
finem in ver.ſepulturæ gratia . ſed hic non fuit facta
illa inſtitutio gratia ſepulturæ.ergo ſequitur , quòd
de tali inſtitutione non erit ſoluenda quarta parro-
chialis.¶ Pręterea adduco glo.quæ in indiuiduo de-
cidit hanc dubitationem.in c.cum ſuper,de ſepul.di
cit enim gloſſ.1.ibi,in verſicu.de teſtamento. vbi di-
citur,quòd de teſtamento quarta relinquatur,ſi ali
bi contigerit eligere ſepulturam,gl.ibi exponit illud
verbum de teſtamento,ideſt de his,quæ teſtator reli
quit ꝑ anima ſua iure legati illi eccleſiæ,in qua ele-
git ſepulturam . ibi enim videtur gloſſ. in terminis
contra Ioan.Andr. & alios in cap.1.de ſepult.vt iam
ſuperius retuli.voluit enim gloſ.quòd non debetur
quarta portio de inſtitutione hęredis:ſed de eo dum
taxat,quòd relinquit iure legati,licet ergo commu-
nis opi.teneat,ꝙ de inſtitutione ſit ſoluenda, tamen
glo.ibi tenet,ꝙ tantum de legato facto illi eccleſiæ,
in qua

in qua elegit sepulturam,& certum est, ꝙ authoritas gl. omnes alios antecellit. ita dicebat Bal. in l. hæreditas. C. deposi. & iō dicebat Barto. in consilio suo incipiente. Andriolus. quod est quintum in ordine. sequere glo. ordinariam, quæ præ cæteris melius intellexit, & pulchrè dicebat Cy. in l. non moriturum. C. de commit. stipul. loquens aduocatis. audi idolū tuum, idest glo. & Bald. refert in suo peculio. & ideo dixit Bal. in l. fi. §. necessitate. C. de bonis quæ lib. adhęreas inquit Odoffre. veritati, idest glo. & in perpetuum non errabis. Et facit, quod voluit Bal. in l. precibus. C. de impube, & alijs substi. & in auth. cessante. C. de legi. hæred. & in l. 2. C. de sent. quæ sine certa quantitate profer. & in l. j. ff. de vulga. & pupilla. & in capitulo primo, in titu. de natu. suc. feu. ꝙ in consulendo non potest adhereri meliori, quàm opinioni gloss. voluit Angel. in l. secunda. ff. de excu. Et faciat, quod voluit Iaco. But. in l. prima. C. qui pro sua iurisdictio. & ideo dicebat Salyc. in l. traditionibus. C. de pact. quòd ita debemus inhęrere opinioni gl. sicut Bononienses inhęrent carrocio, vt est gloss. singula. in l. omnis diffinitio. ff. de regulis iuris. & pulchrè dixit Salyce. in l. secunda. C. de senten. quæ sine certa quantitate. quòd ille, qui nescit equitate, debet se tenere ad arzonem. ita, inquit, iudex iudicans debet sequi opinio. glo. nemo est ergo, qui ignoret. aut inficietur, quanta sit glossatoris authoritas: cū ergo gloss. Ber. teneat hanc partem, ꝙ de institutio-
4 ne hæredis non sit soluenda quarta † parrochialis: sequitur, quòd nō soluetur de institutione. Et pro certo habet rationem satis euidentem opinio gl. quàm sequitur Collectarius: quia si ideo soluitur quarta ecclesiæ parrochiali ꝑpter onera, quæ substituit in ministrando sacramēta parrochiano. & dignus est mercenarius sua mercede, vt voluit text. in dicto capitulo primo, de sepultu. & in clemen. dudum. §. verum. nihilominus commodum debet commensurari oneri, vt fiat æqua cōpensatio. renūciatio enim est fienda secundùm quantitatem oneris, vt est glo. in capitulo si quis. 12. quæstione secunda, quæ dicit, quòd benemeritus dicitur ille, qui aliquod insigne seruiciū fecerit. Et adduco tex. in l. Seio. ff. de annu. lega. & quod ibi voluit Barto. quòd salarium debet commēsurari & seruicio, modo satis renumeratur onus assumptum in ministrandis sacramentis rectori parrochiali, si habet quartam partem eius, quod testator legat, si enim acciperet quartam partem institutionis, nimis emungeret: vt c. serpens. de pęn. distin. quinta. c. denique. cum simil. esset enim honor multo maior onere, nec diceretur æqua remuneratio. & illud est censendum voluisse sacros canones, quod verisimiliter caderet in communem opinionem hominum fruentium intellectu, vt dixit Auerroes summus commentator, quē refert Bal. in rub. C. de probatio. & tex. ad hoc allegatur ī l. si ita quis, ver. quòd nemo sanus diceret. ff. de euic. & c. fina. de consue. maximè quia videtur esse contra voluntatē testantis detractio dictæ quartę, argu. dicto capitulo Raynaldus. de test. & l. Titia. ff. ad leg. fal. facit etiam tex. in fi. in ver. legantur. & in c. requisisti. in ver. legātur. vbi sunt tex. formales dicentes, ꝙ de legatis detrahatur ista quarta. ergo sequitur, quòd non de institutionibus: quia legatum & institutio sunt diuersa, & diuersorum est ratio & dispositio: vt l. si maritus. C. de dona. inter virum & vxor. l. eum actum. ff. de nego. gest. Et cum Ioan. And. in capitulo primo, de sepult. dicat, quòd est eadem ratio in vtroque, & sequitur domi. Anto. Do. Cardina. & alij moderni, dico, ꝙ istud est falsum: quia quoad institutionem excederetur modus remunerandi non sic ad legata. vnde nimis locupletaretur ecclesia parrochialis cōtra voluntatem defuncti. & licet Io. And. & alij allegent. dicto capitulo primo, inquātum dicit, iudicio defuncti, & iudicium includit institutionem hæredis. c. pe. de sepul. lib. 6. c. in iudicijs. de regu. iur. istud non ob. eo quia iudicium capitur pro toto testamēto. iste est tex. in l. fi. in verbo. indicium vxoris. C. si qs aliq. testa. prohi. si ergo capitur pro toto testamento, sequitur, ꝙ comprehenderet legata relicta alijs ecclesijs quàm ecclesiæ sepulturæ, cuius cōtrarium tenēt omnes, vt superius dixi. ergo illud verbum, iudicium, non stat ita largè, vt ipsi dicunt. Item illud verbum vt generale recipit restrictionem per iura, quæ loquūtur specialiter, vt d. c. requisisti. & d. c. ex parte. quæ indiuidualiter dicunt de legatis. Et ita ēt respondeo ad dicto capitulo secundo. de sepultu. inquātum dicit, disponere decreuit: quia restringitur per viam legandi ex quo præcedunt alia iura, quæ aperto ore dicunt de legatis. Nec obstat, cum allegant. c. in nostra, eod. tit. quia pro certo non probat, ꝙ de institutione hæredis: dicit enim ibi tex. fideicō missa in vltima voluntate relicta, & sic loquitur in fideicommissis non in institutionibus hæredum, & sic sole clarius est, quòd vbicunque lex loquitur clarè, & indiuidualiter, dat restrictionem ad alia iura posteriora generaliter loquentia: quia spēs derogat generi, vt in regula, generi per speciem de reg. iur. lib. 6. & maximè qa sunt iura priora. d. c. requisisti, & c. fi. de testa. ergo posteriora, vt dicto capit. primo, & similia restringuntur per illa priora, argumen. l. sed & posteriores. ff. de legi. & quod ibi voluit Guil. de Cug. & Barto. & per consequens nō bene loquitur. Ioan. Andr. & sequaces. ¶ Et si dicatur, amice, tu es homuncio & tenuis, & parum aut nulla huius pontificiæ sapientiæ pars cessit tibi, quare aperis os contra snīam patrum, appone manū eam super os tuū; vt fecit Iob vir patientissimus, Posset enim tibi dici illud, quod tremendus Deus eidem Iob de nube dixisse fertur, quis est iste, qui sententias inuoluit sermonibus imperitis, vt habetur Iob. 38. c. Ad hoc respondeo ego, quòd ista opi. est Bernar. vberrimi pōtificiæ cēsuræ fontis, & eam sequitur Collectuarius practicus supremus, & sic non est mea, & fortificatē melioribus rationibus & iuribus apertioribus, quā opi. Ioan. And. quo casu standum est opin. quæ mouetur melioribus rationibus & subtilioribus motiuis, vt dixit tex. in c. capellanus. de fer. ideo dixit Ioā. And. in capitulo primo, de consti. quòd potest consuli & iudicari contra communem opin. si melioribus rationibus inuitatur: quia sæpenumero Deus sublimis aperit ingenium minori in aliquo melius, quàm fecerit maioribus & doctioribus. ita dixit tex. in l. j. §. sed neque. C. de veteri iure enuclea. quem ad hoc reputat sing. Do. Abb. in capitulo primo, de cōstit. & in d. c. capellanus. & in c. finem litibus. de do. & cōtu. & dicebat iurisconsultus. & si magna sit Tuberonis authoritas: tamen a Seruio non discedo. l. Labeo. §. idē Tubero. ff. de sup. lega. iuxta illud Hyeronimi. hæc doctus Plato nesciuit, Demosthenes eloquens ignorauit. non enim debet attendi authoritas loquēs sed ratio, ita aiebat illumiuatus doctor Augustinus, vt refert tex. c. ego solis. 9. distin. nam vt scribitur. li. Genesis. potēs est Deus de lapidibus istis suscitare populum Israel. Et psal. dicebat. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. & per consequens communis opi. non procedit, ideo sequenda est glo. quæ melius præ cæteris intellexit, vt dixit Barto. & multominus ob. illa communis opi. huic casui nostro: quia instituit filium suum legitimum & naturalem & non intuitu animæ. ¶ Et si mihi dicatur: amice, ipse testator sciebat hæreditatem peruenturam esse ad monasterium: quia quicquid acquirit

quirit monacus, acquirit monasterio.c.cum olim. de priuile.cum simi.ideo debet attendi ipsum monasterium, vt voluit glos.in dicta clemen. dudum.§. verum.& Fede.de Sen. consilio quarto. Ad hoc respondeo, ꝙ principaliter testator fuit motus intuitu sui filij,& non intuitu monasterij:quia causa nãlis præfertur accidentali:vt cap.requisisti.de testa.l. qui habet.ff.de tutel.& etiam quia attenditur illud, quod principaliter fit, & non illud, quod in consequentiam,vt l.j.ad fi.& l.quod dicimus. ff.de autho. tuto.& l.j.§.denunciari.ff. de ven.inspi. cum si.cum ergo principaliter pater inuitauit filium & non ipsum monasterium:quia si filius fuisset exrra monasterium nõ instituisset ipsum monasteriũ, ergo &c. Et etiam:quia ista ecclesia Sancti Michaelis non est ecclesia sepulturæ,vt superius est dictum.& per consequens non tenetur ad quartam parochialem. Facit etiam gloss.in dicto capitulo cum super.quæ voluit,ꝙ ecclesia parochiali debetur solum quarta de relicto facto ecclesiæ sepulturæ & non de relicto facto alijs ecclesijs,& idem firmat domi. Abb.ibi,idẽ voluit gloss.in dicto capitulo certificari.& plene ibi per omnes.ergo siue leget, siue instituat, non debet quarta parochiali,quando ecclesia legataria vel instituta non est ecclesia electæ sepulturæ. Facit etiã, quod voluit do.Petr.de Ancha.in dicta clemen.dudum.§.huiusmodi.in 6.quæstione, vbi quærit, vtrũ de relictis factis istis fratribus per illos,qui apud eos non elegerunt sepulturam, teneantur fratres ad istã quartam parochialem,refert gl.ibi, quæ refert opiniones decidere, ꝙ non teneantur. & idem voluit Oldra.Lauden. Dicit enim, quòd tunc cessat ratio cõstitutionis,scilicet electio sepulturæ.ff. de iurepa. l.adigere.§.quamuis.l.quod dictum.ff.de pact.Item regula est,quòd ille solum ad collationem alteri faciendam vrgetur, per cuius concursum alteri iniuria irrogat.l.filius.ff.de lega.præstan.sed fratres non irrogant iniuriam rectoribus:quia apud eos nõ eligit testator sepulturam : ergo nõ tenentur ad istam quartam. & sicut dicit Ioan. Andr.mo. fortunatus esset rector curatus, si haberet subditum, qui centũ marchas legasset: vnde hæc interpretatio esset admodum captiosa, vt dicit & hanc dicit ibi.Do.Petr. esse communem opi. quòd de relictis alijs ecclesijs non debetur quarta, sed dumtaxat de relictis factis illi ecclesiæ,apud quam elegit sepeliri:vt per Innoc. in dicto capitulo primo,de sepul.& in dicto capitulo in nostra.ita residet Do. Petr. Ecce nunc qualiter in indiuiduo do.Pet.decidit hanc consultationem, vt monasterium montis olueti nõ teneatur ad istã quartã. ¶ Præterea facit ad prædicta,si ita est,vt mihi est suasum,quòd fratres Sancti Martini recusarũt sepelire corpus dicti testatoris, quo casu videtur,ꝙ non possint petere quartam, argumen. eius, quod voluit Barto.in l.post legatũ.§.amittere. ff.de his q. vt indig.vbi dicit, quòd si executores testamentarij repudiant officium executoris, quòd priuantur legatis relictis sibi a testatore,facit,quod habetur in l. Nesennius.ff.de excusatio.tuto.& sic qui non sentit onus,non percipit commodum proueniens ex illo onere.Et ex istis multifariè,multisque modis demõstraui monasterium Sãcti Michaelis non teneri ad huiusmodi quartam parochialem soluendã. ¶ Præterea facit priuilegium indultum præfato monasterio Sancti Michaelis a Ioanne Papa,in quo dicitur, quòd illud eximit a solutione cuiuscunque quartę & alterius canonicæ portionis de & super quibuscũque relictis legatis, tã ad pias causas, quàm ad alias quascunque causas, est etiam fauorabile, vt etiam manifeste colligitur ex tenore dicti priuilegij : ergo seruandum est huiusmodi priuilegium, quod dicit lex priuata.tertia distinc.priuilegium.& facit,quod no.Inno.in c.certificari. & quod voluit Abb.in suis consilijs,consilio 38. quod incipit. quidam diocesis Vulteranæ reliquit monasterio montis oliueti. vbi dicit,ꝙ monasteria & loca religiosorum tenẽtur ad soluendam quartam canonicam: licet generaliter sint exempta vt in c.officij.& cap.requisisti.& c. fin. de testa.Hostien.in summa de sepul. §.& a quibus. & Inno.in capitulo primo,de statu mo. & sequunt omnes scribentes,nec est vera doctrina glo.in c.dilectus.de offic.ordi.& ideo concludit, nullam exemptionem generalem tributam monasterijs, quoad sedem diocesanam non proficere respectu canonicæ portionis soluendæ: tenentur enim illam soluere.aut,dicit, sunt exempta specialiter a iurisdictione episcopi,& nõ tenentur illam soluere.& hoc tenuit Hosti.in d.c.officij.& in rub. de parochia.Petr. Hispanus.& d.Abb. Do.Pe.de Perusio,do.tAnt.D. Car.in dicto capitulo officij. & ita consuluit Fed. de Senis doctor excellentissimus consilio 141. & idem voluit Bald.in commento.l. si quis ad declinãdam. C.de episco.& cler.Et ita dicit do.Abb.in d.consilio se semper tenuisse & consuluisse, & loquitur domi. Abb.eo casu,quo monasterium est exemptum a iurisdictione episcopi,quo casu concludit, ꝙ est exemptum a canonica portione episcopali: sed a portione parochiali non videtur exemptum per id, quod habetur in c.in nostra. de sepul.allegat Ioan.Andr. in dicto capitu.officij.& in hoc dicit,quòd non prodest exemptio,vt in capitulo secundo.de sepul.& in d.cle.dudum.Et dicit etiã do.Abb.ibi, quòd ex quo suus parochianus in illa sepultus est tenet̃ ad quartam parochialem : licet sit exempta a iurisdictione episcopali:sed in casu nostro istud monasterium Sãcti Michaelis est exemptum indiuidualiter a quarta parrochiali,& a funeralibus : quia dicitur, cuiuscunque quartæ & alterios canonicæ portiones. & ecclesia a funeralibus:ergo seruandum est priuilegium exemptionis:quia quale sit priuilegium, manifestat eius tenor,vt in c.porro. & in c.recepimus. de priuile.& sic est specifica exemptio a quarta parochiali soluenda de funeralibus. Ex quibus verbis arguitur,ꝙ eximit monasterium ab his, quæ percipit ratione ecclesiasticæ sepulturæ,& per consequẽs seruanda erit ista exemptio papalis, cum sit lex priuata,& cõtraueniens incideret in pęnas insertas in dicto priuilegio exemptionis. potuit enim Romanus Pontifex eximere dictum monasterium a solutione dictæ quartæ parochialis:vt no. in dicto capitulo certificari.& in d.cle. dudum.maximè,quia dictum monasterium tenet hospitalitatem, pauperes nutrit & alit,& multa opera pia & salutaria exercet.Et etiam est ponderandũ,quod voluit do.Abb. in præfato cõsilio,vbi dixit, quòd a quo remouetur officij præmium,allegat.dicta l.Nesennius. ff.de excu.tuto.& l.Seio. ff.de annu.lega. & etiam idem dixit in dicto capitulo certificari.alias. in c. in nostra. sed in casu nostro dicta ecclesia Sancti Martini recusauit accipeere præfatum corpus ad sepulturam. ergo sequitur,ꝙ non debet consequi præmiũ, nec potest imputare ecclesiæ sepulturæ.quare non recepit suum parochianum ad sepulturam. & sic qui sentit onus,debet sentire commodum proueniens ex illo onere,argumen.c.qui sentit onus.de reg.iu.lib. 6.& videtur satis iniquum, quòd refutauerit sepulturã, & quòd velit commoda proueniẽtia ex sepultura, & eoque magis; quia iam præfatus testaror legauit dictæ ecclesiæ parochiali certum legatum, vt continetur in suo testamento. ¶ Et si quispiam opponat de bulla, quæ emanauit ab obseruandæ memoriæ Dño Calisto Papa & moderno Pontifice dom.Pau.

dico,

dico, ꝙ non obstat istis religiosis Sancti Michaelis: loquitur enim de minoribus prædicatoribus Heremitanis & Carmelitanis: de monacis autem beati Benedicti nō loquitur: ideo posset adduci illud, qđ dicebant illi perfidi iudei contra pijssimum Saluatorem nostrum, nos legem habemus. quasi vellent dicere, lex nostra seruetur nobis: ideo seruanda erit ista lex priuilegij istis religiosis Sancti Michaelis. tertia distinc. priuilegia. ¶ Et ex istis elicitur conclusio vera & indubitata, quòd siue attendamus ad iura canonica communia stante themate quæstionis dicti fratres Sancti Michaelis non tenētur ad dictam quartam parrochialem soluendam posito quòd dicti fratres Sancti Martini noluissent recipere ad sepulturam corpus dicti defuncti. & posito, non tamē concesso, ꝙ iura communia nobis deficerent, ꝙ tamen non est verum, vt superius ad oculum demonstraui, non tamen deficit priuilegium exemptionis indultum a Romano Pontefice. Et sic ad victoriam dictorū fratrū S. Michaelis concurrit ius commune & priuilegium: & ideo nec tenentur soluere quartam, nec funeralia, nec corpus restituere, aut soluere dictæ ecclesiæ parrochiali. & ita concludo.

EPITOME.

¶ Cum ecccl sia vendicat rem aliquam a laico debet eam vendicare coram iudice laico illius rei.

SVMMARIVM.

Possessor hoc habet commodum & pro eo iudicetur. nu. 1.
Genitiuus significat dominium. nu. 2.
Interpretatio fit contra probantem. nu. 3.
Mala fides purgatur per longum tempus. nu. 4.

CONSILIVM L.

EGo Capio primum huius consultationis articulum. Et videtur mihi de iure dicendum, quòd nō possit in hac causa do. Vicarius procedere: quia negatur qualitas deferens eidē iurisdictionem, hoc decidit tex. in c. si clericus laicum. de foro compe. in ver. & laicus res ipsas nō ecclesiæ aut clerici, sed suas esse asserit, debet ad forensem iudicem trahi, vt laicus, a quo clericus, vel ecclesia rem vendicat, debet coram suo iudice laico conueniri. Cum ergo ecclesia vendicet istam rem a laico, debet illam vendicare coram iudice laico ipsius rei. ¶ Et si dicatur, quòd res ecclesię habet illud priuilegium, quòd possit peti coram iudice ecclesiastico contra reum laicum, vt in cap. conquestus. & in capitulo cum sit generale. de foro competen. Respondeo, illud esse verum, quando cōstat rem fore ecclesiæ: sed si laicus, a quo patitur, ꝓbabiliter negat, rem esse ecclesiæ ad iurisdictionem ecclesiasticam declinandā, tunc iudex secularis erit iudex, & sic ecclesia conueniet laicum coram iudice laico, casus est ibi formalis & quotidianus, & maximè: quia iste laicus possidet dictam petiam terræ, quo casu statur assertioni possidentis: quia commo-
1 dum est possessoris, vt pro possessore iudicetur. † vnde egregiè dicebat Bartol. in l. j. §. non autem. ff. de secun. tab. quia stante dubitatione duorū testamētorum: quod esset prius & posterius diuersis institutis hæredibus, ꝙ iudicabitur pro possessore. Et facit gloss. valde sing. in capit. nulli. duodecima quæstione quinta, quòd si rector ecclesiæ decessisset & ignoratur, si bona ab eo relicta essent patrimonialia, an ecclesiastica, ꝙ iudicabitur pro eo, qui est in possessione. Et adduco, quod singulariter voluit Bart. in l. inter virum. & in l. qui duos. §. cū in bello. ff. de reb. dub. vbi stante dubitatione vbi pater & filius moriuntur in naui, quis primo decesserit iuxta ibi dicta decidit, ꝙ iudicabitur pro illo successore, qui reperitur possidere. Et adduco, quod bellissimè voluit Bal. in c. capitulū sanctæ Crucis. de rescrip. vbi dixit, quòd si reperitur, quòd superior eodē die dedit potestariam aliquam duobus, & nescitur cui primo concesserit, ꝙ præsumitur pro possidente. Et adduco sing. tex. in clementina prima, vt lite penden. vbi ex possessione præsumitur titulus. Et facit glo. in capitulo primo, de conten. inter do. & fide. quod pulchrè voluit ibi Bal. vbi commemerat cōmoda possessionis. Et multo fortius in casu nostro cum ista sit possessio antiquissima: fuit enim dicta petia terræ possessa vt allodialis, & non vt liuellaria, vel emphyteutica: ergo multo fortius præsumitur pro possessore, argumen. l. si filius. C. de peti. hæred. & l. qui in aliena. §. quòd si non adierit. ff. de acquiren. hæredi. Et facit tex. in dicto capitulo si clericus. vbi dicitur, non esse ecclesiæ asseueret. & ibi Hostien. colligit, ꝙ per negationem res dubia, facit c. Pisanis. de restitutione spoliatorum. & c. super eo. de testi. cogē. c. tua nos. de coha. mul. & cler. l. si plures. C. de fide instru. l. 3. C. quibus ad liberta. procla. non lice. l. post rem. ff. de transac. not. in l. j. C. de procu. nisi talis negatio haberet notorietatem contra se: quia nō sufficeret talis negatio ad declinandam iurisdictionem. teneretur enim respondere coram iudice ecclesiastico, ex quo constat notoriè, rem esse ecclesiæ, vel clerici. tenet do. Ant. in dicto capitulo si clericus. ideo si petatur possessio præbendæ, quæ non potest esse non notoria in loco, & pars neget possessiones fore præbendales, non sufficeret talis negatio, quando diutius possessæ sunt, licet negentur præbendales, allegat, quod not. in simili Innocen. in cap. venerabilis. de censi. & facit, quod voluit do. Cardi. in commento. c. vestra. de cohab. cler. mul. in 8. q. & probatur in capitulo super eo. de testibus. cog. vbi sola negatio non inficit notorium. & est tex. melior de iure in c. cum dilectus. de purga. cano. & in cap. fi. de cohabi. mul. & cle. & sic stat assertioni negantis, nisi habeat notorietatem cōtra se: sed in casu nostro iste laicus est in antiqua possessione dictæ petiæ terræ: ergo statur assertioni suæ, cum non habeat notorietatē cōtra se: ergo stabitur eius assertioni: ergo stabimus regulæ disponenti, actor sequitur forum rei: vt c. cū sit generale. de foro competen. l. iuris ordinem. C. de iurisdictione omnium iudicū. vndecima quæstione prima, cap. experientiæ. & c. seq. 3. q. 6. c. 2. & c. neminem. l. vlti. C. vbi in rem actio. & in auth. vt clerici apud proprios episcopos. in prin. cum ergo canonici agant cōtra istum laicum, sequitur, quòd eum conuenient coram laico suo iudice competenti, & non coram vicario episcopi. & hanc partem sequit solennis doct. do. Anto. in dicto capi. si clericus laicum. & idem voluit Bartol. in l. secunda ff. si quis in ius voca. non ie. ¶ Et licet Goff. in dicto capitu. si clericus. velit quòd sola negatio non excludat prorsus iurisdictionem: sed impediet processum super principali, vt non teneatur reus respondere ad libellū, nisi prius summariè cognoscatur de illa qualitate tribuente iurisdictionem, allegat iura, quæ dicunt, iudicem, cuius iurisdictio negatur, posse cognoscere ante omnia, vtrum sua sit iurisdictio: vt l. si quis ex aliena. ff. de iudi. cap. super literis, de rescrip. Et ideo dixit Innoc. in c. cæterum. de iudi. ꝙ si negetur rem esse feudalem, de hoc ante omnia cognoscetur. idē voluit in dicto capit. super literis, & voluit Archi. & Io. And. in c. Romana. §. contrahentes. de foro compet. lib. 6. & Ioan. Cald. in capitulo primo, de rapto. Cy. But. & Bar. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vti. pub. vbi dicunt, ꝙ si quis alienæ iurisdictionis citatur coram iudice non suo, & comparet, & negat

ſe contraxiſſe in loco, vbi citatus eſt, debet ante omnia examinari & diſcuti, vtrum ibi contraxerit, vel deliquerit ſine præiudicio quæſtionis principalis. & quod voluit gloſſ. in capitulo primo, de offic. deleg. libro ſexto, & Archi. in c. Romana. §. notoria. de cēſib. lib. 6. vbi dicunt, quòd ſi negatur crimen eſſe notorium, vel offenſam manifeſtam, debet ante omnia diſcuti, & quod habetur in l. ait prætor. §. docere. ff. de vi bo. rap. & quod habetur in capitu. nouit. de iudi. idem voluit domi. Car. in dicto capitulo ſuper literis. & in ca. cum ſit generale. de foro compe. & in c. nouit. & in dicto capitulo ſi clericus. & Inno. in c. præterea. de dila. & Spec. in titu. de compe. iudi. adi. §. primo, verſi. ſexto, & verſic. ſed pone. fateor, ꝙ de hoc fuerunt opiniones inter docentes. ſed Dom. Abb. in dicto capitulo ſi clericus. dicebat, ꝙ vbicunque fundamentum iuriſdictionis conſiſtit ſuper exiſtentia qualitatis. tunc ſi qualitas allegata negatur, excluditur iuriſdictio. Iſte eſt caſus noſter formalis: quia ex parte præpoſiti dicitur, ꝙ iſta petia terræ eſt eccleſiæ, & iuriſdictio do. Vicarij fundatur ſup hoc, quàm iſta terra ſit eccleſię. modo ex parte conuenti negatur hoc, ꝙ ſit eccleſiæ, conuentus eſt laicus: ergo recurretur ad iudicem ipſius laici cōuenti. dicit tamen do. Abb. ibi, ꝙ ſi actor allegans illam qualitatem offerat ſe ante lit. cōteſt. probaturum ad fundandam iuriſdictionem, ꝙ iudex examinabit illam ſummariè, vt videat, an ſua ſit iuriſdictio. ſed Hoſti. tenuit oppoſitum per tex. dicto capitulo ſi clericus. niſi aliud dicatur ratione priuilegij, vel conſuetudinis, & ſuper hoc ſunt varietates inter docentes: & ego examinaui iſtum paſſum melius, quàm alius, qui vſque ad hæc tempora ſcripſerit ſuperioribus diebus commentādo. dicto capitulo ſi clericus. modo non eſt opus in caſu noſtro examinare, quis iuſtius dixerit, an Goff. & ſequaces, an Hoſtien. Bart. & ſequaces ex eo: quia ex parte præpoſiti nō fuit oblata probatio ad fundādam iuriſdictionem do. Vicarij ante lit. conteſt. quia ante omnia conſtare debet de fundamento iuriſdictionis, vt in capitulo primo, de foro compe. libr. 6. cum ſimil. ſed cū procurator huius laici negauerit dictam petiam terræ eſſe eccleſiæ, ſequitur, ꝙ ſtatur aſſertioni ſuæ, cum dictus præpoſitus non obtulerit ſe probaturum ante lite. conteſt. iſtam exceptionem: nam ex proceſſu apparet, quod ad exceptiones rei fuit replicatum, quòd non ob. prima exceptio: eo q̄a do. Vicarius eſt iudex cōpetens, vt ſuo loco & tempore mōſtrabitur, ſi opus erit, quo caſu ſtabimus opinioni Hoſti. & ſequaciū, quæ probatur formaliter in dicto capitulo ſi clericus laicum. & ſic do. Abba. ibi reduxit opiniones ad concordiam, quòd ſi reus negat qualitatem, quæ eſt fundamentum iuriſdictionis, & actor ſe probaturū ante lit. cōteſt. fiat probatio ſummaria de illa qualitate, hic eſt negatum fundamētum iuriſdictionis, nec eſt facta oblatio probationis: ergo do. vica. non eſt iudex competens: ſequitur ergo actor forum rei. & ſic in caſu noſtro non eſt diuerſitas opinionum, debet ergo ante omnia conſtare de fundamento iuriſdictionis. l. non ignorat. C. qui accuſa. non poſſ. in ver. nō temere ad accuſationem eſſe admittēdam, niſi prius ſe matrem probauerit: ergo debuit prius probare iſtam petiam terræ eſſe eccleſiæ quam impetere laicum coram iudice eccleſiaſtico. facit l. hęc autem. in verſi. conſtare liquere prætori. ff. ex quib. cau. in poſſ. ea. & l. generaliter. §. hiſdē præſentibus. C. de iureiur. in ver. poſtquam hæc intimata fuerint prætori. & l. debent. in verſ. in ipſa naui datum ſit. & l. cuique. §. non tamen. ff. de inſtitu. & in ca. nouit. de iudi. ergo cum non conſtet de fundamento iuriſdictionis ipſius do. vicarij, ſequitur, ꝙ nullo modo potuit do. Vicarius procedere in iſto caſu. & ſic nō ſumus in conflictu opinionum in cauſa iſta: quia opiniones videntur concordes, vt ſit iudex incōpetens: quia ſi tenemus opi. Goff. & aliorum. iſte debuit ꝓbare ſummariè fundamentū iuriſdictionis: ſed non probauit, ergo ſi tenemus opi. aliorū, multominus eſt iudex quinimo plus dico, & erit noua doctrina non tradita per aliquem, nec etiam illam tradidi in repetitione. dicto capitulo ſi clericus. q̄a poſito, non tamen conceſſo, quòd iſte actor obtuliſſet ſe probaturum ante lit. conte. tamen non erat admittēdus, immo erat ſtādum negationi iſtius laici, vt iam voluit Hoſt. Bart. & do. Anto. quòd oſtendo ad oculū hoc modo, iſte laicus poſſedit longo tempore hanc petiam terrę, vt allodialem, & liberam non ſoluendo canonem aliquem, & eodē modo authores ſui a quibus cauſam acquiſiuit: vnde poteſt dari æqua concordia ad opinio. Goff. & opi. Hoſti. vt dicamus, aut eſt poſſeſſio antiqua: quia ex tempore longiſſimo tenuit & poſſedit quis dictam terram, quam negat eſſe eccleſiæ: & tunc cōcurrentibus poſſeſſione, & antiquitate procedat opi. Hoſtiē. aut eſt poſſeſſio recens, & tunc procedat opi. Goffr. & ad hoc allego ſimile, quod dicimus de fama antiqua & fama recēti, vt ſi eſt fama antiqua ſola probat dominium. ita voluit gloſſ. ſing. in l. atqui natura. §. cum me abſente. ff. de neg. geſt. aut eſt fama recens, & tunc nō plene probat, ſed coadiuuat. ita probat gloſſ. ſingu. in l. proprietatis. C. de proba. Et adduco ſimile, quod habetur in l. ſi filius. C. de peti. hæredi. vbi ſi concurrat longa poſſeſſio & patientia, præſumitur interueniſſe conſenſus. Et adduco, quod ibi voluit Bal. & text. in l. qui in aliena. §. quòd ſi non adierit. ff. de acquir. hæred. & quod ibi voluit Bald. & Angel. Et ideo ſingulariter dixit Inno. in c. illud. de præſump. ꝙ ſi quis tenuit diu beneficium ſciente & patiente dioceſano loci, præſumitur interueniſſe canonicus titulus, voluit Hoſt. in c. licet Hely. de ſimo. & Bald. in l. ſiue poſſidetis. C. de proba. & voluit Archi. in c. nemo eccleſiam. de conſecra. diſtinct. prima. & D. Pet. de Peruſio, in tractatu quartæ canonicę, do. Abb. & Card. in c. requiſiſti. de teſt. Et adduco tex. elegantem in c. duo ſimul. de offic. ordi. in verſi. priſca conſuetudo contulit ab antiquo, & quod habetur in titu. de pace Conſtan. in princip. in verſi. ſicut ab antiquo habuiſtis. & ibi Bald. dixit, quòd in pontibus, in aquis, molendinis, & aquarum commoditatibus, ſeruat autiquitas. Cū ergo in caſu noſtro iſta ſit poſſeſſio antiqua: quia eam poſſedit vt allodialem, ſequitur, quòd ſi conuenitur poſſeſſor, & aſſerit non ſpectare ad eccleſiam: ſed eſſe ſuam & poſſeſſam pro ſua ab antiquo, quòd tunc debet conueniri coram ſuo iudice laico reus, ſi laicus eſt, nec audietˉ eccleſiæ offerens ſe ſummariè probaturam rem illam eſſe eccleſiæ. & iſto modo ſit vera Hoſt. opin. ſi vero poſſeſſio ſit recens, & tunc procedat opi. Goff. & ſequacium. & arbitror hanc concordiam fore veriſſimam. Cū ergo fuerit allegata incompetētia vicarij, ſequitur, quòd ſentētia eſt nulla, proceſſus eſt nullus, omnia acta ſunt nulla: vnde dicebat Innocen. quem refert & ſequitur Bald. in l. teſtamenta. C. de teſta. ꝙ vbi iudex eſt incompetēs, deficit perſona & ordo. ideo dicebat Inno. in cap. prudentiam. de offi. deleg. ꝙ ſuppoſita iudicis incompetentia impoſſibile eſt, ꝙ ſit ſeruatus ordo iudicij: quia omnia videntur omiſſa, quæ pro infectis habentur, allegat etiam Bal. ibi gl. in clementina prima. de ſequeſtra. poſſ. & fruct. Et pulchre dixit Bal. in l. pe. C. de iuriſdictione omniū iudi. per illū tex. ꝙ iudex incompetens ſemper dicitˉ grauare partem, allegat. c. at clerici. de iudi. Et idem Bal. in l. clarum. C. de autho. præſtan. dixit, quòd vbi

iudex

iudex est incompetens, ibi non est iudicium. & ideo dicimus semper posse opponi exceptionem incompetentiæ iudicis, vt voluit gl. quam mundus omnis allegat pro singulari, in clementina prima, de sequestra. poss. & fruct. pro qua gloss. adduco tex. coniuncta glo. & Guil. de Cug. & Ange. in l. non erit. §. dato. ff. de iureiur. & tex. l. fideiussor. §. ait prætor. ff. qui satisda. cogan. quem summè ibi ponderat Bart. & do. Card. in dicta clementina prima, & adduco tex. in l. prima. ff. de his qui not. infa. quem ibi ad hoc ponderauit Ange. & adduco. l. testamenta. C. de testa. quē ad hoc ponderat ibi Bal. & adduco tex. in l. 2. §. fin. ff. de pen. & tex. in l. procurator. & l. deportatorum. C. de pen. & l. scire oportet. §. fin. de excusa. tuto. quem tex. ibi ponderat Bald. & tex. in l. si quis filio exhæredato. §. quòd si quis. ff. de iniusto testamen. quē text. allegat pro illa gloss. Bartol. ibi, & multum luculenter de hoc dixi in dicto capitulo at si clerici. Cum ergo in proposito nostro iste do. Vicarius sit incompetens, sequitur, quòd nullum est iudicium agitatum & agitandum coram eo. Et plus dico, quòd ex quo fuit opposita exceptio incompetētiæ: sequitur vnū no. dignum, quòd debet Do. Vicarius pronnnciare se incompetentem, & condemnare actorem in expensis, vt habetur in c. nonnulli. de rescrip. & probatur in clementina prima, de rescript. & ibi dicit do. Petr. de Anch. quòd est ampliatio ad l. si quis ex aliena. ff. de iudi. & ita etiam probatur in c. dispēdia. de rescrip. lib. 6. dedit tamen Specu. in titu. de expensis. §. iuxta. ver. 11. quandam cautelam, quam docto. cōmuniter sequuntur in dicto capitulo fin. de rescrip. videlicet, quòd iudex prius condemnet in expensis, & postea pronunciabit se incompetentem: quia si prius pronunciaret se incompetentem, non posset postea condemnare in expensis per totum titu. C. si a non compe. iudi. sed indubitanter ista cautela nō necessaria: quia licet iudex non sit cōpetens in principali: tamen est competens in accessorio, iste est casus elegans. in c. cum appellationibus friuolis. de appel. lib. 6. vbi appellans frustratoriè, postquàm est ꝓnunciatum, appellationem esse friuolam, potest cōdemnari in expensis, per quem tex. confunditur opinio & cautela Specu. ita dixit Abb. in dicto capitulo fi. & etiam mouetur dom. Abb. ibi per id, quod habetur in l. Paulus. ff. de re iudic. vbi iudex postquam tulit sentētiam in principali, potest eadem die pronunciare in accessorijs, & per consequēs poterit cōdemnare in expensis. & ego adduco tex. in c. vt debitus. de appel. vbi probatur formaliter, ꝙ iudex appellationis ab interlocutoria pronūciat malè appellatum, & remittit causam contra Specu. & licet Ioan. And. in dicto capitulo fi. sequatur doctrinam specu. tamen non bene loquitur. Et adduco, quod voluit do. meus Ioan. de Imo. in l. iudex postquam. ff. de re iudi. vbi reprehendit dictum Specu. & Ioan. And. & per consequens poterit dictus Pet. Io. de Longis instare coram Do. Vicario, quatenus velit se pronunciare incompetentem super hac causa, & condemnet dictum præpositum in expensis. Et sic concludo circa hunc primum arriculum præsentis consultationis. ¶ Venio ad nūc ad alium, videlicet vtrum sit probatum sufficienter hanc petiam terræ fore emphyteuticam ecclesiæ, an allodialem & liberam, & videtur de iure dicendum, quòd probetur allodialis & libera. Et præmitto pto fundamento illud, qđ Hostien. venit in ore, in c. nimis. de iureiur. vbi dixit, quòd licet aliquis possideat intra territoriū, vel Baroniam alicuius domini: non tamen talia possessa præsumuntur esse feudalia, & rationem dicit esse: quia res non præsumitur esse feudalis, cum multa allodia sint, & a iure primęuo omnis persona, omnisque res libera est, ideo non sequitur, ergo omnis terra p̄sumitur feudalis, vel emphyteutica. l. altius. C. de serui. & est vtile illud habere præsumptionem iuris pro se: quia iuris præsumptio est quædā liquida probatio, vt voluit glo. solennis, in l. si tutor. C. de pericu. tut. & probatur in l. j. C. de testa. mili. quo casu probatur libera res & allodialis eoipso, quòd nō probatur contrarium. nam si ex parte pręposíti non probat̄, ꝙ dicta petia terræ sit emphyteutica, videt̄ dictus Petrus probasse, quòd sit sua propria, libera, & allodialis, hoc voluit gloss. in capitu. proposuisti. 82. distin. gloss. in capitulo primo, quòd metus causa. & in c. super eo. de testi. cog. & in capit. sicut el 2. de iureiur. gl. in c. 3. de p̄scrip. & in c. illud. de p̄sump. Et in c. ad falsariorū. de crim. fal. gl. in l. 2. C. de peti. hæred. & in l. siue possidetis. C. de probatio. & in l. 2. C. de erro. aduoca. & in l. si tutor. C. de pericu. tut. & in l. j. C. de fide instrumentorum. & iure hastæ fis. libro decimo. & in l. si creditor. C. de pig. actio. & in l. prima. C. de testa. mili. & in l. super seruis. C. qui mili. non poss. nisi ergo probauerit præpositus dictam petiam terræ emphyteuticam, videtur dictus Petrus probasse, quòd sit libera & allodialis. ¶ Stat modo difficultas, si ex ꝓbationibus factis in processu videatur probatum dictam petiam terræ esse allodialem dicti Petri & suorum authorum, an emphyteuticā dictæ canonicæ. Et videtur, ꝙ præpositus nullo modo probauerit suam intētionem, producit enim antiquissimum instrumētum factum. 1453. quòd præpositus cum capitulo concessit iure liuelli Bonoræ Latrani de ciuitate Castelli vnam petiam terræ positam in villa & parrochia Sancti Martini de hypo. cuius tales sunt confines, ab vno latere via Adæ dicta canonica, & alia Ioannes dominæ Drudæ. oportet nunc verificari, si ille Franciscus fuerit filius Bonoræ Latrani. & si ista petia terræ, quā emit iste Petrus sit illa, quæ fuit concessa Bonorę Latrani. Et capio primum testem productum pro parte præpositi, qui dicit, se cognouisse do. Franciscum Bonoræ: sed alia cōtenta in dicto capitulo dicit se ignorare: quia non cognouit patrem dicti Bonoræ, nec scit, quomodo fuerit vocatus, & sic nō probat de Bonora Latrani. & dicit se audijsse dici, dictum do. Franciscū de dicta ciuitate Castelli decessisse, & ex eo remanserunt duo filij masculi Petrus & Baptista, & ꝙ vidit dictos Petrum & Baptistam possidere terram, quæ est in litigo præsenti olim dicti dom. Francisci. Modo certum est, ꝙ genitiuus significat dominiū,
2 †vt probatur in l. secunda. §. in locum. ff. de relig. & sump. fun. in l. j. §. j. ff. de ser. corrup. ¶ Et si dicatur, ꝙ etiam capiatur pro detentatione, vt voluit glo. in l. 2. ff. de origin. iur. & etiam capitur pro eo, qui habet administrationem, vt per glo. in capitulo primo, de postula. præla. & etiam capitur pro conductione, vt l. lex Cornelia. §. domum. ff. de iniur. & quod habet plenè per Bar. in rub. ff. de ope. no. nunc. vbi dicit, ꝙ etiam si exprimatur a statuto, puta si quis offenderit aliquem in domo sua, habebit locum in domo conducta: vt dicta l. lex Cornelia. §. domum: quia secundum Barto. ibi iste est communis modus loquendi, qui debet attēdi in statutis, vt ibi per eū, & ꝑ do. Car. in c. j. de postu. prela. & ibi per alios do. Abb. in cap. quia V. de iudi. & maximè in teste, cuius dictum debet intelligi secundum communem modū loquendi, vt voluit Bartol. iu l. stipulatio ista. §. hi quoque. ff. de verborum obligatio. facit gloss. ibi, & quod ibi voluit Inno. in capitulo cum clamor. de testi. ex quibus videretur dicendum, ꝙ verba huius testis deberent intelligi secundum communem modū loquēdi, & per consequens nō important dominium. Ad ista respondeo, quòd vbicunq; dictū testis est æquiuocum,

nocum, ſemper ſit interpretatio contra probãtem.
ita probatur in c.in præſentia. de probat. facit in ar.
c.contra eum.de regul. iur.lib.6.& l.veteribus. ff.de
pact.& l.quicquid aſtringendæ.ff.de verborum obli
gatio.cum ſimi.vnde poſito, ꝙ genitiuus æquiuocè
ſe haberet ad plura,de quibus dictum eſt:nihilomi-
3 nus interpretatio fit contra probantem† & per con
ſequens capietur illud ſignificatũ, quod eſt ſibi de-
terius,ar.c.2. de cõfeſſ.libr.6.& l.quãdiu.ff.de acqui.
hæredi.& per conſequens capietur interpretatio,vt
genitiuus ſignificet dominium: maximè cum ſit ꝓ-
prium ſignificatum. vt dicta l.ſecunda.§. in locum.
item accedat,quod voluit Bal.in l.j.§.item Pompo-
nius.ff.de nau.cau. & ſtab. vbi dixit tangens ſignifi-
catum genitiui,quòd quandoq; agitur ratione con
uentionis,& tunc genitiuus ſignificat poſſeſſionem
& detentationem, vbi agitur de fide ſuſcepta.quan-
doque agitur ratione perſonæ, tunc loquitur. dicta
l.lex Cornelia.§. domum. quãdoque agitur ratione
rei:& tunc loquitur.dicto §.in locum. ita ibi reſidet
Bal.ſed in caſu noſtro agitur ratione rei:quia voluit
dicta canonica probare ſe eſſe dominũ dictę petiæ
terræ:quia dictus teſtis dicit, quòd vidit ipſos Petrũ
& Baptiſtam poſſidere quãdam petiam terræ vinea
tam olim dicti do. Franciſci ſitam &c. & ſic loquĩt
ratione rei.& per conſequẽs genitiuus ſignificat do
minium, & ſic iſte primus teſtis formaliter probat
intẽtionem iſtius Petri emptoris. Item deponit etiã
iſte teſtis confinia diuerſa a cõfinibus datis in inſtru
mento Bonoræ Latrani.& dicit ſe neſcire, an ſit ea-
dem petia terræ cum illa, quæ habetur in capitulo
ipſorum canonicorum:quia non cognouit do. Dru
dam, nec eius hæredem, dicit etiam dictus teſtis, ſe
nunquam audijſſe dici dictam terrã, de qua eſt quę-
ſtio, eſſe liuellariã dictæ canonicę niſi poſt præſentẽ
motam litem.& dicit,quòd ipſe teſtis laborauit di-
ctam terram : quo caſu veriſimile eſſet, ꝙ ſi eſſet li-
uellaria dictæ canonicæ,quòd ſciuiſſet, vel audijſſet.
ex quo erat antiqua terra eccleſiæ per ea, quę dixi ſu
perius,argumen.l.ſi vicinis.C.de nup. & cap. quan-
to.& c.quoſdam.de præſumpt.& quod voluit Bart.
in l.prima. ff. ſi certum petatur.Bald. in l.conuenti-
culam.C.de epiſcop.& cleric. & in l.filium.ff.de his
qui ſunt ſui vel alie.iur.dicit etiam ſe audijſſe nomi
nari quendam Bonoram:ſed de Latrano,de quo fit
mentio in capitulo ſe nullam notitiam habere,nec
aliquando audijſſe nominari aliquem, qui vocatus
fuerit Latranus, & dicit ſe credere de prædictis eſſe
publicam famam. & deponit de tempore longiſſi-
mo 40.annorũ.& ſic apparet aperte,quòd non pro-
bat terram poſſeſſam per ipſum Petrum de Lõghis
fore liuellariam dictæ canonicæ,nec audijſſe nomi-
naſſe Bonoram Latrani. ergo ſtabimus diſpoſitioni
iuris,vt quod res ſint allodiales & libere,& etiam ꝗ
deponit,quòd dicta petia terrę fuit Frãciſci Bonorę.
¶ Secũdus teſtis vocatus Bonſignore,dicit ſe cogno
uiſſe Franciſcum Bonoræ, haberi & appellari pro
filio Bonoræ: ſed de Bonora Latrani nihil dicit. Itẽ
non probat, quòd petia terræ petita ſit illa, de qua
fit mentio in dicto inſtrumento:dicit etiam ſe nun-
quam audijſſe Bonoram Latrani.¶ Tertius teſtis ni
hil deponit,niſi de Franciſco Bonorę,& deponit de
tempore annorum. ¶ Quartus teſtis eodem modo
deponit. ¶ Quintus teſtis dicit ſe vidiſſe dictum Pe-
trum conuentum poſſidere dictam terram pacificè
& quiere vſque ad tempus, quòd fuit dictus Petrus
ĩquietatus & moleſtatus a canonicis, & quòd audi
uit dici,quòd ipſe Pe.poſſidebat dictam terram pro
allodio & dicit,quòd a vicinis & alijs, de quorũ no-
minibus dicit ſe non recordari, & deponit de tẽpo-
re 20.annorũ. ¶ Vltimus teſtis dicit ſe vidiſſe ipſum
Per.conuentum tenere dictam terram pacificè vſq;
ad tempus huius litis motę,& dicit, audiui, ꝙ dictus
Petrus illam tenebat pro allodio,& dicit ſe audijſſe
in vicinia : dicit tamẽ, quòd eſt de eodem cippo cũ
ipſo Petro conuento, tamen &c.Ecce nunc qualiter
probatur,quòd eſt allodialis dicta terra & non em-
phyteutica.¶ Et ſi quiſpiam opponat, ꝙ iſte eſt cõ-
iunctus ſanguine illi reo, & non eſt adhibenda ſibi
fides,vt l.etiam.C.de teſtibus.cum ſi.Ad hoc reſpon
deo,ꝙ iſta eſt cauſa ciuilis:nec reperitur eſſe in gra-
du prohibito, vt non poſſit teſtificari pro cũiuncto
in cauſa ciuili,iuxta no.in capitu.conſanguinei.ter-
tia quæſtione quinta.Item poſito ꝙ eſſet cõiunctus
in gradu prohibito:non tamen conceſſo, nihilomi-
nus ſua teſtificatio coadiuuatur & corroboratur ex
teſtificatione aliorum.Iſte eſt tex.valde elegans in l.
ſi quis ex argentarijs.§.ſed ſi omnes.ff.de eden.& qđ
ibi voluit Iaco.Bu.& ideo conſuluit Ang. in ſuis cõ-
ſilijs,conſilio primo: fuit productus quidã teſtis do-
meſticus, qui confirmabat ſe cum dicto aliorum te-
ſtium,qui non erant domeſtici conſuluit, ꝙ corro-
boretur dictum eius propter teſtificationem alio-
rum:quia tunc ceſſat ſuſpicio cõſanguinitatis, vt ex
hoc teſtificetur falſum. mouetur per dicto §. ſed ſi
omnes. Et adduco,quod pulchrè voluit Bal.in l.im-
perator.ff.de ſtatu ho.vbi dixit. ꝙ ſi duo notarij ſunt
rogati de eodem actu.& conficiunt inſtrumentum,
& vnus eſt probatæ fidei & opinionis, & alter eſt in-
famis & deploratæ opinionis, concludit Bald.ibi, ꝙ
valebit & tenebit inſtrumentum, & ſuſtẽtabitur ex
illo, qui eſt probatæ fidei. Ita dicamus in propoſito
noſtro, ꝙ dictum illius ſuſtẽtabitur ex dicto aliorũ:
& per conſequens ſtamus in illa regula, ꝙ huiuſmo
di petia terræ eſt libera & allodialis. Et poſito, quòd
poſſideretur in parrochia eccleſiæ, tamen non præ-
ſumitur emphyteutica,vel liuellaria,vt voluit Hoſt.
& per conſequens abſoluẽdus eſt iſte Petrus ab im-
petitione illius ꝑpoſiti.¶ Præterea eſt aduertẽdum:
quia ex parte præpoſiti nõ probatur poſſeſſio dictæ
petiæ terræ; ergo nullum ius poteſt ſibi vendicare.
ꝙ autem non probet poſſeſſionẽ, apparet: quia non
recollegit fructus:quia per recollectionem & perce
ptionem fructuum,quam quis facit vt dominus, &
vtit re vt dominus, præſumitur dominus & poſſeſ-
ſor.ita probatur in l.Titia.& ibi Bartol. ff. de ſolu.&
in l.litibus.C.de agri.& cenſi.libr. 11.& per eundem
Barto.in l.quidam in ſuo.ff.de condi. inſti.text.in §.
quod in ſementem.ff. ſolu.matri.per quem text.di-
xit Specul. in titu.de proba.§.j.verſicu. pe. ꝙ ille qui
recolligit & percipit fructus ſemel in anno fingitur
toto anno poſſidere.facit, ꝙ voluit Archi.in capitu-
lo primo,de offic.ord.lib.6.facit, quòd habetur in l.
qui vniuerſas.§.colonũ.& l.quamuis.§.j.ff.de acqui.
poſſ.gl.in ca. bonæ. de appella. nec etiam probatur
dominium per inſtrumentum locationis.ita proba-
tur.in c. inter dilectos. de fide inſtru. & quod voluit
Barto.in l.legata inutiliter.ff.de adimen.lega.vbi te-
net,quòd per inſtumẽtum locationis, aut dationis
in emphyteuſim non probatur dominium. facit. l.
filiusfamilias.§.diui.ff.de leg. 1. vbi poſſeſſio probãt
per perceptionem fructuum,& eſt ibi tex.melior ad
hoc de corpore iuris ſecundum Ang.facit c. olim.el
primo,de reſtitutione ſpoliatorum, vbi per penſio-
nem perceptam non probatur dominium.facit, qđ
voluit Ange.in l.officium. ff.de rei vendi.vbi per in-
ſtrumentum non probatur dominium, niſi cũ alijs
adminiculis, niſi eſſet inſtrumentum donationis a
principe factæ ex certa ſcientia: quia tunc probaret
dominium ſecundum Ange.ibi,nec iſte præpoſitus
probauit dominium per famã antiquam : vt voluit
gloſſ.quæ reputatur ſingul.in l.atqui natura.§.cum

me

dictus Thomas fecit pactū de reuendēdo dictas res qñcunq; illi de Siluestris &c.dederint, soluerint &c. sine aliqua ꝯpēsatione &c. ita ꝙ nō teneant de euictione. nec ad aliqd aliud habēdo pn̄s affictus &c. vt ibi dr̄.Modo ponderet do.iudicās : quia pacta insolita,vt dictū est,faciūt cēseri ꝯctū vsurarium. & sic supradictis cōiunctis faciunt censeri istū ꝯctū vsurariū & pignoraticium: vt voluit gl.in l.3.§. eiusdē. ff. de testib.glo.in l.instrā.C.de proba.glo.in c.illud.de præsump.& in c.cum Bertoldus.de re iudi.glo. in c. cum dilectus.de succe.ab intesta. & in c.cū causam. de proba.& in c.accedens.vt lite non conte. tex.in l. excipiuntur.ff.ad sill.& in l.spadonē.§.qui iura multa.ff.de excu.tuto.qa quæ non prosunt singula, multa iuuant. & facit text.in l. qui snīam. C. de pœn. in ver.ad vnum rei finem ꝯferētes.& voluit Bart.in l.j. §.itē Cornelio.ff.de qōn.& in l.admonendi. ff.de iureiur.Bal.in l.j.C.qui pro numero tutel.& in l.sciāt. C.de ꝓb.& in d.c.cū cām.Bal.in l.3.C. ad l.iul.maie. Et ideo dixit idem Bal.in rub.de controuer. inuesti. in vsib.feud.ꝙ ex multis & varijs suggestionibus deductis coram iudice pōtest iudex informare suum animum,& deuenire ad vnum conceptū mentis nō indigentem adminiculo iurī,pro quo est tex. in c.cū ad sedem.de restitu.spol. & in c.præterea.de testi.& quod voluit do.Pet.de Anchar.consil.240.& Ludo. Rom.consi.7.& 8.& per do. Ant.& Io.de Imol.in c. veniens.de testib.& Albericus in d.l.instrumenta.& per Bal.in l.spadonem.§.qui iura multa.ergo liquidum est,ꝙ ex supradictis præsumptionibus & coniecturis conuincitur istud instrumentum esse vsurarium & pignoraticium,& sublatum est illud, ꝙ opponitur,tale præsumitur esse instrm,quale apparet, apparet enim in prima sui figura esse vsurariū , inq̄tū dicit occasione vsurarū,inducendo , vt induxi superius : quia vsuraria prauitas probatur per coniecturas: vt d.c.nostram.& licet ibi fiat mētio de aliqbus coniecturis: tn̄ qa exēpla nō solent arctare regulā: vt l.damni.§.fi.ff.de dam.infect.l.regula.§.fi.ff.de iur.& fac.igno.ideo dicebat philosophus. exempla sumimus,vt ita intelligamus.c.si Papa.de priui.li.6. cum simi.non enim excludūtur aliæ verisimiles cōiecturę.& maxime qa per sequentia declarat qualis fuerit authoritas in pręcedentibus.l.sed Iulianus §. perinde.ver.intelligendū ꝙ ab initio. ff.ad macedo. l.cum quis,ante fin.C.de natu.lib.in ver.neq; enim verisīle.l.qui concubinam.§.res amotas. ff.re. amo. Et sic cum venditiones, vel dationes insolutū soleāt fieri,vt res perpetuo sit penes emptorem , vel creditorem,non sic pignorationes, quousq; debitum soluatur.l.si rem.§.oīs.ff.de pign.actio. ideo credendū est,ꝙ apponendo illud pactū, voluerunt pignorare, istud optime probatur in simili per l.pleriq;.ff.de ritu nup.probat in l.4.§.si ab ignoto. ff. de manu. qm̄ vbi fuit actum a principio, ꝙ emptio modico tempore habebat durare,præsumitur simulata. & ita dicit Bar.per illū tex.in præfato suo cōsilio Petrus Nicolæ.itē iste de Siluestris remansit semper in possessione,& sic quicquid actum fuit, præsumitur simulatè.d.l.post ꝯtum.Itē resultat præsumptio : qa ab initio egerunt,ꝙ qñcunq; dicti debitores dātes insolutū restituerint pecuniam , creditor teneatur restituere dictas res. Et adduco elegans consiliū do.Pau. de castro in ordine.326.incip.in causa mota.per dominam Dorotheam.& sic apparet,ꝙ ex coniecturis probatur,ꝙ ꝯctus venditionis fuerit pignoraticius. Facit,quod habetur in l.dolum.C.de dolo.Et adduco,quod voluit Feder.de Sen.consilio 90.nec est mirum,quòd fit fraus de contractu ad contractum: vt habetur per gloss.in c.plerique.& in ca.putāt quidā decimaquarta quæstione tertia. Et adduco elegans

cõsilium Pau. de Cast. q̃d est in ordine 329. & incip. visa petitione. vbi decidit, ꝙ paruitas precij, & pactũ de reuendendo statim appositum, & aliæ coniecturæ, de quibus per eum ibi faciunt censeri instrumẽtum vsurarium. Ita formaliter ibi cõsuluit. Et sic ex istis apparet liquidò, ꝙ iure authoritate, ratione ꝓbaui multifariè, multisque modis huiusmodi instrumentum esse pignoratitium, & melius q̃ nunq̃ fecerim. licet sępenumero ita consuluerim. & per ista sit expeditus huius consultationis primus articulus. ¶Capio secundum, videlicet stante pacto, ꝙ quandocunque dicti de Siluestris, vel alij loco eorum, vel habentes causam ab eis possint soluere pecuniam, & rehabere dictas terras sint exclusi ex præscriptione temporis longissimi 60. vel 70. annorum. & circa hoc facit dubium illud, quod scripsit glos. in cap. j. §. j. de capi. Conra. quæ dicit, ꝙ illa verba, nulla præscriptione obstante, non tollunt præscriptionem lõgissimam per regulas generales, quæ habentur in l. sicut. & in l. omnes. C. de præscript. 30. anno. & dicit Bal. in d. §. j. ꝙ si hæc verba proferantur a statuto ciuitatis, puta publicum instrumentum mãdetur executioni non obstante aliqua præscriptione, istud statutum, vt aliquid operetur, debet intelligi, ꝙ remoueat præscriptionem lõgissimi temporis 30. vel 40. anno. sed si ista verba ponantur a contrahentibus, vel a testatore, qui iussit solui nulla præscriptione obstante videtur ꝙ in infinitum extendatur. l. ꝙ si nolit. §. si quid ita. ff. de ædil. edic. Barto. dicit, ꝙ huic exceptioni, cum sit merè odiosa renunciari non potest, ita no. in l. nemo potest. ff. de lega. j. & ideo dixit Ange. in l. si quis decurio. C. de decur. lib. 10. inquantum ibi dicitur, nulla præscriptione, in gl. nisi sit præscriptio. 30. anno. Ange. ibi dicit esse nor. pro statuto dicente, ꝙ instrumento cõseruationis nulla currat præscriptio, quod limitatur, nisi esset præscriptio. quadraginta annorum, quòd dicit esse bene nota, & idem voluit Angel. in lege si quis prædium. C. de agri. & censi. libro vndecimo. vbi dixit. statuto cauetur. quòd instrumenta dotalia mandentur executioni nulla obstante præscriptione, quòd nihilominus obstabit præscript. 40. ann. allegat. d. l. si quis decurio. & l. si cohortalis. C. de cohortal. li. 12. & facit, quod dixit Bald. in l. prima. ff. soluto matrimo. quod si ego ꝓmisi tibi semper soluere, nihilominus possum excipere de præscriptione per illum tex. in ver. semper, coniuncta. l. in rebus. C. de iure dotium. & l. in cognitione. in versic. semper ad Syllania. & quod no. Barto. & Dyn. in l. nemo potest. ff. de leg. primo, Bald. in l. secunda. C. vt in poss. le. Ex istis videtur dicendum, quòd illa verba, quandocunque, restringũtur, vt non excludant longissimam præscriptionem.

7 †Ista sunt quæ aliqualem dubitationem faciunt circa hanc dubitationem. ¶Sed verè non obstãt, & in contrarium adduco, quod voluit Barto. in l. cum satis. C. de agri. & censi. libr. 11. vbi dicit, quòd licet statutum dicat, quod instrumenta dotalia mandentur executioni nulla obstante longi temporis præscriptione. quòd si occurrerint curricula. 40. ann. quòd obstabit temporis præscriptio, sicut videmus ibi imperatorem dicere: sed contrarium dicit fore verius: quia istud statutum simpliciter loquitur, ideo simpliciter intelligendũ est: vt l. de precio. ff. de publici. ¶Nec ob. illa. l. quia limitatur per aliam, non est sic in statuto. & facit, quod dixit Bal. in rubri. de consti. vbi dicit valere statutum, ꝙ creditoribus nulla currat præscriptio. ergo ita dicemus in conuentione. facit glo. in l. si cum militaribus. C. de in integ. resti. minor. quæ est valde sing. secundùm Dy. quæ voluit, ꝙ fortius operatur conuentio partium, q̃ legis dispositio. ergo sequitur, ꝙ illa verba, q̃ncunq; ad petitionem illorum de Siluestris, excludunt omnem præscriptionem. Et adduco Ange. qui in terminis decidit hanc quæstionem, in l. cum stipulatus sim mihi a Proculo. ff. de verborum obligatio. vbi dicit in ver. ex prædictis apparet decisio quæstionis. quam ponit Barto. de eo qui promisit decem ad diem, & abinde in antea ad omnem petitionem & voluntatem creditoris, vbi quærit Ange. vtrum illa verba importet, vt perpetuo agi possit non obstante aliqua præscriptione inducta a iure cõmuni, & decidit ꝙ sic: licet se remittat ad dicenda per se in l. j. ff. de concussi. ibi tamen istum casum non ponit, sed bene ponit q. statuti dicentis, ꝙ instrumẽta dotalia mandentur executioni non obstante aliqua præscriptione. de quo ipse dixit in d. l. si quis prædium. & in dicta l. si quis decurio. Et etiam est diligenter ponderãdum: quia Ange. ponit q. quando contractus fuit conceptus, promitto decem ad diem, & abinde in antea ad petitionem & voluntatem creditoris, ꝙ per prius fuit contracta obligatio ad tempus: & tamen nõ obstat præscriptio. ergo sequitur, ꝙ multofortius erit, quãdo obligatio est concepta sine aliqua temporis præfinitione, & sic non est temporalis. & ideo tex. in l. sine præfinitione temporis. ff. de pen. quem allegat ꝑ singulari Bal. in l. j. C. de postula. dicit, ꝙ vbicunque dispositio est temporalis, & nõ exprimitur tempus, intelligitur durare decennio, †sed in casu nostro nõ

8 est temporalis. sed dicitur q̃ncunque ad petitionem illorum de Siluestris. ergo multominus patiuntur illa verba aliquam restrictionem præscriptionis. Et adduco Ange. in l. j. ff. de vsucap. vbi dicit, quotidie fiunt instrumenta, per quæ quis obligat se ad dandum & ad faciendum &c. quæ omnia & singula dictus talis promisit perpetuo obseruare & in nullo contrafacere, vel venire ad omnem petitionem secũ contrahentis, ꝙ ꝑ illa verba videtur renunciare omni exceptioni ꝑscriptionis, & adduco casum in c. j. in ti. de feu. da. in vic. leg. commiss. vbi illa verba, q̃ncunque. excludunt præscriptionem. & sic Ang. in terminis decidit hanc dubitationem. vt illa verba q̃ncunque ad petitionem, & volũtatem creditoris, excludunt omnem præscriptionẽ. & ideo dixit Ang. in auth. vt eccle. Ro. gaudeat spacio cen. anno. ꝙ licet partes nõ possunt facere, ꝙ nulla præscriptio eis currat, tamen possunt facere, ꝙ eis non currat nisi præscriptio cen. anno. & per ꝯs possunt disponere, ꝙ aliqua præscriptio eis non currat. Præterea adduco glo. valde singu. in l. qui luminibus. ff. de ser. vrb. prædio. quæ dicit, ꝙ si per mille millia annorũ area mea iuxta palatium tuum fuit nec ædificaui, ꝙ nihilominus possum ædificare, nec possum prohiberi. & est ratio: quia illud, quod consistit in voluntate hominis, non præscribitur: sed illa verba, ad omnem petitionem, inferunt liberum animum & liberam voluntatem petentis: quia voluntas est libera & absoluta potestas: vt decidit tex. in l. 3. ff. de arbi. in ver. libera, & absoluta potestas est. ergo sequitur, ꝙ non præscribitur. ergo quandocunque voluerit, poterit petere illas res reuendi. ¶Præterea facit ad prędicta ratio viua & inconuincibilis hoc modo, iuri facultatis non præscribitur. l. viam publicam. ff. de via publica. ꝙ procedit, quando facultas in exercitio deducta nullum ius tribuit deducenti. ita pulchre dixit dom. meus Ioan. de Imo. in l. quandiu. ff. de acquirend. hæredi. & ita dicit fore casum in d. l. viam publicam. secus dicit, si tribuat ius: vt l. cum notissimi. C. de præscrip. 30. anno. Et istud voluit Ang. in l. pignori. ff. de vsucap. & in dicta l. cum notissimi. & idem voluit Bald. in capitulo primo, de feud. da. in uicem. l. commiss. & clarius hoc exprimit Bar. in l. j. ff. de condi. ex lege. vbi dicit, ꝙ illud dr̃ esse simplicis facultatis,

facultatis, cũ aliquid permittitur causa sui iuris cõseruandi. allegat. d. l. viam publicam. secus dicit, vbi aliquid postea tendit ad nouam iuris acquisitionẽ: quia tunc illa potentia non est meræ facultatis: sed est ius & non facultas: sed in casu nostro ita est, ꝙ facultas redimendi non tendit ad nouam iuris acquisitionem illis de Siluestris: sed tendit ad conseruandum ius suum & res suas. maximè quia ille ɔ̃ctus est pignoratitius & vsurarius, & non venditionis vere, aut dationis insolutũ veræ. ergo est mere & simplicis facultatis† & per consequens est imprӕscriptibile, ꝙ est bene no. pro hac cõsultatione. & est subtile.

9

¶ Præterea adduco ad prædicta gl. in l. j. C. de anna. excep. quæ dicit, actio pro socio non competit durãte societate, & licet actioni competẽti seu natæ prescribatur spacio 30. anno. vt ibi est casus: tamen nõ natæ non præscribitur. postea arguit glo. illa, nonne ex quo potuit renunciare societati, ergo præscribitur, cum renunciare potuerit. gloss. ibi valde singul. respondet dicens, ꝙ ibi non præscribitur: quia illud, quod dependet ex libero arbitrio, non prescribitur: & tamen renũciatio societatis deducta in actum & exercitiũ tribuit ius renuncianti eo casu, quo renunciare potuit: & tamẽ non potest præscribi. ergo multominus in casu nostro potuit præscribi. cum illi de Siluestris non acquirunt nouum eius: quia videtur capere ius suum proprium, non autem nouum ius acquirere. Facit simile, quod voluit gloss. valde elegans in capitulo primo, §. primo de cogni. feu. ꝙ filius quo ad feudum paternum nõ videtur feudum acquirere: sed acquisitum feudum capere. l. in suis. ff. de lib. & posthu. l. j. C. de impo. luc. describ. libr. 10. Ita dicamus in casu nostro, vt non dicantur illud de Siluestris nouas res acquirere: sed acquisitas retinere. & per consequens non est præscriptum huic facultati possidendi petere reuendi dictas suas res. ¶ Præterea adduco illud, quod philosophorum longe principi venit in ore in secundo de anima, vbi dicit. Actus actiuorum sunt in patiente bene disposito. capit. venerabilem. de elec. sed ad hoc vt præscriptio habeat locũ, est opus, vt interueniat possessio ex parte præscribentis, alias quis non præscriberet sine possessione. c. sine possessione. de regu. iur. lib. 6. cap. causam quæ. de præscrip. cum simi. sed ille Thomas de Roncharolis non possidebat, neque habuit animum & voluntatem istius de Siluestris: quia animus liber est. l. cum proponas. C. de hære. institu. ergo sequitur, ꝙ non potuit præscribere carens fundamento præscriptionis. ergo istud ius quandocunq; petendi consistens in vltima volũtate eorum de Siluestris non potuit præscribi per illos de Roncharolis. & sic cum ius petẽdi non fuerit adhuc natum & in esse productum non potuit præscribi. ¶ Præterea ad hoc vt præscriptio habeat locum, requiritur præscriptibile: sicut dicimus in confirmatione: quia præsupponit confirmabile: vt in capitulo primo, de confirma. vtili. & in capitulo primo, de præscript. cum similibus. ergo vbi non est præscriptibile, ibi non est dare præscriptionem: sed in casu nostro actio, quam isti de Roncharolis volebant præscribere, adhuc ipsis de Siluestris non declarantibus suam voluntatem non erant in esse producta. ergo non potuerunt præscribere. ¶ Præterea facit ad prædicta, præscriptio requirit bonam fidem. cap. fina. de præscrip. c. malæfidei possessor. de reg. iur. libro sexto, sed ille Thomas & alij de Roncharolis erant in malafide: quia ex cõtractu vsurario & pignoratitio volunt præscribere ius non reuendi. ergo sequitur, ꝙ nullo tempore potuerunt præscribere tanquàm habentes malamfidem. ¶ Et si quispiam subtiliter arguat hoc modo, ex quo erat in potestate illorum de Siluestris reputare dictas res venditas, vel datas insolutum & agere. vnde licet ante declarationem sui animi non fit orta illa actio, habetur tamen pro orta & nata, ex quo potuerunt facere illam nasci. facit. l. qui potest. ff. de reg. iur. glos. in l. cum notissimi. §. j. quæ incipit. quid ergo. C. de præscrip. 30. anno. & facit, quod habetur in l. quibus diebus. in princip. ff. de condi. & demõ. & quod habetur in l. 3. §. quid ergo. ff. de contrario iudicio tutel. & facit. ca. innotuit. de elect. vbi episcopus conferens beneficium indigno non excusatur allegans ignorantiam: quia ad eum incumbebat officium inquirendi, vtrum ille esset idoneus an non: ideo lex habet eum pro inquirẽte & sciẽte. Ita dicamus in proposito, potuit enim ille de Siluestris petere & declarare suam voluntatem. Cum ergo non fecerit, sequitur, ꝙ habetur pro declarante, ergo videtur, ꝙ habetur perinde, ac si petijsset. & post scripserunt illi de Roncharolis. Ad hoc respondeo, quòd illud, quod ascribitur nostræ potestati, non subijcitur necessitati: vt l. non quicquid. ff. de iudi. & illud, quod ad fauorem nostrum est introductum, non debet nobis nocere. l. quod fauore. C. de legi. c. quoniam ob gratiam. de regul. iur. libro sexto. l. nulla. ff. de legi. cum simi. Modo in casu nostro fuit repositum in volũtate illorum de Siluestris, quandocunque peterent, ergo non subijcitur necessitati, vt cogantur petere & declarare. Item ad eorum commodum & fauorem fuit introductum, vt quandocunque vellent, possent petere illas res reuendi. ergo sequitur, quòd non tenentur petere, argumen. l. quod fauore l. legata inutiliter. ff. de lega. j. cum simi. ¶ Nec ob. cum opponitur, quòd licet statutum dicat, quòd instrumentum dotis mandetur executioni non obstante aliqua præscriptione: vt obstet prescriptio. 30. annorũ, quia istud non obstat primo: quia Barto. tenet contrarium in dicta l. cum satis. & respondet ad d. l. si quis prædium. & ad l. si quis decurio. loquuntur enim in dispositione legis, & non in dispositione statuti. ergo multominus in conuentione partium: vt est casus nr̃. Et ideo Bald. in dicto capitulo primo. §. primo. de capi. Conra. dicit, quòd tale statutum excludit præscriptionem lõgissimi temporis. & si allegetur, ꝙ voluit idem Bald. referens Barto. quòd si proferatur a cõtrahentibus, non excludit prescriptionem longissimi temporis. Respondeo, illud procedit eo casu, quo res deducitur in actu & exercitio: sed eo casu, quo res est in potentia & non in exercitio, erit secus: vt superius demonstraui. & per consequens illa, quæ adducta fuerunt superius pro parte contraria non obstãt: quia non loquuntur eo casu, quo res adhuc non erat in actu & exercitio. Et alias vidi istam quæstionem in contingentia facti versari. & vidi consultum per excellentissimos in iure viros, quòd non præscribitur, & interpellatus ad consulendum ita consului apud Marchiam: nunc etiam visum est mihi, ꝙ ista sit veritas. ¶ Præterea facit, quòd voluit Ioã. And. in cap. quoniam frequenter. §. in alijs. vt lite non contesta. & Barto. in l. pignori. præalle. & domi. Abb. in d. §. in alijs. vbi dicunt, quòd iuri offerendi non præscribitur, ita dicamus in casu nostro, vt non fuerit præscri-

10 ptum iuri offerẽdi. † Et ad hoc accedat, quod voluit glo. in d. l. pignori. quæ dicit, ꝙ non præscribitur rei vendicationi, quam habet debitor per l. male agitur. C. de prescrip. 30. anno. ergo sequitur, quòd non præscribitur iuri petendi dictas res reuendi, & maxime stantibus illis verbis prægnantibus appositis in dicto instrumento. vnde pulchrè dixit Ang. in l. ꝙ si nolit. §. si qd ita. ff. de ædil. edic. ꝙ si quis promittit præsentare aliquem toties, quoties erit sibi mandatum, ꝙ intelligitur vsque ad sententiam, etiam si ab ea

ea fuerit appellatum: vt est casus in l.grecè.§.post li
tẽ.ff.de fideiuss.ꝙ si fuit dictũ toties, & qñcunq;,qđ
intelligitur etiam post sñiam. & sic illud verbũ qñ-
cunque, ampliat dispositionem ad maiora expres-
sis.& maxime odio eius, qui est consuetus fęnerari.
& ad hoc adduco casum in indiuiduo in c.j. in prin.
in titu. de feu.da.in uic.l.commiss.vbi tex. vtitur illo
verbo qñcunque.& probat, ꝙ qñ in pignoribus est
appositum pactum legis cõmissoriæ, tunc odio cre-
ditorum iuri offerendi non præscribitur illo tempo
re..& ad hoc reputat illum tex.sing.Bal.ibi.¶Ita di-
camus in proposito, cum in præcedenti dubio de-
monstratum fuerit Parmæ illud instrumẽtum esse
pignoratitium, & fuerit appositum pactum, ꝙ qñ-
cunq; possint illi de Siluestris reemere dictas res. se-
quitur, ꝙ nullo tẽpore præscribitur illi iuri reemen
di propter odiũ illius fœneratoris, & sic illud ius re-
dimendi durat perpetuo habito respectu ad ius re-
uendendi & retrahendi debitum ipsis Siluestris vi-
gore pacti & conuentionis adhibitæ inter ipsos de
Siluestris, & illos de Ronchalis. & sic sublata est via
p̃scriptionis. ¶Et ex istis datur præcipuum lumẽ ad
statutum Placentiæ,quo cauetur, ꝙ ille, cui facta est
promissio retradendi, vel eius hęres, vel habens cau
sam ab eo,in qua non sit terminus, possit redimere
etiam elapsis 30.annis quandocunq;:sed isti magni-
fici do.de Scipione habent causam ab illis de Silue-
stris,quibus fuit factum pactũ de retradendo quan-
docunque,sequitur ꝙ elapsis 30.annis quandocun-
que possunt petere retraditionem & retrouẽditio-
nem.& sic concurrunt duo vincula, videlicet cõuẽ-
tionale & statutarium,quo casu redditur fortius ius
eorum,argumen.ca.j.de treug. & pac.auth.itaq;.C.
communia de success.& argu.c.2.de præben.libr.6.
vbi consuetudo disponens illud,quod ius cõmune,
addit vinculum specialius: vt ibi dicit tex.& colligit
do.Dominicus.Et adduco Barto.in l.non impossibi
le.ff.de pact.vbi dicit, ꝙ si pactum disponit illud,qđ
disponit ius cõmune, addit vinculum & sit fortius.
& dicit, ꝙ acrius punitur veniens contra ius cõmu-
ne firmatum pacto.ita in proposito fit fortior dispo
sitio,qñ adinuicẽ concurrunt statutũ & pactum.Cũ
ergo in ꝑposito nostro fuerit statutus terminus ad
redimendum,sequitur, ꝙ etiam post 30.annos redi-
mi potest.& illa dictio quandocunque, prorrahit tẽ
pus in perpetuum,& alterat dispositionem:quia de
temporali facit eam perpetuam. ¶Et ad hoc addu-
co Ang.in l.ꝙ si nolit.§.si qd ita.ff.de ædil. edic. vbi
dixit esse ibi casum expressum, ꝙ quis potest facere,
ꝙ in suo contractu non habeat locum præscriptio,
promittendo hoc modo,promitto tibi ante præscri
ptionem,& postea quandocunque velis me conue-
nire. Ecce nunc qualiter in terminis Angel. decidit
hãc dubitationem,si potest hoc facere pactum, for-
tius poterit hoc facere statutum : vt l.nec ex præto-
rio.& l.neq; pignus.ff.de reg.iur.l. generaliter. C.de
fideiusso.glos.sing.in rub.C.de decre.decu.li.10.Bal.
in l.de quibus.ff.de legi. & multofortius in casu no-
stro ex eo: quia sumus in re deducta in actu & exer-
citio,vt superius dixi.Item concurrit statuti disposi-
tio:quia dicit post 30.annos quandocunq;, per quæ
verba videtur excludi pręscriptio longissimi tempo
ris,hoc expresse decidit Ang.in d.§.si quid ita.vbi di-
xit, ꝙ per illa verba, quandocunque possis me con-
uenire,excluditur præscriptio.& idem voluit Bar.in
d.l.cum satis.vt superius adduxi. Et adduco Bald.in
terminis.in l.ij.C.de consti.pecu. vbi dixit, ꝙ potest
facere statutum mercatorum, ꝙ non currat præscri
ptio : quia possunt statuere contra ius commune.
¶Et si quispiam dixerit, ꝙ dictum Angel.non habet
locum in præscriptione introducta odio negligen-
tis:vt ipse Ang.voluit in d.§.si quid ita.& voluit Bal.
in d.l.secunda.C.de consti.pecu.Respondeo, ipsi di
cunt,quòd conuentio priuatorum non habet locũ
in præscriptione inducta odio negligentis. & sic nõ
loquuntur in statuto : sed in conuentione priuato-
rum , propterea non obstare huic consultationi ex
eo : quia loquitur in actu deducto in actu & exerci-
tio.Sed in casu nostro sumus in actu existente in po
tentia & facultate & libero arbitrio, vt supra dixi,&
sic Bal.& Ang.volunt formaliter, ꝙ possit statutum
tollere pręscriptionem.& illa verba inducunt remo
tionem præscriptionis quandocunque. ergo in isto
actu concurrit voluntas statuẽtium, quæ colligitur
ex verbis, vt l.ille aut ille.§.cum in verbis.ff.de leg.3.
& concurrit voluntas statuentiũ : quia possunt tol-
lere præscriptionẽ inductam a iure communi. ¶Et
si opponitur de gloss.dicto c.j.quæ voluit, ꝙ tollatur
potestas recuperãdi pignus spacio 30.anno. Respõ-
deo, ꝙ gl.illa non dicit verum per illa,quæ superius
dicta sunt. Item non obstat in casu huius statuti ex
eo: quia istud statutum dicit de spacio 30. anno. &
quandocunque:sed in dicto cap.j.nõ dicitur 30.an-
nis.& quandocunque,quo casu illa glo.restringit il
lum tex.& non bene.Item in casu nostro fit mentio
de 30.annis, & postea addit illud verbũ & qñcunq;
qđ verbum ampliat dispositionem in perpetuum:
vt voluit Ang.in d.§.si quid ita. & plus ibi dixit in il-
lo.§.quòd quando promisit toties, quoties & quã-
docũque idem: vt illa dictio aliquid operetur : aliàs
videretur, ꝙ frustra apposita fuisset, ꝙ non est dicen-
dum : quia verba statuti debent aliquid operari.l.si
qñ.ff.de lega.j.nã syllaba non est apponenda super-
11 fluè in statuto.†ita dixit glo.singul.in l.j.ff.qđ metus
causa.19.dist.c.si Romanorum.& quod voluit Bar.
in l.qui Romæ.§.duo fratres.in 6.q. de verbo.oblig.
Et ideo multum eleganter dixit glo.in l. non solum.
ff.de rei vendi.quem Ange.ibi reputat singu. ꝙ licet
de iure cõi victus habens iustam cãm litigandi non
puniatur in expensis:tamen si statutum dicit, ꝙ vi-
ctus victori condemnetur in expensis, intelligitur,
etiã si habeat iustam causam litigandi, ne superfluè
sit introductum.Facit,quod voluit gloss. in auth.de
exhiben.reis.§.si vero.quem Ang.ibi magnifacit. &
facit,quod voluit Bart.in l.4.§.prætor ait.ff.de dan-
no infect.vbi dixit, ꝙ si statutũ dicit, quem citari ad
personam, vel ad domum, ꝙ intelligitur ꝙ citatio
incipiat ad domum,ad hoc vt statutum aliquid ope
retur idem voluit do.Anto.in cle.causam.§. ꝙ si tot
san.de elect.& in ca. causam quæ.de dolo.& contu.
Idem voluit do.Abb.in c.ex parte in Christo.de ver-
bo.sig.& in rub.de regula.& in suis consilijs,cõsi.19.
& consi.37.& in d.c. causam quæ. quanto fortius in
casu nostro,in quo statutum ponit præscriptionem
30.anno. & postea vtitur illo verbo, quandocũque.
vnde illud verbum ampliat dispositionem in perpe
tuum : quia aliàs illud statutum nihil operaretur, ꝙ
esse non debet, vt c.si Papa. de priui.lib.6.Et istud vi
detur fuisse de mente statuentiũ.vt illa dictio quan-
docunque,in statuto Placentino apposita intelliga-
tur perpetuo. considerauit enim condictionem, &
consuetudinem hominum loci,qui solent facere si-
miles contractus: vt etiam voluit do.Pe.de Anchar.
quem superius retuli.ideo ne sic contrahentes per-
derent res suas,& fraudarentur ab ijs, qui solent fę-
nerari,voluit, ꝙ quandocunque possent res suas re-
cuperare,ne locupletarentur vsurarij cum aliorum
iactura,sunt enim neq̃ hominum genus : vt dixi su-
perius,facit simile,quod voluit Saly.in authẽ.sacra-
menta.C.si aduersus vendi.vbi dixit, ꝙ ꝑpter iniqui
tatem inhabitantium statuit ciuitas, ꝙ minor con-
trahẽs & iurans nõ obligetur, nisi interueniat certa
solenni-

solennitas, voluit ibi Bald. refert plenè Io. de Imo. in c. cum contingat, de iureiuran. & per consequens ciuitas Placentina statuit, quod etiam post 30. annos quandocunque possit reemere, quod voluit tollere impedimentum oīs præscriptionis propter commodum subditorum. Et ex istis elicitur conclusio vera & indubitata, quòd illi de Cademustis non possunt allegare præscriptionem, & quòd illa dictio quādocunque, perpetuauit ius redimendi competens illis de Siluestris, & habentibus causam ab eis. & ideo potuerunt illi de Scipione habentes causam ab illis de Siluestris recuperare dictas res datas insolutum, seu venditas simulatè tamen, & liberare eas ab illo ficto perpetuo nòn obstante quocunq; temporis cursu, & ita concludo. ¶ Capio nunc alium articulum huius consultationis, videlicet illi de Roncharolo promiserunt reuendere illis de Syluestris ad suam petitionem qñcunque, & postea de dictis rebus inuestiuerunt illos de Cademustis. stat dubitatio, si isto casu habeat locum statutū Placentiæ loquens de alienatione facta duobus dicens, si quis vendiderit, vel aliquo modo alienauerit aliquam rem immobilē, quam alij vendiderat, condemnetur, & omnis venditio, vel alienatio postea facta sit nulla ipso iure, vtrum vendicet sibi locum præfatum statutum, vt inuestitura facta istis de Cademustis sit nulla ipso iure. Et mihi videtur de iure dicēdum, quòd sic, quod ad oculum demonstro hoc modo. Et præmitto pro fundamento, quòd si quis promiserit aliquam rem retradere alicui certo precio, & terminus retradēdi
12 non fuerit elapsus † teneatur, qui promisit, vel habens causam ab eo facere ipsam retraditionem illi, cui facta fuit dicta promissio vel habenti causam ab ipso. & si requisitus fuerit ex parte iudicis competētis, & prædicta non fecerit, intelligitur esse facta venditio, & retraditio, & intelligatur possessor verus & legitimus. ita formaliter disponit præfatū statutum. ¶ Ex isto fundamento tollitur illud, quod dicit posset, aliud est vendere, aliud est promissio de vendendo. l. 1. C. de pactis pignorum, & ibi voluit Iacob. Butrigar. & Angel. & Facit gloss. in l. in bonæfidei. ff. de eo, quod certo loco: non tamē clarè hoc dicit secundùm illam. l. in versicu. tamen ad hoc allegat Iacob. Butrig. in d. l. 1. facit. l. 1. ff. de administr. tuto. vbi aliud est gerere negocia, & aliud mandatum de gerendo. & facit clement. 1. de renunc. facit. l. si sterilis. §. si tibi fundum. ff. de actio. empt. & l. qui fundum. ff. de contrahen. emp. & ideo dixit Ang. in suis consilijs, consi. 181. incip. ex forma & serie dictorum instrumentorum, quod ex pacto de vendendo non acquiritur ius in re, sed bene obligatur persona ad interesse. licet ergo statutum istud dicat, si quis vēdiderit, vel aliquo modo alienauerit: tamen non prohibet pactum de alienando vel vendendo. ideo illud, quod non dixit statutum, nec nos dicemus: vt l. si seruus. versic. non
13 dixit prætor. ff. de acquiren. hæred. † ideo remanebimus in dispositione iuris communis: vt l. commodissime. ff. de lib. & posthu. l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. cum sim. & maximè cum sit statutum pęnale & odiosum, & sic restringendum. l. cum quidam. ff. de libe. & posthu. c. odia, de reg. iur. lib. 6. nec pęna debet excedere proprium casum: vt de pœni. distin. 1. §. penulti. ideo cum iste de Roncharolis non vendiderit, nec alienauerit, licet fecerit pactū de reuendendo, & retradendo, ergo non incidit in pœnam: nā alienatio strictissimè, & proprijssimè sumpta est actus, per quem transfertur dominium secundum Host. in summa de reb. eccle. non alie. probatur in l. 1. C. de fundo do. l. ex hoc edicto. §. 2. ff. de alie. iudi. l. alienationis. ff. de verbo. signifi. l. j. C. de iure emphy. facit glo. in l. j. C. de fundo dotali. quod Bal. ibi inducit ad statuta pœnalia loquentia de alienatione: vt intelligatur in proprio & stricto significato. & idem voluit Bal. in l. voluntas. C. de fideicom. & quod voluit Cy. & Saly. in l. fina. C. de reb. non alienan. Cum ergo istud statutum loquatur de venditione & alienatione strictè sumpta, prout est translatio dominij in alterum facta, argu. l. quicquid astringendæ. ff. de verbo. obligat. & l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exercito. Et ista sunt, quæ possent opponi: tamen pro certo non obstant. ¶ Et vlterius præmitto, quod alienatio dr̄
14 quatuor modis. ¶ † Primo modo proprijssimè, quando plenum dominium trāsfertur, & ita intelligitur. d. l. 1. & ibi glo. & doct. C. de fundo dota. & ita procedant allegata superius. Secūdo modo consideratur propriè, quando transfertur vtile dominium. Tertio modo consideratur impropriè, quando alienatur vsusfructus, vel vsus, vel alia qualitas rei, vt est quædam seruitus. Quarto modo ɔsideratur improprijssimè, quādo pignori res obligatur, ita dixit Bal. in authen. hoc ius porrectum. C. de sac. san. eccle. Et adduco, quod voluit Bal. in c. 1. §. vt libellario. in tit. qui. mo. feud. amit. vbi dicit, quòd per alienationem quis non incidit in pœnam, nec videtur prohibita. ideo per alienationem feudi, quis perdit feudum, quando venit ad traditionem ita dicit in pignore, quod per simplicem hypothecā nudo verbo factam nunquam intelligitur esse deuentum contra prohibitionem, nisi quis processerit ad traditionem. Idem dicit, si per statutum prohibeatur alienatio, quòd nūquam per verbalē pignorationem incurritur pęna, quod dicit esse notandum. Et idem Bald. in l. voluntas. C. de fideicom. dixit, quod inuestitura facta per annulum dicitur abusiua: secus dicit, si corporaliter & realiter inuestiat: vt ibi per eum. ¶ Istis modo præsuppositis, arguo sic formaliter. vbicunque est in potestate eius, qui potest redimere res in alium translatas, habetur perinde, ac si res esset redempta, ex quo potest illam redimere, ex quo potuit illam facere nasci: iste est tex. in l. qui potest facere. ff. de reg. iur. glo. in l. cum notissimi. §. 1. C. de præscrip. 30. anno. facit, quod hr̄ in l. quibus diebus. in princ. ff. de condict. & demonst. & ibi dixit Bar. quod si aliquis excusat se: quia fuit detentus in palatio, potest responderi. tu poteras reclamare & excludere illud impedimentum, iō tibi imputetur. & facit tex. in l. si quis in graui. §. clausos. ff. ad Syllani. vbi illi dicuntur clausi, qui non poterant exire: secus si potuissent exire, & ibi Lud. Ro. refert Angel. per illum text. dare singularem limitationem ad titul. de priua. carceri. vt non habeat locum, quando quis fuit ita detentus, quod exire potuit: adduco. l. 3. §. quid ergo. ff. de contra. iud. tute. in ver. si quidem non postulauit, sibi imputet. habetur ergo perinde acsi retradita esset, ex quo per illos de Siluestris vel habentē causam ab eis poterat fieri, aliàs peti talis traditio istud probat statutum Placētiæ superius allegatum, in quo dicitur sic, & intelligatur ipsa venditio facta & retraditio perinde, ac si per ipsum promissorem legitimè facta esset. vnde licet de iure communi pactum de reuendendo non sit alienatio: vt est dictum, tamen secus vbi per statutum populi promissio de vendendo, vel retradendo censetur & iudicatur esse venditio, ex quo statutum disponit, quòd eundem effectum operetur, vt est casus in præfato statuto. ¶ Et si quispiam opponit, quod nos sumus in statuto pœnali loquente de venditione & alienatione, ergo debet intelligi de propria & vera venditione & alienatione: vt c. in nostra, & c. susceptum, de rescript. lib. 6. l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exercitor. l. quicquid astringendæ. ff. de verbo. oblig. sed ista est ficta vēditio & ficta retraditio & ficta alienatio, & statutum debet intelligi in casu vero & non

ficto:

ficto: vt l.3.§.hæc verba.ff.de nego.geſt.Iſtud reuera
non obſtat,& facile tollitur, & pondero iſtud ſtatu-
tum ſubtiliter & verè inquantum dicit, ꝙ dicta pro-
miſſio ſit & intelligatur eſſe ficta venditio.& retradi
tio perinde, acſi per ipſum promiſſorem legitimè
facta eſſet. dico, quòd illa verba faciunt illam pro-
miſſionem de retradendo veram retraditionem, &
oĩa ſtatuta loquentia de retraditione & alienatione
habent locum in illa. & ad hoc adduco ſingularem
doctrinam Baldi in prima conſtitut.fforum.in verſi.
quid autem ſi iſta verba ſimul iungantur. videlicet
habeatur,& ſic reſpondet, quòd ſignificant verita-
tē, ſi poſſunt.& allegat de hoc tex.in l.1.§.fi.ff.quod
quiſque iuris.in ver.pro nullo habetur,nec eſt, non
enim ſine cauſa geminat illa verba: quia ꝯiungunt
iuris intellectum veritati. Facit ſimile, quod voluit
idem Bal.in c.fi.de offi.le. vbi dixit,ꝙ illa verba tutu,
geminata inducunt induſtriam perſonæ,arg.l.bali-
ſta.ff. ad Trebel.de quo dicto facit feſtum ibi domi.
Cardi. allego ſimile, quod habetur in c.cum adeo.
aliàs in c.eam te,de reſcript.in ver.mandatum dedi
mus & præceptū. Et ſimile dixit Bald.in auth.ſed cū
teſtator.C.ad l.falci.qñ teſtator dixit,totā & integrā.
Et ſimile dixit tex.in cle.j.de pęnis,in ver. idoneè te-
neat & ſufficienter.& ꝯſului ſuperioribus diebus, &
fuit obtentū in quadā legitimatione,in qua dicebat̃
ſic,& intelligat̃ legitimus. Et facit illud,qđ ſcribitur
apud poetas de iſta geminatione verborum. Tu ne
duos vna ſeuiſſima vipera cenaꝰtu ne duos,& ſic pa
ctū de reuendendo eſt idē, ꝙ ipſa venditio.& ſubro-
gat̃ in locū venditionis veræ,& traditionis & aliena-
tionis veræ. ergo ſtatutum pœnale & exorbitans lo-
quēs de alienatione habet locum in huiuſmodi pa-
cto de reuēdendo vel retradendo,& ſic ſubrogatum
ſapit naturam eius, in cuius locū ſubrogatur.l.eum
qui.§.qui iniuriarū.ff.ſi quis cau.cap. eccleſia, vt lite
pendente.cum ſi.¶Et ex his ceſſant arg.ſuperius di-
cta,& ſic ſtante diſpoſitione præfati ſtatuti dicta pro
miſſio de reuendendo eſt idem, ꝙ venditio propria
& vera. ¶ Præterea facit,promiſſio,de reuendendo
eſt aliud,quàm ipſa reuenditio: vt in d.l.1.C.de pac.
pig.& quod ibi voluit Iaco. Butrig.cum alijs iuribus
ſuperius allegatis: quia ex tali promiſſione non ori-
tur actio in rem,ſed oritur actio perſonalis ad inter-
eſſe.ita formaliter conſuluit Ange.conſilio allegato
ſuperius: ſed ex promiſſione de reuendendo ſtante
præfato ſtatuto oritur actio in rem: quia facta obli-
gatione,& ſecuto iudicis præcepto eſt & intelligitur
facta venditio legitimè, ac ſi eſſet facta ab ipſo pro-
miſſore. ergo ſequitur, ꝙ ſumus in terminis ſtatuti
loquentis de alienatione facta duobus,& per conſe-
quens inueſtitura facta illis de Cademuſtis fuit ipſo
iure nulla.¶Pręterea præfatum ſtatutum loquitur,
de alienatiōe impropria,hoc apparet ex verbis ſuis,
dum dicit,aliquo modo alienauerit, nam illud ver-
bum aliquo modo,diminuit de proprio ſignificato
vt eſt glo.valde ſing.in clemen.1.de foro comp.quæ
dicit,quòd licet appellatione partis veniat dimidia,
vt l.nomen filiorum.§.portionis verbo.ff.de verbo.
ſign.tamen ſi apponitur verbum aliqua pars, venit
infra dimidiam,& ſic diminuit de proprio ſignifica
to. licet ergo verbum alienatio capiatur propriè &
impropriè, vt latè dixi ſuperius,& ſtatutum pœnale
debeat intelligi in caſu proprio, vt dixi ſuperius: ta-
men iſtud eſt verū,niſi aliter ſtatuto caueatur: quia
tūc ſeruabitur diſpoſitio ſtatuti.l. ille aut ille.§.cum
in verbis.ff.de leg.3.ſed iſtud ſtatutum eſt huiuſmo-
di &c.& licet referatur prima facie illud verbum,ali
quo modo,ad ſecundam alienationem: tamē etiam
intelligendum erit in prima ex eo: quia verbum ap-
poſitum in principio refertur ad oĩa ſequentia,ſi-
cut dicimus econtra clauſula in fine appoſita refert
ad omnia præcedentia.l.talis ſcriptura.ff.de legat.1.
l.1.C.de diuer.reſcript.l.1.C.de libe.præte.c.inquiſi-
tioni.& c.ſecundò requiris,de appel.cum ſim.& per
conſequens ſtatutum præfatum habet locū impro-
priè,ſiue alienauerit primus alienās,ſiue impropriè
alienauerit ſecundus.Et adduco gloſſ.valde elegan-
tem in l.1.C.de pact.pign. vbi tex.dicit,venditionem
non contraxit.& glo.ibi dicit.ſ.de iure, ſed de facto
conſtat venditionem eſſe. ex quo ſequitur, quòd li-
15 cet promiſſio de vendendo † non ſit venditio eſt, ve
rū de iure,ſed de facto eſt venditio ſecundùm illam
gl.ad hoc ſtupendam,ergo ſequitur, ꝙ promiſſio de
retrouendēdo fuit retraditio de facto: ſed ſtatutum
illud loquitur per verba impropria: quia dicit, ali-
quo modo alienauerit: ergo ſequitur, quòd incidit
in diſpoſitionem ſtatuti ille de Roncharolis facien-
do huiuſmodi promiſſionem & inueſtiēdo illos de
Cademuſtis, & per conſequens ceſſant illa argu.ſu-
perius formata,videlicet, quòd illud, quod non di-
cit ſtatutum non dicemus nos:quia immo hoc dixit
ſtatutum.Et anno ſuperiori fuit in vrbe Ro.hęc quę
ſtio,vbi viget ſtatutum ſimile,ſi quis vendiderit, vel
aliquo modo alienauerit poſtea quidā promiſit ſub
pœna aliquo modo non alienare.& poſtea fecit pa-
ctum de vēdēdo cuidam tertio.fuit dubitatum, vtrū
per huiuſmodi pactū incidiſſet in pęnam interpella
tus ad conſulendum conſului, quòd incidit in pœ-
nam, ex quo in dicto inſtrumento dicebatur aliquo
modo alienare.& adduxi gl.d.l.1.&c.quanto fortius
in caſu noſtro incidit in pœnam ſtante priori ſtatu-
to, de quo dixi ſuperius.& dicebam in illo conſilio,
ꝙ quò ad ipſum prohibitum alienare, vel vendere
erat ſatis contrauentum ſtatuto.Et adducebam.c.2.
de conceſ.pręben.vbi ille,qui eſt prohibitus ſoluere
eſt prohibitus promittere ſoluere.Et adducebam.l.
ſi patronus.ff.de don. & in l.3.§.hoc edicto.ff.ex qui.
cau.ma.in inte.reſtit.& probatur in l.fi.C.ad leg.fal.
vñ ita vr̃ facere rem prohibitā ille, qui alienat, ſicut
ille qui facit pactum, de alienando.& cꝰ: quia in d.
l.final.C.ad leg.fal.dicitur,quòd ita agnoſcit volun-
tatem defuncti,qui promittit ſoluere,ſicut ille, qui
ſoluit.Et facit,quod voluit Bald.in l.fina.C.ſi aduer-
ſus dona.vbi dicit,quòd ſi ſtatutum diſponit, ꝙ mi-
nor non poſſit vendere,quòd non potuerit venden-
ti conſentire,ergo qui non poteſt alienare, non po-
teſt facere pactum de alienando.vnde licet in ſe pa-
ctum de vendendo non fit venditio: tamen quan-
tum ad venientem cōtra diſpoſitionem ſtatuti ſunt
paria:quia ita venit contra mentem ſtatuti promit-
tens alienare ſicut alienans: vt probatur in dicta l.fi
na.C.ad legem falcidiam.Et vlterius adducebam in
illo conſilio, quod voluit Angel.in l. ſi ita quis.§.ea
lege.ff.de verbo.obligat.vbi dixit, ſtatuto cauetur, ꝙ
res immobilis non poſſit alienari, in non ſubditum
titulo inter viuos.teſtator mandat hęredi ſuo, vt vē-
dat fundum Titio, & hæres vendit,an illam aliena-
tionem impediat illud ſtatutum,decidit, quòd non
immo tenet venditio.& mouetur ad ſic dicendum,
quòd iſta non eſt mera venditio,ſed attrahit effectū
& originem ab vltima voluntate, & non ab actu in-
ter viuos,& ſic attenditur principium,per l.pater.§.
fundum.ff.de leg.3. Iſtud voluit Oldra.in ſua diſpu-
tatione,quem refert Ioan.And.in addi.Spec.in titu.
de rerum permut.voluit Dy.in l.vxorem.§.agri pla-
gam.ff.de leg.3.hoc probatur in l.ſi hęres.ff.de actio.
empt.hoc voluit ibi Ange.& Bal.hanc quæſtionem
diſputauit Iacob. Butrig. vt refert Ioan.And.in præ-
fata addi.in rubric.de rerum permu.in additio.quæ
incip.eſt etiam ſciendum,qui conſiderauit,quòd ex
promiſſione de vendendo inducitur rē vendi. & at-
tenditur

tenditur causa originaria & primordialis. & allegat ad hoc. d. l. hæres. ergo sequitur, quòd prohibita alienatione videtur prohibita promissio de alienando: quia per illam oritur ipsam rem alienari. Et adduco rationem, vbicunque in aliquo actu concurrunt duę causæ. vna quæ respicit, alia quæ respicitur, semper attenditur causa, quæ respicitur, & non causa respiciens. l. legitima. ff. de pact. l. si pupilli. §. item quęritur. ff. de neg. gest. l. ex placito. C. de rerum permut. sed hic concurrunt duæ causæ. s. promissio de retradendo & ipsa retraditio: sed promissio de retradendo est causa, quæ respicitur: ergo attēditur dicta promissio de retradendo. Facit, quod voluit Ang. in l. 1. C. communia de leg. & in l. in æstimationibus. ff. de peti. hære. & quod voluit Ioan. de Imo. in d. l. si quis. §. ea lege. vbi transeunt cum Oldr. Et adduco, quod voluit Bal. in l. prædium. C. quando decre. opus non est. vbi dicit, ꝙ ille, qui non potest alienare, non potest dare potestatem alienandi. Ita dicamus in pro-
16 posito, quòd prohibitis alienare, non potest † facere promissionem de alienando. ¶ Et adduco vlterius, quod voluit Ang. in l. pupillus. ff. ad leg. fal. vbi dicit, quòd pactum de vendendo fit in fraudem eius, qui non potest vendere, & sicut non potest vendere, ita non potest promittere de vendēdo. Multo ergo fortius in casu nostro, cum statutum istud disponat, ꝙ promissio de vendendo operatur illud, qđ ipsa venditio, & quòd est in potestate eius, cui facta est talis promissio: vt venditio habeat effectum, vt dixi superius. & etiam quia istud statutum loquitur per verba impropria, aliquo modo alienauerit. Et sic aperto ore nos sumus in terminis statuti prohibētis eandem rem alienari duobus, ꝙ multifariè multisque modis demonstraui, & per consequēs ipso iure fuit nulla inuestitura facta illis de Cademustis: & ita concludo eos non habere canonicum titulum. ¶ Capio nunc quartum articulum, videlicet, vtrum inuestitura facta illis de Cademustis non declarato prius ꝑ sentētiam illos de Siluestris cecidisse a dicto affictu, seu a dictis rebus concessis eisdem ad affictum. Ego cum legerem Ferrarię habui istam dubitationem arduam inter dominum protonotarium de la Sala, & dominum Franciscū de Landriano. & cum fuissem conductus pro parte dom. Francisci in conflictu allegandi contra solennes aduocatos dicebam inuestituram factā per canonicos Rauennates non tenuisse non data sententia declaratoria, ꝙ illi de Landriano ceciderant a quadam decima. Et arguebam hoc
17 modo, omnis pęna requirit sentētiam iudicis † tex. est in l. cum ancillis. C. de incest. nup. hoc colligit ibi Bald. sed priuare emphyteutam emphyteusi est pœna, vt est tex. solennis in l. si quis maior. C. de transac. vbi priuare quem actione est pœna. ergo multofortius erit pœna priuare quem dominio vtili. Et facit text. in l. testamento centurio. ff. de manu. testa. vbi remouere quem ab officio est pœna. ergo sequitur, quòd debuerunt illi de Siluestris remoueri per sententiam saltem declaratoriam, eos incidisse pęnam priuationis. Facit glo. singul. in auth. de Tabel. §. pe. quæ dicit, quòd licet quis sit priuatus officio per sententiam legis, quòd nihilominus requiritur sententia declaratoria, aliàs interim omnia instrumenta confecta per eum valent & tenēt, & illam reputauit singularem Bald. in l. cunctos populos. C. de summa trini. & in l. iubemus. C. de sacrosan. eccle. & in l. j. C. de iur. & fact. ign. & in l. j. C. de secun. nup. & in l. 1. C. de testi. & in l. si arbiter. C. de sent. ex breuicu. reci. & facit l. eius qui. ff. de iure fisci. Et sic sequitur ex prædictis, quòd non valet inuestitura facta illis de Cademustis non facta priuatione, & sententia priuatoria contra illos de Siluestris. ¶ Præterea adduco ad prædicta, quod voluit Lap. in suis allegationibus, alleg. 127. vbi consuluit in 6. dubio illius allegationis. aliquis habens beneficium est priuatus ipso iure ꝑ canonem, aut per cōstitutionem illo beneficio, vtrum superior poterit ꝯferre illud beneficium nulla prius facta declaratione, quòd ille sit priuatus beneficio, & decidit pulchris rationibus, quòd non potuit conferre, allegat. c. cum secundùm leges, de hæretic. lib. 6. & dicit illum text. facere contra not. per Ioan. An. in c. pro humani, de homici. libr. 6. & sic in terminis Lapus decidit hāc dubitationem. vnde posito, non tamen concesso, ꝙ illi de Siluestris erāt ipso iure priuati tali inuestitura propter fictus non solutos: non tamen potuerunt inuestiri illi de Cademustis non lata sentētia declaratoria super priuatione illorum de Siluestris. ergo multominus si debebat ferri sententia priuationis. Et adduco ad prædicta, quod voluit Bar. in l. 2. ff. si quis in ius voca. non ierit. & in l. 2. §. ꝙ si actor. C. de iura. calum. glo. & in cap. 2. de confes. lib. 6. & quod voluit Archi. in cap. fœlicis, de pœnis. lib. 6. vbi per illum tex. dum dicit, ad ecclesiam liberè reuertatur. dicit ibi Archi. ꝙ requiritur sententia declaratoria. & licet illud verbum libere, sit canon latæ sententiæ: vt probatur in d. cap. pro humani. tamen requiritur sententia declaratoria. Ita videtur dicendum in proposito nostro. Facit elegās text. in l. lex vectigali fundo. §. 1. ff. de pign. & quod voluit Bal. in cap. j. §. vt libellario. quib. mo. feu. amit. & per consequens non potuit fieri inuestitura nulla pręcedente sententia declaratoria. & ita in illa quæstione fuit iudicatum, & obtentum per potestatem Ferrariæ. Ita videtur dicendum in proposito nostro, & ita concludo. ¶ Et plus vr̄ mihi aperto iure dicendum, ꝙ si aduersarius velit insistere, ꝙ illi de Siluestris ceciderint a dicta emphyteusi, vel a fictis: quia cessarūt soluere debitum canonem, & ita videntur asserere in inuestitura facta illis de Cademustis. ad hoc dico, ꝙ ex isto capite non ceciderūt ab emphyteusi ex eo: quia (vt in primo dubio fuit declaratum) illud instrumētum fuit pignoratitium, & illi affictus sapiūt vsurariam prauitatem, & debent computari in sortem, & extenuant sortem: vt l. 1. & 2. C. de pign. act. c. conquestus, de vsu. & d. c. illo vos. & d. c. ad nostram. Et sic ista concessio ad emphyteusim fuit simulata, & non vera. & ideo dispositio. l. 2. C. de iure emphy. & cap. potuit, de loca. habent locum in vera emphyteusi non in ea, quæ non est vera emphyteusis, & simulata est, & ad palliandum prauitatem vsurarum inuenta. & ideo pulchrè dicebat Bal. in l. fi. §. in computatione. C. de iure delibe. in fi. verbis, ꝙ instrumentum simulatum non est instrumentum, nec facit fidem simulatione probata. ideo licet superficialiter appareat esse instrumentum: tamen substantialiter & intellectualiter non est instrumentum: non enim propriè dicitur, quod abusiuum est l. item prætor. ff. de suis & legi. sed instrumentum, quod non habet vim probandi, non est instrumentum propriè, quod dicitur ab instruendo. l. notionem. §. instrorum. ff. de verb. significat. Et ideo dicit, ꝙ statutum loquens de instrumentis debet intelligi de efficacibus instrumentis non de nullis. l. 2. §. testamentum. ff. quemad mo. testa. ape. nam illud, quod caret effectu etiam nomine caret. l. cum precibus. C. de proba. l. a nullo. C. de ferijs. iuxta illud, si re priueris, nec nomen habere mereris. 38. quæstio. 2. capit. admonere. ita dixit Bald. in d. §. in computatione. Et facit elegans tex. in l. non verum immo simulatum. C. de dona. inter vi. & vxor. & quod habetur in l. si emptor. ff. de aqua plu. arcend. vbi ex instrumento simulato non transfertur dominium, nec etiam possessio. & facit etiam quod habetur per Bald. in l. 3. C. plus valere, quod agitur.

agitur. & in l. 1. C. de ope. lib. & in l. non dubium. C. de legi. & in l. pacta nouissima. C. de pact. & in l. 1. C. de suffra. & in l. 3. C. de postula. & in l. fraus. ff. de legi. & per do. Anto. in repetitione c. cum contingat, de iureiur. & ibi Io. de Imol. & quod voluit Bart. in d. l. emptor. & in l. 2. §. si vir vxori. ff. de acquir. poss. & ibi Ang. & per consequens non debet dolus patrocinari doloso. c. ex literis, de dolo & contu. c. contumacia. c. sedes. & c. ex tenore, de rescrip. & ille Thomas, qui erat solitus fęnerari, & hanc simulationem fecit, vt palliaret prauitatem vsurarum, non debet reportare commodum ex hac fraude sua, & sic apparet, ꝙ reuera dicti contrahentes noluerunt facere ꝯtractum emphyteuticum: sed pignoraticium. & ideo frustra loquitur, vtrū ceciderint illi de Siluestris ab illa emphyteusi propter canonem nō solutum, cum dicti contrahentes non voluerūt facere contractum emphyteuticum, & ita ꝯcludo. ¶ Capio nunc alium articulum, videlicet posito, non tamen concesso, ꝙ culpa & defectu suo illi de Siluestris ceciderint a dictis rebus emphyteuticis, & a melioramentis factis in illis per l. 2. C. de iure emphy. an etiam videantur cecidisse a iure offerendi precium, & recuperandi dictas res quandocunque. Et circa istum passum mihi non videtur aliqua dubitatio. Et assumo vnum fundamentum verissimum tale, videlicet, pęnam priuationis iuris sui si non est imposita a lege, nunquam
18 nos, aut iudex imponere potest. † Ista est glo. sing. in c. fi. de iure pa. quam ad hoc sic allegat D. Abb. ibi. & ad hoc allego glo. valde sing. in summa. 15. q. 7. alias 8. & adduco gl. in c. cum nos, de offi. ordi. & adduco Bald. in authen. ex testamento. C. de secun. nupt. vbi dixit, quòd vbi lex non imponit pęnam priuationis, nos non possumus illam imponere. Et dicit esse casum in authen. de non eligēdo secundò nub. §. cum imperator. in versicu. non est lex tale quid dicens, & adduco l. sed & si quis. §. diuus. in ver. cum pœna statuta non sit, & quod voluit ibi Bald. & clarum est, ꝙ priuare quem iure suo est pœna, ita probatur in l. si quis maior. C. de transa. & l. testamento centurio. ff. de manu. testa. Et plus dicimus, ꝙ in §. pœna. de pœni. di. 1. dicitur, ꝙ pœna non debet excedere propriū casum. & facit. c. in pœnis, de reg. iur. lib. 6. & l. si præses. & l. si de interpretatione. ff. de pœnis, & quod habetur in regula, odia. l. b. 6. Modò non reperitur iure expressum, quòd non soluens debitum canonem cadat a iure redimendi, & liberandi rem a tributo, & censu & recuperādi rem, sed bene reperitur iure expressum, vt ꝑꝑ nō solutum canonem quis cadat ab vtili dominio. d. l. 2. C. de iure emphy. & d. c. potuit, de loca. ergo in proprietate non imponemus illam pœnam: cum enim non sit inflicta a iure, nos eam non imponamus: quia pęnę sunt restringēdę & non ampliandæ. & illud, quod non dixit lex, nos non dicemus. l. si seruus. versi. non dixit pretor ff. de acq. hære. ergo remanebimus in dispositione iuris communis. l. si extraneus. ff. de cond. ob cau. l. si dotem. ff. sol. mat. l. commodissimè. ff. de li. & posth. Et quia separabilium separabiles sunt causæ & effectus: vt l. age cum Geminiano. C. de transact. & ex separatis non infertur. l. maritus. C. de dona. inter vi. & vxor. l. eum actum. ff. de neg. gest. Et adduco elegans dictū, quod refert do. Abb. ꝯciculus meus in c. fi. de rescrip. vbi dicit vnum, quod est valde singulare in materia extentionis, vt dispositio pœnalis extendatur ex identitate rationis respectu statuti, vt obseruetur ipsum statutum, sed non debet extendi quò ad pęnam. Ita singulariter voluit Ioan. An. in c. dispendia, de rescript. lib. 6. & sic adeo sunt iuri exosæ pœnæ, ꝙ licet statutum legis extendatur, non tamen extenditur pœna
19 legis † & per consequens posito, non tamen ꝯcesso, ꝙ illi de Siluestris sint ipso iure priuati, vel veniant priuandi per sententiam dictis rebus quò ad vtile dominium propter canonem non solutum, nō tamen propter hoc sunt priuati, nec veniunt priuandi iure recuperandi & redimendi dictas res: quia illud ius retradendi & reuēdendi est separatum & diuersum a iure soluendi canonem, nec fuit recessum ab illo iure recuperandi per acceptionē illorum bonorum in emphyteusim. & sic illud, quod non mutatur, cur stare prohibetur. l. sancimus. C. de testam. l. præcipimus. C. de appel. nec pœna debet extendi. d. c. in pœnis, de reg. iur. lib. 6. & illud, quod non dixerunt contrahentes, non dicemus nos: vt l. si seruus. versi. non dixit prætor. de acq. hære. & l. quicquid astringendę. ff. de verb. oblig. l. veteribus ff. de pact. Et ex istis elicitur ꝯclusio vera & indubitata, ꝙ posito, non tamen concesso, ꝙ illi de Siluestris ceciderint ab vtili dominio illarum rerum: non tamen ceciderunt a iure petendi reuēditionem & retraditionem, maximè cum non debuerint soluere affictum ex eo: quia contractus fuit pignoraticius, & illi fictus debuerunt computari in sortem: vt in d. c. conquestus, & plenè per do. Abb. in consil. allegatis, in primo dubio. ¶ Capio alium articulum huius consultationis, videlicet, an dictæ oblatio, depositio, amissio, & commissio valeant, & dicti magnifici fratres Marchiones sint manutenendi & defendendi in eorum possessione vigore statuti Placentini; cum ipsi de Cademustis non sint propriè tertius conductor: sed sint loco ipsius domi. Thomasi. Circa hoc est aduertendum: quia in dicto instrumento retraditionis fiēdæ dicitur, quòd quandocunq; dederint, soluerint, aut parati erunt dare Thomasio, aut eius hæredi florenos octingentos duodecim auri, ipsos recipiet & recipere non recusabit: sed faciet traditionem, cessionem &c. Et sic apparet ex dicto instrumēto, quòd dictus Thomas, aut eius hęredes tenentur facere dictam traditionē: ergo competit ius petendi dictam traditionem magnificis dominis de Scipione vigore cessionis factæ domino Petro de Scipione: potuit enim cedi tale ius. facit text. in l. 1. §. vsufructuarius. ff. de oper. noui nunc. vbi si habeo ius ingrediendi in fundum debitoris propria authoritate possum cedere alij, & ibi dixit Bartol. illum textū melius ad hoc facere quàm alium & Angel. adducit ibi text. in l. 1. ff. de remiss. & adduco text. in l. quòd si in diem. §. Iulianus. ff. de petitio. hæreditat. vbi est text. melior de iure, quòd interdictum, vnde vi, non potest cedi, & quod voluit glo. in l. licet. C. de excep. & quod habetur in l. sæpe. §. quòd si res. ff. de contrahend. empt. & quod voluit Angel. in l. eius. ff. ad Trebellia. & in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbo. obligat. & quod habetur in l. minoris actum. ff. de administrat. tuto. & facit text. glo. & Bald. in l. secunda. C. de litig. vbi rei vendicatio cedi potest. & facit text. valde singula. secundùm Salycetum in l. final. §. sin autem. ij. C. de bonis autho. iudi. pos. per quem tex. colligit, quòd tenuta & missio in possessionem cedi potest. & facit tex. elegans in l. fina. C. de priuileg. fisci. vbi priuilegium fisci cedi potest. & facit glo. solennis. 16. quæst. 1. hinc est, quæ dicit, quòd minor potest cedere priuilegium sibi competens. Et adduco, quod voluit Bal. in c. 1. in tit. de pace iur. fir. in vsi feu. vbi dicit, ꝙ si possum mea authoritate ingredi possessionem per vim manu armata, ꝙ possum cedere alteri, dummodo ciuiliter ingrediatur, arg. l. non est singulis. ff. de reg. iur. & hoc voluit glo. Accur. in l. cum fundum. ff. de vi & vi arma. & facit quod voluit idē Bal. in l. Graccus. C. de adul. & facit, quod voluit Bal. in l. ex legato nominis. C. de leg. ad fin. vbi dicit, ꝙ cedi potest iudicis officium: vt in d. l. minoris actum. ff. de admi. tuto. facit. l. in causæ. §. pe.

sæ.§.pe.ff.de procur.vbi ius instantiæ cedi potest, voluit Bald.in d.l.ex legato nominis. & in l.p diuersas. C.manda. & facit.l.apud Iulianum. §.fi. & l.restituta.§.si pupillus. & in l.quamuis.ff.ad Trebell. Et ad prædicta adduco bellissimum cõsilium Pau. de Ca. incipiens,videtur dicendum, ꝙ dictus Christophorus de Vsbertis non teneatur reuendere dictam domum Iuliano cessionario.& est in ordine.43.vbi formaliter decidit casum nostrum : quia quidam fecerat pactum de reuendendo certam domum:postea cessit ius reuendendi cuidam tertio, fuit dubium, vtrum teneretur reuẽdere cessionario, & consuluit ibi,ꝙ sic,ꝙ tenetur reuendere. ¶ Et si opponitur de eo,quod voluit Cy.in l.3.C.cõi diui.vbi decidit, sta-
20 tuto cauetur, ꝙ † proximior agnatus possit redimere domum venditam per agnatum extraneo,ꝙ non poterit cedere istud ius redimẽdi extraneo ex eo:qa agitur de præiudicio alterius proximi,qui poterit recuperare.allegat Cy.& Bal.in l.3.C.cõi diui.& sic est speciale in casu illo:quia statutũ ita disposuit fauore proximorum.ideo vnus proximus non poterit præiudicare alteri proximo,& sic do.Pau.in indiuiduo apponit gladium ad radicem huius dubitationis.Poterunt ergo illi de Siluestris cedere istud ius retradendi istis dñis de Scipione, ꝙ est valde elegans, & auditu & recitatione dignum ad hanc dubitationem, per hanc ergo recusationem factam ab heredibus illius quondam Thomasij de retradẽdo potuit intentare condictionem ex statuto Placentino ille cessionarius,statutum enim disponit,ꝙ si terminus retradendi nõ fuerit elapsus,teneatur ipse,qui promisit, facere ipsam retraditionẽ illi, cui facta fuit promissio, vel habenti causam ab ipso soluto sibi precio,ꝙ si requisitus fuerit &c. vt in ipso statuto continetur, & intelligat ipsi facta ipsa venditio & retraditio perinde, ac si per ipsum promissorẽ legitimè facta esset de vigore illorum verborum,vt dixi,in superioribus. Et subdit statutum,ꝙ intelligatur, & sic ille, cui facta sit talis promissio,tunc post dictũ precium consignatum possessor verus, & legitimus dictæ rei, & in ipsa possessione manuteneatur & defendatur ꝑ potestatẽ & eius iudices. Et prędicta locũ habeant non obstãte,si dictus promissor,vel hęres eius,vel q tenetur de dicta re,fecisset aliquam vẽditionem,vel alienationem, vel legatum post dictam promissionem remota omni exceptione. Ista sunt formalia verba statuti ipsius,ex quibus verbis apparet,ꝙ verificatis requisitis statuto,si promissor non fecerit retraditionem,habetur,& est perinde, ac si facta fuisset.& intelligatur & est verus possessor & legitimus,& in ipsa possessione manuteneatur,& defendatur remota omni exceptione,& clarum est, quòd illa verba habeatur, & inducũt iuris veritatẽ,vt voluit Bal.in prima consti.ff.orum in princ.& probatur in l.1.§.fin.ff. quod quisque iuris. Ex quo sequitur,quòd cum isti cessionarij fecerint & adimpleuerint requisita in ipso statuto,ꝙ habentur,& sunt veri & legitimi possessores.¶ Et si quispiam opponat,quòd possessio non transfertur sine corporali apprehensione:vt l.j.ff.de acq.pos.l.j.§.Scęuola.ff.si quis testa.li.esse ius.fuerit. est enim pedum positio iuxta illud,quodcunq; calcauerit pes tuus,tuum erit.ergo non potuit fieri verus possessor ille cessionarius, aut habentes causam ab eo, nisi interueniat actus corporalis. Ad hoc respondeo, ꝙ statutum potest disponere, ꝙ sine actu corporali transferatur possessio.& fiat possessor ille, cui debuit possessio dari,iste est tex.in c.1.de dolo & contu.quem do.Pet.reputat ibi sing.in secundo notabili, vbi colligit, ꝙ iuris authoritate quis semper est in possessione, nec ꝑ lapsum temporis ipsam perdit, & acquiritur ei, cui debuit fieri traditio corporalis,& est casus valde sing.contra communes regulas, quæ volunt, quòd possessio sine actu corporeo non queratur.& sine animo non perdatur.l.licet.C. de acq.pos.l.3.§.in amittendà.ff.eo.& hoc totum facit iuris dispositio in odiũ contumacis. Ita dicit formaliter domi.Petr.de Anchara.& sic videtur decidi ista dubitatio, vt dispositio statuti possit transferre possessionem in ipsos cessionarios sine corporali apprehensione. & sic videtur ibi casus in terminis pro hac dubitatione. Et ego allego text. in terminis de hoc in capitul.cum contingit, de dolo & contu.vbi probatur hæc doctrina. Et adduco in medium text. valde singularem secundum Bar.in l.raptores.C.de episco.& cleric. vbi ex dispositione iuris transfertur possessio in alium sine corporali apprehensione, & facit text.elegans in c.ex literis,de consue.& ibi multum egregiè examinaui istũ passum. ergo sequitur, quòd in istos dominos de Scipione translata est vera, & indubitata possessio sine corporali apprehensione ex dispositione ipsius statuti, inquantùm dicit,quòd defendatur,& manuteneatur per Potestatem in ipsa possessione: nam actus actiuorũ sunt in patiente bene disposito, vt dicit philosophus in secundo de anima.& habetur in cap.venerabilem,de elect.sed si debet defendi,& manuteneri in ipsa possessione, sequitur, ꝙ sunt adepti poss.quia priuatio præsupponit habitum:vt l.manumissiones.ff.de iusti.& iur.l.decem,de verb obl cum si.& de natura & significatione huius verbi manutenere, ego vidi arduam q.cum legerem Ferrariæ coram consilio illustris d. Marchionis inter quosdã Mutinenses,& fuit allegatum dictum Bal.in l.licet.C.locati.& fuit allegatus tex.in cle.j.§.porrò,de iureiu.in ver.honorẽ & statum manutenere &c.nam manus capitur pro potentia iuxta illud, quod scribitur apud Iob. manus tuæ fecerunt me.& iuxta illud, quod scribitur in libris regum.videlicet, manus domini erat cum illis, & probatur in l. manumissiones. ff. de iusti.& iur.& quod ibi voluit Gul.de Cu.& Bal.ĩ l.fi.C.de acq.pos. & quod ibi voluit Bald.& Ang.& quod voluit idem Bal.in l.volũtas. C. de fideicom.& in l.fi.C.de rebus alie.non alie.& sic pręsupponit,possessionem dictarum rerũ esse in manibus eius, cui debebat fieri retraditio dictarum rerum, istud importãt illa verba, ex quo sequitur,ꝙ realiter & effectualiter ex dispositione præfati statuti dicti dñi de Scipione habent veram & indubitatam possessionem, ꝙ statuentes facere potuerunt. Et dicitur in dicto statuto per Potestatem, quo casu vbicunque verba legis diriguntur iudici,oritur officium iudicis.Ita voluit glo.in l.si soror.C.de colla. ergo Potestas Placẽtiæ ex suo officio tenetur defendere istos cessionarios in possessione. ¶ Et si quispiam opponat,ꝙ in præiudicium possessoris etiam de facto possidentis,& non de iure nihil potest pronuntiari,nisi eo citato,tex.est in l.si deserta. C. si ob pub.pen.quem ad hoc cõsueuit allegare Iac.de Aret.vnde dicit Inno.ꝙ possessio etiam iniu-
21 sta nemini est auferenda sine causæ cognitione. † c. inter quatuor, de maio.& obed.l.final.C.si per vim vel alio modo.l.vlti.C.de bon.vacan.lib.10.l.1.C.de priui.fi.l.ob maritorum.C.ne vxor pro marito.l.facultas.C.de iure fisci.lib.10.l.a diuo Pio.§.si super rebus.ff.de re iudic.not.in l.cum miles.ff. ex quib.cau. maio.in integr.restitu.& dicit Bald.bellissimè in d.l. si deserta. quòd iudex, qui fuit facilis in mittendo, debet esse facilis in reuocando,quod inordinatè fecit.l.1.§.hoc edicto.ff.si mulier ven.nom.in pos.mit. tamen hoc debet fieri citata parte, quod dicit esse menti tenendum.& idem voluit idem Bald.in l.ob maritorum.C.ne vxor pro marito.l.si pacto quo pęnam.C.de pact.& in rubrica.C.de succe.edic.& in l. ordo.

ordo.C.de exec.rei iudi.& in l.fin.C.de fer.& in l.pacta nouissima.C.de pac.& ideo dixit idem Bald.in c. accedens,vt lite non contest.ꝙ depositus de facto restituitur de facto,& in cap.graui.de offic.ordi.per illum text.in versic.per teipsum relaxes,& idem Bald. in c.j.§.j.in ti.per quos fiat inuestitura.& facit.c.j.de causa pos.& proprie.in versi.contra inauditam partem &c.& ibi Bal.dixit, ꝙ non potest auferri possessio non citato possessore.facit,quod habetur in gl.l. verum.§.ꝙ si minor.& ibi Bar.ff.de mino.& glo.in l. cum minor.ff.de euic.& gl.in l.1.§.1.ff.de fer.Bart.in l.1.§.hoc edicto.ff.de ope.no.nun.quod voluit idem Bal.in d.c.inter quatuor.de maio.& obe.& in l.nam ita diuus.ff.de adop.& ideo dixit idem Bal.in l.si maritus.C.de donat.inter vir.& vxor.ꝙ licet clericus sit ipso facto priuatus beneficio propter maleficium: tamen est auferenda sibi poss.causa non cognita,allegat Inno.in cap.cum nostris,de concess.præben.& idem Bald.in l.cum fratrem.C.de his quib.vt indig. dixit, ꝙ notorium nūquam habet vires ad aliquem deponendum,ideo si prælatus est notorius homicida non censetur depositus a prælatura nisi priuetur per sententiam , ad hoc allegat Innoc.in c.cum nostris, de concess.præb.Facit text.in c.licet episcopus, de præben.lib.6.& ibi Dominicus arguit contra executores apostolicos, qui ponunt actorem in possessione reo non citato,& facit, quod volunt scribentes in l.meminerint.C.vnde vi.& Io.An.in addi.Spe. in titu.de petit.& poss.§.final.quod plenè voluit do. Abb.in c.fi.de præsum.& in d.c.cum nostris,& quod volunt scribentes,in c.examinata,de iudi.& ibi dixi in lectura mea,& quod not.in c.referente,de præbē. & in c.quia diuersitatem,de concess.præbend. Cum ergo illi de Cademustis essent in pacifica poss.dictarum rerum,non potuit iudex illis non citatis nec requisitis auferre pos.nam & prædo notorius est tuendus in sua poss.hoc decidit Bal.in d.l.nam ita diuus. ad hoc allegat.c.in literis,de restit.spol.nam merita causarum partium assertione panduntur.c. cum in literis,de in integ.resti.cum si.posito ergo,ꝙ non haberent canonicum titulum,nō tamen propter hoc erat eis auferenda poss.non citatis . nam ipse opifex supremus,cui oīa parent,& obediunt citauit Adam notorium inobedientem.Quanto ergo fortius nos citabimus eos,quibus præiudicabimus.l.de vnoquoque.ff.de re iudi.cle.pastoralis, de re iudi. Iudicium enim humanum debet se cōformare iudicio ipsius Dei.c.vt nostrum,vt eccle.benefi.ca.Deus omnipotens.2.q.j.& sic si in viridi ligno quid fiat,in arido qd fiet, vt dixit Christus . ideo dicebat psalmista.sancti estote quoniam ego Deus vester sanctus sum,& per ꝯns vr̄ dicendum,ꝙ sicut iudex fuit facilis in priuando eos sua pos.ita debet esse facilis in reuocando,& eoque magis:quia agitur de præiudicio tertij,cui iudex non intendebant præiudicare.ideo dixit d.Ant. in c.vt debitus,de appel.se pronuntiasse de facto Perusij,statutum disponebat,ꝙ a sententia de consilio sapiētis non possit appellari,consuluit,& iudicauit, ꝙ illud statutum restringitur ad ipsos litigātes dumtaxat:non autem quoad tertium, de cuius præiudicio agitur,& ad hoc allegat text.quem reputat sing. in c.super eo,de offic.deleg.& per ꝯns semper videri reseruatum ius tertij.Facit gl.in l.creditor.post prin. ff.manda.& l.si quis libertatem.ff.de peti.hære.eoq; magis : quia aliqui de istis de Cademustis sunt minores,quo casu non valuit iste actus gestus in præiudicium eorū.l.cum & mino.C.si aduersus rem iudi. Et ista erant q̄ poterant adduci ꝯ istos cessionarios. ¶ Sed reuera non ostant, ꝙ ad oculum demonstro hoc modo.Exactum indebitè,si erat debitum,valet & tenet exactio,licet fieri non debuisset ita inciuiliter,& non secūdum debitum modum . iste est casus valde sing. in l.fi.ff.quod metus causa. & hoc voluit ibi Bald.in suo summario.modo si per iudicem fuit data poss.illis cessionarijs ex iusta causa : quia ex pacto ceelbrato inter illos de Siluestris & illos de Roncharolo:quia ius retradendi erat debitum,& competebat illis de Siluestris, posito , ꝙ inciuiliter facta fuisset : quia non fuerunt citati illi de Cademustis possessores : non tn̄ sequitur, ergo debet reuocari ex quo iustitia mediante debebat fieri illa retraditio ergo si est facta,posito,ꝙ inciuiliter facta sit, tamen valet & tenet, ex quo iustitia media facta extitit.deposito ergo , ꝙ debuissent citari illi de Cademustis: non tamen propter hoc debet retractari illud,quod iudex fecit iustitia mediāte.Et per istud mutuum limitantur omnia iura , & omnia dicta allegata superius : vt licet deberet citari ille, de cuius præiudicio agitur, vel tertius possessor:tamen non debet reuocari illud, quod factum est de facto iustitia mediante,& per consequens non obstant allegata superius in contrarium. Si ergo constat,ꝙ illi de Cademustis nullum ius habebant ad impediendum istam retraditionem fieri de dictis rebus,sequitur , ꝙ illam iam factam non possunt reuocare.¶ Secūdò facit ad prædicta,quod voluit Inno.in c.accepta,de restitu.spol. vt refert ibi D.Abb.vbi dicit, ꝙ quoties ille, qui habebat & possidebat beneficium,perdit ius,quod habebat in eo, quòd licitum erit episcopo illud conferre & poss. illi auferre sine aliqua causæ cognitione : quia exequitur officium suum, & licet Ioannes An.tentaret.in c.sollicitè,de restit.spol.illud dictum Inn.vt procedat respectu collationis : vt possit illud conferre non citato , beneficium tamen non potest auferri sine causæ cognitione , allegat.d.c.si episcopus, sed d.Abb.in d.c.audita.dicit saluando Inno.ꝙ vbicunque notorium est,quem esse priuatum beneficio,& nullum ius sibi competere, tūc sine alia causę cognitione potest sibi auferri pos.Simile in renūtiāte beneficium in manibus illius,ad quem spectat recipere: vt in d.c.audita.& dicit esse optimum text. in cap.quoniam,de fi.presbyterorum.¶ Item si sententia priuationis lata est, vel sentētia declaratoria: quia ex quo tunc fuit cognitum de causa,non est necesse,vt adhibeatur alia cognitio , vel citatio in executione, seu præscriptione poss.vt not.Io.An.in c.2. de offic.ordi.lib.6.facit,quod not.Inno.in c.cum super,de re iudi.Et sic concludit D.Abb.ibi,ꝙ vbicunque est notorium,non habere ius in beneficio beneficiatum : tunc potest priuari possessor eo non citato . Eodem modo si certum est , defensionem non competere,non fiet citatio: vt probatur in cap.cum olim,de re iudi.& voluit Bar.in l.2.§.si de frumentaria. ff. de admini.rerū ad ciui.perti. Et ideo pulchrè dixit Hostien.in d.cap.cum olim , ꝙ potest Papa ferre sententiam contra tyrannum non citatum detinentem terram ecclesię retulit Bal.in procmio feudi aliàs in capitu.1.tit.quib.feu.dar.pos.& facit.cap.bonæ,de elec.Modo in proposito nostro notorium est stantibus instrumentis supradictis, ꝙ dicti de Siluestris habent ius petendi retradictionem sibi fieri , & quòd ius illud cesserunt in illos de Scipione,& ꝙ res illæ translatæ sunt ex dispositione statuti Placentini in ipsos cessionarios,& quod nullum ius habent illi de Cademustis ad retinēdum illa bona. ergo potuit eis de facto auferri possessio ipsis non citatis.Simile dicebat Bald.l.vt vim.ff.de iusti.& iur.quòd vbicunque quis capitur in flagrāti delicto,potest puniri nullo dato sibi termino ad se defendendum : quia ad quid debet dari sibi terminus,cum manifestè apparet defensionem sibi non competere,allegat.l.in crimine.ff.de adult.ad quid ergo oportebat citari istos

de

de Cademustis: cũ dictæ res essent vigore pacti obligatæ, & subiectæ retraditioni, pro certo nullum esse actũ fuisset operatura dicta citatio iuxta illud Lucani. Bella gerit placuit nullos habitura triũphos. ita dixit in princ. Et ex hoc capite apparet manifestè, ꝙ non fuit opus eos citare. & per hanc doctrinam Inn. sic declaratam & limitatam per do. Abb. datur præcipua limitatio ad oĩa iura allegata superius in ↄtrarium. ¶ Tertiò accedat, isti de Cademustis habuerunt poss. de facto: quia non citatis, nec requisitis illis de Siluestris: nam cognitio si illi de Siluestris debebant priuari: quo casu factum de facto reuocatur de facto. ideo dicebat Bal. in l. verum. §. ꝙ si minor. ff. de min. ꝙ quis reponitur de facto, sicut de facto fuit depositus, & est glo. in l. cum minor. ff. de euic. & voluit Iac. de Are. in l. j. §. item nunciatio. ff. de ope. no. nun. & ibi Bar. voluit gl. in c. si primates. 2. q. j. quam allegat Bal. in c. accedens. el 1. vt lit. non conte. Facit c. quia layci. de iure patro. in ver. spoliando & adduco. quod voluit Bal. in c. 2. de rescrip. ad fi. allegat gl. in d. l. cum minor. & tex. in l. j. §. j. ff. si mulier ven. no. Et adduco, quod voluit idem Bal. in c. ab excommunicato, de rescri. vbi dicit, ꝙ iudex debet absque diffinitione reuocare illud, quod perperam fecit, nec re-
22 quiritur alia cognitio†ar. illius tex. & gl. d. l. cum minor. & tex. d. l. j. §. j. Et sic ex istis elicitur conclusio vera, ꝙ si quis de facto fuit positus in possessione, de facto potest deponi: ita in casu nostro. Et per hoc limitatur iura allegata superius in contrarium, cum dicunt, citandum esse possessorem. ¶ Preterea facit ad prædicta: quia dicti de Cademustis fuerunt in iudicio præsentes, quando ex precepto & mandato iudicis dicti Magnifici de Scipione fuerunt missi in possessionem, quo casu ad quid erat necessaria citatio, ex quo erat præsens: quia citatio fit ad finem, vt habeatur præsentia partis, ideo si est presens, non oportet citare. ita probatur in l. in causæ. §. causa cognita. in ver. presente vel citato. ff. de mino. item certus certiorari non debet. c. eum qui certus. de reg. iur. lib. 6. ergo si est presens & certus de actu, citari nõ debet, imo eipso, ꝙ in iudicio præsentatur, præsumitur citatus: quia omnia præsumuntur solenniter acta. l. sciendum. ff. de verb. obl. probatur in c. bonæ, de ele. coniuncto dicto Petri de Saxonia, quod refert Arch. in c. proposuisti. 82. dist. hoc voluit Gul. de Cu. in l. 1. ff. de in ius vo. probatur per locum a speciali in l. hac lege. C. de princip. agen. in re lib. 12. tenet Io. And. in c. fi. de elect. li. 6. in nouella probatur in c. qualiter. §. debet. de accu. & in l. de vnoquoque. ff. de re iudi. & in l. si vt proponis. C. quomodo & quando iu. & in l. 1. §. fi. ff. de li. agno. facit. c. quia propter, de ele. idem tenuit Io. An. in addi. Spe. in tit. de sen. prola. §. vt autem. ver. & no. ad hoc allegat. c. qui tacet, de reg. iur. lib. 6. & d. l. in causæ. §. causa cognita. voluit Archi. in d. c. proposuisti. idem voluit do. Anto. in c. 1. de iudi. & ibi Io. de Imo. idem tenuit Bald. in auth. si omnes. C. si vt se ab hære. absti. vt sufficiat præsentia, allegat dictam. l. de vnoquoq;, de re iudi. & dicit, ꝙ hoc hodie plenè notatur in d. c. fi. de elec. lib. 6. in nouella. & ita dicit seruari per aduocatos. & idem voluit Bal. in l. 2. C. quomodo & quando iudex, & idem voluit in l. 1. ff. de in ius voc. & idem voluit Bal. in c. plerunq;, de rescri. idem voluit Ang. in d. l. de vnoquoq;. idem voluit Bal. in l. ne quicquã. §. vbi decretum. ff. de offi. proconsul. idem voluit Bar. in l. prolatam. C. de sen. & interloc. om. iud. idem voluit Bar. in l. j. ff. de in ius voc. & in rubr. C. eo. idem voluit do. Abb. in c. tenor, de re iudica. & 2. q. 8. cap. caueant. voluit Bar. in l. furiosi. ff. de re iudic. Bal. in l. fina. C. de sent. ex breuicu. reci. & Bald. in rubric. C. de in ius vocan. ad quod dicit esse gloss. in l. fi. §. illud. C. de tempo. app. licet quidam præsumptuosi audeant dicere ibi, quòd nemo allegauit illam gloss. nisi ipse. idem voluit Salycet. in d. rub. C. ne in ius voc. & allegat gloss. de hoc in l. 2. C. quomodo & quando iudex, idem voluit Barto. in l. si procuratores præsentis. ff. de verbor. obligat. idem voluit domi. Rapha. in rubric. C. de in ius voc. idem voluit domi. Abb. in cap. ecclesia, de consti. & Ioan. de Imo. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. & in c. ad nostram, el 3. de iureiuran. & Ludo. Roma. in l. 4. §. prætor ait. ff. de damno infec. Host. & alij in c. cum causam, de offi. deleg. & Dominicus in cap. vocatio. 5. q. 2. domi. Petr. de Anchara. & Dominicus in cap. fi. de elec. lib. 6. ego tamen examinaui istum passum in commento. c. j. de iudic. & tenui contra communem opinio. per vndecim media, tamen consulendo, & iudicãdo non recederem ab opinione sapientum, vt pulchrè dixit Bald. in l. fina. C. de pœna iudi. Et sic stat vera & firma conclusio, ꝙ ille, qui est præsens in iudicio, non est citandus. Et licet doctores in locis a me allegatis dicãt, quòd non cogitur respondere, nihilominus dicunt, ꝙ quando est informatus de actu, ad quẽ se præsentat iudicio, tenetur respondere. Sed in casu nostro isti de Cademustis sciebant, ꝙ dicti magnifici de Scipione obtulerant precium, & petierant sibi fieri retraditionem, & seruauerant solennitatem statuti, & de istis erant informati, & comparuerant ad impediendum illam retraditionem fieri debere. ergo sequitur, quòd certi erant, & per consequens non erat aliter certificandi. l. 1. ff. de actio. empt. & sic posito, non tamen concesso, quòd debuissent citari illi de Cademustis ad hanc traditionem fiendam, quòd tamen non est verum, vt superius demonstraui: tamen satis fuerunt citati, & præsumuntur citati, ideo comparendo presumuntur citati, & ex verbis prolatis ab eis & per actus gestos cognoscitur mens & animus eorum. capit. legitimus. 93. dist. l. quidam in suo. ff. de condi. insti. mens enim hominis non potest videri, tamen potest cognosci per coniecturas. l. dolum. C. de dolo. in gloss. ordi. actus enim mentem agentis ostendit. l. si ventri. §. fi. ff. de priui. cred. l. apud Celsum. in prin. ff. de dolo. ex facto enim cognoscitur voluntas. l. reprehendenda. C. de insti. & substi. in l. de quibus. ff. de ll. cum simil. Modò in proposito nr̃o isti de Cademustis presentarunt se in iudicio, & conati sunt impedire istam retraditionem & immissionem, & petierũt consilium sapientis eligendi de consilio iudicum secũdum statuta Placentina, & etiam appellarunt ab illo actu, quo casu liquidò comprehenditur eos citatos comparuisse & certificatos de actu. ergo non possunt opponere tenutam datam fuisse possessoribus non citatis, & sic cessant contraria allegata superius. Quinimmo plus dico, ꝙ non potuerunt petere consilium sapientis: quia clarum erat, vt dictum est, sed calumniosè & maliciosè faciebant, vt impediretur retraditio. Et adduco simile dictum Inn. in c. post electionem, de conces. præben. vbi dicit, ꝙ si reus opponat exceptionem legitimam, sed iudici videtur, ꝙ maliciosè illam opponat, debet illam reijcere, & probatur illud dictum in tex. optimo in l. satis apertè. C. de fal. de quo dicto fecit festum Pe. de Anch. in c. pastoralis, de excep. & in c. 2. de fal. & in c. licet causam, de prob. & D. Abb. in c. nullus, de præsum. & in c. ex parte, de offi. deleg. & in c. pastoralis. §. quia verò. eo. tit. Ideo Bal. in l. 1. C. qui accusare non pos. dixit, ꝙ exceptio maliciosè apposita non impedit processum, & voluit Io. An. in addi. Spe. in tit. de leg. §. iam nunc dicendum. in addi. magna, quæ incipit, iam ponit verba Roffr. vbi ponit quæstionem in facto: & idem voluit Io. de Imo. post alios in c. cum cõtingat, de offic. deleg. vbi allegant Innoc. in d. cap. post electionem.

Ego

Ego pridie dicebam fore casum nō ponderatum ab
aliquo in cap. potuit, de dolo & contu. vbi quidam
opponebat se respondere in iudicio nō posse ex eo :
quia non habebat aduocatum, quo casu talis exce-
ptio est canonica: vt in cap. 1. vt lite non contest. sed
quia maliciosè opponebat, non fuit auditus. ita for-
maliter probatur in d. cap. potuit, quod in hac ma-
teria est nouissimū. Quinimmo plus dico, ꝙ etiam
non debuit admitti eorū appellatio. Et adduco glo.
in indiuiduo in ca. super eo, de offic. deleg. quam ibi
sequūtur omnes doctores, ꝙ si quis appellat animo
dilatandi, & impediendi malitiosè executionem, ꝙ
iudex non debet illam admittere. Cum ergo in pro-
posito non ob aliam causam maliciosè appellarūt
illi de Cademustis, nisi vt impedirent executionem
rei notoriæ & manifestæ, debent repelli: ꝙ autē non
potuerit peti consilium sapientis stantibus supradi-
ctis probo per illud, quod habetur in l. ancillæ. ff. de
fur. & ibi dixit Bald. quòd si articulus est certus, non
debet peti consilium sapientis, & idem Bald. in l. 1.
ad fin. C. de rela. dicit, quòd si causa debet committi
consilio sapientis, non committetur, si est clara & li
quida. & ad hoc allegat. l. ille aut ille. §. cum in ver-
bis. & l. non aliter. ff. de leg. 3. Idem voluit Bal. in l. 2.
C. de legi. vbi probatur in illo text. & probatur in ca.
cum contingat. in versi. dubitare te dicas, de rescrip.
& probatur hoc in Authen. de iudic. §. 1. & formali-
ter voluit hoc Bart. in d. §. cum verbis. Ad quid ergo
erat opus petere consilium sapientis maximè : quia
isti de Cademustis veniebant ex persona & iure illo-
rum de Roncharolo, & scienter successerant in rem
affectam illo iugo obligationis, vt retraderetur. ideo
iudex optimè & iure fecit non committere consilio
sapientis rem claram, & liquidam, & verisimiliter
sciuerunt, & scire debuerunt dicta bona esse subie-
cta retraditioni, vt probatur in l. qui cum alio. ff. de
reg. iur. & sic scienter successerunt in rem affectam.
facit. c. quia. V. de iudi. Et ex hoc tollitur illud, quod
opponebatur, illos de Cademustis venire vt tertios
possessores : quia salua sua pace ipsi veniunt ex per-
sona illorum de Roncharolis. ¶ Præterea illi de Ca-
demustis nunquam habuerunt possessionem dicto-
rum bonorum. ergo non possunt adiuuari per iura
allegata superius in contrarium: nam in instrumen
to acceptę inuestiturę ipsi protestantur se non cape
re possessionē, nisi factis proclamationibus &c. sed
possessio est facti & animi: vt l. 1. §. Scæuola. ff. si quis
testa. lib. esse iuss. fu. ad quid ergo dicunt se fuisse pos-
sessores: quia habuerunt alienatum animum a pos-
sidendo, potius videntur fuisse detētores. & per con-
sequens non obstant iura allegata superius, & posi-
to, non tamen concesso, quòd fuissent possessores:
tamen potuit fieri dicta retraditio. ¶ Nec obstat, cū
allegatur, ꝙ illi de Cademustis sunt ætatis minus le-
gitimæ: quia respondeo, quòd etiam minor patitur
immissionem, vt habetur in l. si minor. ff. de bo. au-
tho. iudi. poss. item ista bona erant subiecta huic tra
ditioni, antequā transiuissent in ipsos minores. ideo
transiuerunt in eos cum illo onere, arg. l. si fundum.
ff. de fundo dotali. & arg. glo. l. incola. ff. ad municip.
& quod not. in l. 2. C. de iure emphy. & in l. Emilius
Largianus. ff. de mino. ¶ Pręterea facit: quia in dicto
statuto dicitur, & prædicta oīa locum habeant non
obstante, si dictus promissor, vel hæres eius fecisset
aliquam vēditionem, vel alienationem remota om
ni exceptione, quo casu videtur remota omnia exce
ptio etiam rationabilis, & adhuc adduco text. in ca.
quoniam. 18. dist. in vers. omni excusatione remota.
¶ Et si dicatur, ꝙ non excluditur exceptio rationabi
lis, vt ibi voluit glo. Respondeo, ꝙ illa reseruatut in
episcopo statuto, vt rectè ibi decidit tex. sed quando
lex non reseruat, sed vniuersaliter excludit ita etiam
vniuersaliter intelligetur : quia statutum debet ali-
quid operari vltra ius commune : vt voluit Bar. in l.
4. §. prætor ait. ff. de damno infect. ¶ Et si quispiam
opponat de eo, quod voluit Barto. in l. j. §. & parui.
ff. quod vi aut clam. vbi dicit, ꝙ si statutū disponit,
quòd contra publicum instrumentū non possit op-
poni aliqua exceptio, intelligitur de friuola, ad hoc
allegat. cap. ex parte, el 2. de offi. deleg. Et idem Bart.
in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. ad fi. dixit, quòd
si statutum excludit interpretationem fieri in statu-
tis, intelligitur de friuola, & allegat. d. c. ex parte. Et
idem Barto. in l. j. §. interdum. ff. a qui. app. non licet,
dicit, ꝙ si tollitur appellatio, intelligitur de friuola.
ita videtur dicendum in casu nostro. pro certo non
bene Bar. ponderauit. d. cap. ex parte. ex eo : quia di-
ctum. c. loquitur, quando emanat rescriptum ad in-
stantiā supplicantis, quo casu non videtur Papa tol-
lere exceptiones rationabiles, sed vbicunq; conden-
do legem tollit exceptiones, est secus: quia lex editur
publico bono & non ad importunitatem. Et addu-
co, quod pulchrè voluit do. Anto. in c. quæ in eccle-
siarum, de constit. vbi refert Cy. ita dicere in l. rescri-
pta. C. de preci. impe. offe. scilicet, ꝙ primo casu non
præsumitur iusta causa motus princeps. secundo ca-
su sic, & refert Lud. Roma. in repet. l. si verò. §. de vi-
ro. ff. sol. mar. & sic non bene arguit Bar. in l. illo. c. ex
parte loquente, de rescripto ad statutum, quod ema
nauit ad publicum bonum: vt l. j. ff. de legi. in versic.
cōe præceptum. & in §. erit aūt lex. 4. di. in ver. nullo
priuato commodo. & etiā adduco, quod voluit tex.
d. c. qm̄, vbi reseruat excusationes rationabiles. Ita ī
proposito reseruasset istud statutum exceptiones ra-
tionabiles, si voluisset, qđ verisimiliter fecisset. c. ad
audientiam, de decimis. l. 1. §. sinautem ad deficien-
tis. C. de cadu. tollē. & per ꝯn̄s non potest opponi ali-
qua exceptio, nec friuola, nec rationabilis. Ex quo se-
quitur viua ratione, ꝙ non potuerunt appellare illi
de Cademustis: qa a statuto vel eius dispositione nō
appellatur: vt l. si qua pœna. ff. de verb. signi. & quod
ibi voluit Bar. Item in dicto instr̄o dr̄, teneatur reui-
dere & retradere ipsi, qui promisit, vel qui tenetur,
seu habēs causam ab eo : sed ille Thomas promisit,
ergo ille tenetur, & si non extat, tenetur eius hæres,
qui in dictis rebus successit, nec possunt illa verba ca
dere in illos de Cademustis ex eo : quia ipsi non ha-
bebant proprietatem dictarum rerum, nec etiam ha
bebant possessionem, & actus actiuorum sunt in pa
tiente bene disposito. Ideo talis retraditio erat fien-
da per illos de Rōcharolis, & propter hoc statutum
prędictum dicit non obstante, ꝙ promissor, vel eius
hæres, qui tenetur, fecisset aliquam venditionē, vel
alienationem, vel legatum, & sic disponit, ꝙ ipse pro
missor vendat, & retradat, & si non extat hr̄s eius, &
per ꝯn̄s recto iure magnifici do. de Scipione fecerūt
requiri illos de Roncharolis ad faciendā ipsam ven
ditionem & retraditionem dictarum rerum. ¶ Et ex
prædictis concludo iustè & rectè fuisse retraditas di-
ctas res & earum possessionem dictis magnificis do-
minis de Scipione non obstante, quòd illi de Cade-
mustis dicant se esse emphyteutas illorum de Ron-
charolis, nec debebant ad hoc citari illi de Cademu
stis: eo quia non fuerunt possessores dictarum rerū.
nec oportuit eos aliter citari, nec potuerunt petere
consilium sapientis, nec appellare, nec aliquam ex-
ceptionem opponere, nec illa venditio, nec retradi-
tio erat accipiēda de manibus illorum de Cademu-
stis : sed erat accipienda ab illis de Roncharolis. Et
ita concludo. ¶ Capio alium articulum, isti de Cade
mustis volunt agere ad pœnam, damna & interesse
contra illos de Roncharolis, ex quo dictæ res euictę
fuerunt,

fuerunt, vtrum de iure possint. Et pro certo mihi uidetur de iure dicendum ꝙ non. & ꝙ illi de Roncharolis nullo modo teneantur, & ad oculũ demonstro, & pro eius clara decisione assumo uerba instrumenti dationis in emphyteusim. & dico ꝙ talis est emphyteusis, qualis ostenditur ex tenore concessionis.
23 †Ita probatur in l.j.C. de iure emphy. eodem modo dicimus, talis est natura feudi, qualis est tenor inuestituræ. Ita probatur in c.j. de duobus fra. a capit. inuesti. feu. & probatur in c. si cui. de quibusdam extraordina. capi. in ver. sermonem tamen inuestituræ, nec non uim verborum, & sensum contrahentium intuentes. Et ideo dicebat Bal. in præludijs feu. ver. porrò, ad tenorem inuestituræ semper est recurrendũ, qui vim conttactus ostendit. idẽ voluit Bal. in l.j.C. de latina lib. tol. Simile dicimus in priuilegio.c. porrò.& c. recepimus. de priui. Idẽ dicimus in rescripto.c. ex tenore literarum. de rescrip. & quod voluit Innocen. in c.j. ne sede vacan. Modo in dicto instrumento dicitur, ꝙ dictus do. Tho. mandauit dicto do. Iacobo inuestito propria authoritare accipere tenutam, & corporalem possessionem, qui emphyteuta præsente dicto do. Tho. confessus fuit se esse in tenuta, & corporali possessione totius inuestiti nomine dicti Tho. & tãquàm eius emphyteuta saluo, quàm de terris, quas constabat non esse de iure dicti domi. Tho. vigore infrascriptarũ proclamationũ fiẽdarũ, vt infra dicet. Ita tñ, ꝙ per pdicta nõ intelligant dicti emphyteutæ etiam in tenuta, & corporali possessione pdicta, nisi prius factis infrascriptis ꝓclamationibus, & declarato sup eis in fauorẽ dicti do. Thomæ: & tũc intelligant esse in tenuta illarũ ꝓprietatũ, q. bus nõ fuerit ɔ̃dictum, seu super quibus fuerit declaratum. Ex quibus verbis apparet ad oculum, ꝙ ista concessio in emphyteusim perpetuam non fuit pura & simplex, sed fuit conditionalis: vt ita intelligatur facta, si fuerit declaratum, terras fore dom. Thomæ; vel non fuerit contra dictum. hoc important illa verba, nisi prius factis infrascriptis proclamationibus. sunt enim ablatiui absolutè positi, qui resoluuntur in conditionem: vt l. a testatore. & ibi Bart. ff. de condi. & demon. & non habuerunt tenutã, nec corporalẽ posses. interim dictarũ rerũ, ex quo nõ fuit declaratũ in fauorem do. Tho. concedentis. & vtitur illo verbo, prius. & sic videt apponere ordinẽ. l.j. C. de ap. vbi lex vtitur illo verbo prius, quo casu omissio ordinis viciat actũ. c. exhibita. de iudi. & quod habetur in l.2.§. si prius. ff. de vulg. & pu. & ibi per Bar. & per eundẽ in l. prolatã. C. de sen. & interlo. om. iudi. & Bal. in l.j.C. de ap. & in l. si quęramus. ff. de testa. & in l. ambiguitatẽ. C. de testi. & in l. perẽptorias. C. sen. rescin. non posse. & in prima consti. ff. & per do. Pet. de Anc. in c. causa quæ. de rescrip. do. Abb. in ɔ̃si. 124. ego dixi latè in d.c. exhibita. & sic partes voluerunt per prius declarare de iure ipsius concedentis, & multofortius viciat, si nõ seruetur: qa est ordo datus ab homine: vt c. cũ dilecta. de rescrip. vbi plenè dixi. & in c. prudẽtiã. de offi. deleg. vbi etiã plene dixi. Et etiã in dicto instrumento apponit illud verbũ saluo, quo casu facit exceptionẽ a pmissis, & est modificatiua, & limitatiua eorũ, quæ sunt dicta. Ita dixit glos. quam mũdus omnis reputat sing. in l. itẽ ab eo. ver. saluo ꝙ infra dicam, de qua fecit festũ Rapha. in suis consilijs cons. 26. & in l. iudex postq̃. ff. de re iudi. & in l. si certarũ. §. fin. ff. de test. mili. Bald. in l. peremptorias. C. sen. rescin. non pos. & in l. nõ dubiũ. C. de legi. & in l. eũ qui iudicare. ff. de iurisd. om. iudi. & in l. si. aliàs pe. C. de insti. & substi. sub cõdi. fac. & in l. cũ iudex. C. de sen. & interlo. om. iudi. & in titu. de pace Cõstã. §. amplius. & in auth. de interdictis. C. de epis. & cleri. & in l. asse toto. ff. de hęre. instit. & eã reputat sing. D. Car. in c. exposita. de arbi. & de ea plenè loqtur Io. de Imo. in d.l. iudex postq̃. & ego soleo allegare ꝓ illa glo. casum in terminis in c. Raynal. de testa. in ver. saluo. vbi copiosè dixi in repe. quã Ioãninam appellaui, ex nomine filię meæ benedictæ primogenitę. Et sic illi de Cademustis modificauerũt & limitarũt oĩa dicta superiora, ꝙ nisi prius fieret declaratio iuris, qđ haberet in dictis terris cõcessis in emphyteusim. protestantur illi de Cademustis, ꝙ nõ intelligebant esse in corporali possessione prædicta, & sic voluisse disponere, ꝙ ɔ̃ctus nõ haberet efficaciã interim. & vident dubitasse de iure suo: qa ex hoc uident habere notitiã iuris cõpetentis illis de Syluestris sup dictis rebus, ar. l. qui cũ alio contrahit. ff. de regu. iur. & iõ uoluerunt, ꝙ si fuisset contradictum per aliquẽ super dictis terris, & rebus concessis concessionem ualere. mõ illa instrumenta illę proclamationes, illæ contradictiones facta non fuerunt, ergo contractus non tenuit. & sic illa cõcessio nõ fuit efficax ad hoc, ut committat pœna ex ɔ̃ctu, requirit enim ualiditas: ut est tex. in l.2. & uoluit ibi Bal. C. de eunu. & uoluit idẽ Bal. in l. non dubiũ. C. de legi. & ideo dixit Bar. in l. non putauit. §. non quæuis. ff. de contratab. statuto cauet, ꝙ publicũ instrumentũ mãdetur executioni, ꝙ non habebit locũ in instrumento inualido, requirit enim, ꝙ habeat efficaciã. idem dicit, si licitũ sit occidere bannitũ. requirit enim validitas bãni. idẽ dicit, si punit cedens iura nobili intelligit, si cessio tenuit. & pulchrè dixit Saly. in l. si quis pro redemptione. C. de dona. p illũ text. ꝙ si qs iurauit non venire ɔ̃ cõtractũ, & ille contractus nõ fuit ualidus, ꝙ non est periurus ueniẽdo ɔ̃, & cõsuluit Lu. Ro. consi. 76. Mõ iste conractus cõcessionis licet nõ fuerit inualidus: tñ stetit in pendẽti, donec liquidaretur. l. cedere diẽ. ff. de uerb. sig. ergo non potest peti pœna, ex quo contractus non habuit efficaciã ¶ Et si mihi dicatur, cui imputabitur, ꝙ prius non fuerit facta declaratio, & contradictio. Dico, ꝙ imputabit illis de Cademustis, qa debuerunt adhibere ɔ̃siliũ pijssimi Saluatoris domini nr̃i Iesu Chr̃i dicentis, pulsate & aperiet uobis. petite, & dabit uobis uigilãti iura succurrũt, & nõ negligẽtibus: debuerũt enim interpellare illos de Roncharolis, ut facerẽt fieri dictas ꝓclamationes &c. ꝙ nõ fecerũt. Ad hoc facit gl. in l. mora. ff. de usur. & qđ uoluit do. Ant. in c. uenerabilis. de iudi. ꝙ si sub pęna iudex tenet diffinere cãm infra mensem si non fuit interpellatus a parte, ut expediret cãm infra illud tẽpus, ꝙ nõ incidit in pęnã, ut ibi plenè p eũ, quã ibi sequit do. Abb. Adduco glo. quã oẽs reputãt sing. quæ dixit, ꝙ licet iudex debeat cõdẽnare contumacẽ in expẽsis: vt in l. sancimus. C. de iudi. tñ si a parte non fuit hoc petitũ, nõ cogit ɔ̃dẽnare, sibi imputet, quare non petijt. ita ibi dixit gl. fin. Ex quo seqtur, ꝙ debuerunt illi de Cademustis interpellare illũ do. Thomã, ꝙ non fecerũt, ergo seqtur, ꝙ nõ fuit ɔ̃stitutus in mora. Et adduco Bal. q ponit securim ad arborẽ, vt dicebat Ang. & Dñicus, vt refert Matthęus tertio cap. nã Bal. in l. si post tres. ff. si qs cau. in lec. ver. iuxta hoc q̃rit. dicit, promisi sub pœna centũ, ꝙ faciã filiũ meũ consentire cuidam contractui, cum erit ætatis legitimæ, qui est effectus ætatis legitimæ, & eum non feci consentire, nec fui ad hoc interpellatus, vtrũ incidam in pœnã: decidit ꝙ nõ. fuit enim opus, ꝙ essem interpellatus a cõtrahente, allegat l. si ante nuptias. ff. so. ma. & l. fin. §. utranq;. C. de iure do. & idem uoluit idem Bal. in l. magnã. C. de cõtrahen. stipu. & adducit rationem, qa dies incerta obtinet uim ɔ̃ditionis, & nõ interpellat. Et in facto consultus Ferrariæ cõsului & obtinui. Mõ in ꝓposito nr̃o non est appositus dies, ergo seqtur, ꝙ debuit interpellari ille Thomas, & cõstitui in mora: imputẽt ergo sibi illi de Cademustis,

demuſtis, vt iam in præcedenti dubio dixi. ¶ Nunc
arguo ſic formaliter, ꝙ non inciderunt in pęnã, vbi-
cunq; quis petit pœnã ab eo,qui non adimpleuit ꝯ-
ctũ ex parte ſua, tũc ſi ipſe debuit aliqd facere ex pte
ſua, nunq̃ põt petere pęnã, niſi prius ipſe ꝓbet ſe im
pleuiſſe ꝯctũ ex parte ſua: qa vt pulchrè dicebat Inn.
in c.mandatum.de reſcrip.non dicit̃ pro eo eſſe ſcri-
ptũ,qui venit contra ſcriptum,refert Bal.& Saly.in l.
cum proponas.C.de pac.& dixit tex.in c.ex eo,de re.
iur.lib.6.& facit.c.fruſtra.de reg.iur.libr.6.& ideo di-
cebat Dominicus, quem refert Gratianus in c. eſto
ſubiectus.95.diſt. Cur ego habeam te in principem,
cum tu non habeas in ſenatorem. Et adduco Bald.q
hoc determinat in c. j. in titu. qualiter dominus feu.
propria.pri. vbi dicit, ꝙ iſta eſt natura pœnalium ſi-
ue legalium, ſiue cõuentionaliũ, niſi qs ꝓbet illud,
qđ facere debuit ex parte ſua, nõ poteſt petere pęnã:
qa liquidiſſima debet eſſe cauſa, ex qua petit̃ pœna.
vt l.qro.§.inter locatorem.ff.loca.allegat l.ſi non fue
rit.ff.de iureiur. & dicit eſſe caſum ſing. in l.in teſta-
mẽto magna.ff.de ꝯditio.& demõ.ita ibi dicit,& fa
cit illud,qđ voluit idẽ Bal.in auth.dos data.C.de do-
nat.ante nup.& d.l.ſi non fuerit.¶ Cum ergo debue
runt interpellare dictũ do.Thomam & non fecerũt,
ſequitur, ꝙ non incidit in pœnam dictus dom.Tho-
mas,ex quo nõ fuit interpellatus. nam ille,qui petit
pęnam,debet eſſe extra omnem culpam: vt l.cum pa
ter.§.libertis.ff.de lega.2.c. intelleximus. de iudi. qđ
habetur in ſumma de pœ. & d.l. cum par.§.illi.ff.de
regu.iur.& per conſequens non poſſunt agere ad pę
nam, nec ad intereſſe,nec ad damna: quia ſibi impu
tent per regulam,damnum.libr.6.¶ Præterea eſt ad-
uertendũ, ꝙ in dicto inſtrumento conceſſionis em-
phyteuſim non dicitur, vt conſueuit dici,ꝙ promiſit
dictus do.Thomas defendere de iure & de facto: ſed
dicit,ꝙ promiſit non contrauenire per ſe, vel alium,
quo caſu videtur ſine nullo legum auxilio velle pręl-
dictus inueſtitum cum ratione defendere. Ex quo ſe
quitur, quòd vbicunque non eſſet ratio defendere,
ꝙ non aſtringitur ex dicto inſtrumento ad defenden
dum. nam excluditur talis defenſio, ſed certum eſt,
ꝙ non põt defendere cum ratione: qa illi de Syllue-
ſtris offerendo preciũ per ſe vel alios nomine eorũ,
vt ſunt ipſi ceſſionarij habent ius fundatũ ex cõuen-
tione, vt qñcunq; petierint ſibi reuẽdi & tradi dictas
res teneãtur illi de Rõcharolo reuẽdere, & retrade-
re. ergo ſeqtur a ꝯrio ſenſu,q ſumit̃ in ꝯuentionibus,
vt l.inter ſocerũ.§.cum inter.ff.de pac.dota.& ꝑ mo-
dernos in l.ſi cũ dotẽ.in prin.ff.ſolu.matri. ergo ſine
ratione nõ tenentur defendere,& clarum eſt, quòd
contractus recipiunt legẽ ex cõuentione: vt l.j.§.ſi ꝯ-
uenerit.ff.depoſi.l.ſicut.C.de actio.& obligat. & etiã
interꝑtatiõ fit contra eũ,qui ſtat pro contractu: vt l.
veteribus.ff.de pac.l.quicqd aſtringendæ.ff.de verb.
oblig.& in c.cõtra eum.de reg.iur.libr.6.ergo fiet in-
terpretatio cõtra illos de Cademuſtis.& maximè qa
ſumus in materia pęnali, vbi pęna nõ debet excede-
re proprium caſum: vt in §.pœna.de pœni.di.j. ergo
& c.maximè quia pœnæ ſunt molliendę l.ſi de inter-
pretatione.ff.de pęn.cũ ſi.¶ Et adduco ad ꝑdicta,qđ
voluit do.Card.in c.cũ ſit generale,de foro cõpe. vbi
24 dixit,ꝙ ad hoc vt iudex† dicat̃ negligens in exhibẽda
iuſtitia,debet interpellari:& tñ iudex iurat iudicare
ꝯm leges,in Auth.iuriſiurãdi qđ pręſtat̃ ab his.voluit
do. Abb.in d.c. cum ſit generale.& adduco Bald. in
c.j.§.iudices.de pace iur.fir.in vſi.feu.vbi dicit, ꝙ ad
hoc vt iudex dicat̃ negligẽs,dẽt requiri, & interpella
ri. Ita dicamus in ꝓpoſito debuit interpellari.iſte do.
Tho. ¶ Et ꝑ ꝯñs elicitur concluſio vera,& indubita-
ta,quòd non poſſint agere ad pœnam nec ad dam-
na,nec ad intereſſe illi de Cademuſtis cõtra illos de
Roncharolo. Et ita cõcludo. Laus deo. Andreas Bar
batias doctor. 1467. die decimo Auguſti.

SVMMARIVM.

*Epiſcopus poteſt tacitè dare licentiam celebrandi miſſam in lo-
co non conſecrato.nu.1.*
*Clerici celebrantes in priuatis oratorijs ſine licentia epiſcopi
deponuntur.nu.2.*

CONSILIVM LII.

AN ſacerdos exemptus poſſit ſine li-
centia ſuperioris in loco nõ ſacra-
to miſſam celebrare. Videtur ꝙ ſic: li-
cet enim miſſæ debeant celebrari in
locis ab epiſcopo ſacratis: vt in c.miſ-
ſarum.de conſe.diſtinctio.j.tamẽ etiã
vbicunque epiſcopus permiſſerit, poſſunt celebrari
text.eſt ibi apertus.& ſit epiſcopus poteſt tacitè dare
licentiam celebrandi miſſam in loco non conſecra-
1 to.†idem probatur in c.clericos. eadem diſtinct. vbi
clerici non debent celebrare in oratorijs priuatis,ni
ſi cũ conſenſu epiſcopi. iſtud probatur in c.in his.de
priui.in ver.ad prælatis annuentibus.& facit ad hoc
c.vnicuique.de conſecra.diſtinct.j. eſt tamẽ neceſſe,
quòd in loco non conſecrato celebrent cum altari
viatico, vt dixit text.in d.c.in his.in princ. Et ideo ha-
bent epiſcopi a iure priuilegium, vt poſſint in tran-
ſitu celebrare cum altari viatico, vt probatur in d.c.
fina.de priui. in 6. alij autem non poſſunt celebrare
in loco non ſacrato,etiam cum altari viatico,niſi ha
beant licentiam a Papa, vel ab epiſcopo loci, vt in
dictis iuribus probatur: clerici autem celebrantes in
2 priuatis oratorijs deponuntur†niſi habuerint licen-
tiam ab epiſcopo, vt probatur in d.c.clericos.quia ꝑ
ceptum & prohibitio a canone refertur ad ipſos cle
ricos,ita loquitur tex.in d.c.clericos. vnde ſi clericus
vellet celebrare in loco nõ ſacrato ab epiſcopo ſine
licentia epiſcopi veniret deponendus. Ex quo ſequi-
tur ex illis iuribus a contrario ſenſu,ꝙ ſi clerici a iu-
re, vel a Papa, vel ab epiſcopo eſſent priuilegiati, vt
poſſint celebrare in loco nõ ſacro, ꝙ ipſi poſſent in
altari viatico celebrare ſine pœna, & ſine metu de-
poſitionis: quia lege permittente hoc fieri poteſt, vt
probatur in ipſius iuribus: ſed nos habemus, quòd
fratres prædicatores & minores ſunt a iure priuile-
giati, vt vbicunque fuerint, poſſint ſine præiudicio
iuris parrochialis celebrare cum altari viatico, nec
requiritur conſenſus prælatorum, vt probatur in d.
c.in his.de priui. vnde oblatio,quę fit a parrochiano
in eccleſia parrochiali, debet eſſe ſalua ipſi presbyte
Et ista demonstrant ad oculum nullam fidem adhibendam huic testi.& etiam multominus: quia sunt singulares & ɔtrarij & diminuti, concurrentibus ergo tot inhabilitatibus ad inuicē,& tot defectibus videtur nullam fidem esse adhibēdam huic testi: quia quæ non pro sunt singula, multa iuuant.l.instrumenta.C.de proba.& eodem modo est dicendum de primo teste variante a dictis aliorum testium, vt superius induxi,& sic plures defectus in isto teste concurrunt ad inuicem.¶ Capio nunc illam tertiam testem Annam: quoniam lena est mater, & stupri causa potissime famula producentis,quo casu nulla fides penitus adhibēda est sibi:quia ille, cuius vita est noxia, fide carebit, ita dixit text.in c.forus.§.fin.de verb.sig. exodi.24.c.dicitur,non suspicias vocem mendacis.c. testimonium.de testi.l.3.§.lege.ff.de testib.l. cunctos populos.C.de sum.tri.l.Cassius.ff.de sena.l. athletas. §.calumniator.ff.de his qui not.infa.l.Lucius.eo. ti. Item familiaris & domesticus repellitur a testificando:vt l.etiam.C.de test. & c.mulieres.eo.ti.c.consanguinei.3.q.5.¶ Et si quispiam dixerit, ꝙ Inn.in c.in literis.de test.& in c.insinuante.de officio dele. voluit ꝙ famuli possunt testificari pro suo dño, vt refert & sequitur Bald.in d.l.etiam.C.de test.& etiam ibi Sal. Respondeo, ꝙ Inno.loquitur de famulis idoneis, & honestis,quos solent tenere episcopi, & similes personę: sed non sumus in casu illo:immo ista Anna est lena malæ vitæ & malæ conuersationis, & etiam nō loquitur Inn.& Bald.& Sal.quando famulus episcopi testificatur in re ardua pro ipso episcopo,& sic nō meretur allegari illud dictum Innoc. ad saluandum testificationem istius pedisseque infamis, & malæ, & pessimæ vitæ,& sic mendacis: ideo cum in ista Anna concurrant tot impedimenta debilitantia eius testificationem nulla fides erit ei adhibenda. primò variat a dicto aliorum testium, vt superius dixi.secundo est mulier,& agitur de ardua re maximè inter nobiles patricios.& est læna,infamis & turpis vitę est & famula & domestica ꝓducentis, & sub eius imperio viuit: vnde non potuit produci in testem contra illū practicum repugnantem & contradicentem. ¶ Capio nunc mulierem nobilem dominam Conterinā productam in testem: licet possit poni, ꝙ statur dicto boni viri: vt dixit in gloss.in l.Titio fundum.ff. de condi.& demon.glo.in c.expedit.12.q.j.tex.in l.si bonæ fidei.de rei ven.& quod ibi voluit Ang. & facit.c. 2.de ope.no.nun.& in c.in nostra. de procur. tamen in casu nostro mihi vr̄ de iure dicendum, ꝙ non credat,& dicta iura loquūtur de viris & nō de fęminis. vnde fęminæ p̄sumuntur mendaces: vt d.c. forus.§. fęmina. vnde stabimus dispositioni iuris loquentis de fęmina. ¶ Et si quispiam opponit de eo, quod habetur in c. super eo.de test.vbi mater admittit̄ ad testificandum in causa matrimonij in fauorem filiæ: quia licet agatur de commodo filiæ : tamen agitur etiam de incommodo filiæ : quia transit in famulatum mariti,& eius potestatem, vt habetur in c. hæc imago.33.q.5.vbi est penè famula viri,& in c.quicūque mulier.30.dist.dēt enim ire capite velato,& portare crines in signum subiectionis, vt ibi habetur iuxta illud, quod supremo principi Deo venit in ore, vt sub viri potestate esset, vt habetur li.genesis.c.2. ideo voluit do.Pe.de Anch.in d.c:super eo.ꝙ vbi commodum & incommodum est inseparabile:tunc domesticus potest testificari pro domestico, quod dictum dicit esse nouum & sua inuentio: sed certè malè; loquitur ex eo:quia ille text.non loquitur de domestico:sed loquitur de matre, quæ habet maiorem affectum ad filiam, quam habeat familiaris & domesticus: vnde mater videtur gaudere & crescere de honore filię, nō sic erit in familiari, qui stat ad tēpus,& mercenarius est; vt dicit dominica veritas, & extendere istum text. contra regulas iuris communis est malè dictum.l.si verò.§.de viro.ff.so.ma.cum cōtrarium sit iure expressum: vt d.c.super eo.& d.l.etiam. C.de testi.& etiam quia. d.c. super eo. indubitamer non potest adduci contra istum patricium Venetū, ꝙ ostendo ad oculum: quia in d.c. super eo.dicitur, ꝙ si vir superat mulierem nobilitate,honore,aut diuitijs, aut potentia non potest esse testis mater ꝓ sua filia, ꝙ contraxerit matrimoniū, modo dñs iudicans se informabit, si iste patricius superat illam nobilem mulierem diuitijs, aut potētia, aut honore: si autem sunt æquales, etiam tunc dico, ꝙ ista domina est longè inferioris honoris:quia est corrupta, vt omnes testes affirmant, & stuprata antequam fuisset contractum huiusmodi assertum matrimonium : vnde remanet ista domina dehonorata,& extra omnem honorem, ꝙ antiqui pagani, qui Iesum Christum non cognouerunt, nec crediderunt, reputabant par esse furto & homicidio, vt probatur, in l. codicillis.§. matre.ff.de leg.2. in ver. filium nostrum occidisse, dum & rapinam faceret,& alia deteriora fecit, allegat illū tex.Bal.in c.pe.de consuet.& in l.athletas.§.calūniator.ff.de his qui no.infa.& in c.atsi clerici.§.de adulterijs. de iudicijs. facit.l.j.C.qui accus.nō poss.in ver. grauiora crimina. & quod habetur, in l.fi.§.j.de publi.& multofortius debet reputari ad dedecus nobis Christianis,qui Christū fatemur, veneramur & adoramus, qui voluit, ꝙ liberè dimittatur vxor propter adulterium.& sic nos non sumus in casu. d.ca.super eo.ideo ille tex.est pro nobis: quia si ista domina nō contraxit matrimonium cum isto patricio,remanebit perpetuo dedecore inquinata: ideo agitur de honore huius dominæ, pro quo honore seruando debemus negligere cūcta.l.Iulianus.ff.si quis omi.cau. testa. vnde dicebat Bald.in capit.veniens.el 1.de test. ꝙ beatus est ille, qui possidet bonam famā. & sicut corpus facit vmbram illustratam sole : ita fama est vmbra operum. Et dixit idem Bal.in c.pe.de probat. ꝙ boni mores præferuntur nobilitati, allegat text. quem reputat sing.in l. pronunciatio.§.j.ff. de verb. sig.& scribunt doctores in l.transigere.C. de transac. ꝙ infamia est similis morti. & ꝙ magnanimus scripsit Apostolus, expedit mihi potius mori quàm vt alius gloriam meam euacuet:& quod not.in c.2.de purga.cano. vbi dicitur, ꝙ qui negligit famam suam negligit vitam. & ideo scribitur.6.q.j.c. ex merito. ꝙ melius est perdere omnia bona quàm famam.& alibi ecclesiastes, maior est amissio famæ, quàm bonorum.¶ Facit, quod habetur in c.nolo.11.q.2.vbi crudelis est qui suam famam negligit.& ideo dixit Bart. in l.vt vim.ff.de iust.& iure, ꝙ pro conseruando honore licitum est occidere. Facit, quod voluit glo.valda sing.in l.cum eadem.ff.ex qui.cau.maior. multos legimus apud historicos volūtariam magis elegisse mortem, q̄ cum dedecore viuere.¶ Facit, quod habetur in l.2.§.cum placuisset.ff.de orig.iur.& per cōsequens stat pura veritas, ꝙ non potest ista domina, quanquàm sit nobilis & honesta, testificari pro ista sua nepte: quia præsumptio est, ꝙ non diceret veritatem.& etiam multofortius suaderi posset istud: qa reperitur discordare a dicto aliorum testium. & sic est singularis, & per consequens non probat. & maximè: quia alij testes dicunt istam dominam tunc tēporis sincopasse,& sincopam passam fuisse, ꝙ credendum est sibi accidisse ex dolore, quem conceperat propter dedecus & vituperium mariti sui,& nobiliū de Barbadico.& sic multominus erit eidem credendum in hac re.|& ideo iudex nullam fidem adhibere debet huiusmodi testibus. quinimmo dixit Bar.in l. Lucius.ff. de his qui not.infa. ꝙ licet testis assignaret

ret bonam causam dicti, & tamen iudici videtur, ꝙ non dicat verum, ꝙ potest nõ adhibere fidem, dummodo in actis faciat describi causam: quare non credit propter timorem sindicatus. & ita dicit se practicare & intelligere.l.3.in ver.tu magis scire.ff. de testi. ita dicamus in proposito nostro.¶ Capio nunc testificationem illius nobilis & præstantis viri domini Andreæ. Primò non videtur sibi fides adhibenda in hoc casu: quia posito ꝙ sit verè honestus, nobilis, & cuncta in eo posita sint: tñ non videtur de iure sibi credendum ex eo: quia primum est singularis, vt dictum est. Secundò: quia res sua agitur. vnde nullus est testis idoneus in sua causa: vt l.nullus.ff. de testi. & l.j.C.ne quis in sua causa. non etiam veracissimus princeps Deus noster Iesus. Imo cum disceptationẽ haberet cum illis perfidis iudæis, tu de ipso testimonium perhibes, opposuerunt ei, quibus respondet Christus, si non creditis mihi, credatis mihi & patri, vt habetur in euangelio Ioannis. & in c.in omni negocio. de testi. modo si Iesus Christus non voluit stari dicto suo, ergo nec iste dom. Andreas: quia omnis Christi actio nr̃a est instructio.c.significasti. de elect. ergo non debet stari suo dicto in causa sua: quia satis dicitur sua, ex quo est neptis, & agitur de honore suę domus & agnationis eius.¶ Et si dicatur, ꝙ sua testificatio sustentatur ex dicto aliorum, argu.text. valde singu. in l.si quis ex argentarijs.§.cogentur.ver. sed si omnes.ff.de eden. vbi dicitur, ꝙ si plures sunt argentarij, & vnus est deploratæ opinionis, ꝙ sustentatur illius editio propter habilitatem aliorum, per quem text. consuluit Angel. in suis consilijs, consilio j. ꝙ si vnus testis est domesticus, & dictum suum est cõforme dicto aliorum, qui non sunt domestici, sustentatur propter alios. Respondeo, istud non ob. in casu nostro: quia etiam alij testes sunt suspecti, & nõ sunt præclari, nec circunspecti.i. omni exceptione maiores, & sunt singulares & contrarij & diminuti, vt superius dixi.ergo &c. Item iste do. Andreas fuit proxeneta in hoc asserto matrimonio: ergo altera parte contradicente non potest testificari, vt in præsuppositis ad oculum demonstraui. item tot concurrunt in vnum impedimenta, ꝙ si vnum non sufficit, supplent alia impedimenta iuxta illud, quæ nõ prosunt singula multa iuuant: vt voluit gloss. in c. cum causam. de proba. maximè quia iste. D. Andreas exonerat se per suum testificatum: quia ipse fuit, qui intulit timorem ipsi patricio Veneto. vnde illud, quod ipse testificatur, cedit ad suam exonerationem: ideo sibi non creditur. facit, quod commemorat dom. Pe. de Anch. in c.Roma. de testi. lib. 6. vbi dicit, ꝙ si misite, vt certam pecuniam meam dares Titio, ꝙ non stabitur dicto tuo: quia tu videris te exonerare, voluit Bar. in d.l. deferre.§.idem decreuerunt.ff. de iure fisc. Item si quis opponat, ꝙ immo possit testificari: quia si mater possit testificari, multofortius patruus poterit. rñdeo, vt superius est responsum contra dominã Conterinam. Et ex istis elicitur vera conclusio, quòd isti testes non probant matrimonium istud fuisse cõtractum inter ipsam dominam Laurã, & ipsum dominum Hieronymum. Et ita cõcludo. ¶ Capio nũc aliam dubitationem, vtrum istud assertum matrimonium sit contractum metu, qui cadit in constantem virum. ¶ Et mihi videtur de iure dicendum ꝙ sic. & ad hoc demonstrandum opus est deducere in mediũ dicta testium ex vtraq; parte productorum. Et primò ille Io. de sillacampo, qui deponit, ꝙ D. Andreas intrauit cameram cum ense, & dictus testis intrauit cum spito, & iuuenerunt dictum patricium in lecto, quem accepit per capillos dictus D. Andr. dicẽs. sta forte, qui patricius dixit, per amore de dio, fa che non sia morto. & etiam dom. Laura dicebat, Hai me messer barba lassa lo stare. Modò si consideremus actum pœna & morte dignum, in quo repertus est ille patricius, & locum, in quo repertus fuit, & personam a qua repertus fuit, & gladium euaginatum, & alium impositum habẽtem, & capturam per capillos, nullus dubitare poterit, ꝙ ille est metus mortis, cadens in constantem virum considerata fortitudine & ferocitate ipsius do. Andre. de qua deponunt testes producti per illum patricium. vnde videtur casus pro hac dubitatione in c.j. quod me. causa. in ver. gladio euaginato. Pro certo nullus de hoc dubitare poterit ꝯsideratis circunstantijs, de q̃bus superius dixi. Et plus dicit iste testis, ꝙ timens ille patricius offendi, piecit se in calegella, subdit iste testis, ꝙ remansit do. And. cum dicto patricio in illa camera per duas horas. Et plus dicit ẽt, ꝙ relicto dicto patricio in dicta camera. D. Andr. recessit de illa camera: sed dictus testis remansit super ostio dictæ cameræ sedens super vno bancho ex præcepto dicti do. And. qui sibi dixerat, ne inde discederet, & ꝙ si Hieronymus vellet aufugere, ꝙ testis illum apprehendisset dicendo, sta forte, & istud fuit ante ꝯ̃tum dicti matrimonij, & sic apparet, ꝙ dictus patricius nõ potuisset exire, quo casu satis videntur detentus, cum esset custoditus per istum testem cum spito &c. Et sic iste Hieronymus non erat in libertate. & sic iste testis clarè deponit, istum patricium passum metum cadentem in cõstãtem virum. Et clarum est, potius creditur duobus testibus affirmantibus metum, quã mille testibus affirmantibus liberam voluntatem: vt apparet supra in præsuppositis. Et standum est testibus deponentibus illud, quod est magis verisimile. ¶ Secunda testis, quæ est vxor dicti primi testis contradicit primo testi. & in hoc singularis est a dicto aliorum, quo casu nihil probat, vt voluit Inno. in c. fraternitatis. de hæreti. cum si. ergo &c. Dicit etiam, ꝙ ille Hierony. erat sine armis, & illi alij habebant arma, & sic apparet de iusto timore, ergo &c. ¶ Tertia testis est etiam singularis, deponit, ꝙ ille D. Andreas intrauit cameram cum armis, & accepit illum Hieronymum per diploydem, & erat insimul cum illo Ioanne de sillacampo, & sic apparet de timore illius Hier. Item dicit se habitare cum illo dño Andrea sine salario, & probatus est metus per istam testem. Alia testis dicit datum fuisse ordinem a domino Andr. eius viro, ꝙ ille patricius veniret ad instantiam assertæ vxoris, dicit postea, ꝙ hoc fecerunt, vt scirent, an vellet istam habere in vxorem. istud pro certo repugnat effectui secundę testis: quia ꝙ dictus D. Andreas intrauit cum armis, & ille de sillacampo cum spito &c. non fuit signum sciendi voluntatem illius, sed compellẽdi, vt probatur in d.c.j. quod met. causa. ideo iudex arbitrabitur quanta fides sit adhibẽda huic testi. l.3. in prin. de testi. Et sic multis consideratis ista domina non dicit verum. Præterea dicit, ꝙ iste Hierony. dicit, non vorria che mio barba lo sapesse. & sic non animum habebat ꝯhendi, ergo &c. dixit etiam, ꝙ iste Hieronymus dicebat in chedo se mette lanello. videtur illa verba prolata animo deludendi considerata qualitate proferentis: quia nobilis patricius, & sic ista non debuit ignorasse: quia non est puer, ar. eius, quod voluit glos. in l. ꝙ si nepotes.ff. de testa. tute. & glo. l. 1. C. de vsur. glo. l. quoties. C. fami. erc. & glo. l. 2.ff. de orig. iur. & glos. l. stipulatio ista.§. hi quoque.ff. de verbo. obli. & l. si dictum.ff. de euic. in ver. non ita vulgus opinatur. ideo potius ad deludendum protulit illa verba: quia verisimile sciebat, in quo digito fiebat dispensatio. Et sic non probat iste testis.¶ Capio modò testificationẽ dñi And. deponit se ordinasse aduẽtũ illius, q ipsi, & intrauit camerã cũ ense, & ille Ioãnes cum spito ascen-

to ascẽdit lectũ cũ ense: & dicit, ꝙ accepit ꝑ diploydem retro siue capillos. Certè fiet interpretatio contra eundem, ꝙ per capillos illum acceperit, qui est actus inimicitiæ, & ꝙ præcesserit timor &c. & cum ense nudo. & sic redditur fortior hæc probatio metus, & etiam apparet testibus ipsius patricij, qui deponunt de metu. ergo resultat conclusio, ꝙ probatus est metus illatus dicto patricio. Et ita concludo. Remanet modo examinare vltimam dubitationẽ, videlicet, vtrum sit purgatus metus illatus dicto patricio. Et pro certo videtur de iure dicendum ꝙ nõ. Et adduco, quod voluit Pe. de Ancha. in præfato cõsilio, vbi refert Cyn. in l. nouissimè. ff. quod falso tuto. dicere, ꝙ in officiali semper præsumitur terror ĩferri ab eo. & licet quis sit relaxatus: tamen semper metus instare videtur, ne iterum capiatur, & talis potest metus dici continuatus, vt probatur in cap. j. quod metus causa. Et ita dicit D. Pet. esse in iudice, & videtur, ꝙ metus positis in carcere pro crimine semper instat, ita ꝙ potentia torquendi & nocendi in habitu operatur idem, quod potẽtia in actu, vt c. non solum. de appella. lib. 6. & l. Labeo. ff. de sta. ho. Et habet, inquit, in se hoc æquitatem: nam si nimia reuerentia contrahentem reddit meticulosum & actum reddit inualidum, vt l. j. §. quæ oneranda. ff. quarum rerum actio non detur. 17. q. 4. vniusquisq;. multomagis repetendorum tormentorum formido, quam iustam reddit cõmunis vulgi opinio, quæ habet, ꝙ officiales capti & inquisiti de criminalibus prætermissa iuris grauitate torqueri cõsueuerunt, vt no. Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de oper. nou. nun. ergo sequitur, ꝙ multofortius præsumetur formido & metus cadens in constantem virum in homine priuato offenso graui dedecore: qa cum iura communia præsumant pro suo ministro, vt iustè faciat, quicquid facit, vt est melior tex. iuris in l. 2. C. de off. ciui. iudi. ergo &c. facit illud, quod dicit dominica veritas, si in viridi ligno hoc faciunt, in arido quid fiet. in auth. multo magis. C. de sacrosan. eccle. c. cum in cunctis. de electio. & sic Bal. bellissimè. decidit hanc qõ. in illo suo consilio, ex quo infertur a communiter accidentibus; ꝙ posito, ꝙ nulli essent testes, qui dicerẽt de isto metu: tamen præsumeremus metum considerata communi obseruantia, quam seruant ij, qui sciunt suam virginem stuprari & vituperari non permittant stupratorem exire domum, nisi desponsauerit eam, quam stuprauerit. sunt enim, verba ad ephesios dicere, ꝙ D. Andreas voluit inducere illum stupratorem bonis verbis ad desponsandum, illud non est verisimile, & repugnat præparamentis factis. Et adduci posset illud quod dicitur in illo Ouidiano. Votoque tuo tua forma repugnat. Et pro certo sola assertio metus sufficeret cõsiderata communi obseruantia viri, & quibus hæc accidunt. ergo multofortius quando sunt testes, licet ergo sint suspecti testes pro isto stupratore: tamen non sunt soli: quia etiam hoc asserunt testes producti pro muliere inducendo vt supra indixi & concurrente communi obseruantia cum hac eleganti doctrina Bal. & do. Pe. in dicto suo consilio allegando Cy. & Bal. in d. l. nouissimè. ff. quod fal. tu. ꝙ in officiali semper præsumitur terror ab eo inferri, licet quis sit relaxatus: tamen metus semper instare videtur, ne iterum capiatur, & tali ratione potest dici metus fuisse continuatus. c. j. quod me. causa. & ita dicit ibi d. Pet. in iudice, cuius metus posito pro crimine in carcere semper instat & ad torturam & similia, ita ꝙ potentia torquendi & nocendi in habitu operatur idem, quod operatur potentia in actu & exercitio, vt in c. non solum. de appella. lib. 6. & l. Labeo. ff. de sta. libe. Et dicit Pe. hoc habere æquitatem: quia si nimia reuerentia perterritat contrahẽtem, & reddit contractum nullum, vt l. 1. §. quæ oneranda. ff. quarum rerum actio nõ detur. 22. quæstio. 4. c. vnusquisq;, potuisset allegare meliorem in l. pe. aliàs antepe. ff. de fur. ergo multomagis nimia tormentorum formido, quam formidinem iustam reddit communis vulgi opinio, quę habet, ꝙ officiales captos & inquisitos de criminibus prætermissa iuris grauitate torquere cõsueuerunt, allegat Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de oper. nou. nun. ita dixit do. Petr. in præfato suo consilio. Pro certo istud consilium apponit gladium ad radicem huius dubitationis, ꝙ posito, ꝙ præfatus patricius osculatus fuisset os illius nobilis mulieris, quam stuprauerat, & tetigisset manum illi dominæ contarinæ, & accepisset cyathum vini ad bibendum & confectiones ad faciendum collationem, & in recessu dixisset. sta cum dio. tamen ex istis non videtur purgatus metus immo instabat metus, ex quo erat in fortia & potestate illius domini Andreæ. vnde per actum, quem ibidem dictus patricius fecisset. non potest coniecturari, nec comprehendi, ꝙ voluntate spontanea fecisset: quia potuisset Do. Andre. malè tractare illum patricium. vnde formido ita infringit actum & contractum, quando est in potentia & in habitu: sicut quando est in actu & exercitio, vt singulariter voluit Bal. in d. suo consilio, & in d. l. nouissimè. & do. Pet. in d. suo consilio. ergo quandiu dictus patricius erat in domo illius domini Andreæ, non potest dici purgasse metum. ꝓbatur hoc formaliter in d. c. j. quod met. causa. Et sic consideremus principium meticulosum, vt omnia regulentur ab ipso prin. ita probatur in l. 1. C. de impo. luc. descri. lib. 10. a primordio, inquit, tituli posterior formatur euẽtus. l. regula. §. licet. ver. initium constitutionis demon. ff. de iuris & fac. igno. facit. l. 3. ff. de mino. & per consequens attendetur illud principium meticulosum, ar. l. si quis ex argentariis. §. si initium. ff. de eden. Et plus dico, ꝙ illa osculatio facta per illum patricium potius refertur ad stuprum, quod erat solitus sibi facere. facit simile, quod voluit glos. quæ reputatur singula. in l. 3. in prin. ff. de acqui. possel. & quod voluit Innocen. in c. j. de eo qui dux. in ma. quam polluit. ergo non nocet dicta deosculatio illi patricio. ¶ Præterea, ꝙ non videatur purgatus metus, adduco. ca. 1. qđ met. cau. in versi. postmodum. vbi tunc purgatur metus, quãdo ex longo interuallo sit actus contractus. ideo si vxor ibi mortuo marito perseuerasset in monasterio: tunc purgatur metus ergo viuo marito non est purgatus metus: quia timebat sæuitiam mariti. ita dicamus in casu nostro, ꝙ existente dicto patritio in fortia ipsius domini Andreæ non videtur purgatus metus, ad hoc allego. l. 2. C. qđ met. cau. vbi solutio spontanea purgat metũ. Bal. ibi quęrit, pone ꝙ apparet metus adhibitus in ꝓmittendo: sed non apparet adhibitus in soluẽdo, vtrũ ꝓ̄sumat̃ metus in soluendo, decidit, ꝙ si incontinenti soluit, ꝓ̄sumit̃ metu soluisse, arg. l. j. C. vñ vi. Si aũt ex interuallo tunc aut durat eadẽ cã metus, puta tyranni potentia, & ꝓ̄sumit̃ soluisse metu. l. Fulcinius. §. 1. ff. ex quib. cau. in pos. eatur. ca. j. quod metus causa. Modò in casu nostro fuit adhibitus metus, vt ad oculum demonstraui, &
5 incontinenti fuit facta desponsatio.† ergo præsumitur facta metu. Adduco ad prædicta tex. in ca. ad id. de sponsa. ver. ab initio inuita &c. & in ver. cum mora tanti temporis &c. vbi requiritur continuatio actus libertatis ad purgandum metum pristinum. ergo non sufficit, ꝙ incontinenti videatur purgatus, maximè si in eodem tempore illatus est metus, & facta desponsatio, impossibile est pro certo, ꝙ libertas potuit cadere incontinenti, vbi in eodem instanti

adhibitus

adhibitus est metus, & maximè si is, cui illatus est metus est nobilis, & superbus, vt communiter dicimus, ꝙ Veneti sunt nobiles & superbi, & non ita repente obliuisci præsumuntur iniuriæ. & ideo opus fuit, ꝙ fuisset constitutus prius in loco libero: quia tunc si illam desponsasset, vr̄ purgatus metus. Et adduco illud, quod retulit Abbas antiquus, quem oēs sequūtur in d.c. super hoc. vbi voluit, ꝙ licet mulier riserit, tñ nō ꝑꝑ hoc vr̄ purgatus metus. Ita dicamus in casu nostro. Et adduco, quod voluit Ioan. Cal. in suis cōsilijs, consilio primo, in tit. quod met. cau. vbi dicit, ꝙ licet mulier perseuerasset per multos annos in monasterio: tñ si durauit causa metus, nō vr̄ purgatus ille metus primus, allegat ad hoc. d.c.1. quod met. cau. durante enim causa semp effectus intelligitur durare. j.q.7.§.tria. ver. affinitatis, allegat. d.c.j. & allegat, quod voluit Inn. in c 2. de regula. vnde durante dño ciuitatis semper metus præsumitur durare. ita formaliter dicit ibi Ioā. Cal. cū ergo iste actus desponsationis fuerit factus in domo & camera ipsius do. Andreæ, sequitur, ꝙ affuit eadem cā metus. Et adduco, quod voluit Inn. in c. vidua. de regula. & Io. And. in c. ad nostram. eo. ti. & pondero subtiliter tex. d.c.1. quod met. cā. in uer. postmodū, vbi ad hoc vt metus videat purgatus ex actu sequenti, opus est, vt ex interuallo hoc fiat, decidit ille tex. c.1. coniuncta. l.2. in ver. postmodū. C. de custo. reo. quē tex. ad hoc allegat Bar. in l.1. ff. de qōni. ꝙ ad hoc vt cōfessus maleficiū in tormentis non dicatur cōfessus metu tormentorum, est opus, ꝙ ex interuallo ratificet illam confessionē ex eo: quia illa dictio postmodū, denotat longum interuallū, ad hoc allegat. d.l.2. in ver. postmodum. facit gl. in l. pacta cōuenta. ff. de ꝯhen. empt. & gl. in l. cum fundum. ff. de vi & vi ar. & sic est opus, vt purgetur metus, ꝙ fiat ex interuallo illa purgatio. Et adduco tex. ad hoc iudicio meo nouissimum in c. in præsentia. de proba. vbi hr̄, ꝙ quidam obtulit se & sua monasterio ꝑꝑ timorem infirmitatis, postea reconualuit, & de monasterio recessit. deinde dicitur, ꝙ firmauit primum ingressum & primam professionem: quia se & sua obtulit monasterio, & sic reqritur, ꝙ ex interuallo fiat actus similis, & vtitur illud. c. in præsentia. illo verbo, postmodum, quod verbum, denotat longū interuallū: vt dixi, & sic vr̄ ibi casus pro hac dubitatione, vt tunc videatur purgatus metus pristinus, qñ ex longo interuallo interuenit actus spontaneus, ꝙ non fuit in casu nostro. ergo nō est purgatus metus, adduco etiā gl. quæ hoc decidit in d.c.1. quod met. cau. in ver. ratum. quæ dicit, ꝙ cōstat de metu ab initio, & postea sponte emittit votum. & sic voluit gl. ꝙ requiratur ex interuallo spontanea voluntas. Et adduco, quod voluit do. Pe. de Anch. in d.c.1. quod met. cau. vbi refert illud, quod cōmemorat Cy. in l.2. C. quod met. cau. de debitoribus coactis soluere partialibus, qui primo per metum promiserunt, postea sponte soluerunt: decidit, ꝙ non dr̄ spontanea: quia iterum & tertio compelli poterant: quia idē metus continuatus instabat arg. illius. c.1. & d.l. nouissime. vbi ꝑ Bal. & per Barto. in l. creditor. ff. de sol. Et dicit, ꝙ etiam metus reuerentialis infringitur actum, qui geritur, allegat. d.l.1.§. quæ onerandæ. solutio enim debiti ex contractu per metum inito, tunc purgat metum præcedentem, quando non potest fieri ad alium finem, quam ad finem implendi ꝯctum: si autem pōt fieri ad alium finem, vt si recipio pretium ex ꝯctu vēditionis rei meæ factæ per metū, talis receptio non purgat metū: qa possum ad aliū finē recipere, vt mihi magis sit cautū. Ita decidit Inn. in c. super hoc. de renun. Ista ergo purgatio metus, quæ oriretur ex aliqua coniectura, tollitur ꝯria cōiectura. l. si cum aurum. ff de solut. ita dicit Pet. in d. c.1. ¶ Ità dicamus in proposito, ꝙ ille patricius desponsauit illā, vt euaderet manus illius D. And. Vbicunq; ergo pōt cadere alia coniectura, tunc illā accepimus, & non eam, vt videatur purgatus metus. ergo nullo mō vr̄ purgatus metus: quia non fuit reductus in suam libertatē, nihil voluit facere de suo asserto matrimonio, ex quo datur intelligi, ꝙ non habuit animū ꝯhendi matrionium cū dicta dña: sic apparet, ꝙ iste patricius non dicebatur potiri arbitrio libertatis, vt l. qui in aliena. §. Celsus. ff. de acq. hær. c. si iustus metus. de appel. l.2. C. de his qui per met. iudi. c. pisanis. de resti. spol. Cy. in l.2. C. quod me. cā. Bal. in tractatu scismatis. ita dixit Bald. in tractatu scimatis. l. licet. ff. de arbi. l.1. C. vnde vi. Et dicit, minax feruor inducit captiuitatē libertatis. l.j. C. si quacunq; prædi. potest. & dicit, ꝙ sub spiritu timoris nunquam metus purgatur, cum ipse ceruicibus inhæreat, nisi sint manifesta signa consensus, & causæ consentiendi congruę: non enim dicitur coactus, qui aliàs verisimiliter esset cōsensurus, quod ex verbis satis declarari potest, & ex ipsius actus qualitate. l. pen. ex qbus cau. maio. in integ. rest. l. apud Celsum. in prin. ff. de doli excep. l. Fulcinius. §. quid sit latitare. ver. animus. ff. ex qui. cau. in poss. ea. Dy. in c. pro possessore. ff. de regu. iur. Cum autem in proposito nulla est purgatio metus,
6 ergo semper durat † ita singulariter dixit Bal. in præfato tractatu. Cum ergo in casu nostro semper durauerit metus, quia semper sterit in metu, & in bailia & imperio illius do. Andreæ. ergo &c. ¶ Et si quispiā opponat, ꝙ iste patricius potuit fugere, & nō fugit, ideo videtur purgare illum metum. Ad hoc respondeo, vt superius in præcedenti dubio respondi, ꝙ istud est falsum, ꝙ potuerit fugere: quia ostium mediæ scalæ erat clausum, & posito: non tñ concesso, ꝙ sciuisset illud fuisse apertum, tñ non potuisset aufugere ab oculis eorum, vt in præcedenti dubio dixi. Facit etiam, quod voluit do. Pe. de Anch. in d.l.2. C. quod met. ca. in suis reportatis, vbi refert Bart. putare, ꝙ semper metus instat, postq̄ causa, ex qua inferebatur, instat: ponit exemplum, cum aliquis tyrānus coegit me ad promittendum. Certè idem dicamus in proposito nostro, ꝙ donec iste patricius stetit in domo ipsius do. Andreæ, semper durauit metus, & per consequens non fuit purgatus metus, & istam. q. vidi sæpenumero versari in facto, & consului. ¶ Et sic ex istis concludo, partes do. iudicis esse in prouinciando hmōi assertum matrimoniū esse ipso iure nullum. Et ita concludo. Andreas Barbatias Doctor & miles. 1469. Die 10. Decembris Venetijs.

EPITOME.

Sortilegia, vel diuinationes, quæ fieri solent, vt furta inueniantur, vel secreta aperiantur, sapiunt hæresim manifestam, & talia facientes possunt per inquisitorem hæreticæ prauitatis puniri.

SVMMARIVM.

Sortes & diuinationes etiam sine inuocationibus dæmonum factæ de se sunt superstitiosæ, & nephandæ. nu. 1.

Sortilegia tunc sapiunt manifestam hæresim, quando in eis consuluntur dæmones. nu. 2.

CONSILIVM LV.

CAsus est talis. Quidam pro inueniendo furta vel sciendo aliqua secreta accipiunt phialam cum aqua communi, & aliquando benedicta, vel aliquod aliud corpus perspicuum. Et puerum vel puellam virginem habentem cereum accensum, & aliquādo benedictum in manu respicere faciunt dictam aquā, vel dictum corpus perspicuum dicendo ista verba, videlicet,

videlicet, Angelo Biancho, Angelo Santo, per la toa santita, & per la mia virginita, monstrame chi ha tolta la tal cosa, e che n'ha fatto. & similia. Et tunc aliquando apparent dumtaxat istis virginibus vmbræ, siue imagines instar personarum, quæ furatæ sunt dictas res, & figuræ rerum ablatarum, & locorum, ubi sunt repositæ, & actuum, quos fecerunt fures in asportando: & etiam figuræ rerum, vel negociorum occultorum, quæ quæruntur. Quæritur, vtrum hæc sapiant manifestam hæresim, ita ꝙ talia facientes, vel fieri procurantes possunt puniri per inquisitorem. ¶ Et videtur ꝙ non: quia sortilegia & diuinationes non pertinent ad inquisitorẽ, nisi quãdo sapiunt manifestam hæresim: sed in casu nostro nihil est, ꝙ sapiat hæresim manifestè, quod probat. Primò: quia non miscentur sacramẽta ecclesiæ, nec consuluntur dæmones, nec sacrificantur, nec suscipiuntur responsa eorum, nec similia, sed inuocatur & consulitur bonus & sanctus angelus, vt patet per verba, angelo sancto &c. qui per suam sanctitatẽ & per virginitatem præcantis obsecratur, vt faciat &c. q non est supra facultatem creaturæ præcipuè angelorum, qui hominibus etiam diuina mysteria aliqñ reuelare solent. ¶ Secundò dato, ꝙ dæmon inuocaretur, adhuc non saperẽt heresim: quia nihil petitur ab eo in casu nostro, quod facultatẽ excedat dæmonum, qui sciunt, quę exterius aguntur circa homines, & multa nobis occulta possunt scire. ¶ Tertiò: quia hic non quæritur aliquod illicitum: sed veritas inquiritur a sciente eam, quam scire aliquando esset vtile inquirenti. vnde non videtur esse peccatũ, & per consequens in casu nostro non est hæresis, & præcipuè talis, ꝙ inquisitor se possit impedire. ¶ Sed pro parte affirmatiua vera Christi Saluatoris nostri inuocato auxilio, pro cuius fide astamus, quatuor ꝑ ordinem annotabo. Primò, ꝙ sortilegia & diuinationes pro furtis inueniendis etiam sine sacrificijs rñsis vel expressa inuocatione dæmonum sunt illicita & prohibita, atq; grauissima peccata. Secũdò, ꝙ sortilegium & diuinatio in casu nostro est grauissimum peccatum sapiens hæresim manifestam & pertinẽs ad inquisitorem. Tertiò respondebo ad rationes in oppositum factas pro parte negatiua falsa. ¶ Quartò ostendam, ꝙ per ignorantiam non possunt se excusare, qui talia faciunt vel fieri procurant. ¶ Quantum ad primum secundùm Doctores theologos religio est virtus, per quam debitũ cultum reddimus Deo, quæ habet vitium quoddam oppositũ, quod est superstitio, quæ exhibet diuinum cultũ, vel cui non debet, vel eo modo, quo non debet. vnde Augustinus in libro de decem chordis tangens primã chordam, qua colitur Deus, dicit, & cecidit bestia superstitionis: hæc enim superstitio secundùm S. Thomam secunda secundæ. q. 92. duas habet species, vt ex dicta eius diffinitione innotescit, vnã, qua Deus verus colitur indebito modo, sicut si q̃s legalia obseruaret, per quæ significatur Christus venturus, ꝙ superstitiosum & hæreticum mendacium est. vnde Apostolus ad Gal. 5. Si circuncidimini, Christus vobis nihil prodest. & in gl. ibidem, & est Augustini ad Hieronymum, legalia obseruata post veritatẽ euangelii diuulgatam, sunt mortifera. Aliud est superstitionis genus: quia diuinus cultus exhibetur, cui nõ debet exhiberi, scilicet cuiquam creaturæ, quod in multas species subdiuiditur secundùm diuersos fines diuini cultus. Ordinatur enim. Primò diuinus cultus ad reuerentiam indebitæ exhibet creaturæ. Secundò ordinatur diuinus cultus ad hoc, ꝙ homo instruatur a Deo, quem colit, & secundùm hoc alia superstitio huius, videlicet superstitio diuinatiua, qua dęmones cõsulit per aliqua pacta cum eis inita tacitè vel expressè. Tertiò ordinatur diuinus cultus ad quandam directionem humanorum actuũ secundùm instituta Dei, qui colitur, & ad hoc pertinet superstitio quarundam obseruationum. hæc ille. & beatus Augustinus in li. de doctrina Christiana, tangit etiam has tres species huius superstitionis, & transcriptiuè habetur in decretis. 26. q. 2. illud vbi dicitur, superstitiosum est, quicquid institutum est ab hominibus ad facienda idola & colenda pertiuens, vel ad colendam sicut Deum creaturam, & hoc pertinet ad primam speciem, s. idolatriam. & infra, vel ad consultationes & pacta quædam significationum cum demonibus placita, atque considerata, qualia sunt molimina magicarum artium &c. & hoc pertinet ad secundam speciem, quæ est diuinatio. Et post pauca subdit, ad hoc etiam genus pertinent oẽs ligaturę, atque remedia, quę medicorum quoque disciplinæ condemnant &c. quod pertinet ad tertiam speciem, videlicet ad obseruationes. deinde in fine eodẽ. c. illud. omnes igitur artes huiusmodi vel nugatoriæ, vel noxiæ superstitionis ex quadam pestifera societate hominum & dæmonum, quasi pacta infidelis & dolosæ amicitiæ constituta penitus sunt repudiandę & fugiendæ a Christiano. idem. 26. q. 5. nec mirum. Noxia autem superstitio dicitur, quæ aliquid manifeste illicitum continet, sicut inuocationes & sacrificia dæmonũ nugatoria. vbi quando quis vtitur aliqua re ad id, ad quod virtus eius minimè potest extendi, tale enim quid in vanum fieri videtur, sicut est superstitio tertiæ speciei, s. obseruationum. Ex quibus patet, ꝙ omnis species superstitionis est de se mala & nephanda, & est perniciosum peccatum: quia secundum sanctum doctorem secunda secundæ. q. 94. sicut religio non est fides, sed fidei protestatio ꝑ aliqua signa exteriora: ita superstitio est quædam infidelitatis protestatio per exteriorem cultũ. Sed successiuè diuinatio, quæ ponitur superius secunda species secundi generis superstitionis subdiuiditur in multas species. sunt enim diuinatores quidam incãtatores, quidam arioli, aruspices, augures, auspices, pythones, sortilegi &c. de quibus. 26. q. 4. igitur, per totum, quæ cum suo genere oẽs transeunt in eandẽ damnationẽ: q̃a perniciosæ sunt oẽs, & infidelitatẽ protestantes per pacta explicita vel implicita cum dæmonibus confœderata, & ideo a dæmonibus & a suis cultoribus sunt inuentæ: vt 25. q. 1. qui sum. & q. 5. episcopi. quapropter merito per diuinam legem prohibentẽ puniuntur huiusmodi. Deutero. 18. nec inueniatur in te, qui lustret filium suum, aut filiã ducens per ignẽ, aut qui ariolos sciscitetur, vel obseruet somnia, atq; auguria, nec sit maleficus, atque incantator, neque pythones consulens, neq; diuinos, & quærat a mortuis veritatem. omnia enim hæc abominatur dominus, & propter istiusmodi scælera delebat eos. & Leuit. 20. anima, quę declinauerit ad magos & ariolos & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meã contra eam & interficiam illum de medio populi sui. Per canones etiam puniuntur grauiter sortilegi, prohibentur & diuinatores &c. etiam sine inuocatione & sacrificijs dęmonum diuinantes. de sorti. c. 1. dicitur sorte furta non sunt requirenda, nec diuinationes aliquas in aliquibus rebus quis obseruare præsumat, qui autem contrafecerit. 40. dies pœniteat. & ibidem. c. ex tuarum. Sacerdos quidam cũ quodam infami ad priuatum locum accessit, non vt dæmonium vocaret, sed vt inspectione astrolabii furtum cuiusdam ecclesiæ posset recuperare, verũ licet hoc & bono zelo & ex simplicitate se fecisse ꝓponat: attamen grauissimum fuit & non modicam inde maculam peccati contraxit, nota cum quodã infa-

infami.i.diuinatore.2.q.8.quisquis.& 3.q.5.Constātinus.vbi habetur,qui ad sortilegos,diuinosque cōcurrunt, nullatenus ad accusationem, vel testimonia sunt admittendi : quia infames sunt,& iustè repellēdi:quia funesta est vox eorum in talibus. & gl. super verbo.40.dies.in c. in tabulis.de sorti. si laicus est,videlicet forte furta requirens.40.dies debet pœnitere:& etiam cōione ecclesiæ priuatur. 26.q.5.aliquanti.Si vero clericus fuerit,grauius punitur:quia beneficio pōt priuari.26.q.5.nō oportet. & clericus consulens sortilegos diuinatores, &c. suspensus ab honore dignitatis suæ in monasterio perpetuæ pœnitentię deditus scælus admissum sacrilegij soluat. c.si quis eps.Item ab ecclesia separātur.c.si quis clericus & auger.sed multo grauius puniuntur per leges ciuiles:quia diuinatores & malefici si ad domū alterius accedunt,debent cremari, & qui eos inuocant post bonorū publicationem relegantur in exilium,vt C.de male.& mate.l.nullus.& in l.nemo.diuinatores plectuntur pęna capitis.Quæ quidem pęnæ non infligūtur nisi pro grauissimis peccatis, nec alicubi in supradictis pęnarū impositionibus fit mētio de cōsultationibus,respōsis, vel sacrificijs dæmonum.sed de meritis,sortilegiis & diuinationibus:qa si immiscerentur cōsultationes,responsa, sacrificia dæmonū & similia,nō esset meri sortilegi & diuinatores:sed sortilegi & diuinatores hæreticales, & sic transirent ad ti.de hæreti.& pęnis hæreticorū,& plectēdi essent,vt in gl.j.§.sanè.c.accusatus. in 6. ¶Nec ob.si opponitur de sortibus sanctorum patrum. 26. q.2.§.ꝙ aūt.vel illud Augustini.sup 1. & in decreta. 26.q.2.sors non est aliquod mali:quia ibidē respondetur in §.iis ita. sed clarius per sanctū Thomā. 2.2. q.92.& post eum p Archi.in d.c.sors.vbi colligit, ꝙ si quis ea intētione sortibus vtaẗ solū, vt ex fortuna sortiatur effectū, ꝙ habere locū pōt solū in sorte diuisoria,non vř hře,nisi forte viciū vanitatis? sicut si aliqui volentes aliqđ cōcorditer diuidere,velint sortibus ad diuisionē vti,quasi fortunæ exponentes, vt quisquā partem accipiat. Itē si necessitas immineret,licitū esset cū debita reuerentia sortibus diuinū iudiciū implorare, exēplū ponit Augustinus in epistola ad Honoratū, vbi dicit. Si inter Dei ministros sit disceptatio, qui eorum persecutionis tempore maneant,ne fuga oīum,& qui eorū fugiāt, ne morte oīum deseratur ecclesia,si hæc disceptatio aliter nō pōt fieri,quantū mihi vř,qui maneant:& qui fugiant, sorte eligendi sunt. Et in primo de doctrina Christiana dicit.Si tibi abūdare aliquid,quod oporteret dari ei,qui nō hřet,nec duobus dari potuisset, si tibi occurrerent duo, quorū neuter aliū vel indigentia,vel erga te aliqua necessitate superaret nihil aliud iustius faceres,q̄ vt sorte eligas,cui dādū esset, qđ dari vtriq; non posset.Potest tñ ex hoc, videlicet qn̄ sortibus diuinū iudicium imploratur, quatrupliciter peccatū incidere.Primo,si absq; vlla necessitate ad sortes recurratur,hoc aūt vř ad Dei tentationem pertinere,quæ prohibetur in euāgelio Mat. 4.vbi dř,non tentabis dn̄m Deum tuum. idem. 23. q.8.si nulla.& 2.q.5.monomachiam. Scdō si quis ēt in necessitate,sed sine reuerentia sortibus vtitur. vn̄ Beda super actibus Apostolorū, & transumptiuè in decretis. 27.q.2.nō exēplo.Si qui necessitate aliqua compulsi putāt Deum exemplo Apostolorum esse consulendum videant hæc ipsos apostolos non nisi collectio fratrum cetu & precibus ad Deū fusis egisse.Tertiò si diuina oracula ad terrena negocia conuertantur. Augustinus ad inquisitiones Ianuarii. & 26.q.2.hi qui.ista mihi displicet cōsuetudo ad negocia seculari,& ad huius vitæ vanitatē diuina oracula velle conuertere. Quartò si in electionibus ecclesiasticis, quæ spiritussancti inspiratione fieri debent,aliqui sortibus vtantur, vt de sorti.c.vltimo.vñ Beda super actibus apostolorū. Matthias ante Pētecosten ordinatus sorte quæritur.quia. s.nondū erat plenitudo spiritussancti in ecclesia effusa. Septē aūt Diaconi postea non sorte,sed electione discipulorū sunt ordinati.Sed secus est in temporalibus dignitatibus,quæ ad terrena disponenda ordinatur,in quarum electione plerunque homines sortibus vtūtur sicut in temporaliū rerum diuisione.In qbus,videlicet duobus casibus sors non prohibetur,intelligendo semper,dummodo non interueniant superstitiones,alioquin semper sunt noxiæ, vel nugatoriæ illæ diuinationes,nec carent dæmonū suggestione. 26. q.2.c.illud.in fi.& q.5.nec mirum.vnde patet, quomodo & quando sortibus vti licet,& quomodo sancti patres sortibus vsi sunt,& qūo nobis nō licet mō eos vsquequaq; imitari:quia, vt Beda dicit.c.nō exēplo allegato.26.q.2.non nota.non exēplo Matthiæ, vel quòd Ionas propheta sorte deprehēsus sit, indifferenter sortibus est credendum,cū priuilegia singulorum, vt Hierony.ait, cōem legem oīno facere nō pn̄t.& 16.q.j.hinc est. §.j. non enim,ꝙ vni sigillatim conceditur,statim oībus cōuenit, & priuilegia sunt leges priuatorum.Dy.in c.priuilegia. Ex quibus omnibus de necessitate concludit,ꝙ sortes & diuinationes pro furtis inueniendis etiam sine inuocationibus & sacrificijs dæmonum de se sunt superstitiosæ & nephandæ,atq; a lege diuina & humana meritò prohibitæ,& punitę sicut grauissima peccata. ¶Secunda
1 † videlicet conclusio principalis decisiua huius q.ꝙ s.in casu nostro est grauissimum peccatum, & tale,quod sapit manifestā hæresim: sequitur correlariè ex supradictis,ꝙ sic deducitur:quia in eo cōcurrūt diuersæ species diuinationum superstitiosæ atq; hæreticales.Primò ibi est superstitiosum sortilegium:nā sors iuxta sanctum Thomā secunda secūdę.q.95.& Archi.in c.idræ.26.q.2.propriè dř, cū aliquid fit,vt eius euentu considerato aliquod occultū innotescat, quod inuenitur in casu nostro:quia ibi a virgine dn̄r verba,accenditur cerens,inspicitur aqua benedicta,vt vmbræ,siue imagines appareant in aqua,quibus consideratis innotescat occultum, videlicet quis furatus fuerit rem, vel aliquid aliud. Et hæc verba. Angelo Biancho, Angelo Santo, ad superstitiosam incantationem pertinent: quia incātatores sunt,qui artem verbis peragunt.27.q.4.igitur. & ꝙ in aqua fiat diuinatio ista per imagines apparētes pertinet ad Idromantiam, vt enim Idromantia est in aquarū inspectione vmbras dæmonum euocare,& imagines ac ludificationes eorum videre,vt 26.q.5.nec mirum.illa etiam apparitio vmbratum, siue imaginum ad pręstigium dęmonū pertinet.est etiā dictū pręstigiū : qa præstringit aciem oculorū, vt d.c.nec mirum.quæ oīa ad artē magicā & maleficam noscuntur pertinere,vt 26.q.2.illud.& q.5. nec mirū.dř in principio,magi sunt, qui vulgò malefici ob facinorū magnitudinem nuncupantur,ij sine pmissum Dei elementa cōcutiunt,turbant mētes hominū minus confidentiū in Deo . Itē Leo Papa eps Britannis.sortes,quibus cūcta vos vestris determinatis prouinciis,quas patres damnauerunt nihil aliud q̄ diuinationes & maleficia esse decernimus. & de sortile.c.j.In tabulis,vel codicibus,aut aliis sorte furta non sunt requirenda.nec diuinationes aliquas in aliquibus quis obseruare pręsumat.Ecce q̄ clarè patet in casu nostro concurrere superstitiones, sortilegium,diuinationē,maleficiū,incātationem, Idromātiam prohibitas,atq; ad artē magicam pertinentes,quæ sunt ꝯ legem diuinam & humanam, videlicet canonicam & ciuilem,vt supra oñsum est. Sed ꝙ

huiusmodi

huiusmodi in casu nostro sapiant hæresim manifestè non minus liquet ex prædictis, hoc tamē sic dedu
2 citur. Sortilegia & diuinationes †tunc sapiunt hæresim manifestè, qñ in eis reperitur dæmones consulere, sacrificia eis offerre, eorum rñsa suscipere, circa aras idolorum nepharias preces emittere, & hmōi, vt Io. An. in gl. in §. sanè. c. accusatus. in 6. & idē Arc. ibidem. & do. Abb. de sorti. c. in tabulis. & alij doctores canonistæ q̃ plures, quæ oīa reperiuntur in casu nostro, quorū vnum sufficeret ad hoc, ꝙ sortilegiū & diuinatio aliquā saperet hæresim. ergo in casu nostro est hęresis; & probatur inductiuè in singulis. Primo: quia hic nepharias preces emittunt, videlicet hæreticas obsecrationes dicendo. Angelo Biancho, Angelo Santo, per la tua Santità, & per la mia virginità monstrame, &c. quę sunt ꝑces nepharię: qa hęreticę dæmonibus porrectæ. & ponitur dicta phiala aquę in aliquo loco, ad quā dictæ preces emittūtur, quæ est ad instar aræ: qa nihil refert, an aliquid fiat, vel eius simile, vt in gl. in c. ideo. di. 37. & 86. dist. c. pasce. & 11. q. 3. existimant. ꝙ enim istæ preces sint nephariæ ex duobus principaliter patet, licet multipliciter hoc innotescere potest. Primò sunt hæreticæ: quia dæmonem sanctum appellāt, & suā sanctitatē obsecrant, ꝙ est hęreticum, quia ꝯ sanctas scripturas & decreta sanctæ ecclesiæ, quæ illū spiritum immundum appellant, sicut verè est. vnde verba Chri in euangelio Matthæi. 12. cum immūdus spūs exierit ab hoīe. & Marci. 1. & erat in synagoga eorū hō in spū immundo, & alibi dedit eis ꝑtātē spirituū immundorū, dr̄ ēt spiritus mēdax. 2. paralip. 18. ero spiritus mendax in ore oīum prophetarum, & spūs malus. Ier. 18. inuasit spūs Dei malus Saul, & spūs neq;. 1. Reg. 16. agitabat Saul spiritus neq; a dño. 26. q. 6. nec mirum etiam dr̄ spūs immundus videlicet hæc potestas, ideo datur immūdus spiritus &c. vnde fm Hierony. & hr̄ in decretis. 11. q. 3. existimāt. negatur per mendaciū veritas, per turpitudinē sanctitas, sic ergo scriptura negat dęmones sanctos, cuius ꝯrium credere se asserunt, qui sanctitatis titulo illum inuocant, atque venerantur. Itē talis obsecratio est inuocatio, quæ in sacra scriptura inter actus latrię ponit, qui ad solius veri Dei cultum ptinent. vnde Genesis. 4. Iste incipit inuocare nomen Dñi. gl. i. colere & deprecari, & ad Ro. 10. oīs qui inuocauerit nomen Dñi saluus erit. gl. dicit inuocauerit, se subiiciendo & colendo D. Papias exponēs quid est inuocare, dicit inuocat, adorat supplicat, prece poscit, & inuocare pręcipuè est actus latriæ Deo exhiberi in psalmis. Inuoca me in die tribulationis tuę & honorificabis me, & honorem tanq̃ Deo soli debitū prohibetur inuocatio dæmonibus exhiberi, iudicum. 10. Item & inuocare Deos, quos elegistis, ipsi vos liberent in tēpore angustiæ, & in 18. dixit Helias sacerdotib⁹ Baal inuocate noīa Deorū vestrorum, & ego inuocabo nomen Dei mei. Secundò sunt nephariæ: quia dæmonibus fiunt illæ preces. & per ꝯñs hæreticales, vt probatum est. Hoc ēt ostenditur, quia illi fiunt preces & inuocationes hmōi in casu nostro, a quo fit effectum & complementū huius sortilegii: sed hoc fit virtute dæmonū, vt patet in d. c. illum. 26. q. 2. in fi. & c. qui sine. & q. 5. nec mirum. & ēt. j. patebit. Inuocatio ergo in casu nostro, siue preces ibidem emisse, sunt nephariæ, quia hæreticæ, & quia dęmoni porrectæ, & ēt propter alia adiuncta, vn̄ cōuincitur, ꝙ sapiant hæresim. Secūdò est in casu nostro dæmones consulere, cum dr̄, monstrame chi ha tolto la cosa. & eorum responsa suscipe, quando imagines ludificationis eorum vocatæ per dictam incantationem & hæreticam obsecrationem expectantur, & videntur, quæ sapiunt hæresim manifestè, & inducta gl. §. sanè. c. accusatus. in 6. & S. Thomas secunda secundæ. q. 95. dicit, ꝙ ad cultum Dei pertinet aliquid dupliciter vno modo, cum aliquid Deo offertur vel sacrificiū, vel oblatio, vel aliquid huiusmodi. alio modo cum aliquid diuinum assumitur, sicut in iuramēto. Et ideo ad superstitionem pertinet non solū cum sacrificium dæmonibus offertur per idolatriam: sed etiam cū aliquis assumit auxilium dęmonum ad aliquid faciēdum vel cognoscendum. hæc ille. Et vtrūque est in casu nostro candelæ accensæ. s. oblatio, & assumptio auxilij dæmonum ad cognoscēdū occulta. Ad hoc etiam tex. sancti Isidori. 37. dist. j. c. ideo. videlicet. Non enim solum thura offerendo dæmonibus imolatus, sed etiam eorum dicta libentius capiendo, & gl. ibidem sup verbo thura. dicit, non refert, an aliquid fiat, vel eius simile. Et etiam hic candela accensa, quæ manu tenetur virginis imprecantis, ꝙ ad oblationem & sacrificium pertinet, & per consequens idolatriam sapit & hæresim consequēter. Item oēs prædictæ superstitiones ad artem magicam pertinent. 26. q. 2. illud. & q. 5. nec mirum. & patet in libris magicis & nigromāticis, qui hmōi supstitionibus pleni sunt. sed ars ista tota hęreticalis est. vnde S. Thomas in secundo sententiarū. di. 7. ar. vlt. dicit. Sicut grauiter peccant, qui id, qđ est Dei, creaturæ impendūt per idolatriæ cultū: ita grauiter peccant, qui ea, quæ a Deo petenda sunt auxilio dæmonū implorant, & hmōi est vaticinatio de futuris, similiter & in aliis operibus magicis, in quibus complementū operis ex virtute dæmonū expectatur. in omnibus enim est apostasia a fide pp pactū initum cū dęmone vel verbotenus, si inuocatio intersit, vel facto aliquo, ēt si sacrificia desint. non enim pōt hō duobus dñis seruire. Mat. 6. hæc ille. apostasia. n. a fide in Christiano hæresis est. & 26. q. 6. episcopi. concilium Aquilensę mandat epis, quatenus studeant, vt pernitiosam & a Zabulo inuentā sortilegam & magicā artem ex parrochiis suis penitus eradicent. & si aliquem virū, aut mulierē hmōi scæleris sectatorem inuenerint turpiter dehonestatū, de parrochiis suis deiiciāt. ait enim Apostolus, hæreticū hominē post primam & secundā correctionē deuita sciens: quia subuersus est, qui eiusmodi est: subuersi ēt sunt & a Diabolo captiui tenentur, qui relicto creatore suo Diaboli suffragia quęrunt. & ideo a talibus dēt mūdari sancta ecclesia. hæc ibi. Si verò magici & sortilegi non essent hæretici, non allegaret sacrum cōciliū ad propositū dictum verbū Apostoli. hæreticum hominem &c. & 26. q. 7. non obseruetis. prohibentur obseruationes dierū ægyptiaticorū calendarum Ianuarii, sortes, & quæcunq; diuinationes, & tandē subiūgitur, videlicet, qui aūt talibus credūt, aut ad eorum domū euntes, aut in suis domibus introducūt, & interrogant, sciant se fidē Christianam & baptismum præuaricasse, & vt paganū & apostatam. i. retro obeuntē & Dei inimicū irā Dei in æternū grauiter incurrisse. Ex quibus oībus ꝯcluditur in casu nr̄o sunt sortilegiū, & diuinatio superstitiones magicæ sapientes manifestè hæresim. ¶ Sed pro tertio principali ad rationes in oppositū factas pro parte negatiua falsa restat rñdendū. Et primo ad illam, a qua dependēt oīa accusationis diuerticula. videlicet, ꝙ non inuocantur dęmones in casu nostro: sed Angelus Beatus, in signum cuius appellant sanctum, & per suā sanctitatem obsecrant, & per virginitatem imprecantis, quas res dæmones oderunt. Rñdetur, ꝙ vt declaratū est per authoritates sanctæ scripturę, & decreta sanctę ecclesię, atq; per rōnes theologorū in casu nostro sunt diuersæ spēs diuinationū superstitiosę & magicæ, quæ euentum accipiunt & complementū ex operatione dæmonū. s. 26. q. 2. illud c. qui

qui si sine.& q.5.nec mirum. Itē sortilegium hoc est
grauissimū peccatū, cui complemētū nihil præbere
pōt, nisi malitia hoīs, vel Diaboli: sed hoc præstigiū,
& huius sortilegii effectus nō pōt fieri ab hoīe, ergo
a Diabolo, qui tentator est & aduersarius nr̄, qui cir
cuit semper, quęrens quē deuoret.j.q.5.& 3.q.j.nul
li.nec pp hoc minus vr̄ inuocatus Diabolus: qa san-
ctus appellatur, & p sanctitatē & virginitatē obsecra
tur, vel adiuratur.& sic inuocatus rn̄det p imagines
in aqua bn̄dicta ad cereū accēsum.immo p hoc ma
gis Diabolus esse detegitur, nititur enim sic transfi-
gurare se in Angelum lucis, vt hoīes decipiet, vn̄ d.
c.nec mirū.dr̄, hæc ptās iō datur immūdis spiritib',
vt puersos sibi aptēt, hoc est prauos hoīes seducāt,
illos scilicet, qui spernūt veritatem, & credunt men
dacio, & iuxta Pauli sn̄iam, sanam doctrinā non fue
rūt &c. Sed per hoc quo magis latere putat, fallacia
illius clarius innotuit. Sunt pleni, vt dictum est ma-
gicorū libri talibus laudibus, obseruationibus, obse
crationibus, & superstitiosis ceremoniis, quibus ille
maliciæ artifex se cogi mētitur, & sine quibus voca-
tus non venit. Pro cuius declaratione quantum ad
præsens sufficere videbitur, vel pauca annotabo. S.
Tho.in qōnibus de potētia Dei.q.6.dicit, ꝙ licet dæ
mones incorporei sint, tn̄ alliciuntur corporalibus
rebus pp tria. ¶ Primo: quia per hmōi res corpora-
les sciunt facilius posse cōplere effectū, ad quē inuo
cantur, & hoc appetunt nisi, vt eorū virtus admira-
bilis habeatur, & pp hoc sub certa cōstellatione ad-
uocati magis adueniunt: quia tunc facilius efficiūt,
quod petitur ab eis, videlicet sub illis cōstellationi-
bus, quas sciunt influere effectibus, ad quos inuocā
tur.& iō in casu nr̄o phiala cū aqua requiritur, vel
aliquid hmōi, in quibus præstigia illarū imaginū fa
cilius efficiuntur. ¶ Secundò alliciuntur dæmones
rebus corporalibus, videlicet sacrificijs, oblationi-
bus, laudibus, inuocationibus, & huiusmodi, inquā
tum hmōi corporalia sunt signa aliquorū spiritua-
lium, quibus delectantur. vn̄ Aug. 21.de ciui.Dei.al-
liciunt dæmones his rebus nō tanq̄ animalia cibis:
sed quasi spiritus signis: quia enim hoīes in signū su
biectionis Deo sacrificium offerūt, & prostrationes
faciunt, gaudent huiusmodi reuerentiæ signa exhi-
beri, alliciuntur autem diuersi dęmones diuersis si-
gnis, secundùm ꝙ diuersis vicijs ipsorum magis cō-
ueniūt. vnde ad magnificam artē aliquādo ieiunia,
missas, orationes, plerunq; eleemosynas, vota, lau-
des, cantilenas, psalmos & similia, quæ oportet ad-
hibere, &(quod execrabile est) aliqn̄ corpus Christi
vel sanguinē.chrisma, oleū sanctū baptismū huic ar
ti nephādæ immiscēt ad iniuriā sacramentorū, & fi
dei nostræ: & qa talia ad laudē Dei fieri cōsueuerūt,
vel Deo offerri. vnde in casu nostro cereus accēsus
aliquando benedictus, qui in Dei sacrificijs & laudi
bus accendit.& aqua benedicta, quæ in diuino offi-
cio contra diaboli insidias, & ad deletionem pecca
torū venialium spargit super homines, nepharij er-
go sunt fm canones huius generis sortilegi. ¶ Ter-
tiò alliciunt his corporalibus rebus, inquantum ho
mines per eas in peccatum inducuntur. vnde est, ꝙ
aliciuntur mendacijs & his, quæ homines in erro-
rem & in peccatū inducere possunt: vnde plerunq;
adiurati per diuinam Maiestatem citius adueniunt,
vt dent intelligere, ꝙ a diuina iustitia non sunt ex-
clusi, ac per hoc homines ad amicitiā atq; admira-
tionem sui trahant, & p imprecantis virginitatem
inuocati veniūt, vt ex hoc in suæ diuinitatis opinio-
nem hoīes adducant, quasi mundiciam ament. Et
(ꝙ maius est) aliqn̄ incitatus aliquis arte magica ad
turpem amorē, eadem arte violentia incitationis il
lius soluitur, vt dæmones per hoc ꝙ vel malum im-
pedire vel ad bonū cooperari videantur, & facilius
hoīes ad sui familiaritatem, vel diuinitatis extima-
tionem alliciāt. Hinc est, ꝙ in casu nr̄o perniciosum
& hæreticum mendacium interponitur, videlicet
qn̄ Angelus Sanctus appellatur, & obsecratur p suā
sanctitatem & virginitatem imprecantis, quatenus
homines sic ad sui familiaritatem facilius trahant,
& in pessimā hæresim inducant, ꝙ credant hoīes, ꝙ
ipsi dęmones virginitatē & mundiciam ament, san
ctitate polleant, sacris rebus, videlicet aqua benedi-
cta & cereo benedicto delectentur, qui sunt nequis-
simi spiritus immundaciæ amatores & oīs sanctita-
tis extorres, & sanctorum semper inimici & aduer-
sarii: sicut tā in scriptura sacra, q̄ in decretis sanctæ
ecclesię, & in dictis sanctorū doctorum inuenitur in
multis locis: sed solū iis delectantur ad fallendum
homines, quorū saluti sic insidiātur, vt sacris rebus,
quas oderunt, ipsi dæmones alliciantur, & delecten
tur eatenus, quatenus ad nr̄am perditionē, & ad in-
iuriam Dei & Christianæ fidei ptinere possint, dum
hoīes sic ipsis rebus sacris abutant. sic ēt ille callidus
hostis Saulē Regē dū de exitu belli ꝯ Philistæos py-
thonissam cōsuleret illū in forma Samuelis inuoca
tus & apparens.j.reg.28.vnde 26.q.5.nec mirū. ipse
Satanas transfigurat se in Angelum lucis, vt ei erro
rem facere, in quo glorificaret in habitu viri iusti &
noīe se subornauit. vnde sequitur, ꝙ dæmon in casu
nostro inuocatus non obstāte ꝙ sanctus appelletur,
& p sanctitatē & virginitatē obsecratus, & cū aqua
bn̄dicta & cereo bn̄dicto; qa hūc ritū ars illa nephā-
dissima sibi instituit dæmonibus, vel p se vel p suos
cultores authoribus ex causis supra dictis. Sed ꝙ effe
ctus, siue complementū huius diuinationis fieri nō
possit ex operatione beatorū spirituū, nec Christia-
no sperare liceat, vel credere, ꝙ fiat, nō vr̄ omitēdū,
qđ scribit. S. Thomas in qōnibus de potētia Dei. q.
6.ostēdit duobus mediis, ꝙ effectus magicarū artiū
nō fiunt per spiritus iustos & bonos. Primo: quia bo
ni spūs familiaritatē suā scæleratis hominibus non
exhiberent, quales sunt plerūq; magicarū atriū exe
cutores. Secundò: quia nō cooperarent hoībus ad
illicita ppetranda, quę latius declarat idē doctor san
ctus in secundo sn̄iarū.di.7.vbi ostenditur, quomo-
do boni Angeli peccare nō pn̄t: qa non sunt viato-
res, sed finē vltimæ btītudinis sunt adepti. mortuus
enim fm Philosophum non est reparabilis. unde q
per lumen gloriæ pfectè vltimo fini coniunguntur
persanctionē plenā eius bonitati toti effecti in ꝯriū
flecti non pn̄t, hoc etiam Aug. dicit.11. super Genesi.
ad literā. nā, quæ peccare non pōt, in Sanctis Ange-
lis est, & vbi supra dicit idem doctor sanctus, impos-
sibile est voluntatē indeclinabiliter adhęrentē recto
fini procedere ad peccata, ita in econtrario, imposſi
bile est a voluntate adhærēte incōuersibiliter puer
so fini ad aliquod rectum opus prouenire. vn̄ Augu.
de fide ad Petrū, dæmones nec mala voluntate care
re possunt, nec pęna: quapropter impossibile est, ꝙ
Angeli Beati peccent, vel operibus, quæ sunt ad in-
iuriam Dei, vel quæ ad damnationē nostram psint
ita, ꝙ efficaciam præstent, sicut sunt sortilegia, & di-
uinationes prohibitæ a lege diuina & humana: im-
mo sunt administratorii spiritus in ministeriū missi
pp eos, qui hęreditatem capiunt salutis. & sicut di-
cit Hiero. ad custodiā cuiuslibet hominis deputatus
est vnus Angelus, qui hominem in bonis dirigit, &
ab insidiis dæmonū custodit. vnde in psalmis. Ange
lis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus
vijs tuis. & 4.Reg.6. Helisæus ppheta dixit ministro
suo timeti de inimicis, noli timere: plures enim no
biscum sunt, loquendo de Angelis. vnde non pstant
cām, & totū cōplemētū, tam nefando scæleris, sicut
in

in casu nostro, item San. Thomas in quæstionibus de veritate. quæstio. 34. & in quæstio. de malo. q. 22. dicit. Errauit Origenes existimãs cuiuslibet causatiuè liberum arbitrium in quolibet statu esse vertibile ad bonum & ad malum. vnde putauit, quòd dęmones quandoque per liberum arbitrium possent redire ad bonum, & per diuinam misericordiam veniam consequi peccatorum. Sed August. dicit 21. de ciui. Dei. Origenem propter hoc & propter alia nõ nulla reprobauit ecclesia: quia hoc, quòd misericors videbatur, amisit, faciendo sanctos veras miserias, quibus pœnas luerent, & falsas beatitudines, in quibus verum & securum, hoc est sine timore certum & sempiternum & verum gaudium non haberent. ponebat enim eadem ratione, quòd etiam boni Angeli, & homines beati quandoque possent per liberum arbitrium peccare, & ita a beatitudine recedere, quòd manifestè contrariatur sententiæ domini dicentis, ibunt ij in supplicium æternum: iusti autem in vitam æternam. Matthæi. 25. nec mirum. probat August. quòd qui resuscitatus per pythonissam Samuel videbatur, erat dęmon. vnde ibidem dicitur, quomodo poterat fieri, vt arte magica attraheretur vir a Natiuitate sanctus & vitæ operibus iustus, atsi non attractus est, consensit, quod vtrunque de iusto credere aduersum est: quia qui hinc iustus recedit, permanet iustus, porrò hoc est præstigium Satanæ, quo vt plurimos fallit etiam bonos habere in potestate se confingit verè. tex. iste probat, imposspossibile esse, quòd vir iustus post mortem attrahatur magicis artibus, vel speret præsidium de rebus illicitis. Idem de beatis Angelis, qui vtique finem beatitudinis adepti sunt, immo magis potius de beatis Angelis, quã tunc de Samuele manifestum est: quia Samuel tunc erat in limbo, dum prædicta fierent, & nedum beatificatus Dei personam fuerat consecutus. Qui ergo huic errori inhęrere vellet, quòd videlicet Angeli beati complementum darent dictis sortilegijs & diuinationibus, & ideo eos ad hoc inuocaret, in damnatum hæresim Origenis incidisse conuinceretur, quòd est non minus hæreticum, quàm dęmonem per sanctitatem suam inuocare, vt supra. vnde vel dęmonem inuocant in casu nostro, vel Origenis hæresim profitentur, quòd magis nephãdum est, igitur euacuata est excusatio sortilegiorum in casu nostro, qui bonos Angelos inuocare se aliquando forte non dicere putant, sed mentiuntur. Ad secundum, quod obijcitur dato, quòd dęmon inuocaretur in casu nrõ: tamen non petitur ab eo aliquid, quod excedat facultatem creaturæ, immo suam: quia dæmones sciunt, quę exterius aguntur circa homines &c. Respondetur, quòd sicut dicit domi. Dominicus in §. sanè. cap. accusatus, in 6. si per modum imperij dęmon inuocaretur, vt aliquem tentaret ad libidinem, non saperet hæresim, quòd tamen propriè non est inuocare, vt supra ostensum est. Sed si in talibus consultationis dæmonum responsa, sacrificia, & huiusmodi interueniãt sicut in casu nostro, semper sapiunt hęresim. Ad vltimum argumẽtum, quòd arguitur, quòd hic non quæritur aliquod illicitum, sed veritas a sciente eam, quam scire aliquando esset vtile quærenti. quapropter non videtur esse peccatum &c. respondetur, quòd tam diuina lege, quàm humana prohibitum est, aliquam veritatem addiscere a dæmonibus, Deuter. 18. non inueniatur in te, qui ariolos sciscitetur, nec diuinos consulat, & Leui. 19. non declinetis ad magos, neque ab ariolis aliquid sciscitemini, ego enim dominus. ostensum est enim, quòd hoc est pactum inire cum ipsis, quod propheta detestatur Esa. 28. percussimus fędus cum morte, & cum inferno fecimus pactum, & Apostolus. i. ad co. in 10. nolo vos fieri socios dęmoniorum, & Marci. i. Et erat in sinagoga eorum homo in spiritu immundo, & exclamauit dicens, quid nobis & tibi Iesu Nazarene venisti ante tempus perdere nos: scio, quod sis sanctus Dei. & comminatus est ei Iesus dicens obmutesce. Ecce hic vera dicit dæmon, dum Christum Deum prædicat, tamen mandat illi Iesus, ꝙ sileat, super quo verbo dicit Athanasius, quamuis igitur dæmon vera fateretur, compescebat tamen eius sermonem, ne simul cum veritate etiam suam iniquitatem promulget, vt nos etiam assuefaciat, ne curemus de talibus, & si vera loqui videatur. nephas est enim, vt cũ adsit nobis scriptura diuina, instruamur a diabolo, nec excusatur hoc scælus propter vtilitatem quærentis: quia nulla vtilitas tẽporalis comparari potest detrimento salutis, quod imminet ex inquisitione furtorum, siue occultorum per sortes & diuinationes supradictas, quod cedit etiam ad iniuriam creatoris, a quo peti debent, quæ sunt supra hominem modo licito, vt dictum est. vnde Esa. 8. expectato dominum: quia abscondit faciem suam a domo Iacob, & præstolabor eum. ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi dominus in signum & in portentum Israel a domino exercituum, qui habitat in monte Sion. Et cum dixerint ad vos, quęrite a pithonibus etiam diuinis, qui strident in incantationibus suis nunquid non populus a Deo suo requiret visionem pro viuis ac mortuis ad legem magis, & testimonium. Et negatur, quòd hic nõ quæritur aliquid illicitum, quia quæritur reuelatio occultorum, quę Deus suo iudicio reseruat. vnde Stephanus Papa. secunda quæstio. quinta consulisti. Spontanea enim confessione, vel testium approbatione publicata delicta habito pro oculis Dei timorem commissa sunt regimini nostro iudicate, occulta vero & incognita illi sunt relinquenda, qui solus nouit corda filiorum hominum. & 32. distinctio. cap. erubescant. Secretorum cognitor, & iudex est Deus. ¶ Sed tunc restat quęstio quomodo ergo possunt dęmones talia reuelare, quę Deus suo iudicio reseruat: quia inuocati in casu nostro vera sæpe ostendunt: respondetur in decretis. 26. quæst. quinta, nec mirum. in fine, hoc permissu Dei fit, vt ipsi, qui audiunt, vel vident, probentur, & appareant quali fide sint, vel deuotione erga Deũ, vnde Deuter. 13. legitur. Moysen ex verbo domini populo Dei præcepisse, dicens. Si surrexerit in te propheta, aut qui somnium se vidisse dicat, & prædixerit in te propheta signum, atq; portentum, & euenerit, quod locutus est, & dixerit tibi, eamus & sequamur Deos alienos, quos ignoras, & seruiamus eis, non audies verba prophetæ illius, aut somniatoris: quia tentat vos dominus Deus vester, vt palam fiat, vtrum diligatis eum, an non in toto corde vestro, & in tota anima vestra dominum Deum vestrum sequimini, & ipsum timete, & mandata ipsius custodite, & audite vocem eius, ipsi seruietis, & ipsi adhærebitis, vnde finis huius sortilegij in casu nostro manifestè probatur esse illicitus, quòd si in se licitus esset modus, tamen inquirendi in casu nostro hæresim sapit manifeste, vt ostensum est. ¶ Sed vltimum principale nunc breuiter restat declarandum, tanta est copia peritorum virorũ tam in Theologia, quàm in vtroque iure, tot prædicatores, tot confessores docti, præcipuè Bononiæ, & tam frequẽter prędicatur etiam contra sortilegos, diuinatores, magicos, nigromanticos, & huiusmodi homines, quòd nullus sanæ mentis possit ista nisi per affectatam, vel crassam, & supinam ignorantiam ignorare. vnde August. in lib. quæstionũ, & transsumptiuè in decretis. 37. dist. §. vt itaque. in fi. Non omnis ignorans immunis est, a pęna, ille enim ignorans potest

excusari a pœna, qui quod disceret non inuenit: illis autem hoc ignosci non poterit, qui habentes, a quo discerent, operam non dederũt. & in gl. ibidem, nec excusatur quis per ignorantiam, qui habere potest copiam peritorum. ff. de iur. & fact. igno. l. 1. vel sua prudentia facile potuit illud scire. C. de ingenu. ma. l. 3. ff. quis or. in bon. po. ser. l. 2. §. in bonorum. potest enim quis mediocris prudẽtiæ perspicere, ꝙ in casu nr̃o in graue peccatum, & in virtute demonum sit effectus, qui expectatur: quia talia sunt prohibita a lege diuina & humana, & per constitutiones sinodales episcopatus Bononiæ est apposita pœna excommunicationis talia exercentibus. Item prędicatur sępe contra incantatores &c. Item sunt multæ superstitiones in casu nostro. videlicet virgines, aqua benedicta, cereus, & verba determinata quę si omittuntur, nõ venit effectus sortilegij, quæ omnia indicant operationem dęmonum. Item quia iste modus inueniendi furta, vel sciendi occulta non est traditus a sanctis patribus, nec inuenitur in sacra scriptura, & ideo superstitiosus & suspectus vnicuiq; Christiano esse debet. 2. q. 5. consuluisti, quòd enim sanctorum patrum documento sancitum non est, superstitiosa adinuentione non est præsumendũ. Item quia vmbræ: siue imagines apparentes in casu nostro sæpe sunt mendaces, & culpant innocentes, quòd maximè indicat opus esse diaboli, quid mendax est, & pater eius. Ioan. 8. & (vt dictum est) Deus, boni Angeli, & animę beatę non possunt mentiri. Ex quibus omnibus concluditur, sortilegium hoc, videlicet in casu proposito sapit hæresim manifestè, & talia facientes per inquisitorem hereticæ prauitatis puniri possunt &c. Andreas Barba. Pro fratribus Sancti Dominici super hæresim.

SVMMARIVM.

Ambassiata procurata non confert emolumentum. nu. 1.

CONSILIVM LVI.

EGo vehementer admiror, quòd isti asserti oratores ita obstinatè se habẽt aduersus suam patriam, petendo id, quod eisdẽ iustitia denegat, nec ponunt ante oculos illud, quod iurisconsulto venit in ore, in l. 1. §. si eam, ver. reipublicæ nascimur. ff. de ven. in poss. mit. & Romanus orator in lib. de officijs. vnicuique nr̃m chari sunt parentes, chari sunt liberi & familiares &c. Et in quarto rheticorum, nullum periculũ graue pro patria putãdum est. Et qui id fugiunt, stulte faciunt, & ingrati in ciuitate reperiuntur, & in lib. de somnio Scipionis, omnibus, inquit, qui patriam auxerint, adiuuerint, atque seruauerint, certum esse in cœlo diffinitum locũ, in quo beati sempiterno æuo fruuntur: & Cordubensis altus ille vates de Catone in secundo dicere solet. vrbi pater est, vrbique maritus, patriæque impendere vitam. l. minimè. ff. de relig. & sumpt. fune. ideo de iuregentium monemur patriæ obedire: vt l. veluti. ff. de iustit. & iur. & philosophiæ parens doctissimus apud grecos Plato aiebat, nõ nobis solis nati sumus. ortus enim nostri partẽ patria vendicat: refert idem Romanus orator libro officiorum in princ. est pro certo omni philosophia & minerua indignum, ꝙ ita auarè, & impiè ij viri se habeant aduersus patriam, ideo ad eorum auaritiam confundendam, & abijciendam demonstro ad oculum nullam iustitiam fouere hoc modo, vbicunq; ambassiata est procurata ab eo, qui onus legationis suscipit, non præstat commodum, nec priuilegium, nec fauorem, nec stipendium, nec aliquid, & ad hoc adduco l. & qui data opera, ff. ex qui. mod. cau. in integ. restit. & quod voluit antiquus & solennis doctor Ioann. Fasioli doctor Pisanus, quem refert & sequitur Bart. in l. si seruus. §. quòd autem. ff. de fur. vbi fecit hanc dist. aut ambassiata fuit procurata, & tunc non consequitur commoda ambassiatoris. ideo si fuit spoliatus in itinere, sibi imputet, allegat. l. tria sunt onera, in vers. affectata. ff. de excu. tuto. aut non fuit procurata, & tunc secus, ita sequitur Bart. illam dist. Et adduco, quod voluit Ioan. de Imo. in cap. de cætero, de cleri. non resi. vbi probatur, quòd qui est in seruitio prælati dicitur residere in ecclesia, & percipit fructus tanquàm residens. Ioan. de Imo. ibi dicit, illud esse limitandum, nisi clericus habens beneficium procurauerit ire ad seruitium prælati: quia tunc non percipiet fructus beneficij, tanquàm residens, & adducit ad hoc, quod habetur in l. qui data opera. ff. ex qui. cau. ma. in integ. rest. & sic stat in hac conclusione, quòd ambassiata procurata non con-
1 fert emolumentum, † & ex hoc tollitur illud, quod posset opponi, quod habetur. 9. ad Corinth. vbi magnanimus dixit Apostolus, quis plantauit vineam, de eius fructu non comedit? quis custodiuit gregem, & de lacte eiusdem gregis non comedit? accipite, inquit Psalmista, accipite psalterium & date tympanũ. refert summus in iure vir Gratianus. 28. q. 1. iam nunc glo. elegans in cap. nihil de præscrip. tex. in c. 2. C. de allu. palu. & in versi. ne doleant diligentes operas suas dedisse. ideo dicimus, quòd officium suum nemini debet esse damnosum: vt cap. cum non deceat, de ele. lib. 6. & l. si quis ex signatoribus. ff. quemadmo. testa. aper. quia istud tollit ille solen. doctor Ioan. Fasioli in sua disputatione, vt Bar. refert in d. §. quod autem, vt non habeat locum in eo, qui procurauit ambassiatam: sibi enim imputet, & probatur istud formaliter in d. l. & qui data. Et adduco, quod voluit do. Anton. in cap. significante, de pignori. vbi tangit de nuncio misso ab aliquo, qui in itenere fuit captus & derobatus, vtrũ mittens teneatur illi nuncio ad emẽdationem damnorum distinguit, vtrum nuncius sponte sua se obtulerit, & mouetur arg. d. l. & qui data opera. & ad hæc allegat dictum Spec. in titu. de iudi. ver. illud autem, & istud etiam refert & sequitur Ioan. de Imo. in d. cap. significante. ita videtur dicendum in proposito, & idem dicit in eo, qui se obtulit ire pro alio in exercitum, vbi fuit captus, & perdit arma & equos, vt distinguatur, vtrum ille accessus fuerit procuratus. Et adduco, quod voluit Fede. de Sen. quem refert domi. Anto. & alij in cap. proposuisti, de fo. compe. dicit enim Fede. consi. 140. quod si quis procurauit vocari a superiore ad hoc, vt euitaret visitationem fieri ab eo, ꝙ non prodest sibi illa procurata vocatio. Et adduco elegans dictum Hostien. in capitu. cum clamor, de testibus vbi dixit, ꝙ promotor inquisitionis, qui sponte se obtulit, vt fieret inquisitio, quòd post publicatum processum non potest producere testes, secus dicit si se non obtulisset. Et adduco de ista absentia procurata text. in cap. pastoralis. §. fina. de offi. deleg. & in cap. cum ad monasteriũ. §. porro, de statu mo. & in l. spadonem. §. fina. ff. de excu. tuto. & l. 2. §. fina. ff. si quis cau. Et facit quod pulchrè voluit Barto. in l. j. §. hæc autem. ff. si quis test. libe. esse. vbi dicit, quòd præfectus coronat imperatorem, & imperator soluit omnia debita sua: præfectus præsentiens aduentum imperatoris contrahit multa debita ad hoc, vt imperator sibi soluat, decidit, quòd sint debita procurata, quòd imperator non tenetur soluere, & facit, quod voluit idem Bar. in l. 1. C. de primicerijs. lib. 12. decidit ibi Bartol. ꝙ ex quo est cãcellatio procurata non excusat ignorantem. l. qui contra. C. de incestis nup. facit. ca. pen.

de

de concess. præbend. & quod hr in l. non putauit. §. si quis sua manu. ff. de ꝯrabu. & quod hr in l. vniuersi. C. de legati. lib. 10. ¶ Modo ex istis elicitur vera ꝯclusio, ꝙ licet aliquis deputetur legatus suę reipublicę, si ipse procurauerit per suam importunitatem pręfatam legationem, ꝙ sibi non prodest talis legatio. ¶ Modò in proposito isti asserti legati cōis procurarūt istam legationem pro se & suo commodo, & vt facerent negocia sua, & excusationem apud principem Ducem Mediolani, & voluerunt cū damno, & præiudicio dicti cōis facere negocia sua propria, & non publica. istud autem repugnat bonis moribus præferre vtilitatē suam priuatam publicæ vtilitati, vt est text. in l. 1. §. fi. C. de cadu. tol. & c. bonæ, de postu. præl. & iam Gentiles antiqui & pagani improbarūt, ꝙ est ꝯ bonos mores, vt l. quidā in iure. ff. de donat. item est ꝯ oēm iuris sanctionem, vt legatio procurata prosit procuranti, vt in iuribus superius allegatis. Item est causa pessimi exempli, vt in futurum inducantur alij ipsius cōis, qñ volunt negocia sua expedire procurare ambassiatam, vt cū pecunia pauperum dicti cōis expediant sua negocia, & clarū est, ꝙ non solùm magnanimus, vt ita dixerim, Apłus, prędicauit abstinendum esse a malo, sed ēt ab omni eo, quod habet speciem mali, sed etiam Gentiles, & pagani abiecerunt ab oī republica illud, quod est cā mali exēpli: vt est tex. in l. si quis aliquid. §. qui abortionis. in ver. causam pessimi exempli. ff. de pœ. l. j. ff. ad maced. l. muliere. ff. de sica. l. exemplo. C. de prob. & sunt ꝯcordan. in glo. d. l. si quis aliquid. §. qui abortionis, & ideo posset dici illud, quod sapienter hr in c. cum in iuuentute, de præsum. in ver. perniciosum exemplum de Vngaria tolleremus, & sic cum hmōi procuratio legationis sit malum exemplum futuris, debet euelli a cōi Cotignolæ. vnde succedit illud, qđ iuriscōsulto venit in ore. l. cum hi. §. sed cum lis. ff. de transac. vbi partes fingunt item, vbi lis non est, facit, quod ibi voluit Bar. & quod voluit Inno. in c. grauis, de deposito. simile dixit Barto. ff. ad sylla. l. j. §. si quis. ver. tulisse. vbi arguit ꝯ rusticos villarum, qui sonant campanas, & eleuant rumorem, & fingunt se velle capere malefactorem. Ita in proposito nostro isti asserti ambassiatores fingebant, se velle ire pro factis cōis, & ibant pro suis negocijs: & hoc dupl ci ex causa faciebant, primò, vt expensis communibus expedirunt negocia sua. secundò, vt grauiori vultu acceptarentur a dño Duce: quia sancti apud Gētiles habiti sunt legati: vt est pulcher tex. ff. de leg. l. fi. in ver. sancti, & ex istis tollitur illud, quod dici solet, nemo militat suis stipendijs: vt c. cum in officijs, de pręscri. quia non habet locum in procurante suam legationem, vt est dictum. ¶ Et si quispiam negaret, ꝙ isti procurauerunt istam ambassiatam, dico, ꝙ istud patet ad oculum primò apparet, ipsi dixerunt in consilio, ꝙ si dñs Dux teneret eos per vnam horam, ꝙ ipsi nihil volebāt a dicto cōi pro expensis, quę verba inferunt, ꝙ isti sentiebant tonitrua domini Ducis: videtur enim pręsciuisse dñm Ducem velle eos accessuros ad suam excellētiam. ideo procurabant illam ambassiatam. Et adduco simile, quod est dignū memoria. nam Odoff. in l. quoties. C. de rei vend. quem sequitur & refert ibi Bal. dicebat, ꝙ quis pręsumitur in dolo alienando rem, eoipso ꝙ scit, se debere vocari ad iudicium pro illa re, quod dicitur esse not. pro multis baratarij tollendis, & idem voluit Bald. in c. aduersario, de excep. & Dy. in c. pro possessore, de re. iur. lib. 6. & Salyc. in l. post motam. C. de peti. hære. & Bart. in l. qui petitorio. ff. de rei ven. & in l. Fulcinius. §. 1. ff. ex quib. cau. in poss. ea. & in l. 3. §. fin. ff. de alie. iudic. mu. causa fac. & quod habetur in c. dilecte, de excep. & sic volunt, ꝙ secuta vocatione ad iudicium præsumatur, quòd in fraudem antea alienauerit, ex quo sciebat se vocandum ad iudicium. præsumitur enim, quòd in fraudem antea alienauerit, ita fecerunt isti asserti legati, qui cum scirent se habere vocari a domino Duce pro suis proprijs negocijs procurarunt effici ambassiatores ad grauandum præfatum commune, ꝙ apparet ex literis ducalibus missis ad dictum commune, vt non mitteret istos, vt ambassiatores, vnde potest adduci illum poeticum, exitus acta probat. apparet ergo ex literis ducalibus, ꝙ ipsos volebat se præsentari corā eo, non vt ambassiatores. præsumendum enim est, ꝙ ante fecisset eis dici. ergo apparet, quòd procurata fuit dicta ambassiata ad onerandum dictum commune expensis pręfatis. Præterea istud ostenditur fortius, quòd teneantur restituere pecunias, quas habuerunt pro expensis. ipsi non fecerunt negocia communis, quòd apparet ex literis ducalibus, in quibus dicitur, libenti animo recepimus & audiuimus ambassiatorem vestrum. Ioan. & ab eo intelligētis animum nostrum. Ecce nūc qualiter non fuerunt acceptati a domino Duce vt ambassiatores communis, & nihil cum Duce fecerūt de negocijs ipsius communis, ad quid volunt ergo expensis cōmunis accessisse ad dominum Ducem, ꝙ est satis iniustum dicere, vnde cum non egerint negocia reipublicæ, non debent præmiari a republica, & adduci posset illud, quod Bald. nostro venit in ore in l. hi qui. ff. ex qui. cau. ma. in integ. restit. ꝙ ambassiatores, qui vltra tempus stant in ambassiata pro illo tempore non debent habere salarium, & ꝙ illo tempore dicuntur abesse causa reipublicæ, & hoc colligit ex illo text. modò istud dictum apponit securim ad arborē huius hesitationis: quia si oratores stant vltra tēpus ambassiatę, non debent habere salarium pro illo tempore, quo stant vltra. ergo sequitur, ꝙ multofortius nō debent habere salarium, quando non faciunt facta communis, pro quibus missi sunt: quia si extra tempus stant, ergo sequitur, ꝙ multofortius non debēt habere salarium, quando stant extra omne negocium communis, & indubitanter istud apponit gladium ad radicem huius dubitationis. ¶ Et si quispiam dixerit, amice, nō stetit per eos, ipsi fecerunt quantum potuerūt. ideo excusati sunt: quia ad impossibile nemo tenetur. l. impossibilis. ff. de re. iur. si do. Dux non voluit eos audire, potētioribus pares esse non possumus. Ad hoc respondeo, quòd ipsi præsciuerant do. Ducem non admissurum eos, vt oratores: quia bene stat in animo iudicantis, cum dixerit, quòd si domi. Dux teneret eos per vnam horam pro factis eorum, quòd nihil vellent a communi. Et sic præsumendum est, ꝙ sentiebant se vocatos & admonitos esse ire ad dom. Ducem pro ipsorum negocijs, & quòd do. Dux nolebant ipsos pro ambassiatoribus cōis Cotignolæ: qa dolus & malitia ꝓbatur ex coniecturis, gl. in d. l. dolum. C. de dolo. & c. 2. de renuncia. libr. 6. & facit: quia posito, quòd do. Dux voluerit eos admittere, vt ambassiatores, tamen illud accidit culpa eorum ex eo: quia debuerant per prius se præsentare conspectui ducali vt priuati homines, & non vt legati: ergo non debēt reportare commodum de dolo & culpa sui. vnde multū pulchrè dixit Bart. in l. j. §. cum quis. ff. de quæstio. vbi dicit, quòd pars dedit alapam cuidā producendo in testem ꝯ eum maliciosè ad hoc, vt non posset testificari contra eum: tamen sibi non profuit illa malitia, & sic quia ex culpa sui accidit illa inimicitia, non potest adiuuari exceptione inimicitiæ. istud voluit domi. Petr. Anch. in capit. dilecto, de testibus. Bald. in l. sed & si quis. §. illud. ff. si quis cau. Et adduco, quod voluit Bartol. in lege cum in tabulis. ff. de his, quibus vt indig. vbi dixit,

orta est inimicitia inter testatorem, & legatarium, vtrum sit reuocatum legatum, distinguit, quòd si illa inimicitia venit culpa testatoris, non est reuocatum legatū aliàs secus. Et adduco, quod voluit Bart. in l. miles. §. fi. ff. de adulte. vbi referens Dy. si legauit centum certæ ecclesiæ, si eum ibi sepelierit, qui tempore mortis reperitur excommunicatus, ꝙ nihilominus illa ecclesia consequetur legatum: quia culpa ipsius excommunicati non potuit ecclesia illum sepelire, & idem voluit Bal. in l. 1. ad fin. ff. de his quę pœ. not. Ita dicamus in proposito, culpa sui isti tales fuerunt facti communis ambassiatores: ergo damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi imputare debet, vt in regula damnum. lib. 6. nec debent isti asserti oratores de dolo & malitia sua reportare commodum: vt in c. ex tenore. & c. sedes apo. de rescri. & sic culpa sui non fecerunt negotia communis: vt legati: quia bene sciebant se non admittendos do. Duce tanquam legatos, & sic non fuerūt admissi, vt patet ex literis ducalibꝰ. l. legato. ff. de lega. & ibi Bar. l. si publicanus. ff. de publi. Et adduco ad prędicta, quod sapienter voluit Barto. in l. filius. ff. de legatis, vbi dicit, scias, ꝙ si legatus non gerit officium, vel minori tempore quartæ partis totius temporis gerit officiū, nullam habet immunitatem. l. sed & milites. §. consequens. & l. planè. ff. de excu. tuto. l. 3. C. de consul. lib. 12. & aduco elegantem tex. in l. semper. §. negociatores. in ver. quamdiu in huiusmodi actu sunt. ff. de iure immu. vbi dicitur, quòd si immunitas datur negotiatoribus, ꝙ intelligitur data, donec sunt in actu negociādi. ita in casu nostro salarium debetur istis ambassiatoribus, quamdiu sunt in actu ambassiatæ, facit, quod habetur in l. sub prætextu. C. de sac. san. ec. & per ꝯsequens isti asserti oratores videntur pugnare cum morte non restituendo pecunias dicto communi. Præterea facit, ꝙ testes producti pro parte dicti communis dicunt, ꝙ cum in consilio communis Cotignolæ essent congregati consiliarij, dicti asserti oratores dixerunt, ꝙ dominus teneret eos pro negocijs ipsorū, & ipsi nolebant aliquid a dicto communi, & ita est secutum: quia D. Dux non admisit eos: vt ambassiatores, vt apparet ex literis: sed alium, vt ambassiatorem expediuit, vt in ducalibus literis dicitur: quo casu clarum est, ꝙ isti testes licet ipso consilio: tamen possunt testificari de ijs, quæ fiunt in ipso cōsilio, seu in ipsa vniuersitate, vt plenè per Guil. de Cu. & Bart. in l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de re. diui. & per Io. An. & alios in c. insuper, de testi. & in c. cum nuncius. eod. titu. plenè per do. Abb. consiculum meum in d. c. insuper, & per Bald. in l. parentes. C. de testi. & in cap. cum accessissent, de consue. & in cap. tertio loco, de probat. & in d. c. cum nuncius, & in addi. Spec. in titu. de teste. & voluit Archy. 14. q. 2. in prin. & no. in c. in literis, de testi. & faciat, quod habetur in l. consensu. C. de repu. & sic stat firma doctrina, quòd potuerunt isti de consilio testificari de ijs, quæ fiunt in consilio. cum ergo dicant in eorum reddito testimonio dictos ambassiatores dixisse, ꝙ dominus Dux teneretur eos per vnam horam pro negocijs proprijs, quòd nihil volunt a communi. Et appareat euidenter, quòd pro negocijs proprijs accesserunt. ergo commune est in casu victoriæ. Et ita concludo in fauorem dicti communis.

SVMMARIVM.

Forensis impetrans debet exprimere de terra illa, in qua impetrat beneficium. nu. 1.

Oriundus est præferendus alienigenæ, nu. 2.

Absentia modici temporis non debet nocere. nu. 3.

Custos cameræ papalis dicitur habere officium, posito, quòd non habeat iurisdictionem. nu. 5.

CONSILIVM LVII.

Mihi videtur de iure dicendum, ꝙ ille Io. oriundus de dioceси Morinensi pręferatur illi Roberto multifariè multisq; modis. ¶ Primò dicitur in puncto, ꝙ dictus Io. est oriundus in loco & dioceси dictorum Archidiaconatus & præbendæ, quo casu præfertur alienigenæ, vt probatur in c. bonæ, el 2. de postu. præla. in ver. ne que vellemus ei præficere alienum, & adduco. c. nullus inuitis. 41. distin. & adduco glo. elegantem in c. si proponente, de rescrip. quę voluit, quòd forensis impetrans debet exprimere, ꝙ non est oriundus de terra illa, in qua impetrat beneficium † allegat. c. hortamur. 71. dist. facit c. 1. & 2. & eo. di. & 72. di. per totum & facit l. in ecclesijs. C. de epis. & cle. & ideo dicit do. Abb. in d. c. si proponente, se nescire alibi illam glo. ꝙ si forensis impetrat beneficium, & non facit mentionem de loco suæ originis, gratia est surreptitia: quia Papa in dubio intēdit prouidere vnicuique in patria sua. licet do. Anto. ibi non videatur illam glo. approbare, per notata in ca. ne pro defectu, de elect. quod ibi habetur, procedit in canonicis, qui scienter eligendo forensem videtur renuntiare eorum fauori: sed gl. illa procedit in impetratione facta a Papa, qui non præsumitur scire nationem impetrantis, ideo taciturnitas nationis surreptionē inducit: quia forte si sciuisset suam nationem, Papa non concessisset, vel non sic de facili, per totum ti. de cleri. peregri. & istam partem sequitur domi. meus Io. in d. c. si proponente. & idem sentit gl. Accur. in d. c. in ecclesijs, inquantum allegat. d. ca. nullus inuitis, & ideo dixit Bal. in d. c. si proponente, ꝙ vbi reperiūtur de eadem ecclesia, non assumuntur alieni. Et adduco, quod pulchrè voluit Romanus orator, vbi dicebat potiores sunt nobis ciues, quàm peregrini, & tex. valde singula. in l. 2. C. de anno. ciui. lib. 11. in ver. pauperibus nostris, vbi eleemosynæ sunt distribuendæ pauperibus ciuibus & non alienigenis. & facit, quod voluit ibi Barto. Et adduco textum in cap. fina. de cle. peregri. vbi dicitur, ꝙ non congruit honestati instituere alienigenam in ecclesia, & est alienum penitus ab institutionibus sanctorum patruū, & ideo pulchrè dixit Bartol. in d. l. 2. ꝙ si episcopus debet distribuere aliquas eleemosynas in pauperes, ꝙ debet eligere pauperes ciues, facit. c. ne emeritis. & ca. episcopus. 61. di. in ver. non sunt pręferendi his, qui militant in ecclesia propria. Nec obstat. c. ad decorem, de instit. quia loquitur, quando erat facta constitutio ad certum genus personarum, ꝙ non possent promoueri nisi Cenet. Papa reprobat illam constitutionem seu consuetudinem, & vult, quòd de omni genere habili possint promoueri, vnde datur regula, ꝙ debent capi de proprio loco, si reperiantur idonei omnes, si verò non omnis, capiantur extranei, & ita intelligatur. c. venerabilis, de præben. Et adduco elegantem text. in ca. licet, de ferijs, vbi si capiantur piscania tpe feriato propter necessitatem, dicitur, ꝙ debent fieri distributiones ecclesijs vicinis & adiacētibus, & præferuntur ecclesiæ viciniæ alijs ecclesijs longius positis, & in ditione, & non est dare meliorem tex. in corpore iuris ad probandum, quòd oriundus est præferendus alienigenæ, vltra iura allegata superius. Modo in proposito data paritate meritorum: quia vterque istorum competitorum est doctor † tñ præferendus est iste magister Ioannes, qui est de loco oriundus, vbi situs est Archidiaconatus, canonicatus & pbenda, & sic ex isto capite est in casu victoriæ. ¶ Et si quispiam opponat, ꝙ ille Robertus est præferendus ex regula cancellariæ papalis, quæ seruatur, vt lex, vt in c. ex literis, de consti. & quod voluit elegās doctor domi.

domi. Petr. de Anchara. in quodam suo consilio incipiente. regula cancellarię. nam regula cancellarię disponit, ꝙ clerici cameræ Apostolicę, numerarij & participantes præferantur oĩbus alijs qualitercunque qualificatis, nobilibus, & garduatis. sed iste Robertus est, seu erat clericus cameræ Apoſtcæ numerarius, & participans ergo sequitur, ꝙ præferendus huic magistro Ioanni qualitercunque graduato. Ad hoc potest dari facile & verum responsum, ꝙ illa regula dēt intelligi in casu, quo loquitur. l. 1. ff. de magistra. cōuen. & regula illa loquitur eo casu, quo sua officia actu exercent dumtaxat, vnde non solùm requiritur, quod sit numerarius & participās: sed actu exercens dumtaxat, & ad hoc adduco. l. semper. §. negotiatores. in versi. quādiu eiusmodi acta sunt. & §. quibusdam versi. nec omnibus, qui promiscuè in ijs collegijs assumpti sunt immunitas datur, sed artificibus dūtaxat. ff. de iure immu. vbi immunitas datur actu se exercentibus, & facit l. ne quidem. ver. his solis, qui in expiditionibus occupati sunt. C. de testam. mili. & in l. diuus Traianus. ff. de testam. mili. & l. qui sub prætextu. C. de sac. san. eccl. in vers. sub nudæ appellationis velamine. & l. si duas. §. maximè. in versi. dummodo, circa opi. se negligenter non habeant. ff. de excu. tut. quę iura sunt optima, vt ille gaudeat priuilegio officij & artis, qui illud exercet, & adduco c. cum ex eo, de elec. lib. 6. in ver. literarum studio insistētes, & sic apparet, ꝙ de iure communi ille gaudet beneficio artis, qui illam exercet actu. ¶ Et si quispiam opponat, ꝙ illa verba apposita in dicta regula sua, officia actu exercentes, referuntur ad verba immediate præcedentia, cum dicunt abbreuiatores de parco maiori, ar. eius, quod voluit glo. in cle. ne Romani, de ele. & in c. 1. de præscrip. li. 6. quia istud non est verum. immo refertur ad omnia præcedentia: vt l. 1. C. de diuer. rescrip. & l. j. C. de lib. prete. l. consilio. §. quesitum. ff. de cur. fur. & l. talis scriptura. ff. de leg. 1. & l. si idem cum eodem. §. fi. ff. de iurisd. om. iud. & c. inquisitioni, & c. secundò requiris, de app. no. in c. causam quæ, de rescri. ¶ Non obstant gl. illæ, quia loquuntur eo casu, quo clausula in fi. apposita non potest referri ad oĩa pręcedentia, sed refertur ad proxima, sed in casu nr̃o potest referri ad illa verba præcedentia, videlicet cameræ apostolicæ, clerici similiter numerarij & participantes habent. n. officium in curia deputatum clerici cameræ, quo casu ad hoc, vt præferantur alijs graduatis, dn̄s noster Papa voluit, ꝙ essent participes & numerarij: & ista prærogatiua eis datur: quia exercent officium. vnde non est dare rationem diuersitatis, vt alijs officialibus curiæ Romanæ detur illa prærogatiua prælationis, si sua officia actu exerceant, & clericis camerę detur prærogatiua; si actu non exerceant, sua officia, ridiculum esset dicere, tum ex natura clausulæ in fi. appositæ, quæ iure referri debet ad omnia præcedentia, vt est dictum, tum quia eadem ratio est omnium & determinabilium præcedentium: ergo clausula in fin. apposita debet omnia determinare æqualiter. l. iā hoc iure. ff. de vulg. & pupilla. l. si legatarius. ff. de legat. 3. l. in testō. C. de testa. mili. & sic illud verbum, sua officia actu exercentes, dumtaxat limitauit & restrinxit illam totam dispositionem præcedentem, vt ita gaudeant illa pręrogatiua prelationis, si exerceant actu sua officia. & sic licet sint numerarij, & participes: tñ est opus, ꝙ exerceant actu sua officia. Et ad hoc plus dico, ꝙ istud est de iure cōi, ad hoc, vt quis habeat priuilegium officij, aut artis suæ est opus, quòd illud exerceat, & ꝙ negligenter non se habeat ad illud exercitium: vt in iuribus a me allegatis superius & sic debet intelligi illa regula, vt minus, quā possit, lædat ius cōe. c. causam quæ, de rescript. c. cum dilectꝰ, de ꝯsue. l. si serui vr̃i. C. de noxa. c. ex parte, de ver. sig. cum sim. Cum ergo iste Robertus actu non exercuerit suū officium: ergo sequitur, ꝙ non gaudebit officij prærogatiua. maximè, quia in dicta rła apponitur taxatiua, dumtaxat, debet enim ante oĩa docere, ꝙ actu officium suum exercuerit, vt in simili dr̃, ꝙ datur beneficium pp officium. c. si duobus, de rescript. lib. 6. ergo debet dicta regula restringi, quantū fieri pōt, vt non lędat ius cōe, & intelligi iuxta suum tenorem: vt dixit pulcher text. in l. ad probationem. C. de prob. & per ꝯn̄s non potest gaudere priuilegio dictæ regulæ iuxta illud, quod dici solet, meus iste catinus vult piscēs & non piscari. Et si opponatur, ꝙ licet dictus Robertus se absētauerit a dicto exercitio clericatus cameræ: tñ habuit lnĩam a Papa, quo casu vr̃ haberi pro residente, & sic operatur idem, ꝙ si exerceret suum officium actu. maximè, quia fuit ab-
3 sentia modici tpis, quæ non debet nocere, † vt in si-
4 mili dicimus de mora modici tpis, ꝙ non nocet † & maximè, quia ex certa scĩa Papa illam lnĩam ꝯcessit quo casu vr̃ dispensare: vt l. quidam consulebant. ff. de re iudi. l. item Vlpianus. ff. de excu. tut. c. 2. de scismatis. c. diuersis fallacijs, de cler. ꝯiug. Ideo dicimus, ꝙ clausula ex certa sciētia operatur idem, quod plenitudo potestatis, vt voluit glo. in c. ad hęc, de rescri. & glo. in l. eos. in prin. & ibi Bal. C. de app. & sic vr̃ Papa velle, ꝙ perinde habeatur, ac si actu exerceret officium sui clericatus. Circa hoc est diligenter considerādum, ꝙ ista absentia fuit procurata. ad hoc adduco. l. qui data opera. ff. ex qui. cau. maior, vbi beneficium absentiæ non datur illi, qui absentiam procurauit. Et adduco, quod refert D. Anto. & ibi Ioan. de Imo. Spe. dicere in ti. de iudi. ver. illud aūt, ꝙ si nuncius est, captus in itinere non tenetur dn̄s eum redimere, si captata opera non iussus a dn̄o suo recessit. Et ibi etiam sapienter dicit, ꝙ si iui ad seruiendū alicui in exercitu cum armis & equis, & illos perdidi, ꝙ si data opera accessi non requisitus, ꝙ non possum ꝯ eum agere. Et adduco, quod pulchrè voluit Bar. in l. si seruus. §. ꝙ autem. ff. de fur. ꝙ si ambassiator eūdo in ambassiatam est captus, & spoliatus bonis, ꝙ cōitas, qui eum misit, non tenetur sibi reficere damna, si ipse data opera procurauit dictam ambassiatam. Facit, quod voluit Fede. de Sen. consilio 140. quem refert D. Ant. in c. proposuisti, de foro compe. de eo, qui procurauit vocari a superiore, vt nō visitaretur, quod nō prodest illa vocatio: quia procurata. Facit c. pastoralis. §. fi. de offi. deleg. c. cum ad monasteriū. §. porrò, de statu mona. l. spadonem. §. fin. ff. de excu. tuto. & l. 2. §. fina. ff. si quis cau. Et adduco text. valde singu. in l. vniuersi. C. de lega. lib. 10. secundùm Bart. ibi, vbi ille, qui procurauit habere ambassiatam, nō debet habere salarium, ex quo illam procurauit. Et adduco, quod voluit Io. de Imo. post alios in c. de cętero, de cleri. non resid. vbi idem dicit in simili, & ad hoc allegat dictā. l. qui data opera. Cum ergo in proposito nostro iste Robertus supplicauerit domino Papæ, vt posset se absentare, sequitur, quòd non prodest sibi illa absentia, idem posito (non tamen concesso,) quòd dicta prælatio indulta ex dicta regula cancellariæ haberet locum in absentibus: quod tamen nō est verum nihilominus non prodest illi, qui talem absentiam, sibi procurauit per iura superius allegata. Quinimmo plus videtur dicendum, posito, non tñ concesso, ꝙ absentia non fuisset procurata, sed Papa illam cōcessisset dicto Roberto suo proprio motu: tñ adhuc sibi non prodesset: quia dicta regula præbet dictam prælationem actu exercentibus, & per illam licentiam se absentādi non dr̃ exercere officiū suum actu: quia licet habeatur pro residente: nō tñ hr̃ pro exercente actu officium suū. Facit,

cit, quod no. in d.c. de cętero. vbi clericus absens pro seruitio sui episcopi percipit fructus, qui consueuerunt dari residentibus: quia pro residente est censendus, sed fructus, qui non consueuerunt dari absentibus, non percipiet. & gl. ibi ponit exemplũ in distributionibus quotidianis, quæ non dantur, nisi verè interessentibus. ita formaliter voluit ista rĕa, ꝙ non detur prælatio, nisi verè exercentibus officium: licet enim absentia ꝯcessa a iure faciat quẽm residẽtem, non facit, quem actu exercentem suũ officium: quia ista stant simul, ꝙ aliqs resideat in ecclesia, & tñ non intersit singulis horis ad diuinum officiũ, vt probatur in c.j. de cleri. non residen. vbi dicit, ꝙ impetrans dispensationem super sua absentia non percipit distributiones quotidianas, nisi Papa aliter exprimat, & dicit, quod nõ meminit se vidisse talem formam emanasse ab Apostolica sede. ¶ Et si quispiam dixerit, quid operabitur dicta lnĩa se absentandi, dico, ꝙ satis operatur: quia habebit illam prælationem, vt præferatur, nisi exercitium suum exercuerit actu, & sic isto casu videntur ęquiparari ista, vt habeat priuilegium prælationis & priuilegium percipiendi distributiones quotidianas: quia sicut istud datur verè interessentibus, vt in c. cũ dilectus, de cle. non resi. & c. decętero. e. ti. & d.c. vnico. e. ti. li. 6. Ita & illud non datur nisi actu exercentibus suum officium, & per ꝯñs nullo mõ dictus Robertus cõsequetur priuilegium prælationis contentum in dicta regula cancellariæ. ¶ Et si dicat quispiam, quonammodo demonstrari põt iure & lege, ꝙ esse clericum camerę est hr̃e officium, & sic illud verbũ, sua officia actu exercentes, hẽat locum in clericis cameræ Apostolicę. ego dico posse ostendi per legẽ, & ad hoc adduco, qđ sapiẽter in facti contingentia venit in ore. D. Pet. de Anch. vt ipse refert in c. 1. de consue. lib. 6. vbi dicit fuisse dubitatum in facto, vtrum esse custodem castri, seu arcis, dicatur esse officium: & decidit, ꝙ sic. & idem voluit in rub. de offi. deleg. & ego adduco glo. valde singularem in l. ne quis. in vers. officiorum. C. de dignita. lib. 12. vbi tex. coniuncta gl. sua probat, ꝙ esse custodem portę, dicitur esse officium, & adduco, quod voluit Bar. in c. 1. de feudo guard. in vsib. feu. dicit, ꝙ est dare officiũ generale, vt castaldio, aliàs custodiæ, & accedat, ꝙ esse coquum est officium: vt l. legatis. §. ex officio. ff. de leg. 3. Bal. in d.c. 1. & ego luculenter tetigi istum passum in rub. de offi. deleg. Et cum Bononiæ fuisset dubitatio, statuto cauetur, ꝙ habentes officia soluãt certum, quid pro fabrica Sancti Petronij, vtrum custodes portarum huius ciuitatis dicerentur habere officia, & consului, ꝙ sic. Et ita est in casu nostro, ꝙ clericus cameræ Apostolicę habet custodiam cameræ Papalis: ergo sequitur, quod dicitur habere officium, posito ꝙ non habeat iurisdi-
5 ctionem. † tunc enim dicitur esse dignitas, vt in camerario Papæ: quia ex quo habet officium cum iurisdictione, dicitur habere dignitatem. Ita dicũt scribentes in d.c.j. de consue. lib. 6. & per ꝯñs veritas est, ꝙ clericus cameræ dicitur habere officium, & p ꝯñs non debet gaudere isto priuilegio prælationis iste Robertus, cum non exercuerit actu suum officium. ¶ Et si dicatur, ꝙ illa absentia fuit modica, & modicis non curat prætor: vt l. si oleũ. ff. de dolo. & l. scio. ff. de in integ. resti. & l. quamuis. ff. de ꝯdi. & demon. Ista non obstant, immo curatur de modicis: & adduco, l. ad Barbariam. C. quæ res expor. non debe. & ibi Bald. dicit per illum text. ꝙ si cauetur statuto, ꝙ non possit asportari vinum extra districtum, ꝙ etiam nõ poterit asportari vnum bocale vini. adduco. c. si res. 14. q. vltima. Et pulchrè dixit Bald. in l. minoribus. C. de his quibus vt indig. ꝙ si custos villæ denunciauit omnes præter vnum, ꝙ punitur, ac si neminem denunciasset. Et idem Bal. in l. 1. C. de his quę pęnæ no. dixit, ꝙ si quis debeat dare 10. & dedit nouem, ꝙ incidit in pęnã appositam a testatore, ac si nihil dedisset. Et adduco, quod habetur in c. considerasset, de pœ. di. 5. vbi factus reus in vno videtur factus reus in omnibus, & illud poeticum adduci solet, fel modicum totum vel amaricat. vnica menda totalem faciem deformat. Et facit illud, quod voluit Bal. in l. 2. ff. ad sylla. vbi per illam glo. ibi dixit, quòd statuta remittentia pœnas, vel annulantia contractum propter non solutam gabellam sunt seruanda vsque ad vnguem, vt propter vnum nummũ annulletur contractus, vt ibi plenè per Ludo. Roma. & per Ange. in l. qui hæredi. & in l. Meuius. ff. de condi. & demonst. & ideo modica absentia maculare debet istam prælationem, ex quo non exercebat tunc temporis officium suum actũ. Nec obstat. l. quamuis. ff. de condi. & demõ. quia ibi interuenit error, & est fauor libertatis, vt voluit Bald. in l. pro hæreditarijs. C. de hære. ac. Nec ob. l. si oleum, quia procedit odio doli, pro modica re non põt quis accusari de dolo. Nec ob. l. scio. ff. de in integ. rest. quia est speciale, ne deueniatur contra ius commune. Dyn. Bar. & alij in l. si proprietarius. ff. de dã. infec. dicunt, ꝙ aut loquimur secundum ius commune, & curamus de modico, aut secundũ ius speciale: & tunc non curamus de modico, ne veniamus ꝯ ius cõe, vt d. l. scio. voluit Pet. de Ancha. & Io. de Imo. in c. maioribus, de præben. & per scribentes in c. 1. de app. Cum ergo ista regula cancellariæ sit contra ius commune, sequitur, ꝙ deberemus curare de modicis: qa iste Robertus vult pręferri dicto do. Ioã. ꝯ ius commune, & vult excusari ab absentia duorum mensium, quibus actu non exercuit suum officium, nec fuit mens do. Papæ concedentis sibi licentiam absentandi præiudicare iuri tertij: vt ca. super eo, de offi. deleg. c. ex tuarum, de auth. & vsu pallij. c. licet in corrigendis, de offic. ordi. c. quamuis, de rescrip. lib. 6. l. cum auus. C. de emancip. li. l. 2. §. merito. & §. si quis a principe. ff. ne quid in loco publico. Præterea dictus do. Io. est prior tempore & diligentior in processu, ergo est præferendus dicto Roberto: vt in regula, qui prior. lib. 6. & quia vigilantibus, & non dormientibus iura subueniuut: vt c. vigilanti, de præscript. nec dictus Io. debet deplorare suam diligentiã: vt dixit elegans tex. in l. fi. C. de allu. & pal. ¶ Et si dicatur, ꝙ debet attendi cancellariæ præfatæ regula. Dico, ꝙ illam pro se dictus Robertus allegare non potest ex eo: quia illam non seruauit: ideo sapienter dicebat Inn. in c. mandatum, de rescr. quem refert & sequitur Bald. & Sal. in l. cum proponas. C. de pact. ꝙ non dicitur rescriptum pro eo, qui venit contra script. in c. ex eo, de regu. iur. lib. 6. cum ergo non seruauerit regulam cãcellariæ: ergo non debet gaudere commodo regulæ. ¶ Præterea, dictus D. Io. erat præsens in curia tempore vacationis dictorum Archidiaconatus &c. & dictus Robertus erat absẽs, quo casu est dignior D. Io. propter pręsentiam suam in curia. & ideo sapienter dicebat Bald. in rubr. C. de offi. proconsul. ꝙ ipsa principis præsentia Card. illustrat. l. 1. C. de præposi. lab. li. 12. licet enim omnis ordo recipiat splẽdorem a principe: tñ non æqualiter splendet ille, qui abest, sicut ille, qui est in præsentia, & sic Card. in curia sunt digniores quàm extra, facit text. d. l. 1. in ver. quos decus lateris nostri illustrat, & adduci potest, quod scribitur de illustrissimo Gabriele Archãgelo, qui cum apparuisset ad altarẽ Zachariæ, & diceret filium sibi nasciturum, & nolenti credere dixit: ego sum Gabriel, qui sto ante cõspectum Dei, & sic corruscat qs ex præsentia principis. & pulchrè scribitur Tobiæ. 12. vbi Raphael Archangelus dixit: ego sum vnus de septem principibus, qui st. ant

ante

ante conspectum dñi,& sic corruscāt & resplendent ijs,qui stant pñtes in curia Papæ magis,quam absentes.Cum ergo in proposito nostro iste do.Ioan.esset præsens in curia tpe vacationis dictorum beneficiorum,& dictus Robertus esset absens,sequitur, ꝙ est præferendus dicto Roberto:quia ex hoc capite redditur dignior eo, & licet tunc fuisset clericus cameræ:tamen suum officium tunc actu non exercebat. Item eidem do.Io.fauet eadem regula cancellariæ: quia fuit nominatus & descriptus pro vno ex duodecim familiaribus vnius ex dñis Cardinalibus Romanæ curiæ. ita vt in dicta regula cancellarię dicitꝰ concurrit etiam cū dicto Roberto in qualitatibus quę erant in hoc:qa erat prior & diligentior in processu, & etiam prestabat quia erat oriundus in dicta dioce si Morinensi:ergo venit præferēdus.¶Item facit, ꝙ dictum priuilegium clericatus cameræ iam abdicare cęperat a se dictus Robertus, quo casu videtur renunciasse ipsi officio,& illud abdicasse a se:quia dimittere debebat dictum officium clericatus camerę Apostolicę,donec esset adeptus pacificam possessionem trium beneficiorum,& ita adeptus fuerat possessionem dictorum beneficiorum pinguiorum ex illis tribus,& constituerat procuratorem ad resignandum:& sic inceperat abdicare a se:quo casu,vt dicitur apud Oratium in suis epistolis. dimidium facti, qui bene cœpit, habet,& sic habetur pro resignato talis clericatus,ex quo inceptū est resignari per assecutionem duorum beneficiorum pinguiorū, & adduco tex. valde sing.in l. vestimentum.ff.de au.& ar. leg.& tex.in l.& si non tamen.§.infecti.ff.e.vt quid si cęptum sit argentum fabricari &c. vbi si testator legat argentum factum, venit argentum inceptū fieri. adduco tex.in l.stipulatio.§.opus.ff.de ope.no.nun. vbi ad hoc vt interdictum de no.ope.no.nū.habeat locum,sufficit,si opus habeat instar operis:licet nō sit completum. facit ad hoc, quod hr̃ in cle.literas, de rescript.& quod habetur in l. 1.§.cępisse.ff.de pollicita.facit l.fundi.& l.granaria.ff.de act.empt.Ita dicamus in casu nostro,vt videatur abdicasse a se officium clericatus cameræ iste Robertus, ex quo illud resignare debebat, & iam constituit procuratorem ad resignandum,si pacificam possessionem triū beneficiorum consequeretur,& iam cōsecutus fuerat possessionem duorum beneficiorum pinguiorum, maximè cū simus in materia ambitiosa:vt c.quamuis,de pręb.lib.6.Iudicandum ergo erit in hac ambitione perinde, ac si assecutus fuisset pacificam possessionem dictorum trium beneficiorū, ex quo duo pacificè habuit, & procuratorem constituit ad resignandum, & multofortius est ita dicendum secuta absentia per ipsum Robertum a curia Romana.

¶Et si quispiam dixerit,ꝙ tempore datæ literarum dictus Robertus erat clericus cameræ particeps, & numerarius & actu exercebat officium suum, licet tēpore vacationis nō exerceret officium suum actu: ideo vr̃ de iure dicendum,ꝙ debeat attendi tempus datæ literarum,& non tempus vacationis.c.eam te, de rescript.cle.literas.eo.ti.c.si eo tempore.e.tit.li.6. Ad hoc rn̄deo,ꝙ si nos loquimur,quò ad vim comprehensi, nam rescrip.respectu illorum,quibus scribitur,attendi debet tempus datæ.iste est tex.in d.ca. eā te,& iste non est casus noster. Aut loquimur quò ad vim comprehensiuam respectu rei, pro qua scribitur,& attenditur tp̄s datæ,& iste est tex.in d.cle.literas. Aut quærimus de viribus rescripti respectu capacitatis eius,pro quo scribitur:& tunc si cessat surreptio,attenditur tempus,quo mādatur rescriptum executioni: vt est tex.in c.ei cui,de præben.libr.6.sed vbi a principio committitur surreptio, cōsideratur tp̄s datæ.iste est casus in d.c.si eo tpe,& ita reducuntur ad concordiam prędicta iura.c.si omni tpe.& c. ei cui, quæ vñr esse valde ꝯria, ita dicunt scribentes in d.cle.literas,& in d.c.ei cui.& d.c.si eo tpe.& in c. eā te.& in c.si capitulo,de ꝯcess.præb.lib.6.Modo in proposito nos non loquimur de vi comprehensiua rescripti respectu illorum quibus scribitur:nec quò ad vim comprehensiuam respectu rei, pro qua scritur,sed quærimus de comprehensiua rescripti respectu capacitatis eius, pro quo scribitur. & est iste casus noster:& tunc si cessat surreptio,attenditur tempus vacationis,& ita est formaliter in casu nr̃o,ergo sequitur,ꝙ non habebit priuilegium prælationis in beneficijs vacātibus dictus Robertus. Et sic elicitur ꝯclusio ex superius dictis,ꝙ Ioannes præfertur huic Roberto non obstante præfata regula cancellariæ.

¶Capio nunc vltimam dubitationem in qua quæritur, vtrum personatus, cum etiam si sit in simplici tonsura,& ei non immineat cura animarum, sit de numero beneficiorum incompatibilium, si consueuit obtineri vt compatibilis,secundùm consuetudinem loci,vtrum valeat talis consuetudo,quòd censeatur compatibilis. Et est aduertendum,ꝙ consuetudinis non est leuis authoritas. c. cum consuetudinis,& c.fi.de consuetudi.leg.secunda.C.quæ sit longa consuet.c.catholica.& c.in his. vndecima distinctione.Ideo dixit Bal.in c.1.qui feu.da.pos.ꝙ consuetudo habet vim decreti, & tenaciter obseruata habet vim iustitiæt& dixit gloss. valde singu.in c.1.sexagesima quæstione, ꝙ consuetudo potest disponere in quo ordine debeat esse cautus, & etiam dicit ibi glo.quòd statur consuetudini,ad quem spectet confirmatio:tamen licet consuetudo sit magnæ authoritatis,mihi videtur,ꝙ non possit disponere,ꝙ personatus, qui reputatur dignitas in ecclesia, sit de numero beneficiorum compatabilium,quòd sic probo.primò illud, quod ab vno solo pendet & gratiosè dispensatiuè, reputatur impossibile, adeo quòd ab alio concedi,vel dispensari non potest,ita probatur in l.quarta.§.primo.ff.de fideicommi.lib.quem textum refert Angelus in l.prima,de inoffic.testam. se audisse Barto. allegare pro singulari, facit.l.apud Iulianum.§.final.de legat. primo,vt voluit Innocentius in cap.pastoralis, de causa poss.& proprie, & in cap.si filius,de testament.Bar.in l.continuus.§.cum quis. ff. de verborum obligat.& in l.prima.ff.de vulgari & pupillari,& in l.prima.ff.de condic.institu.& in l.quamdiu.ff.de acquirend hæredita.& in dicta l. apud Iulianum.§.fin.sed quòd quis habeat dignitatem incompatibilem,potest obtineri dumtaxat a solo Papa,probatur in c.dudum,el 2.de pręb.vbi sedes Apostolica hoc facere potest,ergo sequitur, ꝙ alius a Papa non potest. Et ideo bellissimè dicebat glo.in cle.quia contingit, de relig do.quàm reseruatur sedi Apostolicę dispensare super vltima voluntate,vt ibi habetur,& quòd non poterit legatus de latere dispensare: quia ex quo ius reseruat sedi Apostolicæ, videtur denegatum alijs inferioribus.l.cum prætor. ff.de iudi.25.dist.cap.qualis.& etiam dicunt scribentes in d.c.dudum,quòd episcopus non poterit dispēsare:ergo sequitur,ꝙ cum sedi Apostolicę sit hoc reseruatum, ꝙ non poterit introduci consuetudo, ꝙ dignitas censeatur compatibilis:nam de esse ꝯsuetudinis est,ꝙ sit rōnabilis:vt c.fi.de ꝯsue.c.j.de ꝯsti.li.6. in ver.rōnabilia.vñ dixit gl.elegans in c.dudum,el 2. de ele.ꝙ peccat mortaliter tenens plura bn̄ficia simplicia, quorū alterū ꝓ se sufficit sibi, & plus dicit ibi D. Abb.se putare nō valere ꝯsuetudinem in ꝯ̄rium: qa ꝯsuetudo ꝯ̄ ius non valet,nisi sit rōnabilis.c.fi.de ꝯsue.sed hmōi consuetudo est ꝯ̄ rationem,vt c.ratio nulla, de præben.& loquitur do. Abb.quando esset ꝯsuetudo disponens,ꝙ quis possit retinere plura be-

neficia simplicia,& lucrari sibi fructus: sed si talis ꝯsuetudo disponeret circa potentiam retinēdi plura beneficia, valeret, non aūt valet ꝯsuetudo, si disponeret, ꝙ pro libito voluntatis posset beneficiatus disponere de fructibus illorum beneficiorum: nec etiam valeret papalis dispensatio quò ad Deum sine causa legitima, vt hr̄ in cap. non licet Papæ. 12. q. 2. & sicut aliàs non pōt dare materiam malè disponendi, vt c. nuper, de dote post diuor. restit. & quod voluit Vgucio in d. c. non liceat Papæ, & sic loquitur do. Abb. in consuetudine disponente de pluribus beneficijs simplicibus: sed in casu nr̄o est dignitas: quia est personatus ecclesiæ, q dignitas est. vnde personatus idem est, ꝙ per se sonans: vt hr̄ in c. ex parte extra, de reicr. & per omnes scribentes in c. de multa, de præbend. non poterit ꝯsuetudo disponere in dignitate: vt habens dignitatem, si de numero compatibilium: est enim talis ꝯsuetudo ꝯ̃ Apostolū dicentem, quilibet stet contentus ea vocatione, qua est vocatus, vt hr̄ in c. sanctorum. 70. dist. & hr̄ in c. dudum, el 2. & etiam talis ꝯsuetudo est ꝯ̃ iura canonica, vt probatur in d. c. de multa, in vers. sacrorum canonū instituta, vnde non vr̄ valere talis ꝯsuetudo: cum non disponat de beneficijs simplicibus, sed disponat de dignitate licet enim non immineat sibi cura aīarum tn̄ sufficit; ꝙ sit dignitas, quæ est incompatibilis cū beneficio curato, & maximę quia emanauit cum multa prouidentia illa constitutio d. c. de multa. ergo consuetudo ꝯ̃ria vr̄ minus rationabilis, & per ꝯn̄s non tenet. Et licet dixerit Inn. in d. c. de multa, ꝙ ꝯsuetudo possit facere, ꝙ aliqua prærogatiua in ecclesia sit dignitas & censeatur dignitas, ego fateor: sed in casu nr̄o non facit, ꝙ iste personatus non sit dignitas: immo est dignitas, & remanet dignitas, sed disponit, ꝙ sit compatibilis, vnde non supprimit dignitatē, sed venit per viam obliquam, vt possit retineri ꝯ̃ ꝯstōnem concilij, quæ emanauit cum multa prouidētia: licet enim posset ep̄s, vel constō supprimere dignitatem: vt hr̄ in d. c. cum accessissent: non tn̄ potest disponere ꝯ̃ constitutionem concilij, quæ cum tanta prouidentia emanauit: vt voluit Arch. in c. j. de const. li. 6. vbi loquitur de constōne conciliali, & dicit, ꝙ maioris authoritatis sunt, quam decretales epistolæ, quæ tolluntur ex clausula generali derogatoria, non constitutiones cōciliales, de quo dicto facit festum Bal. in l. humanum. C. de legi. & sic licet aliàs consuetudinis longeuæ non sit leuis authoritas: vt d. c. fin. de consue. tn̄ nulla est eius authoritas, cum sit irrationabilis, vt est ista, quę de radice ambitionis processit: & ꝯ̃ decisionem Apostoli volentis, vnumquemque debere stare contentum ea vocatione, qua est vocatus. d. c. sanctorum, & quia est ꝯ̃ potestatem Papæ: quia Papa reseruauit suę sedi. ergo non potest attentare consuetudo ea, quæ sedes Apostolica sibi reseruauit: vt per gl. magistram in c. ꝙ translationem, de offi. delega. & etiam quia est contra instituta sanctorum patrum, vt in d. c. de multa, ergo non est tenenda huiusmodi consuetudo tāquam canonibus contraria. ¶ Nec obstāt iura allegata in ꝯ̃rium superius: quia loquūtur eo casu, quo ꝯsuetudo est rōnabilis, nec est ꝯ̃ instituta sanctorum patrum: nec ꝯ̃ seruata sedi Apostolicæ, & ita concludo circa istam dubitationem. Et sic ex prędictis sequitur, ꝙ ille D. Ioan. habet potiora iura, & est præferendus dicto Roberto. Et ita concludo. And. Barb. 1470. die 6. Aprilis.

EPITOME.

¶ Non valent relicta etiā ad pias causas per minorē 14. annis. Et in relictis ad pias causas tres tantùm testes requirūtur, quòd intelligitur de idoneis & legitimis.

SVMMARIVM.

Pupillus dicitur habere efficacem intellectum ad testandum ad pias causas. immo non potest testari, vide. nu. 1. & 2.

Relicta ad pias causas regulantur secundùm ius gentium. numero 3.

Pupillus etiam de iure canonico non potest testari ad pias causas. nume. 5.

Testes debent esse idonei in testamento ad pias causas. numero 7.

CONSILIVM LVIII.

Circa primam dubitationem, in qua quæritur, vtrum valeāt relicta ad pias causas facta per illum Gētilem cum fuerit minor 14. annis. Et quidē facit dubium, quod voluit subtilis doct. do. Ricar. de Sal. in repetiti. l. 1. C. de sacrosanct. eccle. vbi quærit, an pupillus ꝓximus pubertati, vel infantiæ possit testari ad pias causas: & decidit ꝙ sic, & mouetur hoc modo, in lucro captando pupillus nedum proximus pubertati: sed qui excessit infantilem ætatem, & sit proximus infantiæ, censetur habere intellectum & discretionē sufficientem ad lucrum capiendum: notatur in l. in negocijs. ff. de re iu. & in l. cum pupillus. & l. seruum. ff. rem ra. ha. nam cum possit stipulari rem eius saluam fore, non videt rationem, quare non possit disponere pro anima saluanda, & sic animam suam saluare, & adduci posset tex. valde sing. in authen. de hære. & fal. §. si verò expressim, vbi hæres dicitur satis lucrari quò ad lucrum aīæ exercēdo opus pium: ergo eodem modo pupillus dicitur satis lucrari, qn̄ saluat animam suam. nam pellem pro pelle & omnia, quæ homo habet donat pro anima sua, vt scribitur apud Iob. c. 2. ¶ Prẹterea inquit impubes religioni astringitur: vt l. fin. ff. de lib. causa. ergo fortius poterit relinquere pro redemptione suæ animæ, quæ cunctis rebus est præferenda. l. sancimus. C. de sacrosan. eccle. c. cum infirmitas, de pœn. & remis. & ideo dicimus, ꝙ in lucro captando prodigus dicitur habere consensum & potestatem disponēdi: vt l. is cui. ff. de verbo. oblig. & quod no. in l. mutum. ff. de acq. hære. vnde si circa commodum corporis acquirendum dicitur ꝓdigus habere efficacem intellectum: ergo eodem modo dicitur habere pupillus efficacē
1 intellectum ad testandum ad pias causas. † nec l. fin. C. de testa. mili. inquantum disponit de pupillo milite doli capace, vt non possit testari, obstat huic conclusioni ex eo: quia non loquitur in relictis ad pias causas; & sic sumus extra casum illius l. Item respondet ad l. 2. §. voto. ff. de pollici. & distinguit de voto hoc modo, interdum loquimur de voto, per quod contrahitur matrimonium spirituale, & tunc non magis quam impubes potest contrahere matrimonium temporale: vt instit. de nup. in princ. & in l. minorem. ff. de ritu nup. & sic intelligatur, quod voluit Cynus in auth. ingressi. C. de sacrosanc. eccle. & quod habetur in prima regula, lib. 6. Interdum loquimur de voto ad rem & pecuniam respiciente, ex quo obligatur persona: & tūc possumus notare regulam & instantiam a regula: nam regula est, vt non obligetur: vt d. §. voto, & l. qui iurasse. ff. de iureiurand. fallit in d. l. fina. ff. de libe. causa. & hoc est, quod not. in d. l. qui iurasse. Interdum loquimur, de voto largo modo, videlicet, de quadam vltima voluntate ad pias causas destinata, & non obligatoria: & tunc loquitur. l. 1. C. de sacrosanct. eccle. Nec obstat. capitulo licet, de sepul. lib. 6. quia eligere sepulturam, & de bonis suis disponere ad pias causas, sunt diuersi casus, vt colligitur ex eodem capitulo. Cum ergo in casu isto agatur de casu pio, & ex hoc actu pio in-

surgat

surgit commodum ecclesiasticum personis,& animæ,uidetur,ꝙ d.l.j.C.de sac.san.ec.circa impuberẽ disponat cessante impedimento circa defectum intellectus,ꝙ est contra determinationem Bartol.ista sunt formalia verba domini Ricar.in commẽto. d. l.j.contra decisionẽ Bar.& sic decidit duo D. Ricar. vnum est, ꝙ potest pupillus testari ad pias causas, si in eo nõ cõcurrat defectus intellectus. Secundũ est, ꝙ prodigus potest ad pias causas testari. Cum ergo in casu nostro non concurrat defectus intellectus in isto Gentili: sequitur, ꝙ eius testamentum est validum non obstante ætatis defectu. Et adduco simile,quod voluit Ioan.And.in c.cum dilectus. de successab intest.cuius dictum refert & sequitur Bald. in capitulo primo,in titu.per quos fiat inuesti. in vsib. feud.quòd quidam furiosus tẽpore furoris fecit testamentum iustè & rectè, quod eius testamentum videtur de iure tenere,nec propter furorem annullatur.& ad hoc allegat Valerium referentem in cõtingentia facti fuisse confirmatum quoddam testamentum cuiusdam furiosi sapienter factum. & potest esse ratio: quia ex quo ita sapiẽter fuit testatus: præsumitur tunc temporis fuisse sanę mentis: quia factus est,qui fatua loquitur.93.distin.c. legimus.l.si is qui.§.fi.ff.de tutor.& cur.da. ab his.& cum hoc dicto transiuit Ludo.Rom.in l.furiosum.C.qui testa. facere poss.ergo multofortius dicemus idem in pupillo,vt si sapienter est testatus, vt valeat eius testamentum:quia quæ spiritus Dei aguntur,non sunt sub lege:vt ca.licet. de regula.& adduci potest,quod pulchrè refert Hostiẽ.& Ioan. And. in c.ad nostram.de consue.de sententia lata a fatuo Parisiensi,quæ iudicata fuit fuisse valida: ex quo sapienter fuit lata: qa non potuisset melius ferri,si a Gratiano fuisset lata. Ita dicamus in proposito nostro, vt validũ sit istud testamentum quo ad pias causas, licet factum fuerit a pupillo. ¶Et licet ista videantur esse colorata: tamen non obstant huic consultationi: quia in contrarium est veritas, quod nullo modo pupillus possit testari ad pias causas. & adduco gloss. in l.si quæramus.ff.de testam.quæ connumerat personas prohibitas testari,inter quas dicit esse pupillũ: vt l.qua ætate.ff.de testa. ergo sequitur, ꝙ iste pupillus non potuit testari ad pias causas, cum stemus in regula prohibitiua,quòd pupillus nõ possit testari. & ideo Bar.in commento.l.prima.C.de sacrosanc. eccle.in secunda quæstione dicit indubitanter fore verum in pupillo infante,vel infantiæ proximo, ꝙ non potest obligari naturaliter, est verum vt non possit testari ad pias causas cum non intelligat.l.pupillus.ff. de condi.indebi.no.in l.j.ff.de noua. quia est inhabilis ex defectu intellectus,sed si est pupillus proximus pubertati, qui potest naturaliter obligari: tunc habet dubium:tamen idem dicit,ꝙ non potest disponere:licet ibi videatur naturaliter contrahere cum voluntate nuda:quia non obligatur vouendo Deo. allegat.d.l.2.§.voto. ergo nõ valet dispõ eius facta ĩ vltima voluntate:qa ex sui ꝑpria volũtate disponit, sicut votũ, nec ad hoc reqrit tutoris authoritas: qa effectus vltimæ voluntatis confertur in tempus finitæ tutelæ,decidit,ꝙ non requiritur. Item quia istud disponere in vltima voluntate est donare: vt l.legatũ.ff.de leg.2.cui non potest authorari tutor.l.j.§.2. ff.de tute.& ra.distra.hoc etiã patet: quia hic actus: est tantum sapientum virorum.pupillus enim mortis cogitatione turbatus non intelligeret seipsum: vt dicta l.fi.C.de test.mil. & per hoc adducit.c.licet. de sepul.lib.6.vbi impubes non potest sibi eligere sepulturam, ex hoc sumit talem rationem, ꝙ in illo actu vltimæ voluntatis pupillus etiã proximus pubertati nõ dicitur habere intellectum. & hoc cadit sub regula prohibitiua, vt indistinctè testari nõ possit,quo casu non est cum eo dispensatum:quia deficit in eo ratio intellectus. Ita formaliter decidit ibi Barto.& sic Barto.accuratè animaduertit de dubio, quando pupillus erat proximus pubertati. & tamẽ decidit, ꝙ nõ potest ad pias causas testari: ergo multofortius in isto impubere, posito,ꝙ esset proximus pubertati,non potuit cadere dispositio ad pias causas:quia erat infirmus peste,quæ totam pupilli mẽtẽ exinaniuit propter febres terribiles & mortales, quæ alienant homines ætatis virilis, multofortius pupillos.eoque magis: quia non ex longo interuallo post huiusmodi assertum testamentum reddidit Deo spiritum.Præterea hoc decidit Bal. in commẽto.d.l.j.C.de sac.san.ecc.in versi. quæro, quid de pupillo.ista quæstio soluitur per casum. dicto c. si pater.de testa.lib.6.nam cum pater possit pupillariter vsque ad tempus pubertatis ad pias causas pupillo substituere,sequitur, quòd ipse pupillus testari non potest.pupillaris enim substitutio est introducta in subsidium,propterea quòd pupillus sibi testari non poterat:vt insti.de pupil.substi.in prin.& allegat.d.l. fi.C.de testa.mili.& sic Bal. stat in hac conclusione,
2 quòd non possit ad pias causas testari pupillus.† Et adduco,quod voluit do.Pet.de Anchar. in capitulo secũdo,de testa.vbi decidit, quòd pupillus sagax,in quo malicia supplet ætatem, non potest testari ad pias causas: quia iste est defectus naturalis. & ideo non posset in hoc statu dispensare. nã si diceremus, quòd possit ad pias causas testari pater non posset sibi substituere ad pias causas, quod est falsum secũdum eum: vt dicto capitulo si pater. de testa.libr.6. & allegat,quod voluit Ioan. And. in capitu. fina.de despon.impube.non tamen facit mentionẽ de Bal. in dicta l. prima. in repetitio. licet alleget suam rationem.& idem voluit Io.de Imo. in capitulo secũdo,præalleg. quòd pupillus sagax non possit testari ad pias causas, allegat. dicto capitulo si pater. Et licet ego in lectura mea tenuerim in capitulo secundo opin. Ricar.& dicerem,ꝙ dicto capitulo si pater. non distinguit,an pupillus sit doli capax, an non:iõ debet distingui,an sit proximus pubertati, & sic sit doli capax an non,vt distinxit do.Richar.Item dicebam etiam illum tex.loqui in pupillo constituto in patria potestate,quo casu videntur concurrere duo specialia,vnum est,ꝙ sit pupillus,aliud,quòd sit cõstitutus in patria potestate & sic nõ debent concurrere duo specialia ad inuicem: vt l.j.C. de dotis promis.Item non loquitur in pupillo orbato parente, & per consequens non videtur probare doctrinam Barto.Bal.do.Pet.& Io. de Imo. ¶Item ponderabã. d.l.fin. C.de testa.mil.vbi colligitur,ꝙ pupillus doli capax secundum leges antiquas poterat testari, & ꝑ cõsequens sequitur, ꝙ multofortius ad pias causas, vt l.in testamento.ff.de fideicom.lib. sed per dispositionem iuris ciuilis fuit sublata illa potestas testandi collata pupillo. sequitur, ꝙ non potuit abrogari a lege ciuili in præiudicium piæ causæ, argumen.c. ad apostolicam. de symo.& l. omnia priuilegia. & quod ibi no.Bar.C.de sacrosanc.eccl.tum etiam:qa relicta pia non reguntur lege ciuili sed canonica: vt in c.relatum.de test.ergo non habebit locum in pia causa dispositio.d.l.qua ætate,cum simi. ff. de testa. ista erãt q̃ ego adduxi ꝯ Bart.& sequaces:sed reuera nõ obstat ex eo: quia dicto capitulo si pater. loquit̃ de filio impubere, vt apparet in versi.filium & filiã habens impuberes.& in versi. defunctus ante tempora pubertatis.siue ergo sint proximi infantię,siue pubertati textus eos comprehendit. & sic stat vera conclusio,illum tex.probare,siue sit sagax,siue non pupillus,potest pater eidem substituere ad piã causam.

ſam.& aliter dicere eſſe reſtringere illum text.ꝙ nõ eſt dicendum: vt l.j.§.generaliter.ff.de leg.præſtan.l. de precio.ff.de public.cum ſim. Si ergo poteſt pater ſubſtituere ſuo pupillo in pia cauſa, ſiue ſit ꝓximus pubertati,ſiue infantiæ. ergo non poteſt pupillus ſagax teſtari ad pias cauſas.nec eſt dare diſpoſitionem canonicam expreſſam, ꝙ pupillus proximus pubertati poſſit teſtari ad pias cauſas. ¶Nec obſtat, cum dicitur, quòd dicto capitulo ſi pater. loquať de pupillo habente patrem,& de pupillo non habente patrem non loquitur:quia ego fateor, ꝙ loquatur de pupillo habente patrem: quia loquitur de ſubſtitutione pupillari, quæ fit a patre de filio ſuo pupillo. Si autem non haberet patrem, fruſtra loqueremur de ſubſtitutione pupillari: quia actus actiuorũ ſunt in patiente bene diſpoſito: vt voluit Ariſtoteles in ſecundo.de anima. & ſic ceſſat obiectio, ꝙ concurrant duo ſpecialia ad inuicem: quia immo ſunt cõtradictoria:quia ſi pupillus non habet patrem, fruſtra loquimur de pupillari ſubſtitutione. ¶Nec ob. cum opponitur, ꝙ ſecundùm leges antiquas pupillus poterat teſtari: vt in d.§.fi.C.de teſta.mili.vbi pupillus tribunus poterat teſtari olim, ego fateor, ꝙ olim pupillus tribunus poterat teſtari,vt ibi:non tamen reſtringit ſe text.ille ad piam cauſam, ſed ſimpliciter loquitur, ergo per legem potuit abrogari illa.l.antiqua.ideo non ſequitur: ergo non potuit abrogari diſpoſitio ad piam cauſam: quia iam illa cõſtitutio antiqua non loquebatur ad piam cauſam. & ideo non obſtat.d.l.omnia priuilegia. & dicto capitulo ad apoſtolicum,quia loquuntur,quando cõſueuit ciuitas aliquid errogare in piam cauſam: qa non poterit abrogare illam conſuetudinem per id, quod habetur in c.fin.de rebus eccle.non alie.& qđ voluit Innoc.in ca.nouit.de iudic.& ſic nullo modo obſtat illa obiectio.Quinimo plus dixit Ange.in d.l. fin.ꝙ illa prohibitio, ꝙ pupillus nõ poſſit teſtari,eſt introducta de iuregentium, poſteaquam cępit eſſe doli capax.antea enim prohibetur natura:vt l.cum prætor.ff.de iudi.& ſic tenet ibi Ang. pupillum doli capacem non poſſe teſtari de iuregẽtium. ſed clarum eſt, ꝙ relicta ad pias cauſas regulantur ſecun-
3 dùm iuſgentium: † vt d.c.relatum. ergo ſequitur,ꝙ de iure nõ poteſt pupillus ſagax teſtari ad pias cauſas. & ſic Ange.videtur decidere iſtam dubitationẽ, quòd ad pias cauſas teſtari non poſſit pupillus doli capax.& ideo idem Angel.ibidem dixit, ꝙ pupillus doli capax eſt prohibitus diſponere de iure naturali.Item hanc partem ſequitur do.Barto.de Saly. ſimpliciter in commento.l.prima.C.de ſacroſan.eccle. ꝙ pupillus non poſſit teſtari ad pias cauſas.¶Præterea adduco.dicta l.fi.C.de teſta.mili. vbi dicitur, indignum eſt noſtris temporibus eum, qui ſtabilem mentem nondũ adeptus, eſt ſapientũm hoĩum,iura pertractare.& loquitur ibi tex.in plurali de pupillis,& ſic loquitur etiam de pupillo proximo pubertati. ergo ſi non poteſt pertractare iura ſapientum hominum.ſequitur,quòd non poteſt diſponere ad pias cauſas. Ideo enim ſapiens veriſimiliter ad pias cauſas diſponeret: quia pellem pro pelle & omnia quæ habet homo &c. vt eſt dictum, ſed non poteſt pupillus pertractare iura ſapientum,& ius ſapientis viri eſt,vt etiam prouideat animæ ſuæ. ergo non poteſt pupillus diſponere pro anima ſua.Item text.ibi dicit, qui ſtabilem mentem non habet, vt l.j.C. de fal.mone.ergo ſequitur, quòd cũ ratio prohibitionis ſit,ꝙ non habebat ſtabilem mentem vt ibi habetur:ſed iſta ratio prohibitionis habet locum in relictis ad pias cauſas: vt ca.cũ dilectus. de ſucceſ.ab inteſta.ergo ſequitur,quòd non poterit teſtari ad pias cauſas pupillus:poſito enim ꝙ pupillus ſit ſagax:tamen non dicitur habere ſtabilem mentem,vt ibi dicitur.Item quia attenditur natura hominum, & nõ illud,quod accidẽtaliter euenit alicui. l. nam ad ea. ff.de legi.& adduco,quod voluit Bal.in ſuo conſilio incipiente,Martinus Ioannis de Florẽtia. poſito inter conſilia Angel.& in ordine eſt 62.vnde poſito,ꝙ aliquis pupillus eſſet doli capax: vt habetur.in l. ſequitur.§.pupillus.ff.de vſucapi.tamen remanemus in regula,vt non poſſit iura ſapientum pertractare, vt habetur in d.l.fin.ergo ſequitur,ꝙ non poterit teſtari ad pias cauſas, poſito etiã ꝙ eſſet ſagax. ¶Præterea facit ratio ſolennis appoſita in d.l.fi. vbi dicit, & tenera ætate ex tali ſententia parẽtibus forte ſuis, vel alijs propinquis nocere. quo caſu iſta ratio formaliter vendicat ſibi locũ in relictis ad pias cauſas: quia non debet quis in ætate ſic tenera præiudicare ſuis propinquis,vt fuit in caſu noſtro,in quo ille Gẽtilis habet multas ſorores,& præiudicaret eiſdem,vt acqreret illi ſacerdoti, & illis alijs legatarijs. ¶Et ſi dicatur,quòd in dicta l.fi.dicitur,extraneis relinquẽtem.in caſu enim noſtro vr̃ reliquiſſe ꝓ anima ſua, & ſic prouidiſſe ſuæ animæ potius,quàm illis extraneis.Ad hoc reſpondeo primo, ꝙ non debemus fauere ita piæ cauſę:vt alijs pręiudicium faciamus,ita dixit tex.in c.ex tenore. de foro competen.in ver. ita ſumus viduis & pauperibus ĩ iuſtitia debitores &c. ¶Nec obſt.ꝙ reliquerit ſuæ animæ: quia immo reliquit extraneis,& illud verbum pro anima, fuit appoſitum verſutè & fraudulenter ad hoc, vt valeret: quia non eſt veriſimile,ꝙ puer 12.annorum velit facere teſtamentum, & relinquere ad pias cauſas.& debemus accipere illud, quod eſt veriſimile, vt voluit Bald.in l.j.C.de ſeruis fugiti.l.milites.§.oportet. C.de quæſtionibus.cum ſimi.& ſic fraudulenter ille præsbyter fecit:quia non eſt veriſimile, ꝙ ille puer reliquerit ad pias cauſas,& ſic presbyter ſcribens teſtamentum appoſuit illa verba,cum in puncto dicatur,ꝙ eſt actor canonum ille presbyter,ergo non iudicabitur pium relictum. ¶ Præterea facit ad prædicta: quia in dicto capitulo relatum. de teſtament. priuilegiatur relictum pium quoad numerum teſtium, non tamen priuilegiatur quo ad inhabilitatem teſtantis, & per conſequens ſtabimus diſpoſitioni iuris ciuilis volentis, non valere teſtamentum pupilli: nam ſi miles pupillus teſtari non poteſt,quòd eſt plus: quia in teſtando miles eſt priuilegiatus,qui teſtari poteſt,quomodo vult,& quomodo poteſt:vt l.j. ff. de teſtamen.mili. & l.milites. C.eo.ergo ſequitur, ꝙ multominus poterit ſimplex pupillus teſtari ad pias cauſas. & hanc partẽ ſequitur communis opi. qa illam tenuit Bart.Bal.Pet.de Ancha.Io.de Imo.Saly.& Ange.quos ſuperius retuli,& etiam ſequitur Do.Florianus de Bononia in d. l.j.C.de ſacroſanc.eccle.vbi dicit,ꝙ non habet locũ diſpoſitio illius. l. in pupillo doli capace, & allegat rationes Barto.ibi, & ſic videtur approbare dictum Barto.ibi,& per conſequens eſt ſequenda iudicãdo, & conſulendo,vt voluit Inno.in c.ne innitaris.de cõſtit.& Ioan.And.in capitulo primo,eodem titulo,& Hoſti.in c.capellanus.de ferijs.gloſſ.in capitulo primo,de poſtula.præla.lib.6.Barto.in l fin. C.de pęna iudic.& in quæſtionem incip.a ſententia iudicis,cũ ſimi.multis.Et etiam facit,vt ſuperius dixi:quia vbi ius canonicum non contradicit legi.ſeruatur lex ſe-
4 culi†capitulo primo,de oper.no.nun. ſed lex ciuilis diſponit generaliter,pupillum non poſſe teſtari,nec ius canonicum aliter diſponit: ergo ſiue pupillus teſtetur ad pias cauſas, ſiue ad nõ pias,non poterit teſtari,ſiue ſit ſagax,ſiue non. Item quia iſta communis opinio adiuuatur iure canonico, vt probatur in dicto capitulo ſi pater. Et licet argumẽrauerim ego in dicto

in dicto capitulo secundo, de testa. ꝙ relicta ad pias causas regulantur lege canonica, & non ciuili, vt in dicto capitulo relatum. tamen respondeo illud esse verum, vbi lex canonica statuit & disposuit: sed circa pupillum nō statuit posse relinquere ad pias causas, ergo stabitur lege ciuili. imo plus dico, quòd de iure canonico non potest testari ad pias causas, † argumen. capitulo licet. de sepul. lib. 6. ¶ Non obstat, quod voluit dominus Richar. in repetitione. dictæ l. j. cum arguit, de commodo corporis ad commodum animæ, vt pupillus possit rem suam saluam facere. ergo multofortius animā: quia ad hoc respondeo, ꝙ exceptio a regula firmat regulam in casibus non exceptis. l. nam quod liquidæ. ff. de penu lega. c. in nostra. de sepul. cum simil. Sed dicta iura ponunt exceptionē a rła. ergo extra casum exceptū remanebimus sub regula: sed rła prohibitiua & exceptio est in commodo bursali. ergo in lucro animæ remanebimus in regula prohibitiua, vt testari nō possit. Item licet in acquirendo non requiratur legitimus consensus acquirentis. ideo est, ꝙ pupillus potest rē suam saluam facere, sed in testamentis requiritur voluntas testantis & solennitas iuris, vt d. l. qua ętate. & d. l. fi. C. de testa. mili. sed pupillus caret voluntate regulata a iure, vt in dictis iuribus. ergo non ꝓcedit argu. de lucro acquirendo ex contractu ad lucrum acquirendum quo ad animā. Item diuersa est ratio in vtroq;: quia primo casu acquirit sibi & suis. secundo casu præiudicat suis, vt probatur, in d. l. fi. C. de testa. mili. item actus actiuorum sunt in patiēte bene disposito, vt dixit philosophus in secūdo de anima. probatur in c. venerabilem. de elect. sed non reperitur habilitas in pupillo ad relinquedū ad piā causam: ergo sequitur, ꝙ non potuit relinquere ad piam causam, & sic licet quo ad commodum corporis possit pupillus acquirere, ꝓcedit: quia est habilis ad hoc, vt in dictis iuribus, sed ad relinquendū ad piam causam nō reperitur habilitatus a iure. ergo non procedit argumē. vt vno ad reliquum: quia diuersa causa est in vtroque eoque magis: quia oraculo viuæ vocis asseritur mihi, quòd non solum cōcurrebat puerilis ætas in isto Gentili: sed etiam concurrebat alienatio mentis: quia cum frater eius decessisset eodem morbo pestifero, & fuisset sibi dictū, non condoluit de morte fratris, sed dixit, so danno, quæ verba inferunt alienationem mentis compositæ: quia si fuisset mentis compositæ, cōdoluisset de morte fratris, & non dixisset, so danno, & per consequens concurrit inhabilitas ætatis & alienatio mentis in isto Gentili: Item in dicta l. seruū. ff. de noua. dicitur, ꝙ si pupillus fari potest, licet nō intelligat, potest rem suam saluam facere. Modo si argueremus, vt arguit D. Ricar. ad commodum animæ, sequeret̄ vnum absurdum, ꝙ pupillus non intelligens posset testari ad pias causas: quia acquireret quo ad ꝯmodum animæ, sed istud est falsum: quia faciens testamentum debet habere intellectum: quia testamentum est nostræ voluntatis iusta sententia: sed in tali pupillo defuit intentio & intellectus, ergo deficit testantis facultas, & per consequens non valet illa argumentatio. Item in acquirendo non requiritur iudicium, vt probatur in l. cum pater. in §. surdo. ff. de lega. 2. sed in relinquendo per viam vltimæ voluntatis requiritur iudicium, vt probatur in l. fi. C. si quis aliquem testa. prohib. vbi testamentum appellatur postremum iudicium. ergo non valet argumētatio do. Ricar. licet enim homo det pellē pro pelle &c. tamen intelligitur, quando donās est habilis ad donandum & ad disponendum, tunc etiam quia maliciosè iste sacerdos apposuit illa verba pro anima: cōsiderandæ enim sunt per iudicem discretum circunstantiæ personæ relinquentis: quia cum esset pupillus, non est credendum habuisse ita illaqueatam animam in peccatis, ꝙ indigeret relinquere tot legata ad pias causas, & maximè quia dicitur in dicto testamento, quod reliquit pro male ablatis incertis. immo extorsit iste presbyter istam assertam voluntatem ab illo pupillo contra omnem iuris dispositionem & multofortius asscribendo sibi legatū pro anima. ¶ Nec etiam obstat, cum arguit, ꝙ impubes obligatur religioni, vt l. fi. ff. de lib. cau. quia ille tex. loquit̄ in iur̄o, & nō in quolibet iur̄o: sed loqt̄ in casu speciali, & sic nō loquitur in religione, immo falsum est dicere, ꝙ pupilus obliget̄ religione, vt ꝓbat̄ in ca. j. & 2. de regula. & ꝑ ꝯns nō bene arguit do. Ricar. ¶ Nec obstat, cum arguit de prodigo: quia non facit ad propositum: quia prodigus non caret iudicio intellectus, & sic maioris discretionis est, quā sit pupillus. & maximè in casu nostro: qa concurrebāt duo, videlicet impedimentum ætatis, & febris pestilentiæ, quo casu videbatur pati exilium mētis, vt est tex. in c. fi. de succe. ab intesta. & ostendit̄ hoc ex verbis suis: quia dixit, so danno &c. de morte fratris, ex verbis enim comprehendit̄ stultitia loquentis, vt c. legimus. 93. dist. ¶ Nec obstat, quod allegaui de furioso sapienter testante, vt dixit Io. And. & Bal. quia dictum eorum est contra casum. d. c. fi. de testa. quia procedit, qn̄ habebat dilucida īterualla, vt in d. c. fi. & isto casu procedit dictū Io. And. & Bal. Item quia loquuntur in homine ætatis idonæ, si concurrat sapiēs dispositio, vr̄ hr̄e dilucida interualla: secus erat in casu nostro, & multofortius in casu nostro: quia vr̄ satis fatua dispositio in relinquēdo tot legata ad pias causas. & maximè quia legauit illi, qui asserit se notariū rogatū de ipso testō. ¶ Nec obstat, cū rn̄det ad d. l. fi. C. de test. mil. vt licet loquatur in doli capace: non tn̄ loquit̄ in testō ad pias cās, & sic sumus ex̄ casum illius. l. fi. qa rn̄deri pōt, ꝙ cū illa. l. loquatur vl̄r, dicēs nullo mō cōcedimus quo casu dixit Ang. in l. si qramus. ff. de testa. ꝙ nō poterit statutū habilitare pupillū ad testādū. vnde vr̄ illa. l. disponere, ꝙ non possit ad pias cās disponere: quia non hēt mentem stabilē, quę reqritur in condendo testm̄ ad pias cās. Itē do. Ricar. defecit in suo salutari: quia casum hēt ꝯ suā decisionē, & illū ignorauit. in d. c. si pr̄. iuxta illud oculos hn̄t & nō videbunt. ¶ Itē nō obstat, cū rn̄det ad d. l. 2. §. voto. qa bene loquit̄, qa si Deus non acceptat votum impuberis obligatoriū ęris & ꝑsonæ, vt in d. §. voto. sequitur, ꝙ debemus stare rłæ prohibitiuæ: vt cōmodissimè. ff. de lib. & posthu. l. si extraneus. ff. de ꝯdi. ob cau. sed nō est facta exceptio ab illa regula in iure. ergo sequit̄, ꝙ remanebimus in dispōne regulæ. ¶ Nec obstat, cū ipse dicit, ꝙ est facta exceptio ab illa regula per l. j. C. de sac. san. ec. quia salua sua pace illa. l. non loquitur in pupillo, vt de se patet, & adduco. d. c. si pr̄. Et ex dicto Ricar. sequeretur absurdum, ꝙ Papa imperitè & malè disponeret in casu. d. c. si pater. Quinimo dico, ꝙ coniuncto. d. c. si pater. cum d. l. j. C. de sac. san. eccl. vr̄ ibi casus formalis ꝯ doctrinā d. Ricar. Et licet ego in trāscursu lecturæ fuerim secutus Ricar. tamen consulēdo vr̄ verior cōis opin. quam nunc sequor dato longiori studio & meliori oportunitate inuestigandi. nec est mirum, ꝙ propter diuersa fantasmata generantur in nobis diuersæ intellectiones, vt dixit philosophus in tertio de anima. & voluit Bald. in l. j. C. de his qui ante aper. tabu. & Paulus apostolus dicebat, cum eram paruulus, loquebar vt paruulus: post quā sum factus vir: euacuaui ea, quæ sunt paruuli. ¶ Itē obstant etiam huic testamento illa, quę dicentur in sequenti dubio. Et sic concludo non tenere, nec valere istud testamentum pupilli Gentilis nomine.

¶ Circa

¶Circa ſecundam dubitationem dico iſtud teſtm̃
non valere, quod probo iuconuincibiliter. In dicto
teſta.interuenerũt dumtaxat duo teſtes,qui ſunt le-
gatarij eiuſdem teſtamenti,& vna fœmina, quæ etiã
eſt legataria,& presbyter,qui teſtm̃ ſcripſit, aſſerens
ſe eſſe notariũ, aſcripſit ſibi legatum in dicto teſtõ.
Et præſuppono,ꝙ licet eo tpe, quo viget peſtis in ci
uitate,vel in loco multo ſpecialiter inducta ſint:vn-
de dicebat Bal.in l.fin.C.de teſta. referens Nicol.de
Matta.ꝙ validum eſt teſtamentum cum quinq; te-
ſtibus.Bar.in l.j.ff.de bon.poſſ.ex teſta.mili.dicebat,
ꝙ bonum eſſet prouidere, ꝙ cum minori numero
teſtium valere teſtm̃ factum tempore peſtis ſine le-
gitimo numero teſtium:ſed requiritur deciſio impe
rialis, vel papalis, & probatur, ꝙ non valeat tale te-
ſtamentum l.conficiuntur.verſic.quid enim ſi ſuffi-
cientium teſtium facultatem non habuerit, ſed iu-
re teſtamenti factionem habeat, per quem text.ita
tenet Ludo.Roma.in repetitione auth.ſimiliter.C.
ad leg.falc.& ita etiam tenent moderni in d.l.fin.C.
de teſta. Et etiã eſt aduertendum:quia in dictis locis
tenentes teſtamentum valere cum minori numero
teſtium.tenent,ꝙ illi teſtes minores numero debẽt
eſſe legitimi & idonei.poſito ergo ꝙ eſſet receſſum
a numero teſtiũ: non tamen eſt receſſum à qualita-
te ipſorum teſtium,debẽt enim eſſe legitimi & ido-
nei. Et ſic cum adhuc non emanauerit ſpecialis ꝓui
ſio circa huiuſmodi teſtamentum factum tempore
peſtis ab imperatore,vel Papa , ſequitur , ꝙ non va-
luit,ex quo non interuenit legitimus numerus te-
ſtium,& poſito,non tamen conceſſo, quòd fuiſſent
ſufficientes quo ad numerum : tamen non videtur
eẽ idonei, & ltĩmi ita,vt iura volunt, & per ꝯñs hu-
iuſmodi teſtamentum non tenet.¶Et ex iſtis tollun
tur dicta multa ſpecialia,quæ propter peſtem dero-
gant cõibus regulis,vt procedant in caſibus expreſ-
ſis:ſed in caſibus non expreſſis remanebimus ſub re
gula,ita reſpondetur ad id, quod habetur in l.cum
a matribus.C.qui petant tutores & quod habetur ꝑ
glo.in c.ſi.de cleri.non reſiden.& in c.tranſmiſſa.de
præſcrip.& in c.ſi vero.de iureiuran.in glo.& in l.de
ætate.ff.ad Trebell. & in c.ad ſupplicationem.de re-
nun.in gloſſ.& in c.cõis filius 23.diſtin.& l.naturali-
ter.ff.de vſucap.per Barto.& 22.q.4.ver.quiſquis. &
c.propter ſterilitatem.de locato.& c.cum dilecti.de
dolo & contuma.& c.ex parte.de appel.& quod vo-
luit Ange.in repetitione.l.ſi vacantia.C.de bo.vacã.
lib.10.& Saly.in d.l.fina.C.de teſta.& in dicta l.cum
a matribus.Et ſic ex duobus euado caſum peſtis.Pri
mo,quia non eſt iure cautum,ꝙ propter peſtem re
6 cedamus a legitimo numero teſtium.†Secũdo : qa
iſti teſtes non ſunt legitimi : licet enim ſit receſſum
a numero,ꝙ tamen non verum, non propter hoc vi
detur receſſum ab idoneitate.¶Reſtat nunc videre,
ſi iſti ſint idonei teſtes in iſto teſtamento. Et pro cer-
to vr̃ mihi de iure dicendum,ꝙ nõ ſint idonei: licet
enim in relictis ad pias cauſas ſit receſſum a nume-
ro teſtium:non tñ eſt receſſum a qualitate teſtium
& idoneitate:nam in c.cum eſſes.& in c.relatum.de
teſta.dicitur,ꝙ licet non requiratur ſolẽnitas nume
ri teſtium in teſtamento ad pias cauſas facto : tamẽ
7 requiritur,ꝙ ſint idonei & legitimi.† Ita probatur
in d.c.cum eſſes.& c.relatum. vbi requiritur , ꝙ te-
ſtes ſint legitimi & idonei.poſito ergo ꝙ de cenſura
canonica ſit receſſum a numero teſtium requiſito-
rum de iure ciuili:non tñ eſt receſſum a qualitate:
ſed iſti teſtes appoſiti in p̄fatis teſtamentis non ſunt
idonei,nec legitimi, ergo non valet tale teſtm̃:nam
in dicto aſſerto teſtamento dr̃ Ioanneto de Soleto,
& Auguſtino Gaſparis,& dña Caſſandra teſtibus ad
hoc vocatis & rogatis certum eſt, ꝙ vbicunq; eſt qõ
inter hæredem & legatarium, & negatur, teſtõrem
teſtm̃ feciſſe, vt eſt formaliter in caſu noſtro : qa ne-
gatur iſtum do.Gaſconum teſtatum fuiſſe,& etiam
illum Gentilem,& ſic eſt qõ veritatis: quia frater &
ſorores illorum negant illos feciſſe tale teſtamentũ,
quo caſu non poſſunt iſti legatarij teſtificari in cau-
ſa iſta:quia teſtificantur in cauſa propria pro ſuo le
gato vt l.nullus.ff.de teſti. ideo non poterunt teſtifi-
cari.¶Et ſi quiſpiam dicat, ꝙ Io.And. in c.in ſup.de
teſti.dixit , ꝙ ſi in omnem caſum legatarius debeat
habere legatum. etiã ſi teſtm̃ nõ valeat : vt quia eſt
appoſita clauſula codicillaris,tũc legatarius põt eẽ
teſtis & plenaria fides datur eidẽ : ſed in caſu noſtro
ita eſt: quia iſti legatarij in omnem caſum habituri
ſunt legata propter clãm codicillarẽ : ergo poſſunt
teſtificari , ꝙ autem cõtineat iſtud teſtm̃ clauſulam
codicillarem,apparet ex eo:quia dicitur, hanc dixit
eſſe ſuam vltimam voluntatem, quam voluit vale-
re &c.ſub qua breuitate poteſt extendi clauſula co-
dicillaris. Ad hoc reſpondeo,ꝙ iſtud dictũ Io. Andr.
procedit eo caſu,quo partes confitentur factũ fuiſſe
teſtamentum,& non eſt quæſtio de veritate: ſed eſt
quæſtio de ſolennitate.ideo dicit tunc poſſe legata-
rium teſtificari & adhiberi ſibi fidem, ex quo in om-
nem euentum habiturus eſt legatum,ſiue valeat te-
ſtamentum,ſiue non , ex quo eſt appoſita clauſula
codicillaris:ſed nos ſumus in diuerſo caſu: quia qõ
eſt de veritate : quia negatur illos feciſſe tale teſta-
mentum,ergo non obſtat doctrina Io. Andr. nec eſt
verum dicere, quòd in omnem euẽtum iſti legata-
rij ſint habituri legatum ex eo: quia hic non eſt ap-
poſita clauſula codicillaris, & licet dicatur in ipſis
teſtamentis &c.tamen non videtur,ꝙ notarius poſ-
ſit apponere clauſulam codicillarẽ ex quo illam nõ
expreſſit teſtator : quia notarius clauſulam codicil-
larem apponeret non ex mente & voluntate teſta-
toris : ſed ex ſua ceruice. ideo ſi teſtator illam non
expreſſit,videtur,ꝙ notarius illam non poſſit appo-
re,iſta eſt elegans doctrina Bart. in l.j.ff. de iure cod.
in 6.q. vbi dicit,ꝙ magis apponitur de conſuetudine
notariorum, quàm ex deliberatione teſtantium. &
adduco,quod eleganter voluit Bal. in l.quoties. C.
de hære.inſtitu.vbi dixit, teſtator inſtituit hæredem
vniuerſalem,& ſuo fratri legauit mille. & hoſpitale
inſtituit in quinque ſolidis,modo hæres vniuerſalis
repudiauit hæreditatem an accreſcet hoſpitali inſti
tuto in re particulari an fratri cui relicta ſunt mille.
decidit,ꝙ fratri. Nec obſtat,quòd hoſpitale inſtitue
rit:quia magis dilexit fratrem , ex quo illum hono-
rauit in mille, quam hoſpitale , quod honorauit in
v.& licet inſtituerit hoſpitale , tamen illa inſtitutio
non operabitur vim inſtitutionis:quia potius nota-
rius illam appoſuit ex ceruice ſua, quàm quòd teſta
tor ſibi dixerit. Ita dicamus in propoſito & multo-
fortius : qa non eſt appoſita clauſula codicillaris in
iſto teſtamento:licet notarius appoſuerit illa verba
abbreuiate &c. vnde ſi expreſſe appoſuiſſet clauſu-
lam codicillarem, non operaret̃ ſuum effectum, ex
quo de mente teſtantis illã non appoſuit.ergo mul-
to fortius cum non fuerit appoſita.¶Et licet Ioã. de
Imo.in commento.l.filio præterito.ff. de iniuſto te-
ſta.videatur reprobare illam doctrinam Bartol.ta-
men non bene:quia illam approbat Bal.in d.l.quo-
ties.& illam videtur approbare do.Ant.in commẽ-
to.c.quintauallis.de iureiuran. vbi dicit , ꝙ illa ver-
ba pinguia & lata,quæ apponi conſueuerunt in cõ-
promiſſis:quia dicitur, quòd arbiter poſſit lædere
in maxima quantitate &c. quòd ſunt potius verba
appoſita a notario,quam a partibus,& ideo non po
terit arbiter lædere partem in maxima quantitate,
& illam doctrinam commemorat & ſequitur do.
Abb.

Abb.ibi.Et adduco, quod voluit do. Ant.in repetitione.c.cum contingat.eo.titu.vbi dicit, ꝙ licet partes in contractu refutationis dicant, iurauit non venire cōtra ratione euormissimæ læsionis,ꝙ talia verba non operantur suum effectum ex eo:quia videntur potius apposita per ceruice notariorum, quam quod partes ita dicant, & sequitur hanc doctrinam idem do. Abb.ibidem,qui etiam idem voluit in quadam sua disputatione, quæ incipit, statuto Senensi cauetur:quibus optimè concordat dictum Bart. in d.l.j.de iure codi.& per consequens non sunt isti legatarij in omnem euentum habituri dicta legata. Et ideo succedit illud,quod voluit Ioan.And. in ca. insup. de testi.vbi dicit, quòd si legatarius omnino est habiturus legatum. ita demum si testamentum valeat admittitur ad testificandum: sed minus sibi creditur quam alteri testi propter affectionem, quā habet verisimiliter ad causam, vt dixit Simon Vicētinus.& sic intellexit tex.dicta l.qui testamento.ff.de testamen.& facit text.in Auth.de testi. §.si vero,ille enim,qui in consequentiam ex suo dicto consequitur commodum,non censetur idoneus testis vt ibi, facit l.nullus,ff.de test.tertia quæstione prima, nullus.sed Specu.in titu.de instru.edi.§.postremo,alias. §.instrumentum.ver.quid de legatario.& in titu.de teste.§.primo.ver.item quid si talis.tenet,ꝙ si est qō inter hæredem & legatarium,quòd tunc legatarius non admittitur in testē:quia est propria causa, vel consimilis,vt in c.personas.de testi. & ita est in casu nostro,& istam partem sentit Barto.in d.l.qui testamento.Et adduco,quod voluit Bal.in l.dictantibus. C.de testa.vbi dicit,quòd ad suum commodum legatarius non admittitur in sua testificatione, & ita dicit se intelligere.dicta l.qui testamento.& insti.de testa.§ legatarij.& reprehendit dictum Io.And.supe rius allegatum,licet idem voluerit idem Ioan.And. in add.Specu.in versi.item quid si talis.Et sic stat cōclusio, quòd vbi est quæstio inter hæredem vel scriptum,vel venientem ab intestato,vel ipsum legatarium,vel legatarios, non possunt legatarij testificari.Et ideo Do. Abb.in dicto capitulo insup. in versi. breuiter puto. dicit, quòd si testamentum apparet in scriptis, ita quòd non pendet totaliter essentia a dictis testium,tunc admittuntur legatarij ad testificandum & probandum testamentum,ita loquitur. l.qui testamento.l. dictantibus. & §.legatarij allegatus superius,& ratio admissionis est multiplex secūdum eum. Prima est: quia non agitur principaliter de iure & commodo ipsorum legatariorum testificantiū.Secundo:quia non præsumitur de facili corruptio in 7.testibus,pro quo adduco.l.fi. C.de fideicom.in ver. vt per ampliorem numerum. Tertio: quia habent secum præsumptiones scripturæ maximè publicæ,vt ibi deest scriptura, ita quòd suam essentiam totalem capit testamentum a dictis testium non sufficere: quia tunc sunt suspecti, sicut notarius asscribens sibi legatum in testamento:vt l. secunda.C.de ijs qui asscrib.sibi in testa.& l.siquis legatum.ff.de fal.& limitat ista se intelligere, quando in alterum euentum habituri sunt legatum dumtaxat:sed si in omnem euētum habituri sunt legatū, indistinctè possunt testificari, quando quæstio est inter alios.Ista sunt formalia verba Do.Abb.ibi.Ista pro certo apponunt securim ad radicem multifariè,primo ipse dicit,quòd quæstio est inter alios,sed in casu nostro quæstio est inter ipsos hæredes veniētes ab intestato,& ipsos legatarios, & sic vult isto casu non posse testificari, & idem voluit Bald. Bart.& Specu. in locis superius allegatis, & etiam loquitur dominus Abb.quando testamentum innititur scripturæ publicæ. Item concurrit: quia agitur in casu isto principaliter de commodo ipsorum testiū.ideo non possunt testificari: quia licet quando agitur de commodo ipsorum in cōsequentiam possint testificari:vt in dicta l.qui testamento.cum si.tamen non quando agitur principaliter de eorum commodo, & ita est in casu nostro; quia agitur principaliter de commodo ipsorum.Item quia de facili præsumitur corruptio in istis testibus: qa pauci sunt. sunt enim tres,inter quos est vna fœmina, & omnes sunt legatarij,& sic inter paucos de facili præsumitur falsitas,

8 †vt in dicta l.fin.C.de fideicom.& concurrunt duo: quia est paucitas testium.& agitur de suo commodo principaliter. quo casu vnū solum sufficeret ad repellendum ipsos a testimonio.Item dicit:quia habent præsumptionem scripturæ maximè publicæ: sed in casu nostro stat difficultas, si istud testamentum recipiat essentiam a scriptura facta per illum presbyterum, de quo dicetur inferius: tamen non potest capere essentiam ab illa scriptura.primo: qa ille scriptor licet sit sacerdos,tamen nō fuit presbyter parrochialis: vt loquitur.c.cum esses. de testam. vbi requiritur scriptura ꝓprij presbyter parrochialis,quo casu æquiualet dicto duorum: vt voluit Specu.quem referunt scribentes in d.ca. cum esses.quia habet melius notam cōscientiam sui parrochiani. item presbyter dicit mihi notario infra scripto.non tamen apparet,ꝙ sit notarius: tamen dominus Abbas dicit,testes non sufficere: quia sunt suspecti,sicut notarius cum asscribit sibi in testamento: vt d.l. si quis legatum. & in proposito nostro iste sacerdos asscripsit sibi non solum in testamento huius domini Guasconi, sed etiam in testamento illius pupilli, quo casu scriptura sua est suspecta: quia a suspecta persona & corrupta scripta est cum paucissimus testibus & suspectis:quia principaliter ad sua commoda anhelant. ergo nō opitulantur isti legatarij sibiipsis; posito ꝙ producāt illam assertam scripturam factam ab eo, qui nō potuit exercere tabellionatus officiū, & facta ab eo qui asscripsit sibi sua propria manu in testamento duorum fratrum,quorū vnus est infra pubertatis tempora constitutus, quo casu iudex nullo modo deberet adhibere fidem,non solum testibus:sed nec ipsi presbytero,cuius scriptura est suspecta, & mirū est,quia asseritur, ꝙ est doctor, qui non potest prætendere ignorātiam: vt in l.j.C.q. & aduersus quos.& l.ꝓfessio, C. de mune. patrimo. lib. 10.& quod voluit Ange. in repetitione.l.eā quā. C.de fideicom.& Bald.in c.si de confess.& facit.c.cū in cunctis.de elect. Facit ad prædicta.l. omnibus. C. de testib. vbi nullus est idoneus testis in re propria: & ibi dicit gloss. ꝙ legatarius potest testificari super solennitate testamenti.Item & super veritate institutionis dicit ibi Bal. dummodo ex hac testificatione non speret legatū:licet hæres cogatur eius testimonio stare hoc ex vi dispositionis leg.quia non potest negare,ꝙ affirmauit non ex natura testificationis legatarij,sed in casu nostro ex hac sua testificatione legatarius sperat consequi legatum.ergo sequitur, ꝙ non poterit testificari.Item quia in casu nostro hæres institutus neget testatorem fuisse testatum, nec affirmat testamentum,nec vocauit istos legatarios in testes.¶ Et si quispiā opponit de eo, quod voluit Nico.de Matta.in dicta l.dictantibus. vbi dicit dicta l.omnibus.habere locum, quando testamētum esset sine scriptura; ita quòd esset opus deuenire ad depositiones testium: tunc enim non staretur dicto legatariorum: sed in casu nostro fuit celebrata publica scriptura per notarium. ¶ Et etiam si quispiā opponit de eo, quod voluit Salyce.in dicta l.dictantibus. vbi dicit, ꝙ si legatarius petat legatū ex testamento a tabellione scripto, vel ex testamēto in scri-

pris

ptis publicato, dicit, quòd põt: quia fides illius scripturæ est iam approbata per hæredem scriptum, vt voluit Nico. de Matta. sed vbi ex testamento nuncupatiuo in scripturam non redacto petere velit, tunc dicit Salyc. ꝙ septẽ testes sunt necessarij. & vbi ex codicillis quinque, tunc inter istos ipse est connumeratus. & ideo si in testamento non fuissent nisi septẽ ipso legatario in numero ipsorum testium computato probare nõ posset, nisi diceretur, ꝙ cl'a codicillaris fuissent apposita per testatorem: quia tunc ex illis septem sufficerent quinque ſm Salyce. vel forte secundum eum etiam sine clausula codicillari potest: quia cum hæres ex tali testamento non posset habere hæreditatem, nisi eo publicato: vt l. publicati. C. de testa. & in scripturam per tabellionem actorum redacto: vt no. in l. fin. C. de edic. diui Adri. toll. non potest hæres venire contra illud, quod semel approbauit, & contra scripturam solẽnizatam, quã ipse fieri fecit. Dicit etiam, ꝙ potest addi alia ratio, quæ erit bona in codicillo, de quo nõ esset facta scriptura, ita ꝙ haberent necesse petere a venientibus ab intestato. s. pluralitas testium, quæ fecit, ꝙ illud, quod diminuitur de fide vnius suppletur per alios, vt l. si quis ex argentarijs. §. sed cũ omnes. ff. de eden. & forte esset fauor testantium, vt liberius testes conuocati veniant, vel sperantes de legato se non retrahant a testimonio, propter qđ vltima voluntas non haberet effectum. Ista sunt formalia verba Salyc. in d. l. dictantibus. circa istum passum. Sed in proposito hic interuenit scriptura publici tabellionis, ergo &c. Ad hoc respondeo primo quo ad opi. Nic. de Matta. dico, ꝙ communiter non tenetur: fuerunt enim de hoc multæ opiniones, quas ad plenum refert do. Abb. in d. §. insuper. sed communiter tenetur opi. Spec. vt superius retuli. Item loquitur Nic. de Mata. eo casu, quo illa scriptura est approbata per hæredem scriptum. & ita etiam loquitur Salyc. in d. l. dictantibus. & ita etiam loquitur Bald. in d. l. omnibus. sed in casu nostro hæres nullo modo approbauit istud testamentũ, immo negat fratres suos fecisse talia testamenta. ergo non habet locum dictum Nico. de Mata. immo est contra huiusmodi testamenta: vt non possint ꝓbari per ipsos legatarios. Item Nico. loquitur eo casu, quo talis scriptura testamenti habet testes ibi descriptos in sufficienti numero, & ita ibi loquitur Salyce. Item Nico. & Saly. loquuntur eo casu, quo illa scriptura caret suppletione, ꝙ non est in casu nostro: quia dumtaxat sunt testes descripti legatarij in magna quantitate, & assertus notarius in ipsis ambobus testamentis asscripsit sibi legatum, quo casu scriptura est suspecta, vt dixit Do. Abb. in dicto capitulo insuper. & isto casu non loquitur Saly. nec Nic. item Saly. dicit, non potest venire hęres contra id, quod semel approbauit, & contra scripturam solennizatã, quam ipse fieri fecit, ꝙ non accidit in casu nostro: immo huiusmodi assertum testamentum est contra voluntatem illius do. Guasconis, qui stimulatus ab ipso presbytero & ab illis testibus, vt faceret legata, respondebat, quid vultis me facere: quia remanẽt quatuor sorores ex patre meo, & sic contra voluntatem suam fuerunt extorta ista legata. Et ideo non debemus ita fauere piæ causæ: vt testis sororibus, & fratri fiat iniustitia. ideo dicit tex. in c. ex tenore. de foro compete. ita sumus viduis & pauperibus in iustitia debitores, qđ aliis iniustitiam facere non debemus. Item ista non fuerunt modica legata, de quibus non est curandũ, argu. l. leuia. ff. de accus. & auth. nisi breuiores. C. de sen. ex breui. reci. immo sunt magna, & extenuant patrimonium, quo casu non loquitur Saly. & sic doctrina Saly. est pro nobis. Item Salyc. loquitur eo casu, quo concurrit pluralitas testium, & ꝙ diminu[itur] de fide vnius supplętur ꝑ alios, vt in simili dixi Ang[elus] in suo consilio, sed non est sic in casu nostro: quia sunt duo testes masculi legatarij in magna quantitate, & est vna fœmina legataria etiam in magna quãtitate, & sic omnes laborant eodem morbo, & concurrit suspicio illius presbyteri, qui asserit se publicum notarium ad asscribendo sibi in dictis testam[en]tis &c. ¶ Nec ob. si quispiam opponat de eo, quod voluit Ioan. de Imo. in d. l. qui testamento. circa su[am] distinctionem ibi, secundo casu quando quæritur de testamento nuncupatiuo: tunc si esset confect[um] manu publici tabellionis etiam procedit, quod ibi habetur: quia videntur adhibiti testes ad solennitatem, cum non sit necesse ipsos in iudicio deponere: sed satis probetur testamentum producẽdo ipsam publicam scripturam: quia istud tollitur eodẽ modo, quo tollitur motiuum Nico. & Saly. quia procedit, quando testamentum habet debitam formam & caret vicio. ideo tunc non est necesse, ꝙ testes deponant in iudicio: sed sic non est in casu nostro eo: quia istud testamentum non habet testes in legitimo numero, vt est dictum superius. ¶ Et si quispiam diceret, ꝙ quo ad pia relicta habet legitimum numerum ex eo: quia sufficiunt duo testes, vt est dictum per d. c. relatum. istud procedit, quando testes sunt idonei, vt in d. c. cum esses. & d. ca. relatum. It[em] quando interuenit præsentia presbyteri parrochialis: sed in casu nostro fuit secus. Præterea est dedecus toti clero, quod asscripsit sibi legata in dictis testamentis, quod ita ambitiosè, & ita auarè asscripsit sibi legata in testamento impuberis incapacis ad testandum, & quod ad palliandum dictam suam auaritiam pestiferam apposuit illa verba, ꝙ pro anima sua legabat dicto asserto notario, quo casu est res pessimi exempli, a qua esset abstinendũ: vt pulchre dixit Apostolus. c. cum ab omni. de vita & ho. cle. & probatur in l. si quis aliqd. §. qui abortionis. in verb. res pessimi exempli est. cum sim. ff. de pęn. ergo multo fortius est reijcienda huiusmodi scriptura: quia est res pessimi exempli quo ad sacerdotes Dei, & oritur scandalum laicis: & horror non mediocris quo ad mentes laicorum, & sic isti testes non sunt idonei, & scriptura illa est vitiosa vitio ipsius asscribentis sibi legatum. ¶ Et si dicatur, quòd istud accidit propter pestem vigentem in loco, istud non excusaret dictum presbyterum: quia non propter hoc debuit sibi asscribere legatum, & delinquere, maxime in milite cęlestis militiæ, in quo non cadit iuris ignorantia: vt c. cum in cunctis. de elect. & voluit Bald. in c. si. de cõfess. Et eodem modo in legatarijs; quia ex quantitate eis legata præsumitur fraus, vt egregie dixit Bal. in capitulo primo. §. hæc autem sacramenta, de pace iur. fir. in vsib. feud. ad hoc allegat Bal. in l. j. ff. de præto. stip. ¶ Et si quispiam adducat in contrarium illud, quod voluit Hostien. quem refert & sequitur Ioan. Andr. domi. Ant. & alij, c. cum inter. de re iudi. vbi q̃rit, quonãmodo subscribit sed prior monasterij, cui fiebat concessio, contra illud, quod habetur in l. 2. C. de his qui sibi asscripserũt in testamento. dccidit, quòd potest vt ibi, & per consequẽs non dicitur huiusmodi scriptura continere vitium: licet in ille presbyter sibi asscripserit. Ad hoc respõdeo, quòd Hosti. non loquitur eo casu, quo quis asscribit sibi legatum: sed quando legatum asscripsit ecclesiæ, quo casu dicit legatum illud esse ecclesię, & non prælati, & ad hoc allegat. capitulo secundo, de dona. 16. quæstione prima, capitulo tertio. de præben. & sic sentit secus esse si sibi asscriberet, & ad suũ commodum: sicut fecit in casu nostro. ergo sequitur ꝙ incidit in pęnam de his qui sibi asscripserunt. Et etiam

etiam est diligenter ponderandum hoc dictum: quà voluit ibi hoc, & cōiter omnes, ꝙ titulus ille de his, qui sibi asscripserunt in testamento, habeat locum in clerico, ꝙ est memoria dignum. Simile dicimus in casibus, in qbus hæres priuatur hæreditate vt indignus, eodē modo priuabitur clericus per totum titulum. C. de his quibus vt īdignis. Simile dicimus in eo, qui non petit tutorem dari pupillo: vt in casu l. sciant. C. de legi. hæredi. priuetur successione, vt de multis similibus quæstionibus, & legibus ciuilibus multum sapienter disputat do. Pe. de Anch. in commento c. canonum. de consti. vbi etiam dicit, ꝙ perdit possessionem clericus iuxta dispōnem. l. fi. C. de acq. pos. quia pro cursu temporalium ecclesia vtitē legibus imperialibus: vt in c. qm̄. 10. distin. vt ibi latè disputat Do. Pe. & per consequens incidit in pœnam illius titu. de his, qui sibi asscripserunt. ¶ Et si quispiam dixerit, ꝙ illa pena non habet locum in testamento nuncupatiuo: quia in eo cessat ratio, quæ hanc pœnam inducit: quia testamentum nuncupatiuum est testibus notum & non secretum, ideo nō pōt fraus committi, vt committitur in testamento in scriptis, quod testibus non innotescit: vt l. hac cōsultissima. in prin. & l. iubemus. C. de testa. Respondeo, licet ita dixerit Odof. & glo. in l. j. §. si inter. ff. de fal. ponat qōnem, & non soluat: tñ Dyn. fatetur hoc esse verum in testamento nuncupatiuo, quod non capit vires a scriptura: vt quia sine scriptura est factum coram testibus: licet aliquis ex legatarijs illud scripserit ad perpetuam memoriā: sed vbi caperet vires & probationem a scriptura, vt hodie fit vel de iure, vel de consuetudine, quando per tabellionem coram vij. testibus scribitur, vel scriptura probat vt publica, tunc si tabellio sibi asscripsit, habebit locū pena illius titu. quia subest eadem ratio, quæ in testamēto in scriptis, & ꝑ hoc inducit. l. j. C. de his qui sibi asscripserunt, & l. diuus. & l. impuberē. §. qui codicillos. ff. de fal. vbi indistinctè dicit, ꝙ qui sibi asscripsit in codicillis, tenetur, nec distinguitur in scriptis, vel sine scriptis. hoc sequitur Cy. & Saly. in d. l. j. C. de his qui sibi. idem voluit Bart. in l. j. §. inter. ff. de fal. idem voluit do. Pet. de Ancha. in c. pe. de fal. idē voluit Bald. in d. l. dictantibus. & per consequens cū ex hac scriptura testamētum incipiat habere vires, sequit, ꝙ legata relicta huic presbytero a seipso scripta peti non possunt, nec euitat penam falsi. & sic non ob. opi. Odof. Et licet glo. allegata superius non soluerit quæstionem: tamen satis videtur soluta ex hac doctrina Dy. quam maximi legū patres amplexi sunt, vt Cy. Barto. Salyc. Bald. Pet. de Anch. & moderni. & per consequens sequitur, quòd dictus presbyter incidit in pœnam sibi asscribentium in testamento. & quod non possit petere legatū. ¶ Et si opponitur, ꝙ plures testes interuenerint in dicto asserto testamento, primo interuenerunt duo viri & vna fœmina & ipse presbyter, quo casu videtur satisfactum dispositioni iuris: quia aut non est ad pias causas huiusmodi legatum, aut sic. Primo casu sufficiūt duo testes, & præsentia presbyteri, vt probatur in d. c. cum esses. Secundo casu sufficiunt duo testes, vt in d. c. relatum. licet sint fœminæ: quia quo ad primū respondeo. hic non interuenit legitimus numerus requisitus a lege canonica: quia de iure canonico requiruntur in testamento ad non pias causas duo vel tres testes & præsentia presbyteri parrochialis: sed in casu nostro non interuenit præsentia presbyteri parrochialis. ergo nō est satisfactum dispositioni iuris canonici. item requiritur etiam, ꝙ sint idonei. item quòd sint legitimi: quia tex. dicto cap. relatum. requirit eos esse legitimos: sed hi nō sunt tales: quia deponūt in causa propria. Et multominus illa mulier non potest esse testis: quia concurrunt duo impedimento: videlicet quia est mulier, & est legataria, & nō suppletur fides sua per testes legitimos: licet enim multi teneant, mulierem posse esse testē

9 in pia causa, † vt in l. j. C. de sacrosan. eccl. & in d. c. relatum. tamen Fede. de Sen. consilio 221. tenet, ꝙ nō possit, per regulam prohibitiuam: vt l. qui testamento. §. mulier. ff. de testa. quæ opi. videt verior per tex. d. c. relatum, vbi requiritur, testes legitimos fore. Itē hoc videtur probari de iure canonico in ca. forus. §. testes, cum concordant. ibi positis, de verbo. signifi. vbi gl. dicit, quòd ideo mulier non potest esse testis in testamento: quia genus mutabile. & etiam gloss. in d. §. mulier. dicit, ꝙ non potest esse testis, quia fragilis & corruptibilis est: sed ista ratio militat in relictis ad pias causas, ergo &c. Et adduco tex. in l. generali. in ver. omni solennitate munitū. C. de sac. san. Et adduco tex. in d. c. cum esses. vbi dicitur, ꝙ debet interuenire præsentia presbyteri parrochialis cum duobus, vel tribus alijs personis: sed illa: implicatiua alijs, requirit, ꝙ sit masculus: quia implicat: vt l. si fugitiui. C. de seruis fugiti. c. sedes. de rescrip. clem. j. eo. titu. & clarum est, ꝙ gl. ibi tenet, ꝙ illud loquitē ad pias causas, tunc arguo sic illud requirit presbyterum parrochialem & duos masculos, sed d. ca. relatum. derogauit illi. c. in præsentia presbyteri parrochialis, & in numero testium, sed in qualitate non derogauit: immo idē disposuit: quia dixit legitimi testes, & latè ita tenui in d. c. relatum. ꝙ mulier non potest esse testis: & multo fortius in casu nostro cum sit mulier, & legataria, & sic nullus doctorum tenentium mulierem posse esse testem in testamento etiā

10 ad pias causas tenet, ꝙ possit, si concurrat † quod sit legataria: sed quo ad alios duos testes remanet firma regula d. c. in omni. & d. l. nullus idoneus. sed isti legatarij testificant in causa propria existente quæstione inter veniētes ab intestato & ipsos legatarios. & d. c. relatum requirit eos debere esse legitimos, ergo &c. ¶ Præterea est etiam ponderandum: quia verè aliqua ex huiusmodi relictis non sunt pia; quia relicta sunt talibus personis, quæ non videntur recipere huiusmodi legata pro anima considerata quantitate summæ legatæ & qualitate personarum, quibus relicta sunt, & ad hoc adduco, quod voluit Bar. in repetitione l. j. C. de sac. san. ecc. in ver. quæro, qd si relinquitur homini diuiti. & ideo dixit Bal. in repetione. d. l. j. in 6. col. q. 7. vbi dicit, ꝙ aut est diues secūdum conditionem suæ personæ, & legare sibi pro anima, nō est piè relinquere: sed est frustra donare & perdere. j. q. 2. c. pastor. c. non satis. 86. dist. Si autē est pauper cōsiderata quātitate patrimonij & qualitate personæ suæ, tunc piè datur, quatenus egenti datur: sed quatenus daretur supra nō esset dare: sed perdere, nec esset pietas, nec virtus, sed prodigalitas. Facit glo. ad hoc sing. in l. illud. C. de sac. sanc. eccl. & quod voluit idem Bal. in d. l. illud. vbi dicitur, ꝙ si relinquitur fratri vel amico, & dicit pro anima, quod nō est pium relictū, nec statur illi assertioni. allegat ad hoc, quod voluit gl. in l. si donatione. C. de dona. nisi esset talis persona cōstituta in necessitate, puta virgo maritanda, vel quis esset constitutus in carcere: ideo concludit, aut causa pietatis congruit personæ, & tunc dicitur legatum pium. facit, quod voluit idem Bald. in auth. similiter. C. ad l. fal. vbi loquitur, quando relinquitur pro anima ei, qui non est pauper: & dicit, ꝙ assertio testatoris non potest immutare veritatem, allegat. l. si forte. ff. de castrensi peculio. Idem voluit do. Card. in c. tua. de testa. allegat gl. quam dicit non esse alibi in d. l. illud. Facit, quod voluit Bar. in c. per diuersas. C. manda. & quod voluit Ange. in l. etiā. §. ex præterito. ff. de man. aliàs de

manumiss.

manumiſ.vindi. ¶Cũ ergo in caſu nr̃o fuerit relictũ illi pſbytero aſſcribẽti ſibi pro aĩa: ergo ſequitur, ꝙ tale legatũ non eſt pium: quia non eget, nec eſt in neceſſitate eodem modo in alijs relictis, & quia nec merentur legatarij tanta legata, nec videntur conſtituti in tali neceſſitate. per cõſequens non gaudẽt priuilegio piorum relictorũ. Quinimo ſi bene animadnertat do. iudicans, in fraudem fuit conceptũ, ꝙ dicerentur pro anima, nec debent iſti legatarij, & ille ſacerdos lucrari de ſuo dolo, vt c. ex tenore. c.licet.de reſcript. ¶Præterea eſt ponderandum, ꝙ iſte ſacerdos incidit non ſolum in pœnam aſſcribentis ſibi legatum, ſed etiã in pęnam falſi ex eo: quia non adhibuit ſolennitatem in iſto teſtamẽto, quam debuit adhibere, vt eſt tex.ſing.ĩ l.iubemus.C.de teſta. & facit, quod voluit idem Bal.in l.quoties. ff.de hæredi.inſti.vbi dicit, ꝙ ſi notarius omittit ſolennitatẽ, eſt præſumptio contra ipſum de falſitate, & videtur eſſe præſumptio iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio per d. l. iubemus. ad fin. & ſic omittere ſolennitatem in teſtamento quo ad notarium eſt committere falſum, & voluit Ioã.de Imol. in d.l.quoties. ſed in caſu noſtro omiſit iſte aſſertus notarius ſolennitatem, teſtamenti: quia non fuit factum ad pias cauſas, licet aſſeruerit ſe relinquere ad pias cauſas. ergo incidit in pœnam falſi. maximè quia ſibi aſſcripſit legata in vtroque teſtamento: & maximè quia erant iuuenes: quia vnus erat 21. annorum alter. 22. qui non commiſerãt ex præſumptione talia peccata, quæ indigerent talibus relictis pro anima, & per conſequens veritas eſt, quòd nullum teſtamentum fecerunt. ¶ Et ſi dicatur, ꝙ erat peſtis: tamẽ dico, ꝙ adhibuiſſent cautelam, vt teſtes ſtarent inferius, & teſtatores in aliqua feneſtra, vt fit hic Bononiæ tempore peſtis, quo caſu bene reperiũtur teſtes in ſufficienti numero ad confectionem teſtamenti in forma ſolenni. & ideo illud, quod nõ eſt veriſimile, eſt quædam falſitatis imago. l. milites. §. oportet. C. de quæſtio. voluit Bald. in l. j. C. de ſeruis fug. cum vulgaribus. Item negatur, ꝙ iſte ſacerdos ſit notarius. Officium enim tabellionatus eſt ipſis ſacerdotibus a lege canonica interdictũ, vt in c.ſicut. ne cleri. vel mona. quia ſpeciale eſt in cauſa hæreſis, vt poſſint hoc officium exercere, vt in c.officium. §. ad conſcribendas. de hære. lib. 6. ergo cõtrarium eſt regulare, voluit do. Car. in dicto capitulo ſicut. quẽ ſequitur ibi Do. Abb. eſt enim officium extraneum ab officio clericorum, cum ſit quoddam genus negotiationis, & eſt vile officium, vt l. vniuerſos. C. de decu. lib. 10. maximè cum dicatur ſeruus publicus. l. non enim. ff. de adopt. c. 2. de vſur. libr. 6. tum quia eſt officium ſeculare. ¶Et ſi dicatur, ꝙ licet clericus non debeat exercere officium tabellionatus: tamen ſi exercuit, tenet, & valet inſtrumentum confectum ab eo per id, quod not. in d. c. ſicut. Ita dicamus hic, quòd valet & probat talis ſcriptura. Ad hoc reſpondeo, iſtud procedit, quando non aſſcripſit ſibi legatum in tali teſtamento, & illud non fecit ad ſui commodum, vbi vero ad ſui commodum fecit, videtur illud non probare. item illud procedit, quãdo illud inſtrumentũ habet ſua ſubſtantialia, & ideo Ludo. Rom. ĩ ſuis notabilibus. 353. dicebat, tu ſcis, ꝙ ſacerdos non poteſt eſſe tabellio; ſi tamen inſtrumẽtum conficit valet, vt d. c. ſicut. pone, ꝙ ſacerdos ſcribit legatum ſuæ eccleſiæ, an talis ſcriptura probet? decidit ꝙ ſic, ex quo aſſcribit eccleſiæ & non ſibi: quia acquiritur eccleſiæ & non ſibi. allegat Ioan. And. in d. c. cum inter. de re iudic. vt ſuperius allegaui. & ſic ſentit, ꝙ non probat, & ſic ponderet do. iudi. quia in iſto aſſerto teſtamento concurrunt plures defectus, qui arguunt illud eſſe falſum & non verum: nec ſolenne. primo concurrit tenera ætas iſtorum teſtantium, quæ non indigebat legatis pijs in tãto numero. concurrit: quia habent ſorores. concurrit, ꝙ laborabant febre peſtilentiæ, quæ omnem mentẽ exinaniuerat: vt apparet ex verbis prolatis ab illo Gentili & ex celeritate tẽporis, quo deceſſit ille do. Guaſcho poſt illud aſſertum teſtamentum. concurrit, ꝙ reuera non fuit ad pias cauſas: quia inſtituit fratrẽ. & licet reliquerit aliqua relicta pro anima: tamen fuit quidam color ex malitia adinuẽtus, vt valeret, vt oſtenſum eſt. Concurrit, ꝙ non interuenit legitimus numerus teſtium, nec interuenit idoneitas teſtium: quia deponunt ad proprium commodum. Concurrit, ꝙ ille, qui ſcripſit, dicit ſe notarium & tamen eſt ſacerdos. Cõcurrit, ꝙ ſibi aſſcribit legata in vtroque teſtamento, & aſſcripſit ſibi ad pias cauſas, in quo nulla pietas verſatur. tum quia eſt doctor & canonicus præbendatus, & eſt res peſſimi exempli, & ſcandalum apponit inter laicos. ¶ Ex iſtis concludo, huiuſmodi aſſertam ſcripturam non eſſe teſtamentum, nec fidem eſſẽ adhibendam. & illum presbyterum venire puniendum pęna aſſcribentis ſibi in teſtamento eo caſu, quo illa ſcriptura faceret aliquam probationem, ſed in vero nullam probationẽ facit. ergo illi potius videntur deceſſiſſe ab inteſtato, & ita concludo. Et ſic nulla relicta in dictis teſtamẽtum deberi. Andreas Barbatias 1468. die vltimo. Aprilis. Imolæ.

EPITOME.

¶Teſtator reliquit ius neptibus, cum nupſerint, ꝓ qualibet earum vnam quartam partem ſimul cum domina Iacoba vxore teſtatoris: dicitur hic, quòd dicta vxor inuitatur ad quamlibet quartam relictã ipſis neptibus.

SVMMARIVM.

Aduerbium ſimul, eſt aduerbium congregandi. nu. 1.
Teſtamento abolito aboletur omnis clauſula teſtamenti. numero ſecundo.
Citari debet pars in cautione præſtanda. nu. 3.

CONSILIVM LIX.

Stat hęſitatio. Teſtator vſus eſt iſtis verbis in quodam legato, videlicet, reliquit ſuis neptibus, cum nupſerint, pro qualibet earum vnam quartam partem ſimul cum domina Iacoba ipſius teſtatoris vxore vnius poſſeſſione. Dubitatur, ſi domina Iacoba vocata ſit ad quamlibet quartam de illis tribus quartis ſimul cum dictis neptibus, & vltima quarta remaneat in hæreditate, an vero illæ tres neptes veniant ad vnam integram quartam pro qualibet earum, & dicta domina Iacoba vocetur ad vltimam quartam ita, quòd nil remaneat penes hæredem. Et videtur de iure dicendum, quòd dicta domina Iacoba veniat inſimul cum illis neptibus ad tres quartas relictas, & vltima quarta remaneat penes hæredem. Et adduco Bartol. qui iudicio meo decidit hanc quæſtionem formaliter in quodam ſuo conſilio incip. Dominicus fecit teſtamentum, vbi teſtator mandauit in ſuo teſtamento, quòd Bartol. deberet communicare vnà cum fratribus ſuis carnalibus bona &c. decidit, quòd non ſolum præfatus Bartol. ſed etiam alij fratres debent communicare, quæ propria erant, quod dicit apparere virtute illius dictionis, vna, eſt enim aduerbium congregandi, & importat

portat id ꝙ ſimul, cuius aduerbij natura eſt congregare prędicatũ ad ſuũ ſubiectũ ſ̃m grãmaticos, & ꝓbatur in l.fi.C.de impub.& alijs ſubſt.nam ſi dico Titius inſimul cũ filijs Sempronij mihi hęredes ſunto, importat, quòd Titius & filij vna ſimul ſint hęredes. Et hoc quòd dicit hęredes ſunto, de eis pariter prędicatur. ita formaľr dicit ibi Bar. Modò ĩ propoſito noſtro teſtator legauit ſuis neptibus pro qualibet earum vnam quartã ſimul cũ domina Iacoba
1 modò illud aduerbium ſimul.† eſt aduerbium congregãdi, & ꝯgregat prędicatum ad ſuũ ſubiectũ: ſed prædicatum eſt illa domina Iacoba, & ſubiectũ eſt illud, vnam quartam pro qualibet. ergo ſequitur, quòd dicta domina Iacoba per illud aduerbium ſimul, congregatur ad quãlibet quarta relictam illis neptibus, & per conſequens vocatur ad quamlibet quartam ex diſpoſitione teſtatoris. Et pro certo mihi videtur, quòd in terminis noſtris Bart. decidat hanc dubitationem debet ergo venire dicta domina Iacoba ad omnem quartam relictam illis neptibus ſimul cum eis, & ideo ipſa veniat pro vna dimidia in qualibet de illis tribus quartis. Et etiam adducit Bartol. ibidem pro hac ſua deciſione tex. in l.fin. C.de impub. & alijs ſubſti. quia dicit inſimul hæredes ſunto Titius pater cum ſuis filijs. pariter enim de eis prædicatur. & per ꝯſequens illud cõſiliũ. Bart. apponit ſecurim ad arborẽ huius dubitationis. Pręterea faciat, vnita ſermonis in vnum corpus redigit eos, quos teſtator inſimul vocauit: iſtud decidit tex. l.vnicę.§.hęc ita tam varię.C.de cadu.tol.& iſta domina Iacoba in vna & eadẽ cõgerie verborũ vnica eſt vocata cum qualibet quarta dictis neptibus relicta. ergo ſequitur, quòd ad eandem quartam cuilibet nepti relictam videtur vocata. cordis enim preco eſt lingua, dixit Bald. in tractatu ſciſmatis. idem Bald. in cap. mandatum. de reſcript. quòd imperator linguę eſt cor. ea enim dicimus, quę mente reuoluimus: quia voces ſunt ſigna earum, quę ſunt in anima paſſionum notæ. phyloſophus. j. periermenias. l. Labeo.§. idem Tubero. ff. de ſuppell. lega. cũ ergo in vnitate ſermonis vocauerit illam Iacobam ſuam vxorem, ergo in qualibet quarta neptibus relicta habere voluit portionem dictam ſuam vxorẽ. Pręterea facit ad prędicta tex. in l. Titię textores.§. nihil intereſt. de leg.j. vbi dicitur, quòd nihil intereſt, vtrum teſtator dicat, relinquo Titio cũ Męuio. an dicat, relinquo Titio & Mæuio. ergo ſequitur, quòd idem fuit in caſu iſto dicere, lego vnam quartam pro qualibet neptibus meis & dominę Iacobę vxori meę, ac ſi dixiſſet, cum domina Iacoba vxore mea. vnde videtur vocata ad quamlibet quartam. multo ergo fortius erit idem, quando apponitur cõiunctiua magis vnitiua: quia teſtator dixit ſimul cum domina Iacoba, & ſic videtur geminaſſe illa verba importantia vnionem legati, quo caſu fortior & potẽtior redditur diſpoſitio ipſius teſtantis: quia ſi dixit ſimul cum domina Iacoba. dictio, ſimul, auget ſignificationem & diſpoſitionem actus: quia ſermo duplicatus videtur prolatus cum maiori deliberatione, vt dixit ſolennis tex. in c.& ſi Chriſtus. de iureiur. & licet verba enunciatiua non diſponant, vt c.ſi Papa. de priui. li. 6. tamen ſi geminantur, diſponunt, vt eſt tex. melior de iure, & ibi Angel. in l.j.C. de plus peti. Et confeſſio ſine cauſa non obligat confitentem, ut l.cum de indebito.§.fi.ff.de condi.inde. tamen ſi eſt geminata, probat, ut eſt gl. quæ reputatur ſing. in l.cum ſcimus.C.de agri.& cenſi.li. 11.& ideo ſapienter dixit Bal. in c.ſi. de offi. deleg. quod ubi geminantur uerba in commiſſione: quia dicitur, tu tu facias, quod uidetur electa induſtria perſonæ.

Et licet obligatio naturalis non pareat efficacem obligationem: tamen ſatis operatur, ſi geminatur, ut eſt tex. ualde ſing. in l.fi.C.ad leg.fal. Et etiam certum eſt, quòd in lege non apponitur ſyllaba ſuperfluò, ut uoluit glo. in l.j.ff. quod me. cauſa. Et diſpoſitio teſtantis dicitur legis diſpoſitio, ut in Authen. de nup.§. diſponat. ex quo ſequitur, quòd non fuit appoſita ſuperfluò illa dictio, inſimul, in dicto legato, & per conſequens ex illa geminatione redditur fortior diſpoſitio defuncti.¶ Et ſi dicatur, quòd ſequeretur, quòd maiorem affectionem habuiſſet teſtator ad uxorem, quam ad ſuas neptes, ꝙ eſſe non debet. Ad hoc reſpondeo, quòd affectio maior, aut minor colligitur ex effectu iam producto, ut iam dicebat Dominica ueritas. A fructibus eorum cognoſcetis eos. & ſic exitus acta probat. ſed dictus teſtator magis honorauit uxorem ſuam: uoluit enim ut donec nupſerint dictæ ſuæ neptes, quod habeat uſumfructũ dictæ poſſeſſionis dicta uxor eius. ideo multum egregiè dicebat Bald. in l. quoties. C. de hære. inſtit. quòd ſi teſtator inſtituit hæredem ſuũ uniuerſalem & eccleſiam inſtituit in quinque libris. & fratri ſuo teſtator legauit mille libras, quòd ſi inſtitutus uniuerſaliter repudiat hæreditatem, quod hęreditas accreſcit fratri, licet legatario, & non eccleſiæ licet inſtitutæ, & mouetur ratione: quia præſumitur magis fuiſſe dilectus frater ab ipſo teſtatore, quam eccleſia ex eo: quia honorauit eccleſiam in quinque libris, & fratrem honorauit in mille. & ſic ille pręſumitur magis dilectus à teſtatore, q eſt magis ab eo honoratus in bonis ipſius teſtantis. Cum ergo liquido appareret, quòd magis dilexerat dictam ſuam uxorem: quia in plus illam honorauit ergo ceſſat illa præſumpta dilectio: qa in incertis & non certis locus eſt coniecturis. l. ſi certis annis. C. de pac. l. certa forma. C. de iure fiſci. libr. 10. l. continuus.§. cum ita. ff. de uer. obli. & per cõſequens præſumendum eſt, quod ſicut magis dilexit teſtator ipſam dominam Iacobam uxorem in relinquendo eidem uſumfructum totius poſſeſſionis, eodem modo magis illam dilexerit in relinquendo dimidiam cuiuſlibet quartę relictę illis tribus ſuis neptibus.

¶ Et ſi quiſpiam opponat, quòd ex præcedentibus uerbis teſtatoris, & ex ſequentibus apparet, quòd contrarium uoluerit dictus teſtator: dixit enim, quòd cuilibet earum relinquebat unam quartam dictę poſſeſſionis. ita colligitur ex pręcedentibus uerbis ipſius teſtantis. & etiam colligitur ex ſequentibus dum dixit, ipſis omnibus decedentibus Bartholomeus haberet unam quartam partem: ſed ſi intelligeremus propter uerbum, ſimul, in qualibet parte dictarum filiarum domina Iacoba haberet partem, iam nulla quarta pars remaneret integra apud aliquam dictarum filiarum. & per conſequẽs conſtat, quòd teſtator noluit intelligere, ut ipſa domina Iacoba participare de partibus dictarum mulierum. hoc argumen. ex l. qui filiabus. ff. de legat. primo, & ibi per Bartol. ubi dicit, quòd uerbum ambiguum poſitum in una parte teſtamenti declaratur per alia uerba, quæ teſtator dixit, in eodem teſtamento. & ideo dixit, quòd quando legatario datur particula teſtamenti, debet ei dari illa pars, in qua continetur aliquid, per quòd declaratur uerbum ambiguum poſitum in legato prędicto, allegat. l. ſi ſeruus plurium.§. fin. ff. de lega. primo, per glo. quę relata ad tex. narrat ſeptem coniecturas, ex quibus poteſt declarari & percipi intentio teſtantis, & dictæ coniecturę debent per iudicẽ exquiri, ut l. uoluntas. C. de fideicom. & ponit Bart. in d.§. ſi referendo doctrinam. Dy. in c. in obſcuris.

de regu.iur.lib.6.Et plus etiam dicit, quòd uerbum
dubium appositum in ꝯtractu declaratur ex præam
bulo contractu præcedēte ex interuallo, vt pulchrè
dixit Ang.in l.si quis cum aliter.ff.de verb.obl.& vo-
luit Inn.in c.innotuit.de arb.& sequuntur moderni
in d.l. si quis cum aliter.& idem dixit Ange. in l.pa-
cta nouissima.C. de pac. & bene facit gl. valde sing.
in l.j. ff. de iudic. ergo ex pręcedentibus & sequenti-
bus verbis testantis datur intelligi voluntas huius te
statoris, quòd voluerit quamlibet dictarum neptū
consequi quartam integram dictæ possessionis. Sed
indubitanter istud assumptum non obstat huic con
sultationi, immo nullum habet neruū . Cum enim
dicitur, ex præcedentibus verbis testamēti datur in-
telligi voluntas testātis:hoc fateor, & probatur in l.
regula. §.licet. ver.initium constitutionis demon-
strat.ff. de iur. & fac. igno. sed quòd ex præcedenti-
bus verbis testantis colligatur, quòd voluerit inte-
gram partem quartam deuenire ad quamlibet ne-
ptum, hoc non probatur ex aduerso,& cum dicitur
probari: quia dixit,cuilibet earum relinquebat vnā
quartam partem, istud est falsum, & ex testamento
non colligitur : nam in ciuile est aliquid affirmare,
nisi tota lege perspecta, vt dixit in l.inciuile.ff.de leg.
sed in casu nr̄o testator dixit, ꝙ relinquebat vnam
quartā partem pro qualibet insimul cū dicta Iaco-
ba.Ista sunt formalia verba testamenti, quæ verba
sapiunt expressè, illam Iacobam vocatam fuisse ad
quamlibet quartam. vnde illa verba prolata sunt in
vno & eodem cōtextu qualificatè.ergo non possunt
diuidi p id, quod habetur in c.licet causam.de pro-
ba.& in l.diuus Adrianus.ff. de re.diui. nam accidē-
tia magnam partem conferunt ad cognoscendum
quòd quid est, teste philosopho in 2.metaphy. Bal.
in l.non nudis.C.de proba. ergo non possunt diuidi
illa verba qualificatè prolata ad vnam quartā pro
qualibet insimul cum domina Iacoba. immo reddi
tur falsa assertio, vt dicamus, quod vnam quartam
reliquit cuilibet:quia accidens adiunctum enti qua
ficat illud, & reponit in diuersa specie : vt dixit glos.
valde sin.coniuncto. c.licet canon.de elec.lib.6.in c.
statuto.eod.ti.& libro.nā in d.c.licet canon.opponi
tur pęna facienti promoueri ad sacerdotum infra
annuum,si est promotus ad ecclesiam parrochialē,
sed glo.in dicto c.statutum.quærit, quid si illa eccle-
sia parrochialis est collegiata, vtrum habebit locum
pæna.d.c.licet canon.decidit quod non; quia est di-
uersa ecclesia a parochiali propter illam qualitatē
collegialem : quia qualitas adueniens enti qualifi-
cat illud,& facit censeri ens diuersum. Cum ergo te
stator dixerit, relinquo vnam quartam pro quali-
bet insimul cum domina Iacoba, sequitur, quod
non potest separari tota ista oratio : quia si separa-
retur, non esset illa oratio prolata ab isto testatore,
& istud videtur esse pura & indubitata veritas, ergo
non est verum dicere, quod ex verbis præcedētibus
colligatur,quod testator voluerit quartam partem
integrā venire ad dictas neptes. Quinimmo ex præ-
cedentibus verbis colligitur totum contrarium;qa
ad quamlibet quartam vocauit suam vxorem Iaco
bam. illud enim voluit , quod verbis suis expressit.
l.Labeo.§.idem Tubero. ff. de supel.lega.cum autē
dicitur, quod sequentibus verbis colligitur, quod
ita voluerit ex eo : quia voluit, quod illis morienti-
bus Bartholomeus haberet quartam partē,si enim
intelligeretur, quod ex uerbis simul uocata fuisset
illa domina Iacoba ad quamlibet quartam, seque-
ret ꝙ nulla quarta pars remaneret integra apud ali
quā dictarū filiarū:qa pōderet diligēter do.iudicans
illa verba; quia nos volumus istud, ꝙ nulla quarta
remaneat integra dictis neptibus, & arguit pars ad-
uersa pro nobis. Item sunt ponderanda verba testā-
tis & sapienter intelligenda . dicit enim ꝙ si omnes
decederent, antequam nuberēt, tunc & eo casu mā-
dauit,ꝙ quarta pars perueniat ad dictum Bartholo
meum. vnde dicit testator, ꝙ quarta pars relicta ali-
cui ex illis neptibus veniat ad dictum Bartholomeū
simpliciter non restringendo se ad aliud , sed dicit,
quòd quarta pars perueniat ad dictū Bartholomeū
vnde ista stant simul, quòd nulla dictarum neptum
habeat integram, & tamen dictus Bartholomeus
habebit integram partem. vnde si testator dixisset,
& si aliqua dictarum neptum decederet,antequam
decederet Bartholomeus,quarta pars perueniat ad
dictum Bartholomeum: sed re vera testator non di
xit illa verba : immo si omnes dictæ neptes decede-
rent, & per consequēs non bene adducit assumptū
pars aduersa. nam omnes tres neptes habent vltra
vnam quartam.ergo rectè potest dari quarta pars il
li Barth. sed illa verba sequentia in dicto testō,dū di
citur, alia pars distribuatur non referuntur ad quar
tā:quia non remanet quarta, sed dimidia, quartę,ꝙ
rectè procedit ex eo: qa appellatione partis venit di
midia, vt l.nomē filiarū.§.portionis verbo.ff.de ver-
bo.signi.nisi ad datur aliqua dictio restrictiua, vt qa
dicatur, aliqua , vt est glo. quę ad hoc reputat sing.
in cle. j. de foro comp. & ideo cum dixit testator, &
alia pars distribuatur in auxilium &c. intelligitur
de residuo quod perueniet ad illas neptes,& sic erit
dimidium quartæ, & hoc rectè important illa uer-
ba,alia pars distribuatur, sic non est uerum dicere,
ꝙ ex sequentibus apparet de mente testatoris, ꝙ ha
beant integram, immo apparet contrarium, & ista
est ueritas.¶Et si quispiam opponat de eo,ꝙ voluit
gl.& doct.in l.fi.C.de impub.& alijs subst.vbi habe-
tur, ꝙ substitutio facta de pluribus cum adiectionę
distributiui, quilibet, vocantur in uirilem, ac si es-
sent singulariter nominati. Et idem est in legato: ut
ibi habetur. Nec habet obstare dictio, simul, cum,
quia dictio cum, quādo ponitur inter personas, idē
importat ꝙ dictio , & unde idem est dicere simul &
dominæ Iacobæ, ut ipsa domina Iacoba admitta-
tur ad aliam quartam, de hoc est casus in l. si quis
Titio . in secundo respon.ff. de usufruct.accres.pro
batur in l.Titiæ textores.§.nihil.ff.de legat.primo.&
l.illis.ff. de usufruct.legat. ubi habetur de ista dictio-
ne,cum , quando ponitur inter personas : quia re-
soluitur in dictionem , & ita colligit Bartol. in dicto
§.nihil : quòd maxime uerificatur in casu isto pro-
pter distributiuum cuilibet, cuius natura est distri-
buere, ut quilibet in uirilem uocetur, ut not. Barto.
in l.fina.C.de impube. & alijs substitutio.& in l.pa-
ter.ff.de vulgar. & pupilla. & in l.hoc articulo.ff.de
hæredibus instituendis.nec est dicendum, quòd uer
ba testatoris in hoc legato sunt clara, & ab eis sit re-
cedendum: quia immo sunt dubia , & possunt trahi
ad duplicem intellectum , id est , ut intelligamus
dominam Iacobam admitti in uirilem simul cum
alijs, ut ipsa habeat quartam partem, ac etiam in-
telligere possumus , quòd ipsa participet de quali-
bet parte dictarum puellarum,& ideo stante hac du
bitatione debemus facere interpretationem in eā
partem, quæ magis est uerisimilis, & de qua uerisi-
militer sensisse uideatur testator. l. solutum.§.solu-
tam.ff.de pigno.act. ubi probatur, quòd uerba, quę
multipliciter possunt intelligi, dicuntur dubia, ut l.
quoties.& l.utrum.ff.de rebus dubijs.non est enim
uerisimile quòd testator diuidendo possessionem
illam in tribus quartis, & cuilibet illarum puella-
rum assignando unam quartam, licet dicat postea,
simul

simul cum dicta Domina Iacoba, voluerit Dominã Iacobã participare de relictis factis illis puellis: sed eam simul admittere ad aliam quartam partem. & sic residuũ dictæ possessionis, vt congrua fiat diuisio & non incongrua, verba enim debent ad eũ sensum intelligi ad quem pñt congruè adaptari. l. talis scriptura. ff. de le. 1. Pro certo nullo mõ obstant ista, & ante oĩa nego illud assumptũ, ꝙ verba huius clausulæ sint dubia, & duobus modis intelligibilia, seu æquiuoca ex eo: quia falsum est dicere, ꝙ testator reliquerit vnam quartam cuilibet nepti, & postea dixit simul cum domina Iacoba: quia illa dictio, postea, denotat interuallum temporis. ita dixit gl. in l. pacta conuenta. ff. de cõtrah. emp. & gl. in l. cum fundum. ff. de vi & vi arma. Bal. in l. quoties. §. si quis ita. ff. de hær. insti. tex. in l. 2. C. de custo. reo. quinimmo dico, ꝙ testator in eadem oratione qualificatè dixit, ꝙ legabat vnam quartam pro qualibet simul cum Domina Iacoba vnde non est verum dicere, ꝙ reliquerit vnam quartam cuilibet neptum. Nec obstat, cũ allegatur. l. fi. quia ibi non dicitur ita, vt assumit aduersa pars: ibi enim testator dixit, quisquis mihi hæres erit & Titius filio meo hæres esto. vnde in primo substituendi modo non ponitur casus noster. cum ergo dicitur ibi, ꝙ viriliter veniunt illi tres, cõcedo: quia illa verba substitutionis hoc inducũt: sed in casu nostro reliquit vnam quartã pro qualibet simul cum Domina Iacoba, quo casu venit pro dimidia cum vnaquaq; illarum, & sic primum rñsum illius. l. fi. non obstat. Nec etiam ob. secundum respon. illius. l. quod est, Titius vna cum filiis suis & Sempronius mihi hæredes sunto, deciditur ibi, ꝙ Titius cũ filiis venit pro vna dimidia, & Sempronius pro alia dimidia. Ratio est: quia pater & filius censetur vna persona & eadem. Iste non est casus noster: quia illa Domina Iaco. non censetur esse eadem persona cũ illis. Item d. l. fi. illud aduerbium, vna, quod idẽ est, ꝙ simul, est aduerbium aggregandi, & aggregat patrẽ & filios ad vnam partem. ergo multofortius in casu nostro agregat illam Dominam Iaco. ad quamlibet quartam relictam illis neptibus. Item in casu nostro clarius locutus est testator: quia dixit simul cũ Domina Iaco. videtur enim aggregasse illam Domin. Iacobam omnem quartam illis relictam: quia hoc importat illud aduerbium aggregandi, simul, vt voluit Bart. in præfato consilio, cum allegatur. §. 1. qui loquitur, quando apponitur dumtaxat dictio coniunctiua, cum, quæ ponitur pro &, sed in casu nostro non solum fuit appositum aduerbium congregandi: quia congregat prædicatum subiecto. Item mouetur etiam aduersarius ex eo: quia in quodam alio testamento testator reliquit iure legati dictis suis neptibus, cum nupserint, libras ducentas, seu tãtum de dicta possessione, quod valeat, & ascendat ad dictam summam, & residuum dictæ possessionis, quod restat quarta pars, reliquit Dominæ Iacobæ. licet per secundum testamentum sublatũ sit primũ, vt §. posteriore. institu. quib. mod. testa. infir. tamen verba dubia possunt declarari per primũ: quia licet lex abrogata non possit allegari: tamẽ potest argui ex eius rõne. hoc voluit gl. in l. j. ff. de coniungen. cũ emanci. lib. & in c. nouit. de iud. & in c. fuerunt. 7. di. quia ꝯ hanc doctrinã & ꝯ has gl. solẽt doc. vt fuit Nicolaus de Neapoli, dicere esse tex. in Auth. de nauti. vsur. vt in totum videatur abolita, & voluit glo. in l. 1. C. de lati. lib. tollen. & ideo dicit, aut lex correcta est posita in volumine legum, & tunc procedant illæ glo. & quod voluit Barto. in l. fin. ff. de fal. aut non est posita in volumine legum, & tunc in totum est abolita. Mõ in proposito nostro testator aboleuit, & annullauit primum testm̃, ergo nõ ex illa arguit: immo ista obiectio facta per aduersarium obstat sibi ex eo: quia si in primo testamento voluit illas neptes habere integras quartas, si postea mutauit illud testamentum, tunc videtur abrogasse illam suã primam dispositionem. & per consequens voluit illas neptes habere integram quartam, vt recedant vetera & noua sint omnia. vnde posset dici illud, quod Ciceroni venit in ore, fuit ista quondam in hac repub. virtus. ideo colligebat Bal. in c. translato. de cõsti. ꝙ abolito titulo Regis aboletur titulus suæ legis. Ita dicamus in proposito nostro, abolito testamẽto aboletur omnis clausula testamẽti: quia nouissima
2 derogant prioribus. † l. pacta nouissima. C. de pact. & sic videtur pars aduersa percutere seipsam cum ligone suo allegando primum testamentum abrogatum. ¶ Nec obst. cum allegatur, ꝙ iudices examinauerunt testes: quia istud nõ apparet in forma authentica, iuxta no. in ca. quoniam contra. de proba. ideo opus esset ostendere, ꝙ in hoc habuissent a partibus potestatem: vt voluit Bart. in auth. nisi breuiores. C. de sen. ex breui. reci. & in l. iubemus. §. sanè. C. de sac. san. ecc. vbi dixit, ꝙ si arbiter potest procedere sine scriptis, ꝙ statur dicto suo de testificatione, & dicto testium, & quod ipse voluit in l. 3. ff. de stip. seruo. & do. Ant. in c. cum ad sedem. de restit. spol. & in c. quoniam contra. de proba. & Io. de Imo. in c. 1. de iudic. & do. Abb. in c. ex literis, de proba. Ad hoc rñdeo primo: quia non constat, ꝙ hęc potestas fuit data arbitro a partibus, ergo non potuit arbiter excedere vires suæ commissionis. c. cum dilecta. de resc. l. arbor. §. de vestibulo. ff. commu. diui. c. examinata. de confir. vtili vel inutil. secundo dato non tamẽ cõcesso, quòd fuisset data illa potestas: nõ tamen illud dictum Barto. est verum. & illud reprobat Ang. in d. auth. nisi breuiores. dicens illud esse periculosum dictum, & illaqueare animas, & illud dictum cum maturius examinasset do. Anto. in repetitione. c. Quintauallis. de iureiur. reprobauit, & illud etiam reprobauit Ludo. Roma. in l. sciendum. ff. de verb. oblig. & etiam facit; quia nemo potest gerere officiũ duorum, vt l. nemo. C. de assesso. & l. si quis. C. de post. & c. fi. de instit. & ca. per nostras. de iure patro. cum si. & per consequens iudicandum est secũdùm verba huius vltimi testamenti, quæ clara & aperta sunt, vt superius demonstraui. Et ex istis elicitur conclusio uera & indubitata, ꝙ dicta Domina Iacoba inuitatur ad quamlibet quartam relictam illis neptibus. Et ita concludo circa hanc primam hæsitationem. ¶ Capio nunc secundam, cum dicitur, quòd Domi. Iaco. non debeat, nec possit molestari occasione satisdationis non præstitę, uel non debito modo præstitę. Et mouetur pars aduersa; quia testator prohibuit illam molestari in testamento sub pœna priuationis emolumẽti; quia pro certo istud non bene dictum. quia posito, ꝙ testator prohibuisset illam molestari, nihilominus non propter hoc videtur absoluta ab onere prestandi cautionem. Et ad hoc adduco Bal. in indiuiduo in commento. l. 1. C. de his quæ pœnæ nomine. versi. quæro, si testator mandauit hęredi, ne molestet vxorem suam in legato eidem relicto, decidit ꝙ ita demum incidit in pœnam, si ex iniusta causa, & malo animo illam molestauit, secus si ex iusta causa, ad hoc adducit, quod voluit gloss. in l. si seruum. versicu. prætor. ibi, quæ animo malo. ff. de acquirend. hære. & adduco Bald. in l. prima. C. de vsufruct. vbi dicit, proprietarius promisit vsufructuario non mouere sibi quæstionem, aut controuersiam, quòd nihilominus poterit petere cautionem. Et adduco, quod voluit Ioan. de Imol. in l. pater familias testamento. ff. de hæred. institu. ꝙ si hæres iustus est a defuncto non molestare fideicom-

missarium, ꝙ nihilominus potest petere quartam ex Trebellianica: quia non propterea dicitur molestare illum.& sic licet testator mandauerit, illam nõ debere molestari, intelligitur de iusta molestia & de facto. Et adduco glo. in cap. pro illorum. de præben. quæ dicit, ꝙ si in literis Papę dicitur, a moto quolibet detentore, vel cõtradictore, intelligitur de facto non de iusto contradictore, facit l. fina. vn. vi, in ver. molestiam inferant. Et adduco, quod voluit Compo. in cap. causam quæ. de rescrip. vbi dixit, quòd si Papa dicit, nõ obstante, quòd alii contulerimus, intelligitur de facto, non de iure, & quod voluit Petr. de Ancha. in consi. 103. vbi allegat glo. in dicto cap. pro illorum. Modo in proposito nostro licet testator prohibuerit illam D. Ia. molestari a dicto suo hęrede: tamẽ intelligitur de facto & non de iure. ergo potuit & debuit præstare illam cautionem dicta domina Iacoba, & per consequens non obstant illa verba, non molestare. Stat modo dubitatio, fuit petitũ ab hęrede, vt illa domina Iacoba præstaret cautionem, vt disponit statutum; quæ præstitit ipsam cautionem absentibus hæredibus non citatis, vtrũ valuerit talis præstatio, vt non videatur incidisse in pęnam statuti disponentis ipsam fore priuatam dicto vsufructu. Et pro certo videtur de iure dicendum, quòd talis cautio non fuerit legitimè præstita. & per consequens habeatur perinde, ac si præstita non fuisset: quia paria sunt, non facere actum, & facere actum inualidum, vt l. quoties. ff. qui satisda. cogan. cum simi. & videtur mihi de iure dicendum, quòd nõ tenuit, quòd demonstro ad oculum. nam glo. multum elegans. in cap. primo de eo qui mit. in poss. vbi tex. loquitur de cautione pręstanda dicit, ꝙ debet præstari parti, & parte absente præstabitur iudici: sed Inno. & Hostien. ibi dicunt, quòd prius debet pręstari parti, secundo iudici in defectum partis absentis. & Ioan. Andre. ibi dicit, ꝙ inquantum glo. ibi dicit, ꝙ debet præstari iudici parte absente, ipse intelligit citata tamen parte, & remittit ad spe. de primo & secundo decreto. §. iam de offic. ver. antepe. quod placet domino Abbati: quia interest partis, respectu expensarum, & respectu fideiussoris si est idoneus, sicut videmus in simili in sententia excommunicationis, quæ lata ad instantiam partis non reuocatur parte non citata, vt in c. venerabilibus. post principium. de sententia excommun. lib. 6. fortius hoc vendicat sibi locum in cautione præstãda de vtendo arbitrio boni viri propter interesse patris, facit, quod no. Inno. in c. querelam. de elect. & glo. in c. cum cessante. de app. dicit tamen do. Abba. ꝙ talis cautio est præstanda ipsi iudici per id, quod habetur in c. pastoralis. §. 1. de offic. deleg. Debet tamen secundùm eum pars absens citari, & sic Doctores stant in hac conclusione, quòd in cautione præ-
3 standa debeat pars citari † licet aliqui teneant, ꝙ non sit præstanda alicui parti, concordant tamen, partem fore citandam. sed mihi videtur, ꝙ parti prę standa est, & de hoc allego text. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infect. in ver. sibi caueri. & in Authẽ. de testi. §. si vero & quidam iurẽt. in ver. sibi caueri. & sic communiter docto. tenent, debere fieri citationem partis. Et adduco, quod sapiẽter voluit Bal. in c. 1. de eo qui mit. in poss. in versi. quæro, quando cautio præstatur iudici, vel honestæ personæ, nunquid ad hunc actum sit citandus absens, refert Hos. & Ioan. And. in Specu. tenere ꝙ sic. sed in contrariũ arguit, quòd immo non sit citandus absens: quia non habet iustam causam contradicendi, & quod vtiliter gestum est, pro rato debet haberi, vt ff. de neg. gest. l. Pomponius. Simile dicit esse in cautione, quam præstat vsurarius: quia non est necesse citari creditores, vt c. quanquam. de vsur. lib. 6. sed in contrarium allegat. §. si vero absunt. in auth. de hæredi. & falcid. & l. 1. in fine. ff. de ven. inspi. nam iste actus admittit contraditorem. ergo citandus est absens, cum sit actus iurisdictionis contentiosæ. & sic non obstat, quod no. in l. 3. §. causa cognita. ff. de bo. pos. titu. generali. Posset distingui secundùm eum, aut tempora suffragantur, tunc debeat citari, aut tempora labuntur, & tunc non sit citandus. l. pe. §. fi. ff. ad Treb. Postea idem Bal. ibidem aliter decidit, tu dicas, inquit, quòd in satisdando ordo est iste. nam si inuenitur persona principalis, dicit ei satisdari, vt ei actio acquiratur directa, vt l. quoties. in princip. ff. de admini. tuto. Si autem principalis persona non inuenitur, debet citari ad domum, vt veniat recepturus. Et si quidem venit, præstabitur ei, si autem non venit, præstabitur iudici, vel Tabellioni actorum tãquam publicæ personæ l. 1. §. exigere. ff. de magis. cõue. Sin autem nec isti inueniuntur. pręstabitur honestis personis. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de oper. nou. nuncia. ¶ Nec obstat, quod dictum est de citatione creditorum ab usurario fienda ex eo: quia personæ, quarum interest sunt incertę, ista cum sua honorificentia non est sufficiens ratio ex eo: quia licet personæ sint incertæ: tamen fit citatio in genere & nõ in indiuiduo, & probatur in c. cum in tua. quima. accu. poss. & quod voluit Bar. post alios in auth. si omnes. C. si vt se ab hære. absti. & in l. fin. C. de iure deliber. & in l. si eo tempore. C. de remiss. pig. domi. Anto. in c. 1. de iudi. cum si. & post istam redditam rationem transit Bald. ibi ad aliam responsionem: quia ibi loco omnium est statuta iure personæ, quæ habet recipere cautionem, & sub certa forma, ideo non debet prætermitti talis forma. nam est modus in rebus sunt certi denique fines, quos vltra citraq; nequit consistere rectum: vt not. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verbo. obliga. allegat etiam; quia qui tenetur aliquid facere, præcedente mora tenetur requirere creditorem, ut purget ei moram. & ideo dicit ibi Bald. videmus, inquit, simile in cautione fructuaria: quia vsufructuarius debet adire dominum & offerre, non econtra. Idem inquit videmus in cautione mutiana & similibus, vt in auth. cui relictum. C. de indi. vidui. tollen. Et si tu dicas, cuicunque caueatur, debet haberi ratum: quia vtiliter est gestum, respondet ibi Bal. melius est habere directam, quam vtilem actionem. & ideo non est vtiliter gestum: q̃a vtilitas geri potuit. Ista sunt formalia verba Bald. in d. c. 2. & sic Bald. apponit securim ad arborem. decidit enim hanc dubitationem in terminis, vt vsufructuarius teneatur pręstare cautionem ipsi proprietario, & eundem adire, ergo multofortius illum absentẽ citari facere, & sic non est opus insistere circa illud, quod dicitur, dari dilationem vnius mensis a statuto vsufructuario ad præstandam cautionem hæredibus. debuit. n. citari facere intra illum mensem illos herędes. & allegatur Barto. in l. qui ante calen. ff. de verborum obliga. cum simili. relatis ibi per Ludo. Roma. quia Baldus ponit quæstionem in terminis in vsufructuario in d. c. 2. ¶ Et si dicatur, quod non est curandum, si non sit facta citatio dictorum hæredum: quia iudex admisit illam cautionem: ergo recipit robur ex eo facto ipsius iudicis, arg. c. cum inter nos. de re iudi. Ad hoc dicendum est, ꝙ illa admissio facta per iudicem non præiudicauit hæredi non vocato, nec citato, qui citari debuit, arg. c. quãuis. de rescrip. lib. 6. & c. super eo. de offi. dele. non. n. videtur voluisse præiudicare ipsi tertio. l. 2. §. merito. & §. si quis a principe. ff. ne quid in loco publ. Et adduco ad hoc, quod voluit Inn. in c. quoniam frequẽter. §. ꝙ si super. vt li. non conte. vbi dixit, ꝙ sententia lata

lata contra colonum non præiudicat domino non nominato,& voluit Bal.in l.2.C.vbi in rem actio.& in l.ob maritorum.C.ne vxor pro marit.& in l.officium.C.de rei vendi.& voluit Bart.in d.l.2.Et est ratio:quia non præsumitur fuisse mens iudicis sententiantis velle preiudicare tertio etiam de facto possidenti;quia nihil potest statuere nisi eo citato, vt l.si deserta.C.si ob pub.pē.& certum est, ꝙ actus gestus a iudice referri debet ad eiusdem mentem,vt leg.& puto.§.1.ff.fami.er.& l.si mater.ff.de excep.rei iudi. & ideo dicebat Bal.in l.ab eo.C.quomodo & quando iudex.ꝙ quando actus extenditur ad præiudiciū debet citari ille,cui oritur præiudicium.& per consequens sequitur, ꝙ licet iudex admiserit illam cautionem,non tamen voluit ex defectu;quia hęres nō fuit citatus.¶Nec obstat,cum ex aduerso dicitur, ꝙ non interesat,nec interest ipsorū hæredum, ipsam cautionem fieri, cum statutum dicat ad petitionē quorum interest;sed interest illarum neptum & ipsius dominæ Iacobæ collegatariæ: quia ad hoc respondeo, ꝙ satis interfuerat ipsorum hæredum: qa debebat habere licentiam ab ipsis hæredibus. & iā hæredes petierunt cautionem prętari: ergo nō debuit ipsis absentibus præstari. & per consequens habetur perinde,ac si præstita non fuisset,ar.l.quoties. ff.qui satisd.cog.& l.3.§.condemnatum.ff.de re iud. & l.non dubium. C. de legi. & per consequens non debet lucrari fructus:quia ex nullo titulo canonico contra dispositionem iuris municipalis illos percepit.Et ita concludo.

EPITOME.

¶Assumptio ordinis coacta & meticulosa non valet.

SVMMARIVM.

Titius præsumitur habere nimiam reuerentiam ad patrem. numero 1.

Actus celebratur a filio instante patre non tenet propter metū reuerentialem.nu.2.

Amissio magni lucri inducit iustum metum.nu.3.

Minæ & terror potentum inducunt iustum. nu.4.

CONSILIVM LX.

ET profecto cōsultatio hęc generosa & in consistorio supremi pastoris Pauli secūdi decidenda,tametsi abūde, subtiliter, & ornatè enucleata sit in stupendo reddito consilio: nihilominus, quia maiores nostri illud quemq; scire arbitrari sunt, ꝙ ratione optima demonstrasset.cap.ego solis.9. dist. ideo aliqua pro prauitate mea in medium adducere constitui ne vt agnus coram tondente se obmutescam,& dicam breuis,quàm res tanta dici possit:cōtinet equidem penetralia legum & canonū, & pro indubitata decisione erit primo videndum,si ista ordinis sacri assumptio fuerit metu collata secundo, & si metu collata fuerit, vtrum ex postfacto ratificata sponte fuerit tacite ex actibus positiuis gestis per ipsum Illustrem dominum Galeotum de Illustrissima & Antiquissima domo de Malatestis. Tertiò posito,ꝙ non fuerit ratificata, vtrum fuerit impressus caracter ita, vt teneatur eo viuere. Et istis accuratè discussis apparebit veritas in aperto. Protestor tamen,quòd omnia hic per me dicenda subijcio decisioni maximi,& præterea Sanctissimi Domini Nostri Papæ Pauli, sub cuius baculo viuam & moriar.

Capio primum, quòd metu collata fuerit cadente in constantem virum sic ad oculum demonstro. vbicunque actus geritur instāte eo, quem in magna habemus reuerentia, & cui pudor est nobis resistere,talis actus dicitur metu gestus cadente in constātem virum, & eodem modo vbicunque actus geritur minis, aut terrore præcedentibus, actus dicitur geri metu. & eodem modo vbi actus geritur ad minas aut preces potentium, actus dicitur metu initus, sed huiusmodi collatio ordinis fuit exercitata medio eo,quem in summa reuerentia & timore habebat ordinatus,& minis aut terroribus præcedentibus & ad minas & terrores principis potentis & indomiti & terribilis, qui minas pro sua consuetudine consueuit exequi:& etiam hęc collatio ordinis facta extitit huic Illustri Galeato in tenera ætate cōstituto,ergo fuit metu collata.ista modo probantur iure:nam.l.pen.ff.de fur.probat hāc doctrinam mirum in modum in ver.si potuit prohibere,nec prohibuit, nihilominus furti agetur, & hoc modo patronis quoque liberto & magna verecundia ei quē in præsentia pudor ad resistendum impedit,vbi probatur formaliter,ꝙ actus factus instāte patre a filio, vel in filium non tenet,per quem tex.Ludo.Roma. in l.pactum. C.de colla.dicit, statutum disponit, ꝙ non possit filiusfami.obligare,contrahere,vel se obligare sine præsentia dnorum coniunctorum, ꝙ si contrahit cum patre sine præsentia coniunctorum non tenet contractus,& mouetur,quia vbi lex, aut statutum habet duas rationes,si vna cessat,& altera remanet,stat legis dispositio firma,instit. de nup. §. affinitatis. cum similibus sed illud statutum habet rationes,vnam,ne contingat filium dolo circumueniri.secundam,ne contingat sibi metum inferri.modo licet contrahendo cum patre cesset ratio,ne circumueniatur dolo: quia naturalis affectio paterna excludit omnem doli suspitionem.l. cum in adoptiuis.in fin.C.de adop.l.non solum.§. de vno. ff. de ritu nup. l. final.in princip. C.de cur. furiosi.l.isti quidem.C.quod metus causa.iuxta illud Virgilianum, Omnis in Ascanio chari stat cura parentis : tamen alia ratio stat firma de metu: quia filius reuerentia paterna ductus semper patri consentiret, allegat.d. l. pen. ergo remanet dispositio statuti firma. & per hoc confunditur doctrina Bald.in dicta l.pactum. & per consequens dumtaxat actus infringitur propter reuerentiam paternam . ergo &c. Et adduco.l.1.§. quæ onerandæ. in versic. si liquidò appareat libertum metu solo, vel nimia patroni veneratione se subiecisse.ff.quarum rerum actio non datur. & est ponderandum, quia ille text. loquitur disiunctiuè, quando metu solo vel nimia reuerentia infringitur actus. & idem sentit gloss. in muliere renuntiante iuri hypothecæ,ut videatur infringi, si metu solo fecerit, vel nimia reuerentia . & idem dicit gloss. in clerico renunciante beneficium metu, vel reuerentia Episcopi, & clarum est, quòd maior reuerentia est filij erga patrem,quamlibet erga patronum iuxta illud, honora patrem, &c. & miror,quòd Ludo. non allegauerit Bald. allegantem illos duos text. in capitulo primo. §. hęc autem sacramenta . de pace iuramen.fir.in vsi.feudo.in versicul. quarto. quæro. quia duplex est metus . s. expressus mortis, vel cruciatus corporis.item metus tacitus.s.paternis & domini, cui non audetur contradicere,allegat.dicta l. penul.& dicto §. quæ onerandæ. Et dicit, etiam ibi Baldus quomodo probatur iste metus velatus, & in corde retentus.respondet,quòd ex qualitate personarum,vt id simili voluit Bar.in l.de pupillo. §. si qs ipsi prætori.ff.de op.no.nū. & dicit se vidisse in facto obseruari,ꝙ boni psides tales illicitas extorsiones & iura-

iuramenta per capturam personæ faciunt relaxari & cassari, per l. illicitas. ff. de offic. præsid. & sic apparet, quòd solus metus, vel sola reuerentia paterna inducit iustum metum ad nullitatem actus, & sic Bald. in d. §. hæc autem sacramenta. videtur tenere cõtrarium eius, quod voluit in d. l. istud pactum. voluit expressè Barto. in d. §. quæ onerandæ. vbi dicit, quòd ex nimia reuerentia, quam habet mulier ad suum virum, & clericus ad episcopum suum rescinditur iudicis officio secundùm eum, & sic gloss. & Bal. voluit non esse necesse probare & minas præcessisse. licet idem Barto. in l. ad inuidiam. C. quod met. causa. voluerit in vxore, ꝙ præcesserint minæ, vel verbera: quia non probatur metus eoipso, ꝙ est maritus, allegat Inno. in c. accedens. de cõuer. coniuga. allegat etiam, quod habetur. in l. si donationis. C. qđ met. causa. & istud voluit do. Abb. consiculus meus in capit. insinuante. qui cleri. vel vouen. vbi allegat Barto. in dicta l. ad inuidiam. in dicto §. quæ onerandæ. & putat, quòd solę minæ non sufficiant, sed debet attendi conditio mariti & qualitas mulieris ipsius: quia sæpe minus faciunt homines, qui magna minantur, vt l. metum. C. quod metus causa. & do. Abba. & etiam alii Doctores malè ponderant dicta Barto. quia videtur sibi contrarius. & idem voluit domi. Abba. in capitu. cum contingat. de iureiurã. vbi dicit, quòd reuerentia maritalis non excusat vxorem, nisi probentur minæ. & adduco, quod voluit Ioã. de Imo. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. solu. matrimo. vbi concludit, ꝙ interdum filius, vel vxor consentiunt, ne incurrant indignationem patris aut mariti. & tunc talis reuerentia non rescindit actum, vt l. si patre cogente. ff. de ritu nup. quandoque vltra dictam reuerentiam interueniũt minæ, vel verbera, tunc succurritur iudicis officio, dato quòd talis metus non cadat in constantem virum. ita dicit debere intelligi gloss. & Barto. in dicto §. quæ onerandę. & dicit, quòd istud colligitur ex gl. dicta l. si patre cogente. per quam aliæ gloss. & iura reducuntur ad concordiam. Modo in proposito dico, quòd si sola reuerentia interueniat, & sic metus reuerentialis, sufficit ad rescindendum contractum, hoc decidit text. in indiuiduo in d. §. quę onerandæ. inquantum vtitur illa disiunctiua. vel, quia dicit, vel metu, vel reuerentia, & sic glo. illa probat ex illo text. qui ad hoc est melior de corpore iuris. Et est subtiliter ponderandum: quia text. vtitur illo vocabulo nimia reuerentia, nec curo intrare conflictum disputandi de vxore: quia non est casus noster, nos dumtaxat loquimur de filio ad patrem, in quo nimia est reuerentia. & sic docto. isti non ponderant: quia lex fundat se in eo, qui habetur in nimia reuerentia. Simile dixit text. in l. Fulcinius. §. fin. ff. ex qui. causis in pos. ea. de nimia contumacia. Et adduco elegantem doctrinam Salyc. in l. transactione. C. de transa. vbi Barto. voluit contrarium eius, quod voluit Barto. in dicta l. ad inuidiam. vbi dixit, quòd si vxor contrahat cum marito præsentibus suis consanguineis purgatur metus præsumptus ex nimia reuerentia, & sic sentit, non valere cõtractum factum ab vxore cum marito non interuenientibus consanguineis propter nimiam reuerẽtiam. Et hoc voluit do. Anto. in d. capitu. causam matrimonii. de offic. delega. sed Salyce. ibi dicit, dictum Barto. non habere locum in filio: quia maior reuerentia debetur patri a filio, quã debeatur ab vxore marito. & ideo contractus rescinditur inter patrem, & filium corã coniunctis: quia sufficit honor reuerentialis. & licet non alleget, tamen casus est formalis in dicta l. pen. ff. de fur. & sic non est opus adducere illud, quod dicitur de vxore contra hanc consultationem. & facit tex. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. sol. matri. vbi tex. dicit quòd non contradicens propter reuerentiam non habetur pro consentiẽte. Et ex istis tolluntur illa dicta Inno. Abba. Barto. & aliorum, inquantum voluit, quòd debet probari minas præcessisse: quia non est opus inter patrem & filium. & ideo dixit idem Ioan. de Imo. in dicto capitu. causam matrimonij. quòd opin. glo. dicto §. quæ onerãdæ. est æqua, quia non possunt de facili probari minæ & verbera, quæ inferuntur a viro vxori. Simile dixit Bald. in l. si quis in hoc genus. C. de episco. & cle. vbi dixit, ꝙ tortura probatur per coniecturas: quia non potest probari de visu: quia fit per officiales secretè in camera, & voluit domi. Pet. de Anch. consi. 21. Ita dicamus in proposito, ꝙ difficile est probare minas inter tales personas. præsumuntur ergo præcessisse, vbi non probatur cõtrarium, arg. eius quod voluit glo. in l. super seruis. C. qui mili. non poss. lib. 12. & glo. in c. 1. quod met. causa. & glo. in l. si creditor. C. de pigno. actio. glo. in c. proposuisti. 82. distin. ¶ Et ex istis non videtur, quòd rectè loquatur glo. in d. l. si patre. quam ponderat do. Abba. in capitu. veniens, de sponsalibus, quæ voluit, ꝙ si filius contrahat cum puella, ne incurrat indignationem patris, ꝙ teneat matrimonium: quia cum matrimonium debeat esse in plena libertate, vt d. c. veniens. ergo sequitur, quòd propter nimiam reuerentiam inducitur timor, vt est dictum. & sic non est ibi plene libertas, & quòd præsumatur metus, dico fore casum in terminis in c. quamuis. de pactis. lib. 6. in versi. si nec vi, nec dolo iuramento præstito firmatum fuerit. ꝓbatur enim ibi, ꝙ ita valet, pactum inter patrem & filiam, si interueniat iuramentum præstitum non vi, aut dolo; cum enim probari debeat iuramentum non fuisse præstitum vi. ergo presumitur metus interuenisse, quòd apparet: quia est talis persona, cui nimia reuerentia debetur a filio, vt est dictum. Et facit, quod voluit Ludoui. Roman. in d. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. vbi distinguit, si filius contrahit cum patre præsumetur metus. secus si cũ alio patre præsente: sed in casu nostro interuenit cõtractus celebratus cum ipso patre ex eo: quia huiusmodi assumptio ordinis fuit ab ipso patre procurata, & ab ipso habuit exordium & finem. & sic perinde est, ac si ipso cum patre hanc assumptionem contraxisset iste filius. Et adduco, quod voluit Ang. in dicto §. quæ onerandæ. vxor dicit, ꝙ si vxorem autẽ accedente tempore habebat nimiam reuerentiam ad virum, non tenet contractus: quia præsumitur propter nimiam reuerentiam consensisse. secus si non habebat nimiam reuerentiam. & sic in casu nostro cum simus in filio, qui præsumitur habere nimiã reuerentiam ad patrem, præsumitur metus.

1 † Et ex dicto Ang. sequitur quædam concordia ad dicta Barto. loquentis de vxore, vt dicamus, aut erat talis vxor, quæ habebat nimiam reuerentiam ad virum, & tunc procedat dictum Bart. in dicto §. quæ onerandæ. aut non erat talis vxor, quę haberet nimiam reuerentiam ad virum, & tunc debẽt præcedere minæ. & ita procedat dictum Barto. in dicta l. ad inuidiam. & ita intelligatur dictum Innocen. in dicto cap. accedens. & in d. capitulo causam matrimonii. & quod ibi voluit. Do. Card. & D. Anto. & D. Pet. de Anch. & videtur ista veritas. Et licet examinauerim superioribus annis istum passum in dicto ca. causam. matrimonij. in melius & verius est illud, quod hic dico, sed in filio semper est nimia reuerentia erga patrem, vt soluit Salycet. vbi supra. ergo nunquam valebit talis contractus. Ex istis elicitur vera conclusio, quòd actus celebratus inter patrem & filium, vel celebratus a filio instante patre

tre non tenet propter meum reuerentialem.
2 † Et est probatum assumptum, vt nullis præcedenti-
bus minis non valeat contractus. & per consequens
ista assumptio ordinis facta ad instantiam patris nõ
tenuit. Et redeo ad. d. c. insinuante. in ver. medio Re-
gio metu, vel parentum. qui cleri. vel vouen. in ver.
nulla vel modica coactio. vbi non præsumitur coa-
ctio a patre in filiam, & sic metus reuerentialis non
infringit actum. Ad hoc respondeo: quia ideo ibi
non obstat reuerentia: quia ex lapsu biennii fuit pur
gata illa præsumptio metus reuerentialis, vt decidit
ibi text. in versicu. profugauit. Item illa mulier ac-
cepit consilium a suis, vt nollet nubere, & votum
emitteret: ideo veritas excludit præsumptionem,
vt capit. post cessionem. de proba. Et erit diligenter
ponderandum hoc: quia tũc non inficit actum me-
tus reuerentiæ, quando præcessit deliberatio ad il-
lum actum conficiendum; quia tunc abest metus
præsumptus. Item concurrit perseuerantia voti per
biennium. Sed in casu nostro non interuenit pristi-
na deliberatio huius viri do. Galeoti, nec interuenit
perseuerantia duorum annorum sponte facta in mi
nistrando in illo ordine subdiaconali. ergo nullo
modo obstat meæ conclusioni. d. c. insinuante. ergo
stat conclusio vera, ꝙ ex isto capite non tenuit ista
assumptio ordinis sacri. ¶ Capio nunc secundũ as-
sumptum, cum dixi, ꝙ vbi præcedunt minæ, vel ver-
bera, ꝙ actus gestus a filio patre instante non tenet.
hoc decidunt omnes in vtraque censura docentes,
vt sunt Inno. in d. c. causam matrimonij. D. Card. D.
Ant. do. Pe. de Ancha. do. Abb. & do. Io. de Imo. hoc
decidit Bar. in l. interpositas. C. de transact. & in d. l.
ad inuidiam. Inno. in d. c. accedens. & do. Abb. in d.
c. insinuante. & in d. ca. veniens. & multum egregiè
decidit hoc do. Pet. de Anch. in repetitione. c. si pro-
pter tua debita. de rescrip. lib. 6. & do. Abb. in d. cap.
cum contingat. de iureiurand. Et sapienter dicebat
do. Card. in c. cum contingat. de iureiur. quòd iudex
deberet esse facilis ad pronuntiandum, ꝙ mulier nõ
sponte consenserit contractui, si appareant aliquæ
coniecturæ: vt quia maritus minatus est ei, vel ver-
berauit eam, & allegat dicta sua in d. c. causam ma-
trimonii. vbi etiam dicit, ꝙ ex verbis prolatis a viro
inducitur iustus metus ad rescindendum contra-
ctum. Et ideo refert do. Pet. de Anch. in dicta repeti-
tione. d. c. si propter. fuisse de facto quæstionem in
ciuitate Venetiarum. quædam nobilis mulier fuit
molestata a viro, vt illum institueret heredem, post
multam molestiam accessit ad domum cuiusdam
coniuncti & hoc sibi narrauit, quo dicto fecit ibi te-
stamentum ad voluntatem suam cum clausula de-
rogatoria exprimens causas molestiæ. deinde acces
sit ad domum viri, & ibi fecit testamentum aliud,
prout viro placuit, & ibi non fecit mentionẽ de illa
clausula derogatoria, & decessit, fuit dubitatum v-
trum valent, refert fuisse per illum venerandum se-
natum decisum in fauorem secundi testamenti &
moti fuerunt: quia in illa ciuitate viuitur cum sum
ma puritate & plena libertate. ideo non præsumi-
tur metus illatus a marito vxori: sed dicit, ꝙ extra
Venetias aliter esset decidendum, & per consequẽs
3 actus non tenet minis præcedentibus. ¶ † Et addu-
co, quod voluit Ioan. de Imol. in d. ca. causam ma-
trimonij. vbi dixit, ꝙ si probetur, minas præcessisse,
& vxor contrahit cum marito præsentibus suis con
sanguineis non tenet contractus propter illud, qđ
ibi voluit Inno. & respondet ad dictum Bar. in l. trã-
sactione. C. de transa. vbi voluit, ꝙ præsentia amico-
rum excludit metum. & inde voluit in d. l. 1. C. de
prædi. cur. lib. 10. quia procedit, nisi præcessissent ver
bera. Et plus dixit Salyc. in d. l. transactione. vt supe-
rius dixi, ꝙ etiam si non præcesserint minæ, & filius
contrahat ad instantiam patris præsentibus consan
guineis ipsius filii, ꝙ presumitur per metum contra
xisse. ergo multofortius idem erit, quando præcesse-
runt minæ de facto. Et plus refert do. Car. in d. c. cau
sam matrimonii. in facto accidisse. mulier consen-
tiens alienationi rei sibi obligatæ protestata est, ꝙ
ppˀ reuerentiam mariti hoc facit, ꝙ probat per hoc,
ꝙ per metum consensit, & refert Rayn. de Forli. ita
consuluisse in facto. maximè quia magis præsumi-
mus metum, quam liberam voluntatem. vnde licet
duo testes affirmantes præferantur mille neganti-
bus, vt per glo. l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbi.
tamen non habet locum in probatione metus. vn-
de dicebat singulariter Inn. in c. super hoc. de renũ.
quòd duo testes deponentes de metu preferantur
aliis deponentibus de libera voluntate, refert Ang.
& sequitur in l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iul. de
vi. do. Abba. in c. 1. quod metus cau. & Bal. in l. obser
uare. §. proficisci. ff. de offic. proconsul. & in tractatu
scismatis. ¶ Et si dicatur, quòd Angel. dixit in l. non
est verisimile. ff. quod metus causa. ꝙ duo deponen-
tes de libera voluntate præferuntur duobus deponẽ
tibus de metu, & reprehendit Inno. ego respondeo,
ꝙ Ange. non loquitur assertiuè: quia loquitur dubi-
tando per verbum forsan. & etiam se restringit, nisi
testes deponentes de metu coadiuuarentur presum
ptione iuris, vt est in casu nostro: quia ius presumit
metum, vt est dictum, & sic non obstat dictum Ang.
& sic duo deponentes de metu preferuntur vigin-
ti deponentibus de libera volũtate. voluit Lud. Ro.
in rub. ff. de arb. Et adduco, quod voluit do. Petr. de
Ancha. in consi. 329. incipien. probata tanti viri sæ-
uitia. Et ex ists apparet, quòd nõ bene loquitur Bal.
in l. fina. C. si quis aliq. testa. prohi. inquantum dicit,
ꝙ ad tollendam omnem præsumptionem metus
cautela est, ꝙ testamentum fiat coram consangui-
neis & amicis, & allegat. d. l. trãsactione. quia ibi ap-
paret, quòd precesserint minẹ, & sic Bald. non bene
loquitur. accedat, quod voluit Barto. in l. fina. ff. si
quis aliq. testa. prohib. in fin. verbis, vbi dicit, quòd
minæ precesserunt, & tamen tempore testamenti
nullus metus ingeritur, tamen non valet testamen-
tum vxoris, allegat Inno. in d. cap. causam matrimo
nii. & dicta per eum in dicto §. quæ onerandæ. Præ-
terea probatur formaliter in c. primo. quod me. ca.
vbi professio facta metu præcedente dicitur nulla
& meticulosa. ¶ Et si dicatur, ꝙ ille text. loquitur de
metu mortis, ergo extra metum mortis non proce
dit text. Ad hoc respond. quòd Inno. in capitu. cau-
sam mattimonij. præallega. dicit, quòd ad infringen
dum actum vt meticulosum sufficit, quòd precedãt
verbera, vel verba minatoria, & sequũtur ibi com-
muniter Doctores. ergo sequitur, quòd licet. dicto
capitu. 1. loquatur de metu mortis, videtur narrare
factum, & non iuris ministerium. ideo multum pul
chè dicebat Ioan. And. in c. dilecto. de præben. quòd
verba narrantia factum apposita in lege non indu-
cunt iuris ministerium, vt est gloss. valde singul. in l.
vnica. C. quando nõ peten. par. ideo sequitur, quòd
idem erit in alio metu verberum, vel verborum. &
idem dicit Bald. in rub. extra quod metus causa. refe
rens Inno. ꝙ metus mortis est timere crudelitatem
hominis potentis. l. 3. ff. de donatio. cã mortis. & ꝙ
ille, qui probat iustam causam metus, satis dicitur
probare metum, qui potuit cadere in constantem
virum: quia nemo debet se exponere alicui pericu-
lo personali. capitu. bonẹ memoriæ maguntinæ. de
electio. etiam vnius alapæ: vt no. in l. 1. C. vnde vi. &
sic licet. dicto capitu. 1. loquatur de metu mortis: tñ
idem erit in alio metu. hinc est, ꝙ glos. singu. in cap.

cum dilectus. quod metus causa. dicit, ꝙ est iustus metus timor excommunicationis. idem dicimus in timore amissionis rerum, vt dixit glo. in l. aduocati. C. de aduo. diuer. iudi. ꝙ pecunia est vita hominis. & dicit dominus Petrus de Anchar. in d. c. Abbas. ꝙ amissio magni lucri inducit iustum metum, allegat Cyn. in l. interpositas. C. de transa. & etiam amissio honoris: vt voluit Bart. in l. vt vim. ff. de iusti. & iure. & facit gl. in c. cum dilectus. quod metus causa, quæ dicit, ꝙ verba inferunt iustum metũ & minæ & potentia. Et ideo fuit facti accidentia, ꝙ fuit illatus timor mortis in dicto c. 1. Et ex istis elicitur cõclusio, ꝙ minis in præcedentibus redditur nullus actus gestus. an autem sit ipso iure nullus, an effectualiler apparebit ex infradicendis. ¶ Capio nunc tertium assumptum, ꝙ vbi actus geritur ad preces, vel minas potentis efficitur inefficax, & dicitur esse iustus metus. & ad hoc adduco glo. valde singu. in l. 1. C. si rec. prouin. quæ dicit per potentiam aut blãdicias induxit ad sponsalia, vbi minæ vel blandiciæ potentum inducunt iustum metum. facit capitu. cum inter. R. seniorem. de elect. vbi instantissimæ preces principis inducunt iustum metum iuxta illud, est rogare ducum species violenta iubendi. facit gl. in l. prima. §. primo. ff. quod iussu. & quod voluit Baldus in l. fi. C. quod cum eo. & gl. singu. secundùm d. Abb. in c. cum dilectus. quod metus causa. quæ voluit, ꝙ verba minatoria inducunt iustum metum. & pulchrè dixit Baldus in c. primo. §. vel furtum. de pa. iur. fir. ꝙ si potens homo mihi mandat, ꝙ occidam aliquẽ alias uita non erit mihi salua, quod si fecerim, non teneor de homicidio allegat Pet. per tex. l. sciẽtiam. §. qui cum aliter. ff. ad leg. Aquil. Et idem voluit Cy. in l. j. C. vnde vi. idem voluit Bald. in sua repetitione. & facit idem, quod voluit in c. nuncius. de testibus. vbi dixit, ꝙ si testis timet damnum spirituale vel tẽporale sibi ab aliquo inferri, puta a tyranno, vel populo, vel aliquo potente poterit esse iusta causa excusandi eundem a testimonio ferendo: quia si non cogitur esse testis contra fratrem, vt l. lege Iulia. ff. de testi. ergo nec contra se, nec refert, vtrum timeat periculum facti, vel iuris, allegat. l. interpositas. C. de transact. & facit, quod voluit Bald. in l. fina. ff. de hære. insti. vbi loquitur de eo, qui minas mãdabat executioni, & quod voluit Bald. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de oper. nou. nuncia. & voluit Cyn. in l. metũ. C. quod metus causa. de occiso post minas, vt præsumatur occisus a minante solito similia facere, voluit ibi Bald. in l. 1. C. si quis Impera. maledixe. Ioan. And. in c. præterea. de iure patro. ꝙ clerici dicũtur soluere propter timorem soluendo laicis, si laicorum petitio præcessit: licet spontæ soluant, & pulchrè dixit Bald. in l. nouissime. ff. q̃d fal. tuto. autho. ꝙ ab officiali semper præsumitur inferri terror, ꝙ dicit no. dignũ. & etiam est ibi tex. singul. ꝙ paria sunt, aliquid fieri coactè, vel timore coactionis, quod est bene not. secundum Bal. ibi. & idẽ etiam dicit, quando aliquid fit timore statuti, facit c j. de offi. dele. vbi minæ, vel terror potentum inducunt iustum metũ
4 † & ibi Inno. singulariter dicit idem, si quis aliquid facit propter rigorem alicuius statuti argumen. ca. grauem. de senten. excommu. idem sequitur Bal. in commento. l. falsus. ad fi. C. de fur. & in l. 2. C. quod me. cau. & est mirabile illud dictum, ꝙ clericus spõte soluens ad petitionem laici dicitur soluere compulsus timore, & fuit no. Hostien. in d. cap. preterea. quia si præcessit petitio potentioris, tunc quicquid fit sponte, videtur fieri coactè. ¶ Modò ex istis apparet tertia conclusio, vt preces, vel minæ, vel rogationes potentum inducunt iustum metum, & sic probata sunt illa tria assumpta. Modo reducendo ista ad propositum, iste Galeotus erat in tenera ætate, quo casu videtur, ꝙ licet gl. in c. cum locum. de spõsalibus. dicat, quòd minor metus requiritur in fœmina, quàm in viro: ideo debet esse talis timor, qui cadat in constantem fœminam; non tamen distinguit in viro. ideo videtur distinguẽdum eodem modo, vt sit talis metus, seu timor, qui cadat in constantem virum: quia ille qui est teneræ ætatis videtur esse timidior, vt decidit tex. in l. vnius. in princip. ff. de quæstio. in versi. timidior, vel teneræ ætatis. & facit, quod ponderat Bald. in c. 1. §. hæc autem sacramenta. de pac. iur. fir. in vsi. feud. vbi tenera ætas & iuuenilis est causa, vt succurratur minori: cõcurrit etiã; quia est filius habens genitorem in nimia reuerentia. concurrit etiam: quia præcesserunt minæ paternæ verbera, incarceratio, quæ maiorem timorem inferunt iis, qui ætatis teneræ sunt, vt docet experiẽtia. Concurrit: quia illustris genitor est sæuerus, indomitus, & terrori est permaximo ijs, quos in dominio & baculo habet, quo casu multofortius metus infertur: vt d. l. 1. C. si quis impe. maledi. quia ex qualitate & cõditione personæ dicta pensamus. Pro certo vnum dumtaxat de istis sufficit ad faciendũ hanc assumptionem ordinis meticulosam & nimio timore assumptam, eoque magis: quia tempore collationis ordinum præfatus Galeotus contradixit, & ante palam protestatus extiti, se non assumpturum ordines clericales. ¶ Et adduco quod voluit excellens domin. Ioan. Cald. in consilio primo. titu. quod metus causa. vbi consulit, quòd mulier per metum professa est religionem & plurimis annis stetit in monasterio, ꝙ nihilominus professio non habuit effectũ, & mouetur, quòd metus debet esse talis, q cadit in constantem virum, siue sit matrimonium carnale, siue spirituale. de primo allegat. c. venient. de sponsalibus. de secundo allegat. capitu. fina. qui cleri. vel vouen. & c. 1. quod metus causa. Secundo mouetur, quòd metus dicatur iustus ex circunstantijs, & non solum qui continet cruciatum corporis, sed qui cõtinet verba minatoria: vnde cõsiderata persona minante & persona, cui minæ inferuntur, quòd secundùm has circunstantias inducatur metus, voluit Innocen. in capi. cum dilectus. quod metus causa. vbi sufficit præsens trepidatio mentis, siue procedat a præsenti metu, vel futuro. Tertio; quia minor metus excusat mulierem, quàm virum, vt in capi. cum locum. de sponsa. Quartò: quia licet regulariter ea, quæ fiunt per metum, teneant, & subuenitur eum passo, vt capitu. super hoc. de renuntia. tamen in certis casibus ipso iure non tenet, quod fit per metum, vt in matrimonio carnali & spirituali, vt in iuribus allegatis superius. capit. Abbas. quod metus causa. concludit, quòd quia in eo casu per do. ciuitatis fuit illatus metus illi mulieri, ipso iure nulla fuit illa professio, & hoc maximè cum dicta mulier ante professionem & in ipsa protestata est, quòd non sponte profitebatur: nam intentio per verba ostenditur. ca. primo. quod metus causa. Imperator. n. linguæ est cor, secundùm Bald. in cap. mandatum. de rescript. & in tractatu scismatis. dicit, cordis preco est lingua. Philosophus in primo periermenias. Nec obstat, si dicatur, quòd protestatio contraria facto non iuuat, vt capitulo cum. M. de constitutio. & capitulo vidua. de regula. quia ibi non fuit facta protestatio ante, vel in ipsa professione, sed postea. item tunc non iuuat, quando non processit iusta causa: secus quando iusta causa illam corroborat, vt fuit hic, & subdit, ꝙ per mortẽ, quam fecit in monasterio, non videtur ratificasse professionem, si causa metus durauit. cuius enim causa conseruatiua durat. semper effectus intelligit̃ durare. 3. q. 7. §. tria, & d. c. j. quod

metus

metus cauſa. vnde durante domino ciuitatis præfa-
to minante ſemper metus dicitur durare, & ſic non
tenet profeſſio. Ita in terminis conſuluit Ioan. Cald.
& videtur ponere ſecurim ad arborem in hac dubi-
tatione: quia cum iſte pater eſſet do. ciuitatis, & mi-
natus dicto filio, & filius ante aſſumptionem ordi-
num & in ipſa aſſumptione ordinis proteſtatus eſt,
ſe nolle aſſumere ordines, nec clericari, ſequitur, ꝙ
nulla fuit talis aſſumptio ordinis, ergo ad plenum
probatum eſt primum dubium, ꝙ dicta aſſumptio
ordinis fuit meticuloſa & coacta. ¶ Modò oſtendo
ad oculum, ꝙ fuit ipſo iure nulla, & præmitto, quod
voluit Ray. de Petraforti relatus a Baldo in rubrica
de controuer. inueſti. in vſi. feu. vbi ꝙ Deus poſuit in
ore pretoris illa verba, quod metu geſtum eſt, ratum
non habebo, quæ verba ponuntur in l. j. ff. quod me-
tus cauſa, & dixit Albertus magnus li. 15. de proprie-
tatibus rerum c. de Anglia, ꝙ libera gens eſt, cui libe
ra lingua eſt. Et adduco, quod voluit Bal. in ru. extra
quod metus cauſa, ꝙ vbi de ſubſtantia actus eſt liber
tas voluntatis, tunc actus eſt nullus ipſo iure l. ſi mu-
lier. §. ſi dos. ff. quod metus cauſa. c. cum locum. de
ſpon. l. 2. poſt principium. ff. de his quæ vi. coactio. n.
repugnat arbitrij libertati in ſubſtantia voluntatis.
illud enim dicitur libero arbitrio fieri, qđ nullo cogē
te imperio, & nulla neceſſitate fit, vt l. ſi quis maior.
C. de tranſa. nam in huiuſmodi actu metus omnem
remouet voluntatem ab actu, & hoc ex compulſio-
ne facti. vel poſſet ſic argui, vbicūque in aliquo actu
requiritur voluntas qualificata, ſi adeſt voluntas, &
non adeſt qualitas, non eſt legi ſatisfactum. Ponitur
exemplum in c. vbi periculum. §. cęterū. in ver. volū-
tas & libertas. de elec. lib. 6. & in c. veniens. de ſponſa.
vbi matrimonium debet contrahi voluntate & liber
tate. Item in aſſumptione fidei requiritur voluntas
& libertas, vt in c. de iudæis. 45. di. & ponit iſtum mo
dum gl. in c. notificaſti. 33. di. q. 5. Simile dicimus, in
teſtamento requiritur libera volūtas l. j. C. de ſacro-
ſan. ec. ſi interuenit voluntas coacta, non eſt teſtamē
tum, vt eſt glo. ſing. in l. j. ff. de teſta. ſecundùm Ioan.
de Imo. Simile dicimus in authoritate interponen-
da. requiritur enim libera voluntas, aliàs actus eſt ip
ſo iure nullus, vt l. j. §. fi. ff. de auth. tuto. per quē text.
Bal. in ru. de controuer. inueſti. dicebat, ꝙ ſi prælatus
inueſtit aliquem de feudo per metum, ꝙ eſt ipſo iu-
re nulla talis inueſtitura. Modò dixit Io. Cal. in conſi
lio allegato ſuperius, ꝙ matrimonium ſpirituale cō
tractum per metum eſt ipſo iure nullum, vt in d. c. ſi.
qui cleri. vel vo. eodem modo & profeſſio: non enim
fienda eſt ab inuito; quia voluntas eſt libera & abſo-
luta poteſtas, ita dixit valde ſing. tex. in l. 3. §. j. ff. de ar
bi. Cum ergo in contrahendo ordines ſacros, vel in
vouendo, vel in profitendo religionem requiratur
voluntas & libertas, ſequitur, ꝙ ſi adeſt ſola volūtas
& non libertas, ꝙ non eſt ſatisfactum diſpoſitioni le-
gum: ſed in aſſumptione ordinum diaconatus per
iſtum Galeotum non interuenit volūtas & libertas:
ergo ſequitur de neceſſitate, ꝙ talis aſſumptio ordi-
num fuit ipſo iure nulla. & multofortius: quia mini
ſter tradēs illos ordines fuit inuitus: quia ad minas,
vel ad inſtantiſſimas preces principis contulit ipſum
ordinē, quo caſu eſt iuſtus timor, vt voluit gl. in l. j. C.
ſi rector prouin. cū ſi. & multofortius ſi pater mina-
tus eſt filio cruciatū corporis, vt aſſumat ordines, vi-
detur, ꝙ multofortius fuerit minatus illi cōferēti, ar.
auth. multomagis. C. de ſacroſan. ecc. iuxta illud dñi
cę veritatis, ſi in viridi ligno hoc faciūt, in arido quid
fiet. Non enim debuit vereri faciem hominis, pluſ-
quam Deum, vt in c. ſit rector. & in c. epheſijs. 44. di.
vt dixit Hoſt. in c. j. quod metus. & facit, quod voluit
Bal. in l. decernimus. C. de ſac. ſan. ec. vbi dixit, quod
ſententia in ſpiritualibus metu lata eſt nulla ipſo iu
re. Et ideo dixit idem Bald. in l. fi. C. de pœna iudi. qui
mal. iudic. ꝙ in iudice ferente ſententiam debet eſſe
5 libertas, & ſententia metu lata eſt ipſo iure nulla† ſe
cus ſi eſt admixtus metus, & non iuſtus metus: quia
tunc debet reſcindi: & ita intelligit gl. in c. quatuor.
11. q. j. quod eſt bene notandum pro intellectu illius
gloſſ. & eius, quod voluit idem Bald. in d. l. decerni-
mus. vbi dixit, ꝙ in temporalibus lata reſcinditur. &
ita etiam limitatur dictum Bal. in l. j. C. de ſen. ex bre
uit. rec. vbi dicit ſententiam latam metu in ſpiritua-
libus fore nullam, ſed in temporalibus reſcindi, per
glo. d. c. quatuor. & ita etiam intelligatur, quod vo-
luit idem Bald. in l. fi. §. neceſſitate. C. de bo. quæ lib.
& ita intelligatur, quod ipſe voluit in l. eleganter. §.
ſi quis poſt. ff. de con. ideo dixit idem Bart. in l. nec ſi
volens. C. de libe. cauſa. ꝙ ſi rex Franciæ facit confite
ri aliquam ciuitatem eſſe ſuam, ꝙ illa confeſſio non
habet effectum: quia coacta. nam metus inducit diſ-
ſenſum potentiorem cōſenſu, nec coactus facit mē-
te ſua ſed aliena, & præſumitur impreſſio probata
cauſa metus, vt voluit Inno. in c. bonæ memoriæ. de
elec. voluit Bald. in l. 2. C. de his qui per me. iudic. Eſt
enim metus mentis coactio, per quam vſus liberi ar
bitrij impeditur. & ſecundum Bald. in c. j. §. item ſa-
cramenta. de pace iur. fir. in vſi. feu. dicitur eſſe tri-
plex metus, concuſſiuus, vt qui per minas potentis
aliquid fecit, impreſſiuus: vt qui per carcerem vel
per verbera actualiter interuenientia aliquid facit,
& eſt timor ſuſpicionis nō temerarię, ſed violentię,
vt d. l. nouiſſimè. ff. quod fal. tuto. & probatur ex indi
cijs, & minis præcedentibus, vt voluit Inn. in d. c. bo-
nę. ¶ Modo in caſu iſto interuenit omnis ſpecies me
tus concuſſiuus, impreſſiuus, & ſuſpicionis. ergo fuit
nulla ipſo iure talis aſſumptio ordinum. Simile di-
cimus in iuramento præſtito a minore per metum
fore ipſo iure nullum ex eo: quia text. auth. ſacramē
ta. C. ſi aduer. vendi. vtitur verbo ſponte. & idem vo-
luit gl. in d. §. itē ſacra. importat enim liberā volunta
tē. ideo ſingulr dixit Ang. in l. qui in aliena. §. Celſus.
ꝙ puniet de falſo notarius, q confeſſionē metu factā
dicit ſpōte fuiſſe factā, qđ verbū, ſpōte, excludit om-
nem metum. Et facit, quod voluit Bar. in l. j. §. ſi quis
vltro. ff. de qſt. & ideo dixit Bal. in c. j. §. vel furtum. de
pace iur. fir. ver. quæro vtrum. vbi dicit, incidit in fal-
ſum, ſi dixit ſponte: ſed ſi dixit. voluntariè fuit con-
feſſus, inſtrumentum eſſe verum: quia per hoc non
probatur, ꝙ ſponte fuit ꝯfeſſus, allegat. l. velle nō cre
ditur. ff. de reg. iu. & dicit eſſe nouum dictum. Et etiā
ibi dicit Bald. ꝙ vultus potentis terribilis inducit iu-
ſtum metum allegat ad hoc Ioan. An. in c. quia pro-
pter. de elec. in nouella. Eſt enim vultus terribilis cō
tra nocentes licitus: ſed contra innocentes illicitus,
vt in Auth. de mādati principis. §. talem verò. Ex quo
ſequitur, cū iſte Princeps ſit terribilis, & ante & tpe
tonſionis & aſſumptionis ordinis oñderet terribilē
vultum, & minacem huic filio adoleſcentulo ponē-
do eum in carcere, & verberando, ſequitur, ꝙ ipſo fa
cto & iure fuit nulla talis aſſumptio. ¶ Preterea iſtud
decidit text. in c. j. de regula. vbi text. requirit duo ad
hoc, vt qs conderetur, & multomagis fortius ad hoc
ordinetur legitima ætas, & ſpōtanea voluntas, quo
caſu ſi eſt coacta, nō eſt ſpontanea. vnde gl. ibi dicit,
ꝙ non valet profeſſio. & mouetur: quia ille actus ꝓ-
fitendi, & clericandi non regulatur a ſimplici con-
ſenſu, ſed qualificatè cum libertate, quę libertas ceſ-
ſat dato metu. allegat do. An. in c. j. quod metus cau
ſa. & c. cum locum. de ſponſa. gloſſ. in c. abbas. quod
metus cauſa. & glo. in d. c. notificaſti. coacta enim vo
luntas non eſt ita qualificata, quam gl. ſummè com-
mendat do. Anto. ibi dicens per illam patere, quare
electio

electio metu factam est nulla ipso iure: vt in c.quisquis.de elec.& in c.ubi periculum.uer.cæterum.de elec.lib.6. Pro certo istud apponit securim ad arborem, vt non teneat ipso iure talis assumptio: quia est liberæ voluntatis. Et facit simile, quod dicimus de voto, quod est liberæ voluntatis. ergo metu factum ipso iure est nullum, ita probatur in c.licet. de voto. & iam in assumptione ordinum inest votum continentiæ, vt in c.j.& 2.qui cleri. vel vouen.c.ante triennium.31.dist. Ergo sequitur, ꝙ nullus ipso iure fuit ordo assumptus. Facit ēt.c.possunt. 20.q.3. Est enim votum animi deliberatio cum beneplacito determinante se ad aliquid.& vbi est metus ibi non est deliberatio animi: quia est consensus, vt dictum est, vbi tex.dicit extra omnem ipsius filij voluntatem induxit, deinde monachalem habitum assumpsit, & glo. ibi colligit, ꝙ timor paternus impedit matrimoniū spirituale: sed ista assumptio fuit contra omnem voluntatem ipsius filij expresse contradicentis, ꝙ volebat esse laicus.& vt laicus viuere, ergo &c. Præterea facit, vbicunque duo regulariter equiparantur a iure, ius disponēs de vno habet locum in reliquo. ista est glo. quæ reputatur sing.in c.si postquam.§.fin.de elec.li.6.& in c.2.de confes.eo.li.& in c.j.de rescript. sed assumptio ordinis & ꝓfessio religionis regulariter sunt a iure equiparata. Iste est tex.formalis in c.j. in ver.per susceptionem sacri ordinis, aut professionem: sed professio debet fieri a sciente & volūtariè, ita decidit tex.in c.constitutionem. in ver. sciens ac voluntarius perseueret.& in c. j. & c. non solum: in ver.si de sua voluntate processerit.de regula.li.6. ergo sequitur, ꝙ sicut debet esse voluntarius profitēs religionem, eodem modo debet esse voluntarius assumens ordines, & pro certo istud apponit gladium ad hāc dubitationem. Facit etiam.c.j.20.q.3.in vers. propositum proprio arbitrio & voluntate susceptū nō deferat.& in c.pro ordinis.in ver.habitum semel induerit spontaneè religiosum, vbi ille non deserat habitum religionis assumptum, qui spontaneè & proprio arbitrio & uoluntate suscepit.ergo ille, qui coactè suscepit, illum deserat. Ita dicamus in eo, qui assumpsit coactè ordinē sacrum, cū illa regulariter æquiparentur, assumptio ordinis, & professio religionis. Et plus dico, ꝙ illud probatur in c. eos. vbi text. loquitur de clerico constituto in ordine sacro, vt plenè ibi declarat Ioan.de Fantu.20.q.3. & apertius deciditur ea.causa.& q.§. cū dr̄ ꝓpositū monachi si ꝓprio arbitrio & volūtate susceptū nō fuerit, obseruari nō cogitur, vbi decidit formalr̄ ista dubitatio: qa cum in capitulis præcedentibus dicatur, ꝙ monacatus & ordo receptus non potest deseri. ita dicitur in d.c.eos.ita etiam probatur in d.c.eos.ꝙ si non spōte susceptus potest deseri.¶Et si dicatur, ille.§.loquitur de monacatu, & non de ordine nō sponte suscepto. Ad hoc rn̄deo, ꝙ licet nō explicet de ordine expresse: satis tū exprimit de ordine: quia iura præcedentia permixtim loquuntur de monacis & clericatis, vt in c.eos.dicitur: quia iura illa extendi debent ad constitutum in ordine sacro: quia æquiparantur
6 professio & ordo sacer† & allegat.d.c.j.de voto.& sic probatur formaliter in d. §. dicitur. ꝙ metu assumptionis assumptus ordo sacer non potest ab inuito retineri, & sic non cogitur per metum ordinatus ad sacros illum ordinem sacrum obseruare, & per consequens non compellitur iste Galeotus viuere clericaliter. Præterea facit ad prædicta Deus respicit ad cor hominis, & non ad linguam, vel ad manus, & intentio agentis informat, & qualificat factum, vt probatur genesis.22.sufficit cordis credulitas.iuxta illud Pauli gentiū magistri supremi.10.ad Romanos. Credidit Abrahā & reputatū est illi ad iustitiam, & iuxta illud dominicū Abrahā lætatus est videre diē meū, & vidit.alibi dr̄, fides tua saluum te fecit. Lucæ.8.& ex corde procedunt fornicationes & adulteria, Mathei.7.& 15.q.7.c.j.in fin.32.q.5.c. proposito cum ꝑmanente.& 14.q.5.c.si quid inuenisti.& quod habetur in c.periculose.de pen. di.j. & j.q.j.c. vides quantum bonum. & de sen. excō.c. cum voluntate. & de cōsecra.di.4.c.baptismi. Vincen.c.per tuas. de simo. & plus dicebat gloriosus Thomas de Aquino, quem refert & sequit̄ Io. An.in c.literaturam.de voto ꝙ in voto requirunt̄ tria, videlicet deliberatio.ꝓpositū, & promissio, ad hoc vt vouens obligetur Deo, & ideo dixit glo.quæ reputatur sing.in c.dudum. de cōuer. coniuga.ꝙ votum factum calore irę non obligat vouentem: quia Deus ad obligandum sibi aliquem respicit cor & animam, & pulchrè scribitur in c.Deus omnipotens.2.q.j.& in c.qualiter. el 2. de accu.& c. vt nostrum.vt eccle. benefi. ꝙ iudicium ecclesiæ debet se conformare iudicio Dei. Modò in proposito ille, q assumit ordinem sacrum, promittit, & vouet castitatem. sed vbi deficit substantiale actus, deficit ipsum substantiatum: vt l.non dubium.C.de legi.& probatur in l.cum precario.ff.de preca. & per glo.c. non putamus. de consue.lib.6.quæ voluit, ꝙ consuetudo potest disponere contra substātialia actus. Modò in proposito nostro assumptio ordinis sacri facta per illum illustrem do.fuit facta extra omnem mentem & voluntatem suam, & cum protestatione, ꝙ non intendebat clericari in prin.medio & fine. Deus gloriosus illam non acceptauit: quia voluntarium, & non coactum militem Christus eligit sibi, & codē modo diabolus seruum aucupat sibi voluntarium. 15.q.j.c.non est.& Ioannis.6.inquit, & ex hoc multi eius discipuli abierunt.ergo nec ecclesia, quæ est cultrix iustitiæ, illā acceptabit: qa debet cōformare suū iudicium iudicio Dei.nam & diabolus vult seruum voluntarium, qui mendax homicida est, vt dixit dominica veritas.Ioannis. ca.8. & per consequens nec apud Deum, nec apud militantem ecclesiam iste Galeotus videtur ordinatus ad sacros ordines. Et istis moderatius arbitror vt finem dicendi imponam, & ista est firma cōclusio, vt in firma petra, ipsam assumptionem ordinum fuisse factam per metum, qui cadit in constantem virum aut iuuenem, & ipso iure fuisse nullam.¶Capio secundam dubitationem, videlicet iste illustris Galeotus, cum eius pater illustrissimus armorum dux pro sancta catholica fide pugnaret aduersus Turcas iussu patris redijt domum, & dum certis iustis ex causis foret necesse ire ad Romanum Ponti.fuit protestatus, quòd non intendebat esse clericus, nec assumere habitum, aut ordines ratificare, & accessit Romam sine habitu clericali: sed coram domino nostro Papa se præsentauit in habitu protonotariatus, & cum recessisset a domino nostro Papa, assumpsit habitum suum secularem, & sic præsumitur in facto.quòd semper coram suis domesticis tempore, quo pręparauit se iturum, & tempore quo iuit ad dominum Papam protestatus fuit, ꝙ non intendebat esse clericus, nec ratificare ordines iam metu assumptos, stat dubitatio, vtrum videatur per hoc ratificasse ipsos sacros ordines sibi collatos. Et pro certo videtur apto iure dicendum, ꝙ nullo modo videtur ratificasse: licet enim professio religionis metu facta sit nulla, vt iā dictum est: tamē potest ratificari per eum, qui passus est metum, & ex illa ratificatione illa professio nulla recipit vigorem: ita est textus formalis in capitulo primo, quod metus causa. in ver. si legitimè probatum fuerit, quod fecit, ratum postmodum habuisse. Pondero illa verba legitimè probatum fuerit: quia non sufficit probare per præsumptiones ratum habuisse, sed oportet

tet probare per testes omni exceptione maiores.ita decidit glossa valde singul. in capitu. at si clerici. in versi.legitima probatione,quæ exponit.i. per testes omni exceptione maiores.& facit, quod voluit dominus Abbas & glossa in capitulo primo. de consangui.& affinita. & similem modum loquendi ponit.c. iurauit. de probatio.in ver. legitimè probatũ fuerit.& c.quoties.de testib. & capitu. accedens. de accusationib.capit.consanguinei.de re iudica. cap. sicut.de senten.excommunica.capitu.accedens. de purga.cano.capit. fin.de procura.capitu.primo. de collu.deteg.capitu.secundo.de calum. vbi apponitur similis modus loquendi, & sic opus est probare per testes omni exceptione maiores, subdit postea in textu,ꝙ fecit ratum habuisse postmodũ:sed quid fecit antea, dr ibi professionẽ. Modò in casu nostro esset opus, ꝙ ibi testes omni exceptione maiores ꝓbarent istũ Galeotum ratificasse assumptionem sacrorum ordinum,sed quodammodo posset probari ratificatio ordinum sacrorum. Pro certo mihi videtur,quòd esset opus, ꝙ cãtauerit epistolam, & sic fecerit executionem spectantem ad ordinem subdiaconalem, istud diceret quicunque ingentis spiritus doctor, &, vt meis detur audacia verbis, adduco Hostiensem in capitulo maiores.de baptis. in fine,quam ibi refert dominus Cardina. Dicit enim de eo, qui assumpsit ordinem subdiaconalem per metum, vel aliàs nulliter,ꝙ si ratificat, tenetur in ordine viuere:sed quærit,quodammodo videtur ratificare: respondet,si semel indutus habitu subdiaconali dixit epistolã, & pro hoc adducit ibi dominus Cardinalis capitulum vidua. de regula. Ecce nunc qualiter in indiuiduo deciditur ista quæstio, & datur præcipuum lumẽ ad dictum capitulum primũ. quod metus causa. vt intelligatur ratificare, quod fecit faciendo executionem illis ordinis, quem accepit. ¶ Modò in proposito,non tamen concesso,ꝙ in assumptione habitus protonotariatus coram Papa cessasset omnis metus paternus, qui tamen re vera non cessauit:tamen non fuit propter illum habitum ratificatus ordo subdiaconalis. debuit enim in apparatu subdiaconali dixisse epistolã, qđ non fecit dictus Galeotus. & ideo textus dicti capituli primi, dicit,quòd fecit ratũ habuisse,sed ordinem subdiaconalem assumpserat: ergo ordinem subdiaconalem debuit ratificasse,quod videtur ratificare,dicẽdo epistolam in habitu subdiaconali, indubitanter ista doctrina apponit securim ad arborem, vt per illum actum exercitum coram dño Papa non vr̃ ratificasse ordines sacros iam assumptos. & addictũ capitulum primum.ista est nouissima rñsio a me inuẽta ad illum textũ: ergo ex hoc capitulo est liberatus dictus Galeotus a nexibus dicti ordinis. Item dicitur in dicto capitulo postmodum,quod primo fecerat. Nam illa dictio postmodum, denotat longum interuallum.iste est casus in lege secunda.in ver.postmodum.de custodia reo. quem allegat Baldus in lege prima.ff.de custo.ista est glossa in lege pacta conuenta.ff.de contrahen.emp.& l.cum fundum.ff. de vi & vi ar. & sic requirit ibi textus, quòd est longo interuallo ratificet illud,quod prius fecerat ad hoc. vt videatur sublatus ex toto timor præambulus, & ad hoc adduco capitulum in præsentia.de prob.vbi pro certo probatur formaliter in verbis sequ. & sua obtulit monasterio. dicitur ibi, ꝙ quidam obtulit se,& sua propter timorem infirmitatis. Postea recõualuit,& a monasterio recessit deinde dicitur,quòd confir[illegible] primum ingressum: quia iterum se & sua [illegible] eidem monasterio, & sic vt primus ingres[illegible] actus metu purgetur per ratificationẽ,opus est,ꝙ fiat alius actus similis primo.ergo non sufficeret,si quis accepit ordinem subdiaconale n coacte is vt dicatur ratificare assumptionem illam portando cottam,seu suppeliciam,sed oportet,ꝙ in apparatu subdiaconali cantet epistolam, ita videtur dicendũ in ꝓposito nostro, & etiam vtitur.d.c.in pręsentia, illo verbo postmodum, vt notet longum interuallum,vt videat ex toto purgatus primus metus. ¶ Pręterea hoc decidit gl.fin.in d.c.j.in ver.ratum.quę dicit, ꝙ si constat de metu ab initio, & postea sponte emittat votum,& sic requirũtur duo,ꝙ emittat votum,& ex libera voluntate: sed in casu nostro posito,non tamen concesso,ꝙ in apparatu subdiaconali dixisset epistolam in ecclesia: tamen si sponte nõ fecisset, non diceretur purgatus primus metus. & per consequens nen valuisset secũdum votum. Modò in proposito præsupponitur in puncto, ꝙ dictus Galeotus eo tẽpore,quo fuit ad D.Papam,protestatus fuit coram his, qui cum eo accesserant ad Papã, ꝙ non intendebat clericari, nec assumere iter, nec habitum,vt ratificaret assumptionem ordinum, & iuit Romam sine habitu. cũ autem præsentasset se coram Pontifice, assumpsit habitum semper cum protestatione coram suis famulis, ꝙ non intendebat esse clericus, & cum recessisset a præsentia Papæ,dimisit habitum protonotariatus, & sic accepit suas vestes laicales.& sic non sponte,nec animo deliberato accepit illum habitum, vt vellet ratificare & cõtinuare.ergo sequitur,ꝙ illa assumptio ita momentanea non est alicuius efficaciæ: quia non sufficit actũ momento fieri,& non durare. l.si pro parte.§.versum.ff.de in rem verso.l.si quis hæredem.C. de institu.& substi.& ideo dixit Ange.ꝙ non sufficit vt mulier accipiat habitum ordinis, si in illo non ꝑseuerat,& ita consuluit.facit.l.fina. C. de bo. quę li. l.inter Castellianum.& ibi Barto.ff. de arbi.l.j.C. de postulan. & ibi Bald.l.seruus.C.de pęnis.& ibi Cyn. Ange. in suo eleganti consilio 33.l.2.§. peruenisse, ff.de hæredi. vel actio. ven.c.clerici.de cleri.excom. & sic duo repugnant in ista præsumpta ratificatione:quia non fecit actum retro similem,nec cõgruẽtem ordini subdiaconali. Et posito,non tamen concesso, quòd fecisset: tamen non fecit sponte: vt requirit gloss.d.c.j.quo casu nõ est satisfactum dispositioni legis requirentis actum fieri sponte: vt dixit text.in auth. sacramenta puberum.C. si aduer. ven. in versicu.sponte præstita.& in l.j.§.j. in versi. sponte.ff.de fer.quia ex quo protestatus fuit, non nocuit re assumptio habitus,eoque magis:quia momento durauit, ostenditur animus non spontaneus ex illa momentanea reassumptione, argu.l. post contractum.ff.de dona. & l.si ventri.§.in bonis.ff. de priuile.credi.cum similibus. ergo videtur durasse in illa sua prima voluntate viuendi vt laicus. ¶ Præterea, licet iste Galeotus assumpsisset habitum:tamen verbo non fuit professus,se velle esse clericum.ergo nõ nocet sibi ille habitus.vnde dom. Anto. post docto. in dicto c.j.quod metus causa.concludit,quandoq; quis verbo professus est, & portat habitum religionis,& tunc obligatur religioni,etiam si protestetur, ꝙ profiteri intendit,nisi ad sit metus iuuans consensum protestationis repugnans consensui ingressus, vel professionis vt ibi.& c.cum M.de constitu. Quãdoque quis suscepit habitum, & tũc si habitus non est professorum, quandoque quis suscipit habitum conuenientem dumtaxat professis, si protestatio intercedat, & metus, simul iuuatur protestans, & non valet professio:quia adest iusta causa detrahendi consensum in actu profitendi. quandoque intercedit metus absque protestatione & idem,dummodo de eo iudicialiter constet. quandoque intercedit sola protestatio absque metu, qui cadit in constantem.

tem. & dicit Innocen. ꝙ iuuat protestatio, qualiscunque metus adsit. & sic in hoc fit differentia inter verbalem professionem & præsumptam per delationẽ habitus: qa in verbali nuda protestatio non iuuat, nisi vestita iusto metu. in reali autem per delationẽ iuuat protestatio nuda sine iusto metu: vnde si com minationibus tunc habitum suscepit, non obligat. c. presens. 20. quęstio. 3. & est ratio diuersitatis: quia votum verbale certitudinaliter arguit professionẽ, cum verba naturaliter mentem arguant. certam. l. in ambiguo. ff. de rebus dubijs. verbis ergo standum est, nisi aliquod iustum expressum sit, per qđ valeat se tueri. receptio autem habitus non arguit mentẽ clarum, sed dubiam: licet ius sic pręsumat in dubio & talis præsumptio alia præsumptione facile elidi-tur. c. cum inter. R. de electio. & qđ no. in capitu. fin. de eo qui furtiuè ordines susceperit. hęc verba sunt notanda secundùm dominum Antonium ibi: qa fecit festum in repetitione. c. cum Martinus. de cõstitutionibus. Ex istis verbis videtur decisa hæc dubitatio valde luculenter. ¶ Modò in proposito, si iste habitus protonotariatus non habet ordinem subdiaconalem annexum, videtur, quòd non exercuerit actum correspondentem ordini subdiaconatus, & res est sine dubitatione: si autem habeat ordinem subdiaconalem annexum, & tũc iste Galeotus nõ fuit professus illum sacrum ordinem verbo, quinimmo expressis verbis protestatus est contrarium se nolle esse clericum, & sic non interuenit professio. seu assumptio verbalis & realis simul: si autem iste Galeotus assumpsit habitum congruentem illi ordini subdiaconali, & sic assumpsit habitũ congruentem dumtaxat ordinatis in subdiaconos, & tunc in nostro casu cõcurrit protestatio: quia ꝓtestatus est coram suis se nolle esse clericum, licet coram Papa se præsentaret in habitu protonotarij: & etiam interuenit metus cadens in constantem virum: eo qa durabat metus paternus, quo casu sufficere debet qualiscunque metus, vt voluit Innocen. in dicto capitulo primo, cum hac doctrina trãseunt omnes scribentes, quam doctrinã signandã esse dicebat do. Cardi. in dicto c. j. maximè procedunt ista in casu nostro: qa precesserat metus cadens in constantem virum, vt fuit dictũ in præcedẽti dubio, & etiam præcesserat metus quasi ineuitabilis tempore assũptionis: qa infirmus nõ volũtarius fuit portatus ad cathedralem ecclesiam super vna tabula, & contra omnem iuris dispositionem ipso inuito, repugnante & reclamante Deus nec ecclesia sua, nec eius vnicus vicarius gregis sui pastor istum in subdiaconum acceptaret, postmodum successit incarceratio, vt vellet ratificare ordines assumptos, q minimè voluit ratificare, & potius voluntariã mortem dicebat se assumpturum. si ergo ex postfacto assumpsit illum habitum momento temporis præcedente protestatione & viuente patre præsumit durasse ille metus, licet non tantus coram D. Papa, q̃tus metus durasset coram patre: sed qa pater viuebat, & acceptissimus erat sedi Apostolicæ: qa iussus a Papa accesserat contra infideles. ergo qualiscũq; metus sufficit: vt videatur inuitus & cõtra suam voluntatem illum habitum assumpsisse. Pręterea facit, quod voluit domi. Cardi. in c. j. qđ metus causa. vbi dicit, ꝙ in susceptione habitus sufficit qualiscũque metus, vel etiam alia præsumptio, vel protestatio super hoc dubio, vt per hoc appareat, ꝙ inuitus habitum suscepit. ita formaliter ibi dicit. & sic loqtur disiunctiuè. ¶ Vnde si quis opponeret, vt nil remaneat intactum, ꝙ fama erat, illustrẽ suum genitorem esse mortuum, & per consequẽs cessauit oĩs metus pristinus, & sic videtur volũtarius ratificasse.

¶ Ad hoc respon. oporteret presupponere, ꝙ habitus protonotariatus haberet annexos ordines subdiaconales, vt iam est superius dictum: qa alias non noceret illa reassumptio habitus: sed si ponatur, ꝙ ita sit, ꝙ habeat annexos ordines subdiaconales, tũc respondeo primò negando illud assumptũ de morte patris: qa primi sui filij fuissent. qui speciales, & præcipuos nuncios habuissent, sed non habuerũt. ergo non erat credendum vanis vocibus populi; vt l. decurionum. C. de pęnis. ideo illa fama non operatur talem effectum: vt pro mortuo habeatur, iuxta ea quæ habentur in l. si quidem. ff. solu. mat. & in l. is potest. ff. de acquiren. hęre. & in c. quoniam frequenter. vt lite non contestata. ergo sequitur, ꝙ habet locum illud dictũ Inno. de qualicunq; metu. Itẽ dicit etiam do. Card. post Inn. vel alia præsumptio: vnde si iste filius motus alia pręsumptione visitasset D. Pa. in habitu protonotariatus, adhuc sufficeret, vt non videretur voluntariè assumpsisse habitum. Et posito, non tamen concesso, ꝙ putasset patrem mortuũ: tamẽ accessit ad Papam in illo habitu, nõ vt vellet esse clericus: sed ad hoc vt in illo habitu haberet magis benignum & gratiosum do. Papam circa reuocationem ciuitatis Arimini, quæ antiquissimis retro temporibus fuerat suorum proauorum propter seruitia iam impensa Ecclesiæ per illos de Malatestis, & sic sufficit ista præsumptio: qa in præsumptionibus est dare gradum vt l. diuus. ff. de in integ. restitu. l. j. C. qui & aduersus quos. & c. afferte. de præsumptio. & ideo vna præsumptio fortior tollit minus fortem. & per consequens non nocet eidem illa reassumptio habitus. eoq; magis: qa fui momẽtanea: qa eundo & redeundo incessit in habitu laicali: sed dumtaxat præsentauit se præsentiæ D. Papę in habitu illo. Item dicit ibi domi. Cardin. vel super hoc sit habita protestatio ad hoc, vt appareat inuitus, & ita fuit in casu nostro. quanto ergo fortius apparet, ꝙ inuitus assumpserit illum habitum, ex quo concurrunt tot præsumptiones ad inuicem, quo casu redditur probatio sufficientissima: vt voluit glo. in l. 2. §. j. ff. de excusa. tuto. quàm Bal. dicit esse singularem in rubrica. C. de probationibus. & de ea exclamat Ludouicus Romanus, consilio 7. & 8. & benefacit gloss. & quod ibi voluit Alberi. de Rosa. in l. instrumenta. C. de probationibus. & gloss. in cap. tertio loco. & in c. causam. de proba. & gloss. in l. 3. §. eiusdem. ff. de testibus. & quod ibi voluit Bald. in l. j. C. qui pro numero tutel. & in l. 3. C. ad legem Iuliam maiesta. & in l. sciant. C. de probat. & quod habetur in l. spadonem. §. qui iura multa. ff. de excu. tuto. & in l. excipiuntur. ff. ad Sylla. & c. illo vos. de pigno. & c. ad nostram. de emp. & vendi. & in c. cum in diocesi. de vsur. & quod voluit glos. in c. cum dilectus. de succes. ab intesta. & in c. accedẽs. vt lite non contesta. & in c. cum Bertoldus. de re iudi. & cap. illud. de præsump. & Bart. in l. admonendi. ff. de iureiu. & in l. j. §. item Cornelio. ff. de quæstionibus. docto. in c. literas. & c. afferte. de præsumpt. & d. c. tertio loco. & c. veniens. de testi. & do. Per. de Anch. in
6 conf. 240. & ideo multum pulchrè dixit Bal. in rub. de cõtrouer. inuesti. † ꝙ iudex ex diuersis animi motibus, & ex varijs suggestionibus partium, testium & instrumentorum venit ad vnum animi finalem conceptum non indigentem alio adminiculo iuramenti, pro quo allego text. in c. præterea. & in ca. in nostra. de testi. & in c. cũ ad sedem. de restitu. spolia. Et ex istis liquidò comprehendet do. iudicans mentem & animũ huius fuisse inuitũ, & nõ spõtaneum, & alienũ penitus ab oĩ vita clericali. Et accedat ad prædicta glo. quæ reputatur sing. in c. j. 74. distin. quę
7 dicit † ꝙ paria sunt, quẽ apparere inuitum voce vel signo,

signo, facit glo. in l. j. §. j. ff. de verb. oblig. & glo. in l. item quia. ff. de pac. Et in casu nostro Galeotus protestatione, signis, & effectu protestauit illum habitum ita momentaneè reassumpsisse inuitè & non spontaneè. ergo sibi nihil nocuit illa momentanea assumptio. Præterea facit text. in d. c. j. quod metus causa. in ver. postmodum. qui tex. apposuit illud ver
8 bum postmodū † vt denotet, ꝙ illa ratificatio professionis iam facta assumat vires post mortem mariti: quia illa videbatur timere virum exeundo de monasterio: sed mortuo viro præsumitur purgatus ille metus, ꝙ in casu nostro non potest dici: vt supra ostensum est. Andreas Barb. doctor & miles pro do. Galeoto Mala testa, in consistorio do. nostri Papæ Pauli secundi.

EPITOME.

¶Disiunctiua vel, impropriatur ad hoc, vt stet ius commune & ponitur pro copulatiua.

SVMMARIVM.

Coniuncta resoluitur in disiunctam inter personas, inter quas cadit affectio. nu. 1.
Sorores excluduntur stātibus fratribus, vel filijs fratrum. nu. 2.
Disiuncta posita inter grauatos resoluitur in coniunctam. nu. 3.
Impropriamus verba ad hoc, vt conseruetur statutum. nu. 4.

CONSILIVM LXI.

Testamentum dicit hoc modo. Filios suos hr̄des vniuersales fecit, & in eodem testamento dicitur. Et si aliquis dictorum eius filiorum decesserit in pupillari ætate, vel postea quandocunq; sine filijs, substituit super viuentes tales eius filios masculos, vel filios ipsorum in stirpes, & nō in capita pupillariter, vulgariter & per fideicom. sine detractione alicuius legitimę, vel trebellianicę. Stat modò difficultas, vtrum illa disiunctiua vel, ibi ponatur per coniuncta, vt sit sensus, ꝙ si quis filiorum moriatur sine filijs, remaneant alij fratres, & filius alterius fratris præmortui, & sic nepos veniat cum patruis superuiuentibus ad successionem patrui decedentis sine filijs vigore præfatæ substitutionis, & per consequens illa dictio disiunctiua vel ponatur pro copulatiua. super hoc est tota difficultas huius cōsultationis. Et breuiter succinctè venio ad decisionem: quia veritas consistit in paucis, & sermones nostri, vt inquit Aristoteles philisophorum antistes, efficiuntur veriores, cum ad indiuidua descēdimus. Et arguo sic, vbicunque disiunctiua, vel, cadit inter personas honoratas, tunc resoluitur in cōiunctiuam, & copulatiuam, & hoc decidit text. formalis in l. cum quidam. C. de verb. sig. nec est admiratione dignum, si vna dictio ponatur pro alia, vt saluemus mentem legis, aut testantis. l. pater Seuerinam. §. conditionum verba. ff. de condi. & demon. l. & proculus. ff. de vsufructu. l. & puto. cōiuncta gl. ff. fami. er. l. cum antea. C. de don. ante nup. glo. in l. si pater. ff. de vul. & pup. gl. in l. has causas. ff. de condi. & demon. & in l. data. ff. de reg. iur. cum si. Sed istæ personæ vocatę ad hanc substitutionem sunt honorādæ. ergo sequitur, ꝙ disiunctiua vel, ponitur pro coniuncta. & per consequens sicut vocati sunt filij ipsius testantis ad dictam substitutionem insimul, eodem modo sunt vocati nepotes ex illis filijs iam præmortuis. Sed iste Io. Bab. est filius illius Antonij ergo sicut Antonius, si superuiueret, vocaretur ad substitutionem defuncti cum superuiuentibus fratribus suis eodem modo vocabitur filius dicti Ant. cum fratribus ipsius Anto. seu cum patruis dicti Io. Baptistæ, ergo exponitur illa disiunctiua, vel filios, idest & filios eorum præmortuorum. ¶ Et si quispiam opponat, quòd dispositio dicta l. cum quidam. procedit eo casu, quo illa disiunctiua, vel ponitur inter personas, in quibus non cadit affectio charitatis ordinata: sed ubi cadit ordo charitatis, illa disiunctiua stat in proprio suo significato. Quinimmo
1 mo plus dicunt docentes † ꝙ vbi cadit ordo charitatis & charitas ordinata. ita dicunt scribentes in l. gallus. §. quidam rectè. ff. de libe. & posthu. Facit. l. cum pater. §. pen. ff. de lega. 2. facit, quod voluit Barto. in l. is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. glo. & Bart. in d. l. Gallus. §. quidam rectè. glo. & Bar. in l. cum pater. §. fidei tuæ. ff. de leg. 2. Barto. in l. hi qui. §. pœn. ff. de vulg. & pupil. & ideo. d. l. cum quidam. recepit limitationem & restrinctionem, vt non habeat locū, quando disiunctiua cadit inter personas, in quibus versatur ordo charitatis, & ordinata charitas. Sed in casu nostro cadit ordo charitatis: quia prius ordinatum a mente aui est vt vocentur filij, & postea vocentur nepotes, vt in d. l. Gallus. §. quidam rectè. ergo sequitur, ꝙ illa dictio disiunctiua, vel, stat in proprio significato. & per consequens non ponitur pro copulatiua, & testator præsumitur in dubio velle, & cogitare illud, quod ius vult. & disponit, vt pulchrè dixit Bal. in l. cum precibus. C. de impu. & alijs subst. ergo sequit̄, ꝙ ista disiūctiua vel, stat in suo proprio & naturali significato, vt disiungat, & non coniungat. Quinimmo plus volunt scribentes in d. §. quidam rectè. ꝙ quando cōiunctio copulatiua, &, ponitur inter personas, inter quas cadit ordo charitatis, tūc capitur pro disiunctiua, & alteratur sua propria & naturalis significatio, quanto fortius in casu nostro illa disiunctiua vel, stabit in suo proprio significato: vt in d. l. qui in perpetuum. ff. si ager vecti. & in c. in nostra. de iniur. & damno dato. c. susceptum. de rescrip. lib. 6. ergo per prius vocantur nepotes: quia improprietates sunt euitandę, vt dixit glo. in c. in ijs. de verb. sig. Ad ista respondeo, ꝙ vbi cadit affectio charitatis inter personas, & illa cadit etiam considerata dispositione, de qua agitur, tunc videtur dispositio facta ordine successiuo: ita voluit glo. singu. in l. Gallus. §. quidam rectè. quam ibi sequuntur doct. licet dixerit aliter Iac. de Aret. Nam in casu illius gl. fuerat institutus filius testantis & nepos iam natus: vnde quia inter ipsas personas cadit ordo charitatis respectu testantis. & cum hoc concurrit ratio necessitatis debiti naturalis respectu dispositionis, de qua quæritur: quia nisi nepos reperiret se institutū, rumperet testamentum filio testantis patreque ipsius nepotis præteriti præmoriente in vita testantis. l. posthumorum. ff. de iniusto testamento. & quia testator saltem in certo casu habuit necesse ipsum nepotem instituere, ne testamentū rumperet. ideo videtur nepos vocatus ordine successiuo: & isto casu procedat illa argumentatio. & iste non est casus noster: sed vbicunque ordo affectionis, & charitatis esset abstractus a ratione, vel necessitate debiti naturalis: vt quia non fiat institutio. sed forte fiat legatū, vel simile, ꝙ testator legat suo filio & nepoti: tunc videntur simul inuitati, argu. l. mulieri. secundum vnum intellectum. ff. de vsufru. accre. & est communis opi. quam communiter sequuntur docto. excepto Bar. qui videtur velle, ꝙ tunc nepos videatur inuitatus ordine successiuo, & eodem modo vbi dispositio fit inter personas prædictas, inter quas cadit ordo affectionis & charitatis abstractus: tamen ab omni necessitate debiti naturalis, vt qa fit inter personas, quę ab intestato erant successuræ testanti ex ordine: licet de necessitate non deberent institui, vel aliquid eis relinqui: tunc cōis opin. est, ꝙ videntur simul inuitati. & idem sequitur Bald. & Ange. in d. §. quidam rectè. & per hoc infert, ꝙ si quis instituit fratrem

fratrem & filias eius, ꝙ tunc uidentur inuitati ſimul non ordine ſucceſſiuo, idē ſi quis inſtituat filiū naturalē, & filios ipſius non exiſtentibus filijs legitimis: tunc enim vidētur ſimul inuitati nō ordine ſucceſſiuo, licet inter pſonas cadat affectio charitatis ordinatæ: qa talis diſpoſitio eſt abſtracta ab omni neceſſitate, vident̄ ſimul inuitati. Bar. tū in d. §. qdā rectè. voluit oppoſitū dicens, ex quo cadit affectio ordinatæ charitatis inter tales perſonas, q̄ ab inteſtato erāt ſucceſſuræ defuncto ab inteſtato ordine ſucceſſiuo, videntur inſtituti eodem ordine ſucceſſiuo, & nō ſimul. & mouetur ad ſic tenendū per gl. & tex. in d. §. qdam rectè. Mouetur etiā: qa diſiunctiua poſita inter perſonas, inter quas cadit affectio ordinatæ charitatis, reſoluitur in cōiunctā: vt l. ſi. C. de inſt. & ſubſtit. fac. ergò eadem ratione coniuncta reſoluitur in diſiunctā: ſed nō eſt dubium, ꝙ ſi fuiſſet diſiūcta appoſita inter perſonas, inter quas cadit affectio charitatis & ordi. venirent ordine ſucceſſiuo. vt d. l. cum pater. §. pe. ff. de leg. 2. ergo eodē modo quando apponitur copulatiua, vident̄ vocati ordine ſucceſſiuo: qa reſoluitur in diſiunctiuā: ſed certè hoc opin. Bar. nō vr̄ vera per ea, quæ ſuperius dicta ſunt. & facit ꝯtra illum tex. in c. Raynutius. de teſta. vbi patet, ꝙ teſtōr habens duas filias, videlicet Adiectā & Alterocham inſtituit hæredem vniuerſalē Adiectam, & aliā inſtituit in re certa. & ſi Adiecta decederet ſine liberis, ſubſtituat Alterocham & eius filios: & tū ibi dr̄, ꝙ audiēte caſu ſubſtitutionis, qa deceſſit Adiecta ſine filijs, vocatur Alterocha ſimul cum filijs, ecce qualiter pſonę, inter quas cadit affectio ordinatæ charitatis, & quæ iure cōi vocantur ad ſucceſſionem ordine ſucceſſiuo: nihilominus in ſubſtitutione vident̄ inſimul inuitatę, & nō ordine ſucceſſiuo, ex quo diſpoſitio erat abſtracta a neceſſitate debiti naturalis. ad idē ēt facit, c. Raynaldus. eo. ti. vbi vr̄ pbari, ꝙ ſi teſtōr legauit patruo, & filijs eius, decidit̄, ꝙ vocent̄ inuitati inſimul & non ordine ſucceſſiuo. ita tenet D. meus Io. de Imo. in §. quidam rectè. & dicit, ꝙ opi. cōis eſt contra Bart. & ſic ſeruāda erit iudicando & cōſulendo, vt l. j. ff. de offi. quæſto. in verſi. crebrior apud veteres opi. pluries allegatis in conſilijs ſuperioribus de cōi opi. ¶ Itē eſt etiā aduertendū: qa Barto. & omnes, qui loquuntur in hac materia, & glo. & iura in d. §. quidam rectè. ſi accuratè pōderentur, loquunt̄ eo caſu, quo vocantur pater & filij eius ab auo, quo caſu videt̄ auus inuitaſſe eos ordine ſucceſſiuo, videlicet per prius filium, & p poſterius nepotē, & ita loquunt̄, ſed vbicūq; filij ipſius teſtantis, & nepos ex filio mortuo, q ſuccedit in locū ſui patris, nō loquunt̄, & iſte eſt caſus nr̄. & ſic cū ſuperius allegaui glo. & text. probantes, ꝙ vbi vocantur perſonæ ad ſucceſſionem, & inter eas cadit ordinatæ charitatis affectio per prius vocat̄ primus gradus, & per poſterius vocat̄ ſecūdus gradus nepotū: dico ꝙ re vera intelligunt̄ de filio & nepote vocatis ad ſucceſſionē ab auo, quo caſu illa præſumitur de mente aui. iſte non eſt caſus noſter: qa ſumus, qn̄ vocantur filij in teſtō patris, vel nepotes in loco deficiētis, & ſic ceſſat illarū diſpō. Quinimmo nō eſt ordinata charitas affectiōis: qa auus ſicut vocat filios, ita vocat nepotes ex filio præmortuo: qa tunc videt̄ vocare ipſum eius filiū, ex quo in locū ſui patris ſuccedit, & in eius locū ſubrogatur, & illud, qđ ſubrogatur in locū alicuius, ſapit naturā illius: vt in c. eccleſia. vt lite pendente. & in c. pręcipimus. 93. diſ. & in l. eū qui iniuriarū. ff. ſi quis cau. & in l. j. §. hęc aūt. ff. ſi qs teſt. lib. eſſe iuſ. fue. vnde tex. in auth. ceſſante. & auth. poſt vero fratres. C. de leg. hęre. vocāt ad ſucceſſionē fratris defuncti fratrem, & filios fratris pręmortui, & ſic nō eſt dare ordinem charitatis & affectionis in caſu nr̄o. & per ꝯn̄s ſumus in caſu diuerſo a gl. & ſic a ſeparatis non infert̄. l. Papinianus exuli. ff. de mino. l. eum actū. ff. de neg. ge. l. ſi maritus. ff. de dona. inter vir. & vxo. cū ſimi. ¶ Itē eſt etiam ponderandū in caſu huius cōſultationis: qa Bart. in d. l. Gallus. §. qdā rectè. voluit, ꝙ ita vident̄ inuitari ex teſtō perſonæ, inter quas cadit hmō ordinatæ charitatis affectio: ſicut vident̄ inuitatę ad ſucceſſionē teſtātis, ſi teſtator decederat ab inteſtato. & ſic regulatur illa ſucceſſio ex teſtamēto in dubio, ſicut regulatur ab inteſtato. ex quo ſequitur, ꝙ ad hanc noſtram dubitationem apponit gladiū: qa aut nos loquimur quò ad ſucceſſionē aui, aūt quò ad ſucceſſionē illorū patruorū mortuorū poſt mortem illius Antonij. Si nos loqmur quò ad ſucceſſionē illius aui, iſte nō eſt caſus nr̄: nihilomnius ſtante iſto Io. Bapti. nepote ex illo Antonio præmortuo. inſimul ſuccederet ſuo auo cum illis ſuis patruis, ex quo in locū Antonij ſui patris præmortui intrat: vnde ſi auus vocaſſet ad ſuā ſucceſſionē filios & nepotes, videret̄ eos vocaſſe ordine ſucceſſiuo: immo inſimul & inſtātanèè: qa nō eſt ordo charitatis inter illas pſonas ſtātibus iſtis terminis. & ſic quò ad ipſum auū inſimul vocat̄ ab ipſo teſtōre cū patruis ad ſucceſſionē aui. ergo ſiue vtat̄ copulatiua, ſiue vtat̄ diſiūctiua, auus in ſuo teſtō vr̄ eos vocaſſe pariformiter: qa ab inteſtato ſimul vocant̄, & illa diſiunctiua ex diſpoſitione iuris ponit̄ pro coniuncta & copulatiua, vt pbat text. formalis in d. l. cum quidam. Si verò loquimur quò ad ſucceſſionē illorum patruorum, cum recto iudicio iudicis eſt dicendū, ꝙ iſte Io. Baptiſ. & ille patruus viuēs ſuccederēt inſimul cū illis ſuis patruis: vt in dicta auth. ceſſante. & in d. auth. poſt verò fratres: ergo ſequitur, ꝙ eodem modo vident̄ vocati ex teſtamento aui: vn̄ cum auus dixit filios eius, vel filios filiorum, intellexit teſtator, ꝙ eo caſu, quo remaneret nepos ex filio præmortuo, ſuccederet patruo defuncto cū illis patruis ſupuiuētibus, & ſic attēta rōne Bar. ſumus in caſu victoriæ, vt iſte Io. Bap. inſimul videat̄ vocatus ad illā ſubſtitutionē cū patruis ſuis patruo p̄mortuo. Modò iſta decidunt caſum noſtrū, nos ſumus in diſpōne abſtracta ab omni neceſſitate debiti naturalis, ex quo ſumus in ſubſtitutione: qa ille teſtator iam inſtituerat illos ſuos filios maſculos. poſtea fecit ſubſtitutionem, q̄ ſubſtitutio eſt actus volūtarius, & abſtractus ab omni neceſſitate debiti naturalis: non enim tenetur facere pater ſubſtitutionē de filijs; licet. n. teneat̄ filiū inſtituere, vt l. inter cętera. ff. de lib. & poſth. nō tū tenet ex diſpōne iuris ſubſtituere: vt l. j. §. ſubſtituere. cū ſi. ff. de vul. & pup. ergo ſeqt̄, ꝙ ſiue vocet filios & nepotes ad ſubſtitutionē copulatiuè, ſiue diſiūctiuè, vident̄ uocati inſimul & pariter. & nō ordine ſucceſſiuo: qa tūc illa diſiunctiua, uel appoſita inter pſonas honoratas reſoluit̄ in ꝯiunctā, ut in d. l. cū qdā. C. de uer. ſignifica. ergo recto iuris iudicio iſte Io. Bap. ur̄ uocatus ad ſubſtitutionē inſimul cū patruis eo caſu quo pr̄ eius ſit p̄mortuus. & iō mens defuncti teſtatoris fuit, ꝙ eo caſu, quo extarēt filij eius, nō uenirēt nepotes filiorū ſuperuiuentiū. & iō ſi iſte Antonius ſupuiueret uigore huius ſubſtitutionis, iſte Io. Bap. non uocaretur: ſed uocaretur eius pater Antonius. Sed eo caſu, quo eſſent aliqui filij ex filijs præmortuis. & remaneret ex eo nepos, tūc ille nepos veniret ad ſucceſſionē cū patruis. & iō falſum ē illud aſſumptū, ꝙ inter pſonas, inter quas cadit ordinatæ charitatis affectio, admittat̄ ordo ſuccedēdi vnius poſt filiū in omni diſpōne, & in omni actu teſtandi: qa illud eſt verum, vbi ſit talis actus, qui nō abſtractus a neceſſitate debiti naturalis, vt eſt inſtō filiorū, q̄ eſt actus neceſſarius. Vnde in legato non habet locum

talis

talis regula, nec talis doctrina: vt superius dixi. Et eodem modo dicimus in personis, quæ de necessitate non sunt instituendæ: quia posito ꝙ inter eas sit ordo affectionis, & ordinata charitas: tamen quia talis actus est abstractus a necessitate debiti naturalis, non admittitur successio ordinata: vt probant illa duo iura. c. Raynutius, & c. Raynaldus. Ita dicamus ĩ casu abstracto a necessitate debiti naturalis, licet fiat inter personas, inter quas cadit affectio ordinata. & quę de necessitate sunt instituendę, vt est substitutio, de qua in casu nostro, & ista videtur pura veritas. ¶ Nec videtur illud ita absolutè verum, ꝙ omni casu quò ad successionem magis auus diligat filium, quàm nepotem ex altero filio: vt probat text. valde sing. in l. cum auus. ff. de condi. & demō. & in l. cum acutissimi. C. de fideicō. & in l. gñaliter. §. cũ aũt. C. de inst. & subst. nã in casu d. l. cum auus. pater instituerat duos filios suos, & grauauerat de restituendo portionem suam post mortẽ: & tamẽ ibi deciditur singulariter, ꝙ ex præsumpta voluntate aui testantis nepos excludit patruum. & sic filiũ testantis, & maiorem affectionẽ habuit auus ad nepotẽ ex filio, quàm ad suum filium propter personam filij sui defuncti. Ita dicamus in proposito nostro, vt saltem iste auus testans eandem affectionẽ præsumatur habuisse in dicta substitutione ad istũ Ioan. Baptis. eius nepotem, quam habuit ad ipsum Antonium filium patrem dicti Ioannis Bapt. nam in d. l. cum auus. pręsumitur habere maiorẽ affectionem ad nepotẽ ex vno filio præmortuo, q̃ ad alterum eius filium superstitẽ. ergo falsum est dicere, ꝙ maiorem affectionẽ vr̃ habere ad filium q̃ ad nepotem ex altero filio pręmortuo natũ. & ad d. §. quidã rectè. & ad alia iura dico, ꝙ non merentur allegari ad casum nostrũ: qa loquunt̃ eo casu, quo agit de filio & nepote ex eodẽ filio. vñ prius vr̃ vocasse auus filiũ ad suã successionẽ q̃ nepotẽ. Iste non est casus nr̃: qa nō loquimur eo casu, quo concurrit nepos ex vno filio præmortuo, & alter filius, & sic loquuntur in casu separato. ¶ Et si dicatur, ꝙ auth. cessãte. & d. auth. post fratres. & auth. defuncto. loquũtur, qñ ab intestato vocant̃, & nō ex testō: Dico, ꝙ ista non est bona rñsio ex eo: qa Bar. vt dixi superius, in d. §. qdã rectè. dixit, ꝙ vident̃ inuitati ex testamento eo ordine, quo inuitantur ab intestato. & refert Io. de Imo. in d. §. quidã rectè. sed ab intestato vocant̃ insimul nepotes ex fratribus præmortuis ad successionem patrui insimul cum patruis, vt d. auth. cessante. ergo sequitur, ꝙ illa non est bona rñsio ad iura, ꝙ illa sit rō: qa illa dictio disiũctiua ponitur pro cōiuncta, nec est dicendũ, ꝙ vbi est cã testati, cessat cã intestati. vt in casu isto: qa iste Ioan. Bap. venit ex causa testati, & vigore dictæ substitutionis: sed stante dispositione testamenti videtur vocatus pro ea portione. qua vocaretur, si ab intestato succederet istis patruis defunctis cũ dicto Chr̄ophoro patruo suo superstite. ¶ Nec ob. si opponitur de l. hęredes mei. §. fi. cũ dixit, vel nepotibus meis: qa intelligitur de nepotibus patris sui: qa prius vocat̃ filius, & deinde vocatur nepos ex præsumpta voluntate testãtis: sed iste nō est casus noster. loquimur enim in nepote ex patre præmortuo ad succedendũ patruis, qui venit simul cum patruo, & ingreditur locũ sui patris: vt est superius dictũ. ¶ Pręterea facit ad prædicta: qa in dicto testamẽto dicit, in stirpes, & non in capita, ex quibus verbis apparet expressè, ꝙ testator voluit nepotes venire ad successionẽ suorũ filiorũ cũ patruis, ex quo dixit, ꝙ succederẽt in stirpes & nō in capita. ¶ Nec obst. si dicatur, ꝙ testator apposuit illã disiunctiuã, vel, qa (vt est dictũ superius) illa disiunctiua ponit̃ pro coniuncta: vt in d. l. cum quidam. & sic videtur voluisse, ꝙ si plures nepotes remanerent ex patre præmortuo ꝙ tunc succederent pro vno. ¶ Et si dicatur, ꝙ ille Antonius pater non trãsmittit ius substitutionis: vt dixit tex. melior in l. j. §. sin autem. C. de cadu. toll. & ibi Bal. & idem Bal. in l. j. C. de his qui ante aper. tabu. & ibi gloss. istud non obstat ex eo: quia iste Ioan Bap. venit ex iudicio aui vocatus in dicta substitutione. Facit, quod in simili voluit gl. valde sing. in l. Lucius. la 2. ff. de hære. insti. & l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de lega. j. Multo fortius in casu nostro, vbi purè vocati fuerunt ad ipsam substitutionem ex dispositione auita. ¶ Et ex istis elicitur conclusio verissima, ꝙ iste Ioan. Bapt. venit ad successionem istorum patruorum cũ isto Christophoro patruo in substitutione facta per auum insimul & pariter quo ad istos patruos defunctos post mortem Antonij sui patris: sed quo ad illum Boninum decedentem primo loco ab intestato successerunt. P. & R. fratres vtrinque coniuncti quo ad legitimam, in qua nō potuit grauari: vt l. ex tribus. C. de inoffi. testa. quo autem ad trebellianicam stat dubitatio, si potuit expresse prohiberi per testatorem, de quo per scribentes in auth. sed cũ testator. C. ad leg. fal. & in corpo vnde sumitur, & in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad trebell. quo autem ad reliqua bona ipsius Bonini succedunt omnes fratres ex substitutione paterna. Et ita concludo. ¶ Capio alium articulum, videlicet, vtrum iste Io. Bapt. insimul cũ dicto Christophoro succedat abintestato illis suis patruis quo ad bona, quæ non erant subiecta fideicommisso vigore substitutionis pręfatæ, an vero ille Christophorus veniat ad dictam successionem excluso dicto Ioan. Bap. Et tota hæc dubitatio pendet ex intellectu statuti, in quo dicitur, ꝙ si quis decedat &c. superuiuẽtibus patre, vel fratre, vel fratribus, vel filijs fratrum succedat pater, vel auus: si patrem, vel auum nō habuerit, succedent fratres vtrinque coniuncti ex latere patris tm̃, quibus fratribus existẽtibus sorores nō succedant, si dotatæ fuerint a patre, vel auo, vel fratribus, vel filijs fratrũ. Si vero dotatæ non sunt a pręDictis &c. prędictis aũt fratribus, vel filijs fratrũ non existẽtibus, tunc succedere possint sorores prædictę. Ex quibus verbis liquido apparet, ꝙ istud statutum non vocat filios fratrum ad successionem fratrum morientium, vtrum videatur eos excludere. Et aperienda est via ferro de mẽte huius statuti. & est ante omnia ponderandũ: quia istud statutum vr̃ vocare ipsos filios fratrum ad successionem patruorum in ver. prædictis autem fratribus, vel filijs fratrum non extantibus, tunc succedere possint sorores. ergo apparet a ꝯrio sensu statuti, ꝙ ipsis filijs fratrum extantibus tunc succedunt ipsi iuxta illud, quod eleganter dixit Bart. in l. 2. §. fi. ff. ad tertul. vbi dixit, ꝙ disponente statuto, ita vt disponit nostrum, ꝙ stantibus masculis fœminæ non succedant, ꝙ illa verba hñt virtutem exclusiuam fœminarum & inclusiuã masculorum, vt masculi succedant: quia ablatiui absolutè positi inducunt dispositionem, qñ proferuntur ab eo, qui disponere pōt: vt ibi latè scribit Bart. & ẽt quia vbicunq; dispositio fit contẽplatione alicuius: licet expressa verba ad illam non dirigãtur: tñ ei cōpetit actio. l. fideicommissa. §. interdũ. ff. de lega. 3: vt ibi per Barto. qui multum pulchre loquitur, & vehementer admiratur Bald. in l. si defunctus. C. de suis & legiti. hære. vbi est casus formalis pro ista doctrina, ꝙ tale statutũ habeat virtutẽ inclusiuã. & idẽ voluit idẽ Bal. in l. maximum vitiũ. C. de lib. præte. & in l. j. C. de secun. nup. & in l. qđ vero. ff. de legi. & in l. si vero. §. de viro. s. solu. ma. & voluit Ioã. And. in addi. Spe. in rub. de succe. ab intest. & do. Pe. de Anch. cōsi. 71. & Bald. in suo eleganti cōsilio incipiente, Martinus

tinus Ioan. de Florentia. posito inter consilia Ang. & in ordine est. 67. & faciat ad hoc. c. si heredes. & c. nos quidem. de testa. Modò in proposito nostro dicit a contrario sensu, ipsis fratribus, vel filijs fratrum existentibus excludantur sorores, hoc inducit ar. a contrario sensu, quod est validum in statutis, argu. l. j. §. huius rei. ff. de offic. eius. & l. qui testamento. §. mulier. ff. de testa. & c. publicato. de elect. & c. cum apostolica. de his q̃ fi. a præla. & voluit Bald. in l. oẽs populi. ff. de iust. & iur. Cy. & Bal. in l. si cum dotem. in prin. ff. solu. matri. Iac. But. & Bald. in l. apud antiquos. C. de fur. & Bal. in l. cõuenticulam. C. de epis. & cle. & plenissimè ponit Lud. Roma. in d. l. si cum dotem, vbi asserat idem in conuentionibus. Idem in rescriptis, vt ibi per eum, & Bar. in l. j. §. & parui. ff. qđ vi aut clam. & Bal. in auth. ad hæc. C. de vsur. & do. Pe. consi. 203. & in repetit. c. j. de constit. Salyc. in repetit. d. l. si cum dotem. in princi. & sic stat firma dispositio huius statuti: vt stãtibus fratris, vel filijs fratrum excludantur sorores, & includantur & inuitẽtur fratres & filij fratrum.

2 † Iste est verus & indubitatus intellectus statuti præfati. ¶ Stat modò dubitatio, vtrũ fratres & filij fratrum dẽant succedere his patruis defunctis simul & pariter, an ordine successiuo, & pro certo est dicendum, ꝙ simul & pariter ex eo: qa vbicunque disiunctiua ponitur inter grauatos tunc resoluitur in coniunctam. vt l. cũ qdã. C. de verb. sig. vt superius dictum fuit, maximè qa statutũ accedit vltimæ volũtati: vt l. oĩum. C. de test. coniuncto eo qđ voluit Bar. vbi dixit, ꝙ statutũ confirmatũ a superiore põt reuocari ꝑ conditorẽ per illũ tex. & sic sentit expresse, ꝙ statutum accedit vltimæ voluntati, & voluit Bal. in c. j. de pace Constan. vbi allegat no. per Cy. & Pe. in l. fi. C. cõia de leg. & quod not. in c. qa ꝯctis. de conces. præben. & voluit Bald. in l. fi. ff. de regula. cato. & quod voluit Bald. in l. oẽs populi. ff. de iust. & iure, & in rubrica, & in c. j. de cõst. ¶ Et si opponatur de eo, quod voluit Nico. de Mata. in d. l. cum quidã. vbi dixit, statutum disponit, ꝙ damnum debeat emendari per coniunctos delinquentes, vel per villã, ꝙ illa disiunctiua nõ resoluet in coniunctã. vñ prius soluẽt cõiuncti, & in subsidiũ deueniet̃ ad villam: qa istud non obstat ex eo, quia illa est disiunctiua ordinis: quia sicut ex ordinata affectione deuenit̃ gradatim ad fauores. ita ex ordinato odio debet procedi gradatim ad pœnã, & præsumit odiũ ordinatũ ex ordine scripturę ſm eũ, ita ibi dixit, & seqtur ibi Bald. sed casu nr̃ non hẽt ordinẽ charitatis: quia simul admittunt̃ ad succedendũ de iure fratres & filij fratrum præmortuorum fratri defuncto: vt in d. authen. defuncto. vt in d. authen. cessante. & d. authen. post fratres. sicut ergo de iure communi non est dare ordinem eodẽ modo de iure statutorio nõ erit dare ordinẽ, & per ꝯñs resoluet in ꝯiunctã. Nec ẽt valet rõ Nic. de Mata. q malè intellexit fundamẽtum statuti: qa recto iudicio statutũ iõ sic statuit, vt peccãs abstineret a delicto, si videret puniendũ suũ coniunctũ, ꝙ non faceret, si villa puniret̃: qa nemo vnq̃ suã carnẽ odio habuit: vt voluit glo. in l. 2. ff. ne quis eum. & sic non loquitur in casu nostro Nicol. de Mata. tum qa loqtur in materia pęnali, vbi odio sunt restringenda. c. odia, de reg. iur. li. 6. cum si. ergo &c. Item qa statutum accedit vltimæ voluntati: ergo regulabuntur verba sua, vt verba voluntatis. Item quia Nicol. de Mata. loquitur in eo statuto, quod est iniquum, vt qs nõ delinquens puniat̃ pro delinquente. iõ glo. in Auth. vt nulli iudi. §. quoniã, arguit ꝯtra Potestates, qui pro delicto vnius puniũt vnam regionẽ: tũ etiã qa pęna suũ debet seq authorem. l. sancimus. C. de penis. c. cognoscẽtes. de cõsti. §. itẽ peccator. j. q. 4. ¶ Et si dicatur, ꝙ in veteri testõ Deus puniuit primogenita Aegypti vsq; ad animalia, & in multis locis veteris testamenti habetur, & Iere. Propheta in suis lamentationibus dixit, patres nostri peccauerunt, & homo sunt, & nos puniti sumus. Dico ꝙ accedit iudicio diuino: nam iudici Dei abyssus multa vt dixit propheta: tum etiam, vt dixit Thobias, dominus est. Et facit, quod no. in c. si quãdo. de rescrip. per gloss. & doct. ideo non est mirum si statutum, de quo loquitur Nic. de Mat. sit restringendum: quia statutum illud est contra ius positiuum. Vbi filius non portabit iniquitatem patris, & est contra omnem ęquitatem, dixi bellissimè ego in eleganti lectura mea, in c. cognoscentes. de constit. vbi commemoraui multa cõmemoratione digna, sed istud statutum nostrum non est contra ius positiuum commune, immo est secũdum dispositionẽ iuris cõis, qa de iure cõi vocantur fratres & fratrum ꝑmortuorũ filij ad succedẽdũ patruis, vt in d. auth. post fratres. cũ si. præalle. & sic istud loquitur in materia iuris cõis, quo casu recipit interpretationem declaratiuam iure, & reducit ad terminos iuris cõmunis text. est melior de iure ad hoc in l. si serui vestri. C. de noxa. & in c. cum dilectus. de ꝯsue. vbi idẽ dicit̃ in ꝯsuetudine. & idẽ dicimus in priuilegio. l. si qñ. C. de inoffic. testa. idem dicimus in rescripto. c. causam q̃. de rescrip. idẽ in iuramento. c. ad nostrã. de iureiur. idẽ in testõ. c. ad audiẽtiã. & c. dilectus. de cleri. non resi. c. ex pte. de verbo. sig. c. dilecto. eo. ti. c. j. de feu. cogni. c. j. de consue. recti feudi, glo. quæ ad hoc reputat sing. in l. j. §. in computatione. C. de iure delib. Bal. in l. fi. C. de spon. & in l. 2. ff. de recepta. & in d. §. in cõputatione. Bal. in l. data opera. C. qui accu. nõ poss. & in l. maximũ vitium. C. de libe. ptæ. & in l. ab executione. C. quorum ap. non recip. & in l. inuitus. C. de procur. & in l. in copulãdis. C. de nup. & in l. acceptã. C. de vsur. & in l. cũ a matre. C. de rei vendi. & in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. & in l. non dubiũ. C. de legi. & in d. §. in cõputatione, & in rubri. C. q accusa. nõ poss. & do. Cardi. in c. lator. de homici. & in d. c. cum dilectus. & Saly. in repe. d. l. 1. C. de noxal. & d. Pet. de Anch. in repe. c. j. de constit. Cum ergo in casu nostro istud statutum sit in materia iuris communis, vr̃, ꝙ recipiat declarationẽ a iure cõi, & per cõsequens videtur disponere illud idẽ, qđ ius cõe, ne dicamus in correctionem iuris cõis, ꝙ in dubio esse nõ debet, vt l. sancimus. de testa. l. ꝑcipimus. C. de appel. l. si verò. §. de viro. ff. solu. matri. cum simi. Quinimmo plus est trita apud docentes ꝯclusio, ꝙ ad hoc reducamus statutum, ne corrigat ius cõe, impropriamus verba, & excludimus correctionẽ per impropriationem verborum, ita dicit gl. singu. in auth. ex testamento. C. de colla. & eam allegat pro singulari Ludo. Ro. ibidem, pro qua glo. allego tex. in c. cum dilectus. de cõsue. vbi impropriãtur verba, vt nõ inducat̃ correctio iuris. vnde sicut ꝑ sensum subauditum non inducimus iuris communis correctionem: vt est gl. quę reputatur singu. in c. cupientes. §. ꝙ si per viginti. de elect. libr. 6. tamẽ excludimus correctionem per sensum improprium & subauditũ. & allego gl. multum singularem in c. statutũ. de præben. in 6. quæ vult, ꝙ extendatur lex, vel statutum ad hoc, vt non corrigat ius commune. Ita dicendum est in proposito nostro, vt illa disiunctiua vel, improprietur, vt non corrigat ius commune. & ponatur pro copulatiua, & propter hoc nõ est bene dictum, cum dicitur, ꝙ istud statutum non decidit de filijs fratrum: vt succedant patruis, & est casus omissus statuto: quia salua pace immo decidit istũ casum, vt demonstraui. & licet in principio sui statutum istud disponat, ꝙ fratres vtrinq; cõiuncti, vel ex latere patris tantum succedant fratribus: nihilominus

minus intelligitur, quando extant fratres & non filij fratris præmortui:sed quando extant fratres & filij fratris præmortui.licet non disponat ille versicu. tamen, ver.sequẽs bene disponit ibi,cum dicit, prædictis autem fratribus,vel filijs fratrum.ibi enim disponit, ꝙ fratres & filij fratrum præmortuorũ insimul succedãt.& ista est veritas,& ita dẽt intelligi,ne superfluè apponatur,ꝙ esse nõ dẽt.l.si qñ.ff.de lega. j.l.j.ff.quod metus causa.vbi glo.dicit, ꝙ syllaba nõ debet apponi superfluò.c.si Papa.de priuile. libr. 6. gl.in c.si Romanorũ.19.dist.cum simi.& sic ille ver. succedant fratres.ponit casum, quando soli fratres extent:qa tunc ipsi succedunt fratri mortuo, aliter ver.ibi prædictis aũt.disponit,quando fratres & filij fratrum præmortuorũ extãt, quo casu insimul succedunt. & si aliter diceremus, esset iniquissimũ excludere filios frarris præmortui, qui repræsentãt p̃sonã patris sui,nec est dare rationẽ:qa ita sit fiẽdũ: quia versatur fauor agnationis,ita in filijs fratris.sicut in ipsis fratribus.ergo &c. ¶ Facit etiã : quia excludere aliquem ab hæreditate legitima est quodam modo exhęredare:vt no.in l.qui volebat. ff. de hęre. insti. sed exhęredatio non valet, nisi nominatim fiat,vt in l.j.ff.de lib. & posthu. vnde a simili arguendo,nec statutum intelligitur priuare quẽ hęreditate sibi debita , nisi nominatim priuet, & quod faciat priuare quẽ iure sibi q̃sito est pœna:vt est tex. in l.si quis maior.C.de transac.& l.testamẽto centurio.ff.de manu.testa:vbi sunt iura optima,sed regula est,ꝙ vbi lex , aut statutum non apponit pœnam priuationis,nos illam apponere non debemus. ista est glossa 15.quæstio.septima in summa, quæ reputatur singul.per quam gloss. arguunt docentes in c. ad aures.quod metus causa.& in c.querelã. de elec. & in c.2.de spõsa.& in c. peruenit.de fideiusso. & in c.fi.ne præla.vices su. ꝙ veniens contra fidẽ præstitã non priuantur beneficio ex eo : qa nõ reperitur expressum in canone,ꝙ priuetur , & allego ad hoc gl. quã do.Abb.reputat singularem in c.fin.de iurepatro.& benefacit gl.in c.cũ vos.de offi.ord.& dico fore casum in auth.de non eligi.secundò nub. §. cum igitur.in versi.nec est lex tale quid dicens, quem ad hoc allegat Bal.in auth.ex testamẽto.C. de colla. & facit tex.in l.sed & si qs.§.diuus.ff.de religi.& sump. fune.in ver. cũ in eum pęna statuta nõ sit : sed istud statutum apponit expressam priuationẽ hęreditatis debitæ isti Ioan. Baptis. ex dispositione iuris cõmunis : ergo sequitur,ꝙ eam imponere nos non debemus, & verisimile est,quòd si statuentes , ita voluissent,illud expressissent.c.ad audientiã.de decim. ca. maiores.de baptis.l.j.ff.si mess.fal.mo. dixit l.j.§.sin autem.C.de cadu.tollen.cum si.ergo sequitur,ꝙ excludetur a tali hæreditate, cũ esset quoddã exhęredare,q̃d nominatim debuit fieri.& iõ illud,q̃d dr̃ in d.ver.succedãt fratres, ponit diuersum casum ab illo vers. prædictis aũt fratribus , & quilibet casus dispositus a dicto statuto seruãdus,est de per se,nec est dare rationem apparentem,quare statutum voluerit auferre hæreditatem patruorum filijs fratrum præmortuorũ,& applicare fratribus, & illud , quod non est verisimile,est quædam falsitatis imago, vt l. si ita quis.in versic.ꝙ nemo sanus diceret.ff.de euic. & in c.fi.de consuetu.ita pulchrè dixit Bald. in l.j.C. de seruis fugi.& ideo videtur veritas,ꝙ statutum nõ omisit istum casum,quando cõcurrunt insimul patrui & nepotes ad successionem patruorum decedentium.Et posito ꝙ omissus esset talis casus, nihilominus ex quo non est contrarium dispositum a statuto,remanebimus in dispositione iuris communis,vt l.si extraneus.ff.de condi.ob causam.l.cõmodissimè.ff.de libe.& posthu.cum simili. & ideo dixit tex.in l.si seruum.versicu. non dixit prætor. ff. de ac-
3 quiren.hæredi.† ꝙ illud,quod non dixit statutũ: nec nos dicere debemus,quem tex.ad hoc allegat Tho. in l.omnes populi.ff.de iusti. & iur.& per consequẽs erit recurrendum ad ius cõe d.auth.cessante.& d.authen.post fratres.& d.authen.defuncto.¶ Et si dicamus,ꝙ statutum nullam fecerit mẽtionem de filijs fratrum,illud est falsum,& posito ꝙ esset verum:tamen remanebimus in dispositione iuris cõis. Aut de eis fecit mentionem,vt est veritas: quia in tribus locis fecit mentionem de filijs fratrum:& etiam fecit mentionem , vt succedant cum patruis insimul inducendo,vt superius induxi,ꝙ veritas est,ꝙ succedunt cum patruis & sic Ioan.Bap.succedit vna cum D.Christophoro illis patruis.¶ Et si dicatur,ꝙ d.l.3. C.de legi. hære. vocat ad hæreditatem fratrum fratres proximiores in gradu exclusis nepotibus. Dico, ꝙ istud fuit olim iuxta illud,quod scripsit Cicero in inuectiuis contra Catelinam. Fuit ista quondam in hac republica virtus,sed hodie est secus:quia nepotes succedunt simul cum patruis: vt in auth.post fratres.ideo recurremus ad ius nouissimũ. & ideo huiusmodi statutum Forliuij accipiet declarationem & interpretationem a iure cõi:vt est superius dictũ. ¶ Et sic istis multipharię, multisque modis demonstraui ad oculũ , ꝙ ex dispositione huius statuti iste Ioan.Bap.succedit illis patruis insimul cum d.Christophoro patruo suo, & etiam ex dispositione iuris communis.& sic ex vtroque vinculo iuris cõis & statutorum auth.itaque.C.de commu.succes. cap.j.de treug.& pa.& sic fortius vinculum.Et ita concludo. Andreas Barb.1474.die 14.Martij.Forliuij.

EPITOME.

¶ Duellum est omnimodo prohibitum , & tam de iure diuino , & Canonico , quàm etiam de iure gentium & ciuili.

SVMMARIVM.

Libellus calumniosus est lacerandus.nu.1.
Notorium dicitur esse, quod fit in iudicio.nu.2.
Accusator legitimus esse debet.nu.3.
Duellum non potest peti nisi aliquibus præcedentibus indicijs. numero 4.
Probatio per duellum est interdicta de iure ciuili.nu.5.
Comparere possumus per procuratorem, vbicunque apparet de impunitate.nu.6.
Capitalis præsumitur inimicitia, vbicunq; agitur de maiori parte bonorum.nu.7.
Duellum est prohibitum etiam de iure diuino , & quare.nu.8.

CONSILIVM LXII.

ILlud in medium referam, quod pphetę clarissimo venit in mentẽ. Loquebar,inquit,de testimonijs tuis in conspectu regũ,& non cõfundebar: quia in mandatis tuis credidi, huius sanctissimi viri fretus eloquio,licet hæc dubitatio veniat decidẽda apud tremendum auditorium illu.& excellentissimi principis Semidei domini Ducis Sabaudiæ , non verebor hanc consultationem suo sacro tribunali dedicare. Idcirco clementissimum, omnipotẽtem & immortalem Deum ex corde & animo huic consultationi inuoco,vt sua solita benignitate optimo Saluatore nostro Iesu Christo medio veritatem apponat in ore męo,amen. ¶ Et quidem viso puncto & facti contingentia & matura animaduersione habita. Quo ad primam dubitationem mihi videtur de iure dicẽdum d.magnificum dominum Iacobum de

Valperga non teneri cõparere personaliter in adiutorio domini Ducis. Et præsuppono, q non sufficit allegare: sed probare, gl. est elegans. in l. j. in ver. dicatur. & gl. ibi supplet, & probet. ff. si quadru. pau. fece. dica. & in ait pretor. ff. de vi bo. rap. & l. ne quid. ff. de incen. rui. naufra. & in l. magis puto. §. illud. ff. de rebus eo. & in c. non est. de consue. libr. 6. & ibi Dñicus dicit, statutum disponit, q si pars allegauerit certũ quid in iudicio, non sit reprobandũ, q intelligitur, allegauerit & pbauerit, gl. in cle. j. de in integ rest. in gl. fi. gl. in c. super eo. el j. de apella. Bald. in l. j. C. cõmodati. tex. in c. a nobis. de deci. & in ca. cum super. de concess. præben. & in c. ad decimas. de restit. spo. lib. 6. l. dote. C. de rei vendi. Et ideo pulcher tex. in c. plerique. 2. q. 7. plerunque, inquit, boni viri sufferũt aliorum peccata, & tacent: quia sæpe deseruntur publicis documentis, quibus ea, quę sciunt, iudicibus probare possint. Quinimmo dicit text. valde sing. 3. q. 9. c. indicas Hermãnum epm. in ver. nos vni parti ad discrimen alterius credere pculdubio nõ possumus, vbi Papa, cui omnia subsunt: vt ca. cuncta per mundum. 10. q. 3. nõ potest adhibere fidem vni parti ad prouidendum alteri. & loquitur tex. per ver. nõ possimus. Simile dixit tex. in ver. non possimus. in c. j. de cau. pos. & proprie. & in c. alieni. 2. q. 7. in versic. non possimus. & in c. j. de fide instru. in ver. non possimus. & in c. quoties. & in cap. accusatum. de symo. ¶ Præmitto etiã, q sicut libellus ineptus est lacerãdus a iudice: vt in l. j. ff. de off. asses. 11. q. j. c. sacerdotibus. l. j. §. j. ff. si mes. fal. mo. di. cum si. eodem modo libel-
1 lus calumniosus est lacerãdus † istud fuit bellissimũ dictum Inno. in c. j. de offi. vica. quod refert & sequitur Bald. in l. j. C. si de momen. posses. fue. appel. & in rub. C. qui accu. nõ poss. sicut ergo ineptitudo libelli repellit actorem a principio a limine iudicij, adeo q dixit Bal. in commento. l. edita actio. C. de eden. q si libellus est ineptus, nõ currit terminus ad excipiẽdum. item quando libellus est ineptus nulla exceptio est pęnalis, et si reus mẽtiatur. vt ibi per eũ. Eodem modo, si apparet calumnia petitionis, libellus est lacerandus, nec procedendum. nam etiam nemine opponẽte iudex ex officio suo resistere debet improbæ petitioni, vt l. postquam. in fin. & ibi Ang. ff. de peti. hæredi. cum enim iniustitia sit notoria. ergo liquet iudici. & sic supplere potest & debet. C. de appellatio. l. ampliorem. l. cum precũ. C. de libe. causa. Est ergo singulariter notandum, quòd idem operatur aperta calumnia, quod operat ineptitudo, & dicitur euidens calumnia, quando libellus continet apertam naturam negocij: secus si velatam secundũ Cy. in l. reos. C. de accusa. & probatur in l. si seruus. C. de his qui ad eccle. coufu. & l. 2. C. ne quis vel. regi. & in l. qui cũ maior. §. q si patris. ff. de bo. lib. & in l. item apud Labeonem. §. quod ait. ff. de iniu. Facit. l. sicut. C. de paga. Facit, quòd voluit Bald. in suis apostillis ad Innocen. in dicto capitulo primo, de offic. vica. ¶ Præmitto etiam, quòd idem operatur notoria iniquitas, quod operatur manifestus iuris error, tex. est in c. inter cæteras. de re iudic. & idem operatur notoria iniquitas, quod operatur sententia lata contra expressum tex. iuris, & ita est ipso iure nulla sententia continens notoriam iniquitatem, sicut sententia continens expressum iure errorem, vt d. c. inter cæteras. & c. j. de re iudic. ¶ Præmitto etiam, q
2 illud, quod fit in iudicio, dicitur esse notorium † acta enim transeunt in notorium. vt pulchrè voluit Inn. in c. ex insinuatione. de appel. & in capitu. per tuas. de testi. no. in c. pe. de excep. & in capitul. cum olim. de verborum significatio. & in c. significauerunt. de testib. ¶ Istis modo præsuppositis pro fundamento huius dubitationis arguo sic formaliter. vbicunque exceptio competens citato est notoria, citatus non tenetur comparere, hoc voluit dominus Antonius in capitulo super literis. de rescrip. & in capitu. cum ordinem. eodem titu. & in c. cum super. de offic. delega. & ad id, quod habetur in clemen. 2. vt lite penden. potest responderi, q non habet locum, quando exceptio est notoria, & voluit Ioan. Cal. in c. cum ordinem. de rescrip. & Lap. Abb. in dicta clemẽ. 2. pro quo dicto est tex. & glo. in l. non videtur. la j. ff. de iudi. & ibi dixit Bartol. quòd si ex forma citationis appareat, q quis nõ teneatur comparere, q citatio eũ non arctat: & etiam allego ad hoc tex. in authen. de litig. §. ad excludendum. & ibi Iacob. de Bel. dicit, q reus non cogitur ad iudicium venire, nec respõsum dare, si est certum secundùm iuris dispositionẽ non competere ius agenti, & allegat ibi dictam gloss. l. non videtur. & l. eo tempore. ff. de pecu. & subdit etiam. dicto §. ad excludendam. esse argumentum, q conuentus a bannito, vel excommunicato notoriè, vel alio, cui ius reddi non debet, non tenetur cõparere, nec responsum dare. ¶ Et si quispiam opponit contra istud assumptum, dicendũ, q licet excep. sit notoria, nihilominus tenetur citatus comparere & allegare: quia licet notorium releuet ab onere probandi, non tamen excusat ab onere allegandi & proponendi: vt voluit glo. quæ ad hoc reputatur singu. in clemen. appellanti. de appel. text. in l. si adulterium cum incestu. §. idem Pollioni. ff. de adult. ideo videtur, quòd teneatur saltem comparere, & allegare notoriam exceptionem sibi competere. Ad hoc respondeo, q est quoddam notorium resultans facto legis. Et est quoddam notorium resultans facto partis. Primo casu quando notorium resultat facto legis, dico, q non est opus, q allegetur: immo iudex ex officio suo tenetur allegare: vt est tex. in capitulo Raynutius. coniuncto dicto in no. ibi, & tex. in capi. afferte. de præsump. & ibi do. & consiculus me. Abb. colligit hanc differentiam. & isto modo non procedat. §. idem Pollioni. in ver. error allegetur. & glo. in d. cle. appellanti. Est quoddam notorium facto partis resultans. & istud debet allegari, & non probari. & isto modo procedat glo. in cle. appellanti. & text. in d. §. idẽ Pollioni. Sed in casu nostro resultat huic magnifico D. Iaco. exceptio notoria, & resultans facto legis. ergo sequitur, quòd non tenetur comparere. Primum assumptum est verissimum, vt apparet ex iuribus in eo per me adductis. Secundum assumptum apparet: quia cum dictus Antonius de Lignana accusator diceret, quia ego non possum probare illud, quod sibi dicam in vultu secundum ordinem & dispositionem iuris, sequitur, q standũ est primo præsupposito, q non sufficit allegare, sed opus est pbare, maxime in causa criminali, in qua probationes debent esse luce meridiana clariores: vt l. sciant. C. de proba. Nec princeps potest sibi credere in præiudicium ipsius do. Iaco. ergo talis accusator debuit tacere potius, q̃ deducere crimen, q dicit se non posse probare, & per consequens calumniosè accusauit: ergo talis accusatio vt calumniosa debuit a principe lacerari, & ex quo erat notoria: qa in conspectu principis porrecta, ar. l. omnium. C. de testa. parat excep. ipsi do. Iacobo nõ comparendi. & est certum, q facto iuris resultat ista exceptio, q cũ sit calumniosa, vt ex se apparet, iudex debet eam lacerare, vt voluit Inno. in d. c. j. de offi. vica. Et multo fortius in casu nostro, cũ iste accusator dicat se non posse probare crimen deductum in accusatione. & sic fatetur sibi non competere ius accusandi, ex quo non potest probare, ergo notoriè & euidenter constat de non iure accusandi. & sic, vt superius voluit Iaco. de Bel. vbi constat agenti non competere ius, non

non tenetur quis respondere. & ideo multum singulariter dicebat Bar. in l. j. ff. de oper. no. nun. in 6. op. ꝙ quotiescũque per euidentiã facti constat nunciantem non habere ius nunciãdi, poterit opponi, sperni nunciatio per l. j. §. fi. & l. de pupillo. §. impostitij. ff. de oper. no. nun. & facit gl. sing. in l. j. §. hoc interdictũ. in versicu. perfectum. ff. de tab. exhi. vbi licet conuentus de tabulis exhibendis nõ possit opponere, ꝙ ideo non exhibeat: quia tabulæ non sunt perfectæ: tamen non procedit, quando vitiũ instrumenti est euidens: qa ex visione eius apparet vitiũ: qa tunc poterit opponi. Facit gloss. in ver. forsan. in c. super literis. de rescript. quæ dicit, ꝙ vbi defectus est notorius, non tenetur citatus comparere, & gl. in capitu. veniens. de accusa. & in l. 2. ff. si qdis in ius vocat. Sed in casu nostro constat euidenter de non iure & de calumniosa accusatione: qa in ea dicit ille Anto. se non posse probare tale crimen: sed in dispositione iuris, ergo fuit spernẽda talis accusatio: vt dixit Bart. in d. l. j. & per consequens nullo modo debuit admitti per illum do. Ducẽ. Et ideo dixit gl. in l. qui accusare. ff. de accusa. ꝙ propter suspicionẽ calumniæ quis est prohibitus accusare, & in casu isto apparet manifestè de calũniosa accusatione, qũ quis accusat, & dicit se non habere ꝓbationes.

¶ Et si quispiam opponat, amice: licet ille accusator non possit probare istud crimen secundùm iuris ordinem & dispositionem: tñ se offert ꝓbare ꝑ pugnã & duellum, qđ a iure qñq; inducitur ꝓpter crimen, qđ impingit alicui, vt sic per euentũ duelli declaretur innocentia: vt no. in c. j. §. si quis hominem. in titu. de pac. te. in vsib. feu. Ad hoc respõdeo ꝙ posito, non tamen concesso, ꝙ duellum esset de iure permissum: tamen in casu isto non potuit Anto. iste petere duellum ex eo: qa si quis ꝓuo. aliquẽ ad duellum impingens sibi crimina, vt est casus noster, tenetur ꝓbare indicia & coniecturas; qa pugna æquiparatur torturæ, quæ non potest fieri nullis indicijs præcedentibus: vt l. maritus. cum si. ff. de quęstioni. ita pulchrè dixit Bal. in d. §. si quis hominem. & accomodatè facit, qđ dixit Bald. in l. cum filius. §. fi. ff. de leg. 2. vbi dicit, suspectus de crimine. Cum ergo in casu nostro iste Anto. non probauerit malitiã huius proditionis: nec coniecturas, nec iste nobilis do. Iaco. est diffamatus, vel suspectus de tali crimine: ergo sequitur, ꝙ non potuit prouocari ad duellum per illum Anto. & per consequẽs calũniosè ille Ant. accusauit illum do. Iaco. & etiam calumniosè prouocauerat ad duellum: ideo princeps debuit ex suo mero officio illum ita calumniantem repellere. l. vbi pactum. C. de transac. obuiandum est. n. calumnijs, cle. vt calumnijs. de re iud. & per ꝯñs ista est verissima conclusio, ꝙ do. Iac. nullo mõ tenetur respondere corã principe huic accusationi, seu prouocationi ad duellum. Facit etiã, ante oĩa est legitimanda persona accusatoris: qa si legitimus non est
3 accusator, nulla rõ patitur reum fatigari.† c. j. de accus. j. q. j. in primis. & ea. causa. q. 7. c. quærendum. & c. alieni. ẽt si illud iudicium esset summariũ: vt est glo. singu. in l. 2. C. de edi. diui Adri. adeo ꝙ iudex ex suo officio debet examinare personam accusatoris an sit habilis ad accusandum ẽt nemine petente: vt probatur. 2. q. 7. c. si quæ sunt. & ibi do. Dñicus & ẽt in d. c. quærendũ. Inno. in c. ex parte. de accu. & si accusatus consentiat, ꝙ inhabilis eũ accuset, iudex tñ hoc pati non debet, vt no. Hugo in d. c. quærẽdũ. & ibi Dñicus voluit, & Ioan. de Fantu. in d. c. alieni. Facit, quod hr̃ in l. filiusfami. §. veterani. ff. de procu. Sed in puncto isto præsupponitur, ꝙ iste Anto. est multimodè criminosus & homicida volũtarius & infamis. ergo sequitur, ꝙ non debuit admitti ad accusandum. l. qui iudicio. ff. de accusa. l. accusator. ff. de præuarica. 4. q. 4. §. lege. & l. athletas. §. calumniator. ff. de his qui no. infa. & quia etiam est inimicus iste Anto. huius do. Iaco. Et licet inimicus admittatur de iure ciuili ad accusandum, & nõ de iure canonico: vt voluit glo. in l. qui accusare. ff. de accusa. tamen in casu isto non solum concurrit inimicitia, sed infamia & criminositas, & per ꝯñs debuit princeps repellere istum ab accusatione. & sic per cõsequẽs do. Iac. non tenet̃ respondere. Et sic duobus capitibus non compellitur rñdere. primo propter inhabilitatẽ accusatoris, & ad hoc allego elegãs dictũ Inn. in c. præterea. de dila. vbi dicit, ꝙ si citat̃ dñs, vt rñdeat seruo, vel citatur reus, vt rñdeat excõicato, vel alias est notoria iniustitia, licet non sit expressa in citatorio, ꝙ non cõpellit̃ citatus cõparere, ꝓ quo dicto allego. c. bonæ memorię. el 2. cõiũcta gl. fi. ibi. de elect. & hoc casu notorietas excusat ab onere ꝓponendi & allegandi: vt superius dixi. & ideo Ioan. And. in addi. Spec. in ti. de sen. §. iusta. ver. in ciuili ratione, dicit, ꝙ citatus ad petitionem banniti non tenetur comparere. & etiam dixit idem Innoc. in d. c. præterea. quòd non tenetur quis comparere, si citatur ad petitionem alicuius stulti ꝓcuratoris, secundum caput, ex quo non compellitur comparere. D. Iacob. est ex natura criminis deducti coram principe: quia accusator dicit se non posse illud probare. ergo calumniose accusationem proponit. & est verissimum, ꝙ non posset probare tale crimen. Ex eo, quia omnis præsumptio videtur cessare, ꝙ nobilis faciat proditionem ꝯ principem. & ideo glo. singulariter in c. illud. 40. di. dicit, ꝙ præsumendum est ꝓ nobilibus, & Ioan. And. in addi. Spec. in titu. de loc. prope principiũ dicit, fuisse excusatum castellanum Rochæ deputatum a principe, qui ex causa constituit loco sui quendam nobilem in castellanum, qui nobilis postea tradidit Rocham inimicis, vt esset excusatus de mala electione: quia non erat præsumẽdum, ꝙ nobilis fecisset proditionem. Facit elegans tex. in l. si a bonæfidei. ff. de rei vend. & ibi dixit Ang. se euasisse quẽdam Potestatẽ Bononiæ a sindicatu, qui assignauerat totum palatium pro carcere cuidã nobili homini pręstita fide ab eo de non recedendo de palatio, qui postea recessit, vt Potestas excusaret̃. Quia non erat verisimile, ꝙ nobilis deierasset, & per ꝯñs non videtur verisimile, ꝙ ita magnificus dominus conurasset ꝯ eius principem, & per cõsequens proposuit rem non verisimilem iuxta illud, quod hr̃ in passione dñica, & per conuenientia non erãt eorũ testimonia. l. ob carmẽ. §. fi. ff. de testi. nec ẽt ꝓbauit ꝯiecturas, aut indicia huius criminis, nec istũ fere de hoc suspectũ aut diffamatũ. Quinimmo dominus dux Mediolani per suas patẽtes literas significauit, nõ esse verũ crimen illud oppositũ dicto domino Iaco. & per consequens cessat illa dubitatio, an do. Iaco. teneatur exprimere inimicitiã & personas sibi inimicas, vt possit se defendere per procuratorem. Et ista apponunt gladium ad hanc dubitationem. ¶ Sed si quispiam dixerit amice, ista procedunt quoad illum Ant. accusatorẽ. vnde fateor tibi de plano, ꝙ hæc tua dicta procedunt quoad accusationem institutã per illum. Sed ista accusatio est instituta per procuratorẽ fiscalẽ, in quo cessant oĩa superius dicta, & per consequẽs ex separatis nõ infertur. l. Papinianus exuli. ff. de min. l. eum actum. ff. de neg. gest. l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acqui. possessio. cum simili. & per consequens tenetur respondere accusationi institutæ per procuratorem fiscalem. ¶ Circa hoc oportet duo videre, videlicet primò, vtrũ domi. Iaco. teneatur respõdere. secundò, an teneatur per se, an per procuratorẽ, allegãdo inimi-

inimicitias, & personas inimicas. Et primo apparet ex superioribus dictis, ꝙ illa accusatio fuit calũniosa, & instituta per inhabilem personam. Et est mirandum, ꝙ dictus domi. Dux mandauerit per suas literas citatorias dictum domi. Iacob. debere comparere personaliter propter accusationem illius, quam dicebat non posse probare: quia ex quo nullum parit effectum, ad quid eum faciebat citari vt compareret psonaliter? nec poterit citari ad pugnã ex eo, ꝙ non sunt probata indicia, vel coniecturæ, nec diffamatio, nec suspicio criminis. Ex quibus arguitur sinistra suspicio inimicitiæ, ne vnde iura emergunt, oriatur. l. meminerit. C. vnde vi. semper tamen deferendo suæ maiestati ducali, quam adoro, & colo & obseruo, vt seruus obsequentissimus dico, quòd stabit multum in pectore iudicantis, si forte collaterales Ducis sunt inimici ipsius domini Iacobi, & opera collateralium dictum mandatum principis emanauerit. ¶ Sed nunc aggredior illud, an teneatur respondere procuratori fiscali. Et indubitanter videtur dicendum quòd non ex eo: quia in dicto puncto dicit, quòd dictus Antonius comparuit accusans contumaciam domini Iacobi, & cum quo comparuit procurator fiscalis, requirens terminũ sibi concedi ad opponendum super propositis per dictum Anto. pro iure fiscali accusans etiam contumaciam dicti domi. Iacob. qui tunc fuit reputatus per d. Ducem contumax. Et fuit assignatus dictus terminus dicto Anto. & procuratori fiscali ad tradendum in scriptis, quæ vellent, & sua interesse putarent. Et in dicto termino dictus Anto. exposuit crimen proditionis, & obtulit se facturum, prout requirit ius armorum, & sic obtulit se ad duellum. Procurator fiscalis eodem modo comparet, & exponit dictum domi. Iaco. tentasse facere proditionem, prout Anto. de Lignana publicè proposuit offerendo se in duello probare tale crimen. Et eundem domi. Iaco. se præsentantem debellare, vt Dauid vicit in duello Goliath. Et subdit procurator fiscalis, quòd cum tale crimen sit notorium: quia expositum publicè coram consilio & cœtu cleri, & nobilitatis, nec potest tergiuersatione præteriri, petit, vt domi. Iaco. compareat personaliter. aliter petit annotari bona sua, & etiam petit ipsum domi. Iacobum responsurum propositioni factæ per dictum Anto. coram dicto do. Duce dicit etiam, quòd ad iustificationem producit dictus procurator supplicationem oblatam per illum Anto. accusationum & literas citatorias eidem Antonio concessas contra dictum Iacobum ad instantiam ipsorum Anto. & procuratoris fiscalis: Modo redeundo ad propositum dico, quòd ista accusatio non procedit, ex quo sunt plures admissi ad accusandum: ideo impeditur accusatio excipiendo de personis plurium accusatorum de eodem delicto & eodem tempore. Ista est pura veritas, & probatur in l. si plures. ff. de accus. ergo &c. Quinimmo plus dico, ꝙ est præferendus ipse Anto. procuratori fiscali posito non tamen concesso, quòd talis accusatio esset admittenda ex eo, quòd procurator fisci ad iustificationẽ accusæ & criminis refert se ad supplicationem illius Anto. accusatoris, qui dicit se nõ posse probare crimen deductum, nisi pugnando in duello & vincendo per illud do. Iacob. sed procurator fiscalis non offert se intraturum in duello cum dicto domi. Iacob. ergo præferendus est ille do. Anto. argumen. eius, quod habetur in d. l. si plures. sed ille Anto. est repellendus ab accusatione: quia accusator debet esse existimationis ĩtegræ, vt dixit tex. in l. criminis. C. qui accusa. non pos. & ipse Anto. est criminosus homicida voluntarius & infamis & inimicus, & per consequens repellendus. Item posito, non tamen cõcesso, ꝙ procurator fiscalis est præferendus in accusa prædicta: tamen ex quo est calũniosa debet per principem lacerari, vt dixi supra in princi. huius consultationis: quia cum procurator prædictus vult iustificare dictam accusationem, se refert ad supplicationem & oblationem factam per illum Anto. & eodem modo laborat accusa porrecta per procuratorem fiscalem, quo morbo laborat accusatio porrecta per illum Anto. quia subrogatũ sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. c. præcipimus. 93. dist. c. quadam. vt lite pen. cum sim. sed illa nõ potest probari: ergo nec ista, & per consequens est contra illum canonem. secunda quæstione septima, plerique boni viri tacent, quod probare non possent, nec etiam procurator fiscalis potest prouocare do. Iacob. ad pugnandum in duello cum dicto Ant. ex eo: quia primo duellum non est permissum, vt dicetur inferius: secũdo quia duellum non potest peti, nisi primo fuerint probata indicia, vel coniecturæ, vel fuerit diffamatus de crimine ille, qui puocatur
4 ad duellum † & per consequens sequitur, ꝙ eodem morbo laborat accusatio instituta per procuratorem fiscalem, quo morbo laborat accusatio instituta per illum Anto. & sic est notoria iniquitas in vna sicut in altera, quo casu vendicat sibi locum dictum Innocen. & dicta allegata superius, vt non teneatur citatus comparere responsurus. Et mirum est, ꝙ iste procurator fiscalis audeat instituere calũniosas accusas cõtra priuatos homines contra l. pe. versicul. in nullo negotio audeat fisci nomine, priuatus calumnias cõmouere. C. de aduoca. fisci. Simile dicimus in tutore, vt non audeat calumniosas actiones instituere pro pupillo: vt est text. in l. non est ignotum. C. de admi. tuto. Simile dicimus in prælato ecclesiæ, vt non audeat calumniosas accusationes instituere, vt dixit glo. elegans in d. l. non est ignotum. Et maxime in adiutorio sacro dom. Ducis, quod est omnis iustitiæ, & æquitatis sacrarium splendidissimum. Et sic concludo super isto passu, ꝙ non tenetur mittere, aut venire, nec respondere dictæ accusationi præfatus domi. Iaco. & sic est expeditum primum. Restat examinare secundum, videlicet posito non tamen concesso, ꝙ teneretur respondere dictus domi. Iacob. an teneretur comparere personaliter, an per procuratorem: & videtur dicendum, ex quo causa est criminalis, & imponitur maxima pęna: quia est crimen læsæ maiestatis. quo casu venit imponenda pęna supra relegationem, vt l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. videtur, ꝙ teneatur comparere in propria persona & non per procuratorem, vt l. pe. §. ad crimen. ff. de pub. iudi. l. reos. C. de accusa. cap. veniens. eo. titu. l. seruum quoque. §. publicè. de procura: Et si secus diceremus, sequeretur, ꝙ delicta remanerent impunita, ꝙ esset non debet. cap. vt famæ. de senten. excõmu. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquiliã: quia procurator, ex quo non deliquit, non posset puniri. l. sancimus. C. de pęnis. item facit glo. in d. l. pen. ad crimen. Item quia iudicium esset illusorium: qa contra reum non posset ferri sententia, vt plene per Barto. & alios in d. §. ad crimen. & in dicto capitu. veniens. per canonistas. sed ad hoc respondeo, & videtur ante omnia, quòd dictus domi. Iacob. possit cõparere per procuratorem multipliciter. Primo vbicunque notoria est impunitas: quia notoriè apparet delinquẽtem non venire puniendum, tunc semper potest litigare per procuratorem, ita consuluit Bartol. vt ipse refert in dicta l. penulti. §. ad crimen. puta si quis occideret bannitum, qui impune occidi potest ex forma statuti. Modo in casu nostro impunitas est notoria ex eo: qa notoriè apparet crimen

men impositum illi do. Iacob. non posse probari, vt iam superius fuit demonstratum: quia in publico adiutorio do. Ducis asseruit accusator se non posse probare crimen secundum dispositionem, & ordinem iuris. & ita etiam procurator fiscalis cōparuit referēs se ad supplicationem, nisi eam probaret pugnando in duello & vincendo. Sed, vt dixi. duellum non est licitum, sequitur ergo, ꝙ impunitas est notoria. & per consequens non venit puniendus domi. Iacob. & sic cessat ratio, quare quis tenetur comparere personaliter & nō per procuratorem. Quia iudicium esset illusorium in personam procuratoris, cum non posset procurator puniri personaliter: qa in isto casu nulla pœna venit imponēda: item quia de facili posset innocens damnari absens: fidelius enim causam aget præsens &c. Et etiam eoque magis apparet de impunitate: quia posito, non tamen cōcesso, ꝙ licitum esset duellum: tamen non posset prouocari ad duellum, nisi probatur indicijs aut cōiecturis, vt superius dixi. & sic sole clarius est, istum do. Iacob. non venire puniendum. & per consequēs potest comparere per procuratorem. ¶ Et si quispiam opponat, sit ita, vt dicis, tamen debet comparere do. Iacob. personaliter ad opponendum inhabilitatem ipsius accusatoris, vt repellatur ab accusatione. Ad hoc respondeo dupliciter. primo ꝙ potest opponere per procuratorem: quia licet procurator non possit admitti ad disputandum super crimine: tamen potest admitti ad proponendum exceptiones cōtra accusationem de ipsius indignitate. & sic procurator non solū admittitur ad allegandas causas absentiæ, quæ consistunt in facto, sed etiam admittitur ad allegandas causas absentiæ, quæ consistunt in iure, & ad proponēdum exceptiones expulsiuas indigni accusatoris, hoc probat tex. sing. & melior, qui sit in iure in d. c. veniens. & ita reducitur ad concordiam ille tex. qui primo dicit, ꝙ non poterat admitti procurator, & postea admisit. & p ꝯñs pōt do. Iac. comparere p procuratorē ad opponendum except. contra personam accusatoris. & ista prima responsio. item potest dari secunda responsio, videlicet, quia impunitas est. ¶ Et si opponatur de eo, quod voluit Barto. in l. vbi pactū. C. de transac. ver. & ideo iam de facto dixi, statuto cauetur, ꝙ bānitus possit impune offendi, modo quidam offendit bannitum, inquirebatur de hoc maleficio, reus non audebat comparere ad hoc allegandum, comparuit quidam tertius, & dixit: dominus ille, qui fuit offensus per talem, est bannitus, refert se dixisse, ꝙ iudex debuit illum reum absoluere, & non potest vlterius procedere. ratio: quia liquet iudici illud nō esse delictum, & illud iudicium sine accusatore procedere, casus est singl. in d. l. vbi pactum secundum vnam lecturam. Azonis verissimam. & si dicatur, quomodo admittitur ille tertius. respondet ibi Barto. ꝙ hoc cōtinet publicam vtilitatem: vt banniti possint offendi. Et sic vult, ꝙ si illud, quod opponeretur, contineret priuatam vtilitatem: tunc non admitteretur ad opponendum, nisi ille dumtaxat, cuius interest. Ita videtur dicendum in proposito: quia cum hoc tangat priuatam vtilitatem ipsius do. Iaco. ergo ipse do. Iaco. debet comparere ad opponendum inhabilitatem illius. Ad hoc potest responderi, ꝙ posito, ꝙ istud dictum Bartol. esset verum: nihilominns licet contineat priuatam vtilitatem: tamen si exceptio est notoria, non oportet, ꝙ compareat ad opponendum: quia iudex debet eam opponere: vt voluit domi. Ant. in d. c. super literis. de rescrip. & in d. c. cū super. & probatur in d. l. non videtur. ff. de iudic. & voluit Iaco. de Bel. vt superius dixi. Et ita limitat̄ istud dictum Bart. sed in casu nostro est notoria ista exceptio. ergo sequitur, ꝙ non tenetur do. Iaco. mittere procuratorem ad opponendum. Nec etiam ipse tenetur comparere personaliter ad opponendum, ut etiam superius dixi. & sic non obstat dictum Bartol. quia probatur in d. c. veniens. ꝙ admittatur procurator ad opponendum causas consistentes in iure, & per consequens potuit domi. Iacob. mittere procuratorem, & multofortius cum iudex ex suo officio deberet hoc facere. Et pro certo ista apponunt gladium ad radicem huius consultationis. Facit ēt: quia posito, non tamen concesso, ꝙ non posset do. Iac. prouocari ad duellum, ꝙ tamen non est verum, vt ostendetur inferius: nihilominus dubius est euentus duelli: quia sæpius sub iusto clipeo multi perierunt: tamen ponamus, ꝙ domi. Iaco. prouocatus in duello succumberet, esset ne propter hoc probatū crimen perduellionis? & sic crimen lęsæ maiestatis, adeo vt puniatur ita, ac si vere esset probatum crimen? Et quidē Bal. in d. c. 2. §. si quis hominē. de pac. ten. dicit post glo. ibi, ꝙ conuictus in duello, licet ita dicatur conuictus, vt habeatur pro confesso: tamen intelligitur conuictus ex præsumptione, ex qua glo. colligit ibi Bald. ꝙ mitius agitur cum illo, & mitius punitur conuictus ex præsumptione, quàm ille, qui est cōuictus ex vera probatione. & p ꝯñs nō dicetur vere conuictus. Facit simile, quod dicit glo. in c. at si clerici. de iudi. & in c. insinuante. de symo. & cap. inter. de purga. cano. vbi loquuntur de eo, qui defecit in se purgando, qui nō dicitur vere conuictus. Et sic stat conclusio vera, ꝙ conuictus in duello habetur pro confesso, sed mitius punit̄: quia ex præsumptionibus. Et etiam, dixit idem Bal. in d. §. si quis hominem. ꝙ si quis moritur in duello, non dicitur mori seruus pęnę: sed est similis illi, qui moritur in tormētis. Modo extat solennis decisio Abb. antiqui in ca. afferte. de præsump. ꝙ si iudex fert sententiā ex præsumptionibus: debet tamen iudex multum temperare sententiam suam imponendo pœnā pecuniariam, & non corporalem, vt fecit ibi Salamon, qui noluit ibi illam mulierem condemnare ad mortē, quam poterat condemnare iuste, si fuisset probatū cōtra eum, ꝙ filium alterius suffocasset. Facit, quod no. Inno. in c. quia verisimile. de præsum. Cum ergo in casu nostro posito ꝙ succūberet in duello dictus D. Iaco. non veniret puniendus corporaliter sed pecuniariter. Sequitur vera conclusio, ꝙ poterit in pręsenti causa respondere per procuratorem, & non cōpellitur personaliter comparere. Et ad hoc facit gl. in d. l. pe. §. ad crimen, quæ dicit, ꝙ si debet imponi pęna pecuniaria pro delicto, ꝙ poterit interuenire procurator per l. 3. C. vbi senatores vel cla. & l. j. coniuncto principio cum fine. C. vt oēs tam ciuiles q̄ cri. tum quia cessant rationes, quare interuenire debeat dominus & nō procurator. facit l. j. ff. an per aliū causę appe. vbi simpliciter fit dr̄ia inter cām criminalē & pecuniariā, in crīali non distinguit crimē publicū a priuato, sed qualitatē pęnæ, an sit maior relegatione. & istud cōiter tenet̄ in d. c. veniens. & in d. §. ad crimen. ergo sequitur, ꝙ cū imponeret̄ pęna pecuniaria pro tali crimine, sequit̄, ꝙ poterit p procuratorem comparere. ¶ Et si forte quispiam allegaret illud, quod retulit Bal. in l. sciant. C. de proba. vbi dixit in suis fi. verbis. Si probatio in causa capitali cōmittitur pugnæ, an cōuictus per pugnā debeat mori, refert Nico. de Mat. dicere, ꝙ si esset cōuictus per testes deberet mori: tamen probatio per pugnā est pręsumptiua, & ideo nō amputabitur caput: sed amputabitur manus. & sic diminuitur pęna de toto ad partem. allegatur, quod habetur in capit. j. §. j. de pace te. & in lōbarda de homi. liberi homi. ipse Bal. dicit se credere, ꝙ sit standū cōsuetudini: nā de iure ciuili

5 ciuili probatio per duellum est interdicta†nisi in casu, instituti. de hæredi. ab intesta. §. per ꝯrium. & ita ibi Bal. residet, & cũ eo etiam trãsit ibi Saly. & sic si deberet puniri amputatis manibus: tunc nõ posset se denfendere per pecuniam. Ad hoc rñ. primo non bene dixit Nico. de Mat. dum dicit, ꝙ punietur pœna manus ex eo: quia nihil allegat. l. illam C. de colla. in auth. de tri. & semis. §. consideremus. Item quia dicit ꝯ dictum abbatis antiqui & Innoc. qui voluerunt, ꝙ non imponatur pœna corpalis pro delicto probato per præsumptiones & cõiecturas. Facit gl. sing. 4. q. 1. in summa. quæ dicit, ꝙ propter cõtumaciam quis non potest puniri corporaliter, quam gl. allegauit Bal. in commento. l. data opera. C. qui accu. non poss. ¶ Et si dicatur, stabit consuetudini, quę viget Sabaudiæ super hoc, vt voluit Bald. Ad hoc respondeo: quia istud non est bene dictum: quia talis consuetudo non potest facere licitum duellum, vt inferius dicetur. ex ergo damnata cõsuetudine quis non potest mori, aut puniri, argu. c. fi. de consue. Et licet Bal. in d. l. sciant. de proba. dicat, ꝙ licet de iure ciuili sit duellum interdictum, nisi in casu instit. de hæredi. quæ ab intesta. §. per contrarium. glo. ibi dicit, ꝙ per duellum fiebat certamen, si quis dicebat reus læsæ maiestatis, quo casu erat licita pugna: tamen istud per ius canonicum est prohibitum: vt c. j. & 2. de cle. pug. in duel. & capi. j. de purga. vulga. & isto modo respondeo ad dictum Bald. quod posuit in l. si penes. C. depositi. vbi dicit, ꝙ non intelligitur prohibitum duellum, quod generalis consuetudo permittit. & allegat ad hoc, quod habetur in d. §. per cõtrarium. & per ꝯñs sequitur, ꝙ in causa duelli potest quis se defendere per procuratorem: idest in cã, vtrum quis debeat prouocari ad duellum, potest interuenire procurator. Et etiam potest respõderi ad illud, quod glo. voluit in d. §. per contrarium. quæ dicit, ꝙ crimen læsæ maiestatis dicitur crimẽ perduellionis: vt l. fi. ff. ad l. Iul. maie. non enim dr̃ crimen ꝑduellionis: quia duellum admittatur in eo, vt quidam dixerunt & malè ſm Hostiẽ. in summa de cle. pugnã. in duel. & ideo gl. in d. §. per contrariũ. tenet etiam contrariũ, dum dicit, vel dicit ibi, ꝙ dr̃ hostis, allegat. l. quos nos. ff. de verbo. sig. ꝙ ille dicitur reus perduellionis, qui stat armatus hostili animo aduersus rempub. vel principem: & ideo text. in d. l. quos nos. dicat, quos nos hostes appellamus, veteres duellos appellabant. & ideo gl. in l. j. C. de gladia. libr. 10. dicit, ꝙ duellum non committitur. Et ita etiam potest respondéri ad Bald. in dicto §. si quis hominem. vbi allegat gloss. in dicto §. per contrarium. vbi videtur sequi opi. Pla. Et ita etiam respõdeo ad id, quod voluit idem Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. vbi allegat glo. dicto §. per contrarium. & contra opin. Pla. positam per gloss. in dicto §. per contrarium est gloss. in l. cum filius. §. fina. ff. de legatis secundo, quæ dicit, duellum non esse permissum. Præterea facit, quod possit se per procuratorem in ista causa defendere posito, non tamen concesso, quòd Nico. de Mata. dixerit verum, quòd victus in duello propter crimen læsæ maiestatis puniatur amputatione manus, & sic nõ possit interuenire procur. vt dicto §. ad crimen. dico illud procedere eo casu, quo qs possit prouocari ad duellum: puta quòd probata sunt indicia vel coniecturæ, vt quis diffamatus sit, vel suspectus, & res non potest probari per veram probationem, quo casu est etiam deueninedum ad duellum in crimine læsæ maiestatis, vt fuit opin. Placen. Sed in casu nostro istud crimen potest probari per veram probationem. ergo sequitur, quòd duellum non pôt hoc casu concedi. Quòd autẽ requiratur, ꝙ nõ possit probari per verã probationem, tenuit Bald. in dicta l. cum filius. §. fina. dicens se illud audiuisse ab imperatore & a Cardinale Bononiæ. nam vt dicit Hostien. in summa, de cleri. pugna. in duel. duellum est singularis pugna inter aliquos ad probationem veritatis inuenta, nam qui vicerit, probasse videtur, & qui victus fuerit, dicetur probatione defecisse, vt dicit Hostien. Sed probatio resultãs ex victoria pugnæ est præsumptiua & extraordinaria: ergo cessat, quamdiu potest haberi ordinaria probatio. l. in causæ. cum simil. ff. de mino. & ideo tunc potest concedi duellum, quãdo res aliter probari non potest. Sed in casu nostro istud crimen potest probari per veras probationes. primo: quia dicit ille Anto. accusator, ꝙ domi. Iaco. tractauit Nouariæ de dando castrum Vercellarum Duci Mediolani, & ille obtulit duci. Qui do. Dux noluit acceptare, ne haberet guerrã cum do. Duce Sabaudiæ, istud potest constare per veram probationem, scilicet per literas, aut per nuncios ipsius do. Iac. aut per ipsum Ducem Mediolani. Item potest etiam videri, quam potestatẽ habeat do. Iaco. in illo castro ex conuersatione, quam ibi habebat. & sic custodes illius castri erant tales, qui ad nutum ipsius do. Iacob. fecissent proditionem ꝯ eorum principem. Ex istis potest haberi verissima huius scæleris probatio, vbi ergo constat de impunitate, & innocentia, non est deueniendum ad pugnã. Cum ergo do. Dux Mediolani suis literis testimonialibus dicat, non esse verum, ergo sequitur, ꝙ constat de innocentia, & per consequens certum est, non esse locum duello. ergo sequitur necessario, ꝙ poterit interuenire procura. parte D. do. Iacob. cum nullo modo possit deuenire ad amputationem manus. ¶ Et si quispiam dicat, ꝙ deueniretur ad publicationem bonorum, quæ pœna est grauissima. l. nulli. C. sine iussu principis. Ad hoc respõdeo, quòd non potest propter hoc apponere pœnam publicationis bonorum. hoc voluit Bald. in capitu. j. de pace ten. versic. sed hic quæro. facit. dicta l. nulli. Item quia posito, quòd posset imponi confiscatio bonorum, quòd non tamen est verum: nihilominus potest interuenire procura. ex quo pęna est pecuniaria, vt est dictum, & per consequens sumus in illo casu, ꝙ vbicunque causa esset criminalis, & appareret de impunitate, tunc quis posset cõ-
6 parere per procuratorem†vt voluit Barto. in dicta l. penul. §. ad crimen. & iam superius est dictum latè. quinimmo domi. Dux Mediolani per suas literas patentes destinauit proprium nuncium, & oratorem ad domi. Ducem Sabaudiæ ad iurandum nomine sui, ꝙ de tali tractatu nunquam quicquã sciuit, quo casu maximum est ducis iuramentum & testificatio: vt est tex. in capitu. quicunque. vndecima quæstione prima, vbi statur testimonio vnius solius maximi viri, vt ibi. Et ex illo tex. arguit Innocen. in cap. nouit. de iudi. ¶ Et si dicatur, ꝙ non sufficit dictum vnius testis, vt inquit. l. iurisiurandi. C. de testi. tamen in casu nostro sufficit coniuncta confessione partis, seu accusatoris dicentis se non posse probare, quo casu fortificatur probatio facta per vnum testem in fauorem domi. Iacob. vt est gloss. valde singu. in capitulo si duobus. de rescript. libro sexto. per quam gloss. tradit ibi Dominicus doctrinam, ꝙ licet confessio partis non det titulum beneficij aduersario: vt in capitulo primo, de eo qui mit. in poss. libro sexto, tamen fortificat & supplet probationem defectiuam agentis. Ita in casu nostro est, ꝙ de confessio illius Antonij fortificat testificationem domi. Ducis Mediolani. & per consequens habetur, ac si esset plena probatio, maxime concurrentibus aliis indicijs: quia nulla conuersationem habebat in dicto castro Vercellarum ille domi. Iacob. attento etiam,

quia

quia per magnum tempus ille Anto. tacuit, nec reuelauit tale crimen. Attento etiam, quia idem domi. Iacob. postea fuit promotus in cancellarium domi. Ducis quibus omnibus insimul coniunctis resultat plena probatio: vt est gloss. quæ reputatur sing. in l. secunda. ff. de excusa. tuto. & in capitu. accedens. vt lite non contest. & in c. cum causam. de probatio. & in l. 3. §. eiusdem. ff. de test. & in c. fin. de succes. ab intest. gloss. in l. quamuis. C. de adul. Barto. in l. j. §. item Cornelio. ff. de quæstio. Bald. in l. sciant. C. de proba. & in cap. j. de contro. inuesti. in vsib. feud. & in l. 3. C. ad l. Iul. maiesta. & in l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. do. Ant. & Ioan. de Imo. in c. veniens. de testibus. do. Abb. in c. 3. titu. eo. & in dicto cap. cum causam. de proba. do. Pet. de Ancha. consi. 265. tex. in l. excipiuntur. ff. ad Sylla. vbi probatur, quòd ex pluribus præsumptionibus efficitur plena & sufficiens probatio. ¶ Et si dicat̃, quòd non sit fides huic domi. Duci Mediolani adhibenda: quia videtur testificari ad se tegendum. l. j. C. ne quis in sua cã. istud non obstat: quia iam ille Anto. accusator dixit, quòd Dux Mediolani non voluit consentire illi tractatui & coniurationi: & per consequens non deponit super facto suo proprio. Cum ergo ipse procurator fiscalis inhæreat accusationi factę per illum Anto. & duello proposito per eundem Anto. sequitur, quòd sicut non tenetur domi. Iacob. comparere personaliter ad accusationem illius Anto. eodẽ modo non tenet̃ comparere in propria persona ad accusationem huius procuratoris fiscalis. Præterea ex alio etiam non tenetur comparere personaliter dictus do. Iacob. quia dicitur in pũcto, quòd collaterales do. Ducis Sabaudiæ sunt inimici capitales ipsius. & alias fecerunt tractatum contra honorem, statum & personam ipsius domi. Iacob. vsque ad mortem. & hoc constitit Serenissimo Regi Francorum, & eius consilio, quo casu oritur inimicitia capitalis. oritur enim capitalis inimicitia, quando agitur de maiori parte bonorum: vt capi. frequens. de restitutione spoliatorum, libro sexto, vel quando quis fuit minatus mortem alicui, vel eum accusauit criminaliter. Facit, quod not. in cap. repellantur. & in cap. cum oporteat. de accu. & in l. licet. ff. de arbi. & in §. si vero. in Authen. de testi. Bart. in l. 3. §. fi. ff. de adimen. leg. Dicit etiam, quòd nobiles Sabaudiæ habẽt inimicitias, de quorum numero sunt inimici ipsius Do. Iaco. consiliarios & milites ex principalioribus curiæ vocatos per ipsum principem in ipsius principis præsentia occiderunt & vulnerauerũt ante fores castri, in quo princeps habitabat, quo casu oritur exceptio loci non tuti, adeo quòd ad locum non tutum non tenetur accedere: vt c. ex parte. de appella. clemen. pastoralis. §. Pisana quoque ciuitas, de re iudica. Facit capitulo accedens. vt lite non contesta. el secundo, tex. l. qui ita. §. primo. ff. ad Trebellia. vbi non tenetur confidere se sub saluocõducto. Facit capitulo cum locum. de sponsa. & quod not. gloss. in capitulo si vero. de iureiuran. & in cap. ad supplicationem. de renuncia. & text. l. sed sciendum. ff. ad Trebellian. ¶ Et si dicatur, quòd doceat potentiam, aut tyrannidem contra illos, cum testes produco, an teneat numerare, nominare & citari facere illum talem. decidit quòd non, quod dictum sequitur ibi Ioan. Andr. & communiter omnes. Ita dicamus in proposito: quia cũ domi. Iacob. timeat nominare p̃sonaliter in indiuiduo, sufficit exprimere in genere sub nomine congregationis, opponendo se habere in capitales inimicos collaterales do. Ducis, facit simile, quod voluit Innocen. in capitulo cum I. & A. de re iudica. vbi dixit, quòd monacus potest esse ꝓcurator. d. laici, si ille laicus est amicus monasterij, si excipiatur, in quo est amicitia inter illum laicum, & ipsum monasterium dicit, quòd non tenetur illam exprimere. Et sic sufficit in casu nostro nominare personas sub nomine congregationis. nil enim refert, quid ex æquipolleutibus fiat. l. certum. ff. si certum petatur. satis enim intelligitur, qui sint collaterales, qui quæsiuerunt mortem dicto domi. Iacob. ¶ Et licet in capitulo præsentium. de testib. libro sexto, dicatur, quòd debent specificari nomina testium: tamen illud vendicat sibi locum in testibus ad eos repellendos: quia difficilius repelluntur testes, quam iudices, vt nota. in capitulo insinuante. de offic. deleg. & per consequens ex quo constat de inimicitia capitali inter ipsum & illos collaterales, non debet se in hostium sinu reponere: vt in dicto
7 §. Pisana ciuitas. & per consequens poterit per procuratorem se defendere. Et† ad probandas inimicitias sufficit probare, quòd aliàs fecerunt tractatum contra statum & honorem ipsius domi. Iacob. vsq; ad mortem, quo casu oritur capitalis inimicitia, vt superius dixi, & nisi probetur reconciliatio: vt in l. tertia. ff. de adimen. lega. Præsumitur illa talis inimicitia durare. Facit simile, quod dixit Andreas de Isernia in rub. quo tempore miles ĩuesti. pe. deb. Papa mandat archiepiscopo, vt consecret aliquem in certa ecclesia, consecrandus in episcopum non potest accedere ad illam ecclesiam: quia locus non est tutus. decidit, quòd archiepiscopus poterit illam consecrare alibi. Facit text. singu. secundum vnam lecturã glo. in l. vsuras. C. de solu. vbi si debitor promisit soluere creditori in certo loco, & creditor ad illum locum accedere non potest: quia sibi non est securus, quòd debitor tenetur alibi soluere. Ita dicamus in proposito, ex quo locus non est securus non tenebitur accedere personaliter, sed per procuratorem. ¶ Et si dicatur, quòd debeat allegari, quòd locus non est tutus. Ad hoc dico, quòd si est notorium, locum non esse tutum, nõ oportet, quòd allegetur locus nõ tutus: vt dicto §. Pisana. & voluit Ioan. de Imo. in capitulo super literis. de rescript. & domi. Petr. de Ancha. in dicta clemen. pastoralis. §. Pisana. & si non est notoria, poterit opponi per procuratorem ad hoc mandatum speciale habentem. Ita dixit Innocen. in dicto capitulo veniens. de accusa. in gloss. secunda. Et istud voluit Barto. in l. penulti. in §. ad crimen. & Rofre. & sequitur Ange. in sua eleganti. q. incip. Bononien. suæ ciuitatis bannitus, vbi etiam dicit, quòd tertius sine mãdato posset opponere talem exceptionem. Præterea facit ad prædicta: quia ex alio adiuuatur domi. Iacob. quòd non possit conueniri, aut accusari: quia in puncto dicitur, quòd in pactis & in conuentionibus aliàs ordinatis per Serenissimum principem Regem Francorum inter dominum Ducem & ipsum domi. Iacob. conuentum & obseruatum fuit. Quòd domi. Dux per suas literas patentes concessas domi. Iaco. ordinauit, quòd per aliqua, in quibus inculparetur ipsum domi. Iacob. in præteritum fecisse vsque in illum diem, quæ concernerent quomodocunque & quacunque ratione vel causa interesse fisci ipsius domi. Ducis, non posset ipse domi. Iacob. conueniri, molestari, nec inquietari, nec præmissorum occasione teneatur comparere coram ipso domi. Duce. Sed in casu opposita & deducta per illũ Anto. accusatorem, & in consequentiam per procuratorem fiscalem proponuntur facta ante literas ducales. sequitur ergo, quòd non potest cõueniri, nec comparere personaliter. Et circa istum passum consideret do. iudicãs: quia licet Deus subegerit imperatori leges & Papæ canones: tñ sibi non subegit obligationes & ꝯtractus, ex quibus princeps ipse obligatur &

conuenitur. Ita pulchrè dixit Bal. in cap. j. de natura feu. in vsib. feud. & ibi etiam dicit: quod imperator fecit Papiæ comitem in multis castris. Postea vult illum deuestire. decidit, ꝙ non potest. facit tex. ille. Et ideo pulchrè dixit idem Bald. in conclusionibus iuris, ꝙ licet imperator sit dominus legum, non tamē est dñs morum. & idem Bald. in commento. l. 2. de seruitu. dixit, ꝙ licet imperator sit solutus legibus: non tñ est solutus a dictamine rationis ex eò: quia est animal rationale mortale. Et idem Bal. in l. princeps legibus solutus. ff. de legibus. dixit, ꝙ licet princeps sit solutus legibus: tamen non est solutus lege conuentionis & ꝯtus. & si aliter diceremus, sequeretur, ꝙ princeps non posset ꝯhere: qa cum substātia ꝯtus sit vltro citroq; obligatoria. l. Labeo. ff. de verbo. sign. si non posset obligari: sequeretur, ꝙ non posset contrahere. & sic esset deterioris conditionis, q̄ inferior, ꝙ esse non debet: quia cum sit omniū prę sul, esset omnium exul. & idem Bal. in l. qui se patris. C. vnde liberi. dixit, si imperator accepta pecunia dicat, tibi feudum indulgemus, ꝙ nihilominus est ꝯtus & obligatio. adeo ꝙ postea non poterit reuocare feudum: quia ligatur lege contractus. Facit, quod voluit idē Bal. in l. digna vox. C. de legibus. & ibi Cy. & quod voluit Innocen. in c. clipeus. de tempo. ordi. & cap. nouit. de iudi. & in c. nostra. de iniur. & quod voluit Innocen. in c. cū omnes. & in c. quæ in ecclesiarum. de constit. & quod voluit Barto. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & in l. semel. ff. de decre. ab ordi. faci. facit tex. singu. in c. j. de proba. & ibi plene per omnes, & per eundem Bald. Cum enim in casu nostro sit celebrata conuentio inter ipsum do. Ducem. & ipsum do. Iacob. ergo est seruanda, eoq; magis, cum interuenerit authoritas superioris, quæ est Rex Francię, sequitur, quòd astrictus hanc conuentionem seruare tenetur. ¶ Et si dicatur, quòd nō tenuit in delictis, quo casu non valet: vt l. si vnus. ff. de pac. §. illud nulla pactione effici potest, ne dolus pręstetur. Ad hoc respon. ꝙ procedit in dolo futuro: qa tunc datur materia delinquendi, sed quo ad dolum de præterito bene potest fieri conuentio. hinc est, ꝙ dominus bene potest remittere ingratitudinem factam de præterito. Facit, quod voluit Bal. in l. fi. C. de bo. lib. & in l. fi. C. de pac. & in rub. aliàs in l. j. ff. de re. diui. & in c. j. de feud. guard. Cū ergo in casu nostro ista couētio expressa facta fuerit de præterito, seqtur, ꝙ valet & tenet de iure, & per consequens est seruanda de iure. l. j. ff. de pact. c. j. eod. titu. cum simi. & per consequens stat pura veritas, ꝙ do. Dux tenetur obseruare dictam conuentionem, sed in dicta conuentione expresse cauetur, quòd non possit conueniri, inquietari, aut molestari. ergo sequitur, quòd ex hoc oritur exceptio impediēs litis ingressum. iuxta no. per Bal. in l. postquam liti. C. de pact. vbi multum pulchrè loquitur. & per Inno. in c. j. de lit. cōte. lib. 6. & in c. constitutus. de pact. Et idem voluit do. Pet. de Anch. in d. c. j. de lit. contest. lib. 6. vbi ponūt, ꝙ exceptio pacti de non agēdo impedit litis ingressum. & Ang. in authen. de liti. §. omnem. dicit, quòd exceptio pacti de non petendo impedit litis ingressum. Et pulchrè dixit do. Ant. in cap. veniens. de renun. quòd tacita renunciatio beneficij impedit litis ingressum. & idem dixit Pet. de Ancha. in d. c. j. ꝙ exceptio compositionis factæ in spiritualibus impedit litis ingressum. & ibi refert dictum Bald. in dicta l. postquam liti. Cū ergo do. Dux in casu nostro promiserit nō inquietare ipsum do. Iac. sequitur, quòd eius procurator nomine fisci non poterit eum conuenire. ¶ Et si dicatur, quòd tenetur cōparere personaliter. Ad hoc respon. quòd hoc tollitur ex verbis expressis in dictis literis do. Ducis dum dicitur, ne teneatur personaliter dictus do. Iacob. comparere. ergo apparet ex his, quòd domi. Iaco. non potest accusari ab illo Anto. nec a procuratore fisci in his, quæ retro cōcernunt interesse, & factum ipsius do. Ducis. ¶ Et per istud tollitur illud, quod posset opponi, quòd aut loquimur quo ad illum Anto. accusatorem: & tunc non teneatur comparere personaliter dictus Do. Iac. quia iam ille accusator destitit ab accusatione. & fuit licentiatus a D. Duce. Aut loquimur quo ad ipsum fiscum. & tunc teneatur do. Iaco. comparere ad instātiam procuratoris fiscalis: quia licet destiterit ille Ant. accusator nihilominus non præiudicauit iuri competenti fisco. ideo poterit agere procur. fiscalis pro interesse & iniuria ipsius fisci. l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publica. cum simi. Ad hoc respon. accusare delinquentes & punire delinquentem spectat ad remp. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. & in his, quæ spectant ad vtilitatem publicam, quilibet admittitur. l. in prouinciali. §. fi. cum l. sequen. ff. de oper. noui nunc. potuit ergo ille Anto. accusare do. Iacob. de crimine læsæ maiestatis. l. famosi. ff. ad l. Iul. maiesta. modo do. Dux admisit eius ꝓpositionem. postea admisit eius accusam, si postea eum licentiauit, est aduertendum: quia eū licentiauit propter calumniosam accusationem: quia non poterat illam probare. nec etiam poterat prouocare ad duellum, ex quo non probauerat indicia, vel coniecturas criminis. vnde talis licentia non prosequendi videtur esse quædam abolitio, quo casu semel abolita non possent instaurari. vt l. j. C. de aboli. ibi, ne semel finita instaurentur. & videtur nomē rei abolitum: vt l. libellorum. §. si accusator. ibi, nomē rei aboletur. ff. de accu. ergo sequitur, ꝙ procur. fisci non potest eadem accusationem instaurare: quia finita est per licentiam datam a principe illi accusatori. Ex eo: quia calumniosa fuit talis accusatio, vt est superius ostensum. ideo non poterit iudex, aut procur. fisci. prosequi. hoc decidit tex. in indiuiduo. in l. 2. C. de aboli. vbi dicit, quòd si accusator petijt abolit. corruptus a reo per pecuniā, & sic calumniosè petijt abolit. ꝙ tunc iudex per inquisitionem potest procedere, vt competens pęna ingeratur reo delinquenti. ergo sequitur a contrario sensu, ꝙ quando accusator calūniosè accusauit, & destitit ab accusatione, ꝙ illam accusationem non poterit iudex prosequi, nec etiam procurator fiscalis: non enim debet oriri iniuria, vnde iura debent oriri: vt l. meminerit. C. vnde vi. ergo sequitur, ꝙ procurator fisci non potuit, nec instituere, nec prosequi illam calumniosam accusationem: maximè quia a principe fuit data legitima illa accusatori ad desistendum. Item poterit apponi contra istam accusationem procuratoris fiscalis exceptis conuentis inter do. Ducem & do. Iacob. quæ est impeditiua litis ingressus: vt superius est dictum. Item poterit opponi illa exceptio orta ex illa conuentione, quòd non tenetur comparere personaliter. Item potest opponi exceptio loci non tuti propter collaterales inimicos ipsius do. Iacob. capitaliter ratione præteriti tractatus. Nā semel malus semper præsumitur malus in eodem genere mali, regula semel malus. in sexto. Item quia ex quo ille Ant. destitit, videtur quòd nullo modo do. Iaco. possit accusari a dicto procuratore fisci: quia nomen eius est abolitum ab accusatione. Item quia crimē illud nullo modo poterit probare. ergo accusatione non probante reus absoluitur. l. qui accusare. C. de eden. c. vt nostrum. vt eccle. benefi. c. cum dilectus. de succes. ab intesta. cū simil. ¶ Et si quispiam dixerit non obstare ea, quæ dicta fuerunt contra illum Antonium accusatorē, videlicet ꝙ erat īfamis, criminosus, homicidia inimicus ipsius

ipsius

ipsius domini Iacobi. Et sic non poterat accusare: quia ex quo sumus ī crimine læsæ maiestatis, in quo famosi admittuntur ad accusandum: vt d.l.famosi. ff.ad legem iuliam maiesta.nota in cap.tanta, de symon. Ad hoc respondeo, licet famosus non repellatur ab accusando in crimine læsæ maiestatis: tamen excluditur propter euidentem calumniam: quia calumniosè accusat: vt superius fuit ostensum. Item quia pp exceptionem impedientem litis ingressum repellitur, vt superius dixi. Ex istis multifariè, multisque modis ostensum est has conclusiones fore verissimas, & habere neruum veritatis, videlicet, quòd accusatio, aut propositio facta p ipsum Antonium de Lign. de iure non debuit admitti: quia inualida, nec super ea procedi poterit. ¶ Secunda conclusio, quòd procurator fisci non potuit de iure dictam accusationem institutam per illum Antonium prosequi, nec illam de iure instituere. Tertia conclusio, ꝙ do. Iacob. non tenetur respondere, nec mittere procuratorem ad opponēdum, ex quo locus non est tutus, nec comparere potest. Item potest opponere exceptionem impeditiuam litis ingressus, nec tenetur probare alias inimicitias, constito, quòd collaterales domi. Ducis aliàs tractatum fecerunt contra ipsum do. Iacob. ita vt est superius expressum, nec tenetur specificare in indiuiduo personas ipsorum collateralium, ex quo est sibi periculosum. Quinimo plus dico, quòd si do. Dux non seruat fidem & conuentionem vasallo, ꝙ vasal. eodem modo non tenetur seruare dño suo fidelitatem. Et ad hoc allego mirabilem tex. in cap. 1. de forma fide. in ver. dominos verò, & ibi dicit Bald. illum tex. esse optimum, & continere ius æquum & sanctum, ꝙ in quibuscunque vasallus debet esse fidelis domino, in eisdē dominus debet esse fidelis vasallo, alioquin dominus iudicabitur malefidus, & vas. poterit eum diffidere: quia debet perdere proprietatem feudi. Notent ergo valde illum tex. domini terrarum: quia terribilis est eis secundùm Bal. ibi. & ita concludo in fauorem ipsius domini Iacobi. ¶ Capio nunc aliam dubitationem: an duellum sit regulariter permissum, adeo, ꝙ sit recipiendum, vel offerendum. Host. in summa, de cle. pug. in duel. in princ. §. an sit. dicit, ꝙ non, immo fm legem Romanam reprobatur. l. negantes. C. de acti. & obli. & l. vnica. C. de gladiato. li. 11. quàmuis enim Golias, & Dauid simul pugnauerint: non tamē pro lege teneri debet, quia talibus Deus tentari videtur: vt 2. q. 5. monomachiam. & per Hostien. in summa de purgatione vulgari. §. quare sit prohibita. Deus autem tentari non debet. 22. quæst. 2. quæritur. Nec obstat, quòd crimen læsæ maiestatis dicitur crimen perduellionis. l. fina. ff. ad leg. Iulia. maiesta. l. Pantonius. §. rei perduellionis. ff. de acquirend. hæred. non enim ideo dicitur perduellionis, vt duellum admittatur in eo, sicut quidam intellexerunt, & malè, sed dicitur perduellionis, idest crimen hostis, vel hostile. l. quos nos hostes. ff. de verborum significa. & not. idem Hosti. in summa de maledic. §. 1. sub. §. alij maledicunt, nec valet consuetudo loci, sicut quidam dicere voluerūt inducentes pro se illud, quando miserat crimen non erat. 22. q. 4. cap. obijciuntur, quia illud ꝯcessum fuit diuina reuelatione: quia nephas quandoque etiam phas dicitur, per quam sic Iacob a mendacio, & Israelitæ a furto, & Sanson ab homicidio excusantur. cap. gaudemus, de diuor. §. quia verò pagani. Nec admittas distinctionem illorum, qui dicunt, referre, an quis offerat, vel oblatum sponte suscipiat: & tunc mortaliter peccat, vel vtrum iudice præcipiēte, vel cum aliter euadere non posset, vel res suas saluare: vt tunc excusatur, arg. de hom. c. interfecisti. l. vt vim. ff. de iustitia & iure. potius enim debemus iacturā rerum sustinere, quàm huic malo consentire. c. suscepimus, de homicidio, & omnia mala pati. 32. quest. 5. ita. vnde clericus, qui duellum offert, vel duellum sponte oblatum suscipit, siue victus, siue victor de iuris rigore est deponendus. c. j. de cle. pug. in duel. lex tamen lombarda in multis casibus admittit duellum, & constitutio Federici in §. si quis hominem, de pace ten. sed nō debet aliquo casu admitti: quia probatio deceptoria est. Et ideo sententia lata non transit in rem iudicatam. Ita formaliter dixit Hostien. in loco præalleg. Et sic reprehendit opi. Placent. positam instit. de hæredi. quæ ab intesta. §. per contrarium. & idem voluit glo. in d. l. vnica. C. de gladia. lib. 6. quæ colligit argum. ex illo text. ꝙ duella non admittuntur. Istud etiam sequitur ibi Andr. de Barulo, pro quo facit. d. l. negantes. vbi dicitur, ꝙ debitores non sunt cogendi soluere metu, vel ferro: sed iudicialiter. pro quo facit ratio: quia vsus armorum est prohibitus, vt in rubrica, vt armorum vsus. lib. 11. & quia non debet prætor permittere, quòd homines veniant ad arma. l. æquissimum. ff. de vsufruct. Facit etiam ratio viua, & inconuincibilis, cum aliquid aliquo iure prohibetur, etiam videtur prohibitum omne id, per quod deuenitur ad illud. c. cum quid vna, de reg. iur. lib. 6. l. oratio. ff. de sponsa. cum similibus. Sed iure diuino prohibetur homicidium, iuxta illud Deuteron. 5. cap. non occides, & per duellum deuenitur ad homicidium: ergo sequitur, ꝙ videtur prohibitū iure diuino duellum. Facit etiam: quia ille actus est prohibitus iure diuino, qui est alienus a fonte charitatis: nam charitas est fundamentum omnium virtutum, & exclusiua vitiorum, de pœni. dist. 2. charitas enim, & alienum a charitate sapit peccatum, & sic inhibitum iure diuino. Sed hoc genus duellandi est huiusmodi: quia duellans tendit, vt deuincat proximum, & sic non diligit, ergo iure diuino est inhibitum, & per consequēs non est admittendum. ¶ Facit etiam, ille actus
3 est prohibitus† iure diuino, per quem Deus tentatur iuxta illud, quod dixit dominica veritas, Deū tuum non tentabis, sed illi soli seruies, sed hoc duellum est huiusmodi: quia per illud quæritur id, quod natura non est producibile, nisi miraculo ipsius Dei, vt propriè est in duello purgationis: nam naturale est, ꝙ fortior & ingeniosior vincat minus fortem & minus ingeniosum, nec econtra fieri potest ordine naturali. Sed aliquando minus fortis & minus ingeniosus fouet iustitiam, & per duellum succumbit, quamuis duellum subierit, vt victoriam obtineat, & ipsius iustitia declaretur sic, ergo Deus tentatur, vt miraculum faciat. Faciat etiam: quia ille actus, per quem Deus tentatur, est prohibitus iure diuino: vt in cap. monomachiam, & in cap. consuluisti. 2. quæst. 5. Sed duellum est huiusmodi, vt ibi, ergo &c. Itē ille actus est prohibitus iure diuino, per quem innocens damnatur: nam Deus nō vult damnari innocentem. 22. quæst. 2. quæritur. Sed hoc duellum est huiusmodi, & in ca. significantibus, de purga. vulga. ergo etiam est prohibitum iure gentium tale duellum, quòd sic ostendo, ille actus est prohibitum iurisgentium, qui repugnat naturali ęquitati, super qua fundatum est iusgentium: sed duellum purgationis est huiusmodi: nam æquitas iurisgentium dictat, delinquentes puniri, & innocentes absolui. Et in hoc duello quandoque contingit contrariam, ergo inhibitum est iuregentium. Item prohibetur etiam istud duellum iure canonico, vt per totum titu. de cle. pug. in duel. Et etiam prohibetur iure ciuili, quòd sic demonstro, ille actus est prohibitus iure positiuo, per quem fit exclusio obseruantiæ iuris positiui: nam si obseruantia est mandata a lege positiua: ergo obseruātiæ exclusio

clusio est inhibita, vt sicut propositum in proposito, ita oppositum in opposito. l. 1. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. sed duellum purgationis est huiusmodi. Nam iure positiuo sunt introductæ actiones tam ciuiles, quàm criminales & tota forma iudiciaria, per quam producitur ad iura partium declaranda, vt l. properādum. C. de iudi. auth. offeratur. & l. vnica. C. de litis contest. & l. prolatam. C. de senten. & interlo. om. iudic. cap. quoniam contra, de proba. vt vnicuique tradatur, quod suum est. 12. q. 2. c. cum deuotissimā. l. iustitia. ff. de iustitia & iure. Sed duellando hæc obseruantia penitus excluditur, ergo hoc duellum purgationis est iure positiuo inhibitum. Et firmatur: nam ille actus est a iure positiuo prohibitus, per quem partibus iustitia denegatur, & eisdem iniuria irrogatur: quia ad hunc finem promulgata sunt iura positiua diuinitus per ora principum. 8. dist. cap. quo iure. l. 1. C. de præscript. long. tempo. 16. q. 1. cap. placuit. Sed duellū purgationis est huiusmodi: quia per illud aliquando contingit innocentem succumbere in duello, & sic iniuriam sibi irrogari, & aliquā do contingit nocentem obtinere, & sic non fit iustitia, ergo hoc duellum, quod fit per purgationem & criminis impositionem, est prohibitum iure positiuo, & per consequens iure ciuili. Facit etiam glo. in l. cum filius. §. final. ff. de legat. 2. vbi dicit, duellum non esse permissum, & sic est contra opin. Placen. & ibi dicit dom. meus Ioan. de Imo. quòd secundum legem feudorum duellum videtur permissum: vt in c. 1. §. si quis hominem. & in §. si quis aliquem. & in §. si miles aduersus militem, de pace tenend. Et post multa concludit ibi Ioann. de Imol. de iure diuino, & de iure canonico est indubitanter prohibitum duellum. Videtur etiam postea dicere, quòd leges aliæ contrariæ non valeant, ex quo dicit, non posse defensari de iure, quòd recusans duellum, etiam si ante acceptasset, & etiam si esset casus permissus per legem feudorum, vel per legem lombardorum, nullam incurrit pœnam, immo licitè recusare potest. & dicit ita aliàs in quæstione facti fuisse consultum per obseruādæ memoriæ Franciscum de Ramponibus, & Angel. de Perusio. & sic renuncians duellum iam acceptatum non potest portari depictus in tarcheta, cuius contrariū obseruant moderni stipendiarij secundùm eum & malè: quia contra ius. Dicit etiam ibi Ioan. ꝙ ex quo secundùm legem Romanorum duellum nō est permissum, non ligaretur lege Lombardorum, & ibi refert dictum Ioan. de Ligna. in tractatu suo de duello. vbi tenuit, non esse permissum iure positiuo. Et ibi dixit etiam Rapha. Cu. se stare huic conclusioni, quòd in nullo casu duellum est permissum, per d. l. 1. C. de gladiato. & per cap. 1. de cleri. pug. in duel. nec iussus, nec licentia superioris excusat secundùm Raph. Et est accurate ponderandum, ꝙ licet Ang. Paduæ disputando tenuerit, quòd immo in terris imperij duellum est permissum, maximè vigente consuetudine in iure: tamen non consuluit, vbi maturius rem examinauit, quam fecerat disputando: consuluit enim contrarium cum D. Fran. de Ramp. & sic licet disputando, vt copiosior & subtilior esse videatur, aliter tamen consulendo tenuit veritatem. ¶ Et si quispiam dicat, quòd cōsuetudo viget in multis locis, vt duellum sit licitum. Ad hoc respon. quòd omnis licentia concessa a Papa, & omne statutum, & omnis consuetudo sunt nullius momenti: quia constitutiones summorum Pontificum prohibent torneamēta, & duella cruēta tam ratione peccati, quod incurrunt: quia tentatur Deus, quam etiam quia occisiones & membrorū debilitationes sequuntur, quàm etiam: quia subiacet periculum animarū & in eodem iure prohibitæ sunt consuetudines tanquam temerariæ, & peruersæ, vt in capitulo 1. de purga. vulga. coniunctio. capitulo 1. de torneamen. & capitulo 1. & 2. de cler. pug. in duel. vnde cum superior reprobet consuetudines & statuta apparet, quòd nulla licentia concessa ex consuetudine & statuto aliquid operetur: vt in authen. nauigia. C. de fur. auth. cassa. C. de sac. san. eccle. l. fina. C. de vsur. Dominicus in c. fi. de consue. Bal. in l. dudum. C. de contrahen. empt. Vinc. in cap. statutum, de elec. & in cle. si vna. de reb. eccle. non alie. & in l. 3. §. diuus. ff. de sepul. viola. Sal. in repetitione. l. de quibus. ff. de legibus: nam ex eo, qa canones faciunt duella illicita, & reprobant consuetudines, & statuta tanquam temeraria, nulla consuetudo operatur aliquid. cap. 1. de consue. lib. 6. vbi prohibitum tanquam illicitum a canone nullo modo prætextu alicuius consuetudinis potest fieri licitum & impunibile, ita ꝙ quò ad istum articulum casus est ibi. Hoc etiam probatur: quia statutū & consuetudo non differūt, nisi vt scriptum a non scripto. l. de quibus. ff. de legibus. Sed nulla consuetudo cuiuscunque temporis inducta contra neruum ecclesiasticæ disciplinæ seruanda est, vel etiam contra libertatem ecclesię, de ele. cap. cum terra. c. sacrosan. & cap. messana ecclesia. not. Bernar. in c. cum tanto, de consue. sed dictum statutum, seu cōsuetudo esset contra neruū ecclesiasticæ disciplinæ: quæ non vult Deum tentari, nec homicidium fieri, aut aliud perpetrari, vbi subesset periculum animarum, ergo statutum & consuetudo nulla. Cum omnes rationes & causę prohibitiuę in tali statuto & consuetudine inueniatur concurrere. Etiam pulchrè dicit Inno. in c. fina. de cōsue. quòd vbicunque consuetudo, vel lex municipij aliquid introducit contra ius commune positiuum, quòd non potest induci citra peccatum, quòd illud ius commune lege speciali aut consuetudine tolli non potest. Cum igitur hominem occidere sit peccatum, ergo non potest induci statuto aut consuetudine: vt est duellum, quod hodie est prohibitum. Et per hoc tolluntur consuetudines locorum, in quibus censetur duellum permissum & licitum. ¶ Et ex istis tolluntur ea, quæ possent opponi, ꝙ immo duella & bella sunt permissa, vt habetur exodi. 17. c. elige viros, & aggredere pugnam contra Malach. & Leuitici. 26. c. persequimini inimicos, & corruent coram vobis. & numeri. 14. ca. nolite rebelles esse contra Deum, neque timeatis populum terræ huius: quia sicut panem ita possumus eos deuorare, & numeri. 21. ne timeas illum: quia in manu tua tradidi illum, & omnem populū, & terram eius. & numeri. hostes vos sentient, & percutite eos, & numerate, inquit, ex vobis viros ad pugnā, qui possint vltionem domini explere, & numeri 22. nūquid fratres vestri ibūt ad pugnam, & vos sedebitis. Item habetur numeri 44. disperdite amicos habitatores regionis illius, habitantes terræ, qui remanserunt, erunt vobis quasi claui in oculis, & lanceæ in lateribus, & aduersabuntur vobis in terra habitationis vestræ. Item Iosuæ. 15. capit. vade interfice peccatores Amalech, & pugnabis contra eos vsque ad interemptionem eorum. Item scribitur. 4. regum, afferte mihi gladium, & habetur Esdræ. 9. ca. non quæratis pacem, & prosperitatem eorum vsque in æternū. Item habetur Ieremiæ. 45. portate scutum & clipeum, & procedite ad bellum, iungite equos, & procedite ad bellum, & state in galeis, & tollite lanceas, & induite vos loricis. Item etiam Ieremiæ. 49. maledictus, qui prohibet gladium a sanguine, & Ezechiel. 11. c. gladium meruistis, & gladium inducam super vos, Oseæ. 10. cap. prælium super filium iniquitatis iuxta meum desiderium corripiam, & Ioel. c. fi. concudite

aratra vestra in gladios, & ligones vestros in lãceas. Item habetur in canticorum 10. quia dominus cum eis est. Item Machabæorum 2. pugnemus aduersus eum, & mouemini omnes sicut mortui sunt fratres vestri in occultis, & radicatio in cap. adducatis nos omnes fractores legis, & vindicare vindictam populi mei. Item Machabæorũ 4. c. accingimini, & estote parati ĩ mane & pugnetis aduersus nationes, quæ conuenerũt disperdere vos, & sancta vestra: melius est mori in bello, quam videre mala gentis vestrę & sanctorum. Item Machabæo. 11. tu solus resistis nobis: si ergo confidis in virtutibus, descende ad nos in campum, & psalmo 161. Benedictus dñs Israel, qui docet manus meas ad prælium & digitos meos ad bellum. Quia ad omnes authoritates potest responderi facile, vt voluit Host. in summa de cle. pug. in duel. ꝙ Israelitæ fuerunt excusati a furto, Iacob a mendacio, Sanson ab homicidio: quia istud accidit diuina reuelatione, & propter peccata eorũ, & per consequens ex prædictis apparet, quòd duellum est prohibitum. Licet Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. in ver. 8. quæritur. quęrat, vtrum duellum inter duos sit licitum, cum alter diffamatus coram rege non posset aliter recuperare gratiam regis, & videtur, quòd sic: quia accusatus facit probabile, item quia licitum est infamiam suam repellere. l. vt vim. ff. de iusti. & iure. In contrarium arguit: quia vt dicit lex lombarda sub iusto clipeo iustus quandoque perribit, item ius canonicum prohibet. Soluit ibi Bald. dicendum est, ꝙ ex maxima causa ex permissu superioris est licitum, aliàs non, vt not. insti. de hære. quæ ab intesta. §. per contrarium. in ver. perduellionis, allegat. l. 1. C. de gladia. lib. 10. & sic Bald. ibi videtur sequi gl. in d. l. 1. quæ voluit, quòd non sit licitum duellum. Et ita etiam potest responderi ad id, quod voluit Bald. in l. fina. C. de prob. & in l. si penes. C. depositi. & in l. j. C. de dedititia lib. tol. & in d. c. j. §. si quis hominem, de pace tenen. licet aliter dixerit Ang. in disputatione sua, quæ incipit duo nobiles gallici. Et quòd non sit licitum duellum, in nullo casu etiam tenent moderni in rubri. de cle. pug. in duel. Ex istis modò infertur ad illud, posito, nõ tamen concesso, quòd duellum esset de iure permissum, ꝙ tamẽ non est, vt est dictum, tamen isto casu duellum concedi non debet. Et ad hoc allego illud, quod dixit Bal. in d. l. cum filius §. fin. de leg. 2. vbi dixit, se audiuisse ab imperatore, ꝙ plura sunt necessaria in isto duello. Primò, quòd ille, qui prouocatur, sit diffamatus, vel suspectus. Secundò, quòd non possit probari per veram probationem, & ideo pulchrè dixit Hostien. in summa, de cle. pug. in duel. in princ. quòd duellum est pugna prohibita, quæ offertur, & recipitur probatione deficiente. Tertiò requiritur, quòd ille, qui prouocat, sit maior, vel par. nam minori non licet prouocare maiorem: quia non licet sibi ascendere. Quartò requiritur, quòd causa sit personalis, & non pecuniaria: nam vbi ageretur solum de terris, non reperitur duellum. Quinto requiritur, quòd non sit electa via strepitus iudicij, sed via armorum, ita dicit se audiuisse ab imperatore & a Cardinale Bononiẽsi. Et idem Bal. in l. qua actione. §. si quis in colluctatione. ff. ad leg. Aquil. dicit, quòd deuenitur ad duellum, vbi res aliter terminari non potest, & ꝯtra prouocatum ad pugnam sunt præsumptiones, aliàs nõ cogitur acceptare bellum duelli, nisi diffamasset appellantem ad bellum de graui scelere, puta si eum proditorem vocasset, & ita dicit, quod loquitur ius lombardorum. Modò in proposito nostro iste dom. Iacob non est diffamatus, vel suspectus de isto crimine: quia hoc non est probatum. ergo sequitur, quòd non potest prouocari ad duellum. Item crimẽ istud potest probari per veram probationẽ: quia ille Ant. opponit, quod voluit dom. Iacob. dare castrum Vercellarum domi. Duci Mediolani, qui recusauit. Et clarum est, quòd domi. Dux per suum oratorem iurauit non esse verum. Et sic potuit probari istud crimen per domi. Ducem Mediolani: & tamen ipse dicit contrarium. Item potuit probare per eos, qui habebant custodiam dicti castri, & sic apertè probare: ergo nõ potuit peti duellum. Item requiritur, quòd ꝓuocans ad duellũ sit maior, vel par ipsi ꝓuocato: sed dictus Anton. non est maior, nec est similis dicto D. Iaco. nec in nobilitate, nec ętate, nec in membris: ergo sequitur, ꝙ non potuit prouocare ipsum dom. Iaco. ad duellum. Item iste Anto. non probauit indicia vel coniecturas: quia pugna æquiparatur torturæ, quæ non debet fieri nullis indicijs præcedẽtibus, ita dixit Bal. in d. c. 1. §. si quis hominem, de pace tenen. ergo non potuit prouocare dictum domi. Iaco. ad duellum. Facit etiam, quod voluit idem Bal. in l. j. C. de dedititia li. tol. vbi dicit, ꝙ interdum duellum est experimentum innocentiæ, & tunc fit in defectũ aliarum probationũ, & est legibus valde odiosum, allegat. l. j. C. de gladia. libr. 11. & refert in lombarda, sub iusto clipeo multos perijsse videmus. Cum ergo in casu nostro non sit dare defectum aliarum probationum, ergo non potest prouocari ad duellum.

¶ Facit etiam, quod dicit Bald. in d. cap. j. de pace tenen. vbi dicit, quòd habẽs duos oculos prouocat ad duellum illum, qui habet vnum oculum tantũ, debet vnus oculus sibi claudi, & idem dicit in digitis, & alijs membris, item etiam dicit, ꝙ ille, qui attigit. 40. annum, vel est minor 25. annis pro se minimè pugnare tenetur, maximè quando imparitas est etiam quò ad exercitium: quia do. Iac. est doctor, nec exercitatur in arte pugnandi iuxta illud, quod præclarè scribitur apud Ciceronẽ in oratione, quam pro Lucio Murena bellissimè perorauit, vbi inquit. vigila tu de nocte, vt tuis consultoribus respondeas, illè vt eo quo intendit maturè cum exercitu perueniat, te gallorum, illum buccinarum cantus exuscitat. Tu accusationem instituis, ille aciẽ instruit. Tu caues, ne tui consultores, ille ne vrbes aut castra capiãtur, & apud Lucanũ in 7. Cæsar in concione, quam habuit ad suos pugiles circa prælium ineundum, gloriatur se, & suos commilitones pugnaturos cũ viris grecis studio literarum deditis, & sic imparitas est inter istum Ant. & istum magnificum do. Iac. ætate nobilitate exercitio membrorum aptitudine, & dispositione. Et nec est diffamatus de huiusmodi crimine, nec etiam sunt probata indicia criminis, aut coniecturę, ergo non potuit prouocari ad duellum. Et per ꝯñs partes domini iudicãtis essent in pronunciando & declarando duellum esse illicitũ, nec posse offerri, nec acceptari, nec dictum do. Iac. potuisse prouocari ad duellum. Facit etiam glo. in c. monomachiam. 2. q. 5. quæ dicit, ꝙ etiam de iure ciuili est prohibitum duellum, allegat. d. l. 1. C. de gladiato. & etiam quod de Dauid & Sansone, & de multis alijs fuit instinctu spiritussancti. Et sic patet so. ad multas authoritates veteris testamenti, quas supra allegaui. Et ibi glos. colligit arg. ꝙ non est arguendum ab exemplis. Facit etiam, quod habetur in extrauaganti. Io. 22. quæ incipit, quia in futurum, quæ dispensat in pœnis, quę imponebantur ex torneamentis. Et ex istis concludo in fauorem magnifici do. Iacobi.

EPITOME.

¶ Emphyteusis ecclesiastica nõ transit nisi in descendentes eius, cui concessa est. Ecclesia non tenetur ad pretium meliorationũ refundendum hæredi extraneo.

SVM-

SVMMARIVM.

Emphyteusis in re ecclesiastica in perpetuum concedi non potest.numero 1.

Emphyteusis ecclesiastica ad extraneos hæredes transire non potest.numero 4.

Ecclesia alteri ecclesiæ cum solennitate perpetuam emphyt.concedere potest.numero 5.

Emphyteusis est,quando datur sub modica pensione ad meliorādum,& sub spe reuersionis ad dominum.nu.7.

Emphyteusim si quis accipiat ab ecclesia pro se & hæredibus quibuscunque,non comprehenduntur extranei.nu.8.

CONSILIVM LXIII.

IDcirco supremum, maximum ac altissimum Deū humiliter huic consultationi inuoco,vt pijssimo Saluatore nostro Iesu Christo medio veritatem huius consultationis mihi aperiat, eoq; magis:quia causa ecclesiȩ Lauden.est.Libet ergo illud afferre in medium,quod diuina ferūt carmina. Exurge Deus causam tuam adiuua.Et extat dubitatio nō medio cris. Obseruandæ memoriæ Nicolaus quintus commisit suo delegato, vt si in euidentem ecclesiæ vtilitatem cederent narrata, ꝙ tūc concederet dicto comiti dictas res in emphyteusim sibi & hæredibus, & successoribus suis in perpetuū. Iste comes mortuus est sine descendentibus, verum ex tenore illius concessionis comprehenduntur hȩredes extranei.Et mihi videtur recto iudicio ꝙ non,immo restringuntur illa verba ad descendentes comitis,quod sic demonstro ad oculum.Difficultas huius quȩstionis pendet ex duobus.§.videlicet,in auth.de non alie.§.emphyteusim.& in auth.de alie.& emphyteu.§.licentiam, in d.§.emphyteusim.dicitur,emphyteusim ecclesiasticam non transire nisi in filium & nepotem accipientis, siue in eius coniugem,si de eius coniuge est
1 facta mentio:quia perpetua † emphyteusis in re ecclesiastica est prohibita:vt in §.si verò est perpetua, & in §.alienationis autem nomen.ex quo sequitur, in hæredem extraneū transire non potest:quia qua ratione posset transire in vnum,eadem ratione posset transire in quemcunque successiuè,& sic in infinitū istud elicitur ex dictis iuribus. Modò si dicatur mihi amice,ista iura sunt correcta per §.licentiā, in auth.de alie.& emphy.& quia bulla papalis voluit, ꝙ in perpetuum concederetur pro se & hæredibus, & successoribus suis ī emphyteusim.Stat modo difficultas circa intellectum.d.§.licentiā.super hoc pendet omnis conflictus disputantium , & docentium, Deus supremus mihi tenui,& pauperi ac indignissimo peccatori aperiat veritatem.dicitur in d.§.licentiam damus prædictis venerabilibus domibus, non solùm ad tempus,sed & perpetuò hoc emphyteutico iure volentibus dare. Ista sunt formalia verba illius §.ex quibus videtur inferri,quòd cum perpetuo possit concedi iure emphyteutico , ꝙ si concedatur perpetuo intelligatur etiam , quo ad hæredes extra-
2 neos,ex eo:quia illud dicitur esse perpetuū , † quod est sine præfinitione temporis:vt l.eum debere.ff.de serui.vr.prædi.& l.3.ff.de excep.gloss.in l.1.ff.pro socio.illud enim dicitur perpetuo cōcedi,quod in omnem heredem transit,dummodo soluat pensionem insti.loca.§.adeo. Ad istam potest responderi.& assumo vnum fundamētum potissimum,ꝙ hæres ecclesiæ non possunt ꝯcedi perpetuo,vt trāseant in quoscunque hæredes.Iste est tex.in §.alienationis.& in §.si vero etiam perpetua.in authent.de non alie. Nec obst.§.licentiam,qui tex.pro certo turbauit spiritus omnes maiorum nostrorum:quare dico,ꝙ ille §.est hodie correctus per tex.ad hoc formalem in c.nulli, de reb.eccle.non alie.& in hoc non habuerunt animaduersionem maiores nostri doctores,dicitur ibi, nulli liceat alienare rem immobilem ecclesiæ,& sic loquitur prohibitiuè,& ponderet hoc do.iudicans: quia quȩstioni prohibitorię non potest quis renunciare , vt decidit glo.quæ reputatur singu.in l.a diuo Pio.ff.de ritu nup.& voluit Bald.in l.quos prohibet. ff.de postu.& ad hoc allegat Cyn.in l.si mulier.C.ad velleia.& in l.j.C.ne fideiuss.do.den.idem voluit Bal. in tractatu scismatis in 3.col.& in l.2.C.vt in poss.leg. & ita consuluit Pau.de Cast.consi.346.subdit postea tex.d.capi. nulli.alienationis autem verbū continet emphyteusis perpetuum contractum,& apponit pœnas legales ille text.venienti contra illum tex.& præsupponit ille tex.ꝙ res ecclesiæ non possint dari perpetuo in emphyteusim , & emanauit illud.cap.nulli.post illum.§.licetiam.etiam vtitur illo verbo continet,quod verbum importat propriū significatum vocabuli, vt sing.dicit Bar.in l.cui eorum.§.affinitatis. ff. de postu.vbi dixit, ꝙ propriè appellatione nepotis venit nepos ex eo : quia.d. verbum vtitur verbo cōtinetur.Papa enim sciebat emanasse.d.§.licentiam,ꝙ aperto ore apparet:quia ibi ad finem contineat pœnas legales:& tamen disponit rem ecclesiæ non posse dari perpetuo in emphyteusim : vnde sequitur indubitanter,vel quod ille.§.licētiam,est correctus per d.cap.nulli,vel vt euitemus correctionem dicamus, ꝙ aut conceditur perpetuo in descendentes:& tunc procedat.d.§.licentiam.aut conceditū Titio . & eius hæredibus & successoribus quibuscunq; & sic hȩredibus extraneis : & tūc corrigatur quo ad numerum,non quo ad qualitatem hȩredum,& iste intellectus erit capiendus, vt ex toto non corrigatur ille.§.licentiam. & per consequens aut dicemus , ꝙ res ecclesiæ non possint dari in emphyteusim perpetuo,vt est tex.manifestus in d.c.nulli, vbi prohibent rem ecclesiæ dari perpetuo in emphy.& potius stan dū sit iuri canonico , quàm iuri ciuili quo ad res ecclesiæ , quæ sunt ipsius Iesu Christi.1.q.3.c.Saluator. cap.in canonibus.16.q.1.c.conuenior.23.q.8.c.tua. de deci.c.nulli.& c.qui abstulit.12.q.2.c. cum ex eo, de ele.lib.6.glo.in c.causa carpensis,de ver.sig.Inno. in c.cum super,de causa poss.& proprie.& in c.in literis,de resti.spol.ideo regulabitur iuribus editis ab eo,qui tenet vicem ipsius principis Iesu Christi , vel dicemus, ꝙ res ecclesiæ possunt dari filijs & descendentibus ipsius emphyteu.in perpetuum.& sic videtur,ꝙ d.c.nulli.suscitauerit illum.§.emphyt.¶ Et si quispiam dixerit,ꝙ illud.c.nulli.loquitur,cum alienatur res ecclesię sine solennitate.Respondeo,istud non esse verū:quia tunc ille tex.poneret casum non dubium,ꝙ non est dicēdum.l.ꝙ Labeo.ff.ad carbo. l.ancillæ.C.de fur.c.cum in iure peritus , de offic.de leg.quia cum statutum esset iam , rem ecclesiæ alienari non posse sine solennitate,& sine iusta causa,vt cap.sine exceptione.12.q.2.cum si & per ꝯñs.d.cap. nulli.ponit nouum casum,ꝙ est in hac consultatione mirabile, vt sopiātur altercationes doctorum super d.§.emphy.& ad d.§.licentiam.¶ Et si quispiam diceret mihi,amice,ille tex.c.nulli.loquitur eo casu quo pōt fieri talis alienatio,ꝙ potest dari in emphy. Ad hoc respondeo, ꝙ tenendo , ꝙ non possit res ecclesiæ dari in emphyt.perpetuo , vt probat text.d.§. emphy.dico,ꝙ talis intellectus ad cap.nulli.non potest colligi:quia resultat absonus intellectus,vt probatur in l.2.C.de cond.inser.& in l.conuenticulam. C.de epi.& cle.& glo.in c.nullus,de foro competen. & in c.cum Apostolica,de his quæ fiunt a præla.Vel posset sic responderi,ꝙ in totali alienatione requiratur solennitas canonica & causa. ideo nunc dēt considerare, an in tali datione in emphyt. interuenerit solennitas

solennitas & causa: tunc enim sicut permissum alienare in totum rem ecclesiasticam, ita poterit alienari in parte. Et ideo tex. in d. c. 2. de reb. eccle. non alie. li. 6. dicit in forma, & casibus a iure permissis. alienatio. n. talium rerum requirit formam & causam. Secundò pondero tex. d. c. nulli. dum dicit, ꝙ ab hmôi alienatione abstineant oẽs sacerdotes, & sic cũ præcedant verba, quę comprehendũt emphy. sequitur, ꝙ oẽs sacerdotes debent abstinere a tali datione in emphyt. perpetuã, & sic correctus est. d. §. licentiam, vel debet restringi, qñ datur per ius canonicum, per petuo alicui pro se & suis descendẽtibus. Et adduco vlterius, ꝙ per. d. c. nulli, videt̃ correctus. d. §. emphy. inquantum voluit posse dari in emphyt. ecclesiæ in tertiam generationem: quia hodie vr̃ habere locũ per d. c. nulli. Et ideo Bald. in loco satis peregrino, videlicet in c. 1. de feu. da. inuicem legis commis. dicebat, ꝙ §. emphyteusim. habet locum in emphy. præscripta, ꝙ est mirabile: quia vr̃, ꝙ eodem modo ille. §. licẽtiam. habeat locum in emphyt. præscripta, sed istæ res non sunt emphy. pręscripta ergo sequitur, ꝙ frustra ad hanc consultationem allegatur. d. §. licentiam. & d. §. emphyt. est hæc consideratio sanè excelso viro digna. Tertiò pondero. d. §. licẽtiam. in d. ver. licentiam. ꝙ importat arbitrium boni viri: vt voluit Bar. in l. alia. ff. de ali & ciba. leg. & do. Petr. de Anch. in clemen. 1. de foro comp. in 14. notabili. cum ergo sit correctorius. ergo debet strictè intelligi: vt l. si vero. § de viro. ff. sol. ma. Ideo dicamus, ꝙ † vt excludamus iuris correctionem, impropriamus verba vocabuli de proprio significato ad improprium, vt est gl.
10 Spec. in tit. de accus. §.1.ver. quid si. in fi. refert Ang. in l.j.§.fi.ff.quod quisque iur. Bald. in l. si quis non. dicam rapere.C.de epis.& cleri.& in l.3.C. de seruis fugi. Cy. in l.j.& in l. is qui cum telo.C.de sicar. Ioan. An. in c.in pœnis. de re.iur.li.6.& in c. perpetuò. de elec.lib.6.Bar. in l.j.§.j.ff.de sica. Io.de Imo. in c.j. de præsump. Bal. in l. si quis seruo.C.de fur.do. Cardi.& Do. Abb. in c.1. de eo qui mit. in posses.& quod voluit Ioan.de Imo. in c.2.de solu. sequitur ergo, posito ꝙ tentauerit huiusmodi vitium: tamen ex quo non perfecit, sequitur, ꝙ non debet puniri, & per consequens non debet fieri separatio thori, potest facile responderi, & est aduertendum, ꝙ Inno. in d.c.1. de adul. dicit, ꝙ si maritus voluit trahere vxorem ad crimen, siue sit Sodomiticum, siue aliud crimē, potest separari. & ratio est: quia non debet expectari effectus: quia peccatum cum consumatum fuerit, generat mortem, & ex quo agitur de pacto futuro comittendo, debemus illi obuiare, vt dixi superius in præsuppositis: sed non potest obuiari, nisi per separationem thori: ergo sequitur, ꝙ debet fieri separatio: qa datur regula, ꝙ si non possum deuenire ad permissum, nisi cum prohibito, possum vti prohibito, vt deueniamus ad permissum, vt singu. probatur in l. si victum aut stratum.ff.de re iudica.& cum illo dicto transeunt omnes scribentes nemine discrepante, ꝙ si maritus voluit trahere vxorem ad crimen, licita est separatio, & voluit Ludo. Ro. in rub.ff.so.mat.& ibi etiā dixit, ꝙ text. d.c. omnes causationes. probat, ꝙ propter tale vitium potest separari matrimoniū. & facit: quia in attrocioribus punitur effectus, licet non sequatur effectus: † vt d.l. si quis non dicam rapere: sed istud est pessimum crimen & horrendum, vt superius est probatum, ergo punietur effectus.

¶ Et si quis supremi ingenii doc. aduertat accuratè, hic non agitur ad pœnam: sed solum agitur, vt obuietur peccato futuro, ad quod faciendum omnia iura summopere tendunt, vt superius dixi. & ideo ista separatio potius fit, vt illa mulier non efficiatur aliena a lege ipsius Dei viui, quàm vt maritus puniatur. ideo in proposito frustra allegatur illud dictum Spec. Ang. Cyn. Bald.& sequacium: quia ibi loquuntur, quando ageret, vt puniatur tentans homicidiū & non perficiens, quo casu: quia agitur de pęna corporis afflictiua, est derogatum omnibus legibus punientibus conatum: vt non habeant locum, nisi perfecto delicto. iste non est casus noster: quia non agimus ad pęnā corporis: sed agimus, vt obuiemus delicto futuro, & sic sumus in casu separato & diuerso. Qunimmo dico, ꝙ illa cōsuetudo non habet locum in crimine læsæ Maiestatis, vt refert Ang. in d.l.1.§.fi.& est ratio: quia est crimen qualificatum, quo casu idem dicemus in crimine Sodomiæ, vt dictum qualificatum & pessimum non veniat in generali consuetudine disponente de delicto non consumato, vt in simili dixit do. Pet. de Anch. in d.c. cum non ab homine. de iudic.& in d.c. ea, quæ. de regul. iuris. lib.6. vt superius retuli, & sic non ob. illud dictū Spe.

¶ Et etiam ponderent Moderni iudices malæficiorum: quia videtur mihi, ꝙ illa consuetudo non teneat: quia est cōtra legem diuinam: quia Exodi. 22. alias dicitur, si quis percusserit aliquem animo occidendi morte moriatur. Ecce nunc, ꝙ lex diuina voluit punire pęna mortis percutientem animo occidendi. ergo sequitur, ꝙ non potuit consuetudo derogare iuri diuino: quia in hoc videtur esse corruptela, vt in c.fi.de consuetu.c.quæ ad perpetuam.& ca. sunt qui. 25. q.2.& per consequens illa consuetudo non ob. Et videtur text. apertus pro illo dicto Inn. in c.adulterii malum.32.q.7. in ver. si membro mulieris, & ad hoc non concesso vti voluerit, ecce nunc, quòd

ꝙ ille text.nõn confiderat effectum criminis Sodomitici.& ſic iſta eſt veritas,ꝙ vbi vir vult trahere vxorem ad vicium Sodomiæ,poteſt peti ſeparatio thori.Quinimmo,vt dixi ſuperius,videtur facta ſeparatio thori a iure per d.c.idolatria. & per conſequens coniunctis ad innicem illis duobus.c.videlicet.cap. adulterij malum.& d.cap.idolatria,videtur caſus in indiuiduo, quòd maritus volens trahere vxorem ad illud crimen,eſt ipſo iure ſeparatus ab vxore, & ſolum remanet fienda executio per declarationem iudicis,& multofortius in caſu noſtro,cum concurrat fornicatio cum crimine Sodomię.¶Et ſi quiſpiã opponat,ꝙ in d.c.dominus.32.q.7.dr̄,ꝙ licet vxorē dimittere per ſolã cauſam fornicationis: vnde dixit ꝙ vir poteſt dimittere vxorem ex cauſa fornicationis;ſed de vxore nihil dixit,& ideo dicemus,ꝙ vxori licet dimittere virum propter adulterium, & non propter fornicationem,arg.eius quod no.in l.1.C. de adul.ſed non eſt probatum,ꝙ iſte Saluator commiſerit adulterium.ergo &c.Ad hoc reſpondeo, ꝙ immo ſicut licet viro dimittere vxorem propter fornicationē,ita & econtra,& eſt ratio:quia uir & vxor non iudicantur ad imparia:vt in c.gaudemus.de diuor.& ideo dixit Ray.in ſumma in loco allegato ſuperius,ꝙ ſicut licet vxori dimittere virū propter vicium Sodomiæ,ita & econtra,ne iudicentur ad im-
12 paria,arg.l.† fi.C.de fruc.& lit.expen.c.1.& 2.de mutu.pet.cum ſimi.Ita modo intelligatur illa doctrina dominica,vt ſicut licitum eſt marito dimittere vxorem ex cauſa fornicationis,ita & econtra.¶Et ſi opponatur,quare ita non expreſſit.Reſpõdeo iſtud accidit ex eo:quia erat magis frequētatum in marito, vt liceret dimittere vxorem,quam contra,ideo magis expreſſit de viro,tamen idē expreſſiſſet de vxore dimittente maritum,& allego tex.& glo. ad hoc accommodatiſſimos,videlicet in c.2.de cõfeſ.in 6.vbi tex.loquit̄ de reo nolente reſpondere poſitionibus: vt habeatur pro confeſſo. gloſſ. ibi quærit, quid in actore,reſpondet idem. ſed quare ille text. expreſſit de reo & de non actore.reſpondet: quia erat magis frequentatum,& ſæpenumero per illam glo.conſului,ꝙ ſtatutum puniens reum non reſpondentē ad poſitiones certa pęna,ꝙ idem videtur diſponere de actore,& ad hoc facit glo.quam do.Ant.reputat ſingu.in clem.j.de reſcrip. ubi in indiuiduo deciditur iſta quæſtio.facit ad hoc gl. quæ reputatur ſing. in l. tale pactum.in §.fin.ff.de pac. Facit glo. quæ in aliis terminis reputatur ſing.in l.1.C.de rap.virg.vbi text. loquitur de pœna imponenda viro capienti mulierem,gl.ibi dicit idem in muliere capiente virum, & per deciſionē illius gl. refert ibi Ang. fuiſſe cõbuſtã quandã fęminã Florentiæ.facit glo.in auth.caſſa.C. de ſac.ſan.ec.& in l.1.C.de his qui ad ec.confu. facit gl.in vnico.c.de rer.permu.libr.6.& in cle.1. de ſup. neg.prœla.& in ca.Diaconus.27. diſt.in quibus locis ſunt optimæ gl. ad iſtud propoſitum plenè per Do. Dominicum.in d.c.2.de confeſſ.lib.6. & in d.c. Diaconus,& facit quod voluerunt ſcribentes in c.1.§. ſi quis ruſticus.de pac.tenend.vbi dicunt, ꝙ licet text. loquatur in ruſticis;tamē habet locum in urbanis & ideo tex.ibi expreſſit de ruſticis: quia erat magis frequentatum in ruſticis. ergo ſicut licet viro ita & vxori,eoque magis,quia ſunt correlatiua. & vt magnus ait Albertus in ſumma naturalium,correlatiua ſunt in ſimili natura. ideo diſpoſitum in uno uidetur diſpoſitum in reliquo:vt in l.fi.C.de ind.vidu. l.nemo martyres. C.de ſacro ſan.eccl.c.fi.de iude.c. fi.de cenſi.Dominicus in c.1.& 2.de tempo. ordinã. glo.& Dominicus in c.cupientes.§.pen.de elect.li.6. D.Abb.in c.1.de loca.Bal.in l.1.ff.de excep.D. Card. in c.1.de iud.cum ſimilib.& ſic ſequitur recta ratione,ꝙ mulier poterit dimittere virum ex cauſa fornicationis, nec glo.dicit contrarium in l.1. C.de adul. facit,quod no.in c.tuæ.de procura.facit text.& glo. in c.nemo.32.q.4.¶Nec obſtat,cum opponitur, ꝙ tentans concubere cum conſanguinea,ſi non emiſit ſemen,non impeditur contrahere,per no. in d.c. extraordinaria.& pro certo iſtud eſt nihil,& eſt ſeparatum & diuerſum a caſu noſtro maximè quia,vt ſuperius demonſtraui,ſolus conatus ſufficit,& ad hoc ſatis eſt reſponſum per do.aduocatum.¶Et ſi opponitur, ꝙ per ſequentem cohabitationem videtur remiſiſſe iſtud ius petendi ſeparationem.d.do.Maria. d.ſuo marito,arg.eius,quod habetur in c.j. de frigi. & malæfi.Ad hoc reſpondeo,eſt ante omnia aduertendum, ꝙ iſta obiectio opponitur quoad crimen Sodomiæ:ſed quoad crimen fornicationis non obſtat ex eo:quia iſta D.Maria ignorabat iſtum ſuum maritum incidiſſe in vitium fornicationis: ideo actus agentium non operantur vltra intentionē eorum.l.non omnis.ff.ſi cer.peta.& ideo nulla videtur facta remiſſio eius, quod quis ignorat, aut dubitat ſibi comperere,vt eſt tex.in l.manifeſtiſſimi.§.ſin autem neſcius,vel dubitans.C.de fur.l.fin.C.de condictio.indebi.Ideo iſtud obiectum non tollit ius petendi ſeparationem ex cauſa fornicationis: ſed quoad vitium Sodomię,eodem modo videtur,ꝙ nullo modo remiſerit,ꝙ ſic oſtendo.illud quis non videtur remittere tacitè, aut ī genere, quod in ſpecie expreſsè non poſſet remittere.In ſimili probatur in c.tua.de decimis.& in c.a nobis.de ſent.excom.& voluit Bal. in l.fi.§.in computatione.C.de iure delib.idem Bal. in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iure.Ioã. Mona.in c. vt animarum.de conſti.do. Anto.in c. eccleſia Sãctæ Mariæ.de conſti.ſed iſta domi.Maria nõ poſſet ſub verbis generalibus remittere ius ſeparandi ſtante themate noſtro.ergo ſequitur,ꝙ tacitè non videtur feciſſe in genere illud, quod in ſpecie facere non potuit,voluit Hoſtien.& do.An.in d.ca.tua. ꝙ non potuiſſet in ſpecie apparet in d.c.idolatria. vbi videtur caſus,ꝙ ipſo iure eſt facta ſeparatio à iure, vt dixi ſuperius, & per cõſequens excludit conſenſum ipſius do.Mariæ ex eo:quia daretur materia peccandi in futurum, ꝙ eſſe non debet.l.conuenire.ff.de pac.dota.cum ſimilib.ergo ſequitur,ꝙ non videtur facta remiſſio ſeparationis q̄ſita ipſi dominę Marię ex delicto ipſius mariti. Item facit limitata cauſa limitatum parit effectum.l.in agris.ff.de acqui. rerum do. cum ſimili.ſed ſi remiſſio aliqua facta eſt, illa fuit facta cum certa lege & cõuentione, quam debebat ſeruare ille maritus:ſed iſte nõ ſeruauit.ergo ſequitur,ꝙ non poteſt ſe fundare ex ipſa aſſerta remiſſione,cum illam non obſeruauerit.Et ad hoc facit, qd voluit Inno.in c.mandatum.de reſcrip.quam refert & ſequit̄ Bal.& Saly.in l.cū proponas.C.de pac.facit c.ex eo.de regu.iur.libr.6. vbi quis non debet iuuari ex eo,ꝙ non approbat.& facit.ca.eſto ſubiectus.95. diſtinct.vbi allegatur illud.Domicij oratoris dicentis.cur ego habeam te in principem,cum tu non habeas me in ſenatorem.facit.c.fruſtra.de reg.iur. lib. li.6.& facit,quod voluit Bal.in auth.dos data. C.de dona.ante nup.& l.Labeo. ff. de iureiu. & quod voluit idem Bald.in capitu.primo.in titu. qualiter do. feu.proprie.priuetur.& quod habetur in l.qui fidē. ff.de tranſa.& in capitu.peruenit.de iureiurã. & qd voluit Bartol.in l.cum pater. §. libertis. ff.de lega.2. Ita dicamus in caſu noſtro,ꝙ non poteſt ſe adiuuare ille Saluator ex illa remiſſione aſſerta,ex quo ipſe non ſeruauit conditiones contentas in ea. Item facit, quod voluit gloſſ. valde ſingu. in capitulo nulli epiſcoporum,de accuſatio.vbi dixit,ꝙ licet epiſcopus non poſſit repellere teſtes,ne teſtificētur: tamē iudex

iudex ex suo officio debet illos repellere. vnde posito non tamen concesso, ꝙ non posset illa D. Maria agere ad separationem obstante illa remissione: nihilominus poterit iudex ex suo officio. & ideo dixit do.Dominicus in c.indemnitatibus.§.sanè. de elec. lib.6.allegans gloss.ibi,quòd licet pars non possit opponere in iudicio propter aliquam iuris censuram, tamen iudex ex suo officio poterit repellere agentē, & voluit do.Anto.in ca.cum dilectus.de consue.Ita erit dicendum in proposito nostro.facit,quod singulariter voluit Bal.in c.j.titu. qualiter dominus feudi proprie.priue.allegat tex.l.in testamento.la grande. ff.de condi.& demonst. quem ad hoc dicit esse sing. ita dicamus in proposito. ergo &c. ¶Item non ob. c.quemadmodū.de iureiuran. quia in alio casu loquitur,vt latè rńdet.D.Ant.Itē poterit dicta dña Maria excipere contra illum Saluatorem agentē: quia fauorabilior est exceptio,quàm actio, vt plenè tāgit do.aduocatus, & per cōsequēs ista est pura veritas, ꝙ nullo modo ob.illa remissio dictę dominæ Marię. ¶Et si quispiam dicat, ꝙ allegat suam turpitudinē. d.domina Maria,quo casu nō est audienda: vt l.creditoribus.C.de seruo pig.da.manu.cum si.& not.in c.diuersis fallaciis.de cleri.coniug.& in ca.nostri, de electio.& in c.si quis presbyterorum,de reb.ecclesi. non alie.Ad hoc facile potest dari responsum, vt dicamus, ꝙ huiusmodi exceptio sapiat fauorem animæ:quia alias.d.do.Maria induceretur ad peccatū sodomiæ committendum, ut superius demonstratum,sed vbicunque agitur de periculo animæ, admittitur allegans turpitudinem suam, vt iuribus supra allegatis.Et ita concludo.Andreas Barbatias.1464. die 6.Maij.

¶ Quæstio disputata per eximium.I.V.Doctor. do.Anastasium Platum Mediolanensem.

¶ Proœmium ipsius do.Anastasii Plati in opusculum suum.

CONSILIVM LXV.

MVltos futuros esse arbitror, qui hanc nostram disputationem grauiter,molesteque ferent:grauis enim (vt puto) erit omnibus,quibus,vt inquit Iuuena. Tacita sudant pcordia culpa. s. ob sodomitici sceleris conscientiam : nonnullis verò ea quoq; rōne, ꝙ scriptis eorum vel summa iniquitas, vel crassa iuris ignorantia detegitur.Quippe qui parui admodū huiusmodi vitiū facientes pro eo turpiter & iniquè iudicium ferre non dubitarunt, spretis nō modo & penitus reiectis humanis legibus, verum etiam diuinis istud crimen contra naturam summo opere detestantibus.Nec inter cætera audire voluerūt verba diui Ang.li.3.cōfessionum, & transumptiuę.32. q.7.c.flagitio.vbi sic ait.Flagitia,quæ sunt contra naturam, vbiq; & semper repudianda, atq; punienda sunt, qualia sodomitarum fuerunt. Quæ si omnes gentes facerent, eodem criminis reatu diuina lege tenerentur,quę non sic fecit homines,vt se illo vterentur modo, violatur quippe ipsa societas,quæ cū Deo nobis esse debet,cum eadem natura,cuius ipse author est libidinis peruersitate polluitur.neque pariter complures alias sanctorum patrum authoritates,quæ leguntur eadem causa. & q.c.quemadmo. ad fi.c.adulterij.c.offerebat.c.vsus.cum si.Ego vero Dei optimi maximi confisus auxilio, eorum neminem timēdum esse duxi. propterea ꝙ haud dubito, quin Deus huiusce nephādi scæleris vltor, cuius ira propter hanc incontinentiam, quæ est ꝯ naturam, venit in filios diffidētię.& quinq; ciuitates periere, quas ipse Deus vna cum eorum habitatoribus igne consumpsit,vt hr̄ in c.clerici.de exces.prela.& in ca. sed & cōtinuo.de pę.di.1.me ab eorum insidiis defendet,quamobrem eius præsidium supplex inuoco, ea oratione, qua legimus Theodosium seniorē Imperatorem contra Eugenium & Arbogastem in prelio vsum fuisse, vt refert gl. in cle.j. in verbo orationes.circa fi. de reliquiis & ve. san. quę talis fuisse legitur. Omnipotens Deus tu nosti, ꝙ in nomine Christi filij tui vltionis iustę,vt puto prelia suscepi: sin,aliter in me vindica.si vero cum causa iusta & in te confiscus huc veni,porrige dexteram tuis, ne forte dicant gentes.vbi est Deus eorum?.

SVMMARIVM.

Sodomita etiam ante condemnationem non potest testari. nu. 1.

¶ Casus seu articulus.

QVidam per omnes ferè suæ ætatis annos execrabili sodomitico vicio inuolutus,sicque cōi opin.habitus condidit testm̄ hærede extraneo instituto,deinde vita decessit.Post cuius mortem satis superque probatum fuit,illum talem scælestum hominem in hoc nephādo & detestabili crimine ꝯ naturam vitā suam peregisse. Quæritur,an testamētum illius nequam hominis valeat necne:tametsi in vita nō fuit damnatus per iudicem,nec accusatus. ¶ Et in primis pro parte affirmatiua dicendum vr̄ eius testm̄ valere iuribus & argumentis infrascriptis.Et primò sic probatur:quia regulariter quis non prohibetur testari ob aliquod delictum perpetratum, nisi lata fuerit sñia condemnatoria ꝯ eū.l.si quis post. l. eius qui.§.j.ff.de testa.l.post contractum.ff.de don.& ibi no.concordat.ff.de iniu.rup.irri.test.l.si quis filio.§. sed & si.ver.deinde.¶Secundò & fortius hoc probatur per tex.in l.qui a latronibus.§.j.ff.de testa.vbi dicit tex.ꝙ si quis capitali crimine damnatus appellauerit,& medio tempore pendente appellatione fecerit testm̄, & vita decesserit, valet eius testm̄. ergo multomagis valere debet hoc casu testm̄, vbi nulla precessit sententia condemnatoria contra eū.auth. multomagis.C.de sa.san.ec.c.cum in cūctis,de elec. Ad idem est text.in d.l.si quis filio.§.hi autem. ff. de iniu.rup.irri. te.vbi est text.ꝙ damnamus pendente appellatione potest testari.Et ibi iurisconsultus assignat rationem : quia interim est certus non autem dubius de statu suo.¶Tertiò adducitur:quia regulare est, ꝙ omnis pena requirit sententiam iudicis, vt est tex.& ibi Bal.hoc no.in l.cum ancillis.C.de ince.nup.& est tex.in l.athletas. §. calumniator. ff. de his qui no.infa.concordat.ff.de pœ.l.quod ad statū. Ang.in l.1.§.remouet.ff.de postulan.¶Quartò probatur:quia si diceremus istum talē ante damnationem non potuisse testari,sequeretur,ꝙ executio precederet sententiam,ꝯ.l.j. C.de exe. rei iudi. & l.si cū nulla.ff.de re iudi.cum si.ꝙ etiam procedit in criminalibus.& ad hoc vt irritetur testamentum : vt vult tex.in d.l.si quis filio.§.eius qui. ff. de iniu.ru.irri.te. & cōcordat tex.in d.l.athletas.§.calumniator. ff. de his qui no.infa.¶Quinto probatur per tex.in l.ex iudiciorum.ff.de accu.vbi habetur,ꝙ pena ademptionis bonorum aduersus hæredes transire non debet non secuta condemnatione nisi in certis casibus ibi notatis etiam per gl.& doc.¶Sextò idem probatur: quia crimen & pœna cum mortalitate extinguunt. l.fi.ff.ad l.Iul.maie.& l.crimen.ff.de pęn. ¶Septimò pro-

probatur per gl.in l.j.§.remouet.ſuper verbo, paſſus in vltimis verbis.ff.de poſtu.quæ vr̃ dicere, ꝙ muliebria paſſus ante ſententiam nullam pati debeat pœnam.verum illa gl. eſt additio, vt infra loco ſuo dicetur. ¶ Octauò probatur, quia teſtari poteſt quicũq; nõ eſt expreſsè prohibitus.ff.de teſta.l.ſi quæramus. cum edictum teſtandi ſit prohibitorium certarum perſonarum: vt ibi per glo.& doct.& per Spec.in tit. de inſtru.edi.§.compendioſe. Sodomita autem indemnatus non videtur connummerari inter illas pſonas prohibitas teſtari.ergo ſi nõ reperitur prohibitus, debuit potuiſſe teſtari; quia ſtandum eſt regulę, vt inquit gl.in l.omnis diffinitio.ff.de reg.iu. omnia licèt à iure non prohibita.ff.de relig.& ſump.fune.l. ſtatuas.& ff.ex quib.cau.ma.l.nec non.§.quod eis.& ff.ſi ſer.pen.l.ſicuti.§.Ariſto.potiſſimè teſtari, cum nil tm̃ debeatur hominibus &c.l.j.C.de ſa.ſan.eccl. ¶ Nonò & vltimò hoc tenere videtur ſpeculator in d.tit.de inſtr.edi.§.compendioſe.ver.13.vbi dicit, ꝙ damnatus ob crimen famoſum, puta de crimine ꝯ naturam non poteſt teſtari, & ſic Speculator ibi vr̃ requirere damnationẽ in caſu iſto.igitur &c. ¶ Ecõtra pro parte negatiua, videlicet ꝙ ſodomita nõ poſſit teſtari nulla etiam ꝯ eum ſecuta ſententia condẽnatoria, adducuntur infraſcriptæ rationes & iura.& primo probatur per tex.in Auth. de inceſt. nup. §.j. & gl.ibi in verbo illicitas.in prin.iunctis his, quę ibi etiam habentur per gl.& doc.in verbo. mox imminere.vbi hr̃, ꝙ committens crimen ꝯ naturã ſtatim perdit dominium bonorum ſuorum ipſo iure non expectata ſententia condemnatoria, & amittit quãlibet bonorum alienationẽ. nec etiam poteſt diſponere de fructibus eorum, pariter quoque de his non poteſt teſtari. ¶ Secundo hoc probatur per text.in c. cum ſm̃.in prin.de hære.in 6.& per gl.ibi poſitam in verbo naturæ ꝯrias, quæ declarando text.vult, ꝙ ſodomita ipſo iure perdat dominium bonorum ſuorum.& illam gl.recitat, & ſequitur ibi Gemi.& cum illa pariter tranſeunt cęteri Doctores, & ſic apparet, ꝙ ſodomita etiam ante ſententiam non poteſt teſtari, ex quo a die commiſſi criminis amiſit dominium bonorum ſuorũ. ¶ Tertiò probatur per tex.in auth. inceſtas.C.de ince.nup.vbi dicit Bald.per illum tex. in vltimis verbis, ꝙ hoc caſu ex quo bona committentis crimen ꝯ nãm ſunt confiſcata ipſo iure, & dominium eorum eſt amiſſum, ꝙ etiam ante ſentẽtiã iudicis non poterit quicquam de his alienare, neq; etiam de fructibus eorum diſponere. Itẽ dicit & tertio, ꝙ de his non poteſt teſtari, & iſtud dictum Bald. refert do. Alex.de Imo.& connumerat inter alios caſus, in quibus quis non poteſt teſtari, in d.l.ſi quæramus, in apoſt.in fi.ff.de teſta. ¶ Quarto adducuntur notata per Bar.in l.poſt contractum.ver.ſecundum tempus.ff.de dona.& in l.Imperator.ff. de iure fiſci, & in l.commiſſa.ff.de pub.& in d.Auth.de ince.nu. vbi dicit Bart.ꝙ committens crimen ꝯ naturã amittit dominium bonorum ſuorum ipſo iure. Et dicit ſecus eſſe in committente crimen læſæ Maieſtatis, cui ſolum interdicta eſt adminiſtratio bonorũ, non autem amittitur dominium eorum, hoc etiam vult Bal.in l.j.C.ne ex delic.defun. ¶ Quintò probatur p ea, quæ no.Ia.de Bel.& Bar.qui formant hanc quæſtionem in auth.vt non luxu.ꝯ naturam, circa fi. Et determinant maximè Bart. ꝙ ſodomita etiam ante
1 condemnationem non poſſit teſtari, † & aſſignant rationem : quia ſi eſſet damnatus, condemnaretur ad mortem: nam ſodomita gladio puniri debet: vt dicit tex.in dicta Authen.vt non luxu. contra naturam.& in l.cum vir nubit in fœminam .C.ad l. Iul. de adulte. & inſtitu. de public.iudi. §. primo. & ſic efficeretur ſeruus pœnæ . & nulla haberet bona , & conſequenter quæſtio eſſet ſuperflua per tex.quem ipſe allegat in l.eius qui.§.fi.de teſta.& ibi gl. & doc. & in l.ſi quis filio.§.irritum.ff.de iniu.ru.irri.teſtam. Quinimmo teſtamẽtum eius, qui dãnatur ad mortem etiam prius factum non valet: vt dicit text.in d. l.eius.§.j. ¶ Sexto adducitur glo.quæ idem determinat rectè intelligẽdo, inſti.de teſta.§.teſtes. in verbo inteſtabiles.quę dicit, ꝙ inteſtabilis, videlicet qui nõ poteſt teſtari, eſt ille, qui eſt damnatus de crimine famoſo, vel qui paſſus eſt muliebria.& ſic illa gl.ponit duos caſus diſtinctos.& in primo requirit, ꝙ fuerit damnatus.in ſecundo vero dũ exemplificat in paſſo muliebra nullam requirit damnationem, nec aliter poteſt intelligi illa gl. propter diſiunctiuam vel, ibi poſitam , quæ diſiungit illos duos caſus: vt hr̃ in l.ſi is qui ducenta.§.vtrum.ff.de reb.dub.& in l.cum quidam.C.de verb.ſig.& ſi diceretur, ꝙ illa glo.loqtur in muliebria paſſo, & ſic in patiente, non autem in agentte. Reſpondetur, ꝙ eadem pœna puniuntur in caſu iſto agentes & patientes, & diſpoſita in vno hñt locum in altero. ita inquit Arch.in §.tria.ver.in fames.3.q.7.& not.in l. cum vir nubit. præallegata. Quinimmo aliquando quis eſſet patiens ẽt inuitus, quod non poteſt eſſe in agente: vt habetur in l.j.§.remouet.ff.de poſtu. ¶ Septimo probatur : quia ſodomita eſt ĩfamis ipſo iure, vt eſt tex. iũcta gl.in d.l.cũ vir.C.ad l.Iul.de adu.& gl.in l.j.§.remouet.ſuper verbo, paſſus, in prin.ff.de poſtu.& no.Iac.de Bel. per illum tex.in Auth.vt non lux.ꝯ naturam . Ideo cũ iſte ſit infamis ipſo iure, & ex grauiſſimo delicto non poteſt teſtari etiam abſq; alia condemnatione facta a iudice: quia non attenditur ſententia, ſeu condemnatio, ſed ſolum eſt in conſideratione, ex qua cauſa reſultet infamia, hoc eſt, an ex graui vel modico crimine ad hoc vt quis poſſit vel non poſſit teſtari. ita vult Specu.in tit.de inſtru.edi.§. compendioſe. ver. quid de exoculatis.& ita not.Bar.& Imo.in l.qui manus.ff.de teſta. ita vult etiã gl.no.in l. Imperator.in verbo diſtinctio.ff.de poſtu.& ibi ſcribentes . quare cũ hoc caſu iſte ſit infamis ipſo iure ex graui, & grauiſſimo delicto, quod aufert vitam & bona & ſic teſtamenti factionem: ergo ſtatim & incontinenti, & ſic ipſo iure fuit inteſtabilis ante ſentẽtiam iudicis. Pręterea nulla requiritur ſententia iudicis ſuper infamia, quando quidem lex eſt illa, quæ ſtatuit & irrogat infamiã ipſo iure , & ideo dicit Angelus poſt Iac.But.in l.athletas.§.ait prætor.in princ.ff.de his q no.infa.ꝙ teſtis, qui eſt infamis ipſo iure, hoc probato repellitur a teſtimonio perhibendo ſine alio proceſſu & alia ſententia , ita etiam vult Barto.in l.ſi qs maior.C.de tranſa.& ibi Bal.circa fi. ¶ Octauò probatur hac ratione: quia leges inſurgũt & iura armãtur contra ſodomitam, & fit infamis ipſo iure: vt dicit tex.in d.c.cum vir nubit. & ideo leges ei non patrocinantur: ut ff.de mino.l.auxilium.§.fin.ergo videtur dicendum, ꝙ ſit inteſtabilis a lege abſq; miniſterio iudicis, & eo magis.quia facultas teſtandi conceſſa eſt de gratia hominibus a l.nam teſtator diſponit in id tempus, quo non eſt futurus dominus rerũ: quia teſtamentum morte confirmatur . capit. cum Marthe.de cele.miſ.ſed poſt mortem quis deſinit eſſe dominus rerum. vnde diſpoſitio licet fiat tempore habili , quo eſt dominus : tamen effectus confertur in tempus inhabile , ꝙ de mero iure non deberet licere.l.quod ſponſæ.C.de dona. ante nup. & ad hoc facit glo.no.in l.illa inſtitutio.ff.de hæred.inſti. & ita dicit Panor. in rubric. extra , de teſtamen. ¶ Nonò & vltimo probatur : quia etiam poſt mortem criminoſi poteſt quæri & diſputari de crimine reſpũ bonorũ, nec crimen extinguitur morte, ſaltẽ quoad hoc, vt eius teſtamentum poſſit annullari: licet

cet non fuerit damnatus, nec accusatus in vita. de hoc est tex.& ibi gl. Cyn. Bal. & alij scribentes in l.fi. C.ad l.iul.de adul.& in rei iudicatæ.§.1.& ibi Bar.Bal. & alij.ff.sol.matrim.Bal.in l.cum mulier.in 13.opposi tione.ff.eo.ti.Bal.in terminis in l.si quis incesti. C.de incest.nup.vbi dicit per illum tex.ꝙ post mortem po test quæri de crimine incestus ad annullandum testa mentum eius.& idem videmus in vsurario, post cu ius mortem possunt capi probationes,nec crimen ex tinguitur morte respectu bonorum.Ita consuluit Fe deri.de Senis. cons.suo 7. & 8.Et idem videmus in hæ retico, post cuius mortem possunt recipi probatio nes de hæresi,vt annulletur eius testamētum. de hoc est tex.in c.1.de præscrip.lib.6.Et prædicta procedunt maximè,quando agitur ciuiliter respectu bonorum, vt in casu isto,vt dicunt doc.in locis præallegatis, præ sertim in d.l.fi.C.ad leg.iul.de adul.¶ In hoc articu lo ego saluo semper saniore iudicio hanc vltimam partem tanquàm in iure verissimam & in consulen do & in iudicando firmiter tenendam censeo. uideli cet, ꝙ sodomita absque condemnatione facta a iudi ce non possit testari per rationes & iura proximè alle gata,& quæ infra statim subijciam,quæ profecto ine uitabiliter concludunt non obstantibus pro alia par te adductis, videlicet pro parte affirmatiua, quibus facilis est responsio.& pro euidentia infra dicendorū præmitto vnum iure fundamentū secundum gl.Bar. Bal.& alios scribentes in l.j.ff. de his qui no. inf. vide licet,ꝙ aliquando sententia profertur a lege,aliquan do ab homine,& dicitur proferti a lege, quando lex ipsa notat factum seu delictum, & condemnat abſq; ministerio iudicis.& hoc est, vbicūque lex vtitur ver bo ipso iure, vel ipso facto, vel mox. vel eo ipso, aut si milibus verbis,de quibus habetur in auth.de incest. nup.in prin.& in c.cum secundum. de hæreti. in 6.& in l.iubemus.§.sane.el j.C.de sac.sanc.eccles.& in l.si quis maior.C.de transa.& in auth.qui semel.C.quo modo & quando iudex.& in plerisque locis, & intel ligitur secundum glos.Barto.& Bal.vbi supra ipso iu re, scilicet sententiante seu statuente.i.non expectata sententia condemnatoria iudicis:quia tunc.l.ipso fa cto pronunciat. aliquando non notat delictum, sed respicit cōdemnationem a iudice factam, nec vtitur verbo ipso iure, vel similibus. & tunc non irrogatur pœna ipso iure a lege:sed expectatur sentētia iudicis. & hæc sunt verba gl.& Bar.vbi supra per tex. notabi lem in proposito in l.palam.§.quæ in adulterio.ff.de ritu nup.dicit enim ille tex.ꝙ mulier in adulterio de prehensa dicitur quasi publico iudico damnata & notata infamia ante condemnationem, quinimmo etiam si fuerit absoluta per sententiam iudicis:quia lex est illa,quæ notat delictum,non autem sententiā, hæc sunt verba tex.ibi.hic dicit Ang.in auth.bona dā natotum.in fi.C.de bo.prescrip.ꝙ non minor,immo maior est sententia legis, ꝙ profertur ipso iure,quàm sententia,quæ profertur per iudicem.& ideo vbicun que lex vtitur aliquo ex suprascriptis verbis, nunquā requiritur sententia condemnatoria iudicis: vt not. in locis præallegatis, & est tex.& ibi Bald.in c.qui cle ricus.in verbo hoc ipso.si de fe.fu.contro.inter domi num & agna. Bal.in ti.quibus mo.feu.amit.§.1.doct. in l.2.C.de iure emphy. & in multis alijs locis. ¶Hoc si præmisso dico non obstare in primis, dum dicitur, ꝙ regulariter quis non prohibetur testari ob crimē commissum,nisi præcedat sententiam condemnato ria contra eum,& quæ transiuerit in rem iudicatam: quia respondeo,ꝙ sodomita satis dicitur condemna tus,ex quo lex est illa,quæ no.istud delictum,& impo nit pœnam ipso iure absque ministerio iudicis:nam omnes pœnæ,quæ imponuntur per l. sodomitæ,im ponuntur ipso iure sic statuente & sententiante.Et in terminis nostris circa amissionem bonorum cōmit tēns crimen contra naturam amittit dominium bo norum suorum ipso iure,& consequenter testamen ti factionē iuxta no.in d.Auth.de incest.nupt.in prin. per gl.Bart.Ang.& alios in verbo mox imminere.vbi habetur, quòd non requiritur hoc casu, ꝙ feratur sententia condemnatoria a iudice super amissione bonorum,quando quidem mox seu ipso iure amise rit dominium ipsorum legis dispositione. Et de hoc etiam est tex.clarus & in terminis in d.c.cū secundū. in prin.de hær. in verbo eo ipso iuncta gl.ibi in verbo naturæ contrarias.& ita etiam determinant Bar. & Iaco.de Bel.in d.Auth. vt nō luxu.ꝯ nām.& Bal.in d. auth.incestas.in vltimis verbis. & ī iuribus ad hoc.s. allegatis, ex qbus tollunt prima quatuor argumēta, ꝓ prima parte adducta,quibus dr̄,ꝙ requiritur sentē tia condemnatoria.¶Ad quintum & sextum funda mentum pro prima parte adductum dum dicitur,ꝙ pœna non debet transire ad hæredem, & ꝙ crimen & pœna cum mortalitate extinguitur, pariter respō detur,illa argumenta procedere, quando pœna non esset imposita ipso iure, sed esset imponēda a iudice: & ita declarat & limitat totus ti. C.ne ex delic.defun. & l.j.ff.de priua.delic. qm̄, vt dicūt doc.maximè Bal. in d.tit.ne ex delic.defun. in 2.col.& Bar. in d.l.1.illa iura nō ꝓcedunt,vbi lex imponit pœnā ipso iure: qa tunc pęna transit ad hęredē.& est ratio secundū eos: quia quando pœna infligitur ipso iure, non restat ni si sola facti executio.& ideo transit aduersus hæredē. Ita etiam dicit gl. in l.3. §.ꝙ autem. in verbo.hæredi bus.in fi.ff.qđ quisque iuris.& ibi Bar.Bal.& Ang.idē etiam dicunt Bal.Ang.& Imo.in l.qui a latronibus. §.1.ff.de testa.vbi dicunt, ꝙ ille tex. nō habet locum, quando bona sunt publicata ipso iure: quia tunc nō est dubium,ꝙ pœna transit ad hæredem, tex.in l.Ca ius.ff.ad sylla.idē tenet Bal.in rub. C. si pē. app.mors interue.vbi dicit, ꝙ quando confiscatio fit ipso iure, tunc mors non extinguit pronuntiatum, nec impe dit pronūtiandum.& ita etiam no.in d.l.Caius.ad syl la.& ibi est tex.& est etiā tex.in l.ꝯmissa.ff.de publi. & ita no. Bar.in d.l.ex iudiciorum.allegata in contrariū vbi dicit,ꝙ illa lex debet intelligi,quando pœna non infertur ipso iure.Præterea & secundo respondetur, ꝙ d.l.ex iudiciorum.& similes procedunt, quādo agi tur criminaliter:quia tunc crimen mortalitate extin guitur,nec pœna transit ad hæredem, nisi lex pęnam irrogasset ipso iure,vt proximè dixi.verum in casu no stro potest quæri de crimine ciuiliter respectu bono rum, quo casu potest disputari de eo crimine etiam post mortem, nec crimen extinguitur mortalitate: vt dicit Bal.in d.l.incesti.C.de inces. nup. & est tex.& ibi gl.& scribentes in d.l. fi.C. ad l. iul. de adul. cum alijs iuribus ad hoc supra allegatis in nono fundamē to huius partis.¶Non ob.etiam septimum argumen tum, dum dicitur, ꝙ passus muliebria ante senten tiam nullam pati debeat pęnam, per glo. in l.1.§.re tiam manet.in fi.ff.de postu. quia respondetur in primis, ꝙ illa particula finalis gl.quę incipit,immo &c.est ad ditio & est falsa.& prima opin. est vera, vt inquit ibi Bar.super d.glo. nam si vera esset, contradiceret sibi ipsi,nisi illam intelligeremus, ponere alium casum diuersum a primo, in quo infamia non irrogaretur ipso iure,aliàs esset ridiculum dicere, ꝙ tantùm post sententiam passus muliebria non possit postulare.nā ex quo passus muliebria venit decapitandus.d.l.cum vir.& in Auth.vt non luxu. contra natu.cum iuribus supra allegatis:quia pari pœna puniuntur agentes & patiētes,vt supra dictum est,cui dubiū,ꝙ post mortē qs non pt postulare pro se nec pro alijs. ¶ Octauo ar gumento dum dicitur,ꝙ sodomita indamnatus non videtur connumerari inter alias personas testari pro hibitas,

hibitas, de quibus per gl.& doc.in l.si quæramus.ff. de testa.& per Spe.in tit.de instr.edi.§.compẽdiose. respondetur, ꝙ ibi nominatim nõ ponũtur omnes illi,qui non possunt testari, & hoc esset longũ enarrare,& ideo dic.t Spe.in loco præallegato in fi.ꝙ nõ solũ illi, qui ibi enumerantur per eum non possunt testari:sed nec etiã cæteri similes. & sic casus noster per eum compreheditur, qui nõ modo est similis: sed multo maior ibi expressis. Itẽ iste casus ponitur per alios doc.quos supra retuli,& ꝑ Bald.in d.auth. incestas.in fi.per do. Alex.de Imo.qui refert hoc dictum Bal.d.l.si quæramus. in fi.in apostillis suis.Itẽ iste casus potest comprehendi sub illo casu, qui ibi ponitur de damnato: nã iste est damnatus a lege ipso iure, licet non sit dãnatus a iudice: vt supra dictũ est. ¶Ad nonum, & vltimum fundamentum dum dicitur,ꝙ Spec.in d.§.cõpendiose.vers.13.videtur requirere dãnationem in casu isto ex eo, ꝙ dicit damnatus ob carmẽ famosum, puta de crimine contra naturã non põt testari, & allegat.l.is cui.§.fi.ff.de testa.respondetur,ꝙ tamen Spec.nõ negat, quin etiã ante sententiam iudicis committens crimen cõtra naturam sit intestabilis. aliter diceret cõtra casum. d.Auth.de incest.nup.& contra capitulum cum secundum.de hæret.in prin.& pariter cõtra cõplures alios tex.& doc.supra allegatos,ꝙ ꝑfecto non est dicendum.Præterea si Spe.vellet, ꝙ sicut in primo casu,scilicet carminis famosi requiritur dãnatio iudicis,vt quis sit intestabilis: ita quoq; requireretur in secundo casu,scilicet in crimine contra naturã,ma
8 gnopere errauisset.†quãdo quidem omnes tex.qui loquuntur de carmine famoso requirunt sententiã & factũ iudicis: vt videri potest in d.l.is cui.§.fi.allegata per Spe.vbi exigitur ad hoc vt qs sit intestabilis propter carmẽ famosum, ꝙ sic damnatus a iudice. nec ibi habetur aliqua mentio de crimine cõtra naturam similiter videmus in l.lex cornelia.ff.si quis librũ.ff.de iniur.& in l.ob carmen.in prin.ff.de test. & in l.j.C.de famo.libel.tex.verò qui imponunt penã committenti crimen ꝯ naturam imponunt ipso iure absq; ministerio iudicis,vt videri potest in iuribus,supra allegatis.& sic ista æquiparatio esset abusiua, & ex suprascriptis sunt sublata oĩa fundamenta pro prima parte adducta.Reliquum est vt pariter tollantur ea,quæ obijci possent cõtra rationes & iura pro hac vltima parte adducta. ¶Et in primis nõ ob. si diceretur, quòd text.in authen.de incest.nup. & in auth.incestas.C.e.tit.& in c.cũ secundũ. de hære.in 6.non militant in casu nostro. ꝑpterea ꝙ licet ibi fiat mentio de nup. naturæ ꝯtrarijs: non tamen videntᷣ loqui de simplici vicio sodomitico citra nuptias.nã respondetur,ꝙ Papa ac imperator in locis præallegatis loquendo de hoc sodomitico vitio vsi fuerunt quadam circũlocutione causa honestioris locutionis: vt etiã fecit imperator in d.l.cum vir nubit in fęminã.C.ad l.Iul.de adul. intellexit enim ibi imperator de vicio simplici sodomitico. & ita intelligit ibi gl quę exponit illud verbũ nubit:idest in officiũ fęminæ se supponit, & ita ẽt intelligũt ibi doc. illum text.in vitio sodomitico citra nuptias.Nec est dicendum, ꝙ imperator ibi intellexerit de nuptijs, q̄ non possunt esse, neque etiam appellari inter mares, pariter quoq; declarat Io.An.tex. in d.c.cum secundum.in prin. in verbo naturæ cõtrarias.dum dicit,in quibus sexus perdidit formam. Et venus mutatur in aliam formam, & allegat.d.l.cum vir.item dicit, ꝙ omnium carnalium criminũ pessimus est vsus contra naturam, & allegat.c.adulterij.32.q.7. qui text. etiam loquitur in mero vicio sodomitico citra nup.& ita tenet ibi Gemi. recitando glo.Ioan. And.& cum ea transeunt etiam cęteri doc. Nec est

dicendum, ꝙ Papa, aut imperator ibi voluerint punire nuptias,quas non cõcubitus:sed solus consensus facit.l.nuptias.ff.de reg.iur. sed punire voluit ipsum concubitum sodomiticum quãdoquidem cogitationis pœnam nemo patitur, vt dicit tex.in l.cogitationis.ff.de pœn. etiam si illa cogitatio esset verbis expressa: quia aliter non posset probari cogitatio mentis,quam solus deus scrutatur, vt inquit gl. & in l.2.ff.de interro.actio.ad hoc facit: quia respectu vt iudicanda est.l.denique.ff. de mino.l.Papinianus.§.meminisse.ff.de inoffi.testa. Præterea si intelligeremus prædicta iura loqui tãtum in casu nuptiarum,sequeretur,ꝙ etiam coitus nepharius,vel incestuosus,de quo ibi etiam mentio habetur, nunquã puniretur, nisi interuenientibus nuptijs: nam omnes leges loquentes de huiusmodi vicij faciunt mẽtionem de nuptijs: & tamen sunt nuptiæ de facto. quinimmo aliquando quis contraheret nuptias nepharias, vel incestuosas per errorem, qui non puniretur: vt no.per gl.& doc.in auth.de incest. nup.§.1. & per Bar.in l.si adulterium cum incestu.ff.de adul. sed coitus nepharius, vel incestuosus citra nuptias semper execrabilis est,& puniendus: vt c.adulterij. c.vsus.supra allegatis.& ita no. Bar. in d.l.si adul. cũ incestu.¶Non ob.etiam si diceretur, ꝙ prædictum c.cum ſm.in prin.de hære.& alij text. similes supra allegati non loquãtur de vicio sodomitico:sed tantum de nephario coitu & incestuoso,vt sic ponãtur tantum ibi duo casus non autem tres. quoniam respondetur,ꝙ in primis ille tex.in c. cum secundum. non sic loquitur, nec ita vllo modo potest intelligi, quando quidem tres casus facit distinctos & separatos,vt in litera patet:dicit enim, nepharias, naturæ cõtrarias & incestas nuptias.nã copula,&, seu punctus loco copulæ cadit inter diuersa de sui natura, no.in l.si is qui ducenta §.vtrum.ff.de re dub.& in l. triplici.ff.de ver.sig.& quodlibet verbum stat per se dispositiuè,iuxta no.maximè ꝑ Bart.in l.scire debemus.ff.de verb.ob.patet ꝙ nepharię sunt inter ascẽdẽtes,& descẽdẽtes,incestę inter collaterales in gradu a iure ꝑhibito, vt per gl.& doc.in rub.C.de ince. nup.& in rub.in auth. de incest.nup.& per Io.And. in d.c.cum secundum.in nouella.in prin.& istæ nullo modo possunt dici contrariæ naturæ: quia si considerentur primordia, non prohibebãtur tales nuptiæ. immo passim admittebantur: quia lex dicebat, crescite & multiplicamini & implete terram. postea autem fuerunt prohibitæ a legibus & canonibus non a iure naturali.& iõ ille nuptiæ non possunt appellari contra naturam,& de necessitate intelligenda sunt illa verba, naturæ contrarias. de vicio sodomitico,in quo sexus perdit formam, ſm gl. & Gemi.super illa gl.in d.c.cum secundum. & per eundem Io. An.in nouella.vbi ponit istos tres casus distinctos & separatos,& volunt tex. in c.quẽadmodum.ad fi.c.adulterij.c.flagitia.c.vsus naturalis.32. quæst.7.qui text. apertè declarant,ꝙ neque crimen nepharium, neque incestus possunt appellari contra naturam,sed dicuntur secundùm naturam.crimen verò sodomiticum dicitur contra naturam, quæ(vt dicit August.in dicto capitu.flagitia)non sic fecit homines,vt sic illo vterẽtur modo, &c.& istud vincit nepharium & incestum &c.carnalia vicia.vt dicto capitu.nunc allegatis. pariter quoque intelligendus est text. in authent.de incest.nupt. dum dicit circa princip. si quis illicitas & contrarias naturæ quas lex incestas & nephandas & damnatas vocat: nam imperator primò vtitur illo verbo generali illicitas, quo complectitur nepharias, & incestas nuptias & alias omnes, quæ sunt contra legem secundum gl.ibi,postea subiungit, vt augeat rationem,

nem,& contrarias naturæ.ita ꝙ omnino intelligendus est tex. vt ponat ista verba naturæ contrarias,tāquam crimen distinctum & separatum a coitu nephario & incestuoso,& a quocunq; alio illicito coitu.& ita declarat gl.super eo verbo,illicitas,dum dicit, ꝙ hoc generale nomen est, quocunque modo sint nuptiæ contra legem. l. licet non sint contrariæ naturæ,sed iuri.& sic vult glo.ꝙ nepharię & incestæ non sint contrariæ naturę,sed iuri.& ita etiam declarat illa copula,&,posita inter illa duo adiectiua, videlicet illicitas & naturæ contrarias,quæ copulat diuersa,vt supra dictum est.& ita etiam declarat illud verbum damnatas, quod sequitur: nā ex quo prius dixit,quas lex incestas & nephandas postea subiūgit & damnatas.& sic istud adiectiuum nō potest referri ad incestas,vel nephandas.sed refertur ad naturæ contrarias, alias esset superfluum contra ea,quæ leguntur in procemio. C. & ff.& sexti. vbi Imperator, item iurisconsultus,ac etiam Papa dicunt superflua velle resecare.ne ergo illud verbum damnatas,sit superfluum,intelligemus, ꝙ referat illa verba naturæ contrarias,quæ ꝓcedūt.& ita bene & proprie interpretatus est summus Pontifex,in d.c.cum secūdum. in prin.a cuius interpretatione minimè est recedendum,cum omnia iura dicatur habere in scrinio pectoris:vt in cap.1.de consti.in 6.& nulla melior potest esse interpretatio,seu declaratio , quàm summi Pontificis,vt inquit Bald.in proœ.in vsi.feud.& eius est interpretari,cuius est concedere, nec ab eius declaratione potest vllo modo recedi : vt dicit text. & ibi doc.in l.fi.C.de legi.Præterea si tex.in dicta auth. de incest.nupt.secundùm omnes scribentes ibi habet locum in nepharijs & in incestuosis nuptijs, ac etiam in quibuslibet aliis prohibitis & illicitis nup. secundùm gl. ibi in verbo illicitas,quę adducit plura argumenta,quæ concludunt pro opin. sua. & cū ea etiam ibi tenet Ang. & idem tenet gl.in auth.incestas.C.eo.tit.& cum ea transit ibi Bart.Idem tenet gl.in l.si quis incesti.super verbo vetiti.C.eo.ti.& super rub.ibi illius titu.& insti.de nup.§.si quis aduersus.& in multis alijs locis:ergo non modo ex paritate rationis, verum etiam a maioritate dispositio dictæ auth.militabit in casu nostro,quandoquidē crimen contra naturam transcendit crimen incestus , & vincit nepharium,& est pessimum omnium carnalium criminum:vt dicunt tex.in d.c.quemadmodum.ad fi.c.adulterij.c.vsus.cum simi. supra allegatis.nam videmus,ꝙ etiam in pęnalibus & exorbitantibus solum propter identitatem rationis fit extensio.ita vult gl.in l.quisquis.in verbo ausuras. C.ad l. Iul.maiest.quæ vult,ꝙ illa lex admodum pęnalis loquens in masculo habeat locum etiam in fęmina : & tenent ibi doc.& illam glo.refert & sequitur Areti.in instit.de hęre.quæ ab intest.defe.§. per contrariū. circa fi.& allegat glo.consimilem in l.fęminæ. C.de secun.nup.Et de hoc est tex.& ibi gl. & doc.in l.2. §. exercitium.ff.de his qui no.infa.no.Bart.in l. quemadmo.C.de agri.& censi.lib.11.colū.2.vbi dicit,ꝙ lex pęnalis & odiosa debet extra proprium significatū extendi, vbi extensio tendit ad fauorem reipublicæ: vt hoc casu no.etiam do. Alex.de Imo.in l.cum mulier.in quinto notabili. ff.sol.mat.qui dicit, ꝙ ibi est tex.quòd lex etiam pęnalis habens rationem expressam extenditur ad alium casum eandem rationem habentem.quod est notandum,prout ipse dicit pro limitatione iurium,quæ dicunt,ꝙ in pęnalibus non fit extensio ex identitate rationis . Et postea etiā subijcit aliam limitationem.s.ꝙ vbi tractatur de pęna priuationis dominii fit extensio ex identitate rationis.ergo casus noster omnino debet comprehendi sub dispositione.d.auth. ¶ Vltimò nō ob.si dici velet,ꝙ Iac.de Bel.non aperit in quæstione illa , quam posuit in authen.vt non lux.contra naturam,in fin. vtrum loquatur in sodomita damnato a iudice, vel non damnato, quia respondetur,ꝙ satis apparet de mente sua,si rectè considerentur eius verba, ꝙ intellexerit ante damnationem a iudice factam . dicit enim,quęro,an sodomita possit concedere testamētum,respondeo non sicut nec damnatus ob carmē famosum,argu.ff.de testa.l.is cui.§.j.quia insurgunt leges,armantur iura contra eos, & infames efficiuntur ipso iure.C.ad l.Iul.de adul.l.cum vir.& ideo leges ei non patrocinantur:vt ff.de mino.l. auxilium. §.fin.hęc sunt verba sua ibi ad literam.ex quibus apparet,ꝙ ipse intellexit ante damnationem. propterea ꝙ si voluisset intelligere de damnato sciuisset dicere,quæro,an damnatus de sodomia , vel an sodomita damnatus possit testari,sicut dixit de damnato de crimine famoso:sed quia in primo casu. s. in crimine sodomię lex est illa,quæ notat istud delictum, & imponit pęnam ipso iure,vt ipse dicit,& est tex.in d.l.cum vir.per eum allegata,& in iuribus supra allegatis.ideo nō requirit damnationem in casu isto. in secundo verò casū dum loquitur de carmine famoso:quia lex non statuit ipso iure,sed respicit condemnationem iudicis, vt est text.in d.l.is cui.§.j.per eum allegata.& supra dictum est.meritò requirit dānationem. Nam dictum Doctoris intelligēdum est secundum.l.quam allegat, vt dicit Bart.in l.non solum.§.si liberationis verba.ff.de lib.leg. & ꝙ loquatur ante damnationem,declarat ibi Barto. qui etiā assignat optimam & concludentem rationem . Dicit enim,ꝙ si intelligeremus post damnationē, iste esset decapitandus,bona publicarentur,& efficeretur seruus pęnæ,& nulla haberet bona.& consequēter quæstio ista esset superflua per tex.in d.l.eius qui. in fi.ff.de testa.quinimmo testamentum eius etiam prius factum nō valeret: vt dicit tex. in d.l. eius qui. §.j.& supra dictum est.Nec dicendum est, ꝙ lectura super auth.quæ attribuitur Bar. nō videatur eiusdē Bar.lectura:vt dicit D. Alex.de Imo. in rub.ff.so.ma. & in rub.ff.de acq.hęr.nam communis opi.est in cōtrarium,nec in hanc vsque diem alius inuentus est, qui illam sibi lecturam appropriare pręsumpserit. Preterea cum Bar.referat se scripsisse super authenticis, vt attestatur etiam idē do. Alex.cui potius ascribenda est illa aurea lectura,quàm ipsi Bar.quandoquidem alium neminem habemus,quem illi cōparemus.& haberemus,meriò ille inferior Bart.nō esset existimandus,sed minimè mutanda sunt, quæ certum authorem habuerunt. Laus Deo.

¶Gregorius Merula Alexā. Anastasio Plato iurisconsulto Clarissimo.S.

ET si rem actam , vt in vetere iuriscōsultorum prouerbio fuit,agere videaris , qui nunc iura & leges,quæ pro vobis faciunt,sed nihil profutura in vnum coegeris: tamen siue hoc leuādi animi gratia facias,siue vt testatum etiam posteritati relinquas,impio & nephario homine eos improbiores fuisse, qui sua cognitione , suoque iudicio rem turpem & iniquam confirmarunt,non in totum labor iste tuus inutilis existimandus est.diligenter enim priscorum legibus repetitis,& Imperatorum decretis nixus, tū sanctorum patrum sententijs,& recentiorum interpretum disputationibus apertè ostendis eum , qui in mares infamis fuerit,etiam in dicta causa ius continuo bonorum atque testandi amisisse:& sanè qui

ita

ita pronuntiauerunt, vt quod in vltima volũtate huiusmodi homo statuisset, quamuis contra eam societatem, quam nobis natura, & ius sanguinis ingenerauit: id ratum tamen & firmũ haberi debeat, hi quid leges velint, & Cesarum decreta mandent, non satis perspexisse mihi videntur. nec item eius meminisse, quod in sacris literis celeberrimum habetur, conflagrasse olim in Syria misso cęlitus igne, quinque vrbes, nec potuisse diutius omnipotentem Deum & partem clementissimum illam humani generis iniuriam inultam sustinere, quàm autem grauis vltio, quamque inexorabilis fuerit Deus, hebręorum literæ testantur, quod Lot innocentissimi viri precibus leniri, aut remorari diuina ira non potuit, & quod vno & eodem incendio sine discrimine sexus & ætatis absumpti omnes fuere, quin etiam ex vrbium cineribus lacus bituminis ferax emersus, quotidie scęleris magnitudinem, Dei iram & vindictę atrocitatem representet. Apud Athenienses capitale fuit adolescẽti ingenuo vim inferre, pudicitiam suam prostituere, aut alienæ ætatis flore perfrui. Statim enim scæleris rei vndecim virorum iudicio morte mulctabãtur. Quidam occulto crimine cum lege aduersus eos agi non posset, in pręsentia periculo elapsi mox cognito scælere, aut pęna capitis, aut exilio condẽnabantur. Sic Timarchus cum iam processisset in virũ & in administratione reipublicę clarus haberetur, accusante Æchyne, quod adolescens nepharię libidini corpus adixisset, a negociis publicis summotus in exilium turpiter actus fuit. Adeo in pessimo crimine sæueri vltores violatæ pudicitiæ fuere. quod si quispiam ab ineunte ætate vsque ad exitum vitę, ita etiam naturæ iura violasset, vt moriẽs eos prӕterijsset, qui sanguine coniunctissimi essent, eius certè sine iudicium cognitione cum summa ignominia testamentum rescissum foret. Solent plerique mortalium, vbi mortem propinquã vident inimicis ignoscere, malè ablata restituere, libidini renunciare, ea denique facere, quibus animæ, dignitati, honori, existimationi consuluisse videantur. Sed homo spurcissimus per omnem ætatẽ turpis & infamis id egit semper: vt non tam coargui posset, nunquam animum ab scælere defuisse, quàm vt memoria obscenæ libidinis apud posteros maneret. Hic ergo ius testandi habuit? huius rata debuit esse extrema voluntas? O quàm pulchrè Hæsiodus in certamine aduersus fratrem iudicij dominos Dorophagos, hoc est, munera comedentes appellat. Sed illorum auarum animum iniqua iudicia vetustus vates Deo vlciscenda reliquit. Verũ vt ad te Anastasi reuertar, causam priuatam amisisti, atq; tuam tunc publicam & pro moribus agere videris, proficit enim ad bonos mores quàm nephandũ sit scælus, & quid super id quicunque leges & iura descripsere statuerint demonstrare dum causam tuam agebas, tibi & fratribus prospiciebas, nunc in medium consulis, nec te peniteat laboris. Nam si forsan huiusmodi causa & disceptatio olim spaciosius tractata in volumen redacta fuisset, profecto enim paratoria ad vos tenendos abigendumq; aduersarium arma vobis fuissent: sed per hoc aliis tu præstabis, vt quoties iudicio similicertabunt, ad manum habeant, quo concurrant, quos authores vocent, quorum disputationibus ita iudicem edoceant, modò prudentem & iustum nacti fuerint: vt nihil ambigat, quin in detestationem criminis etiam aduersus iura testamentum pronunciet. Vale.

FINIS.

Series Chartarum.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ. Aa Bb Cc.

Omnes sunt quaterniones.

CONSILIORVM
SIVE RESPONSORVM
EMINENTISSIMI AC FACVNDISS. IVRISCONSVLTI
DOMINI ANDREAE BARBATIAE SICVLI.

Volumen Secundum.

HAC NOVISSIMA EDITIONE RECOGNITVM, pluribusq; in locis accuratissimè castigatum:

CVM QVÆSTIONIBVS, SVMMARIIS, & Indice locupletissimo.



VENETIIS,

Apud Bernardum Iuntam, & Fratres. M D LXXXI.

CONSILIORVM D. ANDREAE BARBATIAE

Siculi Iurisconsulti clarissimi, Ac vtriusque iuris interpretis acutissimi Liber Secundus.

batis: ſimile dicimus in filiofamilias, qui non poteſt
agere in iudicio ſine cōſenſu patris, vt l.fi.§. neceſſita
te.C.de bonis quæ liber.& tñ poteſt impetrare reſcri
ptum ſine conſenſu patris, vt voluit glo.ſing. in l.j.C.
qui admi.ad bon. poſ. ſecūdū tab. ita refert ſe in facto
conſuluiſſe Bald.in d.l.j.& in d.l.fin.§.neceſſitate. & ita
ēt decidunt do.de Ro.deciſione 60. & ſic non ſequi-
tur,poteſt amicus pro amico impetrare beneficium,
ergo propter hoc repellitur a teſtificando cū a iure nō
reperiat prohibitus. Ex iſtis cōiunctis cum iis, quę am
plę ſuperius adduxi, remanet indubitatus iſte paſſus,
ꝙ poſito ꝙ iſti teſtes ſint, aut fuerint amici huius pro-
ducentis tempore teſtificationis, nō pp hoc repellunt
a teſtimonio: præſertim quia (vt audio) iſte maſſarius
appellat illum Pet.Io.parentem, & ſic inter eos eſt fa-
miliaritas,& ſic par affectio purgat omnem ſuſpicio-
nem,vt probatur ī l.nō ſolum.§.de vno.ff.de ritu nup.
& voluit gl.in c.conſanguinei.3.q.5.& ſic non reſultat
odioſitas cōtra dictum maſſarium: vt voluit Cy.in d.
71 l.ſi quis teſtibus.& ibi Bal. † Nec eſt præſumendum, ꝙ
qs ſit oblitus animæ ſuæ pp amicitiā, vñ egregiè dixit
Bald.in l.imperialem.in prin.in titu.de prohi. alie.feu.
quod ex conuerſatione inhabitādo inſimul ī eadē do
mo augetur affectio,ad hoc allegat text. valde ſing. in
l.cū allegans.C.de caſtren.pecu.li.12.vbi tex.hoc dicit,
72 per quē tex.dicit Bald.in l.parentes.C.de teſtib. † quod
licet frater poſſit teſtificari pro fratre: tñ cū habitant
inſimul,non poteſt; quia augetur beneuolētia ſangui
nis propter cohabitationem,allegat.d. l. cū allegas. &
facit,quod voluit idem Bald. in l.1.C.de epiſ. & cleric.
vbi eandē l.cum allegas.adduxi,tamen in d.l.imperia-
lem.dixit referēs Ariſtotelem, quod amici ſunt ī duo
bus corporibus vna anima, & qđ amicus amico vult
bona, tamen ſi diligo te, non debeo omittere me.l.
Iulianus. ff.ſi quis omiſ.cau.teſtam. & facit, illud quod
Boetio venit in ore. Infeliciores (inquit) ſunt qui ma-
la cōcupita peregerunt, refert Bal. in l. eos. C.de teſti.
73 & ſic voluit Bald.ibi † quòd licet amicitia ſit talis, ꝙ
vnum velle & vnum nolle ſit in vtroque, vt voluit
Sene.

Sene.in secunda epistola;tñ non repellitur a testimonio:& sic vr̃ concordare cum dicto Ang. in d.§.cogitan.vbi dixit, ꝙ aliquantulũ detrahitur de eius fide: & ita intelligatur,quod voluit Bart. in l.admonẽdi. ff.de iureiur.& refert Bald. in suo peculio in ver. te-
74 stes. Inn.dicere in d.c.in literis. † ꝙ familiares alicuius si nõ sunt sibi subditi, possunt pro eo testificari. & ẽt idem Bald.in eodem loco in ver.testes. dixit, ꝙ licet Inn.dixerit in d.c.in literis.ꝙ familiares subditi non possunt testificari pro dño,tñ faciunt indiciũ,& dicit esse casum singu.qui non reperitur alibi, in l.si quando.C.vnde vi.& allegat Bart. in l.2.§.ætas.ff.de excus.tut. posito ergo ꝙ isti testes sint amici & familiares ipsius producentis;tñ ex quo non sunt sui subditi, testificari poterunt pro ipso producente. Et sic multifariè demonstraui istos potuisse testificari pro dicto Melchiore producente. ¶Præterea dr̃, ꝙ primus testis non iurauit parte præsente,nec ad hoc citata,ergo nõ tenet eius testimonium, ca.in nomine dñi.de testi.nec iurauit in loco ad hoc deputato,nec iurauit coram iudice. ergo non valet eius dictum. Item deponit dubitatissimè:qa vno modo dicit pro dicto Melchiore, alio modo dicit in fauorem ipsius massarij,& per consequens interpretatio fiet contra probantem.vt in c.in præsentia.de probat.c.ꝯ eũ. de regu.iu.lib.6.¶Nec ob.secundus testis,qui est Ioannes de Homozolis, q deponit de stricta amicitia;qa non est standum dicto suo ex eo; qa non reddit cãm concludentem; dicit enim, ꝙ vidit quasi continue conuersari,ista stant simul, ꝙ continuè quasi cõuersentur;& tñ non sit stricta amicitia; q̃ est, vt sit vnum velle,& vnũ nolle, vt superius dixi. Debet enim testis reddere cãm sui dicti necessariò concludentẽ.l.solã. C.de testi.c. cum causam, eodẽ tit.ergo non probat strictã amicitiã.l.non hoc. C.vnde legitimi, & eodẽ modo dicunt alij testes, qui nõ reddunt causam sui dicti necessario cõcludentem:dicunt enim,ꝙ dictus Pet.Ioan.conuersatur cũ dicto Melchiore,at pp hoc non concluditur stricta amicitia. Vnde dixit gl elegans in d.c.in literis. de testi. & in d.c.consanguinei.
75 aliàs in summa.3.q.5.† licet aliqui sint familiares, vt sunt coniuncti sanguine, ꝙ non pp hoc repelluntur a testificando.Ita dicamus in proposito, licet testes isti conuersentur, aut conuersati sint cum dicto Melchiore, non pp hoc sunt repellendi a testificando,cum ista stent simul, ꝙ sint familiares,& tñ possint testificari: quia ex hoc non concluditur stricta amicitia:& posito,non tamẽ concesso,ꝙ esset stricta amicitia;tñ non repelletur a testificando pp hoc, ut voluit Bal.in d.l.imperialem.& Ang. in d.§.cogitandum. Et fortificatur testimonium istorum testium: quia probatum est per testes,qualiter dicti Pe. Io. & Guido producti pro dicto Melchiore sunt honesti, bonæ famæ,& vitæ,& diuites nati ex bonis parentibus,quo casu vendicat sibi locũ doctrina Inn.in c.in literis,de testib.& in c.insinuante,de offi. de leg. ubi
76 dixit,† ꝙ honesti famuli & bonæ famæ recipiunt in testes pro his,quibus seruiunt; qa nõ est præsumendũ,ꝙ velint deierare.istud refert & sequit Sal.in l.ẽt. C.de testi.sequit ibi Bal.& facit, quod voluit gl.in l. Titio fundus.ff.de condi.& dem.quæ dicit, ꝙ credit honesto viro; qa non est præsumptio,ꝙ uelit dicere mendaciũ.& refert Bal. in c.cũ contingat. de rescri. aliàs de off.delega.dicere, ꝙ creditur vni bono viro. allegat ca.præsens.20.q.3. 8.q.4.c.1.& quod not.Ioã. Andr.in cle.causam quæ.de ele.& not.in c.j.de elec. per sal.promo.ubi dicit tex.ꝙ creditur bonis viris.& facit tex.in l.si a bonæfidei. ff.de rei vend. & ibi Ang. dicit excusatum fuisse quendam Potestatem in syndicatu hic Bononiæ; ex eo quia credidit bono uiro; quia nõ est præsumendum,ꝙ velit deierare, & facit tex.valde elegãs. in c.2.de ope.no.nũn. vbi præsumit
77 † ꝙ bonus vir non deierabit; nec est in iure melior tex.illo, & ad hoc facit text.in c.in nr̃a,de procu.vbi idẽ probat.& dixit multũ sapienter Hosti.in c.finẽ li-
78 tibus, de dolo & contu. † ꝙ si qs vir honestus litiget in iudicio & succumbat;qa non habet iustã causam litigandi;tñ non punit in expensis:qa non præsumit temerarie moueri ad litigandũ, sed aliquo colore, ideo excusat allegat d.c.2.de ope.no.nunt.& adduco,qđ sing.voluit do.Ant.in c.postremò,de appella. vbi dixit, ꝙ si qui litigant, & impetratur in iudicem
79 consanguineus † alterius litigantium,qui est bonæ & honestę vitæ,ꝙ non põt recusari in iudicẽ: qa nõ præsumit velle facere iniustitiam,facit ad hoc c.Lugdunensis.9. quęst.3.c.oẽs.7. quæst.j.37.di.cap.qui de mensa.glo.in c.expedit.12.quæst.j.facit gl. quæ repu-
80 tatur sing.in l.j.§.j.ff.de ripa mu.quæ dicit † ꝙ honesto viro remittitur onus cautionis præstandæ: quia præsumitur, ꝙ faciet id, quod eidem incumbit,quã glo.Bald.reputat sing.in c.2.de iud.tum etiam quia nati ex honestis parentibus præsumuntur honesti, iuxta illud, sępe solet similis filius esse patri.l.ꝙ si nolit.§.si mancipium.ff.de ędil.edic.& facit glo.quæ reputatur sing.in cap.illud.11.dist.quæ dicit,ꝙ præsumit pro nobilibus & sic pro honestis viris,facit text. in l.ob carmen.§.j.in versicu.honestatis.ff.testib.ubi adigit honestos viros ad ferendum testimonium. fa-
81 cit. cap. in nostra. de testib. † & ideo eleganter dixit Ioann. Andr.in additio.Specu.in ti.de loca.fuisse in curia Roma. sententiatum quendam custodẽ arcis fuisse excusatũ (Vocabat.n.culpa si non minus idoneo homini arcẽ cõmisit.tex.expres.l.vtique ff.vlt.ff. de rei vend.)si illam custodiendam cõmisit cuidam nobili & honesto viro,qui illã postea tradidit inimicis:qa non debuit præsumere honestum & nobilem virum esse futurũ mendacem, & proditorem. & iõ dicebat Io. Andr.in addi.Spec.in tit.de noto.crimi. quẽ allegat.D.consulens, ꝙ dignitas & honestas coadiuuant probationes aliàs inualidas, puta si testes ꝑducti erant consanguinei ꝑducentis.¶Cũ ergo in ꝓposito nr̃o isti testes sunt honesti viri,& nati ex diuitibus & honestis parẽtibus, nõ est ꝓsumendum ꝙ velint deierare,& esse mẽdaces, & falsi,maximè pro 86.ducatis,debet ergo do. iudicans ex istis oĩbus adinuicem coniunctis deuenire ad vnum finalem conceptum mentis, deferendo iuramentũ ad abundantem cautelam; non tñ necessariam ipsi Melchiori, ri, licet non indigeret & iuramento: & multum sapienter dixit Bal.in rubrica de cõtrouer. in vsi. feud. ꝙ ex varijs suggestionibus testium,instrumẽtorum, & ex alijs coniecturis iudex deuenit ad vnum finalẽ conceptum mentis, non indigentem adminiculo iuramenti,pro quo dicto vr̃ text.cap.cum ad sedem, de resti. spol.vbi dr̃,ꝙ iudex ex testibus,instrumẽtis, confessione partis,& ex alijs poterit animum suum informare: vbi singulariter probatur illa doctrina Bald. & probatur in capitul. cum Ioannes Eremita.
82 de fide instrument. † vbi dicitur, iudicem vsque ad prolationem sententiæ debere cuncta rimari: facit tex.in ca.illo vos,de pigno. & capitulo, ad nostram, de emptione.& uendi.& cap.cum in dioces.de vsur. & l.excipiuntur.ff.ad sila.& l.indicia. C.de rei uend. & l.spadonem.§.qui iura multa.ff.de excu.tuto. vnde dixit glos.in l.2.§.j.ff.de excus.tuto.quòd ex pluribus præsumptionibus resultat plena probatio, de qua glo.facit festum Bald.in rubrica.C.de proba.& Ludo. Rom. consilio 7.& consilio 8. & facit gloss.in capitu.cum dilectus.de success. ab intesta.& in cap. accedens.el 2.vt lit.non contest.& in l.instrumenta. C.de prob.& in l.3.§.eiusdem.ff.de test.& in c.illud, de præsump.& in c.cũ Bertoldus.de re iud.& in.c.cũ causam,

causam. de probatio. Albericus de Rosa. in l. instra. C. de probatio. Bar. in l. admonẽdi. ff. de iureiu. & in l. 1. §. item Cornelio. ff. de quæstio. Sal. in l. sciãt. C. de probat. Bald. in l. 1. C. qui pro nu. tutel. & in l. nullius. C. ad legem Iuliam maiest. & in d. c. cũ causam. & in l. fi. C. de proba. doctores in c. literas, de præsumpt. & in c. veniens, de testib. dñs Pe. de Anch. in suis consilijs, consi. 265. & quod not. in d. l. spadonem. §. q iura multa, Sal. in l. in bonęfidei. C. de iureiu. & per dñm Antonium in c. veniens, el j. de testib. cum ergo oĩa ista tendant ad vnum rei finem sequitur, ꝙ ex illis iudex sententiabit pro ipso Melchiore: & istud uoluit do. Abb. in suis cõsilijs, consi. 16. in ordine meo, incip. ad claram huius dubij decisionem. poterit tñ ad abundantem cautelam deferre sibi iuramentũ. ¶ Præterea conuincitur iste massarius ex suis capitulis: nam in primo capitulo dicit, ꝙ dictus Melchior venit ad dictum massarium, & fecit instantiã, ꝙ iste massarius vellet scribere, & annotare super libro ipsius massarij, & ipsius Melchioris oẽs quantitates pecuniariũ, quas soluerat: ex quo sequitur, ꝙ illas non scripserat sup libris dictus massarius, ꝙ clarius ostenditur ex secundo c. in quo dicit, ꝙ massarius tũc notauit in præsentia Melchioris: & testiũ oẽs pecuniarum quantitates exbursatas: ergo aperte dicit, ꝙ antea illas non annotauerat, ad quid ergo produxit testes, ꝙ de stylo erat, ꝙ tunc scribantur cum soluuntur: sufficit enim istum massarium confiteri, ꝙ tunc non annotauit: vnde stabitur suę confessioni, arg. l. cum precum, C. de lib. cau. facit glo. ibi, q̃ do. Cardi. reputat sing. in c. examinata, de iudi. & facit l. 2. C. de insti. & substi. & qđ voluit ibi Bal. facit, qđ voluit Io. And. in c. fi. de iureiu. lib. 6. vbi dixit, ꝙ impetrans vr̃ fateri contenta in rescripto. Item sicut quis vr̃ confi-
83 teri contenta in libello. ita † & cõtenta in exceptione. Bar. in l. 1. ff. de his quæ pę. not. & in l. certũ. §. si qs absente. ff. de confess. Item quis vr̃ confiteri ea, quæ ponit in capitulis, vel positionibus, gl. in c. j. de confes. lib. 6. facit, quod voluit Bal. in l. scripturę. C. de fide instru. & in l. 2. C. de erro. aduo. & in l. transactione. C. de transac. & in l. alia. C. de his qui. vt indig. & qđ habet in c. cũ super, de offi. deleg. & qđ voluit gl. in c. præsentiũ, de testi. & Inn. in c. cũ venerabilis, de excep. & in c. cum olim. de censi. Bar. in l. post legatũ ff. de his qui. vt indig. do. Cardi. in c. examinata, de iudi. Ideo dixit Bald. in d. c. præsentiũ. a non iuuat pro-
84 testatio, qñ quis dicit, produco † quatenus facit pro me, quia vr̃ confiteri cõtenta in eo, qđ producit Bal. in l. j. C. vt quę desunt aduo. & in l. si qs testibus. C. de testib. Et sic vera sit conclusio, istum Io. la. cõfessum esse, se nõ fecisse notã in libris de solutione facta per illũ Melchiorẽ: ergo producendo testes, ꝙ de stylo esset scribere, & annotare solutiones factas tpe solutionis factæ massario, vr̃ esse sibi cõtrarius, quo casu vr̃ esse in euidenti calumnia per id, quod sing. voluit Io. An. in c. cum Ioannes eremita, de fide instru. vbi refert fuisse pronuntiatum ꝯ quandam abbatissam, quæ fuerat sibi contraria, nec vr̃ parcendum simpli-
85 citati, quia † vbi est contrarietas ibi non cadit simplicitas. refert Bald. in l. scripturæ. C. de fide instrum. Cũ ergo est sibi contrarius, apparet manifeste de sua calumnia & mendacio, & coadiuuat vehemẽter dicta illorum duorum testium Pet. Io. & alterius testis productorũ per illum Melchiorem: & ad hoc argu. allego glo. & Dominicũ in d. c. si duobus. de rescrip. lib. 6. & sic potest dici illi massario illud, quod dr̃ in passione, nos ex ore eius audiuimus: pro certo ego nescio videre, quõ possit se excusare iste massarius a receptione dictæ quantitatis petitæ per dictum Melchiorem stantibus dictis duorum testium, & stanter huiusmodi calumniosa contrarietate. ¶ Præterea in tertio capitulo ponderet D. iudicans; qa in dicto capitulo non negat massarius, ꝙ illas pecunias receperit, sed ad interrogationem Melchioris respõdet, qs erat præsens, qñ ego fui cõfessus, & sic vr̃ aperto ore confiteri, ꝙ fuerit confessus recepisse, sed non erant testes; quia verisimile est, ꝙ massarius dixisset rñdendo illi Melchiori, tu mihi nõ dedisti, nec recepi, nec fui confessus: nõ enim est verisimile, ꝙ dixisset, quis erat presens, quando fui confessus: sermones enim nostri debent adaptari rebus verisimilibus, atq; verificari in communem sermonem hominum fruentium intellectu; vt ait Auerrois, quem refert Bald. in rub. C. de proba. in l. fi. C. de edic. diui Adri. & in tractatu scismatis. & in l. j. C. de ser. fugi. quia omne, qđ non est verisimile, est quædam falsitatis imago; vt dixit Bald. in l. j. præallegat. facit l. milites. §. oportet. de quæstio. cũ vulgaribus, & sic cũ dictus massarius sit mendax in vno, vr̃ esse mendax in omnibus, vt in c. consideret. de pen. dist. 5. qui est reus in vno factus, est reus in oĩbus. ¶ Præterea ponderet D. iudicãs; qa in isto 3. cap. iudicio meo, apparet, ꝙ vere receperit massarius dictas pecunias: & apparet cã, quare negat istam receptionẽ solutionis; qa cũ Melchior dixisset, voi non mettete a cõto li denari &c. & massarius rñdit, quis erat pręsens, qñ mihi dedisti, & Melchior rñdit, nullus: sed alias ipse massarius bene fuerat confessus se recepisse: modò si pecunias illas nõ recepisset, nõ dixisset, quis erat præsens, qñ mihi dedisti, vel qñ confessus fui: vnde vr̃ confiteri pecunias sibi datas. ¶ Cum ergo talis confessio sit diuisa in di-
86 uersis orationibus † sequitur, ꝙ potest diuidi, & in parte acceptari. ꝙ illas pecunias acceperit, sed quod nullus erat pręsens numerationi: potest ergo diuidi, per id quod voluit Bar. in l. Aurelius. §. idem quęsiit. ff. de libe. lega. & Bald. in l. vnica. C. de confes. & in l. si quidem. C. de trãs. & in l. 2. C. de dona. ante nuptias. & in l. ea quæ. C. de cõdi. indeb. & in l. nec codicillos. C. de codicil. & per oẽs scribentes in c. cũ venissent. de insti. & Archi. & alios in c. j. de confess. lib. 6. & per alios in c. pręterea, de trãsa. & sic poterit dictus Melchior scindere dictã cõfessionẽ: ex quo est in diuersis orationibus, & acceptare eã pro parte, q̃ facit in sui fauorẽ, ex isto capite. s. ꝙ recepta fuit per massarium dicta pecunia, & eidẽ soluta. ¶ Secundò adduco, qđ in simili voluit Oldra. quẽ refert & sequit Bal. in c. j. §. porrò. in tit. quæ fuit prima causa benefi. amit. vbi refert Oldra. determinasse in vrbe quandã qõnem, quidam accusabatur, ꝙ de nocte occiderit quendã; testes deposuerũt se vidisse per claritatem lunæ, ipse articulari fecit, & probauit, ꝙ illa nocte nõ lucebat luna, iõ non potuerũt videre, & sic fuerũt reprobati rõne nãli. Idem voluit Bal. in l. accusa. ff. de statu ho. Ang. in l. si cum exceptione. §. in hac. ff. qđ me. causa. ¶ Modò in proposito iste massarius si illã pecuniam non recepisset, pure & simpliciter negasset, & obiurgasset, & amare redarguisset illũ Melchiorem: maxime, qa erat officialis, & ille erat priuatus, nec rñdisset, qs erat præsens tunc numerationi, aut qs audierat suã confessionem: naturali enim ratione debuit
87 negare, ꝙ non fecit, ergo conuincitur ex hoc, † quia nãlis rõ allegatur pro lege, vt e. rõ. de præben. cle. cũ rõni nãli. de elec. l. cum rõ. ff. de bo. damna. l. humanitatis. C. de excu. tu. l. scire. §. sufficit, in ver. naturali iustitia. ff. eo. j. di. cuius est. & c. consuetudo. ideo dixit Zenzelinus in cle. j. de elec. ꝙ sufficit allegare rationem naturalem. Saly. in l. illam. C. de colla. quia rõ non fallit, nec fallitur. l. j. C. de ponde. aur. lib. 10. iõ
88 dicit Bal. in c. translato. de consti. † ꝙ allegant leges Longobardorum propter rationem in eis insertam. facit glo. in c. consuetudo. j. di. & sic potest conuinci rõne naturali. ¶ Item causa quare negauit se recepisse

piſſe pecunias fuit: ꝗa fuit ſibi dictum, ꝙ nullis erat
præſens, qñ recepit, nec qñ fuit confeſſus, ideo ob-
uiandum eſt tantę calũniæ; cle. vt calũnijs. de re iud.
¶ Et ex iſtis elicitur vera & indubitata concluſio, ꝙ
ſufficientiſſimè eſt probatũ, ipſum maſſarium rece-
piſſe dictam pecuniã, teſtibus, confeſſione maſſarij,
coniecturis, & præſumptionibus. Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Contracto matrimonio in eius conſequentijs & acceſſionibus qui locus attendendus ſit.

SVMMARIVM.

Domicilij viri inſpicitur locus non contracti matrimonij. 1.

Vxor & res eius ſubijciuntur legibus, quæ in mariti demicilio ſeruantur. 3.

Matrimonium trahit vxorem ad originem viri. 4. *&* 5.

L. exigere dotem. ff. de iudicijs. interpretat. nu. 1. 3. 4. 5. 6. 19. 29. *&* 22.

Matrimonium contrahentes cum eiuſdem loci ſunt attenditur locus contractus. nu. 21.

CONSILIVM IIII.

FActi contingentia penſitata & ſta-
tuto vario vtriuſq; vrbis, mihi
vr, ꝙ debeat attendi ſtatutũ vigens Bo
nonię, qd ſic demõſtro ad oculũ rõne
fundamẽtali & viua, habẽte neruũ in
l. exigere dotẽ. ff. de iud. quare eſt, ꝙ in-
ſpiciatᷣ ſtatutũ loci, vbi maritus hẽt domiciliũ, & nõ
1 inſpicitᷣ locus ꝯctus matrimonialis: † ꝗa vir vr vt ad-
uena venire ad domiciliũ vxoris, & recipere dotẽ in
domicilio vxoris, vt eſt moris, & ſic tanꝗ̃ quidã adue
na vr ꝯ̃xiſſe pauliſper ibi manſurus, & ſecũ ducturus
vxorẽ ad ſuũ domiciliũ: ſicut ergo aduena nõ cõue-
nitur in loco ꝯctus; ꝗa ſolutionẽ vr deſtinaſſe ad lo-
cũ ſui domicilij: vt l. hæres abſens. §. j. ff. de iud. ita eſt
in marito recipiente dotẽ in loco vxoris; ꝗa vt adue
na vr promittere reſtiturũ ſe dotẽ adueniente ca-
ſu reſtituendæ dotis in domicilio ſuo, & vt meis dẽt
audacia verbis, iſta rõ redditur per Ang. in d. l. exige-
re dotem. & ſic rõ illius l. quare inſpicitᷣ locus viri &
nõ locus receptæ dotis eſt; ꝗa vt aduena ꝯ̃xit matri-
moniũ in loco vxoris. Ideo Archi. in c. illud. 12. di. di-
2 xit † Regij eſt ſtatutũ, ꝙ vir lucretᷣ totã dotẽ, ſed Bo-
noniæ ꝙ vir lucretur dimidiã dotẽ vxore decedente
in matrimonio, Reginus accepit uxorẽ & dotẽ Bo-
nonię, mortua vxore, cuius loci cõſuetudo inſpicie-
tur. refertᷣ Guido. de Suza. dixiſſe, ꝙ inſpicitᷣ conſue
tudo Reginæ ciuitatis, vnde eſt ipſius mariti origo,
& ſic ſentit Archi. ꝙ tunc attenditᷣ locus uiri, qñ vir
ꝯ̃hit in loco extraneo: iſtud ſenti t Bald. in d. l. exige
re dotẽ. inquantũ allegat dictũ archi. in d. c. illud, ꝗa
dictũ doctoris debet intelligi ſᷓm legem quã allegat:
vt uoluit Bart. in l. non ſolum. §. ſi liberationis. ff. de
lib. leg. & ideo dixit idem Bal. in l. ſi uxorẽ. C. de con-
3 di. inſer. † ꝙ uxor ſubijcitur legibus viri, allegat. d. l.
exigere, quaſi ſentiãt, ꝙ leges uiri ſint aliæ a legibus
mulieris. item dixit Bar. in d. l. exigere dotem. uideri
ibi caſum, ꝙ ſi in ciuitate iſta, unde uir habet domi-
ciliũ & originẽ, eſt cõſuetudo, ꝙ mortua uxore ſine
liberis uir lucretᷣ tertiam: in loco unde fuit accepta
uxor & celebratus eſt ꝯ̃ctus eſt alia cõſuetudo, certe
inquit Bar. ſeruabitur conſuetudo terræ, ubi uir ha-
bet domicilium, ut ibi, licet ſecus ſit in alijs contra-
ctibus, ut l. ſi fundus. ff. de eui. & refert ſe dixiſſe in l.
cunctos populos. C. de ſumma trin. & ſic Bar. ponit
exemplum in uiro non habente originem in loco
uxoris, ut attendatur locus mariti: & adduco, quod
uoluit Bar. in l. uoluntas. in prin. C. de fideicom. ubi
4 dicit † ꝙ matrimonium rapit uxorem ad originẽ ui
ri: & refert legẽ Longobardã dicere, ꝙ ſi mulier Lõ-
gobarda eſt nupta Romanæ, uiuit lege Romana:
dicit ẽt, ꝙ in dote ſemper inſpicitᷣ conſuetudo iuris,
allegat. d. l. exigere dotẽ. & Bal. idẽ voluit ĩ rub. C. de
pri. do. & iſtud voluit ſentire idẽ Bal. in l. fi. C. ſi a nõ
compe. iud. vbi dicit. fallit in marito, qui ꝯ̃xit cũ vxo
re: ꝗa contraxit tanꝗ̃ diſceſſurus, & vxorẽ ſecũ tranſ-
ducturus ad ſuum iudicium & domiciliũ, allegat. d.
5 l. exigere dotẽ. & ſic loquitur Bal. ꝙ tunc † inſpicitur
locus viri, qñ vir vt alienigena contraxit in loco vxo
ris, & ſi põderetur dictũ Bar. in d. l. cunctos populos.
C. de ſum. tri. & qd dixit Pe. de Anch. in c. canonum.
de conſti. & D. Abb. poſt D. Ant. in c. 1. de ſpon. & in
c. fi. de foro compet. & D. Archi. in c. illud, 12. diſt. &
ẽt ſi ponderetᷣ illud, qd voluit Pe. de Anch. in d. l. exi-
gere. vbi dicit de dña Bonon. quæ dedit Bononiæ do
tem, & nupta eſt Florentiæ, & allegat Arch. in d. c. il-
lud. qui ẽt allegat, qd habetur in Spec. in tit. de ſent.
§. qualiter. uerſ. item pone. ¶ Modò reducendo iſta
ad caſum huius conſult. iſte vir Florentinus habitãs
Bononiæ cauſa negotiandi, retinens originẽ Floren
tiæ, & cũ illa volens viuere, ſoluens onera Florentię
vt Florentinus, accepit in uxorẽ quandã Florentinã,
& acceſſit Florentiam vt ad ſuam naturalẽ & origi-
nalem patriã, & non vt aduena, vel (vt ita dixerim) vt
transfuga, quod dixit Seneca in prima epiſtola, ꝯ̃xit
matrimoniũ Florentiæ cũ Florẽtina, & ſic tacite vr
ſe ſubijcere legi Florentinæ, ex quo Florentinus eſt.
Vnde rõ viua & ſingularis, q̃ colligitᷣ ex dicta l. exige
re. q̃ eſt: ꝗa vt aduena venit ad locũ vxoris ad ꝯ̃hen-
dũ matrimoniũ cũ eadem, non vendicat ſibi locũ in
caſu noſtro, ex quo iſte nõ acceſſit vt aduena, ſed vt
Florentinus maiorẽ habẽs charitatẽ & affectionem
ad ſuã patriã originariam, ꝗ̃ ad illam, in qua habitat
maximè in ciuitate Bononiæ, in qua forenſis ſi per
mille annos in eadẽ habitaret, nec ad officia, nec ad
honores vocaretᷣ. Ideo vr voluiſſe illum ꝯctum ma-
trimonij regulari, & regi legibus Florentinis: unde
nullus ſcribentiũ in locis, quæ allegaui ſuperius, te-
tigit caſum noſtrũ: oẽs enim loquũtur, qñ Reginus
vadit Bononiam & ꝯ̃hit cum dña Bononienſi, non
aũt loquuntur, qñ Bonon. origine propria, habitans
Regij vadit Bononiam & ꝯ̃hit cũ Bonon. Sic iſte ca-
ſus eſt omiſſus a doctoribus, qui videntur intelligere
d. l. exigere dotẽ. in originali ciue eunte ad aliũ locũ
cauſa ꝯ̃hendi matrimoniũ: ſed qñ originarius pro-
pria origine habitans Bononiæ redit ad ſuã patriam
originariam cã ꝯ̃hendi matrimoniũ, non loquũtur.
Cum ergo d. l. exigere ponat caſum ſpecialem exor-
bitantem a cõibus regulis: vt l. ſi fundus. ff. de euict.
& volunt oẽs ſcribentes in locis allegatis ſuperius,
vt ponat caſum ſpecialẽ, ergo ſequitur, ꝙ non exten
detur, qñ Florentinus habitans Florentiæ vadit Flo-
rentiam, & ibi accipit vxorẽ. Vnde remanebimus in
6 regula volente, ꝙ † in deciſorijs attendatur locus ꝯ-
ctus: ut plene per Bart. in d. l. cunctos populos. C. de
ſum. tri. & per canoniſtas in rub. de conſuet. cũ ſi. &
hoc modo poſſunt reduci ad concordiã doctores te
nentes ꝯ̃riũ, ex eo ꝗa refert D. Dominicus de ſancto
Gem. Are. dicere in c. illud. 12. diſt. ꝙ Gul. de monte
Laud. in cle. ſępe. de uer. ſig. tenuit ꝯ̃rium, ꝙ imo at-
tendatur locus ꝯctus, vbi dos datur, ſeu recipitur: &
hanc partẽ tenuit Abb. antiquus in c. j. de ſpõ. vbi di
cebat, ꝙ ſeruabitur cõſuetudo loci ꝯctus, allegat ad
hoc 12. diſt. c. illa. & quod ibi voluit gl. & habetᷣ in c.
quæ ꝯ mores. 8. di. & qd voluit ibi gl. & facit, qd ha-
betur in l. excepto. C. loca. ſi aũt in loco ꝯctus nulla
eſſet conſuetudo, vel ſtatutũ, tunc ſeruabitur cõſue
tudo loci ipſius viri, ita dixit Abb. antiquus: ut redu
camus ad concordiam iſtos pręclaros iuris interpre
tes, dicamus, ꝙ opi. Gul. & Abb. antiqui procedat eo
caſu, quo habens domicilium Bononiæ eſt origina-
rius Florentinus, & vadit Florentiã cauſa accipiẽdi

vxorē,& tunc in decisorijs attendat̄ locus ipsius vxoris;qa est locus vtriusq;:& isto mō ꝓcedat dicta opinio istorū.Si verò est originarius ex alio loco, vel habitat hic,& vadit aliò cā ꝯhendi mr̄imoniū, tunc attendat̄ locus,in quo vir hēt domiciliū,& ita ꝓcedat opi.Guid.de Suza.& sequaciū,vt refert archi.in d.c. illud.& pro certò si rectè pōderet̄ tex.d.l.exigere hoc decidit,qa dicit debere attendi locum viri,& iā ciuitas Florentina est locus ipsius viri & ipsius mulieris. Et ꝑ hoc tollit̄,si quispiā diceret, amice tu cōsulis ꝯ
7 cōem opi.ꝙ † nō est faciendū:vt l.j.ff.de offi.q̄sto.in ver.crebrior apud veteres opi.l.j.ff.de senato.l.athletæ.§.j.ff.de his q̄ no.infa.cū si. ¶ Quia ad hoc rn̄deo primò, ꝙ ꝯ cōem opi.consulit pōt, si ostendatur,ꝙ cōis opi.errat.Ita dixit Io. Andr. quē oēs sequunt̄ in c.j.de constit.secundò dico, ꝙ ego nō consulo cōtra cōem opin. imo est casus preter oēm opi.cōem, loquitur enim cōis opi.q̄n originarius Bononiæ vadit vt viator ad contrahendum matrimoniū cū aliqua Florentina:sed non loquunt̄ doctores,q̄n originalis Florentinus soluēs onera realia & personalia Florētiæ,& habitans Bononiæ, vadit Florentā ad ꝯhendū cum aliqua Florentina,vt est casus noster:& per cōsequens non consulo contra cōem opin. quinimo plus dico,ꝙ si cōi opi.docentium fuisset iste presens casus ostensus, consuluissent ſm hanc partem,ex eo qa verior est. ¶ Præterea est aduertendū, ꝙ in dicto ꝯctu dotali seu instrumento dr̄ expresse, ꝙ dictus vir fecit donationem eidem dn̄æ Petræ de libris quinquaginta ſm formam statutorum ciuitatis Florentiæ, quas dotem & donationem ꝑꝑ nuptias &c. pro certo ex illis verbis deciditur in indiuiduo ista q̄stio ex eo:qa in c.j.de spon.dr̄, ꝙ quidam de Francia desponsauit quadā de Saxonia lege Saxonia:ponderet nūc accurate.D.iudicans,ꝙ posito ꝙ Guido de Suz. Arch.Bar.& sequaces dicant verum,ꝙ attēdatur locus viri,non tn̄ cōcessio,q̄n vir alibi habitans est originarius Florentinus; tn̄ si cōtrahat alibi ſm legem loci ꝯctus tunc seruatur lex ꝯctus, & non lex vbi habitat vir.casus est formalis in d.c.j.ita tenet ibi d. Gaspar de Calda.& do.Ant. sed in casu nostro iste contraxit matrimonium cum dicta dn̄a Petra ſm legē Florentinam,ergo seruabitur consuetudo Florentina & statutum Florentinum, arg.c.j.de pac. cum si. Et istud euidenter apparet; qa in dicto instrumento dr̄,secundum formam ciuitatis Florentiæ, ergo seruent legem Florentinam; qa secundum illam contraxerunt.¶ Et si quispiam dixerit, ꝙ illud uerbum, secundum formam statuti Florentini,refertur ad illud verbum donationis ꝑꝑ nuptias. Respondeo, ꝙ licet illud verbum referatur ad donationē propter nuptias; tn̄ totus contractus declarat mentem & uoluntatem ipsorum contrahentium; quia contrahere uoluerunt ſm dispositionem legis Florentinę: & non est dare rationem diuersitatis, qua ex causa voluerint magis seruare legem sui municipij in vno casu,q̄ in alio:si ergo non apparet bona ratio diuersitatis, certe sicut uoluerunt contrahere quò ad donationem propter nuptias,ita uidentur uoluisse seruare statutum Florentinum quò ad ipsam dotem,
8 non enim † debet vnum & idem instrumentum diuerso iure censeri.l.eum qui ędes.ff.de vsuca. & eadem ratio est in vtroque, ergo eadem debet esse iuris dispositio.l.illud.ff.ad l.aquil.c.translato, de consti.c.inter corporalia. de transla. præla.Et pro certo istud apponit gladium ad radicem huius consultationis.¶ Preterea est aduertendū,& circa hoc diligēter cōsideret.D.iudicans,qa nō est obliuioni tradendū,aut cōsideramus mētē ipsius dātis dotē, aut cōsideramus mentē ipsius recipiētis dotē: & sic siue loquamur in viro recipiente & promittēte restituere,

siue cōsideremus ipsam mulierē dantē dotē, dico ꝙ vnusquisq; vr̄ velle & cogitare illud, qđ vult statutū
9 suæ patriæ † qa nāliter nos nascimur patriæ nostræ, vt elegās tex.est in l.j.§.si ea. ff.de vent.in pos.mit.in ver. reipublice nascimur. & ideo Dyn.in suo cōsilio relato per Bar.in l.hr̄des mei.§.cū ita.ff.ad treb. quē ibi sequuntur Ang.& alij scribētes, dicit, ꝙ testator vr̄ uoluisse excludere neptē ex eo: qa statutū illā excludit;qa vr̄ velle illud,ꝙ vult statutū sui municipij. Et adduco,qđ voluit d.Pe.de Anch.in l.sed & si hac,
10 §.liberos.ff.de in ius vocan.vbi dicit † ꝙ si qs accepit emphyteusim ꝓ se & filijs suis, & cōsuetudo suę patriæ disponit,ꝙ fęminæ cōprehēdant̄, ꝙ vr̄ accipiēs velle & cogitare illud,qđ vult lex, uel cōsuetudo sui municipij:& refert in cōtingentia facti ita cōsuluisse,ita dicit in suis reportatis,& re uera idē do. Petr.latius istud dixit in suis cōsilijs,cōsi.413.& adduco,qđ voluit Car.in l.vt iusiurādi.§. si liberi.ff.de ope.li. vbi
11 dicit† ꝙ si cauet̄ statuto,ꝙ stātib⁹ filijs masculis filiæ nō succedāt,q̄rit,an succedāt filiæ in emphyteusi,& dicit ꝙ stabit̄ cōsuetudini,& pr̄ qui accepit illā vr̄ voluisse illud qđ vult cōsuetudo sui municipij: ita ibi uoluit Bar.Et adduco Ioan.de Imo.in c.potuit.de locā.in fi.verbis. vbi dicit se consuluisse apud Lucam,
12 qdā acceperat emphyteusim ꝓ se & suis filijs † fuit dubitatū,vtrū veniant fęminę,& allegat Archi.dicere in c.si qs suadente, 17.q.4.ꝙ nō:qđ limitat nisi cōsuetudo suæ patriæ aliter disponeret;quia tūc vr̄ voluisse ꝯhere ſm consuetudinem suæ patriæ, allegat Bar.in d.l.ut iusiurandi.§.si liberi.& adduco,qđ pulchrè voluit Pet. de Ancha. in suis reportatis in l.tres
13 fratres,ff.de pac.ubi p̄supponitur † ꝙ statutū municipij excludebat filias feminas masculis exīstētibus, modò testator instituit filios,fuit dubitatū, vtrum viderentur institutæ filiæ; qa appellatione masculi veniunt fęminæ.l.1.ff.de ver.sig.l.quicunq;.C.de ser.fugi.l.si qs in tantā.C.vnde ui.decidit ibi do. Pe.ꝙ non vr̄ testator instituisse filias:ex eo qa vr̄ voluisse in suo testō seruare illud, qđ vult statutū sui municipij,& non illud,qđ vult lex cōis,& refert se in cōtingentia facti ita consuluisse:ita vr̄ in proposito nostro, vt isti ꝯhentes uoluerint ꝯctū huius matrimonij regulati legibus & consuetudinibus suæ patriæ,cui magis tenemur q̄ liberis ipsis, vt dixit Cicero in primo officiorū. Vnicuiq; inqt, nostrū chari sunt liberi, chari sunt parētes &c.Iō non est admiratione dignū,si isti ꝯhentes voluerunt suū ꝯctum regulari lege Florentina,& adduco elegantē doctri.Bal.in l.ꝑcibus.C.de impub.& alijs substitutionibus. & allegat qđ habet in l.si duo.ff.de acq.hær.ad illud, qđ disponit ius sui municipij:& ad hoc allego illud,qđ voluit Ioan. de
14 Imo.in l.fi.de cond.& dem.vbi dicit, † ꝙ si per statutū municipij concederet̄ administratio cuilibet maiori 20.annis, & minori 25. annis, & testator legat alicui administrationē bonorū, cū poterit administrare,& decidit,ꝙ intelligit̄ cū erit 20.annor. qa ita disponit statutū sui municipij: licet.n.de iure cōi requiratur,ꝙ sit maior 25.annis, tn̄ testator vr̄ voluisse suam dispositionem regulari ſm legem sui municipij,& non ſm legem cōem.Ita dicamus in proposito nostro, & adduco illud, qđ sapienter dixit Bar. in suo elegāti tractatu de Guelphis & Gebellinis, &
15 allegat.d.l.ueluti,†ꝙ quilibet præsumitur esse talis, qualis est eius patria,ita soleo dicere consulendo & legendo. Apparet ergo ex predictis,ꝙ præsumit̄ tam ex parte dantis dotem, q̄ ex parte recipientis, ꝙ voluerunt contrahere & contraxerunt ſm legem Florentinam,& non secundū legem Bononiensem. Et indubitanter ista decidūt casum.¶ Preterea facit ad
16 predicta. † naturale tanquam potentius præfertur accidentali.c.requisisti.de testa.l.qui habet.ff.de tutel.

tel. sed ꝙ videatur cõtraxisse ſm legẽ Florentinam, est naturale,& ꝙ videatur contraxisse ſm legem Bononiensem,est accidentale, ergo sequitur,ꝙ præfert naturale accidentali, tanq̃ nobilius & potentius: ars enim imitatur, naturam inquantum potest dicente Phi.in ſcđo Physicorum,& Cycerone in lib. de senectute,facit l.adoptio.ff.de adop. ¶ Præterea præsupponit in puncto, ꝙ ita est consuetũ ꝯhi per Florentinos; q̃a multi habitant extra Florentiam in alijs ciuitatibus,& ꝯhunt matrimonium Florentiæ, & ducunt vxores ad propriũ domicilium,& tñ si moritur vxor viuente marito, seruatur lex Florentina, & lex loci,in quo ꝯhit,& habet pro certo ille vsus rõnem: q̃a Florentinus licet alibi habitet, tñ q̃n ꝯhit matrimonium Florentiæ non ꝯhit ibi vt viator, sed vt Florentinus: & sic videtur, ꝙ debeat seruari lex Florentina: si ergo ita est consuetum fieri ergo sequitur, ꝙ

17 ita videntur isti contraxisse. † q̃a illud, qđ est consuetudinarium,non est arbitrariũ. Ita dixit Bal.in l.quicunque.C.de ser.fugi.& in l.j.C.de fructi.& lit. expẽ. ergo vr̃ contraxisse ſm legem Florentinam, ex quo ita est consuetũ fieri,facit l.excepto.C.loc.l.si prius, §.recte placuit.ff.de aqua plu. arc.& adduco, quod voluit Andr.de Iser.in c.j.in tit.in quibus cau. feud.

18 amit.vbi dicit † ꝙ si conceditur mihi feudũ,& mihi dr̃ de filijs: tñ intelligitur de filijs: q̃a ita est cõsuetũ fieri, vr̃ enim contractus regulari ſm ꝙ fieri consueuit. Et adduco tex.multum singu.in c.ꝙ trãslationẽ. de offi.deleg.in simili.& ꝙ voluit Bart.in l.nemo est. ff.de duo.reis.& adduco singu.tex.in l.dñi prediorũ. C.de agri.& censi.lib.11.per quem text. Bar.ibi dixit

19 † ꝙ si colonus cõduxit fundum ad pensionem,& de cõsuetudine cõsueuit vltra pensionẽ solui aliquid, ꝙ tenebitur ad illud soluendum, licet in instrumento locationis non fuerit dictum. ¶ Et adduco, quod voluit Bald.in addi. Spec.in tit.de loca.§.si ecclesia. Facit,quod sapienter voluit Bal.in l.fi. C.de fideicõ. vbi per illũ tex.in simili idẽ dicit,multo ergo fortius idem dicemus in casu nostro, vt videatur ꝯxisse ſm legem Florentinam,ex eo quia fecit donationem in dicto contractu ſm formam statuti Floren.¶ Modò si consuetudo est Florẽtię, ꝙ videntur contrahere secũdum legem Floren.fortius ergo erit idem, q̃n exprimunt in ipso contractu, ꝙ facit donationem ſm formam statuti Floren. ¶ Et est aduertendum: quia licet Bal.in l.exigere dotem. dicat ibi esse casum singularem & peregrinum, licet sit notus doctoribus, tñ vr̃ tex.apertus in d.c.j.de sponsa. vbi quidam erat de Francia, & desponsauit quandã de Saxonia lege Saxonensi,ergo si nõ fuisset expressum, ꝙ lege Saxonensi contraxisset, viderẽtur ꝯhere lege Franca, seu Francorũ,ideo Bal.in c.j.in §.fi.de inuesti. de re alie. fac.in vsi.feud.dicit,quosdam doctores dicere,atten

20 di statutum viri per.d.l.exigere. † & quosdam distinguere,aut est celebratus ꝯctus in foro mulieris,& locus ille attendatur, aut in foro viri, & inspicit forus viri 12.dist.c.illa.aut in quodam tertio loco, & inspicitur cõsuetudo viri,q̃ est caput mulieris,vt in c.j.de spon. in nouella, qđ dictũ dicit esse paucis cognitũ: sed cõiter tenemus,ꝙ inspiciatur domiciliũ viri: q̃a tacite vr̃ actũ, ꝙ ibi dos restituat, & ita dicit tenere arch.in d.c.illa.12.di.sed reuera illud dixit in c.illud. vt superius adduxi.qđ dictũ Bal.ibi dicit plus sibi placere,nisi interuenerit error: q̃a mulier ignorabat statutum,quod erat ibi,& iuris cõis fiducia simpliciter contraxit,arg.l.cum de indebito ff.de probat. & l.regula. ff.de iur. & fac.igno. Alij doctores simpliciter transeunt cũ opi.prima, vt ibi est forum solutionis, vbi forũ legis municipalis, nisi in his,in quibus origo & initium contractus inspicit, ista sunt formalia verba Bald.in d.c.j.¶ Modò si nos volumus considerare illud verbum origo,pro his, qui sunt originarij eiusdem loci, vbi ꝯhitur, Bal.ibi decidit hanc dubitationẽ.¶ Præterea est aduertendũ,ꝙ d.l.exigere dotem.emanauit ad fauorem ipsius mariti, ex quo sequitur,ꝙ si maior fauor ipsius mariti est,vt attendat locus originis, vbi ꝯctus matrimonij est celebratus, sequitur, ꝙ attendet locus ꝯctus & non locus domicilij habitationis: q̃a qđ introductũ est ad fauorem, nõ dẽt nocere.l.qđ fauore.C.de legi.c.qđ ob gratiã. de regu.iur.li.6.l.plures apochis.C.de fi.instr.l.nulla. ff.de legi.ergo attenditur illud,qđ magis prodest ipsi marito,& per consequens attendetur statutũ Florentinũ afferens lucrũ totius dotis, & habeo pro indubitato,ꝙ docentes,q̃ in locis allegatis superius tenuerunt attendi statutũ domicilij,nõ dixissent ꝯriũ, si fuissent interrogati.s.ꝙ si maius lucrũ affert viro in loco ꝯctus, quam afferatur in loco sui domicilij, istud idem dixissent, vt attendatur statutũ loci, vbi ꝯctus est celebratus: ẽt dixissent ꝯrium,si fuissent interrogati,si habens domiciliũ hic Bononiæ & sit Florentinus & soluat onera Florentiæ vt Florentinus, & vadat Florentiam & ibi contrahat matrimoniũ, & consumet cum Florentina, & ibi moriatur vxor, & ꝯhit ibi ſm formam statuti Florẽtini, & afferatur melior conditio ipsi Florentino ex statuto Flo. ꝙ ita tenuissent vno ore, vt dixi ego superius, cõcurrentibus tot adminiculis: & sic, quę nõ prosunt singula, multa iuuãt.l.spadonẽ.§.q̃ iura multa.ff.de excu.tu. gl.in l.instrumenta.C.de proba.& in c.cũ cãm, eo.ti. Et adduco vlterius,qđ voluit do.Ant.in d.c.j.de spõ.

21 vbi dicit † ꝙ q̃n ꝯhentes sunt eiusdem loci, dẽt attẽdi locus,vbi rudis materia ꝯctus agitat: sed vbi sunt diuersorum,attendit locus executionis, vel speciale in dote: sed in casu nostro sunt isti ꝯhentes eiusdem loci: ergo attenditur locus ꝯctus, ita dixit do.Ant.in d.c.in tertio notabili,nec est insistendum, an attendatur locus mortis: ex eo quia do.Ant.in d.c.j.ad fi. loquitur, q̃n maritus habebat vnum domiciliũ tpe contractus,sed postea mutauit illud domicilium. & sic non facit ad rumbum doctrina d.Ant.in d.c.j.ad fi.& adduco ad prædicta, quod habetur in l.falsa demonstratio.§.sed si cui.in ver.non mutata conditio. ff.de cond.& dem.per quẽ tex. dixit Bald.in auth.ha

22 bita. C.ne filius pro patre. † ꝙ licet scholaris efficiat ciuis ciuitatis,vbi studet, nõ tñ pp hoc perdit priuilegiũ illius auth.quo casu probat formaliter illud,qđ dicit Lud.Ro.in suo cõsi.38.incip. in proposita quęstione, in vltimo dubio,in fi.verbis, vbi refert Albericum de Rosate dicere in l.j.C. de sum. tri.ꝙ debet attendi statutum originis,& non domicilij: allegat in arg.l.nulli.C.de epi.& cle.sed melius probat in d. §.si cui.coniuncto dicto Bal.in d.auth.habita. ¶ Postremò si subtiliter põderetur.d.l.exigere dotem. vr̃ posse adduci in fauorẽ viri. dũ dicit, redit, vel itura est ad domiciliũ viri, quasi velit, non esse verisimili, virum ire ad domicilium vxoris: sed istud non uenit dicat sibi locum in viro cõtrahente in loco suæ originis cũ muliere eiusdẽ patriæ, vnde potius vr̃ spes, ꝙ redibit ad patriã,maxime cũ ibi subeat onera. Et ista sunt,quæ adduxi, vltra ea, quæ latissime scripsit præstans, & celebris vir. D.Baptista de Annellis de Florentia scholaris meus summo honore obseruandus.Et sic concludo in fauorem uiri.

EPITOME.

¶ Archidiaconus ex iure Põtificali maior est archipresbytero voce, loco, iurisdictione & dignitate,licet ordine minor: ideoq; præcedit, nisi probetur in ecclesia diuersam consuetudinem viguisse.

1 *Archipresbyter subest archidiacono.*

3 *Primicerius subest archidiacono.*

4 *Probationi verisimiliori standum: est autē ea quę consonat iuri communi, non quæ speciali.nu.5.*
6 *Consuetudo contra ius commune canonicum præscripta sit oportet ann. 40. & præscribendi aīo inducta.nu. 9. quæ non completa vnico actu contrario interrumpitur.nu. 10.*
8 *Archipresbyter sit ne maior archidiacono in ceremonialibus.*
13 *Consuetudo antiqua vbi requiritur, 40. ann. non sufficiunt.*
18 *Archidiaconus maior archipresbytero voce, loco iurisdictione.*
23 *Archidiaconus rōne dignitatis maior est, & ratione ordinis minor archipresbytero.*

CONSILIVM V.

PRocessu & allegationibus archipresbyteri animaduersis, mihi vr̄, ꝙ archidiaconus sit in casu victoriæ. Et præmitto quædā, quæ ponunt securim ad arborem huius hæsi-
1 tationis: † primò, ꝙ ex censura iuris cōis archipresbiter subest archidiacono, text. est formalis in c.j. de officio archi. in ver. archipresbyter sciat se subesse archidiacono, & eius præceptis sicut sui episcopi obedire: & subdit postea tex. ille, & ꝙ specialiter ad eius ministerū pertinet, super oēs presbyteros in ordine positos curā agere & assiduè ī ecclesia stare, & in epi sui absentia ad vicē eius missarum solēnia celebret quo casu ille text. restringit ex principio, vbi dr̄, ꝙ est subiectus Archidiacono: qa aliter sequeretur, ꝙ ille tex. se incontinenti in aodē cōtextu correxisset, ꝙ nō est dicendū l. non ad ea. ff. de cond. & dem. & eo ma-
2 gis† qa sunt potius oneris, q̄ dignitatis agere curam sup presbyteros, & assiduè in ecclesia stare, facit c.2. de off. archi. in versi. oē ecclesiasticū officiū, prouidēdo lectiones, & rn̄soria in matrice ecclesia dare, vt ibi est text. formalis. & plus dixit tex. in c.j. de off. pri-
3 micer.† ꝙ primicerius est sub archidiacono: licet ergo archipresbyter dicat vel cantet missam in locum archiepiscopi, nō ꝑꝑ hoc eximit̄ a subiectione archidiaconi: si ergo est subiectus archidiacono, quonāmodo audet pręferri archidiacono; est. n. ꝯ substātiā actus, ꝙ sit subiectus, & ꝙ velit ꝑferri, sicut dixit gl. q̄ reputatur sing. in c. nō putamus. de cōsue. li.6. qđ est ꝯ substantiā actus, ꝙ appellet̄ a maiori tribunali ad minus tribunal: ideo dicebat Esaias. Num glorietur securis ꝯ dn̄m? c. inferior. 21. dist. & dn̄ica veritas aiebat, non erit seruus maior dn̄o suo: & vr̄ magna temeritas iudicio meo, velle venire contra sacros canones, qui sunt ipsa veritas. Ideo dicebat Apost. 2. ad Galatas. o insensati Galatæ, quis vos fascinauit non
4 obediri veritati. ¶ Secundò præmitto † ꝙ illi probationi est standum, q̄ est magis verisimilis. c. licet causam. de proba. in uersic. uerisimiliora. c. præterea. de testi. c. in literis. eo. ti. l. ob carmen. ff. de testi. c. qa uerisimile. de præsump. c. super hoc. de remu. ¶ Si dicatur mihi, quæ probatio dr̄ uerisimilior: rn̄deo adducendo doctrinam Inn. quam oēs vno ore sequūtur, & illam reputant singularē in c. auditis. de rescript.
5 vbi dixit † ꝙ illa probatio est verisimilior, q̄ consonat iuri cōi & pręfertur illi probationi, q̄ consonat iuri speciali priuatiuo iuris cōis. ¶ Modò in proposito nostro probatio ex parte archidiaconi est cōformis iuri cōi, ergo est uerisimilior: sed probatio pro parte archipresbyteri est ꝯ ius cōe: qa de iure cōi ꝑfert̄ archidiaconus archipresbytero, si archipresby. vult probare se esse præferendū, allegat cōtra ius cōe, & probat ꝯ ius cōe: ergo sua probatio non verisimilis est. & per consequens stabimus probationi ipsius archidiaconi tanq̄ verisimiliori. Ideo dicebat Inn. ꝙ si quis probat sibi competere ius decimandi in aliena parochia ex consuetudine, vel ex priuilegio, & parochianus probat, ꝙ spectat ad suā parochiā declamare infra suā parochiā, decidit, ꝙ pręfertur ꝓbatio parochiani probationi aduersæ partis: qa scđa probatio innitit̄ iuri cōi: sed prima iuri speciali contra ius cōe. ideo stat̄ probationi ipsius presbyteri parochiani tanq̄ probationi verisimiliori. simile dixit Inn. in c.j. de frigi. & malefi. ꝙ si maritus probet se esse potentis naturæ, & vxor probet ꝯrium, ꝙ statur probationi ipsius viri tanq̄ verisimiliori: simile dixit glo. in c. clerici. 81. di. quā Bal. in cōmento. l. data opera. C. qui accusa. non poss. reputat singularē, quæ dicit, ꝙ si duo clerici deponūt me deliquisse, & duo laici deponūt ꝯrium, ꝙ statur probationi meæ tanq̄ verisimiliori. Cum ergo in casu nostro archidiaconus innitatur iuri cōi, & archipresby. innitatur iuri cōtrario, stabitur probationi ipsius archidiaconi tanquā
6 verisimiliori. ¶ Præmitto etiam † ꝙ vbicunq; cōsuetudo est contra ius cōe canonicum, requiritur, ꝙ sit præscripta spacio. 40. anno. Si autem est ꝯ ius ciuile, sufficit præscriptio. 10. annorum. l. de quibus. ff. de legibus. probatur istud assumptum ex c. fi. de consue. vbi requiritur spaciū. 40. annorum, vbi consuetudo est contra ius canonicū: & ita est ibi tex. formalis, & sequuntur oēs docentes discrepante nemine. ¶ Modò si isti dicunt se probasse, ꝙ de consuetudine pōt in ecclesia archipresbyter præferri archidiacono, & fatentur, ꝙ est contra ius canonicū, & fundant se super consuetudinē, dico, ꝙ est quædam hæresis in iure dicere, ꝙ sufficiant. 10. anni: qa est contra tex. formaliter. d. c. fin. de consue. debuerunt ergo probare, ꝙ erat consuetudo. 40. annor. istud non probarunt, ergo male se fundāt super cōsuetudine, vnde posset dici illud, qđ alibi dicit glo. de notorio loquimur, & quid sit notoriū ignoramus. Cū ergo non sit probata consuetudo præscripta, sequit̄, ꝙ debemus remanere in dispositione iuris canonici: qa non sic est indultū a Papa inferioribus ius introducendi consuetudinē ꝯ ius canonicū, vt in c. ꝙ super his. de maio. & obe. c. institutionis. 25. q. 2. Ideo requiritur præscriptio. 40. anno. vt videatur quasi interuenire patiētia Ro. Pontificis ex longitudine & continuatione tan-
7 ti tpis: sed sacri Imperatores † dederunt potestatem populo introducendi consuetudinē, vt l. oēs populi. ff. de iust. & iure. ideo duntaxat requirunt leges diuturnā consuetudinē, nec introduxerunt præscriptionē in consuetudine, vt l. de quib⁹. ff. de legi. plene de hoc habetur per oēs docentes in d. c. fi. de cōsue. plene ibi per dn̄m & consiculū meū Abbatē. cum ergo nos sumus in iure canonico, & in cā ecclesiastica, sequit̄, ꝙ debemus seruare ius canonicū: ideo oportebat, ꝙ iste archipresbyter probaret cōsuetudinē esse longeuā, & præscriptā specio. 40. annorū, ꝙ nō probauit, & ꝙ detestabilius est, non aīaduertit ad hanc præscriptionē, sileat ergo aduersarius allegās cōsuetudinē sine præscriptione: iō ex hoc capite succūbere debet, & remanebimus in dispositione iuris cōis, debuit ergo probare archipresbyter cōsuetudinem præscriptam, & iudicio meo errat dn̄s aduocatus in istis redditis allegationibus dicēdo, ꝙ sufficit cōsuetudo. 10. annorū, vt dicatur pręscripta & introducta cōsuetudo, allegat gl. in c.3. de cōsue. li.6. quæ gl. ibi tenet contrariū: qa tex. ibi loquitur de cōsuetudine canonicè ꝑscripta, vt gl. ibi dicit in ver. pręscripta. remittendo se ad ea, q̄ habentur in c. fi. de consue. sed ibi dr̄, ꝙ consuetudo contra ius canonicū debet esse rōnabilis & præscripta spacio 40. anno. ergo nō sufficiunt. 10. anni: & certū est, ꝙ dictū gl. debet intelligi ſm legē, q̄ allegat, vt dixit Bar. in l. non solū, §. si liberationis. ff. de libe. lega. sed illa gl. allegat. d. c. fi. ergo debet intelligi secundū illud. c. fi. sed non est probatum, ꝙ ista consuetudo sit præscripta spacio. 40. anno. ergo percussit se cū ligone suo do. allegās cōsue-
8 tudinem. 10. anno. ¶ † Nec obstat, cum dr̄, ꝙ in iurisdictio-

dictionabilibus pfertur archidiaconus archipresby-
tero, sed nõ in ceremonialibus: in qbus archipresby
ter pcedit archidiaconũ: qa istud assumptũ nõ pro-
cedit: qm in c.2.de off. archi. dr, officiũ archi. est euã-
gelium, qñ voluerit, legere, vel alicui præcipere, & vt
induant se Leuitæ vestimentis sacris, qualiter cũ Põ-
tifice ad missam procedant, & circa omne officium
ecclesiasticũ prouidendo lectiones, & rñsiones &c.
ecce nunc qualiter in ceremonialib' ordinat & pce-
dit, ergo nõ est verũ dicere, φ in ceremonialibus nõ
præcedit archidiaconus, q̃ cõgruunt statui suo & or
dini suo. Et licet in certis casibus archip. exerceat cu
ram supra oẽs presbyteros; tñ stat vt minister, vt pro-
bat tex. in d.c.j.de off. archipres. in ver. ad eius mini-
steriũ pertinet assiduè in ecclesia stare, & in absentia
epi missam celebrare & orationẽ: qa ista incũbũt or-
dini sacerdotali, & nõ stat vt præsidens. ideo dicit Io.
An. in c. pe. de off. lega. lib.6. se cõsuluisse in ecclesia
Taurinensi præposituram esse maiorẽ dignitatẽ in ec-
clesia post epm: qa immediate sedebat & suscribe-
bat se post epm vocabat capitulũ & archidiaconum
ad illud, tenebat sigillũ nõ vt minister, sed vt psidẽs,
iubẽs ex illo literã sigillari iuxta illud, qd in sacro dr
euangelio de Christo, q non vt scriba, sed vt ptãtem
habens. & iõ archip. nõ facit illa vt psidens & maior,
sed vt minister: vnde nõ pp hoc desinit subijci archi-
9 diacono. † Itẽ cõsuetudo reqrit, φ sit canonicè pscri
pta, vt est dictũ. dicit Archi. in d.c. nõ est, φ requirit,
φ sit obseruata spacio.xl.ann. & vt inducatur, eo aĩo
intendat sibi acquirere ius in futurũ. ¶ Præmitto ẽt
10 † φ vbicunq; consuetudo non est adhuc cõpleta: qa
non est legitimo tpe præscripta, tũc interrumpit per
vnicum ɔ̃rium actum: vbi aũt consuetudo erat com
pleta, tunc per vnicũ actum ɔ̃rium non interrumpi-
tur, sed oportet φ tollatur eo tpe & modo, quo fuit
inducta. ita firmat. D. & consiculus meus Abb. post
alios in d.c.fi.de cõsue. Istis modò presuppositis pro
fundamento huius consultationis accedo nunc ad
indiuidua. ¶ Primò capio testes productos per archi
presbyterũ, primus testis do. Bernardus de Brauio, di
cit, φ ab anno.44. per quod tps ipse erat canonicus,
vidit do. Ant. archipresbyterum, & ipsum modernũ
archipresbyterũ celebrare missas spectantes ad epi-
scopum: qa ex hoc non probat, archipresbyterũ esse
digniorẽ archidiacono, istud probatur in c.j.de offi.
archip. vbi archip. celebrat missas & alia spectantia
ad epm, & tñ subijcit archidiacono, vt ibi est casus,
& eodẽ modo thuris delatio non arguit ex hoc esse
digniorem archidiacono, maximè cum conferatur
thus alijs canonicis priusq̃ eatur ad stallũ archidia-
coni, & dicit se nescire qs eorũ sit maior in ecclesia:
& dicit se audijsse, φ archip. gerit vices epi: qa istud
non arguit maioritatem, vt est casus in d.c.j. dicit ẽt
se vidisse archipresby. stare in stello & dicere. Respi-
ce quæsumus &c. qa ex hoc nõ probatur maioritas:
qa ad ipsum spectat dicere orationem, vt est text. in
non verisimilem: sicut enim iudex potest non adhi
bere fidem testi, eodem modo & scripturæ. Et pro
certo si ita est, ꝙ alij priores aliqñ soluerint istū cen
sum, prouenit ex eorum cęcitate, quia decepti fue-
runt respectu istius libri censualis: nec prudenter in
uestigarunt causam, quare huiusmodi census debe
ret solui, & fuit census ignorantię, vt dixit tex. d. c. fi.
de causa possessio. & propriet. licet loquatur de eo,
qui soluit pro sua domo cēsum annuatim ecclesiæ.
& Bart. in d. l. cum falsam. & in d. l. si rem aliquam.
cum loquantur de re sua propria, quam potuerunt
subijcere tributo, sed in casu nostro est secus: quia
non potuerūt priores subijcere suam ecclesiam su-
biectioni, & priuare illam propria libertate: vt d. c.
decætero, & d. c. prohibemus, & multo minus credi
debet dicto libro, in quo est defectus verbi: quia nō
32 apponitur verbum solùm † quo casu vbi in actu stri
cti iuris deficit verbum principale, actus est nullus,
vt probat̄ ex doctrina Baldi & Ang. in l. 1. §. fin. ff. de
hæredi. insti. vbi est speciale in vltima voluntate, vt
suppleatur principale verbū omissum: sed in alijs
actibus est actus nullus. vt in sententia, vel in stipula
tione, & similibus: ita dicit Ang. in facto fuisse deci-
sum Perusij: idem voluit Bart. in l. præses. C. de sent.
& interlo. omnium iud. & ideo non videtur delibe-
ratè scriptum, ex qno non est scriptū perfectè: quia
nihil dicitur esse actum, cum aliquid restat agendū.
c. consideret, de pœniten. dist. 5. cum simi. ergo non
probat ille liber cēsualis monasterium teneri ad di
ctum censum. Item deficit aliud: quia non apparet,
ꝙ pro ipso monasterio fuerit facta dicta solutio. &
ideo tanquam informis & minus deliberata dispo-
sitio illius libri censualis nō pręiudicat ecclesiæ san
cti Gabrielis. Et ex hoc redditur non verisimilis iu-
xta illud, quod dicitur in passione dñica. & conue-
nientia non erant eorum testimonia. ¶ Capio nūc
illa instrumenta confessionnm præfati cēsus: & an-
te oīa pondero vnum, pp quod videtur commissa
fraus euidens, dicitur enim in libello d. episcopi, ꝙ
annis. 60. & pluribus cessatū fuit per priores & com
mendatarios dictæ ecclesiæ, ꝙ non fuit solutus di-
33 ctus census † quo casu standum est libello ꝯ ipsum
libellantem, vt l. cum precum. C. de lib. causa. facit.
c. cum super abbatia, de officio delega. & ideo dixit
Ioan. And. in c. fi. de iureiur. lib. 6. ꝙ quis videtur fa-
teri contenta in rescripto a se impetrato, facit gl. in
l. cum precum. quam allegat pro sing. D. Card. in c.
examinata. de iud. facit, quod voluit Bar. in l. 1. ff. de
his quæ pęnæ, & in l. certū. §. si quis absente, de ꝯfes.
vbi dicit, ꝙ quis videtur fateri contenta in exceptio
ne, & glo. in c. 1. de confes. lib. 6. dicit, ꝙ quis videtur
confiteri contenta in positione, quam producit. fa-
cit, quod voluit Inno. in c. cum venerabilis, de exce-
ptio. c. cum olim, de censi. simile dicimus de eo, qui
producit instrumentum, facit quod voluit Bar. in l.
post legatum. ff. de his quibus vt ind. Bal. in l. scriptu
ræ. C. de fide instru. & in l. 1. C. vt quæ desunt aduo-
ca. & in l. 2. C. de erro. aduoca. adduco text. in l. 2. C.
de inst. & subst. vbi colligitur, ꝙ statur libello contra
libellantem, facit. l. rura. C. de omni agro deser. lib.
11. Et sic stat conclusio vera, ꝙ priores & commen-
datarij non soluerūt censum episcopis Cremonen-
sibus annis 60. & pluribus. ¶ Modò in vltimo instru
mento dicitur, ꝙ solutus est census per Petrum Pi-
zatiam integrè pro oībus annis præteritis episcopo
Cremonensi, & facta est ista confessio. 1449. Modò
coniungendo istum libellum cum isto vltimo in-
strumento apparet fraus manifesta; quia episcopus
fatetur, ꝙ annis 60. & pluribus cessarunt priores a
solutione dicti census, & in publico instrumento fa
cta est ꝯfessio solutionis factæ ꝑ oībus annis pręte-
ritis integrè: & pro certo huiusmodi instr̃m est ita
conceptum in fraudem, vt ostendatur & probetur
illum censum esse debitum, ex quo solutus est tot
temporibus, & per consequens vt allegans contra-
ria non est audiendus dominus episcopus. l. 1. C. de
fur. c. solicitudinem, de appell. cum si. & per ꝯñs iu-
dex non deberet adhibere fidem huic instrumento
contra ecclesiam sancti Gabrielis, quia debilitatur
eius fides ex confessione dñi Episcopi, nec operatur
dicta solutio, seu cōfessio census recepti illud, quod
operatur diuturna & reiterata solutio: quia requi-
runtur actus repetiti, vt singulariter voluit Cy. in l. si
certis

certis annis.C.de pac.& refert & sequitur Bal.in l.2.
C.de do. promiss. facit in simili, quod voluit gloss.
34 in l.si conuenerit.ff.de pig.actio.quæ voluit † ꝙ vbi
requiruntur tres interpellationes,debent fieri cum
interuallo tẽporis, aliàs dicitur esse vnica interpella
tio,facit simile,quod voluit do.Anto.in c.fi.de con-
35 suetu.vbi dixit † ꝙ duo actus introducunt consuetu
dinem: & tñ si duo actus fiunt vna die, dicit ꝙ non
inducunt cõsuetudinem,ex quo non interuenit in-
teruallum tẽporis intermedium , & adduco , quod
36 voluit Bal.in prima consti.C.vbi dicit † ꝙ ad hoc vt
confessio dicatur esse geminata, requiritur,ꝙ inter-
ueniat interuallum tpis inter vnam & alterã , aliàs
non videtur esse geminata confessio, sed vnica plu-
ries repetita,ideo dicit,ꝙ est opus,ꝙ pluries quis ɔfi-
teatur diuersis temporibus , sed si pluries vno tem-
pore confitetur , est vna confessio : allegat in simili
gl.in d.l.si conuenerit.ita dicamus in casu nostro,ꝙ
illa cõfessio solutionis census facta pro oĩbus annis
præteritis nõ operatur effectum annuæ solutionis,
immo iudicio meo videtur in fraudem emanasse,
37 † probatur fraus ex coniecturis, vt in c.2.de renun-
ci.lib.6.glo.l.dolum.C.de dolo.& plus statur conie-
cturis , quàm propriæ confessioni.ita pulchrè dixit
Bal.in l.j.C.de collu.dete.& in c.fi.de cõf.Ergo cum
in fraudem emanauerit dicta confessio solutionis
38 census in dicto instrumento,sequitur † ꝙ potius sta-
bitur coniecturis , q̃ illi confessioni : ex coniecturis
enim conuincitur contractus fraudulentus. l. 3. C.
plus val.quod agitur.c.illo vos,de pig.c.ad nostram,
de emp.& vend.c.cum in diocesi.de vsur.l.post con-
tractum.ff.de dona.ergo veritas est, ꝙ censum non
percipit,& si fuisset debitus ille census , præsumen-
dum est , ꝙ apparuisset de vera & nitida solutione :
nec fuisset cessatum per tot tempora: & videtur , ꝙ
per cessationem tanti temporis in non soluendo,ꝙ
nulla iusta cã soluendi suberat ; quia non est verisi-
mile, ꝙ tolerassent , ar.c.super hoc,de renunci.& l.
cum de indebito.ff.de prob.& maximè considerata
auaritia clericorum.vt dixit Hieronymus quem re-
tulit Gratianus,in.c.diaconi.93.dist.& sic non est ve
risimile,ꝙ annuatim episcopi non cõpulissent prio
res ad soluẽdum.Cum ergo dicimus,ꝙ per solutio-
nem census longissimo tempore factam ecclesiæ,ɔ̃
soluentem videtur probari dñium , vt in iuribus al-
legatis superius, istud cessat in casu nostro: quia di-
cta ecclesia non soluit dictum censum , vt apparet
ex confessione episcopi:& cum producitur illud in-
strumentum vltimæ confessionis , dico ꝙ ex illo in-
strumento apparet, ꝙ in fraudẽ emanauit illa con-
fessio,& omnis clausula apposita in dicto instrumẽ
to præsumitur fraudulosa,vt voluit glo.sing.in l.cũ
patronus.§.patronum.ff.si quid in frau.patro.simi-
le dixit Bald.in l.j.C. de collu.deteg. vbi colligit arg.
ɔtra fœneratores , qui faciunt fieri confessionẽ co-
ram episcopo,ꝙ instrumentum est de vero & de pu
ro capitali. nam ista confessio videtur facta in frau-
dem,ideo non valet,ꝙ autem sit fraudulenta , dicit
apparere per præsumptiones, quæ præualent con-
fessioni:& multum eleganter dixit Host.in c.si cau-
39 tio.de fide instru. † ꝙ si quis confitetur mutuum si-
bi fuisse numeratũ,& elapsum est biennium, ꝙ po-
test excipere de dolo contra creditorem,dicẽdo do
lo petis,quod mihi non numerasti,& probabit do-
lum ex confessione creditoris, vel ex coniecturis:ita
dicamus in proposito, ꝙ dolosè ille episcopus est ɔ-
fessus illum Petrum soluisse sibi integrè pro omni-
bus præteritis annis,ad hoc vt posset suffocare dictã
ecclesiam in subiectione perpetua,& in dubio faue
mus libertati, vt est tex.in c. fin.de re iud.non solùm
in sententia vt capiamus eam sentẽtiam quæ fauet
libertati sed etiam probationem pro libertate:faue
mus enim libertati etiam in probatione , vt stante
dubia probatione capiamus illam, quæ fauet liber
tati, vt est casus,in l.lege iulia petronia. ff.de manu.
ti.generali,quem tex.reputat sing.dñs Bal.in c.dño
guerram.§.promptiores.in tit.hic finitur lex incip.
consuetudines regni.in vsi.feu.& in l.contractus.C.
de fide instr.& in c.cum sint partium iura obscura,
40 de re.iur.lib.6.† Et si dicatur,ꝙ probatis extremis vi
dentur probata media:quia probando principium
solutionis,& vltimam solutionem, videntur proba
ta media, vt dixit gl.in c.volumus.16.q.4.glo.& dñs
Anto.in c.cum ad sedem, de rest.spol.gl.& do. Ant.
in c.cum accedens,de conuers.coniug.do. Anto.in
c.ex parte,de rest.spol.gl.in c.cum ecclesia sutrina,
de cau.pos.& proprie.vbi per do.Abb.& alios.& per
eundem do.Abb.in c.olim,el 1.de resti.spol.& in c.
accedentibus,de priui.Bar.in l.Cellus.ff.de vsuca.&
in l.sicut.§.superuacuum.ff.qui.mo.pign.vel hypo.
sol.Bal.in l.ordinarij.C.de rei vend.& in l.siue possi
de.C.de probat.& in prima const.C. Respondeo,ꝙ
gl.in d.c.accedentibus,de priui.tenet contrarium,
dicit enim,ꝙ in probanda præscriptione requiritur
continuatio possessionis quolibet anno,& cõtra il-
las gl.& do.prealleg.videtur tex.in d.l.accedẽtibus.
Idem posito quòd illæ gl.dicant verũ;tñ procedunt
eo casu, quo non constat ɔ̃rium per confessionem
partis, nam contra præsumptionem iuris & de iure
non admittitur probatio in contrarium : vt voluit
glo.in auth.sed iam necesse.C.de dona.ante nup.&
in corpore vnde sumitur , & in l. in contractibus.§.
illo.C.de non nu.pecu.& ideo dicimus, quòd nega-
tiua probari non potest, vt l.actor.C.de prob.tñ pro-
batur per ɔfessionem partis: vt est tex.in c.j.de con-
41 fes.li.6.dicimus etiam,quòd † ex sententia,quę tran
siuit in rem iudicatam, oritur præsumptio iuris, &
de iure, vt in c.cum inter vos,de re iudic.tñ admitti-
tur probatio in contrarium per confessionem par-
tis,vt est singulare dictum Inno.in c.plerique,de im
mu.eccl.refert & sequitur Bal.in rub.C.de pbatio.
42 †Item dicimus,quòd agẽs ad beneficium, si probat
per testes de suo titulo per reum probantem debili
tãtur eius probata, nihilominus per confessionem
rei probatio actoris debilitata recipit vigorẽ in cau
sa beneficiali:ista est gl.sing.in c.si duobus,de rescr.
lib.6.de qua glo.facit festum do.Dominicus,in d.c.
si duobus,pro illa glo.ego sum solitus allegare tex.
in c.cum Ioannes Eremi.de fide instru.¶ Multo er-
go fortius in casu nr̃o tolletur pręsumptio per con-
fessionem:connumeratur enim in numero proba-
tionum confessio , vt dixit text.valde sing.in c.cum
ad sedẽ,de rest.spol.vbi text.mirabilis iudicio meo,
qui non connumerat præsumptionem in numero
probationum : ergo sequitur in casu nostro , quòd
dñs episcopus dicat illos priores cessasse a solenne
dicti census per annos.60.ergo non pręsumẽtur me
dia:in incertis enim & non certis stamus coniectu-
ris.l.continuus.§.cum ita,de ver.oblig.l.si certis an-
nis.C.de pact.l.certa forma.C.de iur.fisci.lib.10. Et
si quispiam dicat, quòd confessio prælati nõ nocet
ecclesiæ,vt no.in c.dudum,de elect. Ad hoc respon
43 deo † quòd si prelatus confitetur in iudicio per mo
dum contentiosæ iurisdictionis tunc pręiudicat ec-
clesiæ sua confessio:si autem per modum volunta-
riæ iurisdictionis,tunc non præiudicat,vt plenè exa
minat Cy. in l.1.C.de confessis.15.q.& quod voluit
Bar. in l.certum.§.sed an ipsos.ff.de confes.consul-
uit Paul.de Cast.in suis consilijs,consilio primo. Ita
dicamus in casu nostro . Item potest etiam rñderi,
ꝙ probatis extremis probantur præsumptiuè me-
dia:sed in casu nostro non probãtur extrema : quia
non

non probauit episcopus istud extremum, ꝙ solutus est census, iam est biennium, quia ab anno 48. vsq; ad 70. sunt elapsi anni 21. ergo falsum est dicere, ꝙ sint probata extrema. Ideo Pet. de Anch. in d. c. fi. de cau. poss. & proprie. dicit se habuisse. q. de facto, quidam soluerat pensionem ecclesiæ multis temporibus pro quadam domo, postea cessauit soluere, & vendidit domum, elapso biennio ecclesia dicebat istum cecidisse ab emphyteusi: sed in casu nostro ecclesia passa est, priores non soluisse iam annos 21. ergo non sunt probata media, & per consequens nõ est opus disputare, si præsumatur media. Itẽ illa doctrina procedit, qñ essent extrema probata verè, videlicet, ꝙ a principio soluerit, & in fine, sed in casu nostro probatum, ꝙ d. ecclesia sancti Gabrielis soluerit istum censum, ergo non præsumuntur probata media, ne duo specialia concurrant circa idem, arg. l. j. C. de do. promiss. & per ꝯsequens cessat illud, quod voluit do. Anto. in d. c. peruenit, de sol. qñ allegatur solutio tanti temporis, cuius initij memoria non existit in contrarium; tunc sufficit allegare iustam causam in genere, licet non in specie: quia illud tollitur hoc modo: nam glo. valde sing. in c. si qs per triginta, in tit. si de feudo defunc. fue. contro. di-
44 citur † ꝙ licet bona fides præsumatur; tñ debet allegari, aliàs non præsumitur, ita dicamus in casu isto, vt iusta causa soluendi censum non præsumatur, nisi allegatur, sed d. episcopus non allegat iustã causam soluendi istum censum, ergo non præsumitur: Vnde posito, non tñ concesso, ꝙ ꝯtinuatis temporibus fuisset solutus cẽsus: tñ debuit allegari iusta causa soluendi in genere: simile dicimus, vt voluit glo.
45 in cle. appellanti, de app. † ꝙ notorium excusat ab onere probandi, non tñ excusat ab onere proponendi, & allegandi, vt l. si adulterium cum incestu. §. idẽ Pollioni. ff. de adul. Ita dicamus in proposito nostro cum non fuerit allegata, ergo non potest obtinere in petitorio: & sic ex dicto Dñi Anto. debet succumbere: & sic percutit se cum ligone suo D. episcopus. Item non probat istam diuturnam præstationem, nam annis ferè. 65. non fuit solutus, ergo non fuit continuata solutio census: & sic deficiũt fundamenta, vt debeatur cẽsus, quia nec causa iusta adest, nec diuturna præstatio. & etiam Bal. in l. solent. §. fi. ff. de
46 offic. proconsul. dicit † ꝙ agens petitorio debet allegare ius & causam. Dicit etiam ibi Bal. ꝙ ex solutione continuata longo tẽpore præsumitur causa obligationis principalis, & accessoriæ, cum ergo nõ fuerit continuata solutio census, ergo non præsumitur iusta causa soluendi cẽsum in futurum, & sic cum non fuerit allegata causa saltem in genere, nec est probata continua solutio, ergo &c. ¶ Nec obstat, si dicatur, ꝙ per solutionem longo tempore factam præsumitur causa: vt est casus, in l. cum de in rem
47 verso. ff. de vsur. & voluit Bal. in d. l. solent. † quia rñdeo, ꝙ nõ hẽt locũ in rustico dispositio. d. l. cum de in rem verso. inquantum disponit de præstatione decennij, vt voluit Spe. in titu. de causa poss. §. 2. ver. cæterùm, & in tit. de rest. spol. §. nũc dicamus. refert Bal. in d. l. solẽt. §. fi. & refert Lud. Ro. in l. qui in aliena, in prin. ff. de acq. hæred. ex eo quia est species seruitutis, ideo requiruntur triginta anni continuati, voluit And. de Barulo in l. litibus. C. de agri. & censi. lib. 11. ergo multofortius non habebit locum in ecclesia. Ideo stamus dispositioni. c. de quarta, de præscript. vt requirantur. 40. anni continui, cum bona fide. Cum ergo non sit probata ista præstatio continuata spatio 40. annorum, ergo succumbere debet episcopus in petitorio maximè cum non allegauerit causam: vnde Bart. in d. l. cum de in rem verso. di-
48 cit † ꝙ si actor fundat se solo cursu temporis, & allegat præscriptionem tanti temporis, de cuius initio non est memoria; tũc obtinet actor probando hoc; quia præsumptio est ex tanti temporis cursu, ꝙ ex causa legitima cẽsus fuerit impositus: vnde pp diuturnitatẽ, & quasi impossibilitatẽ excusatur actor ab expressione causæ; cum in talibus non sit memoria, & cursus tanti tẽporis habeat vim tituli. c. 1. de præscr. lib. 6. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æsti. & ca. super quibusdam. §. præterea, de verb. sig. sufficit isto casu dicere, peto talem censum ex iusta causa ab initio impositum, voluit glo. in c. nullus. 1. q. 1. & c. seruitium. 18. q. 2. Ioan. And. in d. c. peruenit, & sic volunt isti Docto. ꝙ debent exprimere causam in genere, sed do. episcopus nec in genere, nec in specie; vnde dicit censum suo episcopatui debitum: debuit enim dicere ex iusta causa ab initio impositum, nec probauit præstationẽ tanti temporis, cuius initij non extat memoria in cõtrarium: & si opponatur de eo, quod voluit Inno. in d. c. per-
49 uenit. † vbi decidit, censum deberi licet nulla causa exprimatur, quia Innoc. rectè loquitur, quia dicit, quandoque constat censum deberi, licet causa non sit expressa, quandoque non constat, vtrum debeatur: primo casu potest census peti, hoc probatur, in c. quanto, de censi. vbi testator mãdauit sine expressione causæ, vt vna procuratio daretur annis singulis, & idem vbi constaret, censum deberi ex testamẽto, vel priuilegio inducto, per habentem ad hoc potestatem sufficit enim dicere de iure cõcesso ab habentem potestatem pro causa: & hoc voluit Innoc. & sic non obstat casui nostro, quia non constat istũ censum deberi aliquo iure, quia nõ ex impositione apposita a fundatore tempore fundationis, nec ex aliqua ꝯstitutione ecclesiastica, nec ab aliquo priuilegio Papali: ergo ex dicto Innoc. debuit allegari, & ex dicto Bar. debuit allegari causa in genere, quare debeatur. ¶ Quòd si quispiam dixerit, ꝙ sufficit allegare censum debitum, licet non exprimat causam in genere, vt probatur, in d. cap. querelam. vbi dixit, pensionem debitam. Ad hoc respondeo, ꝙ Papa ibi non opponit totam seriem libelli, sed apponit effectum, vt facit in multis Decretalibus, tñ ex illo text. colligitur apertè, ꝙ expressit causam in genere, ex eo quia Papa ibi reseruauit partibus ius agendi, in primo dubio: & facit, quod voluit Host. in d. c. peruenit, vbi dicit sufficienter causam allegare, vt ibi
50 voluit glo. † sed quæ erit forma, dicit Host. ꝙ non dicat peto cẽsum, eo ꝙ mihi præstitus fuit per annos. 40. sed dicat peto censum ex tali causa impositum, ad quod probandum induco solutionem ꝯtinuam. 40. annorum, & obtinebit probando solutionem illam continuam: & plus dicit dom. Card. in d. c. peruenit, in 4. q. ꝙ debebit specificare causam impositionis, vt est tex. ibi. in ver. ad quod. & dicit Hostien.
51 ibi † quòd licet non expediat probare causam, tamen caueat petens, ne signat falsam causam contra conscientiam. c. Mattheus, de symo. c. fi. de præscr. Cum ergo d. Episcopus in suo libello non dicit aliam causam, nisi ꝙ dicit censum debitũ, ergo malè libellauit, vt minus prudenter: ergo in petitorio succumbere debet, quia ineptè libellauit. c. examinata, de iud. & est ponderandum illud dictũ Host. quia requirit continuam solutionem census per annos 40. vt ꝓbatur, in d. c. de quarta, & idem firmat. D. Abb. in d. c. peruenit. Cum ergo d. episcopus non probauerit censum esse impositũ, nec allegauit causam, nec illam probauit, probãdo continuatam solutionem. 40. annorum factam per priores & commendatarios sancti Gabrielis, sequitur necessariò, ꝙ venit absoluendus dñs prior ab impetitione dñi episcopi quò ad istud petitorium. Et ita concludo.

¶ Stat

¶Stat modò dubitatio, vtrum pro parte dñi Episcopi sit bene probatum possessorium, videlicet, ꝙ sit in quasi possessione percipiendi dictũ censum, quo casu agens possessorio iudicio ad restitutionem census subtracti, probata prestatione census, deberetur reduci in eum statum, in quo primùm erat, licet nihil doceat de proprietate, vt est tex. ad hoc quotidianus in d. c. querelã, quia eo ipso ꝙ solita pensio non præstatur, videtur quis spoliari quasi possessione ꝑcipiendi. ¶Videamus modò si D. episcopus probauit incumbentia, & producuntur quatuor instrumenta, in quibus apponuntur cõfessiones factę per procuratores, quo casu ante omnia constare debet, ꝙ erant procuratores. l. 2. §. 1. ff. qui satisda. cogan. &
52 ibi Bar. dicit † si statuto cauetur, ꝙ qualiscunque sit sententia arbitri mandetur executioni, est opus, ꝙ constet illum fuisse arbitrum. voluit do. Card. in cl. j. de seque. pos. & fructu. & allegat pro sing. d. l. 2. §. j. voluit Bar. in l. j. §. & parui. ff. quod vbi aut clam. do. Ant. in c. licet. de elec. & in c. item cum quis, de rest. spol. ergo debet ꝯstare, ꝙ fuerint procuratores. Respondetur, ꝙ satis constat ex eo, quia ita asseritur in dictis instrumentis, cum illa instrumenta sint antiqua, & etiam sint multa. Ita dixit Iac. But. in l. optimam. C. de contrah. & commit. stip. & idem voluit Bald. in l. cum aliquis. C. de iure deliber. facit simile, quod habetur per Cyn. in l. emancipatione. C. de fide instr. vbi loquitur de sententia antiqua: & quod voluit do. Anto. in c. in præsentia, de renunc. & in c. bonæ, de elect. Cum ergo ista sint instrumenta multa, & antiqua, licet enunciatiuè loquantur; tñ probant. Attamen in vero non obstant ista dicta: nam Bal. in d. l. cum aliquis. mouetur ad sic dicendum, vt
53 antiqua instrumenta probent† quando actus est talis, in quo operatur communis opi. hominum, quæ præsumitur esse vera: vt l. 1. §. 1. ff. de flu. l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de fundo instru. l. in testamento. la 1. ff. de cond. & demonst. l. Labeo. ff. de supel. lega. Ista sunt iura allegata à Bald. quo casu loquit̃ in eo, in quo cadit communis opi. hominum, & sic loquitur, qñ plura instrumenta dicunt, actum in tali ponte districtus Bononiæ: quia si plura instrumenta ita dicant, & sunt antiqua, videntur probare communem opinionem habitantium ita esse: iste non est casus noster, & sic nõ meretur allegari dictum Bal. contra istam consuetudinem: & ideo dicit d. Abb.
54 in c. cum olim, de censi. † vbi voluit gl. confines probari per verba enunciatiua, vbi dicit, intellige gl. in casu, in quo loquitur: nam confines probantur ex leui probatione, vt c. cum causam, de prob. ideo sufficit leuis probatio, & allegat gl. in c. series, de test. & in l. optimam. C. de ꝯtrahen. & commit. stip. sed vbi ageretur de magno præiudicio, non probarent. c. si Papa. de priuile. lib. 6. refert se dixisse, in c. fin. de suc. ab intest. & adduco, quod voluit do. Anto. in c. fi. de
55 suc. ab intesta. vbi dicit, ꝙ si † verba enũciatiua sunt de longinquo, probant eo casu, quo sufficit presumptio. Idẽ dicit, nisi agatur de præiudicio tertij, quia tunc non probant: ad hoc allegat Inno. in c. cum in iure peritus, de offi. deleg. sed in casu nostro primo non sufficit præsumptio: sed opus est plena probatione: quia agitur de magno præiudicio, ergo &c. Item agitur de præiudicio tertij, quo casu non probat, facit simile, quod habetur, in c. super eo. de offi. deleg. faciat simile, quod voluit Pet. de Anch. in cle. 1. de proba. vbi decidit hanc dubitationem, & allegat gl. in c. quoniam contra, de prob. Et ibidem di-
56 cit † ꝙ licet instrumentum probet matrimonium, vt voluit Inno. in c. illud, de præsumptio. pro quo dicit esse tex. sing. in auth. vt fra. filij, procedit, quò ad ipsos contrahentes, secus vbi agitur de præiudicio tertij, & plus etiam dicit d. Petr. in d. cle. 1. ꝙ etiam si reperirentur plura instrumẽta enunciatiua, adhuc non probarent, & licet multa instrumenta ita reperiantur, non tamen ꝑꝑ hoc probatur, ꝙ iste fuerit procurator: & adduco, quod voluit Bal. in c. series, de testi. reperitur in instrumento A. procurator B. promisit Titio decem, probatur procuratio contra dictum A. quia sic asseruit: sed non contra dictum B. & sic Bald. videtur decidere istam dubitationem: ergo dicta instrumenta non præiudicant dicto monasterio sancti Gabrielis. facit, quod scribitur ꝑ om-
57 nes, in l. sciendum. ff. de verb. oblig. vbi dicunt † ꝙ si in instrumento enũciatur actus, qui tunc potuit geri: tunc præsumitur interuenisse, aut tunc nõ potuit geri, & tunc non presumitur interuenisse. ita dicunt saluari gl. in l. 1. C. de fide instr. & iure hastæ fis. li. 10. voluit Ang. in l. sicut. §. non videtur. ff. quib. mo. pig. vel hypo. sol. do. Abb. in c. Albericus, de test. & in c. post cessionem, de prob. & in consilio. 128. Bal. in l. iurisiurandi. C. de test. sed in casu nr̃o ita est, ꝙ tempore illius confessionis de censu soluto non potuit interuenire actus constituendi illum procuratorẽ, ergo nullo modo stabitur illis verbis enunciatiuis, & facit, quod voluit Ang. in d. l. sciendũ, & in auth. si quis in aliquo documento, quem allegat celebris D. aduocatus, & quod voluit do. meus Io. de Imo. in d. l. sciendum. ¶ Et si quispiam dixerit, hic non agitur de præiudicio tertij, sed agitur de ꝑiudicio eiusdem: successor enim cẽsetur esse vna & eadem persona cum prædecessore, vt in auth. de iureiurand. a mor. præst. & in c. significauit, de rescrip. Ad hoc respõdeo, istud procedit in successore hæreditario, sed nos loquimur in successore dignitatis, qui ad imparia iudicatur, & allego gl. valde sing. in c. cura, de iu-
58 re patro. in 3. solutione, quæ voluit † ꝙ factum prædecessoris non nocet successori in dignitate, secus in successore hæreditario: & ratio differentiæ est: quia hæres est magis coniunctus defuncto, cum quo censetur vna persona, quàm sit successor prædecessori in dignitate: & hanc rationem posuit Inn. in c. eam te, de rescr. & est ratio rationis, quia hæres consequitur omne ius & totum a defuncto, sed successor dignitatis consequitur ius tãtum ab eius promotore, non enim succedit in titulum defuncti, imo habet nouum titulum. c. ad decorem, de insti. c. ad extirpãdas, de filijs præsbyter. c. consuluit, de iurepatro. ita voluerunt Dñi de Rota in conclusione sua 224. ita formaliter refert & sequitur d. Anto. in d. c. cura, ergo non potuit ille actus gestus a prædecessore prędicare futuro successori. Ex ꝑdictis apparet ad oculum, ꝙ non constat, ꝙ isti fuerint procuratores, frustra ergo quæritur, vtrum per procuratorem quęratur possessio absenti & ignoranti, cũ non appareat, ꝙ fuerint ꝓcuratores: & ideo dicimus, ꝙ actus actiuorum sunt in patiente bene disposito. c. venerabilem, de elec. & ita concludo. & sic ex doctrina relata per do. Petrum de Ancha. in d. cle. 1. de prob. euidenter apparet, ꝙ ex actu gesto cum iudice, verba enunciatiua non faciunt quem procuratorem in præiudicium tertij absentis, & facit c. fi. de capi. Corra. in vsi. feu. ergo isti non probantur fuisse procuratores, ergo non potuerunt quærere possessionem. Episcopis Cremonensibus. ¶Capio nunc aliud assumptum, posito non tamen concesso, ꝙ fuerint procuratores, vtrum acquisiuerint possessionem episcopis Cremonensibus, & videtur de iure dicendum ꝙ non: & ad hoc adduco casum valde singula. in l. 1. C. per quas personas nobis acquiritur. coiũcta do-
59 ctrina Bar. ibi, vbi dicit, doctores dicere, quòd † tunc possessio, & dominium quæruntur per procuratorem, quando agitur per actum naturalem, vt puta per

per traditionem possessionis: secus per actum ciuilē, vt puta ꝑ pactum legis commissoriç, vel addictionis in diem, casum dicit esse in d.l.j.& probatur hęc distinctio in l.ea quæ ciuiliter.ff.de acq.re.do.& refert se plenè dixisse in l.qui mihi donatū.ff.de dona. Ibi autē fundat se super traditione, & sic super actu naturali, & idem voluit do.Anto.in c.accedens, de præb.vbi fundat se, vt possessio acquiratur per procuratorem domino, quando per traditionem est in ipsum procuratorem translata. & ideo Ange.in l.si is qui pro emptore.de vsuc.sequens doctrinam Gulie.de Cu.in l.ab emptione.ff.de pactis, nō fundat se super ratione Guliel.de Cu.qui dixit, ꝙ si ꝓcurator meus emit, & tu constituisti te eius nomine possidere, ꝙ mihi domino non quæritur possessio, nec concurrant duæ fictiones: sed mouetur Ange.quia acquisitio, quę fit naturaliter, bene acquiritur directò in dominum, & procurator pręstat nudum ministerium, vt pica, & organum.l.quod meo.§.1.ff.de acq.pos.& sic nullo momētо quiescit acquisitio in persona procuratoris, sed quando ciuiliter fit acquisitio, & sic per actum ciuilem non quæritur per procuratorem domino immediatè, imo primò in personam procuratoris, per l.ea quæ ciuiliter.ff.de acquir.re.do.& ista fuit ratio doctorum, & retulit Bar. in d.l.1.quam ipse Bar.ibi sequitur.licet ergo Bar.reprehendat dictum Guliel.dicens, ꝙ licet traditio sit ficta; tamen possessio, quæ mihi per hoc acquiritur, est vera possessio, ad hoc allegat.l.certè.§.1.ff.de preca. Et idem voluit Bart.in d.§.1.vbi dicit, habeo casum contra Gul. quia quæsita per meum procuratorem propriè possideo, non fictè, & licet Ange.in transcursu lecturæ in d.l.ab emptione, & in d.l.certè.§.j.transiuerit cum dicto Bar.tamen dictum Bar. confunditur per suam rationem: quia sicut per pactum legis commissoriæ, vel addictionis in diē non quæritur.possessio domino, ex quo est acquisitio ciuilis, ita & eodem modo per constitutionem precarij fundatam in persona procuratoris, non acquirit dominus possessionem, quia precariū est actus ciuilis: vt l.1.ff.de precar. ergo non acquiritur possessio domino. Non obstat.d.l.certè.§.1.inquātum dicit, propriè habere dicor, quia ibi rogauit procurator, vt precariò concederetur res nomine domini, & fuit sibi cōcessa & tradita possessio, & sic interuenit actus naturalis: quia vt inquit Arist.in secundo de anima, actus actiuorum sunt in patiēte bene disposito: regula eius est, vt per actum ciuilem non quæratur domino immediate per procuratorem: sed rogatio precarij est actus ciuilis, ergo &c. Et si rectè ponderentur verba Ange.in d.l.ab emptione.& in d.l.certe.§.j.ipse non reprehendit dictum Gul.de
60 Cu.sed bene reprehēdit rationem Gul. † quia licet constitutio precarij sit actus fictus transferendi possessionem, tamē transfertur vera possessio, vt voluit Bart.& ideo idem Ang.in d.l.si is qui pro emptore, vbi cum maiori deliberatione hunc passum examinauit: sequitur istud dictum Gul.sed non per rationem Gul. & etiam Io.de Imol.ibi dicit, ꝙ licet ipse transiuerit cum illo dicto Bart. in d.l.ab emptione. tamen sibi videtur verius dictum Gul.& respondet ad d.l.certè.§.1.& ideo idem Ang.in l.1.§.per procuratorem.ff.de acq.poss.dicit, ꝙ possessio acquiritur nobis, quando interuenit actus naturalis, & corporalis apprehensio: tunc enim acquiritur nobis per procuratorem, per d.l.ea quæ ciuiliter. Ideo si duntaxat interueniat actus fictus & imaginarius, tunc non acquiritur nobis immediatè: & subdit, ꝙ per pactum legis cōmissoriæ non acquiritur nobis possessio, ita dicamus in casu nostro. Et adduco, quod voluit Bal.in d.l.ab emptione.vbi dicit, quòd in d.l. meū.§.procurator.& in d.l.certè.§.j.procurator detinebat rem. & sic interuenit actus naturalis, & sic
61 inquantum Bar.dicit † ꝙ per procuratorem acquiritur vera possessio, procedit, qñ interuenit actus verus. Et sic in illis iuribus procurator detinebat. Et ideo dixit Ang.in l.per procuratorem.C.de acquir. poss.se limitare illam.l.& similes, in quibus dicitur, ꝙ per procuratorem dominium & possessio acquiritur nobis, vt intelligantur per naturalem apprehensionem rei nō per actum ciuilem. & idem dixit in l.1.C.de acq.poss.vbi dicit illud esse dictum suū, pro certo illud voluit Gul. in d.l.ab emptione. & in l.licet.C.de acq.poss.idem voluit Ang.in d.l.1.C.per quas personas nobis acquiritur. Et adduco, quod voluit Io. And.in addit.Spec.in tit.de empt.& vend.
62 §.sciendum.ver.& no.† ꝙ si aliquis primò vni vendidit rem, & constituit se nomine illius possidere, & postea alteri vēdidit & tradidit, ꝙ potior sit primus quia dato, ꝙ actus constituti sit fictus, tamen ex eo transfertur vtile dominium: & sic aperto ore tenet ibi Io. Andr.ꝙ est actus fictus: sed per actum fictum non acquiritur nobis possessio per procuratorem: vt dictum est, ergo &c.licet do.Ant.in c.cum venissent, de rest.spol.dicat ꝙ transfertur vera possessio, allegat.l.certè.§.1.ff.de preca.quicquid quidam dixerint.ita loquitur do.Ant.allegat no.in d.l.ab emptione.ff.de pact. tamen suum dictum debet intelligi, quando per actum naturalē acquiritur vera possessio, & non per actum ciuilem: vt probatur in d.l. 1.C.per quas perso.no.acq. Et cum allegat.d.l.certè.§.1.intelligitur, ꝙ procurator ibi detinebat: vt voluit Bal.in d.l.ab emptione.& iō dixit Bald.in d.c.cū
63 venissent, in princ.† ꝙ qui est in possessione antecedentis, videtur esse in possessione cōsequentis.l.seruitutes.§.domo.ff.de ser.vrba.ꝑdio.l.si aqueductus. ff.de contrahen.empt.l.certè.§.si procurator.præalleg.& sic sentit Bal.ꝙ in d.§.si procurator.ille procurator detinebat, & ideo subdit postea, & hoc verū, qñ per procuratorem acquiritur corporalis possessio, vel quasi secus, si ficte acquiratur, ad hoc allegat Gul. de Cu.in d.l.ab emptione.& sic licet aliter tenuerit Bald.in d.l.ab emptione.tamen est sequutus opi.Gul.& licet do. Anto. ita dixerit in d.c.cum venissent, tñ in d.c.accedens, sequutus est opi. Gul.inquātum voluit, ꝙ requiratur traditio possessionis, vt voluit Bar.in d.l.1.& in d.l.qui mihi, & sic stat pura veritas, ꝙ possessio non fuit quęsita a procuratore episcopatui per illum actum ciuilem, & hoc tenuerunt illustres docto.Gul.de Cu.Bar.Bald.Ange. do.Anto.Io.de Imo. in locis allegatis superius.licet aliqui eorum variauerint, tamē ista opi.roboratur melioribus rationibus, ergo censetur verior.c.capel
64 lanus, de fer.l.diui fratres.ff.de iure patr. † & quia a pluribus tenetur, iudicatur verior & communior.l. 1.ff.de offic.quæsto.in verbo, crebrior apud veteres opi.l.1.ff.de senato.l.athletæ.§.1.ff.de his qui no.infa.c.prudentiam, de offi.deleg.c.in canonicis.19.di. c.de quibus.20.di.Inno.in c.ne inuitaris, de cons.Io. And.in c.j.eodem tit.Host.in d.c.capellanus.Bar.in l.fi.C.de pęna iud.qui malè iud.Bal.in l.obseruare. §.proficisci.ff.de offi.proconsul. Ang. in l.cum prolatis.ff.de re iudic. ergo secundùm hanc partem iudex iudicare debet: & maxime quia fauet libertati: vt in d.c.si de re iu.& l.lege Iulia.pe.ff.de manumis. Ex istis sequitur, ꝙ ille actus fictus receptionis pēsionis non inducit verum & naturalem actū receptio-
65 nis: quia aliud est † recipere pensionem, & aliud est fateri recepisse, & publicè decidit Bar.in l.si debitorem.ff.de noua.& in l.2.§.fi.ff.si cert.pet.& in l.non abstulit.C.de noua.idem voluit d.Anto.in c.si cautio.de fide instr.& d. Abb.ibi. & idem voluit in d.c. cum

cum olim,de offic.deleg.& domi.Petr.de Ancha.in
capitu.qui generaliter, de procura.libr.6.facit.l.de
eo.§.1.ff.ad exhibend.& l.tutor.§.final.ff. de vſur. &
quod voluit Ang. in l.a diuo Pio.§.ſed ſi emptor.ff.
de re iudic.& idem voluit Bald.in l.2.§.fin.ff. ſi cert.
pet.& l.ſi non ſortem . §.1.ff.de condic.indeb. Et ſic
ſtat veritas, quòd talis confeſſio non inducit na-
turalem receptionem cenſus præceſſiſſe, & ſic ſe-
quitur, ꝙ confeſſio procuratoris non inducit ve-
ram receptionem cenſus: quia aliud eſt recipere,
aliud eſt confiteri recepiſſe. l. 1. §. ſi mutuam. ff. ſi
quid in frau. patronat.& voluit Iac.de Aretin.in d.l.
ſi debitorem.ff.de noua.& ideo dicit Barto.in d.l.2.
66 §.fin.ff.ſi cert.petat. † ꝙ ſi in inſtrumento procura-
toris diceretur, ꝙ fecerim te procuratorem ad acci
piendum pecuniam mutuò, & ad confitendum te
pecuniam recepiſſe,& ad promittẽdum &c. ꝙ non
poteſt dñs conueniri ex illo inſtrumento: quia illa
verba, ad confitendum te recepiſſe, intelliguntur
pecunia recepta,& ſi aliter intelligeretur, eſſet dona
tio.vt d.§.ſi mutuã,q̃ donatio intelligit procuratori
prohibita: vt l.contra iuris.§.fi.& l.fi.ff.de pact.licet
confeſſio probet actum naturalem: quia aliud eſt
recipere, & aliud eſt confiteri recepiſſe, vt in dictis
iuribus. & quod voluit Bal.in l.ſi non ſortem.§.1.ff.
de condi.inde.nec procedit in confeſſione procura-
toris,quia confeſſio procuratoris non probat natu-
ralem actum receptionis, & ideo dixit Spe.in tit.de
teſte.§.1.ver.ſed ſi egi.& referunt ſcribentes in d.c.ſi
cautio.ꝙ ſi in libello dico, ꝙ mutuaui, & probo de
confeſſione, ꝙ ſuccumbo.& Bal.in l.ſi ex cautione.
C.de non nu.pec.dixit, ꝙ ſi probo per vnum teſtem
de mutuo,& per alium de confeſſione, ꝙ iſti teſtes
ſunt ſingulares,& non probant.& ſic ſtat pura veri-
tas, ꝙ per illum actum ciuilem non acquiritur poſ-
ſeſſio ipſi domino.& facit etiam ad prædicta, quod
67 voluit do.Pet.de Ancha.in d.c.accedens.† vbi dicit
quare actiones perſonales non quærũtur domino,
per procuratorem ſine ceſſione. reddit rationẽ tex.
d.l.ea quæ ciuiliter:& ideo dicit,quòd quando tra-
ctamus de poſſeſſione,& dominio quærendis domi
no per procuratorem vigore pacti legis commiſſo-
riæ, & addictionis in diem, ꝙ non transferuntur ip-
ſo iure, ſi pactum & conuentio talis fuerit facta per
procuratorem, & ad hoc allegat.d.l.1.& doctores.
C.per quas perſon.nob.acquir. Et ſic aperto ore te-
net illud, quod tenuit Bartol.in d.l.qui mihi dona-
tum. & in l.1.Præterea facit etiam: quia in transfe-
renda quaſi poſſeſſione iurium incorporalium non
transfertur per actum fictum ex confeſſionibus, vt
dicit dom.aduocatus in præiudicium tertij,allegat
Innocen.in cap.dilectus,de capella.monachorum.
68 vbi dicit † ꝙ ſi quis facit homines confiteri, ꝙ ſunt
ſuæ iuriſdictionis,quòd per hoc non acquirit quaſi
poſſeſionem iuriſdictionis, allegat not.in c.cum di-
lectus, de religio.do. & ideo multum pulchrè dixit
Bald.in l.nec ſi volens.C.de libe.cauſa vbi dicit, ꝙ ſi
Rex Francorum facit confiteri aliquam ciuitatem
eſſe ſuæ iuriſdictionis, ꝙ talis confeſſio non nocet
hominibus, & idem dicit in Papa & Imperatore,
nec iuramentum ſuper hoc præſtitum nocet dictis
hominibus,ergo multominus debet nocere tertio,
vt dixit Innocent.in d.c.cum dilectus, & ideo dixit
dom.Anto.in cap.fina.de cauſa poſſ.& proprie. † ꝙ
69 ſi ſubiecti confiteantur, ꝙ ſint iuriſdictionis alicu-
ius,vel in manibus eius iurent, & renuntient iuriſ-
dictioni ſuperioris, per hoc non acquirit ille quaſi
poſſeſſionem iuriſdictionis in eos, quia per hoc nõ
interuenit aliquis actus iuriſdictionis,per quẽ quæ-
ratur iuriſdictio: & allegat text. valde elegantem,
in cap.licet cauſam,de proba.in verſic.inceperunt,
ex quo text.arguit ibi Bald. quòd homines mei ſine
meo conſenſu non poſſunt facere ſe cenſuales alte
rius, vt voluit Hoſtien.facit c.verum,de foro com-
petent. ergo multominus per illum actum fictum
ciuilem fuit tranſlata poſſeſſio in epiſcopatu,& ad-
duco Bald.in Rubrica, de cauſa poſſeſſ.& proprie.
70 vbi dixit † ſtatuto Papię cauetur,quòd in hæredem
continuetur poſſeſſio teſtatoris,pone,inquit, ꝙ iſte
teſtator vendidit & conſtituit ſe precariò poſſidere
pro alio, vtrum ſicut ipſe poſſidet fictè, ita fictam
poſſeſſionem in alium transferat, decidit ꝙ non,
quia duæ fictiones non concurrunt adinuicem: al-
legat Guliel. de Cu. in d.l.ab emptione.& idem di-
cit, ſi confiteatur ab alio poſſidere, & ſic Bald.ſe-
quitur illam doctrinam Guliel. ¶ Apparet ergo ex
ſupradictis,quòd non potuit prædeceſſor per ſuam
cõfeſſionem præiudicari ſucceſſori, & ideo videre-
tur proditoriè facere, ſimile dixit Bald.in d.ca.licet
71 cauſam, in Imperatore † quòd tenetur claues im-
perij cuſtodire futuro ſucceſſori, aliàs poteſt dici
proditor.l.fina.C. de acquirend. poſſeſſ. non enim
poteſt viſcera imperij exuiſcerare, quia eſſet homi-
cida ſuæ dignitatis. l. cum fundum.§.ſi tutor. ff. de
vſucap.pro empto.& idem in Regibus, vt cap.intel
lecto,de iureiurand.& ſic non potuit per ſuam con
feſſionem, vel per ſuum factum prædeceſſor præiu
dicare ſuæ eccleſiæ, vel ſucceſſori: quia proditoriè
feciſſet, vt ſuperius plenè dixi. Et ſi quiſpiam alle-
get; quod voluit Specul.in titu.de petit.& poſſ.§.1.
72 verſic.ſed pone vacante, ꝙ contra † ingredientem
poſſeſſionem eccleſiæ, eccleſia ipſa vacante,poteſt
ſubſtitutus agere tanquam cõtra inuaſorem; quia
poſſeſſio non erat vacãs,licet vacaret eccleſia, imo
eccleſia cenſetur poſſidere per id,quod voluit Inno
cent.in c.cum ſuper,de cauſa poſſeſſ.& proprie.vbi
dicit, ꝙ licet moriatur prælatus & omnes clerici ali
cuius eccleſiæ, tamen proprietas & poſſeſſio rema-
net penes eum,qui viuit in æternum,vel penes vni-
uerſalem eccleſiam, vel particularem, quæ nun-
quam moritur: ita videtur dicendum in caſu no-
ſtro,vt videatur iſta quaſi poſſeſſio percipiendi cen
ſum iſtum continuari penes epiſcopum ſucceſſo-
rem. Ad hoc reſpondeo,& adduco elegantem do-
ctri.Innocent.in cap.cum in officijs, de teſta.vbi di-
73 cit † quòd ſi moritur rector eccleſiæ, & hæres ſuus
occupat illa,quæ conſtabat eſſe eccleſiæ,& tunc in-
cidit in pœnam.l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.vel in
edictum.l.extat.ff.de quod met.cauſa, nec compe-
tit actio expilatæ hæreditatis, quia eccleſia retinet
poſſeſſionem ciuilem:& ſic ſtat veritas, ꝙ tunc con-
tinuatur poſſeſſio, quando erat penes prædeceſſo-
rem: & ideo dicit ibi Innocent. eccleſia non debet
occupare talia bona, quando conſtat, quòd non
ſpectant ad eccleſiam, & allegat illud dictum Inno.
& magni facit Bald.in authen.licentiam.C.de epiſ.
& cle.& in capit.1.de cleri.qui inueſti.fecit, in vſib.
feud. ſed in caſu noſtro non conſtat iſtum cenſum
deberi eccleſię,nec conſtat epiſcopos fuiſſe in qua-
ſi poſſeſſione percipiendi iſtum cenſum, ergo non
eſt continuata ciuilis poſſeſſio penes.d.epiſcopum.
¶ Nec obſtat, cum dicitur, quòd deberet ſoluere
cenſum conſuetum, vt habetur in cap.Culterius.
& in cap. ſeruitium.18.quæſt.2.quia hic non appa-
ret de conſuetudine ſoluendi iſtum cenſum, eo ip-
74 ſo quòd lex loquitur † de cenſu conſueto, intelligi-
tur de conſuetudine præſcripta,tex.eſt in cap.cum,
de beneficio. de præbend.lib.6.cap.1.§.pen.in glo.
de offic.ordinand.lib.6.in cap. Romana.§.debet,de
appella.lib.6.& eſt text.quem dominus Cardi. dicit
eſſe ſingu. in c.dilectus, de offic.ordi. facit text.in c.
cum contingat, de fo.compet. Et adduco text.me-
liorem

lioremde corpore iuris in cap. cumana ecclesia, de ele. per quē tex. dicit ibi Io. And. ꝙ si dico ius eligēdi spectare ad me de consuetudine, intelligitur de consuetudine præscripta: voluit domi. Cardi. in c. fina. de consuetu. voluit Bald. in c. 1. de feud. cognit. & in d. l. binos. C. de aduo. diuer. iudic. & multo fortius in casu nostro: quia vt ecclesia teneatur ad cēsum, est contra ius commune, vt c. significauit, & c. prohibemus. de censi. sed consuetudo cōtra ius cōmune nō inducitur, nisi sit rationabilis, & præscripta. vt c. fin. de cōsuet. vbi requiritur de iure canonico, vt sit pręscripta spatio. 40. annorum, secus de iure ciuili, vt ibi not. per doct. ¶ Cum ergo non sit probatum, istū censum fuisse solutum spatio. 40. annorum, sequitur, ꝙ non dicitur census consuetus: facit, quod voluit do. Abb. in c. fin. de causa poss. & proprie. & do. Ant. in c. cum ecclesia sutrina. eodem tit. & sic cum ex parte domini episcopi non sit probata ista ꝯsuetudo, ergo debet succumbere tam in petitorio quā in possessorio: & fortius in istis corporalibus, in quibus domino ignoranti non acquiritur quasi possessio: ideo licet Bar. ī d. l. certè. §. 1. & in d. l. ab emptione voluerit, ꝙ possessio acquiratur per procuratorem domino ignoranti per actum ciuilem, ꝙ tamē communiter non tenetur; tamē multo minus pro-
75 cedit in istis incorporalibus, † quia in eis requirūtur duo extrema, videlicet vnum ex parte acquirentis, & aliud ex parte eius, contra quem acquiritur, in acquirente requiritur intentio acquirendi, vt est text. in l. fi. ff. quemad. serui. amit. & c. vt nostrum, de offi. archi. voluit Inno. in c. bonæ, de postula. præla. & in c. olim, el 3. de rest. spol. & ideo Bal. in l. 2. C. de serui. in vltimo notabili dicit, ꝙ in quasi possessione incorporalium acquirenda requiruntur plura. scilicet animus, & cōgruus actus acquirentis, ex quo sequitur, ꝙ ignoranti dño non quæritur quasi possessio incorporalium, per actum ciuilem; quia non interuenit animus, nec congruus actus acquirentis: aliud extremum est patientia eius, contra quem ius quæritur; vt d. l. 2. C. de seruitu. & ibi Bald. in vltimo notabili dicit, ꝙ requiritur scientia & patientia aduersarij: ideo si quis debet admitti de iure, & patitur se admitti precariò & de gratia, perdit ius suum nisi protestetur: & ideo si quis cōstituit se precariò possidere, perdit possessionem, quam habebat, vt l. cum falsa. C. de iur. & fac. igno. secus si ignorabat voluit hoc Innoc. in d. c. bonæ. & in c. conquerente. de off. ordi. & in c. dilectus. de cap. mo. & in d. c. olim. & ratio est. quia ista incorporalia tenacius habentur, difficilius perduntur, & si maiori vinculo retinētur. si quis ergo casus. ff. de peculio. l. 4. ff. pro socio. Non est ergo admiratione dignum, si nō acquiratur possessio incorporalium domino ignoranti per actum ciuilem & fictum: & licet Bart. teuuerit contra Gul. de Cu. in dictis locis; tñ non loquitur in quasi possessione incorporalium, & idem voluit gl. in d. c. olim,
76 & dom. Anto. & do. Card. ibi, vbi dicunt † ꝙ facilius admittitur possessio corporalium quàm incorporalium, & sic doctrina Bart. non obstat, præsertim vbi actus non est formaliter in esse deductus: vnde dixit do. Anto. quem allegat do. aduocatus in c. cum
77 venissent, de rest. spol. † ꝙ solutio pensionis est actus fictus transferendę possessionis, & si soluatur a colono, non transfertur possessio, nisi fiat volūtate possidentis: & tunc acquiritur quasi possessio, nō a tempore iussus de soluendo, sed a tempore actualis solutionis, allegat Inn. in c. cū nostris, de concess. præb. & idem voluit dom. Anto. in d. c. fi. de causa poss. &
78 proprie. † & sic cum iura dicunt, ꝙ per solutionem census probatur possessio, intelliguntur per realem solutionem, nō per confessionem: & sic per actum fictū nō transfertur possessio in istis incorporalibus iuribus adhuc formatis, & ꝑ ꝯns do. episcopus non est in quasi possessione iuris percipiendi censum. ¶ Sed si quis opponi de libro censuali, in quo scribitur, ꝙ certa solutio fuit facta Corradino de Rigonibus. Rñdeo, ꝙ illa solutio nō probat quasi pos. cum non constet, ꝙ esset ad hoc procurator constitutus: fuit ergo negociorum gestor, qui non acquirit possessionem dño, nisi post ratihabitionē, vt voluit gl. d. Car. d. Pet. & d. Ant. in c. accedens, de preb. sed nulla interuenit ratificatio ex parte epi in casu nro, ergo non est quęsita quasi possessio. Nec obstat glo. in c. quoties cordis oculus. 1. q. 7. quia illa gl. non loquitur in casu nro: loquitur enim, qñ verba dispositiua conferuntur tertiam personam, vt quia dr̄ promitto tibi, ꝙ dabo Titio. 10. iste non est casus nr̄: quia nos loquimur in negociorum gestore quærēte possessionē dño ignoranti, quia opus est, ꝙ dñs habeat ratum, vt superius plenè demonstraui: & sic sequitur, ꝙ non probat ille liber censualis ecclesiam sancti Gabrielis esse censualem. ¶ Capio nunc aliā confessionem factam. 1421. per Episcopum Cremonæ
79 cuidam priori sancti Gabrielis † quo casu stat dubitatio. vtrum videatur constitui in quasi possessione per illam vnicam confessionem, & videtur dicendū ꝙ sic; ex eo quia sunt quidem actus, qui de facili nō conceduntur, ideo vnicus actus sufficit, facit l. 1. §. quæsitum. ff. de aqua quot. & ęsti. vbi ad probandū quasi possessionem seruitutis ducendi aquam sufficit semel fuisse vsum. facit, quod voluit Bar. in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itin. actuque priua. & quod voluit Inno. in c. cum ecclesia, de causa pos. & proprie. facit text. ibi: vbi sufficit semel elegisse, & quod voluit Bal. in l. 2. C. de seruitu. Nihilominus videtur, ꝙ plures actus soluendi debuerint interuenire, vt constituatur in quasi possessione percipiendi censum, & de hoc dico esse casum in terminis ī c. querelam, de elect. vbi dicitur in princ. de nouo subtracta, ibi enim non ponitur totus tenor libelli, sed ponitur substātia: vnde dicit, ꝙ de nouo fuit subtracta, ergo per tempora retroacta fuit soluta: ergo pluries requiritur fieri solutio, vt constituatur in quasi possessione, hoc dicit tex. ille in fi. clarius & apertius in verbo per multa tempora soluta de nouo subtracta: & per cōsequens fuit pluries soluta, & ideo licet Ang. in responsione. l. si certis annis. dicat, ꝙ requiritur, ꝙ fuerit facta aliqua solutio, secus si nunquam aliqua solutio facta fuerit: & sentit Vincen. ibi, ꝙ sufficiat semel percepisse pensionem, vt dicatur esse in statu quasi percipiendi censum, tñ D. Ant. ibi dicit, ꝙ requiritur, ꝙ pluries facta fuerit præstatio pensionis: qa ex vnica pręstatione nō videtur induci vsus, arg. l. 3. ad fi. C. de epis. audi. & quod dicitur in materia consuetudinis in c. fi. de ꝯsue. & licet Io. de Imol. dicat pro Ang. facere. c. de beneficio. de præb. lib. 6. tñ, vt dixi, est casus formalis in d. c. querelam. & adduco, quod voluit dñs Abbas in d. c. querelam, vbi colligitur in tertio notabili. vbi dicit tene menti istū
80 text. † ꝙ ꝑ pensione nouiter subtracta & annuatim solita ꝑstari, potest agi possessorio iudicio ad ipsius restitutionē, probata solita præstatione annua; debet enim actor restitui in eum statū, in quo primò erat, & eo ipso ꝙ pensio solita non soluit, vr̄ quis spoliari facultate, seu pensione percipiendi: & sic intelligit d. Abb. illū tex. de pensione annuatim solita pręstari, & sic aperto ore sentit illū tex. probare, ꝙ pluries debuit fieri illa ꝑceptio. & licet Bal. ī c. 1. §. si ve-
81 rò vasallus. dicat † ꝙ ī istis incorporalibus quasi possessio ꝓbat per duos, vel tres actus in ꝑcipiēdo ꝯsistētes: alij dicunt, ꝙ sufficit vnus actus a superiore ꝯfirmatus, & istud est verius, & allegat Goff. in summa.

Aduerte, quia Bald. ponit duos casus: primus in quasi possessione percipiendi pensionem, aut censum, & dicit requiri duos actus percipiendi: sed in electione requiritur vnicus actus solenniter confirmatus a superiore, sed nos non sumus in actu eligẽdi: & hoc datur vna responsio ad d.cap.ecclesia, vt procedat in electione confirmata a superiore, quo casu videntur duo actus interpellati, confirmatio & electio. Et ideo dixit idem Bald.in cap.1.§.sacra-
82 mentum.de consue.recti feud.† quòd vasallus restituitur in quasi possessionem per tres acceptationes, allegat.d.c.1.§.si verò vasallus, in titu.quid sit inuestitu. Et si dicatur, ꝙ do.Abb.dicat quòd solita præstari verificatur in vnica vice: vt dixit Bart.in l.1.C. quomodo & quando iud. Respondeo, istud non obstat: quia verbum annuatim solita præstari, inducit plures vices. Nec obstat.d.cap.cum ecclesia, loquens de ele. quòd vnicus actus constituat in quasi possessione; quia interuenit (vt dixi) duplex actus, eligendi & confirmandi, item agitur de modico præiudicio: sed subijciendo ecclesiam ad censum, agitur de magno præiudicio: vt c.prohibemus, de censi. Item nos habemus casum expressum in d.c.querelam. seruetur ergo lex, iuxta illud, nos legem habemus, & facit responsio data per Bald.in d.c.ecclesia, in versi.redducentes, vbi dicit, mirabile est, quòd solo verbo reducitur quis in possessionem iuris corporalis; & est ratio secundùm eum; quia istud ius non est aliud, quàm quædam licentia & facultas a iure concessa, & possidetur etiam electio sic aperta per mortem prælati: secus in possessionibus, quæ cõsistunt in actu corporali, nam illæ nec verbo quęruntur, nec perduntur. l.restituta. ff. ad Trebel. ergo per verbalem confessionẽ non constito de actu reali perceptionis, non acquiritur quasi possessio iuris
83 incorporalis: † aliud enim est confiteri, & aliud est soluere realiter, vt per Bart.in l.1.§.fi.ff.si cert.pet.& in l.a diuo Pio.§.sed si emptor.ff.de re iudic.& ideo dixit Bal.in c.1.sacramentum, de consue.recti feud. quòd quãdo requiritur, quòd aliqua executio fiat, puta per capturam pignorum, vel descriptionem bonorum, vel similium, oportet habere aliquod extremum, quòd realiter agat, & non abusiuè: ergo fuit necesse, ꝙ interueniret actus realis solutionis, & non abusiuus, vt est, quando fit per confessionem: vt voluit Bald. in d.l.nec si volens.C.de lib.causa.& Inn.in d.c.dilectus, de cap.mo. Non obstat, quod voluit Salyc.in d.l.si certis annis.in pe.col.vbi dicit, ꝙ si confessio est facta super causa; tunc non est opus probare præstationem. 10.annorum. Ideo collectores sancti Proculi secundùm eum, dum censum recipiunt, faciunt confiteri expressim soluentes rem esse emphyteuticam, vel censualem, cui confessioni dicit standum esse, nisi probetur erronea: modò in casu nostro ille procurator fecit confiteri, ꝙ dictum monasterium erat censuale dicti episcopatus. Quia reuera istud non obstat: ex eo quia Saly.loquitur in eo, qui potuit præiudicare sibi: ideo statur suæ confessioni.c.fi.de confes.c.cũ Ioannes Eremita, de fide instru. sed nos loquimur in priore ecclesiæ, qui per suam confessionem non potuit subijcere ecclesiam censui: vt d.c.de cætero.& ideo dixit Pau.de Cast.in ꝯsilio primo, ꝙ quando confessio prælati tendit ad obligationem ecclesiasticã, vel facta est in eo, quod non consistit in facto ipsius prælati, tunc non nocet si facta fuit voluntariè, & tunc habent locũ ea, quæ habentur in l.certum.§.sed an ipsos. ff. de confes.& facit illud, quod voluit Bald.in d.l. nec si volẽs. cũm alijs superius allegatis.C.de libe.causa. Cũ ergo ista confessio tendit ad obligandũ monasterium, ergo non præiudicat ipsi monasterio. Item cum non cõsistat in facto suo, ergo non nocet monasterio. Et multominus nocet, si ista confessio fuit apposita in vltimo instrumento de anno 1449. quia illud instrumẽtum fuit factum in fraudem: quia dicitur in eo, ꝙ confitetur se soluisse integrè pro omnibus annis præteritis, & ex confessione episcopi apparet, ꝙ non fuit facta solutio de annis 40. ideo non stabitur tali confessioni tanquã in fraudem emanauerit, & multominus præiudicat huiusmodi instrumentũ; quia diu stetit occultum, ꝙ non fuerit denunciatum suc-
84 cessori in prioratu: quia † tunc præsumitur, ꝙ in fraudem emanauerit. ita sapienter dixit Bald.in l.fraus. ff.de le.alle.Iac.de Are.in l.filiæ.ff.solut.mat.& facit quod voluit Barto.in l.cum falsam.C.de iur.& fac.igno. ꝙ si ego dico fundum meum esse tuum, ꝙ mihi præiudicio: quia possum mihi præiudicare: sed clarum est, ꝙ prælatus non potest dicere ecclesiam suam esse censualẽ: quia tunc facit illud, quod non consistit in facto suo, ergo &c. facit, quod habetur in l.si rem aliquam.ff.de acqui.pos.& in l.ad probationem.C.locat.cum simil.allegatis superius. Et ex istis elicitur vera & indubitata conclusio, ꝙ huiusmodi cõfessio non prędiudicat dicto monasterio sancti Gabrielis. ¶ Quo ad confessionem positam in vltimo instrumẽto plenè, subtiliter & ornatè dixit do. aduocatus, non est opus suppletione: sed vnum põdero, quod superius retuli. D. Episcopus in suo libello fatetur, priores & commendatarios præfati monasterij non soluisse dictum censum annis 40. quo casu, ex quo est iudicialis confessio, nocet suæ ecclesiæ: vt per Cy.in l.1.C.de confess.& maximè quia est factum inuestigatum a se, quo casu præsumitur, ꝙ habuerit notitiam, vt probatur in c.innotuit, de ele. licet enim fuerit factum suorum prędecessorum; tamen pręsumitur habuisse notitiam, ex quo illud inuestigauit, ꝙ apparet ex actis productis, & factis coram iudice nomine suo, & sic stat veritas, quòd non fuit solutus census iam sunt anni 65. si postea dicatur in dicto instrumento, ꝙ episcopus confitetur sibi fuisse solutũ censum integrè pro omnibus annis præteritis, videtur, ꝙ in fraudem emanauerit dicta confessio, vt per illam appareat ecclesiam esse censualẽ: ergo in nullo opitulatur istud instrumentum cõtinens fraudem Episcopo Cremonen. ergo præsumitur esse simulatio quędam huiusmodi confes-
85 sio, & instrumentum; & consequenter † ex eo non potest assumi probatio, argum.l.si non verum.C.de dona.inter vir.& vxo.& quod voluit Bald.in l.fin.§. in computatione.C.de iure deliber. & quod voluit Innocen.in cap.fraternitatis, de hær.Bald.& alij in l.si ex falsis.C.de transac.& sic ex isto capite non valet huiusmodi instrumentum, nec nocet monasterio. Item ꝙ iste procurator non potuerit sine mandato ad hoc speciali soluere censum istum, ego demonstro hac ratione viua, & incõuincibili hoc mo-
86 do: † procurator generalis non potest sine mandato speciali opponere exceptionem, per quam dominus incideret in pœnam, ista est gl.sing.in l.3.§.procurator.ff.quod quisque iuris.ideo Ange.ibi dicit, cautelam esse, ꝙ opponatur, nisi doceat de mandato speciali.& ibi dicit Bal. ciuitas dedit potestatem aliquibus ciuibus faciendi stratam, ipsi faciunt stratã ex quibus præiudicatur libertati ecclesiæ, ꝙ non põt: sed per ꝯfessionem huius census soluti factam per ipsum Petrum Bizaziam eccłia sancti Gabrielis subijcitũ seruituti: vt in d.c.prohibemus.& d.c.significauerit, de censi. ergo sequitur, ꝙ non potuit procurator soluere censum, per quem eccłia perdat libertatẽ, & subijciat seruituti: & iudicio meo ista rõ stringit, & hẽt succũ, vt ille ꝓcurator nõ potuerit sine spãli mãdato soluere censum, ne ꝯfiteri soluisse.

¶ Est

¶ Est etiam ponderandum; d. episcopus ꝯfitetur sibi fuisse solutum censum integrè per illum Petrum pro omnibus annis præteritis; quia præsumitur, ꝙ in fraudem emanauerit dicta confessio; quia nō est verisimile, ꝙ ille Petrus soluisset pro tot annis; quibus non erat solutus ille census, maximè apponendo illud verbum integrè, vt in simili dixit Bal. in l. 1. C. de collu. deteg. de vsurario qui facit debitorē confiteri coram episcopo, ꝙ est verus debitor & ideo
87 dixit Bal. in c. afferte, de pręsump. † ꝙ exceptio debet aptari rebus verisimilibus, vnde nō est verisimile, ꝙ ille soluisset pro tot annis elapsis censum, maximè concurrente libello dn̄i episcopi, ꝙ pro 40. annis & pluribus cessatum fuit: & tamen episcopus habuit notitiam dictorum instrumentorum, & sic non est verisimile illud, quod in dicto instrumento continetur, & maximè quia episcopus verisimiliter voluisset, ꝙ manualiter in pecunia numerata coram vicario, & testibus ille soluisset: & ideo dixit D. Anto. in d. c. cum venissent. quòd si non possidens soluat censum pro domino, non trāsfert quasi possessionem, nisi hoc fiat de mandato possidentis, & fiat per naturalem actum solutionis. Et adduco, quod voluit
88 dominus Anto. in c. olim, el 1. † quòd ex facto coloni nō acquiritur quasi possessio ecclesiæ, vel loci ad præiudicium dn̄i absq; ipsius dn̄i patientia, allegat. c. olim, el 3. eo. tit. & c. 2. de in integrum rest. idem dicit Bar. in l. j. in prin. ff. de procur. & idem voluit in l. quamuis. §. si ꝯductor. ff. de acq. poss. & ideo dicit ibi Bar. ꝙ licet mihi soluatur pēsio, tū non pp hoc alius, qui possidet priuatur possessione. Cum ergo in casu nr̄o nō apparet, ꝙ prior dicti monasterij dederit speciale mādatum illi procuratori ad soluendum præfatum censum, ergo sequitur, ꝙ per illum actum fictum ꝯfitendi se soluisse, non fuit translata possessio in episcopum Cremonæ. Ex quo sequitur, ꝙ Bar. in d. l. j. vr̄ dicere ꝯrium eius, quod voluit in d. l. ab emptione. & in d. l. certè. §. j. & sic vr̄ tenere illud, quod ipse tenuit in d. l. j. C. per quas personas no. acq. sicut ergo non transfert in alium domino ignorante per actum fictum, sequitur, ꝙ eodem modo non acquiritur; qa nō videtur esse ratio diuersitatis: & ideo optima fuit responsio data per Baldum in d. l. certè §. 1. ꝙ ibi procurator detinebat. & sic Barto. vr̄ tenuisse, quod voluit Guliel. de Cu. & pondero: quia Bart. in d. l. in prin. ver. quæro, pone ꝙ tutor, mouetur ad sic dicendum arg. eorum, quæ dicta sunt de iudice, ista sunt formalia sua verba, ego addo sing. dictū Spec. in tit. de primo & secūdo decreto. §. cum de effectu:
89 in prin. vbi dicit † ꝙ si nūcius missus a iudice, vt mittat aliquem in possessionem plurium rerum, eum posuit in possessione vnius rei, aliarum autem ostendit oculo, dicendo, pono te in possessione illarum rerum, decidit, ꝙ non est trāslata possessio per illum actum fictum, quod dictū refert & sequitur d. Abb. in c. 2. de ꝯse. Ex quo sequitur, ꝙ multo minus transfertur per procuratorem non habentē speciale mādatum ad hoc a domino, & istud apponit gladium ad radicem huius cōsultationis. Quò ad illa instrumenta eundi ad synodum, elegāter & rectè responsum est per dominum aduocatum, & quia sunt longè aliena a casu nostro, ideo aliter non respondeo. Et ex supradictis elicitur conclusio vera & indubitata, sine nodo & ruga, ꝙ dominus episcopus nō probauit incumbentia in petitorio, nec in possessorio: ideo partes domini iudicis sunt in absoluendo præfatum monasterium ab impetitione dn̄i episcopi.

EPITOME.

¶ Mulier, quæ primis nuptiis nō cōsensit, vel nō potuit ex lege, cum voluisset consentire, ab illius nuptiis recedens, si cum secundo in matrimonium conueniat, Ecclesię officio inconsulto, lite pendente, commercium coniugii frequentare prohibenda non est, maximè si triennio & filii pignore sit matrimonium colligatum. Ideo neque in monasterium mulier detrudēda, vel a secūdo separanda est, neq; bona mulieris lite pendente sequestranda sunt. Aduersusque Bullæ Pontif. Maxi. si non verisimilia contineat, vt subreptitiæ, obtemperandum non est.

SVMMARIVM.

Subreptio rescripti, quod serie facti narrata non leuiter concessum fuisset, reddit eius vires nullas. 1.
Matrimonio ex temporis diuturnitate iura fauent. 2.
Matrimonium disiungitur lite pendente a partium altera cum tertio contractum. 3. saltem pro tempore coniunctorum fit sequestratio. nu. 5. siue lis pendeat, siue appellatio. nu. 6. semper enim pendet quæstio, qua pendente nulla matrimonij diremptio est. nume. 18.
Vxor propria temeritate discedens a priore marito, & secundò nubens debet priori restitui. 27.
Mulier, quę nuptijs non consensit, potest a viro auctoritate propria recedere, sed tutius petita licentia. nu. 30.
In causa appellationis olim sequestrabantur fructus, hodie nō. nu. 33. nisi possessor de dissipatione suspectus sit. 34. quis dissipare, dilapidare, aut depopulari dicatur. nu. 36.
Depopulari, accipitur in malam partem. nu. 37.
Possessor regulariter vti sua possessione potest, nec est ei aliquid innouandum. 38.

CONSILIVM IX.

Viso facto, & eleganti consilio reddito per famosissimū iuris interpretem Do. Vincentium de Paleotis mihi compatrē, ac fratrem summo honore obseruandum, qui hanc dubitationem singularem in modum enucleauit, vt nihil pręstantius aut subtilius adduci possit vlterius, ideo idem affirmo, vt in præfato suo consilio continetur: afferam tamen in medium aliqua forsitan non contemnenda. Et videtur mihi de iure dicendum, ꝙ dicta dn̄a appellatione pendente nō potuerit recludi in monasterio, vel alio loco honesto, nec bona sua sequestrari: & sanctissimus dn̄s Paulus supremus pastor fuit ab isto impetrāte non canonicè de facti veritate informatus: quia si veritatem impetrans narrasset, sanctitas sua dictam Bullam non concessisset. Præmitto pro potissimo fundamēto huius hæsitationis tex. qui alibi non ita bene reperitur, in c. postulasti de resc. in ver. de leui nō scribimus. vbi Papa si rei seriē narrasset impetrans,
1 non de leui concessisset, & tunc surreptio † reddit ꝯcessionem nullam: & facit c. super eo. in ver. a nobis literas obtinuit, quas quia facti seriem non continent, nolumus ei prodesse, de cohabi. mul. & cleri. vbi literæ redduntur nullæ, si totam facti seriem non contineant, & per illum tex. sapiēter dixit Bal. in l. præscriptione. C. si ꝯ ius vel vtili. pub. ꝙ si aliquis fuit condemnatus pro homicidio ad mille aureos, & supplicauit dn̄o Papæ pro remissione, & non expressit seriem facti, ꝙ pro homicidio fuerat cōdemnatus, ꝙ non prodest sibi talis remissio; quia si Papæ fuisset narrata rei series, non ita de leui concessisset, allegat. d. c. super eo. & c. dilectus filius. de rescr. & c. ad audientiam. eo. ti. rescripta enim sortiuntur effectum ex mente rescribentis, vt dixit Inno. in c. cum ecclesiasticæ. de excep. refert Bal. in d. l. pscriptione. & in l. j. ff. de ꝯsti. prin. gl. in c. sup eo. de offi. dele. tex. in c. cū dilecta. & c. cū adeo. de rescrip. Et iō si facti series fuisset narrata. D. Papę, nō ꝯcessisset. Ex istis mō elicitur

elicitur conclusio vera & indubitata, ꝙ Bulla reddi tur surreptitia, si nō exprimat̄ tota series facti. ¶ Modò in proposito nr̄o ista dn̄a hēt filium infantulum, si fuisset expressum Ro. Pontifici, ꝙ filium hēt infantulū, nullo mō mandasset matrē recludendam esse in monasteriū, relicto filio infantulo iuxta id, quod præclarè hr̄ apud Hieremiā, vox in rama audita est, ploratus & vlulatus multus, Rachel plorans filios suos noluit consolari: vñ non est credendum, ꝙ dn̄s Papa mandasset recludi mr̄em in monasterio: & posito ꝙ ēt si suę sanctitati fuisset expressum, ita rescripsisset, & cōmisisset, vt fecit; tn̄ non ita de leui, ergo redditur Bullla surreptitia: vt probatur in d.c. postulasti. & hoc pp pietatem, quæ est in mr̄e erga suos infantulos, vt in parabolis sapientissimi Salomonis. c.20. & in c. afferte, de p̄sump. & l. nec ī ea. ff. de adul. & l. isti quidē. ff. quod me. cā. & l. p̄rem. & l. si debitorem. ff. quę in frau. credi. & l. si m̄r. C. de inoffi. test. & l. ꝯ voluntatem. C. de test. manu. l. nā hoc colore. ff. d̄ inoffi. te. cōmota sunt enim viscera sua hoc audito, vt dicit text. d.c. afferte. simile hr̄ Genesis. c.43. simile hr̄ de Dauid uersus Absalonem. quem plāxit tribus diebus, vt refert Cyn. in l. pp insidias. C. q accu. non pos. & qd̄ hr̄ secūdo Regū. c.2. facit illud Virgilianū. Oīs in Ascanio chari stat cura parentis: & sic nō ita de leui beatitudo summi pastoris fecisset hmōi cōmissionem recludendi personam, & sic ex hoc capite Bulla dicta reddit̄ surreptitia. ¶ Secundò præmitto,
2 ꝙ † ex tp̄is diuturnitate iura deferunt mr̄imonio, & ēt legitimationi, & dispēsationi, vt probat tex. aureis literis scribēdus in l. Diui Marcus. in ver. Et tp̄is diuturnitate. ff. de ritu nupt. Modò si dn̄s noster Papa sciuisset, ꝙ per tempus & tempora istud matrimonium iam est contractum inter istos; quia sunt tres anni, quibus insimul in matrimonio & coniugaliter steterunt, & habitarunt, & filiū inde procreatum habent, non ita de facili Papa mandasset ita recludi in monasterio: ergo impetrās debet carere impetratis, vt d.c. postulasti. maximè concurrentibus istis duobus adinuicem, procreatione prolis, & temporis duratione; quia quę non prosunt singula, multa iuuant, vt dixit gl. in c. illud, de pręsump. & in c. cū Bertoldus, de re iudi. & in c. cū dilectus, de succe. ab inte. Et sic multo fortius redditur surreptitia dicta Bulla: & nō dubito, ꝙ si ista fuissent enarrata in supplicatione, ꝙ supremus in vtraque censura doctor d. Tyrasonen. non consuluisset dictam Bullam concedi, & isto capite beatissimus nr̄ Papa reuocabit talem intrusionem ad monasterium & talē sequestrationem. ¶ Modò aggredior hanc prouinciā consulendi, & adduco casum apponentem securim ad ar
3 borem huius consultatio. † ꝙ tunc lite pend. interdr̄ commercium matrimoniale, & coniunctio disiungitur, qñ lit. pen. inter duos, alter eorum ꝯhit matrimonium: tunc enim licet pendeat lis, quod mr̄imonium debeat præualere, tn̄ interdr̄ commercium coniugum; ex eo, quia ꝯxerunt matrimonium pendente lite super alio matrimonio: & illud est pp litis pendentiam; quia pendente lite mulier secunda acquisiuit titulum, ideo res est quasi sibi litigiosa, cuius traditio interim inhiberi potest, arg. l. diuus. ff. de pet. hær. & ibi Bal. arguit ex illo tex. ꝯ eos, qui faciūt se promoueri ad ordines sacros li. pen. vt nō possint vti illis ordinibus lit. pend. sed ea finita, si reportant victoriam in causa, sicut ibi dr̄ de vxore suspecta: & sic Bal. ibi intelligit illum tex. ꝙ tūc inhibetur commercium ꝯiugale, qñ pendente lite inter coniuges alter coniugum ꝯhit matrimonium cum alia: tunc enim interdr̄ cōmerciū ꝯiugale & istud in terminis clariorib⁹ decidit Bar. in d.c. tenor. de sen. & re iu. sic dicēs: sed quare mulier illa secunda priuat̄ iure suo ante finē causæ, ꝯ c. laudabilem; vt lit. pen. & 8. q. 4.
4 c. nonne. cum enim † aliquis seu aliqua ꝯxit matrimoniū in facie eccl̄ię, probāte eccl̄ia, si postea accusaretur mr̄imonium, hēt locum illud. c. laudabilē, & alia iura. sed si quis ꝯxerit lite pendente matrimonium cum alia, tunc hēt locum quod dr̄ in c. tenor. ne interdicatur commercium interim. c.1. & c. fi. de mat. ꝯ. ꝯ interdictum ecclesiæ; quia res facta litigiosa non dēt transferri in aliam personam, allegat ad hoc. 11. q. j. c. quia res. & l. fi. C. de litigio. ista sunt verba formalia illius glo. modo gl. illa dat intellectum verum & indubitatū ad c. laudabilē. primo mō ne alter ꝯiugum priuetur iure ante finē, ex quo seqtur, ꝙ appellatione pendente nō dēt interdici commerciū; qa cā non hēt finē: alio mō illa gl. dat intellectū ad d.c. laudabilē. vt tunc interdicatur cōmerciū maritale, qñ pendente lite cum alia ꝯxit mr̄imoniū cū scd̄a: tunc enim interdr̄ cōmerciū cū scd̄a; quia ꝯxit li. pen. & res erat litigiosa: & iudicio meo pōt dici, ꝙ tacitè tertio mō declaret. d.c. laudabilē, ꝙ si qs ꝯxit mr̄imoniū publicè, & procreati sunt filij, & per tp̄a stent mr̄imonialiter ꝯiuncti, ꝙ multofortius nō pōt interdici commerciū maritale: mō ista dn̄a nō ꝯxit mr̄imonium li. pen. & extat filius cū isto viro, & per tp̄s & per tp̄a habitauit, & habitat matrimonialiter cum eo viro: ergo sequitur, ꝙ non pn̄t priuari commercio maritali interim, antequā cā ista hēat finē: & pro certo d.c. tenor. apponit gladiū ad radicē hu-
5 ius hesitationis. & ideo colligit ibi D. Ant. † ꝙ li. pen. superinducta dēt a viro sequestrari, donec cā fuerit decisa, nec interim licitè petit, vel exigit debitum ergo sequitur; ꝙ si non lit. pen. ꝯxit matrimonium, ꝙ non debet sequestrari a viro lit. pen. non enim permittitur quis vti possessio. li. pend. vt voluit Inno. & Car. in 6. op. & idē tenet ibi dō. ꝯsiculus meus Abb. Secundò dico istud probari in d.c. laudabilē, vbi dr̄ quæris, qñ matrimoniū accusari ꝯtingit; an statim sit carnale cōmerciū suspendendū, ad qd̄ rn̄demus, ꝙ ꝯiugum alteruter accusatus ante probatam accusationem iure, quod hēt in altero priuari non pōt, ita formaliter dicit ibi tex. mō lo. An. & oēs alij limitant, & summant illū tex. ꝙ lit. pen. non interdr̄ ꝯiugibus carnale commercium: secundum ergo illud cōe summarium, vr̄ ibi casus formalis, ꝙ lit. pen. nō dēnt priuari isti ꝯiuges commercio ꝯiugali, & dicit
6 Host. in c.1. vt li. pen. † ꝙ sicut lit. pen. non est aliquis priuandus sua possessione, eodem modo nō est priuādus appellatione pend. l. vna. ff. nil. no. ap. pen. c. dilectus. el j. de ap. Ergo sicut li. pen. non est interdicendum mr̄imonium & commerciū ꝯiugale ꝯiugibus, ita & eodē mō non est interdicendū appel. pendēte, & si dicat, ꝙ ille tex. dicat ante probatā accusationē priuari non posse, ergo sequitur, ꝙ post probatā accusationē ꝑoterit interdici cōmercium maritale: vñ dicit D. Ant. ibi in scd̄o notabili, ꝙ li. pen. quis prohibetur vti sua possessione, qñ peccatū detegitur manifestū, licet nōdū sit finitū iudiciū per sn̄iam, & subdit d. Ant. ibi certè, inquit, saltē in cā mr̄imoniali pōt dici, ex quo est probatū impedimentū, & ꝯclusum ī cā, ꝙ dēt & pōt statim interdici copula pp euidētiā pc̄ti, maximè tenēdo, ꝙ dicunt Dn̄i de rota. c. j. vt li. pen. & qa notorium dr̄ sola ꝓbatione: vt c. vr̄a, de coha. muli. & cle. secus dicit, qñ est dubiū pc̄m: qa tūc qs nō impedit̄ vti sua possessione, ita dicit formaliter D. Ant. & in d.c. j. vt li. pē. refert D. Ant. dn̄os
7 de rota dicere, litē pendere † vsq; ad ꝯclusionē in cā, vt no. in c. non solū, de ap. li. 6. & c. cupientes, de elec. eo. lib. in ver. gr̄a. & sic ꝯclusio ꝯcludit viā retractioni attētatorū siue suspēsione petitorij, hoc ponūt in ꝯclu. 74. ita dn̄t Dn̄i de rota: vt eos refert d. Ant. ī c. j. vt li. pē. dicit tn̄ d. Ant. ibi ꝑ verbū forte, ꝙ ī attētatis, postquam

postquã est ꝯclusũ in cã, possit iudex ex suo offõ supplere: cũ ius superuenit de nouo: ista sunt verba dñi Ant. & sic stat in hac ꝯclusione, ꝙ sit speciale in causa mrĩmoniali, vt post probatũ impedimẽtũ, & post ꝯclusionem in cã possit interdici cõmerciũ mrĩmoniale. Circa hoc est magnopere aduertendũ, quia si
8 mihi dicatur, amice, auctoritas † d. Ant. & legẽdo & docendo magna est, & maxima in curia Ro. ego de plano fateor, ꝙ est maxima, & sublimis sua auctoritas, & eũ habeo in magna honorificentia: fuit pro certo copiosus, & subtilis doc. tñ aliqñ bon⁹ dormitat Homerus. c. neqȝ. 30. q. 7. l. recusari. ff. de acq. her. non enim in decidẽdis causis debemus attẽdere ad dicẽtis auctoritatẽ, sed debemus attẽdere ad rõnes, quibus mouetur ad sic dicẽdũ, vt est tex. celebris doctoris Augustini, relatus in c. ego solis. 9. dist. Ideo dixit Iurislator in l. Labeo. §. idẽ Tubero. de supel. leg. licet sit magna Tuberonis auctoritas; tñ a Seruio nõ discedo: ideo stet ad partẽ auctoritas, videamus si rectè & peritè loquat̃. Primò dicit, ꝙ stante dubio peccati non interdr̃ commerciũ maritale, istud nõ
9 est præcipuũ ex eo: quia † vbi est dubiũ de peccato capimus viam deteriorem, vt euitemus peccatum, & viam securiorem, quia bonarũ mentiũ est timere culpam ẽt, vbi culpa nõ est. c. j. & ibi gl. magistra. de scrutinio. c. iuuenis, de spõsal. tex. in cle. exiuit, de ver. sig. si ergo esset dubium, an peccent mortaliter, deberet interdici cõmercium, & assumi via, vt non sit peccatum, via securior aĩæ capiat̃: ergo falsum est dicere, ꝙ stante dubio peccati non interdr̃ commercium, vt in d. c. j. Rñdeo, ꝙ ibi est nulla cõsideratio Iurislatoris de peccato: se immo illud præcipuũ est cõmodũ possessionis, quia præsumitur pro possidente, ꝙ iste iustitiã habeat ex eo ꝙ possidet & adduco gl. valde singula. in c. quicunqȝ. 12. q. 5. quæ dicit, ꝙ stante dubio, an bona dñi sint intuitu ecclꝭiç quæsita, an intuitu patrimonij, gl. dicit, ꝙ iudicatur pro possessore, quia præsumitur possessor hr̃e iustitiam, & sic possessio tollit præsumptionẽ doli, & adduco simile, quod voluit gl. in c. j. §. sacrm̃, de pace iura. firman. in vsi. feudo. quę dixit, ꝙ defertur iurm̃ vasallo possidenti & non dño, licet digniori, quia possessio iustificat cãm possidentis: & adduco qđ voluit Bal.
10 in c. capitulũ Sanctę Crucis, de rescr. vbi dixit† Potestaria Bononię fuit ꝯcessa per Papam duobus in eadem data, nõ apparet de priori, decidit, ꝙ præfertur possessor: qa præsumitur iustior cã sua intuitu possessionis: & adduco simile quod voluit Bar. in l. 1. §.
11 nõ aũt. ff. de secun. tab. vbi dicit† ꝙ stantibus duobus testis eodẽ tpe factis, & institutis diuersis hęredibus, præfertur hæres in possessione, qa ex possessione iustificat̃ sua cã. Et adduco gl. valde sing. c. afferte mihi gladiũ, de præsump. quæ voluit, ꝙ si ambę mulieres volunt, ꝙ infans viuat, & nõ scindatur per mediũ, ꝙ adiudicabitur possidenti, quia ex possessione iustificat̃ sua cã. voluit ibi Hos. Io. An. Pe. de Anch. D. Car. D. Ab. & hr̃ in qõne venerabili, Duæ sunt, incipiente, vt ibi. facit simile, quod hr̃ in c. si clericus laicũ. de fo. comp. & in c. ex literis, de proba. & quod sapienter voluit Bar. in l. qui duos. §. cũ in libello. ff. de reb. duob. qñ pater & filius submerguntur ambo in mari, & agitur de hæreditate eorum, vbi diuersos hęredes instituit, adiudicatur illi, q possidet bona: quod voluit Bar. in l. inter. eo. tit. & facit tex. in cle. 1. vt lit.
12 pen. † vbi ex possessione præsumitur titulus in fauorẽ possidẽtis, & ẽt in fauorẽ tertij: & facit, qđ voluit Bar. ĩ l. j. §. fi. ff. vti pos. & qđ hr̃ in c. sæpe. de rest. spol. & qđ voluit gl. Insti. de interdic. §. cõmodũ, & qđ hr̃ in l. pe. ff. de hær. instit. & l. siue possidẽtis. C. de prob. & in l. ob maritorũ. C. ne vxo. ꝓ mar. & in l. si seruus. C. qđ cũ eo. & in l. ne liberis. ff. de libe. & posth. & qđ voluit glo. & ibi Bal. in c. j. in ti. de tpibus interdictis inter do. & fide. in vsi. feu. & qđ voluit Lud. Ro. in l. illa. ff. de ver. obl. & sic stat pura veritas, ꝙ ĩ casu d. c. laudabilẽ. iustificatur causa accusati matrimonij, vt non interdicatur sibi commercium ex possessione, & sic nõ rectè loquitur d. Ant. cum sua honorificentia in d. c. laudabilem. Procedo vlterius, dicit D. An. ꝙ li. pen. interdr̃ commercium, qñ peccatum detegitur manifestum, licet non sit lata sñia, saltem in cã matrimoniali, ex quo est conclusum in causa; quia notorium efficitur sola probatione & conclusione. Ego vehemẽter admiror, ꝙ d. Ant. ita dicat, & nihil allegat pro sua decisione, ipse dicit, ꝙ saltem in causa mrĩmoniali dẽt interdici cõmercium, ex quo est probatũ & ꝯclusum: ipse non allegat aliquid habẽs neruum, si voluit moueri ex tex. d. c. laudabilem. certè non bene dicit: quia ille tex. dicit, ꝙ ante probatã accusationem non põt interdici: si dicamus, ꝙ istud a ꝯrio sensu probat, quasi post probatã accusationem, & sñiam ex ea secutã: ad hoc allegat. c. iudex. đ offi. dele. vbi tunc erit notorium. c. vrã, de coha. mu. & cle. & res iudicata pro veritate hr̃. l. res iudicata. ff. de reg. iu. ista sunt formalia verba Io. And. in d. c. laudabilẽ. Ecce nunc qualiter Alla. Host. & Io. And. ibi tenent, ꝙ ille tex. intelligatur eo casu, quo lata sñia, quæ hr̃ veritate: ergo non sufficit, ꝙ sit cõclusum in cã: & ego demonstro illud ex eo tex. colligi, licet ẽm tex. ibi dicat post probatã accusationem, à ꝯrio sen-
13 su, † tñ illud verbum post, denotat lõgũ interuallũ, istud decidit tex. elegans in l. 2. in verbo, postmodũ. C. de custo. reo. quẽ allegat Bar. in l. j. ff. de qſt. ad eũ, q ꝯfitetur in tormentis: vt ex interuallo longo ratificet, per d. l. 3. in ver. postmodũ. & voluit gl. in l. pacta ꝯuẽta. ff. de ꝯh. emp. & qđ voluit gl. in l. cũ fundum. ff. de vi & vi arma. & gl. in c. cũ Vintoniensis, de elec. vnde posito nõ tñ concesso, ꝙ d. c. laudabilem, probet a ꝯrio sensu, ꝙ interdicatur commercium; tñ istud procedit post factam probationẽ: ergo ex longo interuallo. Et dr̃ longum interuallum ex probatione facta vsque ad sñiam, & adduco simile, quod voluit gl. in c. super eo. el j. de testi. quę voluit ad hoc vt repellat̃ quis vt criminosus, requirit̃, ꝙ sit ꝯuictus & condemnatus per sñiam, vt voluit gl. in c. j. de excep. per tex. l. athletas. §. calũniator. ff. de his qui no. infa. l. ꝙ ad statũ. ff. de pen. & in l. qui iurisdictio. ff. de accus. & in l. notãtur. ff. de accus. in l. 2. ff. de bo. eorũ. l. eadem. §. ea lege damnatos. ff. de his qui no. infa. & in l. eius qui delatorem, in verbo, pronunciatum. ff. de iure fis. facit. l. j. ff. de his q no. infa. & quod voluit Ang. in d. l. athletæ. §. calumniator. & d. Card. in c. testimoniũ, de testi. & sic ex istis apparet, ꝙ requiritur sñia, ergo non sufficit sola probatio, & conclusio, vt dixit d. Ant. Item probatur ex verbo post accusationem probatam, a ꝯrio sensu, cum denotet longum interuallum, vt dixi. Item adduco glo. in d. c. tenor. quæ voluit, ꝙ tunc interdicatur commercium maritale, quando causa recipit finem, & allegat. d. c. laudabilem. ergo sequitur, ꝙ non sufficit sola probatio & conclusio, & sic doctrina d. Ant. ꝯfunditur per gl. d. c. tenor. de qua non habuit memoriam, nec illam gl. ꝯsiderauit Host. nec aliquis alius. Et cum dicit d. Ant. ꝙ ꝯclusio facit probationem notoriam, cõsueuit allegari do. Inn. in c. ex insinuatione, de appel. & gl. in c. significauerunt, de testibus. miror ꝙ non allegauerit c. cum olim, de ver. sig. vbi probatio facta in iudicio reddit rem notoriam, & sic non solùm sñia, sed ẽt probatio facit rem notoriam. Ad istud rñdeo: & adduco, qđ volunt D. de Rota decisione 430. vbi
14 dicunt † ꝙ tũc probatio post ꝯclusionem in cã facit rem notoriã, qñ amplius nõ põt dici ꝯ probationẽ: aliàs cũ probatio possit reprobari, nõ põt dici notorium.

riū.ita tenuerunt d.de Rota.quos refert d.& cōsiculus Ab.in d.c.cū olim,sed in casu nr̄o possunt reprobari in cā mr̄imoniali post publicatū processum,vt in c.series,de testi. itē pōt fieri probatio in causa appellationis,quinimo plus dixit d.Car. ī c.ad petitionem,de app.
15 †ꝙ etiam post ꝯclusum in causa pōt iudex ex officio suo recipere testes:si est talis causa, in qua exuberat iudicis officium,vt est in causa beneficiali,vel vbi agitur de periculo aīarum,quo casu iudex pōt ex officio suo recipere productos testes,etiā post conclusum in causa:& ita refert se in contingētia facti obtinuisse,ꝙ in causis vsurarū licet esset cōclusum in causa,tñ iudex potest recipere testes,allegat,quod habetur in c.cum Ioannes eremit.de fide instr.& quod voluit ibi in 8.opp.& bene facit,quod voluit D.Ant.in c.j.de iudi.vbi dicit,ꝙ in facto obtinuit suadente æquitate,ꝙ iudex post ꝯclusum in cā potuit facere,ꝙ pars ꝓduceret sua instr̄a ad fundandam suam intentionem, & idem voluit in d.c.cum Ioannes.& idem voluit in c.j.vt li.pen.licet in d.c.1.
16 loquatur per verbum forte.& sic apparet ex istis†ꝙ licet in causa sit ꝯclusum,non tñ ita res efficitur notoria,ꝙ nō possit tolli & probari, ꝙ nō sit vera,& facit,quod voluit And.de Isernia in c.j.in §.si quis hominem,de pace tenen.in vsi.feu. vbi dicit,ꝙ post ꝯclusionem causę pōt iudex interrogare,si semel,vel pluries fuit factus insultus:& ideo dixit Bal.in c.fi.de prob.vbi dicit,ꝙ post ꝯclusionem in cā pōt opponi,ꝙ acta non sunt scripta.Et sic non est ex toto res notoria post ꝯclusionem in causa. Plus dico,ꝙ inquantum Io. An.dicit post Host.& alios scribentes in d.c. laudabilē,ꝙ res iudicata hr̄ pro veritate,& allegat. l.res iudicata.ff.de re.iuris.ideo pōt interdici cōmercium ꝯiugale,loquitur qñ res transiuit in rem iudicatam:ꝙ apparet ex eo,ꝙ pro isto allegat.d.l.res iudicata. Et clarum est,ꝙ dictum doctoris debet intelligi s̄m legem,quam allegat,vt voluit Bart.in l.non solum.§.si liberationis.ff.de lib.le.sed Io.An.insimul & docto.allegant d.l.res iudicata.quæ dic,ꝙ sn̄ia hr̄ pro rei veritate postq̄ transiuit in rem iudicatam,& facit.c.cum inter vos,de re iudicata.ergo sequit̄ necessario,ꝙ Io.An.Alla.& Host.& alij intelligunt, ꝙ tūc interdr̄ cōmercium mr̄imoniale,qñ res trāsiuit in rē iud.& qñ sn̄ia fuit lata ꝯ matrimonium,& adduco,quod voluit.D.& ꝯsiculus meus Ab.in d.c.laudabilem, vbi opponit ꝯ dictū D.Ant.volentis posse interdici commerciū maritale postq̄ fuit cōclusum in cā & ꝓbata accusatio:quia posset appellari, & in cā appellationis hēt locū,non oppositū opponā, & nō probatū probabo,vt est casus in c.cum Ioannes eremita,de fide instr.vbi fuit oppositū in cā appellationis,ꝙ vēditio erat ꝯditionalis,& fuit probatum. facit lex,per hanc.C.de tēp.ap.nec appellatione pēdēte,nec tpe dato ad appellādū dēt aliquid innouari.c.nō solū,de ap.lib.6.vbi dicit
17 †ꝙ ēt appellatio extinguit,vel suspēdit ꝓnūciatū,vt integer interim remaneat status appellātis,ēt si talis sit cā,ꝙ ēt sn̄ia secum trahat executionē,vt in l.vna.ff.nil no.ap.pen. & gl.in c.sæpe.de ap.& facit c.venientes, de iureiur. & in l.j.ff.ad turp.quodammodo dicemus illum priuari commodo suæ possessionis post probatā accusationem,cū adhuc sit in facultate sua probationes adducere in cā ap.ideo sequitur primam opi. vt nō possit interdici cōmerciū mr̄imoniale ante sn̄iam, & mirū est,ꝙ d. Abb.nō allegauerit gl.in d.c.tenor. quæ hoc dicit in terminis inducendo illam,vt eam induxi superius:& hanc opi.tenuit d.Car.in d.c.laudabilem.in 4.op.vbi dicit,ꝙ tunc interdr̄ commercium matrimoniale,qñ erit sequuta sn̄ia,& res iud. habebitur pro veritate,& ad hoc allegat Alla.Host. & Io.An.idē voluit solennis doctor d.Pet.de Anch. in d.c.laudabilem,vbi in 10. notabili colligit ex illo tex.ꝙ iudex lit.pen.non debet interdicere possessori vsum suæ possessionis,etiā in casu matrimonij:& licet iudex nō possit detegere,an pars debeat denegare,remittit se ad notata,in c.inq̄sitioni.de sen.excō.
18 & sic cōis opi.est † ꝙ non possit interdici cōmerciū maritale pēdēte mr̄imonij qōne, nisi lata sit sn̄ia,q̄ habeat pro veritate,& trāsiuerit in rē iudica.primò istud voluit gl.in d.c. tenor.quāti est enim auctoritas gl.nemo est,qui nesciat: vnde dixit Bal.in l.cum
19 hæreditas.C.depositi.† ꝙ auctoritas gl.omnes alios antecellit,& in l.fi.§.necessitate.C.de bo.quæ lib.dixit adhæreas sacrario veritatis,vt est gl.& in ꝑpetuū nō errabis:& in l.ꝑcibus.C.de impub.& alijs substi. & in auth.cessante.C.de leg.hære. & in l.j.ff.de vulga.& pup.in q̄bus locis dixit Bal.ꝙ in ꝯsulendo non pōt adhęrere meliori, q̄ opinioni gl.& idem Bal.in l.fi.C.de pęna iu.qui malè iud.dixit,non recedas ab opinione sapiētū,& maximè gl.& facit,quod voluit idē Bal.in c.ꝯtingit,de dolo & ꝯtu.vbi tangens quādam qōnem dixit,ꝙ Bar.somniauit, ꝙ dicit accidere doctoribus volētibus infringere opi.gl.& ideo dixit,ꝙ gl.est idolū aduocatorū,& allegat Cy.in l.non moriturū.C.de ꝯh.& cōmit.stip.dicētem aduocato audi idolū tuum.i.gl.Idē voluit Cy.in l.j.C.de actio. & oblig.& ideo sapienter dixit Bar.in suo ꝯsilio incipiente, Andriolus, ꝙ est in ordine.7.sequere inquit gl.ordi.quæ melius ꝑ cæteris intellexit.& ideo dixit idē Bal.in c.j.§.iudices.de pac.iur.fir.ꝙ ꝑꝑ opi.doctorum non debemus recedere ab opinionibus approbatis.allegat Io.Mo.in c.cupientes,de elec.li.6.dicit ēt,ꝙ non debemus recedere a textu & regula, & ēt dicit Sal.in l.traditionibus.C.de pac.ꝙ ita debemus inhęrere opinioni gl.sicut Bononienses inherēt carrotio: vt est gl.fi.in l.oīs diffinitio s̄m eum.ff.de reg. iur.& facit,quod voluit Bal.in l.2.C.de sen.quæ sine cer.quan.& ibi dixit Saly.ꝙ qui nescit æquitare,dēt se tenere ad arzonē, & ita iudex dēt se tenere super opinionib⁹ gl.facit,quod voluit Bal.in c.1.de gradi. succ.in feu.& quod voluit Ang.in l.2. ff. de accus.& ego dixi in lectu.mea in c.ne innitaris,de const.Apparet ergo ex istis primò, ꝙ non debemus recedere a tex.& reg.& tex.& regula volunt,ꝙ non debemus interdicere commercium maritale li.pen.vt d.c.laudabilem, ergo &c.Item non debemus recedere ab opin.gloss.Item non debemus recedere ab opin.sapientum.Cum ergo in casu nostro Alla.Hostien.Io. An.D.Card.D.Pe.de Anch.d.Abb.in d.c.laudabilē, teneant hanc partem,vt nō interdicatur,donec res iudicata habeatur pro veritate,ergo non debemus recedere ab hac opi.cum sit coīs,quia illud,quod a pluribus dr̄,præsumitur verius:vt cap.prudentiam, de off.dele.c.in canonicis.19.d.c.de quibus.20.dist. c.ne innitaris,de cōst.cum sim.Cum ergo habemus tex.regulam gl.& sapiētes penè oēs,non recedemus ab eis ꝑꝑ dictum d.Anto.iuxta illud,oībus placuit, excepto Saturnino.l.1.ff.de senat.Item facit ad prædicta.d.c.laudabilem,vbi dicitur,ꝙ ante probatam accusationem non potest interdici matrimonium,
20 sed clarum est,ꝙ vbi † negatiua præponitur illi verbo pōt,inducit necessitatem præcisam,& priuat potentiam,ita dixit glo.in c.j.de reg.iur.lib.6.& in cle. dispēdiosam,de iud.facit.l.nemo pōt.ff.de leg.j.voluit Bart.in l.Gallus.in prin.ff.de lib.& posth.voluit dominus Car. in c. testimonium,de testi.vbi etiam
21 dicit idem,si apponatur verbum, non debet † quia importat necessitatem præcisam : & sic apparet ex illo tex.ꝙ imponitur necessitatis præcisa,vt non priuetur coniux possessione vtendi matrimonio, ergo impossibile est,ꝙ iudex interdicat commerciū maritale,& si dicatur,ꝙ istud colligitur ex arg.a ꝯtrario sensu,

sensu,ad hoc respõdeo, ꝙ per sensum subauditum non possumus inducere correctionem, vt voluit gl. quæ reputatur sing.in c.cupientes.§.ꝙ si per viginti.
22 de elect.lib.6.† sed illud,quod capitur per argum.a contrario sensu,dicitur capi per coniecturas & subauditionem: vt est gloss.elegans,in l.apud antiquos. in ver.per coniecturas,& voluit gl.in l.2.C.de cond. inser.& voluit ibi Bal.sed illud, quod capitur ꝓ ꝯiecturas,dicitur capi impropriè,vt est text.sing.in l.1. ff.si tab.testa.exta.& ideo tex.valde sing.in cap.cum apostolica, de his quæ fiunt a præla.dicit,ꝙ indirectè dicitur venire illud,quod venit per arg.a contrario sensu.facit gloss.in c.si qui a simoniacis.1.q.1.& quod habetur in cle.j.de sen.excom.& in c.quanto, de vsur.licet ergo valeat arg.a contrario sensu.vt l.j. §.huius rei.arg.ff.de officio eius cui man. est iurisdi. & l.qui testamento.§.mulier.ff.de testam.cum si.tamen cessat tale arg. vbicunque oritur alterius iuris correctio,ista est glo.in c.nullus,de fo.compe. istud voluit Iac.But.in d.l.apud antiquos.Io.And.in c.publicato,de elect.dñs Abb.& Io.de Imo.post alios in d.c.cum apostolica. Bald.in l.conuenticulam.C.de epi. & cleri.& in l.2.C.de condi.inser.& in d.l.apud antiquos.& in d.l.qui testamento.§.mulier.Bar.in l. omnes populi.ff.de iust.& iur.& in l.1.§.1.ff.quod vi aut clam,Saly.in responsione.l.si cum dotem.ff.sol. mat.plenius ibi ꝑ Ludo.Ro.habetur in c.Ioseph,de
23 verb.sig. quinimo dicimus † ꝙ per sensum subauditum excludimus legum correctionẽ, & per sensum improprium & subauditum,ista est gl.quæ reputatur singu.secundùm Lud.Ro.in auth.ex testamento.C.de colla.pro qua facit c.cum dilectus, de consuetu.& c.causam quæ,de rescr.& l.si serui vestri.C. de noxa.& ideo dixit gl.sing.in c. statutum,de præb.
24 li.6.† ꝙ extenditur statutũ,vt non corrigat ius cõe, & facit l.fi.§.filijs aũt.C.de bonis quæ lib.ꝯiuncta.l. pe.C.qui test.face.pos.vbi probatur euidenter,ꝙ ad correctionem iuris non assumitur arg.a ꝯ̃rio sensu, apparet ergo ex istis,ꝙ non põt sumi arg.a ꝯ̃rio sensu,d.c.laudabilem,vt corrigantur iura cõia dicentia lite pend.non priuari quem sua possessione:& ideo sapienter gl.in d.c.tenor.dixit,ante finitam causam non est priuandus sua possessione, & ẽt rectè exposuit Alla.Host.& Io.And.post probatam accusationem,idest,post rem iudicatam,& inquãtum allegatur gl.in d.c.significauerũt,de testi.ꝙ probatio inducit notorium,qñ est ꝯclusum in causa,Lud.Ro.in l. is cui.ff.de verb.obl.dicit,ꝙ inducit solùm declarationem intentionis probantis,non autem producit aliquam dispositionẽ,ad hoc allegat gl.sing.in l.sed si possessori. §.sed cũ de hæreditate.ff.de iureiurã.& sic si nõ inducit aliquam dispositionem,sequitur,ꝙ nõ operatur interdictionẽ ꝯiugij maritalis:& sic nõ bene dicit D.Ant.Præterea si dictum d.Ant.esset verum,sequeretur,ꝙ intentato petitorio in causa matrimoniali,accusando mr̃imoniũ non posset intentari possessoriũ,quia deberet interdici cõmercium cõiugale:sed istud non est verum,vt probatur in c. ex conquestione, de rest.spol.& in c.causam matrimonij.de off.dele.& in c.proposuit.de coniug.seru. ergo lit.pen.donec res accipiat finẽ, non põt inter-
25 dici commerciũ maritale.Præterea facit † pęna priuationis iuris nr̃i nunquã põt a iudice nobis imponi,nisi sit a lege expressa:ista est gl.in c.fi.de iur.pat. quam reputat singularẽ ibi d.Abb.sed gl.est in summa.15.q.8.& bene facit gl.in c.cum nos.de offi.ord. pro quibus adduco tex.in auth.de non eligendo secundo nub.§.cum igitur.in ver.non est lex tale quid dicens, quem ad hoc non põderauit Bal.in auth.ex testõ.C.de sec.nup.& est tex.in l.at si quis.§.diuus.ff. de relig.& sump.fun.in ver.cũ in eum pœna statuta non sit:sed in d.c.laudabilẽ,dr̃,iure quod habet priuari nõ posse,& sic vult,ꝙ interdicere cõmercium maritale inter ꝯiuges lit.pendente est priuatio iuris sui,ergo dẽt dari lex expressa priuatiua huius iuris: sed nõ est lex expressa de hoc. ergo nos illam imponere non possumus, nec debemus, & multominus qñ extat filius ex eodem mr̃imonio, & per tempus & tempora insimul habitarunt.Quocirca admiror vehementer,ꝙ d.Anto.ex sua voluntate capitanea, nullo allegato iure,ad hoc velit intelligere illũ tex. d.c.laudabilem,vt intelligatur,postquã est in cã facta probatione conclusum:cum probatio & cõclusio non producant aliquem effectum, vt dixit Lud. vbi supra,& voluit gl.in d.§.sed cũ de hæreditate.& iura quę ego allegaui superius,& ideo videtur quędam diuinatio,& satis peregrina sua doctrina.ad d. c.laudabilem,repugnans iuri cõi,& illi textui, vt recte illud afferri possit, quòd Ouidio nostro venit in ore. Votoque tuo tua forma repugnat.oĩs enim diuinatio est reijcienda,vt dixit glos.sing.in l.filium quem habẽtem.C.fami.er.& maximè cum in casu isto non sit periculum virginitatis amittendę,& fortasse erit potius scãdalum velle detrudere ꝯiugem in monasterium,habentem filium ex viro lit.pend. & maximè considerata qualitate & ꝯditione personarum,& ecclesia nil facit cum scandalo:vt in c.nihil cũ scãdalo,de præscri.& sing.dixit Inn.in c.olim.
de rest.spol.† ꝙ si non possum recuperare rem meã 26
a spoliatore,iustitia mediante,ꝙ possum auctoritate propria illam recuperare,vel æquiualẽtem,vt voluit gl.in c.iusgentium.j.dist.arg.c.2.& 3.23.q.2.& l. ait prætor.§.si debitorẽ.ff.quæ in frau.credi.tñ dixit Inno.ibidem limitando istam doctrinam,nisi oriretur scandalum:quia tunc non posset propria auctoritate recuperare rem perditam,vel ęquiualentem facit.c.cum adeo.& c.si qñ,de rescr.c.cũ teneamur, de præb.c.2.de despon.impub.gl.in c.per principalem.9.q.3.& c.si Papa.40.dist. Igitur discurrit lis suo marte,& non priuatur quis sua possessione lite non dum finita.Et ex his ꝯcludo non debere sequestrari personam huius dñæ a cõsortio maritali, & filij sui infantuli maximè concurrentibus tot adiumentis, & opinione cõi doctorum:iudex enim ex varijs circunstantijs, & ex diuersis suggestionibus informat aĩum suum,& deuenit ad vnum cõceptum mentis sæpenumero nõ indigentem adminiculo iuri,vt sapienter dixit Bal.in rub.de controuer.inuesti.& probatur in c.cum ad sedẽ,de rest.spol.& in c.pręterea, de test.c.in literis eo.tit.Et ita concludo circa istum passũ,subijcio tñ decisioni sac.san. Ro.Eccl.sed ista mihi vr̃ vera conclusio,vt interim non possit sequestrari ꝑsona istius D. Ioannæ,donec lis hæc accipiat canonicum finem.Et ita ꝯcludo circa istum finem, & huius consultationis articulum. ¶ Capio modò alium articulum huius ꝯsultationis:dr̃ in themate, ꝙ ista dña prius ꝯ̃xit matrimoniũ cũ Cambio asserto primo viro,& secum cõcubuit,& cohabitauit,& postea sine lnĩa Eccl. recessit a dicto Cãbio propria
temeritate,quo casu†dẽt restitui viro, vt dicit text. 27
in c.literas,de rest.spol.vbi vxor nõ potest dimittere virũ coniũctũ in gradu ꝓhibito, sine iudicio ecclæ. ¶ Et si dicat,ibi nõ acceperat secũdã vxorẽ,vt ĩ casu isto,vel scdm virum,istud nõ obstat, quia deciditur in c.porrò,de diuor.vbi tex.loquitur de superinducta.Vnde non potuit dimitti primus vir sine lnĩa Ecclesię,posito ꝙ alium superinduxerit,& probat in c. j.& 2.33.q.2.& in c.mulierum.35.q.7.ergo non potuit sine iudicio Ecclesię relinquere primũ virum, & trãsire ad scdm virum,ergo debet restitui primo viro,& multo forti us sequestrari in monasterio vbi sine peccato habitet. Rñdeo ista iura nõ obstant,ex eo quia

eo quia li.pen.quis non est priuandus sua possessione, vt est plenè dictum in præcedenti dubio, ergo non est priuandus commercio maritali cõiux pendente lite. ¶ Nec obstat.d.c.porrò.quia ibi constabat ꝯtum fuisse matrimonium, & cõsensisse illum virum in suam vxorem: vnde non potuit illã dimittere absque iudicio Ecclesiæ,& confitebatur ꝯxisse vir matrimonium cum ea, & eodem modò in casu dicti.c.literas, vbi text.dicit, mulier separari a viro suo instantissimè postulabat: cui se quarto gradu ꝯsanguinitatis proponebat esse ꝯiunctam: & eodem modo rñdetur ad c.1.33.q.2.vbi dr̄,coniugale dimittunt,& nullas causas dissidij probabiliter proponẽtes.& eodem mõ probatur in c.3.vbi dr̄,quos Deus ꝯiunxit, homo non separet.& sic loquũtur illa iura eo casu quo ꝯtum fuerat matrimonium per ꝯsensum,quo casu non potest alter coniugum relinquere coniugem sine licentia Ecclesiæ,& ꝯfitentur coniuges ꝯxisse,& consensisse matrimonio ꝯhendo,sed alter allegat impedimentum consanguinitatis. At in casu nr̄o non confitetur dicta do.Ioanna consensisse in dictum Cambium vt in virũ suum,ergo non fuit matrimonium,& si voluisset consentire adhuc non poterat impediẽte ætate inhabili ad matrimonium ꝯhendum; tunc nec vt sponsalia tenet,nec vt matrimonium,probatur hoc euidẽter in c.literas, & in c.accessit,de despon.imp.probatur in c.ex parte.de rel.spol.vbi petens restitutionem vxoris debet probare coniugium legitimum ex consensu. Cum ergo non interuenerit in isto asserto mr̄imonio cõsensus mulieris, nec legis, sicut non potest petere restitutionem ꝯiugis,ita non põt petere vxorem sequestrari in monasterio,& ex hoc tollit̃ illud, quod posset oponi;qa gl.in c.tenor.de re iud.dicit,ꝙ si aliquis,vel aliqua ꝯxit matrimonium approbante Ecclesia,non põt priuari commercio maritali,lit.pen. ergo multo minus poterit sequestrari in monasterio,sed ista D. Ioanna potuit ꝯhere matrimonium cum isto secundo viro Ecclesia approbãte,vt est casus formalis in d.c.ex parte. vbi potuit mulier recedere a matrimonio ꝯcto in ætate inhabili.¶ Et si dicatur,ꝙ debuit petere licentiam ab Ecclesia,& non propria temeritate ꝯhere matrimoniũ cum alio: vt probatur in d.c.ex parte,inquãtum text.ibi dicit, ab Epo Senensi licentiam nubendi alij postulauit. Rñdeo,ꝙ illud nõ est iuris ministerium,sed est cautela, vñ ad cautelam petijt licentiam alij nubendi, & hoc ideo vt citius reperiret maritum,& non notaretur, ꝙ clandestinum matrimonium procurauit. c.cum inhitio,de clan.despon.& ad hoc adduco gl. quę hoc dicit in terminis in d.c.ex parte,in gl.j.dicit enim auctoritate sua põt mulier recedere;quia nulla obligatio fuit hincinde ꝯcta, & allegat dictum c. literas.& d.c.accessit, de spon.impu.ergo si propria auctoritate potuit ꝯhere mr̄imonium, sequitur, ꝙ nulla fuit necessaria licentia: ergo narrat facti contingentiam ille tex.inquantum dicit,licẽtiam postulauit,& hanc partem voluit Goff.& Inn.ibi, & dicit ibi d.Card.ꝙ fuit ex abũdãti.& dicit Host.illud fuit, vt euitaret clãdestinum matrimonium: & dicit ibi

28 d.Card.in primo notabili† ꝙ illud petere licentiam fit aliqñ, ne aliquis caueat a ꝯhendo secum: & sic ideo cautela est, vt petat licentiam, vt libẽtius alius ꝯhat secum:& sic nõ est iuris ministerium, vt prius petatur licentia, & adduco elegantem glo.in simili

29 in c.licet,de reg.q̃ voluit † ꝙ licet monachus volens ingredi monasterium strictioris regulæ teneatur petere licentiam a suo abbate; tñ si nõ petita licentia ingreditur strictiorem regulam,tenet ingressus,nec reuocabitur pp non petitã lñiam.ex quo iusta causa motus transiuit,& probatur dictum illius gl.in c. sanè.de reg.& voluit Goff.Pet.Hisp.Abb.antiquus, & Io.Cal.in d.c.licet. Multo ergo fortiꝰ in casu nr̄o, ex quo nulla suberat obligatio;non enim erat obligata ista dña ex illo matrimonio,cum sine cõsensu suo ea existẽte in ætate minus legitima ꝯctum fuisset;tum ẽt quia multa fieri non debẽt, quæ tñ facta tenent.l.patre furioso.ff. de his qui sunt sui vel alie. iu.ergo &c.¶ Et si quispiam opponit de eo,qđ habetur in c.duo pueri,in vers.absq; iudicio Ecclesiæ vltimam dimisit. de despon.impub.dico non obstare: quia pro sola opi.dimisit incõsulta Ecclesia,sed hic dimisit ex eo:quia non consenserat in dictum Cambium vt in virum,& etiam põt ad illum tex.rñderi;

30 vt voluit Pet.de Ancha.in d.c.ex parte.vbi dicit † ꝙ mulier auctoritate sua poterit recedere a primo,sed tutius faciet petere licentiam,& allegat Host.in d.c. duo pueri.& istud sentit d. Ant.in d.c.ex parte.& sic sentit, ꝙ non est necessitas: quia potuit dimittere illum Cambium assertum virum, in quem nec consensit,nec ꝯsentire potuit inconsulta Ecclesia, sicut ergo non est restituenda illi Cambio, ita non est sequestranda in monasterio,& ita cõcludo. ¶ Capio mõ vltimũ articulũ,mandat̃ per Bullã apostolicam sequestrari bona ipsius Ioannæ ad instãtiam huius Cambij.& ex prædictis adductis superius videtur,ꝙ non sint sequestranda bona;quia si persona non est pp hoc sequestranda,ergo non sunt sequestrãda bona, q̃ sunt accessoria ad personam, & transeũt cum persona.auth.ingressi.C.de sac.san.eccl.l.j.& 2.ff.de pec.leg.ergo data libertate psonæ, datur & libertas bonorum . Secundò rr̄ sequestratio est prohibita, vt sonat rub.C.de prohib.sequest. dicẽti ergo sequestrationem in casu isto fieri posse,incũbit onus probandi,ex quo regula est,ꝙ non est permissa.l.ei qui. ff.de prob.sed nõ dabis casum legis,ꝙ possit isto casu fieri sequestratio,quinimo plus dixit Bar.in l.litibus.ad fi.C.de agr.& censi.lib.11.vbi colligit ex illo

31 tex.† ꝙ nunquam fit sequestrum de re alicuius, nisi de debito cõstet per publicum instr̄m,allegat.l.per hanc.C.de erog.mil.an.li.12.& in d.l.per hanc idem colligit, ꝙ quis non potest petere fieri sequestrũ de re alicuius,nisi debitum ostendat per publicum instrumentum,& cum hoc dicto Bart.transiuit Lud. Ro.in l.interesse.ff.de acq.pos.& cum illo dicto Bar. transiuit quidam, qui fecit quẽdam tractatum Carceratorũ, qui tractatus attribuitur filio Bal.& illud

8 nata, de iud. vbi dicit, † ꝙ licet quis inducatur, confi teri illud, qđ posuit in libello, vt l.cū precū.C. de lib. cau.tamen illud est verū modò ne incideret in periurium.qa tūc nō videtur confiteri.¶ Et si quispiam dixerit, ꝙ potest qs suam responsionem, siue sit affir matiua, siue sit negatiua, interpretari, sed non perimere, vt voluit tex.in d.c.cum dilecti, de ac. rn̄deo, ꝙ in casu nostro, vt ex superius relatis apparet, ista stat simul, ꝙ mihi nō mutaueris aliquid, vel si mihi mu tuasti, tamen non sim tibi obligatus, vel quia solui, vel qa non cōpetit tibi actio, vt voluit Pe.de Ancha. in d.c.2.Ioan.de Imo.in d.c.cupientes. cum ergo iste Ser Innoc. dixit, ꝙ non recepit capellum ab eodem Antonio, vel ab aliquo alio nomine ipsius Antonij, & incontinenti dicit in eodē contextu, & magis atq; magis dico & assero, ꝙ quoties aliqd recepissē a te, vel ab alio, tuo noīe, intelligo solutū a me integre: vi dentur enim ista verba, ꝙ si capellum recepit; tamē tibi integre solutū est a me, & sic non perimit illam suam responsionem, imo eam declarat, qa in genere erat inclusa ista declaratio, & interpretatio in illa sua responsione generali: quia ista stant simul, ꝙ nō receperit capellum, vel receperit & pretium soluerit, & sic est expositio & interpretatio illius negatiuæ responsionis, & sic non est per emptio. Et multofortius:

fortius: quia iam potestas acceptauit illam interpretationem, & declarationem factam per dictum Ser Innoc. & cancellari fecit & deleri petitionem illius
9 Antonij, † quinimo potuit ex interuallo illam suam responsionem interpretari, ex quo nō fuit exactū iuramentum, vt diceret plenam & meram veritatem: quo casu non potest suam confessionem excusare, vt est casus sing. in d.c. cum dilecti. sed si fuit exactū iuramentū, vt ad quęsita veraciter responderet, túc posset suam responsionem excusare, vt ibi est casus: ergo in casu nostro potuit illam suam responsionē declarare, ex quo in eodem contextu dixit, si aliquid recepi, est eidem solutum. ¶ Et si quispiam dixerit, ꝙ coram magnifica dña Vanota dixit simpliciter, se habuisse pileum a fratre ipsius Antonij, istud re vera
10 non obstat: † quia illa confessio ita simpliciter facta restringitur, & declaratur ex sua responsione prima interpretatiua, dum dixit, si istud receperit, intelligi esse sibi solutum, & adduco l.1.C.de impo.lucr.describ.lib.10. vbi dicitur, a primordio tituli posterior formatur euentus, & l.regula.§.& licet, ver. initium constitutionis demonstrat. ff. de iur. & fac. igno. Et adduco, quod sapienter voluit Ang. in l.si quis cum
11 aliter.ff.de verb.ob. vbi dicit † ꝙ vbi verba sequentis cōtractus etiam ex interuallo celebrati possunt habere plures intellectus varios, recipiunt declarationem a præambulo ꝯctu etiam ex interuallo præcedente, sequitur Ludo. Roma. ibi, qui ad hoc allegat glo. in l.1.ff.de iudic. idem voluit Inno. in c.innotuit. de elec. idem voluit Ang. in l.pacta nouissima.C.de pac. facit, quod voluit Bald. post Cy. & Pe. in l.per retentionem.C.de vsur. & quod habetur in l.Titia.§. idem respondit.ff.de verb. oblig. & in l.item quia.§. idem Iuliano.ff.de pac. & maxime vt euitemus periurium, vt probatur, in d.c.cap. cum tu. & ideo dixit Ioan. And. in d.c.fi.de iureiuran. lib.6. ꝙ quis non vr̄ confiteri illud, quod ponit in libello, si ex hoc incideret in periurium: ex quo sequitur, ꝙ non videtur per illam confessionem postea cōtradicere sibi, nec incidere in periurium: quia vna cōfessio declaratur & suppletur per præcedentem responsionem: nam si testes reducuntur ad concordiam, vt euitent per subauditum sensum reatum periurij, multofortius sequens responsio partis suppletur per præcedentē extensionem, & suppletur per pleniorem, vt nō incidat in reatum periurij: vnde ad intellectū idē est dicere, non habui capelium ab aliquo nomine sui, & si habui, est sibi solutū, vel intelligo integre a me solutum, maxime cum prima responsio comprehendat implicite istam vltimam responsionem factam coram dña Vanota. facit c.antecessor. 11.q.3.& 8.q.
12 1.in c.in scripturis. Et ideo dicimus ꝙ † Euangelistæ reducuntur ad concordiam; quia suppletur dictum vnius per dictum alterius, & declaratur, vt in c.periculose, de pœn. dist.1.& maxime considerata legalitate istius Ser Inno. quo casu credendum est, ꝙ dixerit verum, & ꝙ non sit periurus: vt voluit glo. in l.Titio fundus.ff.de condi. & dem. & tex. in l.si a bonæfidei.ff.de rei vend. facit, quod voluit tex.c.significantibus. de ope.no.nunci. & cap.in nostra. de procu. & tex.c.1.de cleri. per sal.promo. & gl.in c.expedit. 12. q.1.& ideo dixit glos. in aut. de hæred. & fal.§.si verò absunt. colla.1. quā Bal. allegat pro singulari in aut.
13 sed cum testator. C.ad leg. falci. quòd † plus credet duobus Tabellionibus testibus, q̄ duobus alijs ęque idoneis: qa qualitas tabellionatus facit eos idoniores. facit, quod voluit Hosti. in cap.finem litibus. de
14 dol. & contu. vbi dixit † ꝙ si homo probatę fidei & vitæ litigat in iudicio, & succumbit: qa habuit iniustam causam litigandi, ꝙ non punietur in expensis; quia pręsumitur ex aliqua colorata causa litigasse. facit, quod voluit D. Ant. in c.postremò. de app. ubi dixit, ꝙ si homo probatæ fidei cōstituitur delegatus in causa sui consanguinei, ꝙ non potest recusari suspectus: quia non est præsumptio, ꝙ velit excedere terminos iustitiæ. facit, qđ habetur in c.Lugdunēsis. 9.q.3.& c.omnis.6.q.1.& quod habetur in l.quoties, §.1.ff.de hære. insti. vbi non præsumitur, ꝙ notarius scribat aliquid falsum, aut iniustum. facit ēt: qa in re tam parua & vtili, vt est vnum capellum, cum vna
15 becca, non est verisimile, † ꝙ commiserat periuriū dictus Ser Inn. arg. eius, quod habetur in l.scio.ff.de in integ. resti. vbi propter modicum non cōceditur restitutio in integrū. Et facit elegans tex. in l.si oleū. ff.de dolo.§.fi. vbi est casus cū duabus.l.sequētibus, ꝙ pro modica re non competit actio de dolo, nec ꝯ honestiores personas, & dr̄ modica res vsq; ad duos aureos: ego miror, ꝙ ꝑ re tā minima voluerit potestas formare inquisitionem de periurio; cum per honestum notarium super re non verisimili deberet lacerari, tanquam rem non verisimilem continens, vt in simili alias fuisse factum refert Bald. in l.1. C.de ser.fugi. vt alias retuli, allegat. l.milites.§.oportet.C. de quęstionibus, cū si. Et concurrunt multa, ex quibus non incidit in periurium dictus Ser Inno. primò concurrit: quia implicite confitet̄ se habuisse capellum ab aliquo nomine illius, sed se esse non obligatum; secundò concurrit, ꝙ in eodem contextu verborum dixit, & sic statur vltimę suæ responsioni, cui inest illud iuramentū. Et fuit declaratio præcedentis responsionis negatæ simpliciter, & vltima derogant prioribus. l.pacta nouissima.C.de pac. concurrit: qa potestas approbauit illam sequentem responsionem declaratiuam primæ, factam in eodem contextu verborum, & absoluit istum Ser Inn. & sententia lata transiuit in rem iudicatam per potestatem, vt c.inter uos, de re iudi. quo casu videtur sibi ꝯrius, & sic non est audiendus. c.solicitudinem, de app. l.1. C.de fur. concurrit etiam: quia notarius est fidelis & probatæ opinionis & fidei, vt est dictum, vnde cessat omnis præsumptio periurij. & est vilis quātitas, quo casu non potest competere actio de dolo ꝯ dictum Innoc. Et licet iste fuerit confessus coram magnifica dña Vanota; tñ illa confessio suppletur per respōsionem præcedentem factam in iudicio, vt superius est dictum, & sic concurrentibus omnibus istis ad inuicem resultat plena probatio, ꝙ non inciderit in reatum periurij, argumento eius, quod voluit gl. in l.2. §.ætas, ff.de excu.tu. & gl. in l.instrumenta. C.de proba. glo. in l.3.§.eiusdem.ff.de testi. glo. in c.3.loco. de præsumpt. & c.cum causam, de proba. c.cū dilectus, de succes. ab intesta. c.accedens. el 2. vt lit.non cōtes. c.illud. de præsump. c.cum Bertoldus, de re iudi. ubi
16 sunt gl. elegantes, † ꝙ ex pluribus præsumptionibus resultat plena probatio, vt quis absoluatur: ideo dixit Bald. in rubrica, de contro. inuest. ꝙ ex varijs suggestionibus partium & instrumentorum peruenit ad vnum conceptum mentis non indigentem adminiculo iuramenti ad ferendam sententiam, facit c.cum ad sedem, de rest. spo. Ergo multofortius ad absoluendum, ad quam absolutionem tendunt iura omnia. c.clerici. 81. dist. c.ex literis. de proba. c.domino guerram.§.promptiores. in titulo, Hic finitur lex dein. incipiunt consue. regni. in vsi. feu. cum si. Et adduco ad predicta, quod voluit Bal. in l.si qs inten-
17 tione ambigua.ff.de iud. vbi dicit † ꝙ reus potest interpretari confessionem suam, exponendo tñ, non perimēdo tam in ciuili causa, q̄ in criminali, & dicit de hoc esse casum notabilem in d.c.cum dilecti. & idem dicit esse in actore; quia ipse videtur confiteri, quæ principaliter deducit in libello, nō autem quæ deducit incidenter l.cum precum. C.de li. cā. l.si familiæ.

miliæ.ff.fam.er. Et si ponderetur dictum Bal. ipse loquitur eo casu, quo ex interuallo vult interpretari suam confessionē,& dicit, ꝙ potest. & ad hoc alleg. d.ca.cum dilecti. ꝙ loquitur, qñ ex interuallo interpretatur, ergo sequitur, ꝙ multofortius poterit interpretari,& declarare suam responsionem in eodē contextu, quando illam facit, vt fuit in casu nostro, & sic Bal. ibi decidit bellissimè hanc dubitationem. & adduco, quod pulchre voluit Bal. in auth. contra
18 qui propriam.C.de non nu. pec. vbi dicit. † Assessores tenent, ꝙ si reus iurauit dicere plenam & puram veritatem, & subsisto iuramento absolutè negauit, ꝙ nō possit postea contra suum iuramentum venire, vt ipsum perimeret, secus si iurauit respōdere veritatem ad inquisita: qa negatio non est modus perdendæ defensionis. allegat ad hoc, quod no. per Inn. & alios in d.c.cum dilecti. quod capitulum dicit ad hoc esse multum notabile: & dicit, ꝙ confitens non potest perimere suam confessionem, sed negans potest suam negationem perimere, vt ibi,& emendare post lit.contest. quia non est quæsitum ius aduersario, cum in ea consenserit, nec eam acceptauerit: ergo multofortius in casu nostro sine periurio potuit iste Ser Innoc. suam negationem simpliciter factam in eodē contextu declarare sine reatu periurij. Præterea facit, vt superius dixi, ꝙ cum sapiat hæresim, illa exactio iuramenti facta per illum potestatē, fuit nullius efficaciæ: quia contra formam legum,& canonum & cōtra omnem doctrinam euangelicam, & sic illud iuramentū sic præstitum fuit nullius efficaciæ: ergo non potest dici periurus dictus Ser Inno. vnde nō habuit debitam formam præstatio talis iuramenti: facit, quod voluit Bar. in l.si quis legatum.
19 ff.de falsis. Præterea facit † testis potest incontinenti suum dictum corrigere, vt habetur in §.quia verò. in auth.de testi.& in c.præterea.de testi.cogen. Bart. in l.eos.ff.de fal. ergo fortius in eodem contextu potuit reus declarare suam responsionem. Præterea fa
20 cit † vbicunq; dicta testis sunt compatibilia adinuicem, tunc testis non dicitur varius, nec contrarius, ita singu. dixit Bar. in l.eos.ff.de fal. & ita limitatur. l.qui falsa vel varia.ff. de falsis. Ita multo fortius in reo, qui potest vti varijs defensionibus, vt l.nemo.ff. de excep. non dicitur esse contrarius, si dicta sua sint cōpatibilia. Ita est formaliter in casu nostro, vt ista dicta huius ser Inno. sint compatibilia: quia dicēdo, ꝙ habuit capellum a fratre illius Antonij, est compatibile cum illa responsione facta in iudicio, dum dixit, quotiescunq; ab eo aliquid recepissem, vel ab aliquo nuntio eius nomine, intelligo solutum a me: & sic non est sibi contrarius, & per consequens non est periurus: & sic multifariè multisq; modis demōstraui, esse istum ser Inno. absoluendum. partesque dominorum non esse ad fatigandum & lacerādum subditos in laboribus, & expensis, quod abhorrent omnes leges, & omnes canones.c.nonnullis. de rescrip.cum si. nec videtur mihi insistendum, qua pœna veniret puniendus de iure communi, de quo per Bald. in l.1.C.de iureiuran. & habetur in l.de periurio.ff.de crimi.stellionatus.& sic elicitur ex istis vera & indubitata conclusio, vt partes domini iudicantis sint in absoluendum dictum ser Innocen. ab inquisitionem prædicta.

EPITOME.

¶Exemptus a muneribus tributoriis debet videri nemo cum aliorum onere: curabit igitur qui iure priuilegiario vacationē impetrauit, vt pro eius rata commune, cui contribuebat, liberetur.

SVMMARIVM.

Priuilegium vni concessum, non est tributum vniuersitati. nu.1.
Rustici tribuentes immunitatem alicui fabro, aut alij, eius loco soluere debent. nu.2.
Dux, Comes, Marchio si aliquem a tributis eximant, tenentur eius ratam ab annuo tributo detrahere, nu.3. ne ciuitis oneretur. nu.5. & 9. quæ tamē ab imperatore possit pro rata exēpti grauari. nu.6. & 10.
Priuilegium tendens cum tempore aduersus publicum bonum, licet æquum a princip. fuerit, ipso iure reuocatur. nu.4.
L.ab omnibus.ff.de leg.1.expli.nu.8.
Priuilegium exemptionis restringitur salua lege municipali. nume.11.
Priuilegium concedentis mens qualis de iure esse debet, talis esse videtur. nu.20.
Priuilegiū exemptionis datur rustico, vt se in ciuitate exerceat, & habitet. nu.21.

CONSILIVM XIII.

EX facto Contingenti quæritur, vtrum communitas dicti castri sit exonerata a collectis,& a grauaminibus pro rata bonorum illius Antonij Melchioris, & suorum fratrum, quos dr̄ esse exemptos. Et vr̄ mihi dicendū, ꝙ sic,& allego ad hoc elegantem doctrinam Specu. in titul. de censi.§.nunc dicendum. versic. quid si vniuersitas alicuius loci tenetur alicui dn̄o ad certam annuam præstationem, & dominus concedit alicui personæ de ipsa vniuersitate, ne præstare teneatur, vnde soluit nunc tāto plus villa, quantum contingebat illum priuilegiatum soluere ante collectam, vtrum teneatur vniuersitas ad totam vltimam collectam, & videtur ꝙ sic. argu. l.uacuatis.
1 C.de decur.lib.10. † nam priuilegium vni cōcessum non est vniuersitati concessum. l.non tantum.ff.de rerum diui. vnde non debet ad illam extendi. l.j.ff.de consti. princi. idem dicimus in pacto, vt non extendatur de persona ad personam. l.si vnus.§.ante oīa. ff.de pact. priuilegia.n.singulorū legem nō faciunt. 25.q.2.c.nō exēplo. Nihilominus ꝯrium decidit ibi Specula. ꝙ vniuersitas possit pro parte illius excusari. l.si creditores.C.de pact.l.fi.C.si contra ius vel vtili.public.l.si fundus.§.si libertus. ff.de lega.j.l.3.ff.de alimen.& ciba. lega.& eum sequitur ibi Bald. ibi in
2 suis addi.& ideo glo. in d.l.vacuatis. dicit, arg. † nota contra rusticos, qui quando concedunt immunitatem alicui fabro, vel simili, ipsi pro eo soluere tenentur, ne alij quasi pauciores plus grauentur aliquibus releuatis. l.j.C.de decr.decur.lib.10. ¶Et si quispiam adducat in contrarium, quod voluit tex. in l.ab omnibus.ff.de leg.j. vbi si testator eximit vnum ex hæredibus ab onere, cęteri vidētur grauati ad illud onus: ita videtur in casu nostro, ꝙ videatur grauata vniuersitas exemptis istis in eo, qđ eos tangebat de onere. Et adducunt illum textum doctores, si communitas castri debet soluere certum cēsum annuatim, ꝙ si eximitur vna persona, vel vna villa, non propter hoc fiet aliqua diminutio eius, quod debet solui. Potest responderi, ꝙ illud procedit in onere in vniuersorum, non in onere singulorum: vnde dixit Iac. de Are. statuto cauetur, ꝙ villa teneatur emendare dānum, si vnus rusticus sit exemptus per priuilegium, ac ꝙ reliqui teneantur emendare totum damnum, ac si iste exemptus non esset in rerum natura: qa quò ad hoc non computatur in illa villa, & ideo non minuitur onus illi vniuersitati per illum textum: quia dicit Bal. non procedit in onere singulorum, allegat quod habetur in authen. similiter. C.ad l.falc. sed in casu nostro ita est; quia sumus in onere singulorū, quòd

quòd quilibet reneatur pro rata de bonis suis æstimatis: ergo sequitur, ꝙ fiet cōmunitati ipsius castri diminutio. vel posset responderi, vt ibi voluit Ioan. de Imo. qui dicit, ꝙ Ioan. And. tenuit contrarium in
3 c. nō minus. de immu. eccle. vbi dicit † ꝙ si Dux, vel Comes, vel Marchio debet annuatim recipere certum censum ab aliqua vniuersitate, ꝙ si eximit vnū, illius rata detrahetur illi vniuersitati. Ioan. de Imol. dicit, ꝙ dictum Io. And. est contra dictam. l. ab oībus de qua non habuit memoriam Io. And. vel pōt saluari dictum Ioan. And. quando ageretur de præiudicio ipsius concedentis, si fiat diminutio pro rata, & posset procedere dictum suum: nam de facili fit interpretatio contra concedentem priuilegium, iuxta no. in c. cum dilecti. de dona. l. beneficium. ff. de constit. princ. patet in exemplo posito per Ioannem Andream, qui ponit casum, quando Dux, vel Marchio debet recipere censum: sed vbi ageretur de præiudicio tertij, vt qa debebat solui salarium potestati, vel alia consimili causa; qa tunc non est verisimile concedentem exemptionem velle præiudicare tertio. c. super eo. de officio dele. l. cū auus. C. de eman. liber. tunc nulla fit diminutio: & per prædicta dicit posse decidi quæstionem quæ fuit de facto: Papa mandauit imponi collectam clero pro satisfaciendo creditori de eo, quod mutuauerat cameræ Apostolicæ: sed quidam de clero est exemptus a quibuscunque causa, an illius rata diminuetur: & videtur dicendū ꝙ non, & si dicatur, nonne nimis grauabuntur alij, qui portabunt onus suum, & etiam onus exemptorum: maxime quando plures reperirentur exempti. respondeat, ꝙ dabitur remediū, ꝙ illi de claro adeāt Papam, ꝙ prouideat; quia reuocandum est priuilegium, quod nimis tendit ad noxam. c. suggestum. de deci. Ita dicit Ioann. de Imo. in d. l. ab omnibus. facit
4 ad hoc c. pe. de cle. non resi. vbi probatur † ꝙ quādo priuilegium tenuit ex post facto contra publicū bonum, ꝙ ipso iure reuocatur, licet tempore cōcessionis fuisset æquum. si ex post facto efficitur iniquum, ipso iure intelligitur reuocatum, facit l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. ¶ Modò in proposito nostro istæ taxæ & collectæ debentur cōmunitati, & regentes ipsam communitatem Bononiæ fecerunt exemptos illos tales, sequitur, ꝙ debet diminui collecta vniuersitatis castri sancti Petri & aliarum villarum. Item istud priuilegium tendit ad noxam, ergo intelligitur ipso iure reuocatum. Item Ioann. de Imol. per errorem allegat Ioan. And. in c. non minus. quia ibi istud nō dixit, sed bene dixit in c. 2. de immu. ecc. vbi do. Ant. allegat contra illud dictum Io. And. d. l. ab omnibus. & soluit illud procedere, quādo quis eximitur proprio motu testatoris, secus si per importunitatem: testator enim potuit vnum ex hæredibus eximere & alios grauare. l. ab eo. C. de fideicom. & dicit post Io.
5 And. † ꝙ licet Reges, Duces, & alij inferiores possint concedere immunitatem, tamē occasione suorum priuilegiorum non est vniuersitas hominū oneranda: sola enim priuilegia imperatorum proprio motu concessa sunt omnino seruanda. secus dicit si per importunitatem petentium concedantur, & subdit
6 ibidem † ꝙ si ex ptiuilegio proprio motu Imperatoris concesso grauiter lędatur vniuersitas hominū, implorabitur remedium ipsius Imperatoris, per d. c. suggestum. ita ibi dicit d. Ant. post Ioā. And. Modò in casu nostro primò istud priuilegiū exemptionis non est concessum ab Imperatore vel Papa, nec est concessum motu proprio: sed est concessum ab inferiori ad importunitatem petentis: ergo debet diminui portio, quatenus est pro rata istorum. Adduco,
7 quod voluit do. Abb. in c. accedens. de præscri. † vbi quærit. Papa potest eximere aliquem ab oneribus, vt ibi. & c. cum instantia. de censi. vtrum onus, quod habebat exēptus, accrescat reliquis, est (inquit) quæstio quotidiana cum sæpe comitatiuus, aut forensis, aut ciuis eximitur ab istis oneribus, vtrum tale onus incumbat reliquis, & sic priuilegiū tendat in dispendium aliorum: & dicit, ꝙ non accrescat reliquis, & allegat Spec. in loco allega. superius. & Ioan. And. in c. 2. de immu. eccle. & Bar. in d. l. ab omnibus. in materia contractus, vt vno exempto onus suum nō ac-
8 crescat reliquis: vbi concludit hoc modo † si onus imminet pluribus, non insolidum, sed pro virili portione, tunc aut incumbit ex contractu, aut ex vltima voluntate, aut ex dispositione iuris communis, aut consuetudine primo casu vno exempto per creditorem alij non tenentur insolidum, sed pro virili portione: ita notat Bar. in d. l. ab omnibus. aut ex vltima voluntate, & tunc tenentur reliqui insolidum, vt d. l. ab omnibus. aut ex dispositione iuris communis, & tunc solus Imperator potest eximere in temporalibus, & Papa in spiritualibus, & onus accrescit alij per id, quod voluit Ioan. Andr. in c. 2. de immu. ecc. alij autem inferiores a Papa & ab Imperatore non possunt eximere aliquem in aliorum preiudicium & reipublicę, allegat d. l. vacuatis. coniuncta sua glo. & Bar. ibi per Bar. in l. 2. ff. de iure immu. & idem dicit do. Abb. esse in obligationibus ratione statuti: & sic distinxere Bar. & Iaco. de Are. in d. l. ab omnibus. vbi dicunt, statuto cauetur, ꝙ villa teneatur soluere salarium potestati, & postea villa aliqua eximitur ab oneribus, ꝙ tenentur reliqui comitatiui soluere integrum salariū: & hoc soluere putat verū D. Abb. cum ex causa rationabili quis eximatur per inferiorem a principe: in quarto autē membro in obligatione ex consue. sentit Bart. in d. l. vacuatis, ꝙ ex quo omnes tenentur ad onus ratione consuetudinis, nō debet vnus eximi in aliorum præiudicium, nec præsumitur princeps velie tollere ius competēs tertio, vt d. c. super eo. Ita ibi residet do. Abb. deficit tamen in vno: quia debuit distinguere, quando priuilegiū exemptionis ꝯceditur a principe, an motu proprio, an ad importunitatem petentis. facit, quod voluit
9 d. Cardi. in d. cap. 2. de immu. ec. vbi dicit † ꝙ si locus consueuit dare dn̄o centum libras, & dn̄s terræ concessit alicui immunitatem, tanto minus recipiet ab vniuersitate: alias contingere posset, ꝙ si priuilegiaret multos, alij grauarentur nimium, si tenerentur ad totam summam: & licet attribuatur Ioan. And. tamen fuit communis morbus modernorum attribuere dicta Hosti. Io. And. dixit ibi Hosti. ꝙ etiam si contingat ex priuilegio principis vniuersitatem nimium grauari, non erit seruandum priuilegium ad instantiam concessum, & poterit recurri ad principem, vt prouideat. ita sequitur ibidem do. Cardi. Et adduco, quod voluit Gul. de Cu. in l. si vnus. §. & generaliter. ff. de pact. vbi quærit, quædam vniuersitas tenebatur dare centum quolibet anno, ibi erat quidam ditissimus, qui faciebat decimam partem, & soluebat decem libras pro collecta, rex cōcessit illi, ne teneretur contribuere ad collectas, & postea rex petit ab vniuersitate centum, dicunt illi de vniuersitate, ꝙ non tenetur nisi ad. xc. quia ipse dedit immunitatem illi, qui soluebat decem, quare illas reputet sibi: decidit ibi Gul. nisi alias constet de certa scien-
10 tia principis, ꝙ non poterit consequi † nisi. xc. libras, arg. l. exactores. C. de exacto. tribut. li. 10. & l. omnes. C. de anno. & tribut. eodem lib. quia talis exemptio debet intelligi sine præiudicio alterius. l. 2. §. si quis a principe. ff. ne quid in loco publico. & sic vniuersitas habet exceptionem in illo contra regem: ita ibi concludit Guli. quem sequitur ibi Bald. qui allegat Spec. in d. ver. quid si vniuersitas. idē voluit do. Pe. de Ancha.

Ancha.In d.c.2.Ex istis modo sequitur necessariò, ꝙ ista collecta debet diminui dictis hominibus, quatenus est rata dictorum exemptorum. Quinimo plus audeo dicere, & credo dicere purã veritatẽ, ꝙ istud
11 priuilegium † exemptionis limitatur, & restringitur salua lege municipali, ad hoc adduco singularẽ doctrinam Andrę de Barulo in l.missi opinatores.C.de exacto.tribut.li.10.quam refert & sequitur Bal.in l.1.C.si ob publi. pensi.vbi dixit, quidam rex mandauit exactori, compellas omnes debitores fiscales soluere cum coarctatione, de qua tibi videbitur expedire: an iste exactor teneatur seruare legem municipalem, vel consuetudinem in modo exigendi, respõdet, ꝙ illud mandatum regis intelligitur salua lege municipali, allegat And.de Baru.in d.l.missi opinatores, quod dicit esse not.dignum, & sequitur hanc doctrinam, & secundum illam consuluit Ludo.Ro. in suis consilijs, consil. 111.& ego penè mille vicibus consului secundum istam doctrinam: sed in statutis ciuitatis Bononiæ dicitur, ꝙ si quis fumans venerit ab habitandum Bononiam, & per decem annos steterit Bononiæ non extrahendo operas rusticales, & seruauerit contenta in dictis statutis, debet instare coram defensoribus ciuitatis, vt sumptibus ipsorũ nouorũ ciuium mandetur officialibus cameræ actorum communis Bononiæ, vt exonerare debeant villam, vel capellam, in qua ad onera realia & personalia soluere tenebantur prædicti noui ciues pro rata sui æstimi, aliàs deficientibus prædictis priuilegiũ ciuitatis nullatenus intelligant acqsiuisse, nec habere, nec alio quouis mõ vti possint, nec valeant. Ecce nũc qualiter istud statutũ loquit̃ de habente priuilegium ciuilitatis, vt qui istud habeat, tenetur instare, ꝙ defensores ciuitatis faciant diminui dictam taxam, quatenus est pro rata eorum, qui habent priuilegium ciuilitatis, alias illud priuilegium eis nõ opitulatur. ¶ Modò in proposito nostro, licet illud priuilegium faciat illos tales ciues; tamen intelligitur salua lege municipali: posito ergo ꝙ dictum priuilegium faciat illos ciues: tamen tenentur instare cũ defensoribus, vt taxa diminuatur dictę vniuersitati, ne dicta cõitas patiatur præiudicium de eorũ exemptione, quod non est fiendum, vt voluit Spec. Hosti. Ioan.And.Gul.de Cu.Bar.Bal. d.Ant.& alij, quos allegaui superius, quandiu ergo dicti exempti nõ procurant diminutionem dictę taxæ, ipsi remanent sub taxa prima. Et multo minus hẽt dubitationẽ istud: quia in priuilegio concesso per do.Io.de Amelia dicitur, reseruantes in sui robore & vigore taxarũ prouisionem in omnibus & per omnia. prout in ea con
12 tinetur; nam illa verba, in omnibus & per † oĩa, important omnem substantiam, & qualitatem illius prouisionis, vt probatur in l.1.§.furiosum.ff.de iur. codicil.in versic.omnibus & per oĩa, & quod voluit Bald. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. & licet in priuilegio indulto per D.Bissarion prædecessorem dicatur, liberantes, eximens ab omnibus collectis, oneribus, & grauaminibus realibus & personalibus dicti castri sancti Petri, & comitatus Bononiæ, non obstantibus statutis, prouisionibus, ordinationibus, & alijs contrarijs quibuscunq; licet apponant̃ illa verba ita pinguia, tñ restringunt se ad prouisiones, & statuta contraria, scilicet illud statutum non est cõtrariũ priuilegio ciuilitatis, sed illud modificat ex causa rationabili, ne villa grauetur onere aliorum. Vnde ista stant simul, ꝙ habeãt priuilegiũ ciuilitatis, & non teneantur ad onera realia, & personalia: & tamen teneantur instare cum defensoribus ciuitatis, vt taxa diminuatur pro rata: vnde per statutum limitatur illud priuilegium: & sic illud priuilegium videtur tollere statutum & ordinationem quatenus est ꝯ priuilegiũ: sed quatenus nõ est ꝯ priuilegiũ, illi nõ derogauit Bissarion, vt l.si seruũ.uer. nõ dixit ꝑtor.ff.de acq.hæ.Et iõ remanebimus in dispositione statuti, ar.l.si extraneus.ff.de cõdi.ob causam & l.cõmodissime.ff.de li.& post.nec ꝑ hmõi priuilegiũ ciuilitatis fuit voluntas cõcedentis præiudicare dictæ vniuersitati, ar.l.cũ auus. C.de eman.li.2. c.quamuis. de rescript.lib.6.cum si.& eodem modo rñdeo ad aliud priuilegiũ ciuilitatis concessum per eundẽ do. Bissarion, vt restringat̃ ad statutũ ꝯrium priuilegio: & eo magis qa qs in dubio vr̃ velle illud, qđ vult statutũ sui municipij, & cõsuluit Dy.quẽ refert & seqtur Bal. Ange.& alij in l.hæredes mei.§.cũ ita.ff.ad treb. Et sic ex prædictis videntur duæ cõclusiones veræ & indubitatæ, ꝙ vniuersitas castri nõ tenetur subire onus soluendi taxã pro rebus istorũ, q ex priuilegio sunt assumpti ad ciuilitatem, & habet rõnem iuris & æqtatẽ, vt superius fuit dictũ. ex quo dicta vniuersitas nõ exoneretur, vt dixit gl.in d.l.vacuatis. Secunda conclusio est, ꝙ posito, ꝙ sint effecti ciues ex priuilegio. tñ debuerunt agere & curare, ut dicta vniuersitas exoneret̃, quatenus est ꝓ rata ipsorũ habentiũ priuilegiũ exemptionis. Et si dicatur, ꝙ istud habet locũ in eo, q habitauit ꝑ decẽ annos Bononiæ, sed nõ in eo, q est effectus ciuis ex priuilegio: Ad hoc rñdeo, vt dr̃ in passione Dñica, si in viridi ligno hoc faciũt, in arido qd fiet: nã si habitans per x. annos Bononiæ, nõ exercens opera rusticalia, tenet̃ interim soluere taxas & onera & tñ completo decẽnio debet instare cũ defensoribus, vt agant, & curet̃, ꝙ exoneret̃ villa, ꝓ eorũ onere, nonne, multo fortius hoc dẽt procurare ille, qui habuit priuilegiũ ciuilitatis momento ex concessione superioris; arg.auth. multomagis.C.de sac.san.ecc.c.cũ in cunctis.de ele.
13 cũ si. Item ad eum † casum adaptatur dispositio legis, ad quem adaptãtur verba legis l.3.§. toties. ff.de damno infec.& ibi Bar.l.qđ cõstitutũ. ff.de test.mil. l.hos accusare. §.oĩbus. ff.de accusa. c.indemnitatibus.§.sed cum eis.de elec. lib.6.sed verba dicti statuti adaptantur ad istum casum, ergo ad istum casum adaptabitur dispositio statuti, sed istud statutum loquitur de priuilegio ciuilitatis, siue ergo illud priuilegiũ perueniat a superiore, siue a statuto priuilegiãte, habebit locũ hmõi statutum: & per consequens poterit recte & iuste agere vniuersitas dicti castri ꝯ ipsos priuilegiatos, vt eũ effectu agant & curent, ut exoneretur ipsa vniuersitas ab onere tangente ipsos aliàs remanebunt obligati ad onera vt antea erant: & ita cõcludo. ¶ Capio nũc aliũ huius ꝯsultationis articulũ: videlicet vtrũ istud priuilegiũ ciuilitatis ꝓsit istis impetrantibus priuilegiũ: Et extat primò priuilegiũ cõcessum per d.Io. de Amelia locũtenentẽ: vnde Antonius Melchior & Nerursa oẽs fratres impetrarunt, & obtinuerunt priuilegiũ ciuilitatis Bononiæ a d.Io.de Amelia: & arguo ꝙ nõ eximat illud priuilegiũ istos tales impetrantes, nec valeat tale pri
14 uilegiũ hoc modo. actus † oẽs humani proficiscunt̃ a duplici principio, volitiuo.s.& potestatiuo, seu authorizabili: vnde si voluntas & potestas ad inuicem sibi aduersentur; tunc ꝙ agitur, nõ tenet, iste est tex. in c.cum super abbatia, de offi.dele.& ibi scribentes ad hoc adducũt illud, qđ beato Philosopho venit in ore, dicit enim, duo sunt, ex qbus oĩum humanorũ actuũ constat effectus, s. voluntas & ptãs, quorũ si alterum desit, nihil est, quod explicari queat: & ideo in casu nostro in d.c.cum super. affuit voluntas, sed non affuit potestas: ideo actus gestus fuit nullus, & adduco tex. in l.omne verbum. C.communia de legatis in uersic. voluntatem legitimam.& ibi Bal. colligit per illum tex. quod duo requiruntur, quæ omnem actũ canonixant. s. volũtas & auctoritas. ¶ Facit l.mul-

l.multum. C.si qs alteri vel sibi. & ideo solet de iure
15 dici, † ꝙ generalia verba legis, aut statuti, aut priuilegij, & similiũ non adaptantur ad impossibilia ipsi statuenti, aut priuilegianti. Ita dixit Bal. in l.fi.§.incõputatione. C.de iure delib. allegat ad hoc Barto. in l. si qs sub conditione. ff. de condit. institu. melius potuisset allegare Host. in c.tua. de deci. & Ioã. Imo. in c.vt aĩarum. de const. lib.6. tex. in c.ecclesia. vt lit. pe. tex. in c.ꝙ clericis. de foro compe. & in c.ecclesia sanctæ Mariæ. de const. & idem voluit D. Ant. in d.c.ecclesia. & in d.c.ꝙ clericis. Idem voluit Bal. in l.cũ nõ ad hoĩe. de iudi. & in c.clerici. eod. ti. & in l.sacrosan. C.de epi. & cle. & in l.fi.ff. de iur. omniũ iudicum. & idem voluit Bal. in l.oẽs populi. ff. de iust. & iure. allegat ad hoc Bar. in d.l.si qs sub condi. idẽ voluit idem Bald. in l.fi. C.de sacrosan. eccle. D.Pet. de Anchara. & Dñicus in d.c.eos. D.Abb. consiculus meus in d.c. ꝙ clericis. & in d.c.ecclesia. & in d.c.a nobis. ego plene dixi in d.c.eccclesia. & in d.c.ꝙ clericis. & in repe. rubricæ de reb. eccle. non alie. & adduci posset illud, qđ Ouidio nr̃o venit in ore. Nitimur in vetitum &c. stat cõclusio huius assumpti verissima, vt uoluit Aristo. primò priorũ, ex veris nõ nisi verũ, & ex falsis aliqñ verum. Ex quo sequitur, qa non potuit. D.Ioã. de Amelia locũtenens pro d. legato, excedere vires & metam suæ ptãtis: iuxta illud. si bene nota tibi naturæ meta fuisset. Nec vilis, nec inops, nec sine veste fores, limitata enim cã limitatum parit effectum. l.in agris. ff. de acq. re. do. sed præsupponitur in puncto, ꝙ respõ. d. legatus & magnifici d. Antiani Bononiæ, non habent potestatẽ disponẽdi ꝯ statuta Bono. nisi interueniat voluntas Dom. 16. reformatorum status Bono. habentiũ ad hoc potestatem a consi. 600. ſm ordinationẽ huius ciuitatis Bono. Modò in proposito nostro istud priuilegiũ ciuilitatis fuit concessum duntaxat a dño locũtenente, nec interuenit consensus dñorum Antianorum, nec volũtas dñorum sexdecim, quo casu vr̃ esse nullius efficaciæ: qa factũ ab eo, qui nullam ad hoc potestatem habuit, & longè mirandum est, ꝙ do. locũtenens ita fecerit: cum iste actus nõ tẽderet in rẽ ecclesiasticã, vel spiritualẽ: sed erat res ex toto prophana spectans ad tpalitatem, & longè miror de illo Melchiore notario, q ita supinè & incõpetenter fuerit cũ illis alijs ad impetrandum hmõi ciuilitatem ab incõpetenti, vnde posset addu
16 ci illud, ꝙ dixit Bal. in l.j. C.cõia de leg. vbi dixit, † ꝙ stultus est ille, qui malã actionẽ intentat, allegat glo. in l.quidam. ff. de in rẽ verso. & adduci posset illud, quod voluit glo. in l.codicillis. §.fi. ff. de leg. 2. quæ dicit, audi stultũ testatorem; non tñ prodest sibi stultitia sua: voluit enim fatuum esse illũ, q in suis actibus non adhibet iuris solẽnitatem. Ita dicamus in proposito nostro, ꝙ insipienter se habuit iste notarius impetrando cũ socijs suis priuilegium ciuilitatis ab eo, q solus ad hoc nõ habebat potestatem legitimã, & per ꝯñs nõ tenuit talis ciuilitas: sibi.n. imputet, vt c.damnũ, qđ qs sua culpa sentit, de reg. iu. lib.6. & sic succedit illa regula, quod potui nolui, qđ volui iure adimplere nequiui: vt in d.c.cum super abbatis. & in d.l.multũ. C.si qs alteri vel sibi. & per consequens non sunt cõsequuti priuilegiũ ciuilitatis, nisi quatenus habuerit per 10. annos seruando cõtenta in statuto loquẽte de hmõi ciuilitate, nec cõsequuti sunt exemptionẽ aliquã ab oneribus, & a taxa: qa paria sunt nõ facere actũ, vel minus solenniter. l.quoties. ff. q satisda. cog. l.nõ dubiũ. C.de legi. 10. d.c. vides fili charissime. ꝙ ea quæ fiunt ꝯ legẽ pro infectis haben
17 tur. Ideo dicimus † ꝙ semper põt opponi exceptio incõpetentiæ. vt voluit gl. quæ reputat sing. in cle.j. de sequest. poss. & fruct. glo. coniuncto tex. l.non erit. §.dato. ff. de iureiur. l.2. §.j. ff. qui satisd. cog. & qđ ibi voluit Bar. quẽ tex. ad hoc reputat sing. D.Card. in d. cle.j. de sequest. & est tex. in l.procur. & in l.deportatorũ. C.de pẽn. & in l.j. ff. de his qui notã. infa. & in l. scire oportet. §.pe. ff. de excu. tut. Ita dicamus in proposito nostro, vt possit opponi exceptio incõpetentiæ: cũ iste actus derogandi statutis pendeat a iurisdictione: qa eius est tollere, cuius est cõdere. l.oĩ nouatione. C.de sac. san. ecc. † & cõdere statutũ est iurisdi
18 ctionis, vt voluit gl. in l.j. ff. de iuris. om. iudi. Bar. in l. oẽs populi. ff. de iust. & iu. Inn. in c.cum accessissent. de const. probatur in c.ecclesia sanctæ Mariæ. de cõsti. & in l.nulli. C.de sen. ꝙ interloc. om. iud. & in c.vt aĩarum. de const. li.6. ergo nõ potuit derogare statutis Bon. & sic põt allegari incõpetentiæ: qa iste actus pendet a iurisdictione, c.at si clerici. de iud. vbicũq; nõ cõpetit iurisdictio: sed quò ad exemptionem ab oneribus & collectis isti impetrantes nõ sunt exempti: qa in d. priuilegio dr̃, ꝙ in oĩbus & per oĩa talia statuta & prouisiones habeant suum robur & vigorem: & per ꝯñs dicti Antonius & alij fratres eorum nõ videntꝰ habere priuilegium ciuilitatis, quatenus derogatꝰ statutis ciuitatis Bononiæ, nec sunt exẽpti ab oneribꝰ, taxis, & collectis vniuersitatis sancti Pet. Et ita concludo, ꝙ priuilegiũ concessum a dño Ioãne nõ valet, nec istos gaudere priuilegio ciuilitatis, nec facit eos immunes a collectis: & per ꝯñs non tenetur dicta vniuersitas subire onera, quæ tenebãtur subire dicti impetrãtes ſm taxam eis impositam. Et ita concludo dictos impetrantes nõ esse exemptos pro tpe præterito, nec pro futuro. ¶Et si quispiam opponat contra ea quæ dicta sunt in primo dubio, cum dictum est, ꝙ isti priuilegiati deberent curare cum effectu, ꝙ dicta vniuersitas releuaretur ab onere, inquantũ tangit taxã ipsorũ priuilegiatorum, ꝙ istud non vr̃ procedere ex eo: qa priuilegiũ istud fuit concessum de anno 1451. & 1453. sed illa prouisio statuti emanauit de anno 1454. & sic acquisitũ erat ius ipsis priuilegiatis, ꝙ non tenerentur ad onera, & collectas, ergo eis non præiudicat prouisio posterior. Ad respondeo, ꝙ in puncto præsupponitur, ꝙ qñ fuit in dicto cõi & hoĩbus per officiales taxarum facta taxa æstimi oĩum & singulorum bonorum, & oĩum fumantium seu obligatorum ad onera supportanda dicti cõis, pro supportãdis grauaminibus Bonon. cum alijs cõitatibus, & terris dicti cõis bona dicti Pet. fuerunt posita in dicta taxa, & propter bona ipsius Petri fuit facta maior taxa dictis communitatibus & hominibus, quàm facta fuisset, si dicta bona in dicta taxa non fuissent apposita, quo casu debuit dictus Petrus opponere, ꝙ cum fuisset exemptus pp priuilegium ciuilitatis, quòd dicta bona nõ apponerentur in d. taxat. Cum ergo passus sit sua bona apponi in æstimo cõmunitatis quoad soluendũ taxam de suis bonis, ideo est sibi imputandũ; qa pp suam negligentiam non debet dicta cõitas grauari ad soluendũ pro dicto Petro exẽpto per priuilegiũ ciuilitatis: vnde vr̃ necessario dicendum, ꝙ vel ipse Petrus & alij sic priuilegiari soluant taxã &c. vel curent & agant, ꝙ exonerentur dicta cõitas pro bonis ipsorũ, & ideo cũ essent exempti ex priuilegio ciuilitatis indulto a do. Bissarion prædecessore, & a dñis sexdecim debuerũt opponere de ipso priuilegio, & nõ debuerunt pati, ꝙ dicta bona ponerẽtur in taxa dictæ communitatis, & per cõsequens videntur renuntiasse iuri exemptionis patiendo dicta sua bona describi in taxa dictæ communitatis: & ad hoc adduco, quod sapienter voluit Barthol. in l.rura. C.de omni agro deser. libro 11. vbi dicit nota hanc legem contra fratres; quòd si aliqui eorum fecerint se in instrumentis emptioni nominari dũtaxat, & postea fecerunt prædia describi in catastro eis & fratribus.

& sic sunt soluta tributa cōiter: nam per hoc est ipsis alijs fratribus dñium acquisitū, sicut illis, quos tenor instrumēti designat, allegat.l.censualis.C.de dona. allegat Cy.in l.solennibus. C.de rei ven. Ita in simili vr̄ dicendū in proposito: qa cū dicti impetrantes priuilegiū a d.Bissarion legato Bononię, vt essent ciues, & exēpti a collectis, & oneribus, cū essent fumantes, non debuerunt pati sua bona describi in taxa: vnde videnī per hanc patientiā abdicasse a se hmōi priuilegiū ciuilitatis quoad onera subeunda pro ipsis rebus, sicut res de facili reducit̄ ad suam nām. vt in l.si vnus.§.pactus ne peteret.versi.ꝙ in specie.ff.de pact. & 35.dist.c.ab exordio. simile dicunt Philosophi, ꝙ corpus graue tendit sursum pp violentiā impellentis.s.ea cessante tendit nāliter deorsum ad cētrum: ideo dicimus, ꝙ de facili perdit̄ priuilegium, & reducitur ad ius cōe, vt l.eius militis.§.militia missus.ff. de testa.mi.& per ꝯrium actum perdit̄ priuilegiū, vt probatur in c.cū accessissent, de consti.& in l.2.C.de iure dom.impe.& sic vr̄, ꝙ vel soluere debent taxam pro suis bonis iam descriptis in taxa dictæ cōitatis, & iam taxatis, aut debēt curare, vt alienetur vniuersitas dicti nostri. Cū ergo pp bona dicti Petri maior taxa fuerit imposita dicto castro, sequitur, ꝙ si sciente & patiente dicto Petro dicta sua bona fuerunt apposita in dicta sua taxa post acquisitum priuilegiū ciuilitatis, ꝙ sibi est imputandū: debuit enim ꝯdicere, & non pati sua bona describi in taxa: si autem ignorauit, tunc sequitur, ꝙ per errorem fuerunt apposita in dicta taxa bona dicti Petri, curet ergo, ꝙ deleantur de dicta taxa, & negligentia debet sibi nocere, & non hominibus dicti castri, arg.l.si paterfamilias.ff. de hære.insti. & eodem modo est dicendum quoad bona dicti Bartholomei, qui obtinuit priuilegium ciuilitatis 1453.& anno 54.fuit facta taxa æstimi bonorum omnium & singulorum fumantium ad supportanda onera cōitatis, & bona dicti Bartholomei fuerunt posita in dicta taxa: & fuit facta maior taxa hoībus castri sancti Pet. pp bona ipsius Barth.quā facta fuisset, quo casu sequitur, vt est dictū, ꝙ si sciente & patiente d.Bartholomeo fuerunt apposita in taxa dicta bona, ꝙ sibi imputetur, si non prodest in hoc sibi priuilegium ciuilitatis, per id quod dixit Bart.in d.l.rura.si autem ignorāte eo, dico ꝙ debet curare, vt cum effectu tollantur, & deleantur de taxa præfata bona sua pp priuilegium ciuilitatis, ex quo maior taxa est imposita dictis hoībus: facit in arg.gl.d.l.vacuatis.C.de decur.li.10.quæ dicit, ꝙ si rustici eximūt fabrū, ipsi tenent̄ pro fabro, ita dicendū est in proposito. ¶ Præterea est aduertendum, ꝙ mens regentiū in concedendo priuilegiū ciuilitatis, & vt isti essent effecti ciues ex priuilegio, fuit, vt ampliaretur ciuitas, & dicti Pet. & Bartholomeus starent, & habitarent in ciuitate Bononiæ: vnde dixit tex. in auth.de questo.in prin.in vers.nostra ciuitas populosa diuersorum hominum turbis, quē tex.reputat singu. Bal. in c.j.de forma fidel.in vsib° feu.& in c.Rodulphus. de rescrip.& in c.j.& c.qm̄.de officio ordi.& in l.3.§. hæc verba.ff.de neg. gest.& in rub.C.qui accus. non

19 poss. † vbi appellatione ciuium veniūt forenses habentes incolatum in ciuitate, & sic mens concedentium fuit, vt repleretur ciuitas: facit tex.in l.j.ff.solu. matri.in ver.ad replendam liberis ciuitatē, & quod voluit ibi Bal. in l.si qs seruo. C.cōia de manu. & in rescriptis, & in priuilegijs debet attendi voluntas, & mens concedentis: & vt voluit Inno.in c.cū ecclesiasticæ.de excep.& voluit Bal. referens Inno.in l.præscriptione.C.si ꝯ ius vel vtil. publ.& in l.j.ff. de const. prin. habetur in c.cū dilecta.& c.cū adeo.de rescrip.

20 † & sic talis vr̄ esse mens concedentis, qualis de iure esse debet, vt dixit Bald.in l.j.C. de sacrosan.eccle.& facit, quod voluit idem Bal.in l.precibus.C.de impūbe.& alijs substit.vbi dicit, ꝙ testator p̄sumit̄ velle, & cogitare illud, quod ius vult, allegat.l.si duo.ff.de acq.hære. ¶ Modò priuilegiū ciuilitatis cōfertur, vt qs habitet in ciuitate, & repleat ciuitatem: vnde dixit text. valde elegans in l.semper. §.negotiatores.in ver.quandiu in eiuscemodi actu sunt.& in §.quibusdam.in versic.nec oībus qui promiscuè in his collegijs assumpti sunt, immunitas dat̄, s.artificibus duntaxat.ff.de iure immu. facit, quod ibi voluit Bart.& adduco.l.ne quidam.C.de testa.milita. in ver.his solis, qui in expeditionibus occupati sunt. & l.diuus Traianus.ff.de testam. mili. & in l.qui sub prætextu. versic.sub nudę appellationis velamine.C.de sacrosanc.eccle.& quod habetur in c.gloria epi. 12.q.2.in versic.Hierosolimis iussisse. ex quibus iuribus proba

21 tur euidenter † ꝙ priuilegiū exemptionis dat̄ ex eo: qa se exerceant in eo pp qđ concessum est illud priuilegium: vnde si conceditur immunitas certis collegiatis, ita vr̄ indulta, si se exerceant in illo collegio. Modò ista immunitas & exemptio iudulta istis ex priuilegio ciuitatis, ideo est indulta, si habitent in ciuitate Bononiensi, & repleant ciuitatem, & ad hunc finē superiores regentes induxerunt: vnde non debet præiudicari cōitati Bononiensi, vt eximantur a collectis & oneribus; & non habitent in ciuitate, & pp hoc vr̄, ꝙ si dicti Pet. & Bar. non habitent in ciuitate, ꝙ non debent eximi ab oneribus, & taxis, & collectis per iura superius allegata, & per consequens eorū bona descripta in dicta taxa debēt collectari: vt bona aliorum fumantium, imo efficitur illud priuilegium iniustum, ex quo nō habitant in ciuitate: & ideo vr̄ ipso iure reuocatum quò ad dicta onera, ut c.pe.de cle.non resi.& c.suggestū. de decimis. Et ita concludo, & multis modis apparet, ꝙ cōitas sancti Petri nō tenetur soluere taxam pro bonis dictorum affectorum ciuium ex priuilegio, vel soluant suam taxam, vel agant, & curent cōitatem castri ipsorum priuilegiatorum alleuiari. & etiam ad prædicta adduco, qđ habetur in priuilegio indulto ipsi Petro, in quo dr̄, supplicasti nobis, vt dignaremur aggregare te, & tuos descendentes numero & consortio ciuiū ordinariorum: & eodem modo dr̄ in priuilegio concesso illi Bartholomeo: per quæ verba vr̄ concedens voluisse, ꝙ habitet in ciuitate Bononiæ, a primordio enim tituli posterior formatur euentus.l.j.C.de impo.lucra.descri.lib.10.l.regula.§.licet.ver.initiū constit.demonstrat.ff.de iuris & facti igno. & per consequens finalis causa huius concessionis fuit inhabitare in ciuitate Bononiæ. ¶ Et si dicatur, ꝙ si stetisset per 10.annos Bononię habuisset priuilegium ciuilitatis, ergo concessio huius priuilegij operatur istud, vt non sit opus habitare: Ad hoc respondeo, ꝙ habitando vsq; ad decem annos nō est interim exēptus, vt dr̄ in statuto allegato superius: sed vigore priuilegij est in continenti exemptus, & sic priuilegiū operatur, & sic videtur, ꝙ istud priuilegium non operat̄ istam exemptionem a taxis & collectis, nisi habitauerit in ciuitate Bononiæ.& ita concludo.

EPITOME.

¶ Alienatio minus rite facta rei ecclesiæ a testatore in gratiā certę personæ relictæ, nō tenet in alterius ꝑsona. Itē relocatio & recōductio ecclesiasticæ rei cum pactis, pęnis, modo, & forma prioris locationis facta cēsetur, siue ex iure ciuili, siue ex statuto, quod legibus cōforme in ciuilibus ecclesiam comprehendit & suos.

SVMMARIVM.

Alienatio rei ecclesiasticæ regulariter prohibita et respectu causę & respectu solennitatis, nu.1.& 2.

Abbas

Abbas auctoritatem alienationi rei ecclesiasticæ interponit, si est exemptus, secus non. nu. 3.
Moniales subiectæ fratribus minoribus auctore ministro, vel prouinciali alienant. nu. 4.
Emens contra bonã fidem & contra ius constitutũ sine solẽnibus requisitis perdit pretiũ. n. 5. est enim contractũ occultè. nu. 7.
Statuta laicorum Papæ confirmatione papalia fiunt. nu. 20.
Statutũ honestũ nõ minuens libertatẽ ecclesiæ, si generale est, cõprehendit & ecclesiasticos. n. 21. maximè in his, quæ sunt ex legib. & iure ciuile. num. 23. posset aũt statuto in quærendis præiudicari ecclesiæ. nu. 25.
Locatio videtur renouari cum pactis & modis, quibus primum contracta fuerat. n. 27. semper enim eadem locatio videtur, quæ continuatur. 30. etiam si res sit publica. nu. 33.

CONSILIVM XIIII.

1 Mihi Videtur dicendũ, ꝙ alienatio facta per illas moniales fuerit nullius efficaciæ, atq; mometi, qđ sic ad oculũ demonstro: † rei ecclesiasticæ regulariter prohibita est alienatio, vt rub. de rebus ecclesiasti. nõ alienã. in antiquis, in sexto, & in clemen. 12. q. 2. c. non licet Papæ, cum si. ergo si alienatio hmõi rei eccclesiasticæ prohibita est regulariter, non potuerunt moniales dictam rem alienare. Datur tñ ad illam regulam limitatio, nisi ex iusta causa ad meliorandum ecclesiam fiat illa alienatio, & interueniat solennitas canonica: & sic requiritur ad esse limitationis, a regula prohibitiua, ꝙ interueniant ista duo copulatiuè, videlicet vt conditio ecclesiæ fiat melior, & ꝙ interueniat solennitas canonica: istud assumptum probat formaliter tex. in cap. tua. de his quæ fi. a præl. in ver. no. meliora prospiciat, interueniente totius cleri tractatu, atque consensu istud tenet ibi Host. idem tenuit Archi. in cap. 2. de reb. ec. non alie. lib. 6. idem tenuit gl. Bernardi in c. j. de in integ. resti. iste est tex. formalis in ca. hoc consultissimo. in versi. in forma. & casibus a iure permissis. de reb. ecc. non alie. lib. 6. vbi requiritur, ꝙ interueniat solẽnitas canonica: & in casu a iure permisso istud voluit Host. in summa de in integ. rest. §. in quibus. ver. in cõtractibus. idem probatur formaliter in cap. 1. de reb. eccl. non alie. Et vltra rationem, quam ibi ponit tex. facit rõ viua,
2 † iura enim pariformiter prohibent alienationem rei ecclesiasticæ, respectu solennitatis, nisi sit seruata forma, & in casu concesso. ita probatur in capitu. sine exceptione. 12. q. 2. & in d. cap. primo, de reb. ecclesi. non alie. libro 6. ergo prohibitio pariformiter producit effectũ in forma & in causa. facit lex, quanuis. C. de impu. & alijs substi. idem probatur in alienandis rebus minorum, vt leg. magis puto. §. si æs alienũ. ff. de reb. eo. Item si aliter diceremus, frustra requirerent iura duplicem interuentum solennitas & causæ, quod esse non debet. cap. si Papa. de priuil. libro sexto. l. si quando. C. de inoffic. testamen. ¶ Et si dicatur, quòd glos. in summa. 12. quæst. 2. & in dicto cap. sine exceptione. tenent contrarium ad illas glo. rñdeo primò, ꝙ earũ opinio confunditur per tex. superius allegatum, & per rationes, quas superius induxi. secundo communiter doct. tenent contrariũ, & damnant illas gloss. quia contrarium tenuit gloss. Bartol. Hostien. Archi. Ioannes Andr. in locis præal. Io. de san. Ioan. de Imol. & Dominicus de sancto Ge. in dicto cap. 2. de reb. eccle. non alienan. libro sexto. & idem voluit dominus Antonius in cap. primo, de in integ. restitu. idem voluit dominus Abb. consiculus meus in capitu. secundo, de donatio. & in cap. 1. de in integ. restit. idem voluit ibi Ioan. Calde. qui ad hoc allegat clemen. j. de in integ. resti. & cap. quæ in ecclesiarum, de constitu. & capit. fin. de rebus eccle. non alie. Et dixit dominus Abb. in dicto cap. 1. hanc esse communem opinionem. ¶ Modò reducendo ista ad propositum nostrum, nos sumus in regula prohibitiua, ꝙ istæ moniales non potuerunt alienare huiusmodi rem, nisi interueniat copulatiuè vtilitas ecclesiæ, & solennitas canonica: sed certum est, ꝙ non interuenit solennitas canonica; quia non interuenit auctoritas proprij prælati, seu episcopi, ut
3 probatur in cap. 1. de rebus eccle. non alie. † vbi Abbas habet potestatem interponendi auctoritatem in alienatione rei ecclesiæ sibi subiectæ, ꝙ procedit, quando est exemptus: quia tunc censetur habere iurisdictionem quasi episcopalem, vt est gl. singularis, in ver. proprij prælati, in clem. j. de reb. eccl. non alie. voluit Innocen. in cap. statuimus. de transac. & in c. ex ore. de priuileg. secus si non esset exemptus, quia tunc esset necessaria auctoritas episcopi. vt probatur in cap. abbatibus. 12. quæst. 2. & cap. in uenditionibus. 17. quæst. 4. capit. alienationes. 12. q. 2. & ideo refert dom. Card. in d. cap. statuimus, de transac. se in
14 de rescri.† vbi dicit,sufficere extra iudicium,ꝙ reuocatio procuratoris veniat ad notitiã procur. allegat gl.d.c.ex parte.quod dicit esse verum, si alteri nõ potest præiudicare,alioqn oportet,ꝙ eius reuocatio ꝑueniat ad notitiam illius. allegat insti.mandati.§.si ad hoc.Item oportet,ꝙ res sit integra , dr̃ autem in-
15 tegra† in negotijs,antequam negotium sit inchoatũ per aliquid,qđ sit de substãtia,& esse negotij. l.si pecuniam.ff.de condi.ob cau.voluit hoc Cy.in l.& qa. ff.de iurisd.om.iud.& per ista tollit illud , qđ voluit Mart.de Sillima.in sua qõne,quem refert Io. Andr.
16 in d.c.ex parte.vbi dixit† ꝙ si procur.erat constitutus ad ꝯhendũ cum certa persona, tunc debet illi tali ꝑsonæ notificari , aliàs reuocatio non prodesset.l.si fideiussor.§.1.ff.mand.qa iam in casu nr̃o iste Gerardus notificauit ciuitati, vt non mitteret procuratorem ad loca promissa per illum reuocatum : qa illũ iã reuocauerat, nec adhuc dicta cõitas habebat interesse : iõ imputet sibi; qa anteq̃ esset inchoatũ aliqd,qđ esset de substantia huius negotij,fuit ꝑ ipsum Gerardum intimatũ dictæ cõitati , ꝙ illum reuocauerat.& sic Bal.in d.c.ex parte.bellissimę decidit hãc dubitationem . Facit,quod voluit idem Bald.in d.l. mandatum.C.mand.vbi dicit,ꝙ aut reuocatio est alteri captiosa.& tunc non tenet reuocatio,si est facta alterius notificatione,ar.l.j.ad fi.ff.de actio.emp.aut non est captiosa,sed impedit duntaxat lucrum,non autem minuit patrimoniũ,& tũc tenet. ¶ Modò in proposito nostro ista reuocatio nõ fuit captiosa: qa cum iste Gerardus reuocasset illũ procuratorẽ ille ꝓcur.acceptauit illam reuocationem:& ista fuit cã, quare non notificauit illã reuocationem dictæ cõitati,sed cũ postea ille procur.reuocatus ꝯxisset cum dicta cõitate, incõtineti notificauit dictæ cõitati eo tẽpore,quo non prætendebat interesse,vt est dictũ: & sic sua reuocatio nõ fuit captiosa dictæ cõmunitati,ergo cõitas sibi imputet,quare misit procuratorẽ ad loca promissa , cũ sciret illam promissionem fuisse factam a falso procu.facit ẽt , quod volunt canonistæ.in d.cle.1.de renũ.quos refert Bal.in d.l.mã-
17 datum.dicens † ꝙ in ꝯtibus sufficit intimari soli ꝓcuratori,hoc decidit text.in d.cle.1.in ver.ad ipsius. & ibi not.glo.q̃ incipit planũ est.Bar.tamẽ in l.q ho minem.§.si Titium.ff.de solu.facit aliam distinctionem,aut est certa persona,cum quã debet ꝯhere,& tũc debet eidem notificari: aut est incerta persona, & tunc est notificãda in genere:ad hoc allegat l.pupillus.§.proscribere.ff.de exercito. ita formaliter refert Bal.in d.l.mandatum.ex quo seqtur,ꝙ cum nos sumus in terris tẽporaliter subiectis Ecclesiæ, ꝙ debet iudicari secũdùm ius canonicũ, & nõ secũdùm ius ciuile,vt probatur in c.si duobus. de app.in gl.in c.2.de arbit.li.6.tex.in c.cum Io.eremita. de fi.in str.
18 ideo dixit Bal.in l.1.C.q bo.ce.pos.† statutum di.biũ in terris tẽporaliter subiectis Ecclesiæ, recipit interpretationẽ & declarationẽ a iure canonico , & non a iure ciuili , & ita limitatur l.2.C.de noxa.& gl.in l. fi.§.in cõputatione. C.de iure delib.& ideo si dictus Gerar.non notificasset dictę cõitati,qualiter reuocauerat dictum procu.adhuc non teneretur ad interesse dictæ cõitati,ergo multofortius non tenetur.cũ eidem notificauerit,antequã prætenderet interesse de promissione illius procu.facit, quod voluit Gul.
19 de monte Laud.in d.cle.1.de renunt.vbi dicit, † ꝙ in ꝓcuratore ad negotia,vt est casus noster , sufficit, ꝙ reuocatio ꝑuenerit ad ꝓcuratorem : vt non valeant gesta in præiudicium dñi. l.si mandassem. ff.mand. valent tñ in præiudiciũ procuratoris. c.ꝑ tuas. de albi.facit,qđ volunt scribentes in c.mandato. de ꝓcu. & sic multifarie, multisq; modis demonstraui dictũ Gerardũ non teneri ex promissione facta ꝑ proc.reuocatũ,maxime tenendo doctrinã canonistarũ: maxime,qa antequã cõitas ꝓtẽderet interesse, fuit eidẽ notificata reuocatio procur.per illũ Gerardũ : maxime ẽt qa recepta notificatione tacuit dicta cõitas,& sic ꝑ actũ positiuũ ꝯiunctũ cũ taciturnitate vr̃ acceptasse dictã reuocationẽ . Modò ꝯiunctis oĩbus istis insimul,videlicet ꝙ sumus in terris tẽporaliter subiectis ecclesiæ , & ꝙ notificata fuit reuocatio cõitati , antequã pręte̋deret interesse , & ꝙ dicta cõitas recepit literas reuocationis , resultat plena probatio vt non teneat̃ dictus Gerard.ad interesse, nec ad pęnas conuentas cum falso procuratore.facit gl.quæ reputatur sing.in l.2.§.ætas.ff.de excu.tu.q̃ dicit , ꝙ plena ꝓbatio resultat ex pluribus ꝓ̃sumptionibus glos.in l. instra.C.de prob.gl.in c.illud.de ꝓ̃sump.& in c.cũ dilectus.de succ.ab intest.& in c.accedẽs.el 2.vt lit. nõ contest.

contest. Et ex istis decisa sunt tria dubia apposita in puncto. ¶Capio nunc aliud dubium, in quo quærit vtrum fideiussores ipsius Iac. sint liberati, q præstiti fuerunt dictæ cōitati, antequā procurator dictæ cōitatis contraheret cum dico Gerar. per dictum ꝯtractum gestū inter dictam cōitatem & dictum Gerar. ꝙ non sint liberati: ostēdo hac rōne, vbicunq; plures separatim eandem rē promittunt, valet ꝓmissio omniū, & vterq; est obligatus, & vtraq; stipulatio tenet. l. eū q ita. §. pe. coniuncta. l. q vsumfructū. ff. de verb. obl. per quæ iuta limitatur tex. elegans. l. q bis idē. ff. de verb. obl. vbi hr̄, ꝙ si super vna re plures intercesserint stipulationes, ex prima stiplone agitur, nec valet secūda, qa actus geminari non potest, vt ibi: qa istud intelligitur, qn̄ ab vna & eadē persona pluries emanauit promissio, secus si a diuersis ꝑsonis, vt in casu nostro: qa tunc vtraq; stipulatio valet, vt dictis iuribus. ergo seqtur ꝙ remanēt obligati dicti fideiussores. Præterea facit ad prędicta l. nouatione. C. de fideiuss. vbi dr̄, nouatione legitimè perfecta, debiti in alium trāslati, prioris ꝯtus fideiussores liberatos esse non ambigitur, si modo in sequenti se nō obligauerint, vbi vr̄ casus in terminis pro ista dubitatione. ibi enim dr̄, ꝙ fideiussores sunt liberati nouatione legitime perfecta, nisi de nouo se obligauerint: ergo vbicunq; non est facta nouatio perfecta, non sunt liberati fideiussores: sed clarum est, ꝙ interuentu nouæ personæ non fit nouatio, vt probatur in l. fi. C. de noua. in versi. vel aliam ꝑsonā. insti. qbus mod. tollit oblo. §. ꝑterea. gl. in l. 2. de nouationib. Bart. in l. fi. ff. de præto. stipulation. Modò in proposito nr̄o licet interuenerit noua persona illius Gerar. non tamen propter hoc fuit facta nouatio, ergo sequitur, quòd remanēt obligati dicti fideiussores. & sic videtur casus apponens gladium ad radicem huius consultationis in d. l. nouatione. & adduco, quod sapiēter voluit ibi Bal. q dicit Titius promisit mihi x. & dedit fideiussores, postea alius animo nouandi ꝓmisit mihi eadem x. sublata est prima oblo nouatione, quærit, vtrū fideiussores sint liberati, decidit ibi Bald. quòd sic, nisi de nouo intercesserint animo nouādi in obligatione nouante: & subdit ibi Bal. se habuisse hanc q. de facto Florentiæ. allegabat ꝙ fideiussores essent liberati. l. Valerianus. ff. de præt. stip. rn̄det, ꝙ nō solū fuit interuentio nouę ꝑsonę, sed fuit mutata forma. eodē modo respondet ad l. cum in plures. §. lege dicta. ff. locati. & subdit ibi Bal. se euasisse quosdā magistros in dicta ciuitate Florentiæ vnà cum d. Franc. de
20 Alberg. Ex istis apparet † ꝙ vbi est facta nouatio, fideiussores sunt liberati: ex quo seqtur a ꝯrio, ꝙ vbi non est facta nouatio, fideiussores non sunt liberati, sed interuentu nouæ personæ non fit nouatio, vt ꝓbatur in d. l. fi. ergo sequitur, quòd fideiussores non sunt liberati, & per ꝯn̄s remanent obligati non obstante secundo contractu facto inter dictū Gerar. & procuratorem cōitatis, qui contractus non inducit nouationē, nisi quatenus expresse appareat. & ideo dixit Sal. post Petr. in d. l. nouatione. ꝙ si inter partes sit actū, vt fideiussores teneantur, q non erant ꝑsentes, nec consenserunt, ꝙ tn̄ non tenentur: qa ex quo sublata est oblo illorū, nō est in potestate illorū amplius obligare fideiussores, arg. l. fi. ff. de pac. cum ergo in casu nostro non sit facta nouatio, seqtur, ꝙ nō sunt liberati dicti fideiussores. & ita concludo circa hunc articulū. ¶Nec ob. si qspiam dixerit, ꝙ imo interuētu nouæ personæ fit nouatio ope exceptionis, licet non ipso iure: vt voluit gl. in l. 2. ff. de noua. quæ voluit, ꝙ in omnibus casibus, in qbus olim ſm iura ff. inducebatur nouatio tacitè, hodie ēt inducit nouatio: sed in hoc est dr̄ia: qa olim fiebat nouatio ipso iure, sed hodie fit ope exceptionis. facit gl. in l. fin. C. de noua. & gl. in l. pen. ff. de prẹto. stipu. voluit Bal. & Ang. in d. l. 2. qa ad istud rn̄deo, ꝙ illæ gl. & Bar. & Ang. nō loquuntur in casu nostro, ex eo, qa nō loquunt eo casu, quo non nouatur oblo principalis, sed solū fideiussoria. vnde si promisi dare tibi centū, & dedi fideiussorem, certū est, ꝙ tunc nō liberatur primus fideiussor. iste est tex. formalis in l. si Titius. ff. de fideiusso. istud voluit gl. in l. 4. §. si ex conuentione. ff. de re iud. istud voluit Bart. Dyn. & Ray. de Forli. in l. pen. ff. de præto. stip. sequitur ibi Io. de Imo. ita ibi dixit Bart. in vlt. q. allegat in arg. d. l. si Titius. istud decidit formaliter casum nostrum, vt per promissionē illius Gerardi non sint liberati primi fideiussores dati per illum Iacobū: vnde persona istius Gerardi venit accessoriè & nō principaliter, ideo primi fideiussores non sunt liberati. & est admiratione dignum, ꝙ Bal. in d. l. nouatione. non allegauerit pro illa doctrina sua Bar. & alios in d. l. pen. & gl. in d. l. 4. §. si ex conuentione. & sic non obstat ꝯrium superius formatū. ¶Posset etiā aliter rn̄deri, vt dicamus, ꝙ doctrina gl. Bar. & Ang. destruat tex. d. l. fi. C. de noua. vbi dr̄, nisi specialiter remiserint, & hoc expresserint. vnde pon-
21 dero, †ꝙ ad hoc vt hodie fiat nouatio interuētu nouæ personę, opus est, ꝙ nouetur prima oblo specialiter, & hoc exprimatur. vnde pondero primò quòd iurislator ibi accumulat illa duo verba, videlicet specialiter remiserit, & hoc expresserit, quo casu iudicio meo, reqritur expressio indiuidualis, ex quo illa duo verba accumulantur, & ponuntur adinuicem. Et adduco simile multū elegans, quod posuit Bal. in
22 auth. sed cum testator. C. ad l. fal. vbi dixit †ꝙ si testator accumulat illa duo verba insimul, ꝙ heres soluat plena, & integra legata, ꝙ vr̄ expresse prohibere detractionē Falcidiæ. & idem Bal. in c. fi. de off. leg. di-
23 xit † ꝙ si Papa accumulat ista duo verba, tu, tu, ꝙ vr̄ eligere industriā personæ, adeo ꝙ non poterit actus exerceri per substitutum: & sic fortiorē operationē operatur illa geminatio verborum. & facit, quod hr̄ in c. eam te. de rescr. in versi. mandatum dedimus & præceptū. facit c. pe. de prob. in vers. volumus, & mādamus. facit, quod voluit sing. D. Anto. in repetitione. c. per venerabilem. q filij sint legi. & facit, quod sing. dixit Bald. in l. neq; natales. C. de prob. facit tex. in cle. 1. de præb. vbi dr̄, caueant idoneè & sufficienter. facit c. pe. de his quæ fiunt a maio. par. cap. vbi dr̄ cōiter & pariter. ita dicamus in casu nr̄o, vt illa duo verba ita accumulatè prolata inducant expressionē indiuidualem: vnde tunc fit nouatio, qn̄ specialiter & expresse ꝯhentes hoc dicunt. nec gl. illæ dicunt illud, ad quod doctores extorquent, ꝙ vbicunq; olim fiebat nouatio ipso iure, ꝙ hodie fiat ope exceptionis, sed volunt dicere illæ gl. ꝙ si verisimiliter sit tacitè actū, nouationem fieri, vt in exemplo, quod ponit gl. in l. fi. C. de don. & in l. 1. de præto. stipu. si promiseras mihi x. in Calēdis Sept. & postea promittis in Calen. Ian. satis est verisimile, ꝙ velim recedere a prima dilatione, ex quo datur maior dilatio: ideo si agam ex prima, obstabit mihi exceptio, & ideo si noua ꝑsona promittit, non fit nouatio, si hoc non agat. per d. l. fi. C. de donat. licet olim esset secus. Et ad hoc adduco, quod voluit Io. de Imo. in d. l. 2. ff. de noua. vbi dicit, illas gl. non dicere illud, ad quod eas allegat Bar. Ange. & sequaces. & idē voluit in d. l. pe. ff. de præto. stipu. vbi ponderat d. l. fi. inquantum dicit, videri penitus, quæ verba important, nihil nouari de prima, & ad hoc allegat gl. Io. Andr. in cle. 1. de ꝓb. & qđ voluit idē Io. And. in c. 1. de postu. ꝑla. in ver. penitus. & ꝓbat ēt ꝑ l. is q ducēta. §. vtrū. ff. đ reb. dub. & qđ no. gl. in l. a ꝓcuratore. C. mādā. vniuersalis enim negatiua falsificat, quādo aliquod affirmatiuū remaneret, vt ibi patet. & sic apertè vult d. l. fin. vt etiam ope exceptionis

ceptionis non fiat nouatio, nedum ipso iure; quia si ope exceptionis nouetur, licet non ipso iure nouet, falsum est dicere, ꝙ nihil sit penitus innouatum de priori obligatione, vt ibi patet recte intuenti. & idẽ voluit Sal. in d. l. fi. C. de noua. & voluit Bal. in l. rescri
24 ptũ. §. si pacto. ff. de pact. † nam illud dr̄ fieri specialiter, qđ fit verbis specificis, ita decidit glo. in cle. 1. de iudi. in ver. specialiter. facit l. fi. in vers. specialiter. C. indi. vid. tol. & l. si qs. in prin. testamenti. in versi. specialiter. ff. de leg. 3. l. si qñ. §. & generaliter. C. de inoff. test. & quod ibi Bal. & Sal. per illum tex. volũt in ver. specialiter. & quod voluit Gul. de Cu. in l. de his. ff. de transa. facit. l. fi. §. omnem. in ver. spãliter. C. de admi.
25 tu. vbi Bar. dixit† ꝙ spãliter iurare debet tutor agere vtilia pro pupillo, & prætermittere inutilia: & ꝙ si illa verba non apponantur in instrumento tutelæ, ꝙ nulla est actio tutelæ, ex quo lex arctat ad expressionẽ spãliter fiendam: facit cle. constitutionem. & qđ voluit ibi. D. m. Io. de Imo. facit, qđ voluit Ang. in authen. de hære. fal. §. si verò expressim. facit gl. in c. pastoralis. de excep. & facit, quod voluit Ang. in §. soluto. in auth. de nup. colla. 4. ergo seqtur, ꝙ multo fortius reqritur, ꝙ nouatio fiat verbis expressis & singularibus, qñ lex reqrit duo copulatiue, ꝙ exprimatur, & spãliter, vt reqrit. d. l. fi. & per ꝯñs non fit nouatio ipso iure, nec ope exceptionis. & ꝓcedũt ista in oblõne principali, vt nõ fiat nouatio, nisi fiat specialiter & expressim, ergo seqtur, ꝙ multofortius nõ fiet nouatio, vbi specialiter & expresse nõ dr̄, nouationem fieri in accessorio, vt est in fideiussoribus, vel in pignoribus, vt est casus noster. & sic seqtur, ꝙ in casu nostro non fuit facta nouatio, & sic non sunt liberati primi fideiussores, ergo remanent obligati sicut erant obligati, antequam dictus Gerardus se obligasset pro dicto Iacobo: & ita de iure concludo, ꝙ dicti fideiussores remaneant obligati, non obstante ꝙ dictus Gerardus se pro dicto Iacobo obligauerit. ¶Capio nunc aliam dubitationem, quæ est, vtrum ex quo prefatus Gerardus dubitans de guerra interpellauit ꝓuisores cõitatis Ragusię, quatenus venirent, vel mitterent ad locum destinatum ad recipiẽdum consignationem dicti Iacobi alternatiue promissam, & ipsi fuerunt negligẽtes, vel recusarũt mittere, sit excusatus dictus Gerardus, donec eidẽ aderit possibilitas ꝯsignandi ipsum Iacobũ, vel cõpellat̄ ipse Gerar. ad residuum dicti frumenti, cum alternatiue se obligauerit, vel cõsignare principalem, vel soluere residuum de suo. Et vr̄ mihi de iure dicẽdum, ꝙ dictus Gerardus non obstãte dicta ꝓtestatione facta per eũdẽ Gerardum teneatur de suo ꝓprio soluere residuum debitum. Et pro euidentiori decisione adduco verba oblõnis factæ per ipsum Gerardũ, cum ex facto ius oriatur, vt dixit text. in l. si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad l. Aquil. vbi dicitur hoc modo, & insuper pro eo quod clare restabat, idem Iacobus eidẽ cõitati de summa præscriptarum pecuniarum per eũ receptarum vt supra, ꝓmittit idem Gerardus se eidem procuratori, nomine quo supra, soluturum de suo proprio, seu consignatum in manibus dominæ Vanotæ de Tuscis, seu in manibus magnifici D. Roberti de Malatestis filij eiusdẽ dñæ, suprascriptũ Iacobum ad requisitionem suprascriptæ magnificæ cõitatis Ragusiæ vsq; ad integrã satisfactionẽ eius, qđ dare tenetur. Ista sunt formalia verba dictæ obligationis: ex quibus verbis apparet, ꝙ hmõi promissio fuit alternatiue concepta ad reqsitionem dictę communitatis, vt probat illud verbũ ad requisitionem: ad hoc adduco, qđ hr̄ in l. qui Romæ. in princ. de verb. obl. vbi dr̄, ꝙ si tempus adijcitur gratia creditoris, vel apponitur gratia vtriusque nõ potest solui ante tempus, sed in casu isto istud tẽpus solõnis, vel consignationis apponitur gratia dictæ cõmunitatis: ex eo, qa dr̄, ad reqsitionem dictæ cõitatis, seqtur, quòd non potuit dictus Gerardus requirere dictam communitatem, vt acciperet consignationem dicti Iacobi: quia dictus Gerardus debebat expectare requisitionem fiendam prius per dictam communitatem: quia gratia communitatis fuit apposita illa clausula: vnde non potuit præuenire dictam cõitatem dictus Gerardus: debuit enim expectare reqsitionem fieri a dicta communitate prius; quia contractus accipiunt legem ex cõuentione: vt l. 1. §. si cõuenerit. ff. depositi. l. sicut. C. de action. & obl. ¶Et si qspiam dixerit, ꝙ ad commodum vtriusq; fuit appositum illud tẽpus ita indeterminatũ, iudicio meo male diceret: qa imo fuit appositum ad cõmodũ dictæ communitatis duntaxat, nihilominus adhuc si ad commodum vtriusq; fuisset appositum; tamen debuit expectari reqsitio dictę communitatis: qa idẽ est, si tempus apponitur gratia vtriusq;, vel apponit gratia vnius duntaxat, puta creditoris, hoc decidit tex. d. l. q Romæ. Et plus dico, ꝙ si ponderentur recte illa verba, ad reqsitionem dictæ communitatis vsq; ad integram satisfactionem eius, qđ dare tenet, vñr sapere quandam negatiuam, ꝙ non consignabit dictum Iacobum in manibus dominæ Vanotæ, nisi dicta communitas reqsiuerit dictum Gerardum, quo casu Bar. quærit in d. l. q Romæ. in prin. qd si accepi centum sub vsuris, & conueni non soluere vsq; ad annum, an possim soluere ante tẽpus, & allegat gl. ibi dicẽtem ꝙ nõ, nisi soluat totum interusuriũ medij temporis. & idem ẽt dicit glo. ibi. si vellet offerre pecuniam cũ oĩ interesse loci, vel temporis, & etiã gl. ibidem quærit, qd si non fuit actum, ne liceat soluere ante annum, an liceat soluere ante tempus. & gl. ibi arguit pro, & contra, & finaliter decidit, quòd non licet debitori soluere ante tempus, & mouetur per. l. si ita relictum. §. Pegasus. ff. de leg. 2. & l. in fidei commissi. §. cum Pollidius. ff. de vsur. & cum illa gl. ibi transit Bart. & alij scribentes, ista pro certo decidunt hanc dubitationẽ: qa cum iste Gerardus voluerit illam consignationem fieri ad petitionem & reqsitionem dictæ communitatis, non potuit præuenire ipsam communitatem, non reqrentem, & sic ante tempus velle facere dictam consignationẽ, qa per prius debuit reqri a dicta communitate: & ad hoc adduco gl. valde elegantem in l. q pecuniam. ff. si cer. pet. sicut ergo non potuit facere ille Gerar. cõsignationem dicti Iacobi, antequam esset reqsitus a dicta communitate, ita nõ potuit illam protestationem facere dictæ communitati, antequam fuisset reqsitus, debuit enim expectare reqsitionem fiendã a dicta cõitate, ex quo ita fuit ꝯuentionali lege con
26 uentum. ¶Preterea facit ad predicta, † qa regula est, ꝙ non est in potestate rei, qñ velit agere actor. l. pure. §. fin. ff. de doli exceptio. l. petendæ. C. de temp. in tegr. restit. pe. l. si quando. C. de dila. nec debet esse in potestate rei, vt actor eũ conueniat. d. l. pure. §. fin. ex quo seqtur, quòd licet iste Gerardus dixisset se paratũ cõsignare illum Iacobum in manibus dictę cõitatis, non propter hoc debet liberari ab oblõne: qa ex hoc sequeretur, ꝙ in potestate ipsius rei esset, qñ conueniretur, ꝙ est contra prædicta iura: & propter
27 hoc voluerunt iura, ꝙ illa, † quæ sunt temporalia ad agendum, sint perpetua ad excipiendum, vt plene per Bart. in l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiur. & ratio est: qa non est in potestate rei, quando conueniatur, nec potest excipere, nisi prius cõueniatur, debuit ergo dictus Gerardus expectare reqsitionem fieri a dicta communitate. ¶Preterea adduco in mediũ illud, quod hr̄ in l. quamuis. & in l. fin. ff. de pign.
28 act. vbi dr̄, † ꝙ pactum appositũ in fauorem vnius nõ debet

debet redundare in eius lęsionem.l.quod fauore.C. de legib.l.plures apochis. C.de fide instr.c.quod ob gratiam.de reg.iur.lib.6.l.nulla.ff.de legi. cum ergo illa verba, per quæ ille Gerardus promisit satisfacere, vel ipsum Iacobum consignare ad reqsitionē dictæ cōmunitatis, fuerint apposita ad commodum, & fauorem dictæ cōmunitatis: ergo non debet redūdare in incommodum dictæ communitatis. vnde multum eleganter & ad propositum accommodatissime dicebat Gul.de Cu.in d.l.quāuis. quē ibi refert & seqtur Bar.decidi.q.hanc,
29 † pmisisti mihi soluere cētum in paschale, vel dare obsides, aut pignora, ego volo te cogere præcise ad soluendum; quæritur, vtrum possim, ille tex.facit ꝙ sic: qa si hoc, quod dr de dandis obsidibus, vel pignoribus est appositū in eius fauorem, ergo non debet redundare in eius lęsionē. Nec obstat, si qspiam dixerit, ꝙ nos sumus in
30 alternatiuis, quo casu regula est † ꝙ electio datur debēti soluere, vt hr in c.in alternatiuis. de reg.iur.lib. 6.& in l.plerūq;.ff.de iure dotium.qa illud est verū, quando alternatiua cadit inter duo, quorum vtrūq; est in oblone, & solutione. sed in casu isto vnum est in oblone, sed aliud ponitur ad cautelā creditoris. Præterea, inqt ibi Bart.si non posses cogi præcise ad soluendum, esset in electione debitoris an deberet, ideo ista alternatiua sic intelligi non debebit.l.3.in prin.ff.de eo quod certo loco.ita formaliter dicit ibi Bar.& facit, quod voluit Bald.post alios in l.fin.C.de peti.hæred.in 4.versi.dicit ergo, ꝙ in ista alternatiua est electio aduersarij: qa in alternatiua exigendi electio est agentis, licet in alternatiua soluendi sit electio debitoris: vt not.in l.Lucio. ff.de lega.2.& in l.si ita distrahatur, per Iac.de Are.ff.de cōtrahen.empt. & in l.hac edictali.§.mobilium. C.de secun.nup.nā in alternatiua semper electio est eius, in cuius fauorem alternatiua apponitur. ¶Cum ergo dictus Gerardus alternatiue promiserit procuratori dictæ cōmunitatis se satisfacturum de suo proprio residuū debiti, seu consignare præfatum Iacobum debitorē principalem in manibus domini Roberti, seu eius matris: non potuit ipse eligere in hac alternatiua, & dicere, volo consignare principalem debitorem in manibus vestris, imo communitas, seu eius procurator debet eligere in hac alternatiua, & dicere, volo ꝙ soluas totum debitum de tuo proprio, & nolo consignationem principalis debitoris: qa illa alteenatiua fuit posita in mei fauorē, ideo electio est agentis: vt fuit intentio Gul.de Cu.& Bar.in d.l.quanuis.;& voluit Gul.& Bal.in d.l.fi.C.de peti.hęred.licet ergo sit impossibile illi Gerardo præsentare dictum debitorem principalem, & consignare, seqtur, ꝙ nihilominus ipse Gerardus remanet obligatus soluere de suo totum & integrū debitum: & sic illa difficultas non excusat eum: qa in tali alternatiua dictus Gerardus non habuit, nec adhuc habet electionem, sed illam electionem habent prouisores dictæ communitatis: qa ad fauorem eiusdem cōmunitatis fuit apposita, ideo ad suum fauorē debet retorqueri, & non ad suum incommodum & præiudicium,: vt l.quod fauore. C.de legi. c.quod ob gratiam. de reg.iur.lib.6. Et ita mihi vr concludendum esse de iure circa istū articulū. ¶Capio modò vltimam dubitationem, in qua quæritur, cuius loci statuta attēdi debeāt, an statuta Ragusina, in quo inita fuerūt capitula per pcuratorem, an statuta loci ipsius rei, an verò statuta lo
31 ci destinatæ solonis. Et vr † ꝙ debeant attendi statuta eius loci, in quo fuit celebratus contractus, tex.est quem ad hoc oēs docentes allegant, in l.si fundus.ff. de euic.in ver.& ꝯsuetudine eius regionis, in qua negotium gestum est. & idem voluit ibi gl.& Bar.pbat in l.sp.ff.de reg.iur.vbi tex.dicit, ꝙ vbi in ꝯtu, seu stipulatione non apparet, qd actum sit, debet attendi consuetudo illius regionis, in qua fuit celebratus ꝯctus. idem probatur in l.exigere dotem.ff.de iudi.inquantum ibi ponitur exceptio, ut non habeat locū
32 in causa matrimoniali, † & certum est, ꝙ exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, & fit exceptio a regula: vt l.nam quod liqdæ.ff.de pen.lega.l.in his. ff.de legi.l.1.ff.de reg.iur.c.in nostra.in vers.exceptis armis & equis.de sepul.cum si.ergo regula est, ꝙ attenditur locus contractus.istud voluit Bar. in d.l.exigere dotem.& in l.cunctos populos. C.de sum.trin. idem voluit Bal.in d.l.exigere dotem. & in l.fi.C.si a non compe.iudic.& in rubr.C.de priuil.do.& in c.1. §.fi.de inuest.de reb.alie.fact.& in l.cum quedā puella.ff.de iurisd.om.iud.& in l.voluntas. C.de fideicō. hr in c.1.de spōsa.vbi idem voluit plenissime. D.Anto.idem voluit in responsione.c.fi.de foro comp.idē voluit ibi D.Abb.idem voluit Ang.in d.l.exigere dotem.idem voluit D.Pet.de Ancha.ibi in reportatis. & idem in rub.de consuet.idem voluit Bald.in l.vniuersa.C.de precib.imper.offeren.& in l.1.C.de summa trin.& in l.si vxore.C.de condic.inser. & in rubr. de cōsuet.& in auth.omnes peregrini.C.cōia de succeff.& in c.fi.de consuet.& in c.iurauit.de prob.& in c.constitutis.de testi.ergo seqtur, ꝙ debent attēdi statuta Ragusina, vbi fuit celebratus ꝯctus. & facit, qd
33 voluit Ange.in d.l.si fundus. de euic. † vbi dixit, aut agitur de consuetudine ꝯhendi, & tunc attenditur locus ꝯctus, aut agitur de consuetudine soluendi, & tunc aut oblo ꝯhitur re, & tunc tantundem in obligatione inspecta re non habita cōsideratione ad locum, vt l.cum quid. ff.si cer.pet.aut alio modo ꝯhit oblo, & tūc inspicitur locus destinatæ solonis, quòd procedit etiam in iure superueniente, vt ex mora, vel negligentia.vt l.vinum.ff.si certum peta. & ideo dicit, si contrahens Florentiæ promisit soluere Perusij.& ibi viget statutum, quòd præscribatur spatio x. annorum, quātum ad præscriptionem inspicitur locus, in quo est destinata solutio, & si sint plura loca adiecta soloni, inspicitur locus, quem elegerit actor ad petendum, quantum ad præscriptionem. ita resi det in d.l.si fundus. ¶Modò si qspiam dicat, iste Gerardus promisit dictæ cōmunitati, vel eius procuratori, ꝙ solueret frumentum, qd erat in Marchia. Itē ꝙ præsentaret in manibus dominæ Vanotę, seu domini Roberti Iacobum debitorem principalem ad reqsitionem dictæ communitatis, & sic apparet, ꝙ contulit solonem in illum locū, ergo ibi vr ꝯxisse, & sic ibi deberet conueniri, iuxta no.in l.ꝯtraxisse.ff.de actio.& obl.& l.quero.ff.de solut. & quod ibi voluit Bar.& sic seruanda sunt statuta illius loci, in quo destinata fuit solo, per d.l.ꝯtraxisse. & per id, quod voluit Ang.in d.l.si fundus.uersi.ideo licet alibi ꝯxerit, & illius loci deberent seruari statuta, ut in iuribus allegatis superius, tamen ex quo alibi est destinata solutio, ur attendi debere locus destinatæ solonis, & per consequens debent attendi statuta Marchię, ubi frumentum solui debuit, uel statuta terræ dominæ Vanotæ, & domini Roberti: quia ibi censetur esse res, ad quem locum est destinata: ut l.ex facto.ff.de hęre.insti.clemen.ne Romani.de elec.ad ista respondeo, quòd licet dicatur contraxisse ibi, ubi destinauit solutionem, tamen uerba debent intelligi & regulari secundùm statuta loci, in quo est celebratus contractus uerè, ita dixit Bart.in d.l.contraxisse. ff.de actio. & obl.ubi dicit ita debere intelligi illam.l.& ita istum passum examinasse in cōmento. l.cunctos populos.C.de summa trin.ex quo sequitur, quòd licet dictus Gerardus destinauerit solutionem in dictis locis, tñ debet attēdi locus, ubi celebratus fuit ꝯctus. & adduco, qd uoluit Bald.in l.1.C.ubi ꝯue.q

cer.

cer.loco dare pro.vbi dicit,quæro, duo scholares ꝯ-hunt Perusij, & destinant soлonem Bonon.& multa verba ibi Bald.circa hoc spargit: tñ decidit,ꝙ debet attendi locus,in quo celebratus fuit ꝯctus. & idẽ voluit in l.multũ. C.si qs alteri vel sibi. & idẽ voluit in auth.habita. C.ne filius pro pa.ver.sed q̃ro de scholari, qui alibi ꝯxit.vbi decidit,ꝙ debet attendi locus, in quo scholaris promisit,& sic locus in quo ꝯxit;qa clarum est, ꝙ propriè quis non dr̃ contrahere in loco, ad quem destinauit solutionẽ, hoc probatur secundùm Ange.in d.l.ꝯxisse.per l.2.§.sed si omnes.ff. de iudic.vbi probatur,ꝙ legati, q vocantur causa testificandi ad aliquem locum,ad quem antea promiserunt soluere,non tenẽtur ibi suscipere iudicium: tamen si tempore legationis ibi promiserũt,tenent subire iudicium: & sic probatur ibi euidenter,ꝙ locus,in quo est destinata solutio, non est propriè locus ꝯctus;& per consequens propriè non vr̃ ibi contrahere,nec ibi contraxisse: & per cõsequens nõ debent attendi statuta loci destinatæ solutionis,sed statuta loci veri contractus:& etiam vr̃,ꝙ qs possit conueniri non solùm in loco destinatę soлonis,sed in loco cõtractus,si ibi domicilium habeat: vt est text. expressus secundùm Bal.in l. hæres absens.§.fi.ff.de iudi.& ibi etiam gloss.& habetur in c. Romana.§.non ergo.de foro compe.lib.6.& not.in l.1.ff.de eo quod certo loco.facit glo.in d.c.Romana.§.contrahentes. & quod voluit Cyn.Barto.& Bal.in l.1.C.vbi de poss. agi opor.& sic vr̃, ꝙ dicta cõmunitas Ragusina, seu eius syndicus, aut procurator posset conuenire illũ Gerardum in loco, vbi fuit celebratus cõtractus ꝓmissionis, vel in loco vbi fuit destinata solutio, sed debent attendi statuta loci, in quo celebratum fuit instrumẽtum promissionis.Et adduco, quod voluit
34 do.Pet.de Anch.in rub.de consuet.†vbi refert Bald. distinguere hoc modo, aut loqmur de statutis inspicientibus ipsius contractus solẽnitatem,seu ordinationem,& tunc inspicitur locus celebrati cõtractus, allegat.d.l.si fundus. de euic.& l.2.C.quemad.testa. aper.aut loqmur quoad ea,quæ respiciunt executionem iuris orientis ex ipso contractu tempore contractus,secundùm naturam ipsius contractus,& inspicimus locum,vbi contractus est celebratus, non autem inspicimus locum destinatæ soлonis:qa licet fundus solui debeat, vbi est,tamen inspicitur locus celebrati contractus.vt d.l.si fundus.ita sentit Dy.in d.l.contraxisse. aut quoad ea, quæ oriuntur ex post facto,propter negligentiam,siue moram,& tunc attenditur locus destinatę soлonis,vt plene ibi do.Pet. distinguit.& idem voluit do.Pet.de Anch.in sua eleganti repetitione. c.canonum statuta. de cõst.in 12. q.principali.& idem voluit Bar. in d.l.cunctos popu
35 los.idem ibi sequitur Bal.†& sic locus vbi contrahit, & negotium inter partes conficitur, attenditur,sed attenta fictione videtur contrahi in loco destinatæ soлonis.ita sentit gl.in l.eum qui.§.1.ff.de consti.pecu.facit,quod voluit dominus Petrus in c.dilecti. de foro competen. vbi dicit, quòd debemus inspicere locum solutionis quoad forum,quò autem ad solẽnitatem cõtractus,& quoad hoc,vt sciamus,de qua moneta solui debeat, inspicimus locum cõtractus: & per consequens debent attendi statuta loci,vbi verè celebratum fuit instrumentum promissionis.

EPITOME.

¶Institor reliquatus ex administratione, nec redditis rationibus, cum se reliqua exoluisse probaturũ diceret, si generalem absolutionem a domino extorserit, liberatio, remissio, absolutio,transactio, quantumuis generalis non continet ignorata ab ipso remittente, minusq; dolum & fraudẽ institoris. Ita vt coniunctio sanguinis, affinitatisue donationis præsumptionem non inducat, si incognitorum sit magna quantitas.

SVMMARIVM.

Absolutio non extenditur ad ignorata, vel dubitata.nu.4.
Renuntiatio generalis non firmatur iuramento, vbi præsumitur deficere consensus.nu.8.sufficiet tamen,quòd sit in genere.numero 9.
Liberalitas captiosa non probatur iurisprudenti.nu.10.
Generalis dispositio non continet ardua,nisi specialiter exprimatur.nu.11.
Præsumptio iuris & de iure oritur ex cautela, quæ non est solita apponi.nu.15.
Condictio indebiti pacto non tollitur.nu.20.
Pactum,quo quis locupletetur cum alterius iactura, nullũ est.nu.21.& contra æquitatem naturalem & bonos mores.num.22.& contra ius gentium, & ita inefficax.nu.23.maximè si fiat de summa enormi.nu.27.
Renuntiare iuri pro se inducto,de sciente intelligẽdũ est.nu.24.
Affinitatis ratione in modicis præsumitur donatio.nu.28.
Remissio debiti gratuita dicitur donatio & requirit insinuationem,si debitum est liquidum.nu.31.& animo donandi remititur.nu.32.
Excedens quantitatem taxatam iure communi.nu.34.
Donatio non insinuata non firmatur iuramen.nu.35.
Remissio generalis liberat a dolo & culpa, sed non facit, quin iniustè detentum restituendum sit.nu.37.
Transactio generalis nocet in omnibus, quæ sub ea claudi possunt etiam ignoratis,quomodo intelligantur.nu.38.
Remissio non videtur facta eorum,quę celauit reus, quæ non venere in notitiam remittentis.nu.39.
Transactio generalis vt in omnibus et per omnia valeat, quomodo dictanda cautæ.nu.40.
Absolutio generalis administratori facta non censetur facta de dolo commisso in ipsa absolutione.nu.41.
Pactum generale etsi extendatur ad omnia, restringitur tamen, ne dolus patrocinetur.nu.42.
Dolus agentis dans causam trãsactioni reddit eam ipso iure nullam.nu.43.
Transactio generalis restringitur,quando dolosè extorta fuit.numero 46.

CONSILIVM. XVI.

Qværstioni responsurus mihi videtur aperto iure dicendum, ꝙ cum d.institor seu garzonus,vt in puncto dicitur, ratione administrationis non reddiderit, nec reliqua consignauerit, & restituerit, & quod fortius est, dixerit tempore dictæ absolutionis, ꝙ demonstrabit dicto absoluẽti, ꝙ reliqua eidẽ absoluenti restituit, ꝙ talis absolutio nõ extenditur ad reliqua,quæ non reddidit, nec restituit,quod ad oculum demonstro. Et præmitto primò pro clariori decisione dicendorum illud,quod Bart.nostro ve
1 nit in ore.in l.1.ff.de iure codi.in 6.q.vbi dicit† ꝙ hodie apponitur clausula codicillaris de cõsuetudine notariorum,nec testatores deliberant, qd importet illa clausula,& sic nihil operatur, cum non apponatur ex deliberatione testantis.& adduco, qđ sapiẽter voluit Bald.in l.quoties.de fideicom.vbi dicit, testator legauit suo fratri mille, sed ecclesiæ relinquit.5. libras iure institutionis, hæres vniuersalis repudiauit hæreditatẽ,quæritur,cui accrescat,decidit, ꝙ fratri,ex præsumpta mente testatoris,quæ colligitur ex quantitate relicta suo fratri, & non accrescit ecclesiæ. ¶Et si opponat, ꝙ testator instituit ecclesiã, ipse rñdet,ꝙ illud emanauit ex ceruice notarij,q scripsit iure instõnis,& non ex volũtate testatoris: qa potius reliquisset

reliquisset iure instõnis suo fratri, cum eidem legauerit mille, quàm ecclesię, cui reliquit. 5. libras: & sic non attẽditur illud, quod scripsit notarius ex sua ceruice. Et adduco illud, quod voluit D. Ant. in responsione. c. Quintauallis. de iureiur. quem ibi seqtur D. Abb. vbi voluit, ꝙ si in instrõ dr̃, ꝙ arbitrator possit lędere enormissimè in maxima quantitate, nec possit peti reductio ad arbitrium boni viri; qa talia verba non operãtur, ꝙ arbitrator possit lædere in tam maxima quãtitate, sed potius sunt verba notarij apposita ex quodam stylo suo, & vñr apposita sub quadam confidentia, non autem ꝙ possit arbitrator lædere in tam maxima quãtitate. Et adduco, quod voluit idem D. Anto. in commento. c. cum contingat. de iureiu. quem ibi refert & seqtur D. Abb. vbi dixit, ꝙ si in instrõ dr̃, ꝙ minor iurauit non venire contra remissionem rõne enormis & enomissimę lęsionis, ꝙ propter hoc non videtur exclusus a remedio veniendi contra propter enormissimam lęsionem: quia potius illa videntur esse verba notarij, quàm partis. Et adduco, quod pulchrè voluit Bal. in l. sed & siquis. §. si. ff. si quis cau. ꝙ quando notarius apponit illa verba, ex certa scientia, non per errorem, ꝙ per
2 †illa verba non probatur certa scientia: sed tantùm præsumptio; qa videtur continere illud, qđ in scriptura continetur, scilicet, ꝙ hoc faciat ex certa scientia: vnde si postea probetur, rem aliter se habere, vr̃ ꝙ per hoc probetur confessio erronea: vt l. de ætate. §. fi. ff. de interro. actio. & ita intelligat, quod voluit Baldus in l. mater. C. de rei vendi. & in respõsione. l. 2. C. de rescind. vend. Ex istis sequitur conclusio, ꝙ illa verba apposita in dicto instrumẽto absolutionis, ꝙ dicta absolutio se extendat, & extẽdere debeat ad alia omnia, & singula, inexcogitata, & cogitata, cognita & incognita, quòd huiusmodi verba sunt verba notarij potius apposita ex stylo & ceruice ipsius notarij, & non ex deliberatione, & deliberata mẽte ipsius absoluentis: non enim videtur fuisse dictum a præfato absoluente, ꝙ dicta absolutio comprehenderet incogitata, sed notarius ex capite & stylo suo ita apposuit, vt voluit Bar. Bal. D. Anto. & do. Abb. in præfatis locis, & hoc apparet fortius: qa in themate proposito dr̃, ꝙ ille absolutus tẽpore, quo fiebat absolutio, dixit, ꝙ demonstrabit ꝙ reliqua, quæ penes eum erant, soluerat eidem absoluenti. vnde non est verisimile, ꝙ absoluisset eũdem de incognitis, & incogitatis, si pars volebat eum certificare, ꝙ soluerat, & restituerat reliqua, post redditam administrationem. Vnde non fuit sua intentio, ꝙ absolueret eundem de incogitatis & incognitis, arg. auth. mulo magis. C. de sacrosanctis ecclesijs. & c. cum in cunctis. de elect. cum si. sermones enim nostri testibus Aueroi & Aristotele adaptantur rebus verisimilibus, verificantur sm̃ communem opi. hominum habentium intellectum: vt l. si ita qs. in versi. ꝙ nemo sanus diceret. ff. de euict. & l. milites. §. oportet. C. de quæstio. c. fi. in versi. sanè. de consue. ita dicit Bald. in rubr. C. de probat. & in l. fi. C. de edi. diui Adr. tol. & in suo eleganti tractatu scismatis, quem posuit in rubr. C. si qs aliquem testa. prohibue. idem voluit in l. 1. C. de seruis fug. vbi dixit, ꝙ illud, quod non est verisimile, est quędam falsitatis imago. & refert in contingentia facti fuisse cassatam quandam inqsitionem, in qua dicebatur, ꝙ famulus mandauerat domino committere maleficium; qa non fuit verisimile. & ideo dixit
3 Bal. in c. afferte mihi gladium. de præsum. † ꝙ experimentum violentarum præsumptionum est, vt concordet rebus sensatis. & per ꝯñs non vr̃ verisimile, ꝙ habuerit eundem de eo, qđ non cogitauit, nec cognouit, & non comprehendit hmõi absolutio incognita, & incogitata: imo plus dixit tex. sm̃ Bart. sing.
4 in l. manifestissimi. §. sin autem nescius. C. de fur. † ꝙ sicut absolutio non extenditur ad ignorata, eodem modo non extenditur ad dubitata: pro quo dicto est tex. in l. fi. C. de condi. indeb. Et ex istis tollitur illud, quod posset opponi: qa Ang. in l. tres fratres. ff. de pactis. dixit, ꝙ tunc absolutio non comprehendit incognita, quando ignorantia est in genere & in specie, sed quando est in specie, & non in genere, tunc sufficit illa scientia generalis. sic dicit intelligi. l. sub prætextu. C. de transac. Et dicit esse optimũ, arg. l. q iure militari. ff. de testam. mili. & in dubio præsumitur scientia saltem in genere, & ibi Ang. docet esse cautum ꝯhentem, vt cõprehẽdat cognita & incognita, & idem Ang. in l. si vt certi. & in l. si cum in vtero. C. de testa. milit. inquantum gl. ibi allegat. d. l. q iure militari. dixit enim, ꝙ per illam. l. solẽnes aduocati de-
5 ducunt in practica, qñ volunt † ꝙ refutatio sit ita generalis, quòd porrigatur etiam ad iura, quæ refutãs ignorat sibi competere: quia faciunt exprimi, quod refutat, & quitat oẽ ius, quod habet, & habere posset, aut sperat, etiam si esset tale, quod ignoraret sibi competere, & sufficit. ita formaliter dicit ibi Ang. & idem vr̃ velle Ange. in auth. ex causa. C. de libe. præter. inquantum allegat pro singulari. d. l. qui iure militari. & idem voluit in l. filio præterito. ff. de iniusto testa. & idem voluit in d. l. q iure militari. & etiã idẽ voluit in d. l. q Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obl. & consi. 106. & facit, quod ẽt voluit in l. manifestissimi. §. sin autem nescius & dubitans. C. de furtis. vbi in effectu dat illam cautelam, vt absolutio comprehendat incognita & non cogitata. & istud erit iudicio meo difficilius, & fortius, quod poterit adduci in fauorem eius, q fuit absolutus, quod iudicio meo tolletur facile, vt ex inferius dicendis apparebit. Sed ꝓ nunc circa istud pręsuppositum dico, ꝙ hmõi verba fuerunt apposita ab ipso notario ex capite & ceruice sua, & non ꝙ ille absoluens sibi dixerit, nec quòd ille absoluens sciret, qđ illa verba importarent, ergo non præiudicauit dicto absoluenti. & ideo Ange. di-
6 xit in dictis locis † ꝙ solennes aduocati ad cautelam ponunt illa verba, ex quo datur intelligi, ꝙ non prodest; qa non ex voluntate absoluentis ponuntur, ergo non debet præiudicare absoluenti. ideo dixit glo. in l. ab Anastasio. ꝙ aduocati oĩa mala nouerunt. & gl. in c. 1. aliàs 2. de confess. lib. 6. dicit, ꝙ aduocatus dicit clientulo, si cõfiteberis, perdes causam, sed nõ dicit perdes animam, & de eorum calumnia hr̃, in l. rem non nouam. C. de iudi. & per d. Abb. in c. 1. de iura. calum. & sic illa cautela Ange. non vr̃ & per consequens non obstat. Item respondeo & aliter, & adduco eundem Ang. in d. l. tres fratres. vbi ad propositum loqtur multum sapiẽter, dicit enim, sis cautus tu, q vis transactionem esse plenissimam, & porrigi ad omnia cognita, & incognita, etiam si dolo alicuius essent incognita, tam in genere, quàm in specie, semper facias apponi ista verba, visis, inspectis, & cognitis verbis testamenti, & talis vltimę voluntatis, tam per se, quàm per alios iurisperitos, & omnẽ euitabis telorum amaritudinem. Ista sunt verba sua formalia, ex quo seqtur, ꝙ si absolutio fit de ratione administrationis, & vult reddens rationem, ꝙ absolutio comprehendat cognita & incognita, cogitata, & incogitata, exprimat in instrumento, ꝙ visis, inspectis, & cognitis libris administrationis, & institoriæ administratæ, tam per seipsos, quàm per alios calculatores, & peritos in hmõi re, absoluit & liberauit administrantem, & ꝙ talis absolutio cõprehendat cognita & incognita, cogitata & incogitata: & isto modo veniũt incognita & incogitata. Sed istud non fuit factum in hac absolutione, ergo sequitur, ꝙ nõ veniunt incognita & incogitata. Item respondeo & tertiò,

tertiò, quòd licet ita sit scriptum in dicto instrumento: tamen cum contrahentes essent in actu celebrandæ absolutionis, fuit dictum, quòd iste institor, seu garzonus non soluerat dicto absoluenti ea, quæ soluere debebat, imo penes se habebat, nec rationem reddebat, nec reliqua soluebat, qui absolutus respõdit, ego ostendam vobis per libros meos, quòd reliqua solui vobis, & reuera per libros suos apparet cõtrarium, nec etiam dum viueret, demõstrauit, quòd reliqua soluerat: ergo illa verbã ad cognita & incognita & incogitata, nullũ effectũ operant: qa debuit ostẽdere, ꝙ reliqua soluerat, quòd non fecit: & sic non obstant huiusmodi verba. ¶ Et si quispiam dixerit, amice, in ista absolutione apponitur iuramentum

7 tum † clarum est, iuramentum habere vigorem clausulæ specificatæ, vt bellissimè no. in l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. 2. & probatur singulariter in c. ex rescripto. de iureiuran. ergo sequitur, quòd habet vim clausulæ specificatæ, & habetur perinde, ac si fuisset dictum, de tali summa, & de tali summa, vt in simili habetur in l. cum auus. ff. de conditio. & demon. in versi. plus dictum, quàm scriptum. Reuera

8 istis non obstat ex eo, † quia renuntiatio generalis non roboratur iuramento, quãdo est defectus præsumptiuus consensus, ita dixit Cy. in l. j. C. commo. allegatur gl. ordi. in auth. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. secus si adest consensus: sed renuntiatio debuit fieri specialiter, & tñ facta fuit gñaliter; qa si interuenit iuramentum tunc valet, qa hẽt virtutem clæ specificatæ, ita dixit Bal. in d. l. 1. C. cõmodati. & idem voluit Bald. in c. 1. de controu. feud. apud par. termi. idẽ voluit Ioan. And. & alij in c. j. de commod. ergo in casu nostro ista absolutio non tenet respectu consensus; qa non affuit consensus absoluentis; qa noluit absoluere de eo, qđ ille absoluẽ

9 dus nõ restituit, & sic Bal. voluit in d. l. 1. † ꝙ qñ adest consensus in genere licet nõ adsit in specie, iuramẽtum tunc operatur clausulam specificatam, & ideo dicit Bal. in d. c. j. de cõtr. feud. apud par. termi. ꝙ renuntiatio gñalis non inducit consensum, ad hoc allegat. l. cum aquiliana. ff. de transac. ¶ Secundò præmitto pro fundamẽto huius cõsultationis illud, qđ

10 præclarè scribit † ꝙ liberalitatẽ captiosam interpretatio prudentum fregit, ita hr̃ in l. cum Agliana. ff. de transac. quem text. dicit esse mirabilem Bart. in l. Agliana. eo. ti. & appellat captiosa liberalitas generalis liberatio & absolutio, & ideo nõ potest cogi qs ad faciendam liberationẽ generalem; qa est captiosa: & talis coactio continet manifestam iniqtatem, vt probatur in d. l. cum Agliana. coniuncta. l. vnde si Neruæ. ff. pro socio. qa fieret remissio de incognito, & de facili posset pars decipi: vt d. l. vnde si Neruę. & adduco tex. in l. 3. §. per contrarium. ff. de contra. tute. iudi. & quod voluit Barto. in d. l. cum Agliana. & D. Card. in c. super eo. de transact. & voluit Lud. Ro. in suis consilijs, consi. 150. incip. præmissum laudum in duobus fuit nullum. & idem consuluit dominus & consiculus meus Abb. in suis consilijs, consi. 258. quod incipit, videtur primò, quòd communitas. Cũ ergo ista absolutio & liberatio sit generalis: qa facta ab oĩ gestione, gubernatione, & administratione p ipsum Nicolaum facta, & gesta de omnibus, & singulis & quibuscunq; pecunijs, introitibus &c. ecce nunc qualiter huiusmodi absolutio est generalis, & interpretatio prudẽtium reputat illam captiosam: vt d. l. Aquiliana. & licet postea restringant, partes dictam absolutionem, quantum est ex, de, & pro pecunijs, redditibus, & introitibus spectantibus ad ipsum dñm Carolum, & comprehendendo ea, q̃ spectant ad camerã Bononiæ: ex qbus verbis apparet, ꝙ est generalis: qa refert se tam ad depositariã gñalem cameræ Bononiæ, quàm ex alia quacunq; causa, vel ratione. & sic quoad ea, quæ spectant ad ipsum Carolum, fuit generalis dicta absolutio, & per ꝯñs præsumitur captiosa & deceptoria: maxime considerata versutia, & calliditate ipsius absoluti, & simplicitate ipsius do. Caroli absoluentis, quo casu iura diuerso modo statuunt & disponunt considerata qualitate personarum: vt probatur in l. si a bonęfidei. & quod ibi voluit Ange. ff. de rei vend. & c. 2. de operis noui nunt. & c. in nostra. de procu. & quod voluit Host. in c. finem litibus. de dolo & contu. & D. Anto. in c. postremò. de app. & glo. in c. expedit. 12. q. 1. & quod hr̃ in c. 1. de cle. per sal. promo. & quod hr̃ in c. Lugdunensis. 9. q. 3. & per gl. in l. Titio fundus. ff. de cond. & demon. & per Bal. in c. cum contingat. de rescri. multo ergo fortius præsumetur captiosa ista absolutio & liberatio, cum sit generalis & facta sit a ꝑsona simplici, & sit facta homini versuto & callido. ¶ Tertiò præmitto pro potissimo fundamento huius cõsulta-

11 tionis, † ꝙ in gñali dispositione non cõprehendunt ardua, nisi specialiter exprimantur. vnde dixit Host. in c. literas. de restit. spo. ꝙ licet consuetudo det iurisdõnem: tñ non dat in arduis, qa ardua debent exprimi spãliter, vt pulchre dixit Io. And. in addi. Spec. in ti. de syndico. §. 1. versi. pone ꝙ nomina. vbi etiam dicit, ꝙ in facto arduo debent exprimi nomina singulorum. facit c. ad hęc. de offi. Arch. ubi licet Archidiaconus possit solus explicare omnia respectu sui archidiaconatus, non tñ ardua potest explicare; qa illa debet referre Episcopo: & habetur Exodi. ca. 18. vbi ardua referebantur summo sacerdoti. & hr̃ in c. per venerabilem. §. rationibus. qui fi. sint legi. voluit Host. in c. ex gestis. de cleri. non resi. Io. mo. in c. super eo. de hære. lib. 6. d. Card. in ca. cum a nobis. de testi. & in c. licet de vitanda. de elec. voluit Bald. in c. cum multa. C. de bon. quæ lib. facit gl. valde elegans in §. porrò. 3. dist. ideo dixit Pet. de Ancha. ꝙ causa ciuilis ardua æqparatur causæ criminali, ita consuluit ꝯsil. 26. & voluit Bal. in l. parẽtes. C. de testi. & facit, quod voluit do. Abb. in c. 1. de exces. præla. & in c. at si clerici. §. de adult. de iudi. & Bal. in l. nullum. C. de testi. &

12 in l. iudices. C. de fide instr. & ideo dicimus † ꝙ illud, quod est dignum eleganti specificatione, si non exprimatur, videtur neglectum. l. itẽ apud Labeonẽ. §. hoc edictum. ff. de iniur. & ideo refert Io. Andr. in addi. Spec. in tit. de instrum. edit. fuisse de facto quæ-

13 stionum † a iure cauetur, ꝙ de expensis minutis stat scripturæ tutoris: vt no. in l. fi. §. licẽtia. C. de iure delibe. qđã tutor scripsit tot minuta, q̃ ascendebant ad maximã summã, qđ non debuit adhiberi fides. & facit, qđ sing. dixit Bart. in l. fi. ff. de ꝑto. stipu. quẽ refert & seqr̃ Bal. in c. j. §. itẽ sacra. de pace iura. fir. vbi dicit

14 † ꝙ ex enormitate fcĩ ꝑsumit prauũ ꝯsiliũ animi. Iõ si minor ꝯhẽdo cũ patruo enomiter lędit, ꝑsumitur fuisse dolo inductus ad sic ꝯhẽdũ. allegat Bar. in d. l. fi. dicentẽ, ꝙ arbitrator ꝑsumit in dolo, si enormiter læsit. ¶ Modò in fcõ nr̃o ꝑsumit, ꝙ lęsio est enormissima, vñ in tali absoĺone non vr̃ absoluisse de ardua summa: qa talis ardua sũma reqrebat specificã expressionẽ. vnde nõ vr̃ venire in gñali remissione, ar. l. gñali. ff. de pig. l. fi. C. q̃ res pig. vel hypo. obl. poss. vñ non comprehendit arduam summam, ad quam soluendam tenebatur ille Nicolaus absolutus. Debuit enim fieri specifica mentio de tam arduo debito, & maximè considerata calliditate ipsius absoluti, & simplicitate ipsius absoluentis, considerata tã enormissima læsione, videtur in dolo versatus ille absolutus. Vnde videtur effugisse deliberatã mentem ipsius absoluentis, iuxta illud, quod habetur in l. fina. C. de his qui a non domino manu. in versicul. mentem nostram fefellit. & eo maxime, quia præsuponitur

ponitur in facto, ꝙ ille absolutus dixit, ꝙ ipse au-
det probare se soluisse dicto absoluenti: si ergo non
soluit, non opitulatur sibi dicta absolutio; quia do-
lo & fraude illius Nicolai absoluti fuit extorta extra
omnẽ mentem & volũtatẽ ipsius absoluentis: qa ex
inspectione librorum apparet, ipsum Nicolaũ esse
debitorem dicti Caroli, & falsum esse ipsum soluisse
dicto D. Carolo. & sic ex enormissima læsione vide-
tur probari dolus ipsius Nicol. vt dixit Bart. & Bald.
in præallega. locis. credit enim dictus absoluẽs asser-
tioni illius Nicolai asserẽtis se soluisse, & credidit in-
quantũ obtulit se probaturũ, ꝙ soluerit; sed nõ pro-
bauit solutionẽ factã esse, imo euidenter probatur
contrarium ex inspectione librorũ: ergo ex causa fal
sa emanauit dicta absolutio, & sic dolo & fraude il-
lius Nicolai ꝯ mentem & voluntatem illius do. Ca-
roli, ergo non tenuit, cũ non sit vera causa ꝓductiua
huius absolõnis: quia cã inductiua fuit: qa asseruit
se soluisse, & illud oñderet, sed istud est falsum; quia
integre non soluit, ergo non tenet absolutio. Et sic
stat regula cessante causa cessat effectus. l. adigere. §.
quamuis. ff. de iurepatr. c. cum cessante. de app. & de
dolo ipsius Nicolai apparet multifarie, multisq; mo
dis. primo, ratione administrationis non reddit, reli
qua non assignauit, nec restituit. secundo, apposuit
cautelam insolitam apponi in talibus actibus; quia
rationem administrationis nõ reddens, nec reliqua
assignãs apponi fecit, ꝙ absolueret ab incognitis &
incogitatis, quo casu apparet euidẽter de fraude. ita
dixit glo. sing. in l. si quis sub conditione. ff. de cond.
insti. facit, quod voluit ibi Bal. & considerata callidi-
tate & versutia ipsius Nicolai, & ex illa cautela inso
15 lita † oritur pręsumptio iuris & de iure, ꝙ dolosa sit
talis absolutio. ista est gl. sing. in l. cum allegas. C. de
vsur. sicut ergo defectus solennitatis inducit ꝑsum-
ptionem falsitatis, vt est glo. sing. in l. iubemus. C. de
testa. ita abundãtia apposita solennitatis ab hoĩe cal
lidos & astuto inducit præsumptionẽ fraudis. Item
apparet fraus: quia dixit, ꝙ soluit, & ꝙ ostenderet fa
ctã solutionem: & pro certo satis ingrate se habuit
aduersum domi. Carolum extorquendo huiusmo-
di absolutionem. Ideo scribitur apud Xenophontẽ
philosophum & poetam in libro, de vita Cyri regis
incliti, apud Persas fuisse legem, quòd contra ingra-
tos dabatur actio popularis, ex eo quia ingrati con-
temnebant deos, lędebant rempublicam, & eũ con
tra quẽ ingrati reperti erant: & sic de dolo & ingrati
tudine sua non debet reportare commodum: vt ca.
sedes Apostolica. & c. ex tenore literarũ. de rescript.
¶ Vltimò præmitto etiam pro fundamento huius
consultationis, ꝙ intantum abhorrent iura, ne quis
locupletetur cum aliena iactura: vt in c. locupleta-
ti. de reg. iur. libr. 6. & l. nam hoc natura. ff. de condi.
16 indebiti. † ꝙ iudex ex suo officio potest repellere eũ,
qui vult cum aliena iactura locupletari. ita proba-
tur in l. fi. ff. de peti. hære. & in l. plane. eo. ti. tex. sing.
secũdum lect. Azo. in l. vbi pactum. C. de transactio.
& in l. sicut. C. de paga. & ideo refert. D. Ant. in c. cũ
dilectus. de consuet. ꝙ si ex forma statuti non posset
reus opponere, tamen iudex ex suo officio poterit re
pellere calumniose agentem, ne locupletetur cum
aliena iactura. idem voluit Bald. in rubrica. C. manu
misi. ti. generali. allegat. d. l. vbi pactum. quia dicit, si
reus repelleretur ex dispositione statuti, non repelli
tur iudex. facit, quod no. Inn. in c. j. de offi. vic. vbi di
17 cit, † ꝙ sicut iudex lacerat libellũ ineptũ, ita lacerat
libellũ congruũ, si tñ sit calumniosus. facit glo. in c.
nulli. de accus. facit, quod voluit Lud. Rom. cõsi. 65.
quod incipit, visis pręsuppositis. vbi idem consuluit,
ꝙ iudex ex suo officio potest repellere calũniose agẽ
tem. & adduco, quod voluit Bal. in l. plane. ff. de pet.
hæred. arg. l. postquam. ff. de peti. hære. & l. qui cum
maior. §. si patris. ff. de bon. lib. facit, quod voluit idẽ
Bal. in l. peremptorias. C. sent. rescin. non posse. & qđ
voluit Salice. in l. ita pudor. C. de adult. facit, quod
voluit Abb. antiquus. in c. peruenit. de empt. & ven.
18 de quo dicto exclamat do. Ioã. de Imol. † ꝙ iudex po
test moueri ad iudicandum ęquitate suadente ex ra
tione per partem non allegata, & adducitur text. &
qđ ibi voluit Inno. in c. Raynutius. de testa. & addu-
co, quod voluit do. Petr. de Anch. in c. cum inter. de
19 exceptio. vbi refert Pilleum & Oldra. dicere † ꝙ si qs
iniuriatus fuerit excommunicato, licet excommu-
nicatus non possit agere in iudicio contra iniurian-
tem; tñ iudex ex suo officio poterit punire iniurian-
tem, allegat. l. item apud Labeonem. §. ait prætor. ff.
de iniur. facit, quod voluit Bal. in l. quos prohibet. ff.
de postu. & in l. j. C. vt quæ desunt aduoc. facit, quod
voluit Ang. in l. fi. C. de peti. hær. vbi dixit, si actor pe
tit executionẽ sententiæ, & reus non põt excipere, ꝙ
nihilominus poterit impetrare iudicis officiũ, qđ in
quit ibi, nunquã exeat de mente tua. Ex istis elicitur
conclusio vera, quòd posito, non tamen concesso, ꝙ
hæredes dicti domini Caroli non possent agere con
tra hæredes illius Nicolai: tamen potuerunt implo
rare iudicis officium, vel iudex ex suo officio poterit
obuiare; ne illi hæredes locupletentur cum iactura
& damnõ hæredũ dicti domini Caroli. ¶ Modo istis
præsuppositis pro fundamento formali huius con-
sultationis, aggredior hanc hæsitationem, dicitur in
dicto instrumento absolutionis, absoluit, & libera-
uit &c. renunciando exceptioni, ꝙ non fuerit, & nõ
sit integre solutum & satisfactum de omnibus; quæ
inuicem agere habuerunt. Ista sunt formalia verba
20 huius absolutionis: tũc arguo sic, † cõdictio indebiti
nõ potest tolli per pactũ, tex. est. in l. fi. §. itẽ quęsijt. ff.
de condic. indeb. vbi dicitur, quòd si fiat pactum, ꝙ
nõ mouebitur aliqua controuersia, ꝙ per hoc nõ vi
detur tolli condictio indebiti: & rõ est, quia ignora-
bat sibi illã competere, vel ex eo quia idẽ error inter
uenit in ista remissione cõtrouersiæ, q interuenit in
remissione indebiti: vt ibi declarat Bart. Cum ergo
iste dominus Carolus fuerit errore ductus, vel dolo,
vel deceptione illius Nicolai asserẽtis se soluisse in-
tegrè, & quòd hoc ostenderet, absoluit eundem Ni-
colaũ, & renũtiauit exceptioni, quòd nõ fuerit inte-
grè, & plenè sibi solutum & satisfactum, ergo sequi-
tur, quòd indebitè tenent hæredes Nicolai illud, qđ
solui debuit dicto domino Carolo: ergo per huius-
modi pactũ & cõuentionẽ nõ tollitur, quin hęredes
domini Caroli possint repetẽdo agere cõtra hr̃des
dicti Nicolai, vt soluãt illud, quod indebitè tenent,
& indubitanter ista argumentatio ponit gladium
ad radicem huius consultationis. ¶ Secundò arguo
21 sic, † pactum, ꝙ quis locupletetur cum aliena ia-
ctura, est nullum, vt superius demonstraui, sed per
huiusmodi pactum & conuentionẽ, vt dictus domi
nus Carolus absoluat, & renũtiet exceptioni, quòd
non fuit sibi integrè satisfactum, non concurrente
redditione rationis, videtur fieri pactũ, vt dictus Ni-
colaus locupletetur cũ aliena iactura, ergo sequit̃, ꝙ
tale pactum est nulliꝰ efficacię; assumptum probo,
quòd non valet tale pactum hoc modo, vbicunque
ex pacto fit aliquid, qđ resultat cõtra bonos mores,
tale pactũ est a iure improbatũ, ita ꝓbatur in l. alia.
22 §. elegãter. ff. sol. matr. sed ꝙ † quis lucretur cũ aliena
iactura, est contra ęquitatem naturalem, hoc proba
tur in dicta l. nam hoc natura. ff. de conditione inde
biti: ergo est cõtra bonos mores, & naturalem ęqui
tatem; ergo est ipso iure nullum: & per consequens
talis absolutio nullius vigoris est. ¶ Tertio ostendo
fortiori motiuo illud, quod est cõtra ius gẽtium, est

nullius efficaciç,iſtud probat tex.in l.quidam in iu-
re.§.j.in verſi.aduerſus iuſgentium.ff.de don.Sed pa
ctum,ꝙ quis poſſit locupletari cum iniuria alterius,
eſt reprobatum à iure.vnde Io.And. in d. c.locuple-
tari.de reg.iur.li.6.dixit,inquantum tex.ibi dicit, nō
dēt quis locupletari cum alterius iactura ,expoſuit,
vel pro &c. quaſi velit , ꝙ poſſet qs fieri locupletior
cum iactura aliena,ſed non cum iniuria.& idem vo
luit gl.in l.iure naturę.ff.de reg.iur. & ſic huiuſmodi
23 pactum eſt† contra iuſgentium,ꝙ locupletetur quis
cum iniuria alterius,ergo eſt nullum: & per hoc tol
litur illud,quod poſſet opponi, quod nemo videtur
fraudare eos,qui ſciunt & cōſentiunt, vt l. nemo.ff.
de reg.iu.quia ſibi imputet.l.quod quis. ff.de reg.iu.
c.damnum,quod quis ſua culpa.de regu.iur.lib.6.l.
cum donationis.C.de tranſa.l.j.§. vſq; adeo.ff.de in-
iur. quilibet enim poteſt renūtiare iuri pro ſe intro-
ducto.l.pactum.ff.de pact.l.ſi quis in conſcribendo.
C.eo.titu.c.porrectum.& c.apoſtolicam.de regul.&
ideo glo.in dicta l.iure naturę.dixit,ꝙ fiat cum iactu
ra alterius; non tamen fit cū iniuria alterius. facit.c.
ſcienti.de reg.iur.li.6.& l.in contractibus. C. de non
24 nu.pecu.quia iſta† procedunt, quando ſciēter & ap-
penſate quis abſoluit eum, quem ſcit ſibi nō ſoluiſ-
ſe,nec ſatisfeciſſe: ſed liberalitate motus confitetur
ſibi fuiſſe ſolutum. & ideo abſoluit & renūtiauit ex
ceptioni opponendi, ſibi non fuiſſe integre & plene
ſatisfactum.& facit text. l. tale pactū.ff. de pactis.vbi
quis confitetur debitorem non eſſe ſibi obligatum,
ideo fauore liberationis valet huiuſmodi profeſſio,
vt ibi dicitur. ſed in caſu noſtro locupletatur non ſo
lum cum iactura & iniuria alterius ideo huiuſmodi
pactum eſt nullum ipſo iure; quia eſt contra bonos
mores & cōtra iuſgentium.quia D.Nicolaus extor-
ſit dictam abſolutionem contra voluntatem ipſius
d.Caro.quia pars aſſeruit ſibi ſoluiſſe illud,quod ad
manus ſuas peruenerat,& ꝙ oſtenderet , ꝙ ſoluerat
eidem do.Caro. ideo non ſolum locupletatur cum
iactura illius D.Carol.ſed etiam cum iniura:& ideo
nō valuit dicta abſolutio; quia effugit deliberatam
mentem ipſius.D. Carol. vt dixi in p̄ſuppoſitis.Ideo
non obſtat.l.cum donationis . & iura allegata ſupe-
rius,quia loquuntur in eo,qui prudens & ſciens ſibi
non fuiſſe ſolutum confitetur ſibi fuiſſe ſolutum,ꝙ
non fuit in caſu noſtro;& per conſequens huiuſmo
di abſolutio non tenet: & illud pactum de non dicē
do,non fuiſſe plene & integrè ſatisfactum, eſt cōtra
bonos mores & cōtra iuſgentium, ergo eſt nullū:&
dolo ipſius Nicolai fuit ex tortum,ergo non tenuit:
quia quando fit talis abſolutio a ſciente , tunc non
dicitur fieri cum eius iactura,ex quo ſciens cōſentit
d.l.cum donationis.ſed quādo ignorat,& doloſe in-
ducitur ad abſolutionem,vt fuit in caſu noſtro,tūc
nō tenet:quia fit cum iniuria & iactura alterius:vn-
de ſi diceremus,ꝙ tenuit hmōi abſolutio,opus eſſet
dicere,ꝙ validum eſſet pactum, quod quis locuple-
tetur cum iniuria & iactura alterius, quod nō eſt di
cendum:ergo nō tenuit.¶ Quartò moueor,iudicio
25 meo ratione inconuincibili hoc modo : † vbicunq;
lex aliquid ſtatuit prohibendo,ſiue prohibitiue præ
cipiendo, tunc tale ius pacto priuatorum tolli non
poteſt,nec renūtiari,hoc voluit gl.in l.j.C.ne fideiu.
do.den.quam Ange.reputat ſingul.in l.ius publicū,
ff.de pactis.Item tamen voluit gl.elegans in auth.vt
ſine prohib.ma.debi. & credi.§. quia vero. ſed iſtud
ius ne quis locupletetur cum alterius iactura,vel in-
iuria ſtatuit prohibendo,ergo ſequitur, ꝙ pacto pri
uatorum mutari non poteſt ; ꝙ aūt ſtatuerit prohi-
bendo,demonſtro ad oculum; nam in d.c.locuple-
tari. ita formaliter ſunt concepta verba locupletari
26 nō debet aliquis cū alterius iniuria vel iactura . † vn̄
pondero illud verbum , non debet, prolatum cum
illa negatiua:qa inducit neceſſitatem præciſam.vn-
de Bar.in l.Gallus.in prin.ff.de lib.& poſth. per gloſ.
& tex.ibi dicit,ꝙ vbi verbum,poteſt; profertur cum
negatiua præcedente , tunc importat neceſſitatem
præciſam,allegat. l.nemo poteſt.ff.de lega. j. allegat
glo.in c.j.de regu.iur.lib.6. Idem voluit gl.in clemē.
diſpendioſam.de iud.ſed dom.Card. in repetitione.
c.teſtimonium.de teſt.idem dixit eſſe de verb.debet
ꝙ importat neceſſitatem præciſam,quando profer
tur negatione præcedente,allegat. c. non debet.eo.
tit.iſta ratio iudicio meo ponit ſecurim ad arborem
huius dubitationis:ergo cum inducat illud.c.locu-
pletari.neceſſitatem præciſam,vt non poſſit fieri cō
uentio,qua quis locupletetur cum iniuria, vel alte-
rius iactura,ſequitur , ꝙ pacto priuatorum non po-
tuit derogari tali iuri præceptiuo, & prohibitiuo, &
habet rationem in ſe iſtud;quia expedit republicæ,
ne quis re ſua malè vtatur, inſtit. de his qui ſunt ſui
vel alie.iur.§.expedit.& in auth. vt iudi.ſine quoquo
ſuffrag.§.cogitatio.¶ Quinto adduco gl.in d.c.locu
27 pletari ad fin.quæ dicit† ꝙ illa regula debet intelligi
cum iactura enormi quaſi velit , ꝙ quis poſſit locu-
pletari cum iactura non enormi : ſed iſta iactura eſt
enormis & enormiſſima,ergo ſequitur, ꝙ non valet
huiuſmodi abſolutio, nec pactum de non opponē-
do,ꝙ integre non fuit ſolutum:& eſt diligenter con
ſiderandum;quia gl.& Io.An.in locis allegatis ſupe
rius impropriant illud c.locupletari. quia textus ibi
loquitur diſiunctiuè,cum alterius iniuria, vel iactu-
ra. vn̄ ſufficit,ꝙ interueniat iactura,aut iniuria : ſed
in caſu noſtro interuenit iniuria : quia doloſe indu-
xit ipſum domin.Carol.ad abſoluendum,aſſerendo
ꝙ eidem ſoluerat,& ꝙ oſtenderet ſe ſoluiſſe,& inter
uenit enormiſſima lęſio,ideo nullius efficaciç eſt il-
la abſolutio.Nec obſtat,ꝙ extendatur ad incognita
& incogitata;quia intelligitur talrem , quādo ſciuit
cogitata,& cognita in genere, licet in ſpecie non vt
probatur in d.l.qui iure militari. ff. de iure codici.&
voluit Ang.in d.l.tres fratres.ſed in caſu noſtro non
cognouit,nec cogitauit in ſpecie, nec ī genere,ergo
comprehendit incognita , multominus quando in-
teruenit falſa aſſerto;qa aſſeruit ſe ſoluiſſe , & quòd
oſtenderet ſe ſoluiſſe,& re vera nō ſoluit ; & ſic non
obſtat clauſula de incognitis & incogitatis maximis
& arduis : ideo reſtringitur vt non lędat enormiter,
per id,quod voluit glo.in d.c.locupletari.ſed vbi cō
prehēderet maximam & enormē lęſionē eſſet ſecus
per id,qđ voluit do. Ant.in d.c.cū contingat.& in d.
c.quintaualllis.de iureiurā.vt plene dixi ſupra in pri-
mo præſuppoſito.¶ Et ſi quiſpiam opponat , ꝙ erat
cōiunctio ſanguinis,ſeu affinitatis inter ipſos Nico-
28 laum & domin. Carol.†quo caſu ratione affinitatis
præſumitur eos quędam donatio,arg.l.ſi ſeruus cō-
munis.ff.de don. inter vir.& vxo.gl.in l.quæ dotis.ff.
ſolu.matr.& l.ſi vero.§.Papinia.ff.de don. inter vi.&
vxo.glo.in l.quæ dotis.ff.ſol.mat.gl. in l.cum quod.
ff.ſi cer.peta.quæ dicit, quòd ratione beniuolentiæ
præſumitur donatio : idem dicimus ratione nobili-
tatis & affectionis ſimul præſumitur donatio,ita vo
luit gloſſ.in l.vxori ſuæ.§.fin.ff.de lega.3. ita dixit pul
chrè Bal.in l.2.C.de iure do.& facit gl.in c.nonne,de
pręſump.quę dicit,quod vbi agitur de dominio per
dendo,taciturnitas non inducit conſenſum, niſi vi-
cinitas perſonarum aliud inducat , & ad allegat di-
cta lege,ſi ſeruus communis. Cum ergo fuerit inter
iſtos.Dom.Carol.& Nicolaum affinitas,ſequitur,ꝙ
de facili præſumitur gratuita liberatio , & quædam
donatio inter ipſos : & ſic talis abſolutio tenuit ra-
tione donationis, quæ reſultat intuitu affinitatis:
conſueuerunt enim affines inter ſe eſſe liberales,
&

& munifici. ideo sustentabitur ista absolutio, vt donatio resultans ex affectione, & amicitia, & affinitate, quæ omnia cócurrebant inter ipsos. Ad ista respondeo, & re vera nullo modo obstant ex eo qa loquuntur eo casu, quo non agitur de maxima lęsione; quia licet præsumatur donatio in modicis: vt not. in dicta l. cum quid. & in d. l. si seruus communis. non tamen militant in his, quæ sunt grauis præiudicij, vt in casu nostro: quia mihi dicitur, quòd
29 lęsio est enormissima, † & dicitur magna lęsio, si sint plura minuta, quę coniuncta adinuicem ascendant ad magnam summam, ita sapienter dixit Baldus in l. fraus. ff. de legibus. vbi voluit, ꝙ ex pluribus minutis ascendẽtibus ad magnam summam præsumitur fraus, ad hoc allegat l. nomen. §. primo. ff. de legatis 3. & gl. in dicta l. fraus. & sic si sint plures summę minutę, quas tenebatur dictus Nicolaus soluere illi do. Carol. quæ ascendant ad magnã summã, iudicat de eis vt de maxima summa, simile dixit Odof. quẽ post alios doctores refert Bald. in l. apud antiquos. C. de fur. vbi dixit, ꝙ si famulus meus hodie furatur mihi vnam vilem rem, cras vnam aliam, ꝙ punietur perinde, ac si fecisset magnum furtum, argum. l. 3. ad fi. C. de episco. aud. & ita dicit limitari d. l. respiciendũ. §. furta domestica. ff. de pęnis. ita dicamus, vt si plures sint istę summæ minutæ, vt ex libris apparet, ꝙ dicitur esse vna magna summa: & per cósequens dicetur maxima lęsio, cuius non prę sumitur donatio ẽt inter affines. Ideo cessant illa cótraria allegata superius, causæ. n. magnæ pecuniarię, censentur esse causę criminalis; vt dixit Bal. in l. parentes. C. de testi. nec est verisimile, ꝙ fecisset tam amplam remissionẽ debiti ille absoluens, si sciuisset quantitatem esse magnam, & læsionem ita arduam, argum. l. cũ de indebito. ff. de proba. c. super hoc. de renunt. Item illa iura loquuntur in prę sumptione, vt prę sumatur dona
30 tio, sed certum est † ꝙ in incertis & non certis locus est coniecturis. l. si certis annis. C. de pac. l. cótinuus. §. cum ita. ff. de verbo. obligat. cum simili. sed in casu nostro sumus certi, ꝙ iste absoluens noluit donare: ex eo quia dicitur in puncto, quòd ille absolutus dixit, ꝙ soluerat illud, ad quod tenebatur, & ꝙ ostenderet se soluisse. quo casu apparet, quòd ideo absoluit dictus do. Caro. quia ille absoluendus obtulit se demonstrare, ꝙ soluerat, ostendat ergo, quod soluit, & ꝓderit sibi absolutio: ergo non stabimus cóiecturis, ex quo sumus certi, ꝙ iõ absoluit: qa absoluẽdus dixit se soluisse emanauit ergo hmõdi absolutio ex falsa causa, ergo non tenet; ergo cessat præsumptio donationis. ¶ Quinimo plus vr̃ mihi de iure dicẽdũ ꝓposito, non tamen ɔcesso, ꝙ ista absolutio fuisset, sed facta ex causa donationis, ꝙ teneret illud pactũ, quod non possit dicere, non fuisse sibi plene, & integre solutum, nihilominus si ascenderet ad summã, quæ requirit insinuationem, vel ex dispositione iuris cómunis, vel ex dispositione statuti, ꝙ est nullius vigoris, & non teneret: debuit enim insinuari, quod demóstro ad oculum hoc modo. In dicto instrumẽto dicitur, ꝙ est pactum gratuitum, ergo fuit dona-
31 tio: qa remissio †, debiti gratuita dicitur donatio, & requirit insinuationem: istud decidit gl. quæ reputatur sing. in l. si quis oblatione. ff. de regul. iur. & licet gl. in l. j. ff. quib. mod. pig. vel hyp. so. videatur sentire ɔ̃rium; tamen Bart. magnę auctoritatis vir in l. Modestinus. ff. de sol. sequit gl. d. l. si quis obligatione. ꝙ debeat interuenire insinuatio: & probatur istud in l. in ędibus. ad fi. ff. de donatio. & refert Bald. in l. si in ter. C. de sol. esse casum ibi expressum, quòd liberatio gratuita est donatio, ideo requirit insinuationẽ. & dicit esse glo. sing. de hoc. in d. l. si quis obligatione. & refert ita cósuluisse Bar. & Fran. Tigrini, cuius animam dicit requiescere in pace, fuit. n. doctor præstan. & allegat Bar. in d. l. Modestinus. & ita ẽt refert Bal. in rubr. C. de cófes. ad fi. vbi dicit ita consuluisse Bar. & adduco, quod voluit idẽ Bart. in d. l. si quis obligatione. vbi idẽ tenuit. & licet Bal. in l. illud. C. de sacros. eccle. & in d. l. si inter. & in rub. C. de confess. tenuerit, ꝙ nõ requiratur insinuatio: tñ in d. l. tale pactum tenuit ɔ̃riũ, ꝙ imo requiratur insinuatio, qñ debitũ est liquidũ; qa tunc dicitur donatio: vt l. j. §. 2. se quid in frau. patr. quæ donatio præsumptiua reqrit insinuationem, allegat. d. l. si quis obligatione. & dicit ita consuluisse Bar. & sic Bal. reducitur ad cócordiam cum eo, quod ipse voluit in locis prælleg. vt attendamus, an debitum sit liquidum: sed in casu nostro debitũ est liquidum: quia ex libris demóstratur ad oculum ipsum absolutum esse debitorem, ergo sequitur, ꝙ reqritur insinuatio. & adduco, quod voluit Ang. in quodam suo cons. incip. In Dei nomine & suę matris virginis gloriosæ, pro parte negati-
ua, ꝙ nõ audiatur dicta soror. † vbi ꝑfecte distinguit, 32
hoc modo, ꝙ aut ista absolutio fit animo donãdi, & constat, & tunc est vera donatio, & requirit insinuationẽ: vt d. l. in ędibus. & l. pactũ curatoris. C. de pac. & l. si qs delegauerit. ff. de noua. & probat rõne; quia illud dr̃ donari, qđ nullo cogente imperio donatur. l. donari. ff. de reg. iur. hoc firmat Cyn. in l. pacta quæ ɔ̃. C. de pac. aut non sit animo donandi, & cóstat, ꝙ non est donatio; tunc non requirit insinuationem: aut dubitatur, & tũc aut ista absolutio fit per verba directa, vt puta libero te, siue remitto tibi debitum, & tunc requiritur insinuatio, casus est in d. l. si inter. gl. ĩ d. l. si quis obligatione. nisi per alias prę sumptiones appareret, ꝙ absoluens non haberet animũ donandi, puta qa debitum non erat liquidũ. Aut talis absolutio fit per verba, ex quibus ipsa ꝑ indirectum colligitur, puta profiteor te non teneri, & tũc non dicatur donatio, & per consequens insinuatione non indiget; qa est mera liberatio. ita loquitur tex. cũ gl. in d. l. tale pactum. & cũ hac distinctione Ang. transiuit Lud. Ro. in d. l. Modestinus. dicens, hanc esse veritatẽ. ¶ Modo in proposito nostro, si hęres istius absoluti dicat, ꝙ ꝑ̃sumitur donatio ratione coniunctionis & affectionis, videtur incidere in præcipitiũ: qa cum non fuerit insinuata, nec fuerit seruata solennitas statuti, talis donatio est nulla. Si aũt vult dicere, ꝙ fuit absolutio gratuita, & tunc ex quo fuit de debito liquido, censetur esse donatio: vt voluit Bar. in d. l. tale pactum, & satis dr̃ esse liquidũ, ex quo constat
33 per libros factoriæ: illud enim dr̃ constare † euidẽter & liquidè, qđ constat ex tenore libri, vel instrumenti, vt probatur ĩ c. auditis. de in integ. resti. voluit ibi. D. Ant. & in c. cum Bertoldus. de re iudi. per eundẽ. D. Ant. in c. vestra. de cohab. mul. & cle. Bart. & in l. j. in prin. ff. de oper. no. nunt. D. Ab. in c. licet causam. de proba. Item istam partem sequitur Bal. in l. j. ff. q.
34 mo. pig. vel hyp. sol. vbi dicit † ꝙ remissio debiti vltra summã taxatã a iure requirit insinuationem, & subdit quòd si statutũ disponit, ꝙ donatio facta in certa quantitate debeat insinuari, ꝙ habebit locum in remissione, allegat gl. in d. l. si quis obligatione. idẽ uoluit Io. de Imo. in rub. extra, de don. & in l. j. ff. de dona. idem voluit Lud. Ro. in d. l. Modestinus. & licet Io. And. aliter dixerit in addi. Spec. in ti. de instr. edi. §. porro. allegat. l. si is qui duos. ff. de lib. lega. sed non obstat, quia loquitur in liberatione legata in vltima volũtate, & sic extra casum nr̃m. Itẽ allegat. l. fi. §. fi. C. de app. quæ etiam non obstat, quia procedit, quãdo fit remissio ex causa transactionis, secus quando debitum est liquidũ, & hanc partẽ tenet Io. de Imol. in repetitione. c. cũ ꝯtingat. de iureiur. sequẽdo glo. d. l. si quis obligatione. & refert Azo ĩ sũma, de don.

tenere glo. illam. secus dicit odio vsurarũ, vt ibi per eum.& etiam Ludo.Rom.in d.l. Modestinus.respõ det ad iura Ioã.And.& sic ex isto capite, si aduersarij dicant fuisse remissionem propter propinquitatem sanguinis,& sic fuisse donationem, ea videtur etiam nulla, ex quo non fuit insinuata etiam inter coniunctos: vt ꝓbatur in l.data.C.de donat. vbi fortius præsumitur fraus inter coniunctos.& ibi dixit Bal.quòd non potest renuntiari statuto requirenti insinuationem in minori quantitate: vt ibi per eum. & sic apparet, ꝙ communis opinio tenet, non valere huiusmodi remissionem sine insinuatione.¶ Et si quispiã dixerit, ꝙ firmabitur iuramento, licet non fuerit insinuata, vt decidit Io. An. in præfata additione. in d.§. porrò. quẽ ad plenum refert & sequitur Io. de Imol. in d.c.cum contingat.ad fi. qa istud nullo modo obstat: primo: qa iuramentũ non supplet defectũ ꝯsensus, vt plenissimè superius in præsuppositis: sed in casu nostro interuenit defectus ꝑsumptiuus cõsensus ipsius absoluentis, qa ex quo dictus absoluendus tpe absolutionis prędixit, ꝙ soluerat illud, ad quod tenebatur,& ꝙ ostenderet, ꝙ soluerat, videtur, ꝙ voluntas absoluentis fuit absoluere, si ita esset, ꝙ soluerat: ideo iuramentũ non operatur defectũ consensus, vt superius dixi. Item tollitur etiam: qa licet Bar.in d.l. Modestinus.tangat, vtrũ donatio non insinuata firmetur iuramento; tñ non decidit: sed remittit se ad dicenda in l.si quis pro eo.ff.de fideiuss.ibi tñ expressè non tetigit, scilicet quòd non firmetur iuramento, sed Bal.in d.l.data.tetigit,& concludit† nõ firma-

35 ri iuramẽto, plenius idẽ tetigit in l.illud.C.de sacros. eccl.vbi allegat rationes vrgentes, quòd non firmetur iuramento.& licet Ioan.de Imol.conetur respõdere motiuis Bal.tñ non vidit Ioã. de Cal.in suis cõsilijs.in ti.de iureiur.vbi in cons.2.distinguit, aut donauit expresse cum iuramẽto, & renũtiauit legibus loquentibus de insinuatione, & tunc possit infringere donationem ꝓpter defectũ insinuationis: aut nõ est expresse renuntiatum dictis legibus, sed generaliter fuit iuratum non contrauenire, & tunc nõ includitur defectus insinuationis:& concludit, tale iuramentũ non impedire, qn possit dicere nullam donationem ꝓpter defectum insinuationis, allegat rationes & iura, poterit videre. D. iudicans præfatum cõsilium. Modo in casu nostro ita est formaliter in dicto instrumento absolutionis: qa non renũtiauit cũ iurõ legibus loquentibus de insinuatione, sed iurauit non ꝯuenire, ergo non includitur defectus insinuationis: & per istam distinctionem potest saluari doctrina Io. And.in d.§.porrò. & quod voluit Io. de Imol.in d. c.cum cõtingat.& sic non obstat iurm.& adduco, quod voluit D. Pau.de Cast.in suis cõsilijs, cõsi.99.incip. Visa quadam scriptura priuata. vbi ꝯsuluit, ꝙ donatio non insinuata non firmatur iurõ, & dicit opin.Bald.in d.l.illud. esse veriorem.dicit tamen Bald.ibi non allegasse Ioã.An. tenentẽ contrariũ in d.addi.sed pro certo Bal.in d.l. data. quem.D. Pau.non vidit, bene allegauit Ioã. And.& allegat aliqua motiua.D.Pau.in d.consilio, quæ D. iudicans videre poterit: hanc partem tenuit Ang.in consi.allegato superius.idem voluit Fede. de Senis consi.281. ista duo cõsilia allegauit Lu.Ro.in d. l. Modestinus. & allegat duas rationes ꝓ ista parte.D.Lud.ibi quas. D.iudicans videre poterit. Et ꝓ ista parte fortissime arguit Sali.in l.pe.C.de dona.contra Io.An.licet postea dicat cogitandum relinquo. & licet.D.Abba.in cõmento.d.c.cũ contingat.de iureiur. sequat opin. Io.An.& dicat, ꝙ d.l.data.& l.sancimus. C. de dona. nõ firmat pedes super fraude, quã pręsumit interuenire, si nõ insinuetur, salua sua honorificentia, imo. d.l.data.fundat se sup fraude. in versi. maxime inter necessarias, coniũctissimasq; personas cõuenit custodiri: sed, ꝙ clãdestinis ac domesticis fraudib⁹ necessario super donationibus apud acta conficiendis. vbi ꝑ fraudes clãdestinas, quæ facile cõmittũtur inter coniunctos, imponit necessitatem cõficiendi apud acta, ergo iurm in ꝯriũ vr̃ dolo extortũ & fraude, iõ non tenet: vt c.quamuis.in versi. dolo.de pac.libr.6.

36 †Item vbicũq; lex imponit necessitatẽ subditis, iurando in contrarium peccant subditi mortaliter: ideo non tenentur ad obseruantiam talis iuramenti: ut voluit Bar.in l.si quis pro eo.ff.de fideiusso. Item dictum do. Abbatis intelligitur: vt voluit Ioann. Cald. quando expresse renuntiauit cum iuramento legibus de insinuatione loquẽtibus: secus si simpliciter iurauit, vt in casu nostro. ¶ Itẽ male ponderauit do. Abb.d.l.sancimus.quia in ver.& hoc pro nõ scripto & intellecto esse credatur. ex quibus verbis apparet, ꝙ iuramẽtum præstatur super eo, quod lex reputat, nec scriptum.nec intellectum: & sic cõiuncta.l.data. satis vr̃ manifestum, ꝙ lex pręsumit falsitatem inter coniunctos; vt est casus noster: & sic ista est opi. communis, vt non firmetur iuramento, quam tenuit Io. Cald.Fede.de Sen.Bal.Ang.Saly.& Lud. Ro.ergo iudicando & cõsulendo est sequenda.l. j. ff. de senat.l. j.in ver.crebrior apud veteres opi.ff.de off.quæsto.l. ita vulnerat⁹.ff.ad l.acq.c.in canonicis.19.di.qđ.n.dictum est a pluribus, ꝑsumit verius.c.de qbus.20.dis. c.prudentiã. de off.del.non.n.debemus recedere ab opinione sapientum, vt pulchrè dixit Bald.in c.j.§.iudices.in titu.de pa.iur.fir.in vsi.feu. facit c.ne innitaris.de consti.No.in c. capellanus. de fer. Ioã.And.in c.j.de consti.Bar.in l.fin.C.de pena iud.Bald.in l.obseruare.§.proficisci.ff.de off.proconsul.& sic si intelligant fuisse dictum, incidunt in syllam.¶ Præterea ad prędicta facit, quod voluit Barto.in l.tres fratres.

37 ff.de pac.vbi dixit† ꝙ generalis remissio liberat à dolo & a culpa: sed non liberat, quin teneatur restituere illud, qđ apud se retinuit, allegat.l.si vnus. §. illud. ff.de pac.& adduco, quod voluit idem Bart.in l.non solum.§.fi.& in l.Aurelius.§.Meuia.& in l. si quis rationes.ff.de libe.lega.& Gul.de Cu.in d.l.si vnus.§.illud.& facit, qđ voluit Ang.in l.defuncto. ff. de publ. iud.vbi dixit per illum tex. ꝙ in ingressu exitorum cõmuniter solet statui ꝙ omnia crimina sint extincta, & de eis cognosci nõ possit. ꝙ propter hoc tamẽ nõ est sublata potestas cognoscendi ciuiliter ad restitutionem rerum ablatarum. & facit, quod voluit idẽ Angel.consilio 91.& consil. 98.vbi multum sapiẽter loquitur. ¶ Modo ista decidunt bellissime hunc casum: quia cum iste absolutus retinuerit penes se illas pecuniarum quantitates, quæ spectabant ad ipsum absolentem, ergo sequitur, quòd debent hæredes sui soluere,& restituere tales pecuniarum quantitates,& pro certo ista decidunt in indiuiduo hanc questionem. ¶ Præterea facit, quod voluit Ange.in

38 d.l.tres fratres.vbi dicit† ꝙ quando transactio est generalis, ꝙ præiudicat in omnibus, q̃ claudi possunt sub ea, quantuncunque trãsigens ignorauit, vt l.sub prætextu.C.de transac. Ang. ibi dicit hanc regulam non procedere, quando transigens illa ignorauit in specie & in genere: quia tunc ad illa nõ porrigitur, quia remissio est donatio,& vbi consensus donantis non adest in genere, nec in specie, non contrahitur donatio, vt l.cuius per errorem. ff. de regulis iuris. secus dicit, quãdo sciuit in genere, & ignorauit in specie, vt l. qui iure militari. ff. de testa. mili. Modo in casu nostro ita est formaliter: quia in specie & in genere iste absoluens ignorauit illum absolutum nõ soluisse eidẽ absoluenti, quinimo ꝑ falsã suggestionẽ induxit illũ ad absoluẽdũ, dicẽdo ꝙ ostẽderet se soluisse eidẽ: & sic nõ obstat illa clausula ad cognita & icognita,

gnita,vt dicitur in dicto iſtro: quia illa clauſula fuit
appoſita ex eo; quia abſolutus dixit ſoluiſſe reliqua,
& ſe velle oſtēdere, ꝙ reliqua ſoluerat. & ideo nihil
operatur: quia dolo illius abſoluti fuit appoſita.Itē
quia notarius illam appoſuit ex capite ſuo, vt dixi ſu
perius in præſuppoſitis.& ex hoc tollitur illud,qđ di
cit Ang.in d.l.tres fratres.dum dicit, ꝙ præſumitur
ſcientia in genere;quia iſtud eſt verum, niſi dolo &
aſtutia partis fuiſſet procurata illa clauſula, vt in ca
ſu noſtro,in quo dixit ſe ſoluiſſe,& ꝙ ita oſtenderet.
& plus dixit Angel.quòd per coniecturas tolletur il-
la præſumpta ſcientia in genere:quia dr̄ probatio li
quida,vt voluit gl.in l.ſi tutor.C.de peric.tut.eſt aūt
euidens coniectura ſm eum,ſi paciſcentes,aut tran
ſigentes dixerunt tempore trāſactionis,tranſigimus
generaliter; quia inter nos nec eſt,nec eſſe poteſt cō
trouerſia,ex quo apparet,quòd de nullo cogitabāt.
ita eſt formaliter in caſu noſtro; quia abſolutus ille
dixerat,quòd ſoluerat, & quòd oſtenderet ſe ſoluiſ-
ſe; quia hoc habito pro vero abſoluit eundē ille do.
Caro.& conſenſit,quòd talis abſolutio cōprehende
ret incognita & incogitata.& indubitanter iſta deci
dunt caſum noſtrum. ¶ Præterea facit ad prædicta,
39 quod voluit gl.in d.l.tres fratres. † ꝙ vbicunq; aliqua
eſſent celata per aduerſarium,ita quod non poterūt
venire ad notitiam abſoluentis; tunc abſolutio non
comprehendit illa ſic celata, de hoc eſt caſus forma
lis in d.l.tres fratres.& d.l.ſub prætextu. C.de tranſa.
ita eſt modo in propoſito;quia dolo partis fuerunt,
celata reliqua,quæ veniebant ſoluenda & reſtituen
da,aſſerendo ſe ſoluiſſe, & quòd oſtenderet ſe ſoluiſ
ſe,ergo ſequitur, ꝙ huiuſmodi abſolutio non com
prehendit reliqua,quæ iſte non ſoluerat: tenetur er-
go ſoluere,& reſtituere reliqua,quę non ſoluit.& ꝓ
certo iſta decidunt hanc dubitationem . & adduco,
40 quod voluit Ang.in d.l.tres fratres.vbi dixit,† tu qui
vis tranſactionem eſſe pleniſſimam,quę porrigatur
ad omnia cognita,& incognita,etiam ſi dolo aduer
ſarij.eſſent incognita, tam in genere, q̄ in ſpecie, &
etiam ad iura, & obligationes ex futuro pendentes,
etiam ex quacunque cauſa,& in quacunque,etiam
ſi fiat ſuper controuerſijs ex teſtō pendentibus, ſem
per adijcias hęc verba,viſis,inſpectis,& cognitis ver
bis teſtamenti,& talis vltimę voluntatis,tam per ſe-
ipſos contrahentes, quàm per alios iuriſperitos, &
omnem euitabis telorum amaritudinem, ſi bene-
inſpicias,& ita formaliter voluit ibi Ange.ex quo ſe
quitur, quòd ad hoc vt iſta abſolutio porrigeretur
ad incognita & incogitata,fuiſſet opus,quòd in di-
cto inſtrumēto abſolutionis fuiſſet dictum, quod vi
ſis,& inſpectis,& cognitis libris adminiſtrationis, &
factorię tam per ſe, quàm per peritos calculatores,
conſtat dictum abſoluendum ſoluiſſe,& reliqua cō
ſignaſſe,& reddidiſſe rationem adminiſtrationis,ab
ſoluit &c.& iſto modo euitaſſet omnem amaritudi
nem, vt dixit Ange.Et ſi dicatur,quòd dictum Ange.
procedit eo caſu, quo fit tranſactio ſuper teſtamen-
to, quo caſu dēt fieri inſpectis & cognitis verbis te-
ſtamenti, vt ibi per eum, & l.de his. ff. de tranſact.&
l.j.ff.quemadmo.teſta.ape.ad hoc reſpondeo,quòd
ex quo in caſu iſto ratio reddenda & reliqua aſſignā
da cōſiſtebāt in libris;qa ał̄r nō poterat apparere,in
quo remāſerit debitor,fuit,opus eſt ex libris hoc col
ligi: maxime, quia dolo induxit dictum abſoluentē
dicens ſe abſolutum,& quòd ſoluerat,& oſtenderet
ſe ſoluiſſe. vn̄ videtur ſe retuliſſe ad libros,ergo rema
net obligatus oſtendere, ꝙ ſoluit: ſed ex libris appa-
ret: ꝙ non ſoluit, ergo nō prodeſt ſibi abſolutio præ
dicta, niſi reliqua ſoluat.& ſic fuit hic dolus ī cōmit
tendo & in celando.& ſic non obſtat,quòd habetur
in d.l. qui Romę.§.duo fratres.ff.de ver.ob.quia ibi
non fuit dolus commiſſus in celādo,vbi hic, de quo
plene per ſcribentes in d.§.duo fratres. & ꝑ Ange.&
alios in d.l.tres fratres. ¶ Præterea accedat ad prædi
cta,quod uoluit gl.& Bart.in 2. lec.d.l.ſub pretextu.
C.de tranſa. vbi dixit, quòd ſi in veritate tēpore trā
ſactionis res erat apud eum,cum quo quis tranſige-
bat,ſed putabat tranſigēs eſſe apud alium,certe iſte
error ſibi non nocet,quin ipſam rem poſſit vendica
re,& eſt uera lec.ſecundum Barto.ibi, ponendo,qđ
ille,apud quem res erat,occultabat eam, & ſic dolo
ſuo non erat cognita agenti,merito non venit in trā
ſactione,vt ibi voluit etiam Barto.in princ. huius.l.
Iſtud dictum apponit gladium ad radicem illius du
bitationis: quia cum dictus abſolutus diceret dicto
abſoluenti ſe ſoluiſſe, & aſſignaſſe reliqua dicto ab-
ſoluenti,& abſoluens crederet reliqua ſoluenda nō
eſſe penes dictum abſoluēdum: ſed eſſe apud ipſum
abſoluentem,ideo abſoluit, ſed re vera reliqua aſſi-
gnanda non reperiuntur penes dictum abſoluentē,
ſed reperiūtur penes. d. abſolutū, & hoc accedit do
lo & falſa aſſertione illius abſoluti, ergo ſequitur,
ꝙ dicta abſolutio nō liberat eū q̄n reſtituat reliqua,
tenetur ergo reliqua reſtituere.& ſic in terminis no-
ſtris deciditur ibi præſens hæſitatio.& ex iſtis ſeqtur,
quòd nec in genere,nec ī ſpecie cogitauit dictus ab-
ſoluens abſoluere dictum abſolutum ab aſſignatio
ne reliquorum,quæ dolo ipſius abſoluti penes ipſū
abſolutum reperiuntur,& ſic nō obſtat illud, quod
dicunt dn̄i Vltramontani in d.l. ſub prætextu.quos
ibi Bart. ſequitur, per d.l.qui iure militari.ff.de iure
codic. ¶ Præterea adduco ad prædicta,quod uoluit
41 Bald.in d.l.ſub ꝑtextu,ad fi.vbi dicit† ꝙ generalis li-
beratio facta adminiſtratori, nō liberat a dolo com
miſſo in ipſo actu liberationis, quinimo tūc incipit
obligatio ratione ipſius doli; vt l.actione.C.de tranſ.
Si autem dolus eſſet commiſſus in adminiſtratione
non includitur in liberatione,niſi liberans ſciret do
lum cōmiſſum,vt l.tres fratres.ff.de pac.& licet Pet.
Vltramontanus diceret, ꝙ inducit liberatio doli nō
obſtante.l.ſi ſeruus vetitus.ff.de leg.j.cum ſi.quia lo
quuntur in vltima voluntate.& ratio differentię eſt;
qa ibi verſatur ſola uoluntas teſtatoris, & eius libe-
ralitas,quæ nō debet referri ad indignos & odioſos.
l.Lucius.§.Lucius Damā.ff.de le.2.& l.teſtō cēturio.
ff.de manu.teſt. ſed in ꝯtractibus conſideratur vtriuſq;
voluntas: ſed Bal.ibi dicit, ꝙ aut dolus committitur
in contrectatione rerum,& non inducitur liberatio
dicta l.tres fratres. aut non committitur in rerū cō-
trectatione,ſed erat cōmiſſus in rerum dānificatio-
ne,ſeu deterioratione,& tūc procedat opinio Petri;
quia dolus ſic commiſſus non habet cauſam perma
nentem.ſed tranſeuntē: ſed quando in præſenti con
trectatione nō eſt dolus, qui habeat cauſam perma
nentem tranſactionis tempore, & ideo non porrigi
tur ad talem dolum, ineſt enim ipſi tranſactioni,ita
ibi dicit Bal.formaliter.Modo iſta decidūt in termi-
nis hanc dubitationem; quia cum affuerit dolus ex
parte illius abſoluti tempore dictæ abſolutionis, &
liberationis,ergo ſequitur,quòd non videtur remiſ-
ſus talis dolus;quia tunc incipit habere vires. Ideo
non poteſt adiuuari ex abſolutione, quæ dolo ſuo
habuit effectum: non enim debet reportare cōmo
dum ex ſuo dolo,vt c.ex tenore.& c.ſedes. de reſcrip.
42 ¶Pręterea facit ad prędicta,†quòd licet generale pa
ctū de ſui natura ad omnia porrigatur, etiā ad inco
gnita,ut d.l.ſub ꝑtextu. §. j. tn̄ ex æqtate reſtringitur,
ne dolus patrocinetur:& iſta eſt finalis intentio. d.l.
tres fratres. ſm do.Pet. de Ancha. in ſuis reportatis.
vbi ꝓbatur, ꝙ generalis remiſſio reſtringitur,ne do
lus alicui patrocineť: iſtud decidit in indiuiduo hāc
dubitationem: qa licet dicatur in dicto inſtrumēto,

ꝙ extendatur ad incognita & incogitata, tñ restrin-
getur, ne dolus extorquentis istam absolutionē pa-
trocinetur huic absoluto, qui fuit in dolo, asserēdo
se soluisse, & ꝙ ostenderet se soluisse. ¶ Præterea fa-
cit, quod voluit gl. & Bald. in d. l. sub prætextu. quem
43 refert, & sequitur do. Pet. de Anch. vbi dicunt† ꝙ do
lus agentis dās causam transactioni, seu liberationi
reddit ipsam ipso iure nullam, & est ratio: qa dolo-
sè agēs obripit parti & prætori. ergo nihil agit. l. si qs
obrepserit. ff. de falsis. ex quo sequitur, ꝙ talis libera-
tio est ipso iure nulla: quia obripuit parti absoluen-
ti ille absoluendus, ergo nō vr̄ absolutus, tenetur er-
44 go restituere reliqua. ¶ Preterea facit, † generalia ver
ba restringuntur ad ea, de quibus est verisimile co-
gitatum. ita probatur in l. si ex pluribus ff. de soluti.
l. Aurelius. §. sticho. ff. de liber. lega. l. ex maleficijs. §.
lōgius. ff. de acto. & ob. l. emptor. §. Lucius. ff. de pac.
ergo multo fortius ad ea, de quibus dictum est. vnde
ex præfationibus & proemio comprehendimus in-
tentionem agentium ac disponentium: vt l. 1. ff. ad
Mace. & ibi Barto. & l. fi. ff. de hęre. insti. & ibi Barto.
l. regula. §. licet. ver. initium constitutionis demonst.
ff. de iur. & fac. igno. l. 1. C. de impo. lucra. l. Titia. §.
idem respondet. ff. de verbo. obli. l. item quia. §. idem
Iuliano. ff. de pac. glo. in l. 1. ff. de iudi. idem dixit Pet.
Cyn. & Bald. in l. per retentionem. C. de vsur. quòd
vbicunque præcedentia sunt præparatoria sequen-
tium, semper sunt intellecta in sequentibus. facit,
quod habetur in l. qui cum tutoribus ff. de transac.
sed in casu nostro fuit dictum per illum absoluēdū,
quòd soluerat, ista verba fuerunt ꝑparatoria sequē-
tis absolutionis. ergo videntur repetita in sequenti
absolutione: maxime cum incontinenti, & in eodē
instanti fuerit sequuta dicta absolutio. regulatur er-
go dicta absolutio ex mente partium, si ille absoluē
dus soluisset reliqua, & demonstrasset: si ergo est fal
sum, non prodest talis absolutio: quia cessat causa fi
nalis ipsius absolutionis, & sic cessante causa absolu
tionis, cessat ipsa absolutio, capitu. cum cessante, de
appel. ideo dixit Bald. in capitu. secundò requiris. de
45 appel. quòd causa proemialis† est causa finalis, & cā
causarum. l. eam quam. C. de fideicom. & ibi Baldus
dicit, ꝙ causa finalis dicitur fons causarum, ꝙ præsu
mitur esse causa finalis illa, quæ ſm iuris rationem
debet esse finalis. ideo dicebat Aristoteles, omnes a-
gens agit propter finem, & finis est, qui mouet agen
tem. Modò rationabiliter, & causa finalis huius libe
rationis fuit: quia ille absoluendus soluerat reliqua,
maxime asserendo, quòd soluerat, & quòd ostende-
ret, si ergo non soluit reliqua, soluat, aut ostendat se
soluisse, nec præsumptur remissio aut donatio, vt su
perius fuit ostensum, & probatur in l. si spōsus. §. cir
ca. in ver. remissionem quidem hactenus nō valere.
ff. de dona. inter vi. & vxo. & ideo dixit gl. valde sing.
in c. veniens. de testi. ꝙ cōmittitur simonia remittē-
do. facit c. super eo. de transac. sed iste absoluens cre-
didit assertioni illus garzoni, aut factoris, dicentis se
soluisse, ergo, vt mēdax carere debet commodo ab-
solutionis impetratæ. c. sedes Apostolica. de rescrip.
& sic limitat causa limitatum parit effectū. l. in agris.
ff. de acqui. re. do. & actus agentium non operantur
vltra intentionem illorum. l. non omnis. ff. si cer. pe.
c. cum uoluntate, de sen. excom. Cum ergo uoluntas
absoluentis fuerit, quia asseruit ille absoluendus se
soluisse, sequitur, ꝙ non prodest sibi absolutio, nisi
quatenus probauerit se soluisse: & sic apparet mul-
tifariè, multisque modis demōstratum ad oculū, ꝙ
dictum instr̄m absolutionis nullo modo opitulatur
dicto absoluto, nisi quatenus probet sufficienter se
soluisse. & ad predicta adduco, quod voluit do. Ant.
46 in c. j. de transa. vbi dicit† ꝙ transactio, seu absolutio
generalis restringitur, quādo dolosè fuit extorta: al-
legat ad hoc d. l. tres fratres. vbi fratribus diuidenti-
bus hæreditatem, alter alijs ignorantibus subtraxe-
rat pecuniā, sed alii, qui illius subtractę pecunię par-
tem petiuit, si excipiatur de pacto, vel transactione,
replicabitur: vt ibi dicit Petr. Hispan. & Abbat. anti-
quus, & consiculus meus Ab. in c. j. dolum non pro-
desse doloso. Et adduco, quod voluit Ioan. Andr. in
capitu. cum dilecti. de emptio. & venditio. vbi dicit,
aliquis habebat pulchrum corpus iuris, & alter vo-
lebat emere, dolosè suasit venditori, quòd compila
tio erat mutata, & debebat publicari, & illi libri pa-
rum valerēt. & hac de causa motus ad vendendum
fuit; quia aliter non fuisset venditurus. Ita dicamus
in ꝓposito nostro, iste absoluendus suasit dicto ab-
soluenti dolosè, quòd reliqua soluerat, & quòd ostē
deret se soluisse, ergo rescinditur talis absolutio; qa
dolose extorta. facit simile, quod dixit Angel. in l. si
47 quis cum aliter. ff. de verbo. oblig. † ꝙ si quis vendat
equum, & dicat cum suis superossibus, & cęteris de-
fectibus, & quòd pro illis non vult teneri, ꝙ nihilo-
minus tenetur, si sciebat equum defectuosum, & nō
manifestauit emptori, fortasse non empturo. voluit
Spe. in ti. de emptio. & venditio. §. nunc videndum.
vers. quid si venditor. facit, quod voluit idem Ange.
in l. pacisci. ff. de pact. & Bald. in l. j. C. de ædil. act. ita
dicamus in casu nostro, quòd cum iste absoluēdus
sciret, quòd integre nō soluerat reliqua dicto absol
uenti, & dolose suasit illi se soluisse, quòd non pro-
derit sibi dicta absolutio.

EPITOME.

¶ Statuto si Commune debebat resarcire dānū, de incendio noctu, clausis iam opidi portis, facto ru ri non tenetur: multoqueminus, si damnum passus, qui ex statuto Communi denūtiare debuit, quamprimum potuerit, non denuntiauerit.

SVMMARIVM.

Statutum, quo alter ex alterius facto teneatur, odiosum, iniquū, & contra ius diuinum est. nu. 1.

Libellus generalis admittitur, modo generalitas in probatione specificetur. nu. 2. aliter non. nu. 3.

Tempus vbi præstat causam agendi, libellandum, articulādum, & probandum est. nu. 5. & 7.

Statuto si Commune debet emendare damnum datum, non tenebūtur ad id absentes, aut si qui sunt, qui dolo & culpa vacēt, nu. 9. restringitur enim statutum in eorum gratiam. num. 10.

Qualitas certa vbi præstat causam agendi, nisi de illa constet, actio non competit. nu. 7. & 12.

Dolus coniecturis, indicijs & præsumptionibus probatur. num. 17. statuto si denuntiare quis debeat intelligitur quamprimum poterit. nu. 19.

CONSILIVM XVII.

STatuto & facit contingētia exa
minatis & discussis, ca-
pio primum articulum, videlicet ꝙ
dictus Titius debeat succumbere ex
eo: quia in petitione & relatione fa-
cta per notarium, qui iuit ad se infor
mandum, non dicitur, quòd tempore dicti incendij
dicta domus, & bona combusta essent tantę estima
tionis, quantę est dicta quātitas trecentarū librarū;
& sic non refert se ad tempus, quo dicitur tūc com
missum dictum incendium. Et pro fundamento hu
1 ius consultationis præmitto, † quòd istud statutum,
quòd castrum, aut villa teneatur pro delicto alte-
rius, est odiosum: qa de iure, qui culpa caret: nō de-
bet

bet affici damno.c.cognoscētes.de consti.& ibi dixit Host. qui caruit culpa.careat me iudice pęna.c.quia ex ea. 30.dis. & ibi dixit Bal.quandoq; statuta locorū puniunt patrem pro delicto filij, vt voluit gl.in rub. C.de decre.decurio.li.x.& totam contratam puniūt pro delicto vnius.l.ne quid.ff.de incen.rui.nau.Et talia statuta dicit ibi Bald. esse iniusta, allegat auth.vt nulli iudi.in prin.debuit pro certo allegare glo.in §. quoniam.in d.auth.quæ arguit cōtra potestates punientes vnam contratam pro delicto vnius:& idem Bald.in rubric.C.res inter alios acta.dicit tale statutum esse tolerabile.sed nō laudabile, allegat ad hoc gl.in d.§.quoniam.facit, quod voluit idem Bal. in l. 2.C.de constitu.pecu.& in l.j. C.ne filius pro pa.& in d.l.dotis tuæ.C.de iure do. & idē Bal. in l.sancimus. C.de pęn. dixit, quòd tale statutum est iniquum & contra ius diuinum.& ideo Barto.in l.legatorum.ff. de legat. 3. dicit contra consuetudinem ciuitatis,vt vnus rusticus teneatur pro alio. & facit,qđ magnus ait propheta in suis lamentationibus, patres nostri, inquit,peccauerunt, & nos puniti sumus:& licet cōmuniter teneatur istud statutum valere, & tenere,ꝑ id quod hr̄ in §.item peccator.j.q.4.vbi deus supremus puniuit primogenita propter delicta parētum, & plenè ego dixi in d.c.cognoscentes.vbi per Ant.& alios consuluit Bald. in contingentia facti apud Florētiam,ꝙ fuit statutum editum, cum quidam rebelles occidissent Aretij ambasiatores Florentinorum, ꝙ consanguinei occisorum punirētur,si non darēt occisores in manibus communis Florētiæ, & refert do.Petr.de Ancha.in repetitione capituli primi, de ꝯsti. tn̄ est odiosum, & restringibile, ideo strictè erit intelligendum,vt l.quicquid astringendę.de verborum obligationibus. & tantum in casu,in quo loqtur, aliàs remanebimus in dispositione iuris cōmunis.l.si extraneus.ff.de condic.ob cau.l.commodissimè,ff.de lib.& posthu. modo cauetur in statuto prędicto, quòd ad petitionem damnum passi teneatur Potestas mittere vnum ex suis notarijs ad videndū & inquirendū de incendiis &c. datis in dictis rebus, & locis,& habita informatione referat domino Potestati,& ipsius relationi stetur de ꝑdictis ęstimationi damni in scriptis fiendæ per ipsum notarium, & sacramento conquerentis. Ista sunt formalia verba statuti, ex quo statuto dicitur, quòd relatio notarij habetur pro plena probatione, de quo est text.cum sua gl.in cle.j.de prob.& Iac.de Raue.& Cy.in l.j.C. si aduer.liberta.Bal.in l.j.C.de iureiur.& in l.si tutor. C.de pericu.tuto.& in capitulo primo,in tit.si de inuesti.inter do.& vasal.lis oria.& in d.l.j.C.si aduer.liber.Angel.in l.qui restituere.ff. de rei vendi.& in l.si vas.ff.de fur.ex hoc infero, & hoc opponit gladium ad radicem huius dubitationis, quòd cū huiusmodi relatio notarij habeatur ꝑ probatione, sequitur, quòd probatio debet esse certa & liquida, & debet specificare generalem & incertā petitionē. Vnde posito,nō tn̄ concesso,ꝙ in genere, & in obscuro,& in confuso potuisset agens dicere in suo libello de æstimatione;tn̄ notarius debuit restringere se ad speciē, & ad tempus damni dati,& ęstimationem dicere,&

2 referre ſm tempus incendij:† quia licet admittatur libellus generalis,& aduersus eum non opponatur, vt l.fi.C.de anna.excep.vt voluit Bar.in l.si in rem.ff. de rei ven.& in l.j.in prin.ff.de eden.Inn.in c.cū dilectus.de ord.cogni.do.Ant.do.Car. & omnes post antiquos in c.2.de libe.obla.& Bal.in l.edita.C.de edē. & in d.l.si in rē.& in l.j.in prin.ff.de eden.& ibi Ang. tn̄ debet illa generalitas specificari & declarari per probationē,vt voluit gl.in l.j.§.si quis argentū. ff.depoſi.& gl.in l.j.in prin.ff. de edē.& dixi latè in c.2. de

3 libel.obla.& plus dixit Iac.Bu.in d.l.si in rē. † ꝙ si est petitio generalis & incerta,posito ꝙ nō opponatur, non debet admitti:probatur in ver.debebit. in d.l.si in rem.& voluit Barto.in l.fi.C.de anna.excep.& ad illam l.fin.respondet Iacob.But.ꝙ loquitur in libello generali ad interrumpendum præscriptionē. Modò in proposito nostro opponitur , ꝙ petitio illius actoris est generalis & confusa;qa debuit specificare æstimationem ad tempus incendij : & sic fuit oppositū,non valet sua petitio tāquā incerta,obscura , & generalis:si vero non fuit oppositū,doc.dicūt, ꝙ ꝓcedit obscura petitio; tn̄ debet specificari in probatione: sed informatio & relatio notarij hr̄ ꝓ probatione ex dispositione statuti, ergo debuit specificari & liquidari,quando retulit.¶ Et si dicatur,quis spūs reuelauit tibi,ꝙ debuit specificari ęstimatio secundum tempus illati incendij. ego respondeo, ꝙ indicauit mihi tex.c.cū dilecti.de emp.& vend.vbi ꝓbat formaliter.dr̄.n.ibi,tunc valentem cōparassent.vbi

22 inſpi.l.ſuper ſtatu.C.de quæſtionibus.† per diuitias enim familiarum conſeruatur honeſtas, quæ perit propter inopiam.l.j.ff.de cuſto.reo.& in authen.de defen.ciui.circa principium.in auth.vt omnes obe di.iudi.prouin.§.1.l.ſi creditores.ff.de priui.credi.in egeſtate namque ſordentibus vita eſt ſupplicium, & meror ſolatium.l.quiſquis.C.ad l.Iul.maie.apud Iuuenalem dicitur.Haud facile emergunt quorum virtutibus obſtat. Res anguſta domi : & glorioſus Auguſtinus in libr.de trin.dei, dicebat.per diuitias conſeruatur decus,& honor in familia.facit, quod voluit Iaco.de Aret.quem in addi.Spec.refert Ioan. And.in rub.de ſucceſ.ab inteſt.& quod pulchrè voluit Bald.in conſilio ſuo,incipiente,Martinus Ioan. Florētia poſito inter conſilia Ang.conſi.67.& quod voluit Ang.in quæſtione incipiente, Nobilis quidā genere,& in ſuo conſilio 299.incipiente, ſtatuto ciuitatis Cortoni, & quod habetur in l. Moſayca, vt habetur,Numeri 26.& ſic euidenter apparet, ꝙ iſte teſtator vocauit ad hmōi fideicommiſſum ſuam agnationē, ſe prius vocauit antiquiorē, ex eo quia voluit deferre maiori natu,& ſic primogenito: vt in
23 cap. licet,de voto. † eſt in primogenitura dignitas a deo, qua in veteri teſtamento præ alijs primogenitus offerebat ſupremo deo ſacrificia, & ſedebat ad patris,& duplicatos cibos recipiebat, ita dixit gloſſ. in can.quàm periculoſum.7.q.j.& ſic iſte antiquior de domo videtur vocatus iudicio ipſius teſtatoris,licet in ſpecie & in indiuidio non vocaſſet illum.Adduco ſimile,quod voluit Bar.in l.mortis cauſa capitur.ff.de dona.cauſa mor.vbi dixit, ꝙ quando quis recipit emphyteuſim pro ſe & filijs ſuis, ꝙ cum filij videantur adiecti poſt mortem patris, ꝙ a domino rei videantur capere cauſa mortis, ita dicamus in propoſito noſtro,ꝙ cum antiquior de domo videatur vocatus,deficiente domino Leonello, ꝙ videatur vocatus ab ipſo teſtatore,& ab ipſo accipere: & duco ſimile,quod voluit glo.quæ reputatur ſing.in l.Lucius.ff.de hære.inſti.quæ dixit,ſi filius meus hæres inſtitutus deceſſerit ſine filijs,ſubſtituo talem,ꝙ ſi deceſſerit cum filijs, ꝙ tacito iudicio videtur vocaſſe illos nepotes, & ſic capiūt ex iudicio ipſius teſtatoris, tanquam in ſpecie, & in indiuiduo vocati ad ſuam hæreditatē:& adduco ſimile, quod voluit Cy.Bar.Pe.& alij in l.ſub prætextu.C.de tranſac.vbi
24 dicunt † ꝙ ſi facta eſt tranſactio,& eſt habita ſcientia in genere,& ignorātia in ſpecie & in indiuiduo, ꝙ nihilominus tranſactio comprehendit ſcitum in genere,& ignoratum in ſpecie,allegant ad hoc text. in l.qui iure militari.ff. de teſta. mil. & ſic illud idē operatur ſciētia in genere & ignorātia in ſpecie ꝙ operat̄ ſciētia in ſpecie ita expreſſe dicūt. iſtud idē voluit Ang.in.l.tres fratres.ff.de pac.ad hoc allegat. d.l.qui iure militari.idem voluit. in l. qui Romæ.§. duo fratres.ff.de verb.ob.allegat.d.l.qui iure. idem voluit in.l.ſicut certi.cum l.ſi cum in vtero.C.de teſtam.mili.allegat.d.l.qui iure. idem voluit in auth. ex cauſa.C.de libe.præte.idem voluit in l.filio præterito.ff.de iniuſto teſta. idem dixit in.l.fi.§. ſin autē neſcius,vel dubitās.C.de furt.idem voluit in d.l.qui iure mili.& puto illum text.fore ad hoc ſingu.idem conſuluit in ſuis conſilijs,conſ.10.& iſtis in locis docet aduocatum practicare, vt pactum,aut trāſactio referatur ad incognita; quia ſufficit habere cognitionem in genere, licet non habeatur in ſpecie : & iſta pro certo excedunt vires humani ingenij. Ita dicamus in propoſito noſtro,licet enim cum non habuiſſet teſtator iſte cognitionem in ſpecie,& in indiuiduo de iſto antiquiori de domo; tamē habuit cognitionem in genere,quo caſu ſufficit, vt d.l.qui iure.ſicut ergo operatur ſcientia in ſpecie, ita operatur in effectu in genere:ergo ſtat vera & indubitata concluſio, teſtator ſemper videtur inuitaſſe gradatim antiquiorem de domo,& ꝙ ipſo deficiente, vel repudiante,venit alius antiquior, iuxta ꝙ ſuperius eſt dictum.& nati natorum & qui naſcetur ex illis, & iſtud

& istud sit tertium præsuppositum.¶ Ex istis infertur quartum præsuppositum, videlicet, ꝙ cum iste antiquior de domo videatur vocatus ab ipso testatore in infinitum, sequitur, ꝙ non potuit repudiare in præiudicium alterius sequẽtis, qui est antiquior de domo, & adduco elegans ɔsilium d. Pe. de Anch. in suis consilijs, consilio 25. incipiente. Non seruato ordine dubiorum, vbi decidit in indiuiduo dubitationem istam in vltimo dubio illius consilij, vbi accidit ꝙ testator voluit mortuis filijs & descendentibus ex eis ꝙ hæreditas sua veniret ad duos antiquiores de domo, accidit, ꝙ fuit loc⁹ substitutioni, & duo antiquiores, de domo habuerunt illam hæreditatẽ vigore substitutionis, & illam vendiderunt & cesserũt emptori, fuit dubitatum vtrum illa substitutio facta de duobus primis antiquioribus, videatur facta de illis duobus primis antiquioribus duntaxat, an eis deficientibus videatur facta de duobus alijs antiquioribus, & sic in perpetuũ, & per ɔñs illa venditio, seu illa cessio nõ præiudicauerit alijs duobus antiquioribus de domo: & cõsuluit, ꝙ videtur facta perpetuò, vt semper veniant duo antiquiores de domo: & sic ponit illud consilium gladium ad hanc dubitationem, & in fauorem illustrissimi cõpatris mei non potest alienari melius, & silebunt fauces aduersantium. Secundò concludit dñs Pet. ibi, ꝙ re-
25 pudiatio† duorum priorum antiquorum de domo non impedit deuolutionem in alios duos antiquiores de domo, & mouet̃: quia videntur vocati ex prouidentia primi testatoris: mouetur ex eo, ꝙ hr̃ in l. j. §. quidã. ff. de ɔ̃ tab. & l. 2. §. si non. ff. ad tert. & l. fine. §. vlti. ff. de iure patr. & allegat simile, ꝙ hr̃ in l. cum oportet. C. de bo. quæ lib. melius, iudicio meo, facit, quod voluit gloss. in d. l. Lucius. ff. de hæred. instit. & quod voluit Bart. in d. l. mortis causa capit̃, & facit ratio, ius mihi quęsitum non potest mihi tolli sine facto meo. l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. l. fi. ff. de pact. l. fin. contra ius vel vti. publ. c. quæ in ecclesiarum, de constitu. sed in casu isto est quæsitum ius in dicta hæreditate antiquiori de domo ex dispositione testatoris, ergo nõ potest sibi tolli facto primi antiquioris, de domo repudiantis: quia ea quæ sunt principia generandi sunt principia disponendi, vt voluit Philosophus in 1. de generatione & cor. l. Stichum aut Pamphilum. §. naturalis. ff. de solu. l. nihil tã naturale. ff. de reg. iur. sed ista hæreditas, seu istud fideicõmissum est acquisitum antiquiori de domo in perpetuum, vt superius demonstratum est, ergo non potest tolli, & sic talis repudiatio, posito ꝙ facta fuisset per d. Ducem, non præiudicaret antiquiori de domo. Et adduco simile, quod voluit Ang. in l.
26 apud Iulianum. §. si quis alicui. ff. de legat. 1. vbi dicit per illum tex. Dy. tenuisse † ꝙ si pater stipulatur emphyteusim pro se & filijs suis, in præiudicium filiorum non repudiabit illam; quia vna emphyteusis, est in persona patris, & alia in persona filij, arg. optimum. l. stipulatio ista. §. si quis stipulatus fuerit. ff. de verb. obl. C. de vsufru. l. cum antiquitas. no. in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de lib. & posthu. idẽ voluit Bald. in d. §. si quis alicui. idem voluit Ray. de Forli. in d. §. & quid si tantùm. cum ergo in casu nostro videatur esse alia substitutio in persona secundi antiquioris de domo, vt superius est dictum, ex quo in genere vocatus est antiquior de domo, sequitur, ꝙ repudiatio facta per vnum antiquiorem de domo nõ p̄iudicat posteriori antiquiori. Et adduco, quod
27 voluit Bal. in commento. l. qui se pris. C. vnde lib. in 11. col. vbi dicit† ꝙ si pater accepit feudum pro se & filijs suis, sed postea repudiat, aut renũciat feudum dño feudi, ꝙ talis renunciatio non præiudicat filijs: & est rõ illa, quã dixit Bar. in d. l. mor. causa capitur. quia filius vr̃ recipere illud a dño, ergo non potuit præiudicare pater filio. & adduco, quod voluit idẽ Bal. in auth. si quas ruinas. C. de sacrosanc. eccle. vbi idem tenuit. & adduco simile, quod voluit Bal. in l. cum a socero. C. de iure do. & voluit Lud. Roma. in suis consi. consi. 34. incipiente, Visa facti serie. & adduco, quod voluit Angel. in l. nuper. C. de naturali.
28 lib. vbi dicit † ꝙ licet in morte quis possit contrahere matrimonium, & legitimare filios antea natos, ꝙ tamen talis legitimatio non nocet filijs primi matrimonij: quia videtur facta, vt illis nõ noceat, & eis non præiudicet. Et adduco simile, quod dixit Bald. post alios in c. j. §. porrò in tit. qualiter olim feu. po-
29 te. alie. vbi dicit † ꝙ si vasallus alienauit feudum ad hoc, vt deuoluatur ad dñm feudi, & p̄iudicet agnatis, ꝙ talis alienatio non præiudicat agnatis per l. filiæ meæ ægræ. ff. solu. matri. Et adduco simile, quod voluit gloss. in auth. nisi rogati. C. ad treb. quæ dicit
30 † ꝙ si quis ingreditur monasterium ad hoc vt fraudetur fideicommissarius, nõ nocet ille ingressus fideicommissario. & plus dixit ibi Bald. ꝙ si monacus habuit priuilegium a Papa, vt posset testari de bonis maternis, & facit testamentum, & mortuus est, ꝙ nihilominus fideicommissarius recuperat ius fideicommissi. quia videtur fecisse in fraudem, argu. l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in frau. credit. & c. 2. de renunc. lib. 6. & d. l. filiæ meæ. Et adduco, quod voluit idem Bald. in c. in præsentia, de prob. vbi quærit, aliquis ingreditur & profitetur religionem in articulo mortis, refert doctores dicere, ꝙ non nocet substituto; quia videtur in fraudem facere ad hoc allegat. d. l. filiæ meæ. & facit, quod voluit Saly. in auth. nisi rogati. vbi ponit, ꝙ ingressus ad monaste. purgat omnem maculam: vt in auth. de monac. §. illud. & quod voluit Gul. de Cu. in l. j. C. de sacrosan. eccl. rñdet, ꝙ abstergit præsumptiuè non verè, ex quo constat de opposito. & adduco, quod voluit Bal. in
31 d. l. filiæ meæ ægræ. vbi dicit, † ꝙ renunciatio facta in fraudem expectantis, non præiudicat, & dicit, ꝙ ex illo text. & de vtero eius emanauit. c. 2. de renun. lib. 6. vnde in præiudicium expectantis primam vacaturam morte non valet renunciatio. & ista recto iudicio potuisset adducere do. Pe. de Anch. in dicto suo consilio, de quibus non habuit commemorationem. Modò ista ponunt securim ad arborem huius dubitationis; quia cũ alius antiquior de domo Extensi non habuerit ius dicti fideicommissi ab illustrissimo do. Duce primo antiquiori de domo, non potuit repudiatio facta per suam excellentiam pręiudicare iuri alterius antiquioris de domo, posito, non tñ concesso, ꝙ sua excellentia Ducalis dedisset mandatum expressum, ꝙ procurator suus repudiaret. Et adduco, quod voluit Bald. in l. filium senato-
32 ris. ff. de sena. vbi dixit, ꝙ ius † mihi quæsitũ ex persona mea tuo facto non perdo, per l. post mortem. §. fin. ff. de ɔ̃ tab. ſm Vsbertum de Cremona dicit esse notatu dignum: cũ ergo ex persona primi antiquioris deficientis, vel renunciãtis, non acquiratur istud fideicommissum secũdo antiquiori, ergo sequitur, ꝙ facto ipsius primi antiquioris nõ perdit secundus antiquior ius fideicommissi, ad quod vocatus fuit ab illo magnifico Thadeo, & sic deciditur in terminis ista dubitatio. Et adduco. quod voluit Bal. in l. in insulam. §. fi. ff. sol. matr. vbi dicit per illum text. duo nobiles fecerũt decẽ sub pęna applicanda Ecclĩæ, q rupta pace, reconciliant se, & oẽm iniuriam remittunt, ꝙ nihilominus illa reconciliatio non præiudicat Ecclesiæ quoad pœnam: & loquitur ibi Bald. eo casu, quo tale ius acquiritur tertio facto ipsorũ ɔ̃hẽtium; tñ non tollitur: quanto fortius in casu nostro, cum istud fideicommissum sit acquisitum facto testatoris

statoris

statoris primi, & sic facto illius Thadæi non potuit
præiudicari alteri antiquiori de domo. Nec obstat,
si allegetur ɔ̃rium, quod voluit Bar. in l. qui Romæ.
§. Flauius. ff. de verb. obl. l. j. C. si mancip. ita fue. alie.
& in l. 3. ff. de ser. expor. quia in alio casu loquitur di
33 cit enim, qñ † ego ɔ̃ho cum aliquo, & appono pa-
ctum, an istud ius acquiratur tertio, decidit, ꝙ dictũ
ius non acquiritur illi tertio, si non interuenit patiẽ
tia, in casu nostro non est insistendum circa illud di
ctum Bar. quia in casu nostro nõ est acquisitum ius
illi secundo antiquiori de domo facto primi antiqo
ris, sed est q̃sitũ a primo testatore, ergo facto istius
primi antiquioris non potest tolli ius quæsitum se-
cundo antiquiori de domo. facit. l. fina. ff. de pact. &
quod plenè voluit. do. Ioã. de Imo. in c. potuit, de lo
ca. in finalibus suis verbis. & quod voluit Salyc. in l.
quoties. C. de dona. q̃ sub mod. & qđ cõsuluit Ang.
in suis ɔsilijs ɔsilio 181. & quod voluit Bal. in l. liber-
ti, de ope. lib. & in auth. si quas ruinas. C. de sac. san.
eccl. & facit, quod voluit Lud. Ro. in ɔsilio 34. inci-
piente Visa facti serie, vbi cõsuluit, ꝙ si quis accipit
emphyteusim pro se, filijs & nepotibus, ꝙ intelligi-
tur ordine successiuo, vt primò ad patrem. secundò
ad filios. tertiò ad nepotes: per l. cum ita. §. in fidei-
commisso. ff. de leg. 2. & l. peto. §. fratre. & l. cum pr̃. §.
a te peto. a ɔ̃rio sensu. ff. de leg. 2. & l. hæredes mei. §.
peto. ff. ad trebel. vbi dicit esse tex. meliorem de iure,
& subdit ꝙ non potest sic accipiens, vel alij sequen-
tes renuntiare in præiudicium alterius. Et sic ex istis
dr̃ vera & indubitata ɔclusio, ꝙ non potuit do. Dux
repudiare hęreditatem in pręiudicium alterius an-
tiquioris de domo. ¶ Modò istis præsuppositis pro
fundamento potissimo huius ɔsultationis vr̃ aper-
to iure dicendum, ꝙ iste ambasiator non potuit re-
pudiare pręfatam hęreditatem: hoc decidit gl. satis
elegãs in l. 1. ff. de offi. procu. Cesa. & mouetur: quia
34 † sicut procurator nõ põt adire hæreditatem, ita &
eodem mõ nõ põt repudiare, quam summè notat
ibi Bar. cum legibus, quas allegat. & est rõ ẜm And.
de Pisis, quem ibi refert Bal. quia si hæreditas posset
adiri per procuratorem, sequeretur, ꝙ ei acquirere-
tur ius directũ & radicaretur in eo aditio, quod est
impossibile. l. quæcunq; gerimus. ff. de act. & obl. l. si
mulier. §. ex asse. ff. de iure do. tum quia ɔsistit aĩo, q
est quid personalissimum. c. si gratiosè, de rescr. lib.
6. l. 4. ff. loca. & per ɔ̃s committi non põt. l. vnica. §.
ne autem. C. de cad. tol. tum etiam quia depẽdet ex
declarationi aĩ, quæ alteri committi non põt, vt est
gl. in l. sicuti. ff. de arb. tum quia additio hæreditatis
non est in nr̃o p̃rimonio. l. pretia rerum. ff. ad l. fal. &
ea quæ non sunt in nr̃o patrimonio, explicari non
possunt per alium, vt voluit gl. in l. 3. C. de manu. tũ
quia, hæreditatis aditio non est in opera, ideo non
põt exerceri per operarum procuratorem. l. aditio.
ff. de acq. hæred. tum quia aditio est actus ciuilis, vt
voluit gl. quę reputatur singularis in l. j. aliàs in rub.
ff. de acq. hær. plenè per Bar. in rub. ff. de acq. hær. er-
go per alium explicari non põt. l. ea quę ciuiliter. ff.
de acq. rer. do. l. quæcunque. ff. de act. & obl. & licet
cesset vna, vel plures de istis rationibus: tñ non ces-
sant aliæ vel alia: ideo stabit iuris dispositio firma. l.
libertorum. §. notatur. ff. de his qui not. infa. insti. de
nupt. §. affinitatis. l. si non lex. ff. de hær. instit. ex istis
sequitur, ꝙ iste ambasiator sicut nõ potuit adire hę
reditatem istam ẽt cũ mandato, ꝙ eodem mõ non
potuit repudiare istam hæreditatem ẽt cum mãda-
to, & plus vr̃ ddm̃, ꝙ posito non tñ ɔcesso, ꝙ per pro-
curatorẽ potuisset repudiari, tñ quia erat actus prę-
iudicialis ipsi d. Duci & futuro antiquiori de domo
ergo vt actus præiudicialis & arduus requirebat mã
datum speciale, ar. l. qui ita. §. j. ff. ad treb. & facit ele-
35 gans dictum Bar. in l. filiusfa. ff. de dona. vbi dicit † ꝙ
vbi dicit actus potest esse præiudicialis dño, requirit
speciale mandatum. facit. l. si quis mihi bona. §. ius-
sum. ff. de acq. hęr. facit l. Pantonius. ff. de acq. hęr. &
ideo dixit Raphael Cu. in l. Paulus. ff. de acq. hære. ꝙ
in agnoscẽda bonorum possessione per procurato-
rem requiritur speciale mandatum, quia est actus
periculosus: cum ergo in casu nostro agatur de eui-
denti damno & præiudicio do. Ducis & alterius an-
tiquioris de domo, ergo sequitur, ꝙ erat necessariũ
speciale mandatum. Et si dicatur, ꝙ iste ambasiator
erat bonus vir, & creditur bono viro, non enim est
credendum, ꝙ mentiatur, vt dixit gl. elegans in l. Ti
tio fundus. ff. de condic. & demonst. & decidit Host.
36 simile in c. finem litibus. de dol. & contu. † ꝙ non est
præsumendum, ꝙ vir probatæ fidei & vitæ faciat re-
prehensione dignum, vt est tex. elegans in c. 2. de op.
no. nunci. & probatur in c. in nostra, de procura. vbi
non præsumitur, ꝙ peritus homo faciat aliquid de-
testatione dignum, quod voluit glo. in c. expedit. 12.
q. 1. adeo ꝙ dixit d. Ant. in c. postremò, de appel. ꝙ si
iudex est coniũctus aduersario, non propter hoc po
terit recusari suspectus propter bonitatem vitę suę.
Et adduco, quod sapienter voluit Ange. in l. si a bo-
næ fidei. ff. de rei vend. vbi dicit, excusatum fuisse in
quæstione facti Potestatẽ Bononiæ, qui assignauit
totum palatium pro carcere recepta iuratoria cau-
tione, ꝙ non recederet de palatio cuidam graui ac
probatę fidei viro, q̃ aufugit de palatio, & dicit fuis-
se obtentum illum potestatem fuisse excusatum, si
crediderit bono viro, & ideo refert summus in iure
vir Io. And. in addi. Spec. in tit. de loca. prope princi.
fuisse olim q̃onem in facto. quidam princeps com-
mendauerat sub fida custodia habẽdam arcẽ quan
dam cuidam suo fideli, qui ex postfacto habuit ne-
cessitatem se absentãdi & commisit custodiam cui-
dam alteri, qui infideliter se habens tradidit arcem
inimicis dñi, fuit ventilata q̃ õ in curia Romana, &
& ibi fuit conclusum: quia ille talis, qui prodidit,
erat nobilis vir, fuit excusatus ille cõmendans: quia
nõ erat præsumendum, ꝙ nobilis vir esset proditor,
& sic præsumendum est pro nobili viro. facit. c. Lug
dunensis. 12. q. 3. & c. oẽs. 7. q. 1. facit. c. 1. de elect. per
sal. promo. & quod voluit Bald. in c. cum ɔtingat, de
rescri. cũ ergo iste ambasiator fuerit probus & fide-
lis suo dño, præsumendum est, ꝙ tam prudens & sa
piens Dux elegerit operam fidelis, & probi subditi,
arg. c. ad apostolicæ. de re iud. lib. 6. ergo non est pre-
sumendum, ꝙ citra mandatum repudiauerit tam
amplam hæreditatem: iura enim deferunt honestis
viris, vt dixit gl. in l. j. §. j. ff. de ripa muni. & in l. semp.
ff. de iur. immu. iuxta illud quod Virgilio nr̃o venit
in ore primo Eneidos. Tum pietate grauẽ meritis
si forte virum, quem conspexere. ista pro certo non
obstant: posito enim ꝙ ambasiator fuerit ꝓbus vir;
tñ non fecit opera probitatis. vñ humilis Iesus Chrs
Saluator nr̃ vnicus ac eius pr̃ dicebat ad illos perfi-
dos Iudęos octauo. c. Ioannis. si filij inquit Abrahæ
estis, opera Abrahę facite. at vos ex pr̃e diabolo estis
& quæritis facere opera sua, ille mendax est. & sic il
le dr̃ bonus vir, qui facit opus boni viri, iuxta illud
quod dixit Chrs in Euangelio. A fructibus eorũ co
37 gnoscetis eos. vnde dr̃ † ille bonus vir, q̃ in alio facit
illud, quod in se vellet aliũ facere, tex. est sing. in l. 1.
ff. de sol. facit illud sacro scriptũ Euãgelio Matthæi,
quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos
eadem facite ipsis. hr̃ in c. humanum genus. 1. dist.
& bonus vir, qui consilio pollet. l. ceteræ. §. 1. ff. fami
li. ercisc. dicitur etiam vir bonus, qui non facit aliqd
pœnale. text. est elegans in l. si pendentes. ff. de vsu-
fruct. ita bellissimè dixit Bal. in l. iustitia. ff. de iustitia
& iure,

& iure. Modò in proposito iste nō fecit vt bonus vir, posito ꝙ esset bonus vir; qa fecit versus dñm Ducem illud, quod noluisset do. Ducem facere versus eum: non enim voluisset, ꝙ do. Dux repudiasset hæreditatem suorum sibi delatam. Item fecit pęnale refutando hęreditatem magnam & arduam sine mandato speciali. vnde ista stant simul, ꝙ quis sit sanctus vir, & tamen facit illud, quod de iure non deberet fieri: & allego casum valde sing. in c. j. vt lit. pen. vbi surreptitia impetratio nō tenuit, etiam si sit sanctus ille, qui impetrauit: nā ibi beatus Thomas archiepiscopus Canturiensis impetrauit rescriptum surreptitium, ideo non tenuit: vnde multū eleganter dicit ibi Bal. ꝙ propter meritum vitæ non est recedendum a iuris dispositione: & sic sępenumero facit illud, quod de iure facere nō debet, vt fuit beatus Thomas Canturiensis. aliàs legi trāsitum eius de hac vita & suam sanctam historiam, & inter cætera spiritum cuiusdam raptum fuisse ad cœlum supremum, & in sedibus Apostolorum vidit sedem quādam vacantem, qui interrogauit cōductorem ipsius, cui parabatur sedes illa vacua, qui respondit magno sacerdoti Anglico, & illis diebus proximis fuit Thomas trucidatus ab impijs, & tamen fecit illud, quod facere non debebat: modo si sanctus Thomas incidit ī id, quod iure fieri non debet, fortius incidit laicus mundo & secularibus delicijs inuolutus sacro dicente Euangelio, si in viridi ligno hoc faciūt, in arido quid fiet. fateor modò, ꝙ quis beatus Thomas impetrauerit rescriptū surreptitiū; tñ non dolosè impetrauit aliquo iusto colore motus, vt dixit Host. in c. finem litibus. vt habetur in iuribus allegatis superius. vnde licet ambasiator repudiauerit hęreditatem, ex quo dicitur, ꝙ erat bonus, possibile esset, ꝙ nō dolosè repudiauit, sed ex simplicitate, vt dixit gl. q̄ reputatur singularis in c. super literis, de rescriptis. quæ dicit, ꝙ licet quis impetrauerit surreptitium: tamē præsumitur, ꝙ ex simplicitate nō dolo impetrauerit: tamen nō tenet sua interpretatio: ita in casu nostro possibile est, ꝙ per simplicitatem repudiauit: non tamen tenet sua repudiatio & sic sublata est illa obiectio, ꝙ iste ambasiator erat probus & bonus vir: nam sępenumero & bonus dormitat Homerus. c. ne qs cum nouerca. vbi est gl. elegans. 32. q. 7. not. in l. recusare. ff. de acq. hæred. & ideo non valuit repudiatio facta per illum ambasiatorem in præiudicium do. Ducis. facit, quod dictū fuit in presuppositis, ꝙ iste actus repudiationis est alienus ab ambasiata, vnde non tenuit actus ille, vt probaui iuribus optimis allegatis superius. Item dico, ꝙ de necessitate est dicendum, ꝙ debuit constare de mandato speciali do. Ducis ad repudiandum: quia, vt superius demonstraui, actus aditionis & repudiationis non potest fieri per procuratorem: quia eo ipso ꝙ dominus cōstituit procuratorem ad adeundū, videtur ipse dñs adire, & eodē modo eoipso, ꝙ constituit procuratorem ad repudiādum, ipse videtur repudiare: cum ergo actus iste dicatur fieri ab ipso hærede, sequitur, ꝙ necessariò debet dominium Venetum ostendere mandatum ad repudiandum specialiter datum illi ambasiatori: quia repudiatio facta per ambasiatorem nō operatur effectum repudiati fideicommissi, & si ostēditur mandatum domi. Ducis ad repudiandum, videtur quòd dom. Dux repudiauerit, eoipso quòd mandauit dicto ambasiatori, vt repudiet, & sic necessarium est ostendere mandatum domi. Ducis ad repudiandū. vnde nō sufficit dicere, ambasiator renūtiauit; quia sua repudiatio non operatur effectum repudiati fideicommissi; quia, vt dixit philosophorū lōgè princeps Aristoteles in secūdo de anima, actus actiuorum sunt in patiente bene disposito: in casu nostro nō erat dispositum, vnde posset argui sic: omnis effectus præsupponit cām efficientem habilem, vt l. generaliter. C. de episcopis & cler. cum simi. sed repudiatio ista non habuit efficientem habilem, vt voluit glo. in d. l. 2. de officio procur. Cesa. ergo sequitur, ꝙ nulla fuit huiusmodi repudiatio, & maximè in præiudicium tertij: videtur enim reseruatum ius tertio. Vnde dixit pulchrè do. Anto. in c. vt debitus,
38 de appel. † quòd statutum, quando tollit appellationem, intelligitur quò ad litigantes, non quò ad tertium: allegat casum singularem in c. super eo. de officio deleg. & idē dixit Bar. in l. 1. §. fi. ff. a quib. appel. non licet, ꝙ si princeps committit causam appellatione remota, non videtur remouere quò ad tertiū, simile dixit glos. singularis in l. creditor. post principium. ff. manda. ꝙ dilatione pen. nihil est innouandum, non procedit quò ad tertium. simile dixit tex. valde singularis in l. si quis libertatem. ff. de petitio. hær. ꝙ exceptio dilatoria potest opponi per tertium post litem contesta. Ita dicamus in proposito, vt videatur saluum ius alterius antiquioris de domo, vt superius fuit dictum. facit, quod habetur in l. quandiu. ff. de acquirend. hęred. & quod voluit ibi Barto. vbi dicit, ꝙ si sunt electi tres successiuè ad officium Potestariæ, ꝙ deficientibus duobus primis, venit tertius ad illud officium, ita dicamus in proposito, dato, non tamen concesso, ꝙ do. Dux dedisset mandatum ad repudiandum; tamen non noceret secundo antiquiori, & ista videtur pura veritas: debuit enim inclitum dominium Venetorum requirere mandatum d. Ducis datum ad repudiandum, nec illa repudiatio fuisset elusoria. simile dixit gl. quæ reputatur
39 sing. in c. 1. in ver. absentia, de ele. lib. 6. quę dixit, † ꝙ iudex ex officio suo nemine petente dēt exigere mādatum a procuratore, ne iudicium agitandum coram se reddatur elusorium. facit. c. causam quæ, de iud. c. ecclesia, vt lit. pend. Ita dicamus in proposito, debuit illud inclitum dominium Venetorum exigere mādatum, ne talis repudiatio esset elusoria & inefficax, & isto modo apparuisset liquidò, si de voluntate do. Ducis, & per consequens elusoria fuit talis repudiatio, forte enim voluit commodum aliquod reportare dictus ambasiator a dicto Dño inclito; quia verisimiliter dixissent illud, quod dictum fuit Chr̄o ab adulteris & Iudæis, dum dixerūt, in qua potestate facis hoc, nisi diceret illud tritum antiquitate prouerbium, ad equum donatum nō respicias in ore. ¶ Et ex istis concludo, talem repudiationē non valuisse, nec p̄iudicasse d. Duci nec antiquiori de domo in æternū; qa fideicōmissum erit duraturū, donec viguerit illustris, superba, & antiqua domus Extensis. & ita ꝯcludo. ¶ Capio aliū articulū huius ꝯsultationis, dū q̄ritur, vtrū posito ꝙ do. Dux esset exclusus ab hr̄ditate Thadæi, non tñ ꝯcesso, vtrum possit obtinere certas valles, & bona, q̄ fuerunt in feudum recognita per quondam Thadæum, & Franciscum Marchiones Extenses, dum viuerent, ab obseruādæ memoriæ Nicolao Marchione Extēsi. & postmodū a do. Leonello Marchio. & deinde a d. Duce Borsio. Et pro certo non vr̄ mihi esse necessariū insistere circa hūc articulū; qa cū p̄fata hr̄ditas sit deuoluta do. Duci, nec valuerit illa repudiatio, ideo non est opus insistere, vtrum valles recognitę in feudū ab istis illustribus do. redeat ad eosdem pleno iure, defunctis sine filijs masculis legitimis p̄fato Thadæo & Francisco, & dicto Bertoldo. Et circa hoc pōdero primò, ꝙ in supplicatione porrecta per illos Thadæum, & Fran. dr̄, dignemini inuestire Thadæum & Frācisců iure feudi de medietate pro indiuiso infrascriptarū rerū spectātium ad dn̄ationem vr̄am. Ex quibus verbis apparet ad oculum, ꝙ istæ valles spectent ad do. Ducem,

Ducem, quod sic ostendo: & adduco elegãs dictum Io. Andr. a cõi opinione scribentium approbatum
40 in c.fi.de iureiu.lib.6. vbi dicit, † ꝙ imperrans rescriptum videtur confiteri oĩa contempta in rescripto impetrato per eum, esse vera, refert illud dictum & sequitur do. Abb. in c. examinata, de iudi. & adduco rationem datam ab Inno. in c. super literis, de rescr. vbi dixit, ꝙ rescriptum & libellus æquiparantur, refert illud dictum Bald. in l. prescriptione. C. si contra ius vel vtili. public. sed illud, quod quis narrat in libello, videtur fateri esse verum, & sibi præiudicat. l. cum precum. C. de lib. causa. & ibi glo. colligit, ꝙ si quis porrigit libellum, & aliquid dicit contra se, stabitur illi dicto ↄ̄ se, quam gl. reputat sing. do. Car. in d.c. examinata, de iudi. & probatur in l.2. C. de insti. & substi. dum dr̃ ex his, quæ in libello complexus es. & quod voluit ibi Cy. & Bal. & adduco simile, quod dicimus de instr̃o, ꝙ producens instr̃m videtur fateri omnia contenta in instrumento esse vera. Bart. in l. post legatum. ff. de his quibus vt indignis. Bal. in l. scripturę. C. de fide instru. Innocen. in c. venerabilis, de except. & Bal. in l. alia. C. de his quibus vt indig. & ideo dixit Bal. in l. transactione. C. de transac. per illũ tex. ꝙ quis vr̃ confiteri crimen, de quo facit mentionem in libello. & adduco elegantem gloss. in c.1. de confes. lib.6. in magna glos. quę dicit, ꝙ ea quę continentur in positionibus probant contra ponẽtem; quia videtur illas confiteri. Cum ergo isti tales supplicantes in supplicationibus asseruerint dictas valles spectare pro indiuiso quò ad medietatem ad cameram d. Nicolai, sequitur, ꝙ standum est tali confessioni. ¶ Et si dicatur, ꝙ sit erronea talis confessio, ideo non præiudicat: vnde dixit Bald. in d.l. alia. referens dictum Inno.
41 † ꝙ etiam si confiteor expresè instr̃m falsum esse, veruntamen probato instr̃o falso mihi non nocet confessio; quia nec naturale, nec ciuile habet fundamentum, cui possit ↄfessio inhęrere. l. cum precibus. C. de prob. & adduco, quod voluit Bald. in l.2. C. de errore aduoca. vbi dixit, si aliqs credens se condemnatum in 10. supplicat principi, ꝙ cum sit ↄdemnatus in 100. remittatur sibi aliqua pars cõdemnationis, princeps rescribit forte in hac forma, fiat iustitia dicitur pro parte, ꝙ ipse debet cogi ad soluendum 100. cum hoc appareat per suam confessionem: ipse verò dicit se errasse; quia ↄdemnatio erat in minori summa, tunc iudex, qui de hoc cognoscit, cognitio errore, sequetur veritatẽ, & non erroneam cõfessionem, & hoc totum est in libello supplicatorio. Ecce aliud, inquit ibi Bal. exemplum, scholaris credens se ↄdemnatum de insultu in 100. cum esset condemnatus in 50. appellauit tanquam a cõdemnatione facta in 100. & ita postea formauit libellum appellatorium, & reliquum processum, tãdem apparet, ꝙ non est condemnatus, nisi in 50. certè falsa confessio non auget condemnationem, vnde si non erat in aliquo condemnatus, pronuntiabitur bene appellatum, non obstante errore: si erat ↄdemnatus in 50. attẽditur in hoc veritas, non erronea confessio. & istud est in libello conuentionali. ponit tertium exemplũ in restitutione ĩ integrum, ex quibus colligit, ꝙ assertio supplicãtis hoc solum facit; quia transfert in eum onus probandi negatiua assertio præambula nõ pręiudicat sibi, vt ibi, & l. qui familiæ. ff. famil. ercis. quam legem dicit se intel
42 ligere, † ꝙ assertio libelli non nocet liquidę veritati, per d.l.2. quia in dubio staretur assertioni, vt l. cum precum. & l. rura. C. de agro deser. lib. 11. Ita residet Bal. in d.l.2. & sic stat in hac conclusione, ꝙ assertio supplicantis probat ↄ̄ supplicantem, & præiudicat supplicanti, nisi sit erronea, quo casu tenetur probare errorem, & facit, quod voluit idem Bal. in l.1. C. vt
43 quæ desunt aduoca. † ꝙ potest quis producere acta, quatenus faciunt pro se, multo ergo fortius poterit probari error. Et adduco, quod voluit idem Bald. in l. cum precum. præallegata. referens Bar. in l. ex hac scriptura. ff. de donatio. vbi dicit, ꝙ verba enuntiatiua etiam iudicis ante litem contestatam inducunt probationem, si potest probari error. Bal. ibi dicit, ꝙ si libellus continet certum, & aduersarius non ↄdicit, tunc libellus præiudicat, sicut expressa confessio & sic Bal. videtur inherere dicto Bar. ꝙ posset proba
44 re ↄ̄rium. & subdit etiam ibi Bal. † ꝙ ille, qui producit instr̃m vr̃ confiteri illud esse verum, non tñ adeo ꝙ nõ possit corrigere suum errorem, vt l. si aduersarius. C. de fide instr̃orum. & idem Bal. in l.1. C. de falsa causa adiect. legat. dixit, ꝙ error figit intellectum suum in falso. Et sic apparet ex istis, ꝙ narrata in libello possunt retractari probato errore. vt d.l. qui familiæ. & facit, quod voluit Bartolus in d.l. rura. vbi
45 dixit, † ꝙ licet confessio extraiudicialis, qua ego confiteor dominum rei meæ esse tuum, non pręiudicet mihi, vt l. cum falsa. C. de iuris & facti ignorantia. tñ confessio iudicialis præiudicat, nisi sit erronea confessio falsa ex causa, & causa erroris sit probabilis, vel iusta. l. confessionibus. ff. de interroga. act. & l. si ille. C. de decur. lib. x. Modò in casu nr̃o aut ista confessio est extraiudicialis, & quia agitur de perdendo dñio, non videtur nocere; vt d.l. cum falsa. aut est iudicialis, & tunc probato errore, recedimus a tali cõfessione: ergo cum in proposito appareat de errore; quia illa feuda non spectabant, pro dimidia ad dictum do. Marchionem; ergo sequitur, ꝙ illa confessio Thadæi, & Francisci & Bertoldi vt erronea non præiudicabit, vt perdant proprietatem. & vtile dominium multo fortius cum fuerit extraiudicialis & erronea. Et adduco, quod voluit Bald. in l. fin. C. de confess. vbi dicit, ꝙ potest quis corrigere æstimum emanans per errorem. Nec obstat, si allegetur confessio, vt d.l. rura. quia respondet ibi Bal. ꝙ confessio succedit in locum probationis, & probatio non est probatio, si falsa sit. l.2. in princi. ff. quemadmodum testamen. aperian. presertim, inquit, si hæc facta sint per procuratorem sine mandato speciali, qui ex certa scientia non potest dño nocere, vnde sufficit rem probare aliter se habere. Cum ergo ista assertio habeatur loco probationis, & probatio falsa non probet, ergo sequitur, ꝙ non stabitur huic erroneę assertioni: adduco, quod voluit idẽ Bal. in c. præsentium,
46 de test. vbi quęrit † quid de illo, qui producit instr̃m, vtrum possit opponere ↄ̄ tenorem ipsius, vel ↄ̄ personam scribentis, dicit ꝙ non: quia eo ipso ꝙ producit approbat tam pro se q̃ ↄ̄ se, vt no. glo. sing. secundum eum in l.1. §. editiones. in glo. magna ad fi. ff. de edẽ. quod limitat, nisi renũtiet productioni, vt d.l. si aduersarius. C. de fide instru. opponit de d.l. rura. & rñdet, ꝙ ibi instr̃m continebat factum proprium: & ad l. cum precum. rñdet, ꝙ ibi non renuntiabat rescripto, sed persistebat: secus si re integra renuntiaret: & sic cum in casu nostro non producatur illud instr̃m recognitionis in feudum per illos, qui acceperunt, sed per successores eorum, ergo non habet locum d.l. cum precum. & similes. & ideo dicimus
47 ꝙ hæres † potest reuocare erroneam confessionem testantis, vt l. non iccirco. C. de iur. & fac. ign. sicut dicimus in simili, ꝙ procurator potest reuocare erroneam ↄfessionem dñi. l. si hoĩem. ff. mand. & pr̃ põt reuocare erroneã ↄfessionem sui filij. l.2. §. si absens. ff. si ex noxa. causa aga. Abb. põt reuocare erroneam confessionem monaci, & do. erroneam ↄfessionem serui. vt l.2. C. de accu. & voluit Bald. in l. principaliter. C. de libe. causa. sicut dicimus, ꝙ quis potest reuocare erroneam confessionem aduocati: vt l.3. C. de erro.

de erro.aduo.Bal.in l.error.C.de iuris & fac.igno.ꝙ
autem fuerit erronea illa confessio Thadei & Fran.
apparet ex instrumento diuisionis olim factæ inter
Aldroantum ex vna parte & Fran.ex altera, in quo
dr̃,ꝙ oẽs possessiones & iura cuiuscunque conditio
nis & modi sint & valles cum pertinentijs, & confi-
nibus villarum &c.quo casu dictę res etiam pro illa
dimidia spectabant & pertinebant ad dictum Fran.
cui successerunt dicti Thadæus & Fran.ergo errore
ducti acceperunt res suas in feudũ,ergo non præiu-
dicabit dicta recognitio, nec dicta infeudatio dictis
Thadęo & Fran.& per ꝯñs nec pręiudicauit suis suc
cessoribus:quia errore ducti acceperunt res suas in
feudum:nec etiam pręiudicaret,si scienter accepis-
sent res suas in feudũ.l.qui rem propriam.C.de lo-
ca.l.si rem aliquam.cum ibi plenè not.per Bar.ff.de
acq.pos.& l.non solet.ff.loc.& l.cum falsa.C.de iur.
& fac.ignor.¶ Et ista sunt,quæ adducuntur per ad-
uersarios ꝯ Ducem.Sed ad ista multifarie,multisq;
49 modis rñdeo. Primò † vbicunq; confessio procedit
deliberate,tunc non potest reuocari vt erronea.ista
est gl.in c.ex literis, de diuor.vnde Bald.multum sa-
pienter in d.l.cum precum.ad fi.dicit,ꝙ si ex ꝯfessio
ne non oritur ius nec obligatio,nec probatio, talis
confessio non præiudicabit,vt d.l.qui familiæ.Si au
tem non oritur obligatio, non põt reuocari:si autẽ
oritur probatio aut apparenter & existẽter,vt quia
ex certa scientia, & tunc nõ admittitur probatio in
ꝯrium : dr̃ autem ex certa scientia,qñ deliberate ꝯ-
fessus est.allegat gl.in d.c.ex literis.& sic Bald.ibi vo
luit, ꝙ si oritur obligatio non potest reuocari.Si au
tem oritur probatio & deliberate ꝯfitetur,non põt
reuocari vt erronea:& ideo dixit Bal.in l.siquidem.
C.de except.ꝙ vbi quis deliberate rñdet, nunquam
potest variare, & dicit esse glo.sing.in d.c.ex literis.
¶ Modò in proposito nostro ista ꝯfessio, qua Fran-
ciscus & Thadæus confitentur, istas valles & bona
spectare ad do.March.pro dimidia, fuit deliberata
& appensata,quod apparet : quia illam fecerunt di
uersis vicibus & cũ interuallo tpis:ergo non potuir
dici erronea,quia data perseuerantia excluditur er
ror:maxime quia tribus vicibus emanauit cum in-
teruallo temporum, ergo nõ admittetur probatio
erroris, & sic non dicet hæres, erroneum esse illud,
50 quod testator cũ deliberatione fuit ꝯfessus : & ideo
dixit gl.sing.in d.c.ex literis.† ꝙ licet confessio facta
calore iracundię non præiudicet.l.quicquid calore.
ff.de reg.iur.tñ præiudicat data perseuerantia:quia
ex perseuerantia vr̃ esse deliberata confessio : sicut
enim data perseuerantia purgatur calor irę,ita pur
gatur error.& est põderandum:quia multiplex fuit
ista confessio:quia primò emanauit in supplicatio-
ne per eos porrecta dom.Marchioni & Nicolao,po
stea emanauit in rescripto ipsius do.Marchionis,&
acceptatione ipsorum, deinde emanauit coram d.
Leonello,deinde coram do.Duce,& sic pluribus vi-
cibus cum interuallo temporũ facta extitit, & ideo
dixit glo.elegans in prima ꝯsti.C.repetitę prelectio-
nis,ꝙ codex his fuit compilatus,& correctus & rele
51 ctus, vbi Bal.colligit † ꝙ relectio est signum magnæ
deliberationis.l.humanũ.C.de legi.ideo dicunt no-
tarij,relecto dicto suo testõ ꝯfirmauit illud.& in eo,
qui confitetur maleficium,dr̃,relecta sua confessio
ne confirmauit illam,vt videatur in ea perseuerare,
52 ar.l.hac ꝯsul.§.at cum humana.C.qui testa.fa.poss.
& subdit ibi Bal.† ꝙ perseuerantia expressa requirit,
ꝙ pluries cõfiteatur diuersis tpibus: si tñ pluries eo
dem tpe confitetur,ista est vna confessio tantùm,&
propriè non est perseuerantia expressa:allegat in si-
mili gl.in l.si ꝯuenerit.ff.de pign.actio.bene facit in
simili,quod voluit d.Ant.in c.fi.de consu.Modò ita
est in proposito nr̃o,ista recognitio fuit lecta,& relè
cta, vel lectitata, vt ita dixerim, per illos Thadæum,
Frãciscum & Bertoldum diuersis tpibus & cum ma
xima deliberatione,ergo non põt dici erronea:nã si
actus dicitur geminatus & in eodem instanti expri-
matur, puta tu, tu, vr̃ inferre,ꝙ sit electa industria
personæ,& sic alterat dispositionem iuris illa gemi
natio ita incontinenti facta, istud voluit Bal.in c.fi.
de offi.dele.allegat.l.balista.ff.ad trebel.sequitur ibi
do.Car.Io.de Imo.& alij, ergo multo fortius qñ ta-
lis recognitio fuit triplicata cum interuallo tempo-
rum:dicitur enim in c.& si Christus, de iureiurã.
ꝙ sermo duplicatus vr̃ prolatus cum maiori delibe
53 ratione.Facit simile,ꝙ dicimus† verba enuntiatiua
geminata disponunt,vt est singu.tex.in l.j.C.de plus
petitio.& quod voluit ibi Ang.& quod voluit dom.
54 Abb.in c.per tuas,de arbit. Simile dicimus † ꝙ obli
gatio naturalis geminata producit actionem.l.fi.ad
l.fal.l.j.§.debitum.ff.de consti.pecu.insti.de act.§.de
55 constituta . Simile dicimus † ꝙ geminata patientia
inducit stipulationem,vt est casus sing.in l.cũ osten
56 dimus.§.fi.ff.de fideiuss. tuto. Simile dicimus † ꝙ ꝯ-
fessio nuda geminata inducit effectũ,ac si emanas-
set in figura iudicij,gl.reputatur sing.in l.cũ scimus.
C.de agri.& censi.lib.11.Simile dicimus in §.crimi-
nis.25.di.ꝙ geminatum peccatum veniale efficitur
mortale, & facit,quod habetur in l.traiectitiæ.§.de
illo.ff.de actio.& obl.facit gl.in c.vt circa.de ele.li.6.
quæ dicit,ꝙ vbi apponũtur illa verba omnia,debet
exprimi factum & qualitas facti.Facit text.valde sin.
57 in l.diuus.§.fi.ff.de fal.† vbi scribẽs legatum sibi sub
geminata conditione non incidit in pœnam. Facit
glo.in l.in contractibus.§.de illo.C.de non nu.pecu.
& gl.in auth.sed iam necesse.C.de dona.ante nupt.
& in corpore vñ sumitur, vbi geminata ꝯfessio ex-
cludit exceptionem non nu.pe.Facit.l.oẽs.C.de de-
lato.lib.10.vbi geminatum delictum efficitur capi-
tale. Facit.l.3.& quod ibi voluit Gul.de Cu.& Bald.
58 C. de epis.audi.vbi geminatum † delictum excludit
indulgentiam principis.Facit,quod voluit Ros.quẽ
referunt doc.in l.apud antiquos.C.de fur. vbi refert
Bal.eos dicere,ꝙ si domesticus hodie furatur vnam
rem paruam, & cras furatur aliam, ꝙ punietur de
delicto magno,ar.l.3.de epis.audi.& l.capitalium.§.
famosos.ff.de pœn.Facit simile, quod voluit gl.fin.
59 in cle.cum a repulsione,de appel.quę dixit† ꝙ iudex
non potest reuocare interlocutoriam geminatã, &
sic limitatur.l.quod iussit.ff.de re iudi.& c.cum ces-
sante.de appe.Ita vr̃ dicendum in proposito nr̃o,vt
non dicatur erronea ꝯfessio,ex quo deliberatè ema
nauit:quia non censetur erratum, vbi deliberatio
præcessit.2.q.3.c.si quis iratus,ita voluit Archi.in c.
fi.de iureiur.li.6.ita dicamus confessione reiterata,
vt illa erroris prætextu reuocari non possit:cum rei
teratio præcedentem deliberationem includat, vt
d.c.si quis iratus.& probatur in l.si mulier.C.ad vel-
leia.repetita enim ꝯfessio probat id, quod in ea de-
uenit satis validum,satisque firmum,vt dicit tex.de
emẽda.iust.Cod. ¶ Et si quispiã dixerit, ꝙ Bal.hanc
doctrinam reprehendit in d.l.error. C. de iur.& fac.
ign.& in l.iusiurãdum . qđ ad pecunias.ff.de iureiu.
Ex eo quia deliberando qs errare posset,vt l.de æta-
te.§.ex cã.ff.de interr.actio.iniquum.n.esset dicere,
ꝯfessionẽ erronea deliberatione factã reuocari non
posse,tum ẽt quia si vera esset snĩa glo.d.c.ex literis,
sequeretur,ꝯfessionem factã post lit.ꝯtest.non posse
prætextu erroris reuocari : cũ præcesserint induciæ
deliberationis, iuxta not.in auth.offeratur.C.de lit.
ꝯtest.sed hoc falsum, vt patet ex.d.l.error.C.de iur.
& fac.ign.ergo &c.& iõ Io.And.in d.c.fi.de iur.li.6.
60 † ꝯcludit posse reuocari talem ꝯfessionẽ, sed requi-

ritur, ꝙ interueniat maior causæ cognitio. & ita voluit Lu. Ro. in cōmēto. l. si verò. §. de viro. ff. sol. mat. in 36. fall. principali. in c. de actus geminatione. Ad ista responderi potest primò, ꝙ licet Bal. ita tenuerit in d. lec. tamen in d. l. cum precum. & in d. l. si quidem. C. de except. tenuit contrarium, sequendo gl. d. c. ex literis, de diuor. Secundò respondeo, ꝙ casus noster est alienus ab eo, de quo loquuntur Io. And. Bal. & Lud. Ro. ipsi enim loquuntur in actu iudiciali, in quo assignatur terminus ad deliberatè respondendum alicui, eo inuito: quia iudicium redditur in inuitum, vt l. inter stipulantem. in §. stichum. ff. de verborum oblig. sed nos loquimur in eo, qui voluntarie accessit ad sic cōfitendum nullo dato termino ad deliberandum inuito, vnde ius non ita subuenit. & addo singulare dictū Gul. de Cu. in l. admonendi. ff. de iureiurando. quod refert & sequitur Ang. ibi, dicit enim, ꝙ vbicunque defertur iuramentum a iudice ad supplendum semiplenam probationem, ꝙ retractatur sententia inde lata, si falso fuit iuratum; quia aduersarius non petijt deferri alteri iuramentum: sed si petijt, imputet sibi; quia non retractabitur sententia lata, sicut nec oblatio petitionis volūtarie facta. Ita dicamus in proposito nostro cum voluntarie & sponte sua fecerit istam recognitionem non inuitus, non coactus, sequitur, ꝙ sibi imputabitur: quia non poterit probare se errasse. & isto casu non loquitur Ioan. And. nec Bal. nec Lud. Ro. Item respondeo & aliter, ipsi loquūtur eo casu, quo emanauit geminata cōfessio: sed vbi fuit triplicata, non loquuntur quo casu videtur adesse maior deliberatio: ideo nō procedit dictum eorum in casu nostro, & allego singula. tex. in auth. quomodo oportet episcopos. §. hæc de deo. vbi probatur† ꝙ si mulier 61 transit ad secunda vota, dicitur caste viuere, sed vbi transit ad tria vota, dicitur inhoneste facere: & ibi dixit Ang. ꝙ si extraneus legat mulieri, si caste & honeste vixerit, ꝙ debetur legatum, si ad secunda vota transiuerit, sed non debetur, si ad tertia vota; quia tunc vr̄ inhonestè videre idem voluit in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebel. Et facit simile, quod dixit Bar. in l. si cui. §. sacrilegium. ff. de accu. de eo, qui fecit plura furta in diuersis locis, ar. l. capitalium. §. famosos. & sic sumus ex̄ casum, quo loquit̄ Io. And. & sequaces. Itē rn̄deo & aliter, videlicet, in casu nr̄o interuenit ɔfessio & actus positiuus solutionis census, seu prestationis capelli, seu accipitris, & longissimis tp̄ibus soluti, quo casu præsumitur titulus allegatus, iuxta not. in l. cum de in rem verso. ff. de vsur. l. si certis annis. C. de pac. & c. peruenit, de censi. & c. querelam, de elec. & l. solent. ff. de offic. proconsu. & isto casu non loquitur Io. And. nec Bal. nec Lu. Ro. ergo oīno vr̄ purgatus oīs error, si qs interuenisset, licet re vera nullus error interuenerit, vt inferius apparebit, & sic sumus ex̄ casum Io. And. Item pōt ēt 62 rn̄deri † ꝙ confessio pōt reuocari, anteq̄ sit redacta in scriptis, vt voluit gl. quæ reputat̄ singularis in d. l. rura. & voluit Host. in d. c. ex literis, de consti. & facit gl. in c. apud. 32. q. 2. & in d. c. fi. de iureiu. lib. 6. Præterea rn̄deo & aliter, negando, ꝙ error interuenerit, hoc colligitur ex instr̄o diuisionis, in quo dr̄, saluo ꝙ vasalli & feuda vasallorum serui & seruæ & eorū peculia, vbicunq; sint in dictis vallibus, & earum districtibus, nō intelligantur esse diuisi, seu diuisa, nec sint in præsenti diuisione, sed sint cōes & cōia, sicut 63 ante diuisionem erāt, & sic illa dictio, † saluo, est modificatiua & limitatiua præcedentium. Ita cōsuluit Ang. consilio 26. vbi accusatus fuit ɔfessus contenta in accusatione fore vera, saluo &c. opponebatur, ꝙ ɔfessus fuerat oīa, ideo habebat mori, ɔsuluit Ang. ꝙ illud verbum saluo, modificabat & limitabat oīa ɔtenta in inquisitione, allegat gl. quam dicit esse singu. in l. item Labeo. ff. fami. ercis. pro qua ego allego tex. in c. Raynald. de testa. in ver. saluo, & in c. j. de eo qui mit. in pos. in ver. saluo, & in c. j. de priuile. lib. 6. in ver. saluis, & in c. j. in ver. saluo, & ibi Bald. in ti. de pace Constan. vsib. feu. & in c. inter dilectos. de fide instr. & ī auth. post fratres. in ver. saluo alias in auth. cessante. C. de legi. hęr. Bar. in auth. interdicimus. C. de epis. & cle. & in l. asse toto. ff. de hær. inst. & in l. peremptorias. C. sent. rescin. non pos. & in l. si certarū. §. fi. ff. de testa. mil. & in l. j. C. de insti. & substi. & in l. non dubium. C. de leg. & in l. terminato. C. de fru. & lit. expen. & in l. cum iudex. C. de senten. & interloc. om. iud. & in l. eū qui iudicare. ff. de iurisdi. om. iud. Ang. in l. iudex postquam. ff. de re iudi. & in d. l. si certarum. §. fi. D. Card. in c. exposita, de arbi. Io. de Im. in d. l. iudex postquam. & sic doc. oēs tenent hanc partem, ꝙ illa dictio saluo, modificat restringit oīa prȩcedētia, vt oīa sint diuisa, saluo ꝙ feuda nō sint diuisa: licet ergo bona sint diuisa inter illos; tn̄ non sunt diuisa feuda, & sic ex illo instr̄o diuisionis apparet feuda non esse diuisa, & sic licet facta fuerit diuisio bonorum inter illos Tha. & Fran. tn̄ feuda remanserunt cōia; quia illa dictio saluo, fuit illa modificatiua & limitatiua pręcedentium, vt voluit gl. in d. l. item Labeo. ergo feuda non venerūt in tali diuisione, & per ɔn̄s limitata cā limitatum parit effectum. in agris. ff. de acq. rerum do. ¶ Et si quispiam dixerit 64 proba, ꝙ sint feudalia; quia res† prȩsumitur esse allodialis, & non feudalis: allodium enim dr̄ proprietas quæ a nullo recognoscitur. Et si quispiam in libello dicat se esse libellarium, succumbit post ea dicendo se esse allodium, ista est glos. in l. fi. C. de inge. manu. quam glossam reputat singularem Bal. in c. inter filiam, si de feu. fue. controuer. in vsib. feu. & dicit ibi Bald. ꝙ non obstaret exceptio rei iudicatȩ; quia ista dn̄ia non sunt eiusdem speciei, & est ratio: quia feudum est quędam seruitus, vt no. in l. si cuius. in prin. ff. de vsufru. & pręd ia in dubio prȩsumuntur libera, & præsumitur potius allodium, q̄ feudum. l. cū res. C. de prob. subdit postea ibi Bal. sed ista rō nihil valet; quia ille tex. dicit siue libellario, certum est, ꝙ libellus est quædam species seruitutis, & tn̄ præsumitur pro illa: dicit ergo ibi Bal. ꝙ rō est qualitas paternę possessionis, quę qualis fuit in patre, talis esse prȩsumitur in filio, vt no. Insti. de hęr. q̄ ab inte. §. sui. ita sapiēter ibi dicit Bal. Cum ergo in proposito nostro ista bona fuerunt tenta & possessa per illos Thadęū & Franciscum vt feudalia, & nō allodia, ergo sequitur, ꝙ ita cēlentur apud successores eorum esse feudalia: possessio enim releuat ab onere probandi. Insti. de interdic. §. commodum. ita dixit Bald. in c. j. in tit. de ɔtro. inter do. & fi. facit tex. valde sing. in cle. j. vt lit. pend. & egregiè dicit Bald. in c. capitulum San 65 ctæ Crucis. † præsumitur pro eo, qui est in possessione. Et adduco singulare dictum Bar. in l. j. §. non aūt. ff. de secun. tab. ita limitat glo. in l. fin. C. de edic. diui Adri. tol. & in c. vltima volūtas. 13. q. 2. & in c. si duobus, de rescrip. lib. 6. facit, quod voluit Bar. in l. inter virum. & in l. qui duos. §. cū in bello. ff. de rebus dubijs. & facit, quod voluit gl. singularis in c. nulli. 12. q. 5. quā reputat singula. Lu. Ro. in l. si illa. ff. de verb. oblig. sed similis est in c. sint manifestæ. 12. q. j. & adduco tex. & Bal. in c. j. §. sacramentum, de consue. recti feu. facit glo. elegans in c. afferte, de presum. facit tex. in c. si clericus laicum, de foro compet. & in c. ex literis, de probat. & in c. sæpe. de rest. spol. facit glo. in cap. 1. de controuer. inter do. & fide. & quod voluit ibi Bald. Cum ergo in casu nostro ille do. Nico. Marchio, & do. Leon. & dominus Dux sint in quasi possessione dictorum bonorum feudaliū, ergo &c. facit

facit tex.in c.cum venerabilis, de relig.domi.c.cum venisset,de rest.spol.& quod hr̄ in l.Titia.ff.de solu. & in l.litibus.C.de agric.& censi.li.11.& in l. pen.ff. de condi.insti.& in l. qui vniuersas.§.per colonum. & in l.quanuis.§.si conductor.ff.de acq.pos.in c.bonæ,de appel.tex.& ibi Ange.in l.filiusfa.§.diui.ff.de legat.j.sequitur ergo,ꝙ onus probandi,non esse feudalia,incumbit successoribus illorũ,& non d.Duci.

8 vbi res † destinata ad aliquem vsum habetur perinde, ac si esset complete deducta ad illum vsum facit, qđ voluit Bart. in l. qntus. §. cum aurum. ff. de aur. & arg. lega. vbi si testator legat argentum factum, videtur legasse etiam illud, qđ est in fieri. Ita dicamus in proposito nostro, & multofortius cum istud restaurum esset destinatum fieri per illam epistolā, sequtur, ꝙ perinde habetur, ac si cū effectu fecerit dictū restaurū, vel remissionē. ¶ Quartò dico, ꝙ illa verba, eo casu realiter, & cū effectu faciet præfatus dñs noster, seu agentes pro camera Ducali, intelliguntur ēt per destinationē: & ad hoc allego tex. q in indiuiduo decidit hanc dubitationem in l. fin. in prin. C. de do. promis. in versi. dederit. & gl. ibi supplet, per destinationem, vbi habetur, ꝙ pater dotem intelligitur dedisse, si destinauit dare. licet non dederit: & clarum est, ꝙ illud verbum dederit, importat rem perfectā actualem, & tamen intelligitur per destinationem: ita dicamus in proposito, & indubitāter gl. illa cum text. apponit securim ad arborē, ergo &c. ¶ Quintò dico, ꝙ illa verba, faciet, relata ad superiorem non possunt capi ꝓ actuali restauratione; qa non possumus imponere legē superioribus, immo debemus obedire superioribus: vt c. 2. de maio. & obe. & iuxta illud, qđ ꝓclare voluit Pau. in epistolis. Estote, inqt, obedientes superioribus potestatibus. † verba enim relata ad personarum intelliguntur secūdùm qualitatem personæ: vt l. plenū. §. eqtij. ff. de vsu & habi. l. ex militari. ff. de test. mi. Inn. in c. pastoralis. de dona. ideo dixit Bald. in d. l. ex militari. ꝙ si Papa concedit Episcopo potestatem celebrandi tēpore interdicti, ꝙ poterit celebrare in pontificalibus: qa istud congruit eius dignitati cui iura deferunt. ca. qa pontificali dignitati. de offic. dele. ita dicamus in proposito vt illa verba, restaurum faciet actualiter, & cum effectu, intelligantur. i. facere debebit: & sic qñ actualiter & cū effectu facere debebit superior restaurum, tunc ille Leonardus faciet restaurum. Et adduco in simili glo. in d. l. fi. in versi. dederit. & in versi. fecerit, quæ exponit. i. facere promiserit. & ita exponamus in casu nostro, faciet. i. facere debeat; quia non possumus ita ponere legem superioribus nostris. & adduco gl. in l. illud. C. de sacrosan. eccle. in vers. si fecerit, quæ exponit, idest facere voluerit, & adduco, qđ hr̄ in l. fi. ff. de re. diui. & ibi Bart. exponit, intrare voluerit, idest voluntarie intrauerit. & ibi Bart. inducit ad quæstionem statuti punientis eum, q voluerit corrūpere monialem; qa intelligitur, idest voluntariè corruperit. & adduco gl. valde elegantem in c. mandatis. de testi. quæ in versi. præstiterit, exponit illū text. idest præstare inceperit, quæ gl. ponit gladiū ad hāc dubitationem. ideo satis illi officiales vidētur fecisse restaurum, si in genere illud fecerunt. & adduco gl. in l. si rem æstimatam. ff. de iure do. quæ exponit dederit, idest, dare conuenerit. & adduco gloss. in l. si stipulatus sum Damam. ff. de verb. obli. quę exponit illum tex. in versic. dares, idest dare velles. & adduco gl. in l. si mihi bibliothecam. ff. de contrahen. emp. & adduco gl. in l. 2. ff. ad l. fal. versi. datam, quæ exponit, idest confirmatam. & gl. in c. nam concupiscētiam. de consti. quæ exponit verbū oriūtur, idest oriri pñt. & adduco gl. in c. 1. vt lit. non contest. in ver. est, quæ exponit, idest esse dr̄. & glo. in l. eum. ff. de adop. quæ exponit verbum, arrogaueras, idest arrogare volueras. & adduco gloss. in ca. si diligenti. de foro competen. quæ exponit verbum voluerit, idest cum effectu fecerit. & gloss. in c. decætero. de re iudi. quæ exponit verbum, interuenerit idest interuenisse dicatur, & tex. in l. pater Seuerinam. §. cōditionum verba. ff. de condi. & demonst. & adduco scribentes oēs in c. 1. de do. in ver. tribuit, q exponunt. idest tribuere ꝓmisit.

¶ Non est ergo alienum a iuris regulis, nec hæreticū in iure, exponere illa verba apposita in dicto instrumento, realiter, & cum effectu remissionē, aut restaurum faciet. s. per destinationem, vt dicunt multę gl. allegatæ superius, vel exponātur, dñs cum effectu & realiter faciet. l. facere promiserit: cum. n. in proposito nostro illi regentes, seu officiales destinauerint per suas literas facere remissionē ob casum pestis futurę, ergo perinde est, ac si cum effectu realiter fecissent, ideoq; exponuntur illa verba, faciet. i. facere promiserit, vt in proposito promiserūt facere, ꝙ ex litera illa directa referendarijs apparet. Itē non est admiratione dignum, si exponantur illa verba, realiter, & cum effectu faciet. i. facere debeat: qa nō potuerūt ligare principem, vt ita faciet, sufficit, ꝙ ita realiter & cum effectu facere debeat. & adduco, qđ solemus dicere, ꝙ verissimi sermones nostri sunt, q verificantur secundùm communem opin. hominū fruentium intellectu, vt magnus voluit Auerroys, & etiam Arist. vt refert Bal. in rub. C. de proba. & in l. j. C. de ser. fug. in l. fi. C. de edic. diui. & in trac. scismatis, quē posuit in rubr. C. si qs aliq. testa. prohi. & probatur in l. si ita qs. ff. de euic. in versi. qđ nemo sanus diceret, vnde in proposito nostro non caderet in aliquem exercitatum intellectū, vt dicamus, ꝙ illa verba, eo casu, quo realiter, & cū effectu restaurum faciet dominus, aut agētes pro sua camera, importet, ꝙ dominus faciet, sed bene important. i. facere debeat. & ideo verba illa ciuiliter intelligenda sunt, & non ita ad corticem. l. cum mulier. ff. so. matr. l. non dubium. C. de legi. ¶ Quòd si qspiam dixerit, amice,
10 casus † omissus habetur pro omisso, siue loqmur in statuente: vt l. si seruum. versi. non dixit prætor. ff. de acq. here. siue omittatur a lege: vt l. commodissimè, ff. de lib. & posth. l. si extraneus. ff. de condi. ob causi, ue omittatur a paciscente: vt l. fi. C. de pac. conuentis. cum ergo in casu isto sit omissus casus, quo princeps, seu eius officiales facerent remissionem, eo casu quo de iure illam facere deberent, ergo seqtur, ꝙ habebitur pro omisso. facit, quod voluit Io. Andr. in c. susceptum. de rescri. lib. 6. Ad hoc respondeo, ꝙ si nos loqmur in odiosis, casus omissus hr̄ pro omisso, & est restringendus. vt d. c. susceptum. in eis. n. nō attenditur similitudo, sed in fauorabilibus extēdi debet, si qdem ratione casus omissi deficit solennitas, tunc habetur pro omisso: vt d. l. commodissimè. si verò non deficit solennitas, & est eadem æquitas & similitudo: tunc extenditur casus expressus ad casum omissum. l. fin. C. de his q veni. æta. & ista est elegans doctrina Bald. in l. fin. C. de his qui ven. æta. impetra. ¶ Modò in casu nostro est eadē æqtas casus expressi, & casus omissi, si omissus dici posset, sed nō est omissus in veritate per ea, quæ dixi superius; qa si dominus, aut eius officiales faciunt restaurum, iste Leonardus tenetur restaurare, & eadem æquitas est, vt si dominus, vel officiales eius debeant de iure facere, & non faciunt, vt dictus Leonardus teneatur restaurare; qa non debet iste Leo. locupletari cum aliena iactura. c. locupletari. de reg. iur. lib. 6. l. nam hoc natura. ff. de cond. inde. & sicut teneretur remittere, si dominus fecisset restaurum, ita tenetur remittere, si dñs, vel officialis debuit facere, & non fecit: perinde est. n. ac si fuisset iste casus expressus. Pręterea est cōsi-
11 derandum † quòd si princeps venit contra pactum & conuentionem, videtur etiam casus fortuitus insolitus, & licet qs assumpsisset periculum casus fortuiti, tamen nō intelligitur de casu fortuito insolito; vt est casus sing. in l. fistulas. §. frumenta. ff. de ꝯhen. empt. & qđ volūt ibi oēs scribentes, & qđ voluit Bar. in l. Seio. §. medico. ff. de annu. lega. nā princeps tenet seruare ꝯuentionē. c. 1. de ꝓb. c. 1. de natu. feud. in

in vsi.feu.& ibi dixit Bal.ꝙ licet deus subiecerit. Imperatori leges & Papæ canones, non tñ sibi subiecit obligationes & contractus: vnde tenetur ex suo con
12 tractu,& ideo dixit idem Bal. in l.2.C.de seruitu. † ꝙ licet princeps sit solutus legibus, non tñ est solutus a dictamine rõnis;qa est animal ciuile politicum:& in conclusionibus iuris canonici dixit idem Bald. ꝙ licet princeps sit dñs legum;tamen non est dñs mo-
13 rum. Et idem Bald.in l.princeps.ff.de lib.dixit † ꝙ si princes non obligaretur ex suo contractu, sequeretur,ꝙ non posset contrahere: qa natura contractus est,vt sit obligatoria hincinde, vt l.Labeo.ff.de verb. sig.ꝙ esset absurdum; qa cum princeps sit omnium præsul,esset oĩum exul:qa non posset contrahere,& esset deterioris conditionis, quàm homo priuatus, ꝙ esse non debet.facit,quod not.Cy.in l.non dubiũ. C.de leg.& ideo dixit Bal. in c.j.de no.forma fide. in
14 vsib.feu. † ꝙ qcqd princeps facit, vr̃ facere vt Deus, allegat glo.in auth.de hæred. & fal.in principio.sed Deus est veritas,qui non fallit, nec fallitur, vt not.in c.cum esses. de testa. in nouel. modò cum princeps deuiet a conuentione, & ab eo, quod est iuris, & ab eo,quod est honestum,& ęquum, vr̃ esse quidam casus fortuitus insolitus. & ad hoc allego quoddã elegans consilium Bal.positum inter consilia Ang.inci piens, Præmittendũ est ad euidentiã,& est in ordine
15 174.vbi consuluit † ꝙ vbi qs obligat se teneri de euictione,siue de iure,siue de facto euincatur, nõ tenetur de iudicis facto insolito. vnde si qs suscepit periculum futurorum in iure, non intelligitur suscipere casum prorsus insolitum,& de incogitabili fortuna in se suscipere,sed solum de cogitabili, quæ est in vsu iudiciorum.allegat in arg.d.l.fistulas.§.frumenta.& quod no.in l.sed & si qs.§.quęsitum.ff.si qs cau. & quod no.Cyn.in l.j.C.commoda.& ideo intelligit de iniuria,quę accidit per errorem iuris,vel facti.ita dicam in proposito nostro, vt ille casus insolitus nõ noceat isti Desiderio & socijs;qa insolitum est & inauditum,ꝙ princeps veniat contra conuentionem, & non seruet pactum, per supradicta: cum ergo in ipso instrumento conuentionis dicat̃, & non aliter, nec alio quouis modo, illa verba ita generalia non comprehendunt casum insolitũ; & per consequens
16 debuit exprimi casus. † licet enim illa verba, vel alio quouis modo, copulent maiora expressis: vt voluit glo.in cle.j.de re iud.quam Ioã.de Imol. reputat ibi singularem, sed glo.est in cle.ne Romani.de elec.tñ non cõprehendit casum insolitum,& inauditum,& per consequens non fuit de consideratione partiũ, ꝙ existente peste notabili in ciuitate D.Dux venisset contra capitula incantus,& contra conuentionem: & est præsumendum, ꝙ ita arbitrati fuissent, si non fuisset appositum hmõi ca.& ex eo maximè: qa antequã isti Desiderius & socij emissent a dicto Leonardo dictam additionem communis Parmæ, præcesserant capitula magistrorum intratarum Ducalium,in qua volebant seruari illud, cap. pestis futuræ, & voluntas contrahentium vr̃ fuisse, ꝙ a dicto Leonardo restaurum fieret eo casu,quo do. vel eius officiales deberẽt facere restaurum, ex quo intuitu illius literæ dictorum magistrorum emit ille Desiderius & socij: item satis est, ꝙ promiserunt per illã suam epistolam facere remissionem pro datio macinæ, vt voluerunt glo. allegatæ superius. ¶ Et si di-
17 catur,ꝙ illa dictio tunc, † & eo casu, notet extremitatem temporis.cap.pastoralis,in versic.tunc,de excep.cap.fin.de foro compe.cap.cum dilectus.de accusa.c.finem litibus.de dolo & cont.Ang.in l.1.C.de condi.ex l.& in l.Gallus,in prin.ff.de libe. & posthu. Bal.in auth.contra rogatus. C.ad trebel.Lud.Rom. consi.131.& consi.54.tamẽ satis est,ꝙ destinauerint illi officiales seruare illud capitulũ, & sic illa dictio tunc, refertur ad illam extremitatem. Item ideo ita fuit dictum in instrumento conuentionis & venditionis:qa partes verisimiliter considerarunt, principem, aut eius officiales ita facturos: si ergo non faciunt,non debet præiudicari iuri istorum emptorũ vnde sub isto clipeo non debet lucrari ille Leonardus cum iactura alterius.facit,quod voluit Ange. in l.fin.ff.de peti.hæred.& Bar.in l.planè.eo. ti.& Abb. antiquus in cap.peruenit.de empt.& vend. & Host. in capitu.bonæ.de appel.& Ludo.Roma. consil.65. ¶ Et ex istis elicit̃ cõclusio vera,ꝙ licet dñs,aut agentes pro camera Ducali non fecerint actualiter & cũ effectu restaurum pro gabella macinæ: tamen satis est,ꝙ destinarunt facere, & quod facere debuerunt: & sic verificata sunt verba dictæ conuentionis, vt teneatur ille Leonardus facere remissionem illis Desiderio, & socijs pro illa additione, & ita concludo. ¶ Capio modò aliam dubitationem: in præcedenti apparet ad oculum, restaurum debere fieri, stat du-
18 bitatio pro quanto deberet. † Mihi ur̃,ꝙ debeat fieri arbitrio boni viri,& ad hoc adduco, quod sapienter voluit Ioan.And.in cap.fin.de do.vbi reuocatur donatio,quando graue damnum infertur donatori a donatario.Ioan. And. ibi dicit,ꝙ stabitur arbitrio boni viri, quod damnum dicatur graue. & adduco text.singu.coniuncta doctrina Bald.in l.1.C.si aduersus ven.pig.& per illum tex.coniuncto illo dicto Bal. dedi nouam doctrinam ad iura multa, & ad uarias & contrarias glo.& ad diuersas opi.doc.nam in cap. propter sterilitatem. de locato. tangitur pelagus illius dubitationis,quando annus est sterilis, vt fiat remissio, multi multa dicũt, & ibi accumulantur opi. in vtraque censura per Pet.de Ancha.& Io.de Imo. & alios, ego dedi nouissimam doctrinã hoc modo,
19 tex.d.c.propter sterilitatem,dicit † ꝙ tunc fit remissio pensionis, qñ conductor afficitur magno incommodo, ego dico, ꝙ stabitur arbitrio boni viri, quando incommodum dicatur magnum;& ita consului apud Parmam.& ita tenui in addi. quas dedi,ad capit.propter sterilitatem.in lect. mea. Ita dicamus in proposito, pro quanto fiet istud restaurum, fiet iudicis arbitrio. Et adduco Hugozionem & D.Dñicũ, in c.si quos.12.q.2.in uersic.modum. vbi fuit donatio ſm modum seruitij, dicunt ibi illi doct.ꝙ bonus vir arbitrabitur modum. Ita ditamus in proposito nostro.& adduco, quod voluit gl.in c.j.de consti.lib. 6.ver.rõnabilia,& glo.valde elegantem in c.cũ Apostolus.§.prohibemus.de censi.& ibi dicit D. Card.in 7.q.quantum potest exigi,& quoties, quod dicit neminem docentiũ tangere, ipse dicit esse arbitrariũ: qa stabitur iudicis arbitrio, & mouetur per text.ibi in ver. quoties. in ver. moderatum. & indubitanter ista doct.D.Card. decidit hanc quæstionem,ut dicamus,quãtum erit istud restaurum, stabitur arbitrio boni uiri, ex quo non est in conuentione determinatum,arg.eius,quod habetur,in c.de causis. de off. dele.& in l.1.§.expilatores.ff.de effrac.& expil.& adduco, quod voluit Ioan. An. in c.cum oporteat. de
20 accu.vbi dicit † ꝙ statur iudicis arbitrio, qs dicatur inimicus.idem Io. And.in c.significantibus. de offi. delega.ut stetur arbitrio iudic. quis dicatur miserabilis, voluit gl. in l.fi.C.quando imperator inter pu. & vid.& idem Ioan. And. in c.quoniam frequenter. vt lit.non cont. qñ qs dicatur senex, statur iudicis arbitrio.& glo.elegans in c.sedes,de rescrip.quæ persona dicatur maior,aut minor, statur iudicis arbitrio. facit glo.in c.fi.de re iud.li.6. ubi quæ causa dicatur breuis statur iudicis arbitrio. adduco, quod voluit Bal.in c.proposuit. de app.vbi dixit, ꝙ stat̃ iudicis arbitrio,qñ crimẽ dicat̃ graue.& adduco, quod uoluit

Iac.

Iac. Butr. in auth. ei qui. C. de temp. app. vbi dicit, ꝙ statur iudicis arbitrio, quādo qs dicatur in nimium præcurrere. facit, quod voluit Bald. in l. æde. C. loca. vbi dicit, ꝙ statur iudicis arbitrio, quādo inquilinus dicatur deteriorare domum: vt inde possit expelli. facit, quod not. in c. significauit. de offic. ordi. & in c. edoceri. de rescr. vbi statur iudicis arbitrio, qd dicatur arduum. facit, quod voluit Host. in c. cum parati. de appell. vbi dicit, ꝙ statur iudicis arbitrio, vtrum credatur nuntio referenti. facit glo. & quod voluit Bar. in l. cum alienā. C. de lega. quæ voluit, ꝙ statur arbitrio iudicis, quæ persona æquiparetur coniunctis. voluit do. Anto. in c. requisisti. de testa. facit dictum Inno. in c. plerunque. de rescrip. vbi dicit, ꝙ statur arbitrio iudicis, quando qs dicatur negligens facit, qđ voluit Bar. in l. si constante. ff. solu. matri. vbi dicit, ꝙ statur iudicis arbitrio, qs dicatur pauper, de quo in auth. præterea. C. vnde vir & vxor & in l. vbi adhuc. C. de iur. do. facit, quod voluit Archi. in c. si canonici. de offi. ordi. lib. 6. vbi dixit, ꝙ quæ causa dicatur rationabilis, vt cessetur a diuinis, statur iudi. arbi. & qđ voluit Host. in c. quoniam frequenter. vt lit. non conte. vbi statur iudi. quādo absentia dicatur diuturna. facit. c. fin. de iureiu. vbi iudicis arbitrio relinquitur, cui sit deferendum iuramentum. facit, quod voluit Host. in c. nonnulli. de rescr. vbi statur iudicis arbitrio de dietis: si non appareat de dietis vulgaribus. & adduco, quod voluit Innoc. in c. causam quæ de iu. & quod voluit Host in c. cum ad quorundam. de excul. præla. & quod voluit do. Car. & alij in c. latores. de cle. excom. mini. & glo. in c. cum causam. de testi. & quod voluit Host. in c. accepimus. de fide instr. & quod voluit Inn. & Host. in c. j. quod me. causa. & adduco, quod voluit Ioan. And. in c. capitulum sanctæ crucis. de rescr. & quod habetur in c. tibi qui. in versic. notabilis negligentia. & quod voluit Innoc. & in c. fi. de offi. deleg. & adduco, quod no. in auth. quod locum. C. de colla. & quod voluit do. Ant. in c. consultationibus. de iurepa. & quod voluit Bal. in l. j. C. vbi causa sta. & adduco, quod voluit dn̄s, & consoc. meus Abb. in c. at si clerici, de iudi. ubi dicit, ꝙ statur iudicis arbitrio, qn̄ maximum delictum sit degradatione dignum. & qđ voluit Ludo. Roma. consil. 366.

¶ Modo ex istis elicitur conclusio vera & indubitata, ꝙ cum non sit expressum in capitulis venditionis huius additionis, quantum debeat fieri restaurum ob casum pellis notabilis, ꝙ recurretur ad arbitriū iud. seu boni viri, qui æstimabit remissionem, considerando tempus, quo durauit pestis, & considerando grauitatem & seuitiam ipsius pestis, & absentiā hominū & ciuium & aliorum ab ipsa ciuitate, & ex istis, & similibus informabit animum suum. Sicut in simili dixit Bald. in rubrica de controuer. inuesti. in vsib. feudo. ꝙ ex varijs circunstantijs &c. pro quo adduco c. cum ad sedem. de restitu. spo. & per consequens concludo, ꝙ quātitas remissionis, aut restauri declarabitur arbitrio iudicis, aut boni viri, & eodem modo declarabitur, quando dicatur esse pestis notabilis, vel fiet declaratio per officiales deputandos, vt in c. dr̄. Et sic concludo remissionem fieri debere, & ꝙ de quantitate recurretur ad arbi. iud. &c.

EPITOME.

¶ Fratres, qui compendia & impendia communicant, vnus item ac alter in societatis communionem vndecunque quæsita conferre debent: ita vt alterutrius protestatio sera, postq̄ alteri ius iam quæsitum est, nō prosit protestanti, socioue quicq̄ obsit.

SVMMARIVM.

Societas præsumitur inter fratres simul habitantes, communibus impensis viuentes & negotia communiter gerentes. num. 1. maximè si sint nobiles. num. 5.

Sociorū alterius scriptura alteri incognita, non spectanda. nu. 2. qui enim alterum iuri communionis priuat in mala fide versatur. nume. 3. & inde frater sibi soli emens non magis sibi cauet. num. 10.

Societas inter fratres ex solo consensu tacitè contrahitur. nu. 7.

Socius omnium bonorum habere potest pecuniam in separato propriam, sed eam tenetur communicare. nu. 9. inuicem enim omnium communicatio est. nu. 15.

Socius omnium bonorum, cuius socius sibi soli emit, aget aduersus emptorem socium ad cōmunicandum empta, aut ad pecuniam in commune referendam.

Fratres & si neuter negotietur, ob rerum communicationē etiā societas est. nume. 12. idem si alteruter negotietur. nume. 13. industria vero sibi quisque acquirit in solidum. nu. 17. nec laboribus parta communicantur non laboranti. nu. 18.

Frater, qui socius est tacitè cum fratre, vt alteri non acquirat, ante acquisitionem protestetur, se non prætendere fratri quærere quicquam. nume. 22. vel tempore quo acquirit protestetur, idem est. nu. 23.

CONSILIVM XXII.

In proposita facti specie mihi videtur de iure dicendum, ꝙ dictus A. possit cōsequi medietatem omnium bonorū, quæ dictus B. acquisiuit suo proprio nomine. Et pro potissimo huius hæsitationis fundamento præmitto, ꝙ inter istos fratres presumitur contracta societas omnium bonorum: ꝙ apparet ex eo: qa propter diuturnitatem temporis, & communem vsum viuendi, & ratione coniunctionis personarum, & tacito consensu præsumitur societas: quia licet fratres simul habitantes non presumantur socij omnium bonorum; qa probandus est cōsensus interuenisse:
1 vt ff. pro socio. l. plane. † ex quo simul habitarūt diu, & communibus expensis sine computo vixerunt, & negotia sua promiscuè egerunt, præsumitur societas, arg. l. j. §. fi. cum l. seq. ff. de his qui deie. vel effud. c. j. de benefi. fra. in vsi. feu. & ita seruat consuetudo in maioribus. ita dixit Bal. in l. j. C. qui test. fa. pos. referens Old. & Ricard. Malumb. & adduco eundem Bald. in l. cum oportet. de bonis quæ lib. vbi dicit, ꝙ mortuo patre de facili præsumitur societas contracta inter fratres, propter naturalem æquitatem: & ideo inquit, si qua emit frater seorsum a fratre; tamen pro maiori parte communicabit, in communi: debet etiam in totum communicare; quia non debet societas claudiare, vt in Lombarda dicitur, quod præsumitur emptum, de bonis communibus, vt l. si fratres. de success. & refert istud tenere Ricar. & Cy. in l. cum duobus. §. si fratres. in additio. ff. pro socio. ita dixit Bald. cum ergo isti duo fratres mortuo patre stetere insimul, & hæreditatē paternā insimul tenuerint, & communiter habitauerint, & simul communicauerint oīa lucra hincinde acquisita, & dictus A. communicauerit dicto B. omnia lucra acquisita per eū, & diu steterint, sequitur, ꝙ præsumitur cōtracta societas omnium bonorum, & ea quæ emit dictus B. suo nomine proprio sunt cōmunicanda: quia cum pro maiori parte omnia cōmunicauerint, videntur ista esse communicanda; quia nō debet societas claudiare: licet enim suo proprio nomine emerit: tamen veniunt communicanda: & adduco, quod pulchrè voluit do. Pet. de Ancha. consil. 289. incip. Materia, de qua quæritur, nō est noua. in secundo dubio illius consilij, vbi commemorat, ꝙ quidam fratres stabant in communione, & societate oīum bonorum; tn̄ vnus emit aliqua suo proprio nomine expresso in instrumētis, & fecit aliquas mercantias scribendo in suo libro, ꝙ proprio noīe illas

illas faciebat, fuit dubitatū, vtrū illa sic q̃sita suo ꝓprio noīe veniant cōicādo: q̃a ex hoc ꝙ suū propriū nomen expressit, præsumitur, ꝙ sibi quærere voluit, vnde in talibus nō potest præsumi animus socialis, postquàm constat de contrario per scripturam, ar. l. Nesennius. ff. de nego. gest. Cum enim ista societas fundetur solum in præsumptione, vr̄ ab ea recedi, postquam per præfatum in contrarium aīus, aliter declaratur. facit, quod no. Innoc. in c. super hoc. de renuncia. & istud voluit Bart. in l. si patruus. C. communia vtriusque iudi. & in l. Titium & Meuium. §. altero. ff. de admi. tuto. sed contrarium consuluit ibi do. Pet. de Ancha. concurrentibus tot præsumptionibus in contrarium inferentibus societatem oīum
2 bonorum: ideo dicit † ꝙ non debet attendi scriptura vnius incognita alteri: q̃a si ille talis scribebat in suo libro illud, q̃d erat occultum alteri, non debet illi tali nocere; q̃a debet attendi, q̃d palam & in maiori parte faciebat: ideo scriptura occulta alteri nō debet attendi in contractu reciproco. l. si repetendi.
3 C. de condi. ob cau. † Item cōmunione sociali præsupposita in mala fide versatur ille frater, dum aliū fratrem emolumēto communionis & pecuniæ priuare conatur; q̃a cuncta, quæ sic gessit, nō ẜm suum animum, siue propositum, sed ẜm effectum, prout gerere debuit, iudicare debemus. l. ꝙ ait. §. si. ff. de repud. l. si vētri. §. in bonis. ff. de priui. cred. vnde iniquū est, si alter in occulto gerat actum, ꝙ sibi soli quęrat: & dicere contrarium, esset absurdum, ꝙ alter frater posuerit omnem suam industriam in vtilitate communi, & quicquid acquisiuerit, posuit in communione, ideo orire tur discordia inter fratres, quod iura abhorrent: vt l. cum pater. §. euictis. ff. de leg. 2. Itē vbi plures causæ cōcurrunt in actus perfectione, debent concurrere in lucri acquisitione. vt l. Titiæ textores. ff. de leg. j. ideo dicit ibi do. Pet. vnus fratrum quicquid acquirit, communicat societati, & omnē suam operam ponit ad vtilitatem societatis, quasi tacitum mādatum habens ab altero: vt l. q. idem. ff. manda. sed quæsita intuitu administrationis tenetur administrator dare dn̄o, & sicut dolosè versari vr̄, si quod facere debuit, nomine domini, facit suo. l. j. C. de dol. ita, inquit, & socius, si illud, quod cōmuni nomine agere debuit, facit suo, videt̄ dolosè versari, arg. l. quæ de tota. ff. de rei vend. & concludit euidenter do. Pet. ibi, ꝙ in diuisione veniunt empta nomine proprio: & licet vnus emerit suo nomine proprio, tamen illa empta gubernantur communiter, & sic res communes, quæ omnia sunt magis consideranda in præsumendo, ꝙ sint communia, quàm scriptura simplex, ꝙ sint propria dicti fratris emen-
4 tis nomine proprio: † quia lex dicit, debere attendi potius rem gestam quàm scripturam. l. militum. C. si quis alteri vel sibi, nec attenditur in prædictis, an vnus plus lucretur, quā alter, vel plus expendat, quā alter; q̃a hoc generale est in societate, ꝙ omnia sint æqualiter communicanda. vt l. si socius pro filia. ff. pro socio. de facili enim præsumenda est donatio illius pluris, cum illud ponit in communione cū fratre minoris industriæ, & ideo videtur velle non sibi habere propria sic empta, & hoc operatur generalis societas. l. si quis societatem. ff. pro socio. ita concludit do. Pe. in præfato consi. ¶ Modò in proposito ita accidit formaliter: isti duo fratres stabant in cōmunione, & societate omnium bonorum, & communicabant omnia lucra, & iste A. fideliter, quicquid acquisiuit, acquirebat communi soicetati, ergo debuit ex parte alterius fratris idem fieri: vnde videtur in dolo versari, si nō cōmunicaret alteri fratri quęsitā suo proprio nomine, ideo vt cesset iste dolus, dicendum est, vt licet emerit suo proprio nomine; tū veniunt cōmunicanda, & adduco simile, q̃d voluit Bar. in l. rura. C. de omni agro deser. lib. 11. vbi dicit nota. hanc l. contra fratres, qui fecerunt se in instrumentis emptionum nominari tantum suis proprijs nominibus, sed postea fecerūt illa prædia sic empta describi in extimo communis sibi & fratribus, & soluerunt extimum communiter, ꝙ ex hoc acquisitū sit dominium illis fratribus, licet eorū nomina non sint descripta in instrumentis illis, sicut tenor instrumenti designat, q̃d habetur in l. censualis. C. de don. nec loquitur Bart. ibi quando fratres sunt socij omnium bonorum, ergo sequitur, ꝙ multo fortius in casu nostro sunt effecta communia bona empta per illum B. nomine suo proprio; cum sit socius oīum bonorum cum dicto A. & communicauerit fructus illorum prædiorum iuxta illud, exitus acta probat, & iuxta illud Euāgelium, a fructibus eorum cognoscetis eos, & iuxta illud, si filij Abrahæ estis opera Abrahę facite: ideo ergo cōmunicauit fructus prædiorum emptorum; q̃a sicut voluit fructus fore cōmunes, eodem modo videtur voluisse esse communia corpora ipsarum rerum, vnde concurrunt duo, videlicet societas omnium bonorum, & communicatio fructuum ipsarum rerum: & ēt cōcurrit tertiū diuturnitas temporis, & etiam concurrit quartum, quia sunt nobiles: vnde eleganter dixit Bald. in d. l. si
5 patruus. † ꝙ ex actibus diformibus inter nobiles p̄sumitur societas: & idem voluit in suo eleganti tractatu de duobus fratribus. concurrit & quintum; q̃a ita seruat consuetudo in maioribus, vt dixit Bald. in d. l. qui testa. fa. poss. Modò si ita seruat consuetudo, minimè mutanda sunt, quæ certam interpretationem habuerunt. l. minimè. ff. de ll. & ideo dixit Bald. in l.
6 quicunque. C. de ser. fu. ꝙ illud † quod est consuetudinarium, non est arbitrarium: & standum est dicto doctoris dicentes, ita seruat consuetudo, nisi probet̄ contrarium: vt bellissime dixit Bart. in responsione. l. de quibus. ff. de legi. & sic apparet. ꝙ non rectè loquitur Bartol. cum dixit, non præsumitur societas, postquam constat, ꝙ suo nomine proprio emerit; q̃a tollitur illa præsumptio ex communicatione fructuum: q̃a communicando fructus talium prædiorum colligitur animus, & mens socialis: tollit̄ enim illa præsumptio per cōtrariam præsumptionem resultantem ex communicatione fructuum, maximè cōcurrente generali societate præsumpta, vt dixi superius: sicut enim per scripturam factam in æstimo de bonis emptis nomine proprio, videtur acquisitū dn̄ium alijs suis fratribus, soluendo æstimum communiter, ita & eodem modo videtur satis sublata illa præsumptio resultās ex emptione facta nomine proprio per communicationem fructuum, maximè concurrente coniectura; quia sunt nobiles, vt voluit Bal. & adduco, q̃d voluit Bal. in l. j. §. si q̃s hoc interdicto. ff. de iti. actuque priua. vbi per illum text. dicit, se
7 limitare dictum Oldr. & Cyn. violentium † ꝙ inter fratres ex solo vsu contrahitur tacitè societas, & sic tacite dissoluitur: vt l. itaque. ff. pro socio, ꝙ Bart. ibi dicit esse verum in eo tantum, in quo apparet vsus: quia forte erant artifices ambo, & tantum communicabant lucrū illius artis: in illa enim arte tantum videtur contracta societas, vel communicabant fructus tantum; q̃a in illis tantum videtur facta cōmunio, nō in alijs emptionibus prædiorum, ꝙ dicit esse tenendum menti: vnde posset allegari illud dictum Barto. cōtra præsentem consultationem: q̃a pro certo non obstat hæc doctrina Bar. multifariè, multisq; modis. primò Barto. loquitur inter artifices, sed nos loquimur inter nobiles, quo casu magis præsumit̄ communio, & societas inter nobiles, & affero illud, quod dicebat Bernardus in sua epistola, quam de

cura

cura rei familiaris edidit, de filijs, inquit, audi, mor-
tuo patre quærunt diuisionem, si nobiles sunt, me-
lior est sępe p mundũ dispersis: si laboratores sunt,
faciãt, ꝙ velint, si mercatores, tutior est diuisio, quã
vnione vnius infortuniũ alijs imputetur: & sic bea-
tus Ber. dissuadet nobilibus diuisionem: nõ est ergo
admiratione dignum, si Bar. loquatur in artificibus,
& non in nobilibus, & per consequens sumus extra
casum Bar. secundò considero, ꝙ Bart. cum sua ho-
norificentia non rectè dicit, colligendo ex illo text.
istam doctrinam: qa ille text. loquitur in casu odio-
8 so, loquitur enim in præscriptione † quæ non est ex-
tendenda, vt probatur in c. cum in tua. de deci. & in
c. j. de relig. dom. vbi formaliter probatur contrariũ,
ergo &c. Item Barto. loquitur eo casu, quo commu-
nicabant fructus duntaxat, & non loquitur in gene-
rali societate omnium bonorum, in qua cõiter fra-
tres viuebant, & nullam exceptionem faciebant in
bonis, & vnus quicquid quærebat, communicabat
alteri, ipso altero sciente, patiente, acceptãte: si ergo
alter aliqua acquisiuit suo proprio nomine, & fru-
ctus illorum communicauit fratri, sequitur, ꝙ vide-
tur contracta societas, non solùm in illis fructibus,
sed etiam in rebus: vnde illi fructus sunt percepti; qa
accidentia magnam partem conferunt ad cogno-
scendum quod quid est, vt voluit Aristo. in 5. & in j.
methaphysicæ Bald. in l. non nudis. C. de prob. & in
l. j. ff. de rerum diui. ergo ex communicatione fructũ
arguimus communicationem corporũ, ex quibus
percipiuntur fructus; qa verisimiliter ille B. nõ com
municasset fructus illarum rerum, si in eis non esset
contracta societas, arg. l. cum de indebito. ff. de pro-
ba. & c. super hoc. de renun. & si aliter diceremus, se-
queretur, ꝙ præsumeremus dolum adesse huic fra-
tri, ꝙ non est præsumendum ratione coniunctionis
fraternæ, arg. eius quod habetur in l. cum allegas. C.
de castr. pecu. li. 12. cum sim. ¶ Præterea adduco ad
prædicta Bal. in l. si socius. ff. si cert. pet. vbi colligit ex
9 tex. illo, † ꝙ socius omniũ bonorũ potest habere pe
cuniam propriam in separato; tamen eam tenetur
cõmunicare, & hac ratione si plures fratres sunt om
nium bonorum socij, & vnus emit aliquid altero so
cio ignorante, & recepit chartam pro se tantũ, illud,
quod emit, est ipsius proprium, sed iuxta societatem
tenetur communicare; quia ignorantibus fratribus
non potuit distrahere societatẽ, secus si hoc fecisset
illis volentibus, & patientibus, arg. l. itaque. ff. pro so
cio. & l. j. §. magistrum. ff. de exercito. & sic Bald. in ter
minis ibi decidit istam quęstionem, ergo tenetẽ com
municare. B. præfata bona suo nomine empta ipsi.
A. & adduco vlterius stupendam doctrinam eiusdẽ
Bald. in l. fi. §. quatuor. ff. de leg. 2. vbi ex illo tex. colli-
git, ꝙ ratione fraternitatis, & cõmunionis est inter-
dictum vni fratrum, ne emat: & sic est, arg. ad q. fra-
10 trum simul negotiantium, vt si † vnus clam emat, &
instrumenta concipit pro se solo, ꝙ per hoc non fa-
cit conditionem suam meliorem, & sequitur ibi Io.
de Imo. qui ad hoc allegat, quod habetur in l. actio-
ne. §. 1. & 2. ff. pro socio. non ergo potuit iste. B. eme-
re suo proprio nomine, & sic debet communicare
alteri suo fratri. & adduco ad prædicta, quod voluit
Bald. in l. j. C. si quis alteri vel sibi. vbi est glos. ꝙ si so-
cius omniũ bonorũ emit rem suo proprio nomine
de pecunia cõmuni, ꝙ sibi soli acquirit, sed tenetur
ad pecuniam restituendam. l. si quis societatẽ. ff. pro
socio. ex qua glos. Bald. ibi colligit, ꝙ si sunt duo fra-
tres, & stant insimul, & sunt socij omnium bonorũ,
& tamen vnus seorsum emit pro se, non acquiritur
alteri. licet sit quæsitum de pecunia communi, fm
illam glo. ꝙ dicit esse verum ipso iure, tñ per actionẽ
pro socio tenetur communicare, vt d. l. si quis socie-
11 tatem, secundo responso. potest ergo socius † elige-
re duas vias, vel pecuniam repetere, vel ad commu-
nicandum agere, allegat d. l. si socius. ff. si cer. pe. non
obstat. l. Titium & Meuium. §. altero. ff. de admi. tu.
qa ibi societas erat finita morte, licet duraret cõmu
nio rerum, & inquit ibi Bal. sed ad quid est vtile scire
istam differentiam. respondet ibi Bald. qa si interim
in aliũ transferret dñium, non posset nouus emptor
conueniri, quando non est communis, sed tantum
communicanda; quia personalis actio non sequitur
fundum. ¶ Modò in proposito ista pecunia, quam
dictus frater acquisiuit a Rege, dum esset in seruitio
Regis, dico, ꝙ erat communis alteri fratri, ex quo
erant socij omnium bonorum, & communicabant
omnia quæsita: quia prouisiones, quas dicti nobiles
habuerant a Duce, adinuicem cõmunicabant, ergo
videtur illa pecunia effecta communis, ex quo erant
socij omnium bonorum, ex quo sequitur, ꝙ vel cõ-
municet dictã pecuniam, vel cõicet prædia empta
ex illa pecunia: & per hoc põt responderi ad id, qđ
habetur in l. pe. C. si quis alteri vel sibi, vbi si vnus ex
fratribus emit de pecunia cõmuni suo nomine, sibi
& non alteri fratri dominium acquirit; qa nihilomi
nus tenetur vel communicare illam pecuniam, vel
prędia ex illa pecunia empta alteri fratri. & adduco,
quod voluit Bald. in l. si patruus. C. commu. vtriusq;
12 iudi. vbi dicit, ꝙ si sunt duo fratres, & nullus † eorũ
negotietur, potest ex actibus apparere socialis affe-
ctio, sicut est inter nobiles, qui non faciunt quęstua-
rias mercantias; tamen quæcunque dispendia, vel
quascunque dotes recipiunt: in communi vsu con-
ferunt: nam negari non potest, quin isti sint sociales
actus, ex quibus præsumitur intentio, & voluntas fa
cto datur intelligi. l. reprehẽdenda. C. de insti. & sub-
sti. & quod habetur in l. si duo fratres. ff. de acq. hære.
13 similiter inquit, in casu † quo vnus negotietur, & al-
ter non, si ille, qui non negotiatur, quæcunque sibi
obueniunt omni de causa ponit in communi, & idẽ
facit ille, q negotiatur, societas hincinde ex actibus
istis reciprocis videtùr contracta: idem est, inquit, si
vnus negotiatur in vna arte, puta mercantiæ, alter
in altera, puta in allegationibus, vel tabellionatu: nã
ex lucrorum communicatione pręsumitur societas
contracta; quia ordinantur ad ipsam per locum ab
effectu. Et inquantum Barto. dixit, ꝙ societas tacita
restringitur solam ad mercantiam illam, cuius quę-
stus cõmunicatur, respondet ibi Bal. procedere, vbi
actus sunt vniformes: sed vbi sunt difformes, & va-
rietatem habentes, dicit Bald. ꝙ per tales actus præ-
sumitur societas generalis contracta; quia indifferẽ-
ter se habent, & indefinitè, vnde ex actibus ita pro-
miscuis & indifferentibus præsumitur societas gene
ralis omnium bonorum contracta, & dicit se non
curare, an vnus plus lucretur, quam alius, vel plus
ponat in communibus vsibus quam alius, vel plus
expendit, quàm alius; quia talia in societate genera-
li non attenduntur, sed omnia sunt generaliter par
tienda: vt l. si socius pro filia. ff. pro socio. & ita dicit
fuisse de mente Ia. de Are. in quadam sua apostilla:
in d. l. Titium & Meuium. §. altero. quam apostillã
extenderunt Oldr. & Ricard. & hanc partem sequit
Saly. in d. l. cum duobus. §. si fratres. ff. pro socio. vbi
quærit, duo fratres habentes bona hæreditaria com
munia simul habitant in domo communi, & bona
particularia non habent, an cętera, quæ quærunt
extra illa bona, veniunt communicanda, & videtur
ꝙ sic, per cap. si duo fratres. in titu. de duob. fra. de no
uo benefi. inuesti. refert Iac. de Bel. dixisse, ꝙ non te-
netur, nisi probetur, ꝙ sint socij oĩum bonorum, vel
nisi consuetudo regionis aliud inducat, & ita intel-
ligit procedere d. c. si duo fratres. sed quia societas
tacitè

tacitè contrahi potest, vt l.4.ff.pro socio. ergo &c.
Ita residet ibi Saly.& sic apparet ex prædictis, ꝙ licet
Bal.in d.l.cū duobus.§.si fratres.referat dictū Bart.in
l.Titium & Meuinm.§.altero.;& cū illo ibi transeat,
tamen in d.l.si patruus. vbi seriosius illud examina-
uit,& discussit, tenuit contra illam doctrinam Bart.
& idem tenuit in pluribus alijs locis, & ita videtur
tenuisse,arg.eius quod habetur in l.diui fratres ff.de
iur.patro. tum etiam quia Iac. de Bel. vt refert Saly.
in d.§.si fratres.dixit,nisi consuetudo aliud voluerit,
& seruauerit.sed Bald. in d.l.si patruus. & in d.l.j.C.
qui testa.face.poss.dixit, ꝙ ita seruat consuetudo in
maioribus,& sic in nobilibus. Et facit, quod voluit
idem Bald.in suo tractatu de duobus fratribus, quē
composuit addendo ad tractatum Bart. ergo &c. &
etiam quia Bar.expressè in d.l.j.§.si quis hoc interdi-
cto.ff.de iti.actuque priua.dixit de artificibus, quasi
velit cōtrarium esse in nobilibus & maioribus,ergo
huiusmodi societas cum sit tacita inter nobiles &
maiores,sequitur,ꝙ videtur contracta secundum ꝙ
maiores consueuerunt cōtrahere societatē, vt pro-
batur in l.si prius. §.rectè placuit. ff. de aqua plu. ar-
cend. & l.excepto.C.loca. & l.dñis prædiorum.C.de
agri.& cen.lib. 11.& quod ibi voluit Bart. per cap.ꝙ
translationem. de offic.dele.vbi plura & elegantissi-
ma retuli ad istud propositū in lec. mea. & facit, qđ
voluit Andr.de Iser.in c.j.in titul. in quibus cau.feu.
14 amit.ꝙ si conceditur † feudum pro me, licet nihil
dicatur, & pro filijs, tamen intelligitur & pro filijs:
qa ita consueuit fieri inuestitura. & ideo dixit Pe.de
Anch.cons. 414.ꝙ si quis accepit emphyteusim pro
se& filijs suis, intelligitur secundum ꝙ consuetudo
disponit quò ad filios,idem voluit Bar.in l.vt iurisiu
randi.§. si liberi.ff.de ope.lib.Ita consuluit do. meus
Io.de Imol. & ipse refert in cōmen.c.potuit.de loca.
ad fin. Ita dicamus in casu nostro, ꝙ isti nobiles vi-
deantur contraxisse istam societatem secundum ꝙ
consueuerunt nobiles & maiores cōtrahere:& ideo
Angel.in consi.82.quod incipit,Themate prædicto,
dicit,ꝙ in illo videtur contracta societas artificio, in
quo cōmunicabant, non in alio,ad hoc allegat Old.
& remittit ad Bart.in l.j.§.si quis hoc interdicto.ff.de
iti.actuque priua. & ad Bal.in l.j.C.qui testa.fa.poss.
& sic intelligit Bart.in artificibus fratribus,secus erit
in nobilibus & in maioribus, vt dicit Bald.in d.l.j.&
in alijs locis allegatis superius. ¶Præterea ad ꝑdicta
facit:qa si aliter diceremus, sequeretur iniquitas, ꝙ
dictus A.se exercitasse in gubernatione domus,& in
communicando cum illo suo fratre omnia per eū
acquisita. & sic cum lucrum sui laboris peruenerit
ad illum suū fratrem,& ille frater sua lucra nō com-
municet,& sic peruenirent damna ex eo,ex quo de-
berent peruenire lucra, arg. l.meminerint. C. vnde
vi. & in cap.nonnulli. de rescrip. sed a fratre nostro,
& a consanguineis nostris non damna, sed lucra, &
auxilia peruenire debent,arg.ad hoc,quod habetur
in l.eos. ff.de recepta. & l. Aurelius. §.Titius testō. ff.
de libe.lega. & l.tutor.§.quæ tutoribus.ff.de excusa.
tu.arg.l.j.ad finem.ff.ad leg.Iul.repe.nec debet vnus
fratrū defraudare alterum in labore suo,sed æquani
miter debet eum tolerare.l.verum.ff.pro socio.item
æqualitas est inter eos seruanda,arg.l.fi.C.de fruc.&
lit.expen. sicut ergo d.A. participat lucrū ipsi. B.de
suis laboribus, ita eodem modo ille B. participare
debet illi ad antidora, quæ videtur inducere debere
vicissitudinem communionis,argu.l.si verò non re-
munerandi.§. idem Papinianus. ff.manda. & quod
no.in l.si non sortem.§.libertus. ff.de condi.indebi.
& in l.sed si lege.§.consuluit. ff.de pe. hæred.& in l.si
testamento.ff.de fideiussor. præsumēdum enim est,
ipsum A.voluisse cōmunicare dicto suo fratri,vt di-
ctus eius frater cōicaret sibi,argu.l.si cum aurum.ff.
de solut. & l.Campanus. ff.de op.lib.l.cum de inde-
bito.ff.de probat.per quæ iura videtur,ꝙ nullo mo-
do est præsumendum dictum A.communicasse dic.
B. si dictus B.non communicasset sibi: vnde non de-
bebat dictus B.acceptasse lucra acquisita per illum
A.si ipse nolebat communicare oīa sua lucra illi A.
cum ergo acceptauit communicationem omnium
lucrorum,quæ fuit lucratus ille A.sequitur,ꝙ tene-
tur cōmunicare illi A.omnia, quæ ipse B.fuit lucra-
tus: vnde natura hoc non patitur.l.nam hoc natura.
ff.de condict.indebi. ¶Et si quispiam dixerit, ꝙ ille
B.emit suo proprio nomine,& non communi noīe
suo & fratris. Ad hoc respondeo, ꝙ inter socios non
est fienda hæc distinctio, vtrum nomine proprio vel
15 societatis emerit; quia regula † est, ꝙ illud,quod al-
ter socius acquirit, cōmunicare debet alteri socio.
l.& si socius.§.si absenti.ff.pro socio.& l.actione.§.di
ximus.& l.si quis societatem cōtraxerit.ff.pro socio.
nam si nomine communi acquireret, aut emeret,
tunc statim esset commune, nec esset agendum, ut
communicaretur.l.ea quæ ciuiliter.ff.de acq. re.do.
¶Et si quispiam opponat de.d.l.Titium & Meuiū.
§.altero.ff.de admi.tuto. vbi patruus non participat
nepoti lucrum suo nomine quæsitum,& pecuniam
quam redegit ex rebus ipsius nepotis,ita videtur di-
cendum in proposito,ꝙ nō teneatur communicare
quæsita suo proprio nomine ille B. Respōdeo, ꝙ ibi
nepos pupilli in nullo fuit negotiatus, nec aliquod
lucrum patruo participauit:& sic cessant oīa prædi-
cta. potest etiam videri contracta societas inter pa-
truum & nepotem,sed in casu nostro est secus;quia
præsumitur contracta societas ex mutua cohabita-
tione,& ex mutua acquisitione, & ex mutua cōmu-
nicatione,arg.eius,quod habetur in l.in liberæ.ff.de
ritu nupt. & in l.in concubinatu. ff. de concubinis.
¶Et si quispiam opponat de eo, quod pulchre scri-
ptum est Terentio in Andria. Omnes malle bene
16 esse sibi quam alteri.l.preses.C.de seruit. † vnde pre-
sumitur quis velle prouidere sibi & suo hæredi, &
non alteri.l.si pactum.ff.de probat.nec subintelligit̄
persona extrinseca l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus.
ff.de verbo.oblig. Respondeo illud verum: nisi alia
causa subsistat,quæ hoc impediat: nam & liber ho-
mo, qui bona fide seruit, hoc idem malle præsumi-
tur,& tamen nō sibi quærit,sed illi, cui seruit: ratio
ergo societatis tollit contrarium:quia eo ipso,ꝙ cō
trahit societatem,videtur habere animum redigen-
di in commune quicquid acquirit, & maxime in ca
su nostro:quia nō apparet,ꝙ ille B.acquisiuerit illa
lucra suo proprio nomine, & ad suum commodū:
licet ergo emerit nomine suo proprio, & locauerit,
illas pecunias acquisitas pro se, locando suo pro-
prio nomine;tenetur illas communicare suo fratri,
vt euitetur dolus eius.Et ex istis apparet solutio ma-
nifesta ad id,quod voluit Salyc.in d.l.si patruus. vbi
ꝯdixit doctrina Bald. nam doctrina Bald. roboratur
melioribus rationibus & mortuis, & istam partem
ego tui sequutus infinitis vicibus consulendo apud
illustres & celebres ciuitates Italiæ, & hanc partem
bellissime sequutus est solennis doctor Pau. de Cast.
in suis cōsilijs,consil.173.inci. Ex die quo iste Raph.
¶Quòd si quispiam opponat de eo, quod habetur
in cap.si duo fratres.in titu. de duo.fra.de no.benefi.
17 inue.vbi probatur † ꝙ vnusquisque fratrum acqui-
rit sibi insolidum res, quas nomine suo acquirit, &
ille text.in hoc continet ius commune, secundùm
Bald.ibi,ad hoc respondeo, ꝙ ille text.non loquitur
eo casu, quo fratres sunt socij omnium bonorū, vt
in casu nostro,nec ille text. loquit̄ eo casu,quo vnus
frater, quicquid acquirit, cōicat alteri fratri, & ille
alter

alter frater acceptat illam communicationem lucrorum quæsitorum per alterum fratrem, quo casu resultaret quędam iniquitas, vt rectè tunc dici possit illud, qđ summè detestatus est Vates insignis in suo opere magno, cum dixit. Fratrum quoque gratia rara est. resultat enim quædam impietas, ꝙ sibi cõmunicetur, & ipse nolit cõmunicare, quæ iniquitas est Deo exosa, vt scribitur apud Iudith. c. 5. Odit, inquit, Deus eorum iniquitatem: ideo dicimus, ꝙ sentẽtia euidẽter iniqua nunquam transit in rem iudicatã.

18 ¶ Et si quispiam opponat, ꝙ frater † non tenet̃ communicare, ꝙ ei suis laboribus & prospera fortuna accidit, hoc ad fratres perueniens lucrosum eis accrescat, vt habetur Institut. per quas personas nobis acquiritur. §. igitur liberi. l. certũ. C. familiæ erciscunde. l. finali. C. de collatio. & quod voluit Spec. in titu. de iudic. §. sequitur. versic. vt autem circa hoc. & in ver. cum defuncto patre plures filij remanent. Cum ergo iste B. talia bona emerit suo proprio nomine; ergo sibi & non fratri acquisiuit, cum nec alia persona in instrumento subintelligatur. l. ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verb. obl. l. si pro dote. C. de do. promiss. ergo multomagis ita videtur dicendum in casu nostro; qa & sibi communi pecunia emisset, dũ tñ proprie nomine talia bona sibi quæsita non sint fratribus communicanda. l. qui aliena. C. si quis alteri vel sibi. l. si vnus ex socijs. §. si quid ex socijs. ff. pro socio. vbi est tex. notabilis. hoc erit tamen, ꝙ alter socius, seu frater ad partem pecuniæ aget, & sic nõ ad partem bonorum: vt d. l. si patruus. & d. l. Titium & Meuium. vbi licet cõmuni nomine fundus emptus sit, & non constat ex qua pecunia; tamen communicandum non venit, nisi primò pretium ipsi emptori refundatur, quod multum ex corde no. ibi Barto. & huius ratio est; qa semper res præsumitur empta ex pecunia emptoris. l. si ventri. §. fin. ff. de priuil. credit. Cum ergo ista bona sint empta nomine ipsius fratris B. ergo sequitur, ꝙ non acquiruntur dicto A. & adduco quoddam cõsilium. Lud. Rom. quod incip. Viso themate prædicto respondetur. & in ordine est tertium. consilium istud non obstat, primò Lud. ibi consuluit eo casu, quo vnus fratrum erat industriosus, & alter non tẽpore acquisitionis, & emptionis: sed in casu nostro non est sic; qa iste A. acquisiuit ex prouisione habita a do. Duce, & ex sua industria, & sic non fuit inanis & vacuus, & sic sumus extra casum consideratum a dom. Ludo. Item iste A. frater cõmunicauit fratri lucra acquisita per se, & in casu Lud. ille frater nihil acquisiuit; qa nullam industriã habebat. ergo &c. Item B. frater acceptauit communicationem lucrorum acquisitorũ per A. fratrem, ergo eodem modo videtur teneri ad communicandum dicto A. fratri, quicquid acquisiuit dictus B. frater, & isto casu non loquitur dom. Ludo. nec obstat, cum allegat, quod habetur Institu. per quas perso. nob. acq. §. igitur liberi. qa non loquitur in casu nostro, quo est cõtracta societas ex actibus superius expressis. & adduco elegantissimum consilium do. Pe. de Anch. 138. quod incipit, Plura dubia elicita sunt. vbi ponit quęstionem nostram in terminis, & arguit primò referendo Bar. in d. §. altero. & in d. l. j. §. si qs. de iti. actuque priu. & dicit, ꝙ si possessiones fuissent emptæ nomine proprio, non venirent cõmunicandę, sed pretium veniret communicandũ, secundùm Bar. in dictis locis. & dicit, ꝙ præsumeretur de pecunia propria emisse; tamen do. Pet. consuluit contrarium, & mouetur ex eo: quia ille frater, qui emit suo nomine proprio communicauit fructus ipsarũ poss. suo nomine emptarum, sicut aliarum rerum cõmunium, maximè dicit, hoc procedit, si apparet, ꝙ tempore mortis patris neuter fratrum habuit aliquid seorsum separatum, & distinctum per se ab alio fratre. Mouetur etiam D. Petr. quia est aduertendum; qa si tacita societas præcessit illam emptionem factam nomine proprio, videtur, inquit, facta illa acquisitio nomine communi: sicut quando præcedit aliquis contractus inter duos super aliquo negotio de futuro, & illud postea per alterum geritur; quia videtur contraxisse nomine illius, pro quo tenebat; vt l. qui negotia. ff. de admi. tut. l. post dotem, secundùm lec. Dyn. ff. solut. matri. Cum ergo illa pecunia acquisita in seruicijs Do. Regis venerit ex industria illius B. debuit communicare illam industriam: qa vt socius illam fecit, ergo illud, quod emit noĩe suo proprio, videtur nomine cõi emisse, & sic ex præcedentibus & sequẽtibus declaratur animus huius fratris: ita consuluit do. Pet. in præfato suo consilio, & indubitanter illud cõsilium apponit gladium ad radicem huius consultationis: qa cum dicti fratres habuerint bona in communi, & communiter habitauerint, & in communione exposuerint lucra inde quæsita, & si postmodũ iste B. emit res suo proprio nomine; tamen communicauit fructus illarum rerum, ergo sequitur, ꝙ mens & voluntas colligitur ex istis actibus operarijs, ꝙ voluerit acquirere sibi & suo fratri, & sic do. Petr. decidit hanc dubitationem. Et licet Lud. Rom. consuluerit contrarium, vt superius dixi; tamen iudicio meo, satis insulsè & parum accurratè, cũ fuerint tot illustres doctores in diuersis & varijs locis tenentes, & consulentes contrariũ, & nihil de eis in præfato suo cõsilio commemorauit, nec ad eorum rationes & dicta respondit: & sic ista pars videtur de iure verior. Et adduco, quod voluit idem do. Petr. de Ancha. consilio 28. incipiente, Quia quæstio modicam aut nullam dubitationem continet, vbi consuluit, ꝙ ex actibus reciprocis præsumitur societas. ¶ Et si quispiam opponit de eo, qđ habetur in l. 3. §. cum specialiter. ff. pro socio. vbi dicitur, cum specialiter coita sit societas omnium bonorum, vbi probatur, ꝙ requiritur, ꝙ specialiter cõtrahatur societas omnium bonorũ: sed in casu nostro non apparet, ꝙ fuerit contracta specialiter. ergo sequitur, ꝙ non potest dici contracta societas oĩum bonorum inter istos fratres; cum non fuerit contracta specialiter: ad hoc respondeo, ꝙ istud procedit in societate expressa, ita loquitur ille text. sed nos loquimur in tacita, quæ præsumitur ex actibus operarijs & difformibus inter nobiles & maiores, vt sapiẽter dixit Bal. in locis allegatis superius: a primordio enim tituli posterior formatur euentus. l. j. C. de impon. luc. descrip. lib. 10. & text. valde elegans in l. regula. §. licet. ver. initium constitutionis demonstrat. ff. de iur. & fac. ign. sed ab initio fuit tacitè ex actibus operosis cõtracta societas omnium bonorum inter ipsos fratres, ergo euentus posterior determinatur & deciditur secundum illud principium: licet ergo ex postfacto ille B. emerit nomine suo proprio; tamen regulatur illa emptio ex dispositione principij, quo fuit societas & communio: & ideo dixit Pe. quẽ refert & sequitur Cyn. & Bald. in l. per retentionem. C. de vsur. ꝙ vbi præcedentia sunt præparatoria sequentium, semper intelliguntur repetita in sequen. facit l. Titia. §. idem respondit. ff. de verb. obli. & l. itẽ quia. §. idem Iuliano. ff. de pact. sed ita est in proposito, ꝙ illa præambula societas & communicatio lucrorum ab vtroque fratre quæsitorum fuit præparatio acquisitionis, & emptionis postea factæ, ergo sequitur, ꝙ licet expresserit nomen suum proprium ille B. nihilominus acquisiuit sibi & fratri; qa regulatur ex præambula societate præcedente: & sic stat illa regula, a primordio tituli posterior formatur euentus. ¶ Præterea adduco rationem iudicio meo incon-

19 inconuincibilem hoc modo, † probatis extremis vi
dentur probata media, hoc decidit glo. valde elegãs
in c. nolumus. 16. q. 4. quæ dicit, ſufficere, ꝙ proben-
tur extrema: vnde ſufficit probare principium poſ-
ſeſſionis & finem; qa media prçſumuntur, & cõmu-
niter illa gloſ. tenetur per doctores, & ſolet multum
allegari. Ita dicit do. & conſicu. meus Abb. in c. acce-
dentibus. de priui. & facit, quod voluit Bal. in prima
conſtitutione. C. & in l. ſiue poſſidetis. C. de proba. &
quod voluit glo. in c. accedens. de conuer. coniug. &
in c. cum eccleſia Sutrina. de cauſa poſ. & proprie. &
quod voluit Ant. in c. olim. de reſt. ſpo. & in c. ex par
te decani. de reſcrip. & in c. accedens. de conuer. con
iug. & in c. cum ad ſedem. de reſt. ſpo. Barto. in l. ſicut
§. ſuperuacuum. ff. qui. mo. pig. vel hyp. ſol. & quod
voluit do. Abb. in d. c. olim. Modò in caſu noſtro vi-
dẽtur probata extrema, primum extremum fuit ſo-
cietas tacita omnium bonorum ex actibus operoſis
vltimum extremum fuit communicatio fructuum
perceptorum ex rebus emptis ab illo B. nomine ſuo
proprio, ergo præſumũtur media probata. nam illa
emptio facta nomine proprio illius B. eſt medium,
ſicut ergo ſunt communicata a principio quæſita,
ſequitur, ꝙ videntur cõmunicata media, & per con
ſequens corpora rerum, ex quo ſequitur, ꝙ ſufficit
ſola allegatio, vt in ſimili dixit Bart. in l. Celſus. ff. de
20 vſucap. † ꝙ ſi probata eſt poſſeſſio de præterito, ſuf-
ficit allegare poſſeſſionem, ſeu dominium de prçſen
ti, nec eſt opus probare. voluit do. Abb. in d. c. acce-
dentibus. & facit, qđ voluit gloſ. quæ reputatur ſing.
in c. ſi quis per triginta. in titu. ſi de feud. defun. fue.
21 contro. in vſib. feu. quç dixit, † ꝙ in præſcriptione nõ
eſt neceſſe probare bonam fidem: ſed opus eſt illam
allegare, de qua glo. facit feſtum ibi Bal. ita videtur
dicendum in caſu noſtro, vt ſufficiat, ꝙ iſte A. frater
alleget communionem & ſocietatem omnium bo-
norum. Et adduco ad prædicta, quod voluit Bald. in
c. j. in titu. de benefi. fra. vbi tangens quæſtionem de
fratribus inſimul habitantibus, ꝙ ſi acquirens prote
ſtaretur, ꝙ nolit acquirere fratri, ꝙ nõ acquireretur,
allegat in arg. l. Neſennius. ff. de nego. geſt. & l. qui in
aliena. §. Celſus. ff. de acq. hære. & loquitur ibi Bald.
qñ ab initio acquiſitionis proteſtatur, ꝙ non vult
acquirere ſuo fratri, & ſic proteſtatio dẽt eſſe præam
bula ad actum acquirendi, ſed poſtquam eſt facta
acquiſitio; tunc acquiſitum eſt ius fratri, nec poteſt
tolli ipſi fratri ius iam ſibi quæſitum. l. fi. ff. de pact. c.
quæ in eccleſiarum. de conſti. l. fi. C. ſi contra ius vel
vtil. pub. & ita loquitur d. l. Neſennius. & ita etiam
loquit̃ d. l. qui in aliena. §. Celſus. ſed in caſu noſtro
non fuit proteſtatus, antequam acquireret, nec fuit
proteſtatus tempore acquiſitionis, ꝙ non intende-
bat acquirere ſuo fratri, ſed ſibi ipſi duntaxat: ergo
ſequitur, ꝙ acquiſiuit ſuo fratri: quinimo plus acci-
dit in facto; qa dictus B. poſtquam emit dicta prçdia
ſuo nomine proprio communicauit fructus illorũ
prædiorum cum d. ſuo fratre, quo caſu videtur de-
clarare ſuam volũtatem, vt videatur illa prædia ac-
quiſiuiſſe communiter, & pro ſuo fratre: qa volun-
tas oſtenditur facto, glo. in l. de quibus. ff. de legibus.
tex. in l. reprehendenda. C. de inſtitu. & ſubſti. vnde ſi
rectè ponderetur dictum do. Bal. in c. j. de benefi. fra.
22 ipſe ſentit † ꝙ poſito, ꝙ vnus frater emerit nomine
ſuo proprio; tamen vt non acquirat ſuo fratri, cum
quo eſt tacitè contracta ſocietas omnium bonorũ,
requiritur, ꝙ proteſtetur, ꝙ non intendit acquirere
ſuo fratri: ſed hic non fuit proteſtatus, ergo acquiſi-
uit etiam fratri: & illa præſumptio reſultans ex em-
ptione facta ſuo nomine proprio tantum, tollitur
ex cõmunicatione fructuum, nec eſt admiratione
dignũ: quia inter prçſumptiones eſt dare gradum,
vt vna vehementior tollat minus potentem, vt pro-
batur in l. diuus. ff. de in integ. reſt. l. j. C. qui & aduer
ſus quos. & c. afferte. de prçſum. vnde maior prçſum
ptio reſultat ex cõmunicatione fructuum, & eo ma
xime qa concurrit ſocietas oĩum bonorum, vt eſt di
ctum. & ſic duç prçſumptiones vincunt vnũ: qa duo
vincula ſunt potiora vno, vt c. j. de treu. & pac. & in
auth. itaque. C. communi. de ſucce. ergo &c. Et eſt
accuratè ponderandum circa iſtum paſſum; quia
communiter doct. moderni ſecuti ſunt iſtam partẽ
legendo, & conſulendo: vnde Bald. in pluribus locis
tenuit hanc partem, & ſecundũ eam conſuluit plu-
ribus vicibus Pet. de Ancha. vt ſuperius retuli, & ſe-
cundum hanc partem conſuluit Ange. & retuli ſu-
perius, & ita etiam conſuluit do. Pau. de Caſtr. & illã
tenuit Ioan. de Imol. in l. fin. §. quatuor. ff. de leg. 2. &
ſic tanquam opinio communis eſt ſequenda. l. j. ff.
de offi. quæſt. in verſic. crebrior apud veteres. l. j. ff. de
ſenato. cum ſi. & ſecundum hanc partem conſului
infinitis vicibus, & ita vidi conſultum per celebres
& magnos in vtraque cenſura viros. Item concurrit
æquitas pro iſta parte. ergo præferenda contrariæ
opi. c. fin. de tranſac. l. placuit. C. de iudi. l. j. C. de legi-
bus. Concurrit etiam: qa ita reperitur in Lombarda,
vt dixit Bar. in l. j. C. qui teſta. fa. poſſ. ergo ſequitur, ꝙ
iſtam partem debemus ſequi, concurrit etiam quia
ille B. frater fuit dolo verſatus: qa cum ſciret illum
A. fratrem communicare ſibi lucra omnia acquiſi-
ta a ſe, fuit in dolo, non communicando illi A. om-
nia ſua lucra. Item ſi rectè ponderentur verba Bart.
in d. l. j. §. ſi quis hoc interdicto. & in d. l. Titium &
Meuium. §. altero. non loquitur eo caſu, quo vnus
communicat omnia ſua lucra alteri fratri, & ille al-
ter frater non communicabat. & ſic non loquitur
Bart. contra caſum noſtrum: qa loquitur qñ quò ad
certum actum non communicabant ambo fratres;
qa quilibet lucrabatur quò ad ſuum artificium pro
ſe, & ſic ſumus extra caſum Barto. & ideo rectè dixit
Bal. ꝙ debuit proteſtari, ꝙ non intendebat acquire-
re alteri fratri: & ſic concurrentibus tot adminiculis
& rationibus inſimul pro iſto A. fratre, ſequitur, ꝙ
in ſui fauorem erit pronuntiandum, & decidendũ,
argum. eius, quod voluit glo. l. 2. §. ætas. ff. de excu. tu
to. & glo. in l. inſtrumenta. C. de proba. glo. in c. cum
cauſam. de proba. & in ca. cum dilectus. de ſucce. ab
inteſt. ¶ Et ex iſtis elicitur concluſio vera & indubi-
tata, ꝙ iſte nobilis A. poteſt conſequi medietatem
omnium rerum & bonorum quæſitorum per illũ,
ſiue noĩe cõi, ſiue ſuo proprio noĩe, & ita concludo.

¶ Capio nunc aliam dubitationem, qua quæritur,
quid iuris cum dicti fratres adminiſtraſſent omnia
bona eorum, videlicet dictus A. per annos 18. & di-
ctus B. per annos quinque, & abſoluiſſent ſe ad inui
cem de adminiſtratis, poſt abſolutionem hincinde
factam dictus B. poteſtatus eſt dicto A. ꝙ per dictam
abſolutionem ſic factam non intendebat, nec inten
dit, aliqua ſua bona propria & prçcipua communi-
care cum dicto A. ſed ea per ſe ſolum habere, & reti
nere, nec per ea quæ fecit, aut faciet in futurũ inten-
dit aliquo modo ipſa bona ſua propria cũ dicto A.
communicare, cui proteſtationi nihil reſpondit di-
ctus A. ſed poſt multos dies dixit & proteſtatus fuit,
ꝙ intẽdebat habere dimidiam omnium bonorum
etiam per dictum B. acquiſitorum ſuo proprio no-
mine; cum ipſe A. communicauerat omnia acquiſi
ta a ſe illi B. vt iam eſt dictum. Circa iſtam hæſitatio-
nem ego conſidero ante omnia, ꝙ iſte A. laborauit
circa adminiſtrationem domus & bonorum per an
nos 18. & ille B. laborauit in adminiſtrando per an-
nos 5. quo caſu eſt maxima imparitas, & videtur ha
bere locum illud, quod diſpoſuit. l. fina. C. de allu. &

palu.

palu.in ver.ne diligentes operam ſuam dediſſe do-
leant, nec diligentiam ſuam ſibi damnoſam intelli-
ganr,qui caſus rectè adapratur caſui noſtro, & facit
mirum immodum pro dicto A.quò ad hæſitationē
præcedentem;qa iniquitas diabolica eſſet, ꝙ iſte A.
laboraſſet tam lōgo tpe,& ille B.habuiſſet commo-
dum diligentiæ & laboris illius A.& ille A.commu-
nicaſſet omnia quæſita per ſe illi B. & ille B.non cō-
municaſſet lucra ſua oīa dicto A.quo caſu habet lo-
cum illud,quod voluit do.Paul.de Caſtr.in conſilio
allegato a me,ꝙ placeat do.iudicanti legere & lecti-
care.¶Modò igitur dico, ꝙ iſta proteſtatio in nullo
fauet dicto B. nec in aliquo præiudicat dicto A.ex
23 eo † quia debuit iſtam proteſtationem facere tem-
pore, quo acquiſiuit, vel antequam acquireret pro
ſe, iſta fuit elegans & ſing. doctrina Bald. in cap.j.de
benefi. fra.in vſi. feu. debuit enim tunc proteſtari,vt
probatur in l.qui in aliena.§.Celſus.ff.de acq. hære.
& l.Neſennius.ff.de nego.geſt.ſed poſt acquiſitionē
iam factam, ex qua erat acquiſitum ius dicto A.fra-
tri quò ad medietatem, illa proteſtatio non poterat
tollere ius perfectè quæſitū dicto A.quinImò dico,
ꝙ iſtud fuiſſet diſtrahere ſocietatē, quam ſolus non
potuit diſtrahere, vt probatur in l.actione.§.itē qui
ſocietatem.ff. pro ſocio.ideo debuit proteſtari tem-
pore,quo acquirebat,vel ante illi A.fratri;vnde mul
tum eleganter dixit Bald.in l.ſi ſocius.ff.ſi cert.pet.ꝙ
ſi ſunt plures fratres ſocij omnium bonorū, & vnus
emit altero fratre ignorante, & concipit inſtrumen
tum pro ſe dūtaxat,ꝙ tenetur communicare fratri-
bus ſuis:qa illis ignorantibus non potuit diſtrahere
ſocietatem:ſecus ſi hoc feciſſet illis volentibus,& pa
tientibus,arg.l.itaque.ff.pro ſocio.& l.j.§. magiſtrū.
ff.de exercito. & ſic Bald.aperto ore ſentit, ꝙ debuit
proteſtari tpe, quo acquiſiuit illi fratri:qđ illi fratri
volenti & patienti præiudicat;qa tunc vr̄ diſtrahi ſo
cietas,& imputetur illi fratri,quare tacuit,& nō cō-
tradixit: ſed in caſu noſtro poteſt dici, tarde venerę
bubulci.& adduco tex.qui decidit in terminis hunc
caſum in c.olim.de cenſi.in ver.cum & ſi pecuniam
Lucenſem recepiſſes: tamen ius tuum ſemper pro-
teſtatus fuiſſes,vbi ponderandum eſt illud verbum,
ſemper: qa ad hoc ut actus poſitiuus nō præiudicet
agenti, eſt opus ante proteſtari,& in ipſo actu agen
di,vt ibi probatur formaliter. & facit glo. quę repu-
tatur ſingu.in l.ſi rem.§.quolibet tempore, de euic.
quæ dicit, ꝙ ſi proteſtatio fiat poſt cōcluſum in cau
ſa,non releuat proteſtanrem: quia tarda & ſera eſt.
facit ſimile de eo,quod dicimus, quando actor pro-
teſtatur: quia vult addere & detrahere libello vſque
24 ad ſententiam, ꝙ talis † proteſtatio in nullo releuat
ipſum proteſtantem: quia ſolum poterat ſecūdùm
permiſſionem.l.edita.C.de eden.facit c.expoſuit.de
dila.& l.non poteſt.ff.de fur.& quod voluit Bar. in l.
non ſolum.§.motte.ff.de ope.no.nun.& quod habe
tur per do. Anto.in commento. cum M.de conſtit.
facit etiam:qa non poterat ſolus diſtrahere ſocieta-
tem,vt voluit Bal.in d.l.ſi ſocius.& ideo dicimus, ꝙ
proteſtatio declarat animum proteſtantis, vt l.qui
in aliena.§.fin.ff.de acq.hære.& in l.Neſennius.ff.de
neg.geſt.tamen illud non procedit in his,quæ certo
modo diſpoſita ſunt per legem. & ideo dixit gloſ.in
25 d.l.Neſennius.† ꝙ quando mater tenetur ad alimē-
ta,talis proteſtatio, ꝙ non intendit præſtare alimen
ta de ſuo nihil operatur.ita voluit ibi glo.in ver.cō-
uenire, quam ibi ſequitur Bart. qui dicit,ꝙ illa ver-
26 ba,quæ † ponūtur in libello,|ſaluo iure addendi, vel
diminuendi, nihil operantur,allegat,qđ habetur in
d.l.edita.per ſe.& in d.l.nō ſolùm.§.morte, & quod
habetur in l.ſi qs a liberis.§.ſi mater. ff.de libe.agno.
& in l.aliena.C.de neg.geſt.¶Cum ergo iſte B.tene-
retur communicare quæſita per ſe dicto A.vt eſt ple
ne oſtēſum in ſuperiori dubio, ſequitur,ꝙ talis pro-
teſtatio in nullo releuauit ipſum B. & ideo non vi-
detur eſſe laborandum circa iſtam proteſtationem:
& ideo poſito ꝙ dictus A.non reſpondiſſet contra-
dicendo illi proteſtationi: tamen illa proteſtatio in
nullo ei obeſt per prædicta, ergo multominus ſibi
nocuit:cum contradixerit poſt aliquos dies illi pro-
teſtationi, nec interim fecit aliquem actū poſitiuū,
per quem videatur illi proteſtationi conſentire,iux-
ta illud,quod habetur in l.ſi filius.ff.ad Maced.& qđ
plene no.per Bart.& modernos in l.quæ dotis.ff.ſol.
matri.& in cap.nonne.de præſump. per dom. Abb.
poſt alios in d.cap.nonne. quia tacens in actu prę̨iu
diciali non videtur conſentire, vt per Innoc.in cap.
in geneſi.de elect. & multofortius in caſu noſtro,cū
cōtradixerit illi proteſtationi,& appareat, ꝙ illa ſua
taciturnitas potius fuerit contradictio, & diſſenſus,
& ſic talis proteſtatio nihil eſt operata in prę̨iudiciū
ipſius A.Et ex iſtis elicitur concluſio vera & indubi-
tata,ꝙ dictus B. tenetur communicare dicto A.eius
fratri omnia per eum acquiſita etiam ſuo proprio
nomine,ſiue ſint quantitates pecuniarum, ſiue ſint
res nobiles,aut immobiles,ſiue mixtæ.

EPITOME.

¶Ex ſtatuto, ſi raptus, ſtupri, alteriuſue cuiuſcū-
que coitus carnalis, cum fœmina cuiuſcunque ſta-
tus,aut conditionis commiſſi,pœna pecuniaria ſit,
etiam inceſtus erit pecuniaria pœna. Item ob pocu
lum abortionis datum, quod obſtitit fœtui, quin
tempore perfecto naſceretur, pœna non eſt mors,
ſed aut publicatio bonorum,aut arbitraria.

SVMMARIVM.

*Statutum ad ius commune addere debet, ne fruſtra inductum vi-
deatur.nu.7,*
*Verb.alius, appoſitum vniuerſali extraneos etiā complectitur.
nu.11.item & verb.quiuis, additum vniuerſali maiora ex-
preſſis ſignificat.num.2.niſi non expreſſa eſſent inſolita, quæ
tunc verbo non comprehenduntur.nu.12.*
Verb.quibuſcunque, alterat diſpoſitionem iuris.nu.5.
*Legibus, quæ conatum ita vt factum puniunt, derogauit conſue-
tudo.nu.16.quæ legitima eſt & probata.nu.19.*
*L.is qui cum telo.C.de ſicaijs.l.& ſi quis non dicam rapere.C.
de epiſco. & cle.non habent locum niſi in crimine læſę maie-
ſtatis.nu.17.*
*Pœna non perfecti delicti arbitraria eſt, non mortis, ſcilicet mi-
tior.nu.28.*

CONSILIVM XXIII.

IN hac quæſtione facti propoſita mi
hi, vt quid de iure ſententiā, ape-
riam, videtur dicendum,ꝙ pro dicto
inceſtu dicti Bartolotus & Berta de-
beant puniri pęna. 10.librarum pro
quolibet,& hoc colligo ex verbis ip-
ſius ſtatuti,quo cauetur,dum dicit,ſtuprum, raptū,
vel alium quemcūnque carnalem coitum,ſi vidua,
vel alterius cuiuſcunque conditionis, vel ſtatus. Ex
quibus aperto ore colligitur mens & voluntas ſta-
tuentium:quia voces ſunt ſigna earum,quæ ſunt in
anima paſſionum notæ, optimo dicēte Philoſopho
primo perihermen.l.Labeo.§.idem Tubero.ff.de ſu
pel.leg.& ſapienter dixit Bal.in c. mandatum.de re-
1 ſcrip.† ꝙ imperator linguæ eſt cor,& in tractatu ſciſ-
matis poſito in rubrica. C.ſi quis ali.teſt.prohi. Illud
enim credimus voluiſſe ſtatuentes, qđ voce expreſ-
ſerunt:unde pulchre inquit Caſſiodorus, ꝙ nullum
eſt magis mentis & fidei teſtimonium, quàm qua-
litas

litas inspecta verborũ, refert Bal. in rubr. extra de testi. & adducit illud tritũ antiquitate prouerbiũ, loquere & cognoscam te. c. legimus. 93. dist. l. his qui. ff. de tuto. & cura. da. ab his. & ideo colligit Bald. in l. voluntas. C. de fideicommiss. ꝙ nos non credimus hominem velle nisi illud, quod dicit. l. liberto. §. penul. ff. de annu. lega. c. ad audientiam. de decimis. l. j. §. loquit. ff. de deci. l. j. §. loquitur. ff. de mag. conuen. cum sim. ¶ Et sic stat ex istis vera conclusio, ꝙ statutum istud videt voluisse idem quod verba, sed verba ipsius loquuntur de fœmina & masculo committentibus incestum, ergo sequitur, ꝙ isti veniunt puniendi pęna statuti: assumptum ego demonstro ad oculum: In ipso statuto dr, stuprum, raptum, vel alium quemcunq; carnalem coitum, illa verba copulant maiora expressis: vt voluit gloss. in clem. j. de re iudi-
2 ca. vbi tex. dicit, alia quęuis causa. † vbi illa verba generalia copulant maiora expressis, & intelliguntur, siue causa sit spiritualis, vel quasi, siue ciuilis, siue criminalis, siue sit realis, siue personalis possessoria, vel petitoria, ecclesiastica, vel temporalis, quam gloss. reputat sing. Ioan. de Imo. ego adduco similem glo. in clem. ne Romani. §. irritum. de elec. in versic. alio quouis modo. vbi tex. loquitur de morte, & postea apponit verba ampliatiua, vel alio quouis modo, gl. ibi exponit, puta qa iucidit in fauorem, vel infirmitatem, vel recederet, vel aliàs nollet officiũ exercere. & sic illa dictio, alio, apposita signo vniuersali copulat maiora expressis. per istas glo. deciditur singulariter ista dubitatio, vt istud statutũ loquens de stupro habeat locũ in incestu: quia illa verba copulant maiora expressis, & ea quæ sunt alterius qualitatis, & alterius generis. Ita est in proposito, vt intelligat istud statutũ de incestu, qui est maior stupro: & ad hoc adduco, quod voluit gl. in cle. si summus Pontifex. in versi. vel alio quouis modo. & gl. elegãs ibi exponit, vt in conuiuio, oratione, itinere. de sent. excomm. facit clem. fina. in versi. quæuis loca. de priuileg. & adduco elegans & singulare dictũ Ang. in l.
3 ꝙ si nolit. §. si quid ita. ff. de ędil. edic. vbi dixit † ꝙ si aliquis promisit præsentare aliquem toties quoties opus erit, intelligit vsq; ad sententiam, etiam si ab ea fuerit appellatum. l. grecè. §. & post litem. ff. de fideiussoribus, sed si dixerit toties quoties & quandocunque, ꝙ intelligetur etiam post sententiã. & illud importat illa amplitudo verborum, multo fortius idem erit dicendum in casu nostro. Et adduco glos. valde singularem in clem. j. de iudi. in versi. quibuscunque personis, quæ voluit, ꝙ per illa verba intelligunt cõprehendi personæ ecclesiasticæ, seculares, illustres, & similes. Ita dicamus in proposito nostro; vt illa verba, vel aliũ quemcunq; coitum, comprehendant ēt incestuosum, & adduco gl. quę reputat
4 singu. in l. cum pęna. ff. de arbi. quæ voluit † ꝙ si quis promittit de euictione, non tenetur ex sententia arbitri: vt l. si dictũ. §. si compromisero. ff. de euic. tñ gl. illa dicit, ꝙ si apponunt verba pinguia & pręgnantia, puta quia dr, qualitercunque euincatur, intelligitur etiam ex sententia arbitri: & sic illa verba prægnantia alterant dispositionem iuris. ita dicamus in casu nostro. Et ex hoc tollit illud, qđ opponi posset, ꝙ illud, qđ non dixit statutũ, nõ dicemus nos, vt l. si seruũ. ver. non dixit prætor. ff. de acq. hære. sed statutum istud non loquitur de incestu, ergo nos non loquemur: quia statutũ intelligitur strictè, vt non corrigat ius cõe. l. si serui vestri. C. de noxa. l. fi. §. in computatione. in glos. C. de iure delib. c. cum dilectus. de consue. cap. ex parte. de verb. sign. vnde per sensum subauditum nõ debemus inducere iuris correctionem, vt voluit glo. singu. in cap. cupientes. §. ꝙ si per viginti. de elec. lib. 6. immo debemus excludere legũ correctionem per sensum subauditũ, & impropriũ, vt est glo. sing. in authent. ex testamento. C. de colla. secundùm Ludouicum Romanũ. ibi. Quia reuera ista non obstat: quia statutum satis expressè loquit de coitu incestuoso; cum loquatur de stupro, & raptu, & quocunq; alio coitu; quia de maiori expresso intelligitur, & sic etiam de incestuoso; quia copulat maiora expressis. & adduco, quod sapienter voluit Bald. in l. imperialem. in princip. in 5. col. de prohi. alie. feu. in vsi. feu. vbi dixit, ꝙ si concessum est mihi feudum pro me & successoribus meis quibuscunque, ꝙ non solùm veniunt tria genera hæredum, vt insti. de hære. qualit. & differen. sed etiam veniũt legatarij; quia legatarius in re legata est quodammodo hæres. & ad hoc allegat. l. quædam. §. is autẽ. ff. de eden. & l. id tempus. ff. de vsucap. & facit, quod voluit Bald. in l. cum virum. C. de fideicommiss. & in l. 1. ff. de re. diui. & consuluit domin. Abba. consiculus meus per illud dictum in consilio suo 99. & se-
5 quitur Ludo. Roma. in d. l. id tempus. † & sic illud verbum quibuscũque, alterat dispositionem iuris. Ita in proposito multofortius alterabit dispositionem statuti, quæ est potẽtior dispositione hominis, vt voluit glo. in rub. C. de decre. decur. lib. 10. & in c. pe. de cosue. lib. 6. & Bart. in l. non impossibile. ff. de pac. plene Bald. in l. de quibus. ff. de legi. & adduco, quod voluit Angel. in authen. de exhib. re. vbi dicit
6 † ꝙ habens iustam causam litigandi, si succumbat, non punitur in expensis: sed si statutũ dicit, ꝙ victus condemnetur victori in expensis, ꝙ punietur, licet habeat iustam causam litigandi: quia statutum alterat dispositionem iuris communis, allegat ibi. gl. quam ad hoc reputat singularem. & idem voluit in l. non solùm. ff. de rei vend. & allegat glo. ibi. & hoc
7 ideo vt statutum † addat ad ius commune, & non ponatur frustratoriè. & adduco, quod voluit Barto. in l. 4. §. prætor ait. ff. de damno infec. vbi dixit, de iure communi cauetur, ꝙ citatio fiat personaliter, vel ad domũ, intelligitur, ꝙ fiat prius personaliter: sed si statutum apponit illa verba, citatio fiat personaliter, vel ad domum, tũc intelligitur, ꝙ sufficiat citatio ad domum, ad hoc vt statutum aliquid addat ad ius commune; quia aliàs nihil operaretur, allegat. d. l. non solum. ff. de rei vend. & l. 3. §. si rem. ff. de leg. 3. & l. si quando. C. de inoffic. testam. & idem voluit do. Abb. in c. ex parte. de verbo. sign. & in c. causam quæ. de dolo & contu. & consi. 19. & consi. 137. & in rub. de regu. multo fortius dicemus idem in casu nostro: cum statutum dicit, alium quemcunque carnalem coitum, vt intelligatur de maiori coitu expresso: & sic intelligitur etiã de coitu incestuoso. ¶ Et si quispiam opponat de eo, quod voluit glo. in l. si fugitiui. C. de ser. fugi. vbi dicitur in text. vel alia qualibet pęna afficiatur. & gloss. ibi exponit, idest simili. & cũ illa glo. transeunt ibi cõmuniter doctores. & sic exprimitur ibi illa dictio, alia cum signo vniuersali, & tamen non implicat maiora expressis. Ad hoc respondeo; quia illa gloss. non rectè loquitur, eo quia de natura illius dictionis. alia, est implicare, sed illud vniuersale, qualibet, ampliat dispositionem ad maiora expressis, aliàs frustra apponeret, ꝙ non est dicendũ: vt l. si qñ. C. de inoffi. testa.
8 † non enim debet in lege apponi syllaba superflua, ita dicit gl. elegans. in l. j. ff. qđ met. cau. facit gl. in c. si Romanorũ. 19. dist. Bal. in commento rubricæ. C. de contrahenda emptio. l. si stipulatus. ff. de vsur. Ita tñ, ꝙ verba contractus intelligantur secundùm naturam cõtractus, & rei deductæ in contractu: vt no. Innoc. in c. ex literis. de iurepatr. & patet in d. l. si stipulatus. at in casu nostro istud statutum loquitur de adulterio, loquitur de stupro, & loquitur de ra-

ptu:& sic loquitur de coitu cõmisso cum rapta per raptorẽ, & postea apponit dictionem implicatiuã cum signo vniuersali: vnde vr̃ secundùm naturam actus,& rei expresse in statuto, ꝙ intelligatur de coitu incestuoso: quia rectè & commodè de alio coitu importare nõ põt:& sic doctrina Bal. in dicta rubrica vr̃ decidere hãc dubitationem.facit, quod voluit Bal. in l.lecta.ff.si cer.pet.vbi lex monuit,inquit,nos vt totum instrumentum legamus, allegat.l.argentarius.§.edi.ff.de edend.facit, quod voluit Bart.in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verb. obl. & pulchrè dixit Bal.in rubr.de rescrip.& facit c.solitę.de maio.& obed.& quod voluit ibi gl. ita dicamus in proposito nostro, nõ debent apponi illa verba superfluò, vel alium quemcunq; carnalem coitum,ex quo veniunt & sequũtur ex nã rei prouisæ a statuto: & per consequens gloss.d.l.si fugitiui. non bene loquitur, cum sua honorificentia,& aliæ glo.dicunt expressè contrarium in d.cle.j.de re iudi.& in d.clem.ne Romani. & in d.clem.si summus Pontifex. & cum illis glossis transeunt doct.oẽs.Nec obstat,cũ dr̃,ꝙ doct. in d.l.si fugitiui,transeunt cum illa glo.quia pro certo non cõsiderarunt nãm illius verbi, alia,adiuncti signo vniuersali ampliatiuo: nec habuerunt cõmemorationem illarum glo.quas allegaui superius.& sic rectè posset dici prouerbium tritum, aliquando bonus dormitat Homerus.vt dixit glos.in c.ne quis cum nouerca. 32.q.7.& quod not.in l.recusari.ff.de acq.hæred. per modernos. & ideo dixit Augustinus
9 relatus a Gratiano in ca.ego solis.9.dist. † ꝙ non est attendenda auctoritas loquentis, sed ratio, qua ad sic dicendũ moueatur,maximè in casu nostro, cum doctores legũ pro certo si istud considerassent,illud idem dixissent quod dico ego:qa verba & mens statuentis in casu nostro istud important: & iõ posset eis dici illud,quod Terentio venit in ore, dum tu si hic sis,aliter senties.& adduco simile optimũ,quod dixit Bald.in l.generali.§.vxori.ff.de vsufruc. lega. in
10 suis verbis fi.vbi dixit† si testator dixit,lego ea, quæ domi quoquo modo erunt, ꝙ propter illud vniuersale,quoquo modo,veniunt vęnalia, quæ aliter nõ venirent, vt ibi & sapiẽter Bar.in l.quidã.ff.de rebus
11 dub. refert doctores dicere † ꝙ illa dictio alius, expresso signo vniuersali extẽditur ad extraneos: & sic ad maiora expressis.¶ Et si opponatur de eo,qđ voluit Guliel. de Cun. in l.sed & si qs.§.quæsitũ.ff.si qs cau. vbi dixit aliquis in ꝯctu exprimit certos casus fortuitos, & postea apponit clausulam generalẽ de quibuscunque alijs casibus, ꝙ sub illa clausula non veniunt casus maiores expressis. Ad hoc r̃ndeo primò, ꝙ illud dictum cõfunditur per glo.d.clem.j.de re iudi.& d.cle.ne Romani.§.irritum. cum sim. allegatis superius.Secundò respondeo, ꝙ Gul. de Cun. & sequaces loquuntur in ꝯctu, cuius verba interpretantur contra eum, qui stat pro contractu. vt c. contra eum.de reg.iur.lib.6.& l.veteribus.ff.de pac. l.quicquid astringendæ.de verb.oblig. non est sic in statuto,quod est lex in populo.vt l.omnes populi.ff. de iustit. & iur. item illum dictum Gul. intelligitur
12 † ꝙ non comprehendit casum maiorem expressis, qñ ille casus est insolitus, & de mille vicibus nõ accidit vna vice:vt est casus sing.in l.fistulas.§.frumẽta.ff.de contrahenda emptio. voluit Bart. in l.Seio. ff.de annu.lega. Item potest etiam respõderi aliter, ꝙ ideo non veniunt casus maiores expressis; qa illa clausula potest aliquid operari; quia cũ dictum statutum loquat̃ de adulterio, & loquatur de stupro, & loquat̃ de raptu, & sic de coitu cõmisso cũ rapta, & postea subdat clausulã generalẽ cũ signo vniuersali,& cum verbo implicatiuo, vt est dictum, secundùm subiectam materiam comprehenditur coitus carnalis incestuosus. ¶ Pręterea est considerandum circa istud statutũ: qa apponit verba largissima: in principio enim disponit de coitu cõmisso per vim, deinde apponit illa verba, vel alterius cuiuscunque conditionis,vel status,& eadẽ verba repetit in vers. sinautem cum vidua,vel alterius cuiuscunq; conditionis,vel status. & sic illa verba cõprehendunt fœminas diuersi gñis,& diuersæ professionis:& ad hoc allego gl. valde sing.in l.promittẽdo. ff.de iure dot. vbi tex.dicit,cuiuscunq; cõditionis.& gl. ibi iudicio meo mirabilis dicit,siue clerici,siue laici, siue sui iuris,siue in potestate.Ponderet modò subtiliter D.iudicans istud statutum:qa appellatione illorum verborum,cuiuscunq; conditionis,vel status, comprehenduntur hoĩes diuersæ professionis, vti fuit laici & clerici: vt habetur in ca.duo sunt genera.12.q.1. ergo multo fortius cõprehenduntur affines,& coniuncti committentes incestũ.¶ Cum ergo istud statutum dicat,cuiuscunq; cõditionis,vel status, ergo loquitur de muliere,siue sit coniuncta, siue affinis: ergo punienda pęna.10.librarũ, ex quo voluntariè fuit carnaliter cognita: & sic statutum istud aperto ore vr̃ loqui de fęmina coniuncta: & adduco elegãtem doctrinam Bal. in l.data.C.de dona.vbi text.loquitur de donatione facta inter coniunctos, vt insinuetur: licet ergo iura loquãtur de donatione insinuanda, quæ fit inter extraneos: tñ lex illa idem disponit,qñ donatio fit inter coniunctos:quia multo fortius fit fraus,vt coniunctus donet coniuncto:modò dixit ibi Bald. illam l. esse in argumentũ ad quę-
13 stionem statuti † quo cauet̃ indistinctè & gñaliter, ꝙ pro homicidio imponat̃ pœna centũ, & fit homicidium inter cõiunctos, vel alios, ꝙ etiam si ibi esset pęna parricidij, erit pœna pecuniaria, pp statutum indistinctè loquens:qa si nõ distinxit, nec nos distinguere debemus.l.j.§.generaliter.ff. de lega.præstan. modò Bal.ibi dicit,aut statutũ simpliciter loquitur de homicidio,& tunc habet locũ in homicidio etiã inter coniunctos: & etiam in parricidio. istud decidit in terminis istam dubitationem: quia intelligit de coitu carnali commisso tam inter extraneos, q̃ inter cõiunctos. Si verò loquit̃ de homicidio etiam inter cõiunctos,comprehendit etiam parricidium. istud etiam decidit dubitationẽ nostram: qa istud statutũ vr̃ loqui de coniunctis, ex eo qa loquitur de fœmina cuiuscunq; cõditionis,aut status,& sic siue sit extranea, siue sit coniuncta: ergo sequit̃ ex dicta doctrina Bald. ꝙ haberet locum etiam, si iste coitus fuisset commissus cum matre, quo casu puniretur pęna 10.librarũ;ergo multo fortius in casu nostro, sed cum iste coitus non fuerit commissus cũ matre, sed cũ consobrina: & ideo vidi aliàs in contingentia fa-
14 cti dubitari, ꝙ † bona homicidæ applicarent̃ veniẽtibus ab intestato, & quidam occidit patrem, & sic fecit parricidium, fuit consultũ per illam elegantẽ doctrinã Bal.in d.l.data, ꝙ bona illius parricidię fuerunt applicata venientibus ab intestato.Ita vidi cõsultũ per celebres in iure viros, sunt penè anni quatuordecim: & sic illa doctrina Bal.apponit securim ad arborẽ huius consultationis; ergo multo fortius in casu nostro, cũ apponantur verba hoc importantia:quia statutũ istud dicit, cuiuscunq; conditionis, aut status, & sic siue sit coniuncta, siue extranea,& postea qualemcunq; aliũ carnalem coitũ,& cõiuncto illo dicto do.Bal.& cõiuncto text.d.l.data.vr̃ ista dubitatio ad oculũ rectè decisa; vt puniantur ad pęnam 10.lib.pro quolibet:maximè qa sumus in materia pęnali & odiosa, vbi fit restrictio: vt l.si præses.& l.si de interpretatione.ff.de pęn.dist.j.§.pęna.molliendæ enim sunt pęnæ, maximè ubi agit̃ de uita hominis, est enim ultimũ terribiliũ mors: ideo restringendum

gendum est tale statutũ.¶Et si quispiã dixerit, ꝙ deberent puniri pęna apposita in primo capite statuti punientis adulterium. Ad hoc respondeo, negando istud: quia statutum in primo capite apponit pęnã vltimi supplicij, qñ quis per vim adulterauerit, vel stuprauerit, vel rapuerit per vim, & sic non sumus in illo casu; qa non per vim fuit cõmissus iste incestus, sed ipsa muliere volente, & consentiente, nec erat virgo seu domicella, sed a pluribus de illa villa cognita carnaliter:& sic sumus extra casum dicti statuti loquentis per vim. Nec obstat, si dixerit quispiã, ꝙ casus omissus a statuto remanet in dispositione iuris cõis: vt l.si extraneus.ff.de condictio.ob caus.l. commodissimè. ff.de liberis & posthu.l.si cum dotem.in prin.ff.sol. mat. sed istud statutũ non loquitꝛ de incestu, ergo nõ punietur pęna statuti: sed pęna iuris cõis. Ad hoc respondeo, negando istud assumptum, ꝙ imo istud statutum loquitur de incestu, vt superius ad oculum demonstraui:& facit, quod habetur in l.Balista.in versiculo, quantacunque.ff.ad Treb.& quod habetur in l.hoc iure.ff.de aqua quotidiana & æsti.in versic.qualemcunq; successorem, & per consequens stabimus dispositioni iuris municipalis. Item ꝙ singulariter voluit Bart.in l.si mater.
15 C.de institu. & substitut.vbi dicit, ꝙ † vbi est eadem æquitas in casu omisso, quæ est in casu expresso, fit extensio expressi ad omissum.& ita respondet ad dictam.l.commodissimè. & l.si cum dotem. & l.si extraneus.¶Modò in proposito nostro, posito, non tñ concesso, ꝙ esset omissus incestus, quod non est verum, vt superius demonstraui: tñ fiet extensio, ꝙ demonstro ad oculum:fundamentum formale potissimum statuti, est voluntas mulieris volentis & patientis se cognosci, & fragilitas carnis in vitio carnis, iuxta no.in cap.dilectus.de coha. cle.& mu.ideo statutum recessit a pęna iuris cõis:quia esset strages multorum subditorum.& esset lædere ferè rẽ suam publicam;quia ciuitas dicitur ciuium vnitas:vt no. in c.si ciuitas.de sent.excom.lib.6.& apud Ciceronẽ in li.de somnio Scipionis.scribitur, nihil est, inquit, illi principi Deo, qui omnem mundum regit, ꝙ in terris fiat acceptius, quàm concilia, cętusque hominum iure sociati, quæ appellantur ciuitates: sic statuentes considerarunt obseruationem sui municipij, compatiendo fragilitati carnis: corpora enim nostra deficiunt.dicit text. in c.fraternitatis.34. dist. ideo voluerunt, ꝙ si mulier volens cognoscatur, puniatur pęna. 10.lib. sed ista æquitas inter extraneos statuendi habet locum inter cõiunctos; qa facilius committitur stuprũ inter coniunctos: illa est ergo æquitas statuendi inter coniunctos, ergo fiet extensio:ergo fortius vr̃ ita statuisse inter coniunctos: cũ apposuerit illa verba, cuiuscunque conditionis, vel status:& illa verba, quęcunq; alium coitũ carnalẽ, & per cõsequens in casu nostro habebit locum doctrina Bar.in d.l.si mater.& per cõsequens Potestas malè facit sæuire cõtra hoĩes municipij, & caueat, ne incidat in pœnã, quæ habetur in l.lex Iulia de repet.§.fin.ad legem Iuliam rep. vbi Potestas punitur vltimo supplicio, quẽ text. allegat pro singulari Bal. in l.j.C.ne ex delic. defuncto. & sit memor eius, qđ Senecę nostro venit in ore in prima tragedia. Iudex, inquit, futurus sanguine humano abstine, scælera calcamur maiora, nostra legat & lectitet:& illud qđ scripsit sapiẽter Virgilius Eneidos. Si genus humanum mortalia cernitis arma. Sperate Deos memores fandi atq; nefandi. pro certo cõsidero vnũ, qđ in hac cõsultatione est celebri dignũ memoria: nam licet statutũ expresse non disponat de incestu, nisi p illa verba, q̃ superius adduxi: tñ posito, non cõcesso, ꝙ loquatur inter extraneos:ideo expressit de extraneis;qa erat magis frequentatũ; tñ idem statuissent inter coniunctos, si statuentes fuissent de hoc interrogati, ergo habetur perinde, ac si dictum statutum statuisset expressè de coitu incestuoso, hoc decidit glo.in l.tale pactum.quæ reputatur singul. ff.de pactis. Sed similis est in cle.1.de rescrip.secundùm do. Ant.ibi.sed Io.de Imo.ibi dicit, ꝙ illa est singularis de iure ciuili, sed ista est singularis de iure canonico:sed ego allego glo.in auth.cassa.C.de sacrosanc. eccl.& in l.j.C.de his qui ad eccl.confu.& in l.j.C.de rap.virg.& sic non est singularis de iure ciuili.& allego glo.in c.2.de confess.& gl.in c.diaconi. 27.dist. & glo.in c.vno.de re.perm.lib.6. & qđ habetur in cle. 1.de supplen. neg. prælat. & in l.j.C.de his qui ante aper.tab.& adduco, quod voluit Card. in c.abbatẽ. de restit.spo.vbi dicit, narrat factũ, sed idem in alijs collateralibus. & adduco, quod voluit do. Card.in cap.plerique.de pactis.vbi tex.loquitur de regularibus.& do.Car. ibi dicit, ideo de eis expressit;qa erat magis frequentatum, idem est in alijs.adduco Cyn. Sal.& alios in l.j.C.de nili agg. nõ rumpen. vbi dicit idem in rumpente alios aggeres. facit gl.in l.j.C.de statu homin.ibi text. loquitur de fœmina libera.& in l.si imperator.eodem tit. & glo. ibi dicit, idem in vtroque.& adduco, quod voluit Ioan. And.in add. Spec.in titulo, de loca.§.j prope principiũ. vbi dixit, fuit dictum de vineis plãtan. sed de arboribus nihil fuit dictum, decidit ibi idem: quia fuit expressum de vineis:quia erat magis frequẽtatum:& adduco, qđ voluerunt scribentes in ca.j.§.si quis rusticus. de pace iur.firmã.vbi tex.exprimit de rustico portante arma, ipsi dicunt idem erit in ciuibus, & fuit expressum de rusticis; qua erat magis frequentatũ. Ita vr̃ dicendum in casu nostro, posito, non tñ concesso, ꝙ esset expressum de coitu inter extraneos: tñ idem erit de coitu inter coniunctos: qa ideo expressit de extraneis: qa de eis erat magis frequentatũ, multo minus in casu nostro ponetur differentia, cum statutum non apponat differentiam, sed loquatur indistinctè:& maximè quia isti sunt verè rustici, & nomine, & effectu; qa habitant in Alpibus, quo casu esset parcendum verè rusticis, maximè in lapsu carnis.facit, quod habeꝛ in l.athletæ.§.de rusticis.ff.de excu. tu.& in l.iuris ignorãtia.C.qui admit.ad bon. poss. Et sic multifariè, multisq; modis demonstraui istos rusticos Bartolotum & Bertam debere puniri pęna 10.librarum, vt disponit statutum pro ipso incestu eo casu, quo probabitur, vel probatum fuerit eos habuisse carnale cõmercium. Et ita concludo.

¶Capio nunc ſm huius consultationis articulum, qui est, vtrũ possit puniri vltimo supplicio iste Bartolotus, qui emit abortionis poculum, & illud accepit dicta Berta, matre consentiente, vt faceret abortum, quæ tñ abortum non fecit. Et vr̃ mihi ꝙ non possit puniri mortis pœna. Et pondero tex.in l.si qs aliquid.§.qui abortionis poculũ. in versic. perierit. vbi ita demũ imponitur pœna supplicij vltimi dãti poculum abortionis, si perierit partus, sed in casu nostro non perijt partus, ergo &c. ¶Et si quispiam dixerit, in atrocioribus punitur affectus, licet non sequaꝛ effectus: vt in l.is qui cũ telo.C.de sica.l.si qs non dicã rapere.C.de episc.& cle.cum si. Cum ergo in casu nostro isti dederint poculũ abortionis huic Bertæ, & illa Berta poculũ acceperit illud, vt faceret abortum, licet non fecerit abortum suppremi principis gratia aspirante, debet puniri affectus eorum perinde, ac si abortum fecisset, cum ad hunc crudelissimum finem illud prestiterint. Ad hoc respondeo, ꝙ Ang. multũ eleganter in l.j.§.fin. ff.qđ quisq; iur.refert. Specul.decidere valde no.in Speculo, de accusat. §.j.versic. quid si primò actum sit. ꝙ hodie

16 † omnibus legibus dicentibus conatū puniri ea pęna, qua puniretur, si delictum cōsumatum esset, est derogatum per generalem consuetudinem mūdi, & est verum secundùm Angelum ibi, præterquam in crimine lęsæ maiestatis, & patriæ, in quibus delictis nunquā expectat euētus, sed sufficit simpliciter conatus: qa serò pararet vindicta crimine cōsumato. Ita formaliter dixit ibi Angel. licet ergo simus in atrocioribus, tñ non debet puniri conatus, ex quo non est secuta peremptio. Et ad hoc adduco, quod voluit Bal. in l. si fugitiui. C. de ser. fugi. vbi idē dicit,
17 † qđ lex, is qui cū telo non habet locū, nisi sequatur mors, allegat Spec. in tit. de accusa. §. 2. & qa hæc est generalis consuetudo, ideo nō indiget probatione. l. rem non nouam. C. de iudi. & refert se dixisse in l. si quis nō dicam rapere. C. de episc. & cler. & ideo idē Bald. in l. si quis seruo. C. de fur. in fi. verbis, dicit, ꝙ pęna, quæ est pro ipso facto animo occidendi, non incidit in pęnam homicidii. & ibi dicit Lud. Rom.
18 illum tex. semper allegari, ꝙ statutum loquens † de occiso nō habet locū in insultante, aut in vulnerante. allegat illum tex. coniuncta l. 1. §. occisorū. eo. tit. & dicit facere ad materiā. d. l. si qs non dicā rapere. quę nō habet locū nisi delictis perfectis, & cōsumatis. & ad hoc allegat Cyn. in l. j. & in l. is qui cū telo. C. de sica. & Io. And. in c. in pęnis. de reg. iu. li. 6. & in c. perpetuæ. de elec. eo. li. & Bal. in d. l. 3. C. de ser. fug. & Ang. in d. l. j. §. fi. ff. qđ qsq; iur. & refert hodie de cōi cōsuetudine esse derogatum omnibus legibus. & d. l. si quis non dicam rapere, vt non habeant locum, nisi delicto iam consumato, & completo, pręterquam in crimine lęsæ maiestatis: & sic decisa vr̄ hæc dubitatio: quia cum d. l. si quis aliquid. §. si quis abortionis. vtatur illis verbis, perierit, non sufficit dedisse poculum abortionis, ēt dolosè opera data, vt fieret abortus, sed requiritur, ꝙ mortuus fuerit, & fecerit abortum, ad hoc vt vltimo supplicio puniat̄. Et vlterius adduco, quod voluit Barto. in l. j. §. j. ff. de sica. vbi refert illam doctrinam Specula. in præfato
19 loco, & subdit ibi Bartolus, ꝙ † per Italiam maleficia puniuntur secundùm statuta, non secundùm legem, & ideo si statutum dicat, si qs occiderit, statutum illud nō verificatur nisi morte secuta: ideo animus occidendi nullo modo attenditur. & adducit simile, quod habetur in l. 2. ff. ad legem Aquil. vbi dr̄ si quis occiderit. vnde nō tenetur directa actione legis Aquiliæ, si nō occiderit, sed aliàs dedit causam mortis, allegat. l. item si obstetrix. ff. ad legem Aqui. sed in l. Cornelia, de sica. lex considerat animū occidendi: ideo tenetur legis Corneliæ pęna, ex quo habuit animū. ¶ Modò in proposito nostro, si statutū loquitur de occiso, non habet locum in volente occidere, si verò statutū non loquitur de occiso, & tūc habet locum in volente & conante occidere, sed in casu nostro lex requirit, ꝙ perierit partus: vt d. l. si qs aliquid. §. qui abortionis poculum: ergo nō sufficit, ꝙ voluerit perimere, si non peremit. ¶ Et si dicatur, ꝙ poculum datum malo aīo, causa occidendi, punitur pœna legis Corneliæ, de sica. vt l. 3. §. j. ff. de sica. Ad hoc respondeo, ꝙ non debet puniri vltimo supplicio: qa licet in dicta l. 3. §. ex senatuscōsulto. dicatur, ꝙ tenetur pęna legis Corneliæ: tñ non punitur vltimo supplicio; eo qa gñali consuetudine derogatum est legibus punientibus animū & conatū occidendi, vt non habeant locū nisi delicto cōpleto & perfecto, vt dixit Spec. in loco præallegato. licet Iac. de Are. dixerit, ꝙ puniet̄ de occiso, sed minori pęna: qa dictū Spec. est cōsuetudine roboratū, & minimè mutanda sunt, quæ certam interpretationē habuerunt. l. minimè. ff. de legibus, & cōsuetudo no est vilis auctoritatis: vt c. fi. de consuet. & stat̄ doctoribus dicentibus. Ita est consuetudo, vt voluit Bart. in repetit. l. de quibus. ff. de legib. licet ergo lex Cornelia, de sica. puniat animū, & sic volentem occidere; tñ intelligitur homicidio completo. Ita est consuetudine generali seruatum. & sic licet statutum non loquatur de occiso, & stemus iuri cōi; tñ iuri cōi est derogatum per generalem consuetudinem: & vidi ego hic Bononiæ infinitis vicibus iudicari, ꝙ pro homicidio nunquam fuit quis punitus, nisi sequuto homicidio, & adduco elegantem text. ad hoc non consideratum ab aliquo docente, nec scribente in ca. cum oīs lex. vbi textus, dicit formaliter, qui cedē
20 fecerit capite puniatur. 3. dist. † vbi probatur illa generalis cōsuetudo: vt l. Cornelia, de sica. loquens de volēte occidere: vt d. l. is qui cum telo. restringatur, quando homicidium est completum. ¶ Cum ergo in proposito nostro istud crimen non fuerit executioni mandatum; quia non perijt partus, sequitur, ꝙ non possunt puniri pœna mortis, & est inuentio noua inducendo ad hoc text. d. c. oīs lex. & per consequens stat cōclusio vera & indubitata, ꝙ nō possunt puniri vltimo supplicio: & confundit ille text. illud, quod voluit Iac. de Aret. quem retulit Bart. in d. l. 3. ff. de sica. inquantum dixit, ꝙ punietur de homicidio, sed punietur mitius. & adduco, qđ voluit Bald. in l. 2. C. de appel. pen. mors interue. vbi dicit, ꝙ requiritur delictum consumatum. & adduco, qđ voluit Bal. in d. l. si quis non dicam rapere. vbi dicit, ꝙ si statutum dicit, adulter decapitetur, requirit factum consumatum. & ita dicit tenere Cyn. & Spec. in d. l. is qui cum telo. quia in statutis non habet locum argumentum de eo, in quo est maior ratio ad casum, in quo est minor ratio, nec habet locū fictio, & ita secundùm eū seruat consuetudo, ꝙ dicit esse menti tenendū, & hanc partem sequitur dñs meus Ioan. de Imo. in cap. j. de pręsumptionibus. vbi dicit esse derogatum oībus legibus per consuetudinem; vt non puniat̄ affectus, nisi fuerit sequutus effectus. & idem voluit in c. 2. de so. & idem voluit dominus & consiculus meus in cap. j. de eo qui mit. in pos. & adduco, quod voluit Bald. in d. l. is qui cum telo. vbi insultans cum telo animo occidendi punitur pęna homicidij Bal. ibi dicit, hoc esse verum de rigore iuris; tñ hoc non seruatur de consuetudine. Ad hoc al-
21 legat Spec. † & ideo inquit, si statutum disponit de homicidio, debet intelligi de examinatione non de homicidio attentato, & ita vtimur secundùm Baldum, & sic Bald. ibi dicit duo. Primū est, ꝙ lex disponens, ꝙ habens animum occidendi incidat in pęnā legis Corneliæ, de sica. est abrogata per consuetudinem, & in testem adducit Spec. Secundò, ꝙ si statutum loquitur in homicidio, intelligitur de homicidio consumato, & completo, & istud voluit Bart. in d. l. j. §. diuus. ff. de sica. ¶ Modò in casu nostro, si dicatur, ꝙ isti tres inciderint in pęnam legis Corneliæ, de sica. dando poculum abortionis malo & doloso animo ad perimendum, & non ad amandū: vt in d. l. si quis aliquid. §. qui abortionis. & d. l. 3. §. ex senatusconsulto. ff. de sica. tñ nō punietur pęna legis Cornelię, de sica. derogatū est enim illi legi per consuetudinem generalem, vt voluit Speculator, Angelus & Bald. & cōiter alij, quos superius allegaui: & sic non possunt puniri pœna vltimi supplicij: & sic non veniunt puniendi pœna legis Corneliæ, de sica. Sed si habemus considerationem ad statutum disponēs, ꝙ occidens puniatur pœna vltimi supplicij, eodem modo non puniet̄, nisi ille partus fuisset peremptus, & sic Baldus dicit duo: Primò sequit̄ dictum Speculatoris. Secundò sequitur dictum Bart. & sic quomodocunque consideremus istā dubitationem, nō veniunt puniendi vltimo supplicio. Facit, quod

cit, quod voluit Ang. in l.j. in princ. de sica. vbi dicit, sufficit ambulasse cum telo gratia hominis necādi, licet homo nec vulneratus, nec occisus sit; q̄m ita disponit verba legis Corneliæ, vnde aliud non inquirimus: institu. de vsucap. §. ꝙ autem. Sed per statuta Italiæ aliter prouidetur; quia nō attenditur aggressus, nec percussio, sed attenditur euentus. & ita dicit, ꝙ seruatur. & sic Angelus decidit, vt non attendamus affectum, sed effectum & complementum peremptionis. Et adduco verba formalia Spe. in tit. de accusatore. §. j. in versic. quid si primó actum sit de vulnere. in fin. verbis. vbi dicit, de consuetudine tn̄ licet dicatur quis occidendi animo percussisse; non tn̄ punitur de morte, allegat in argum. l. aut facta. §. euentus. ff. de pęn. & sic Spec. formaliter decidit hanc dubitationem. & istud dixit formaliter Cy. in dicta l. is qui cum telo. in 3. op. vbi dicit, ꝙ licet lex Cornelia non minus puniat volentem occidere, q̄ occidentem. Iudex tamen debet considerare euentum, vtrū crimen habuerit effectum, necne, allegat. d. l. aut facta. §. euentus. & refert istud seruari de consuetudine, ad hoc allegat. Specu. in loco præfato. & facit simile, quod voluit gloss. in l. si locus. ff. quemadmodum serui. amit, quę dicit, contrarium tamen obseruatur. & gl. in l. rem non nouā. C. de iudic. quę dicit. l. cauetur, sed consuetudine nō habetur. & ad-
22 duco glo. in c. multæ. 15. q. vlt. vt text. dicit † filij sacerdotis debent esse filij ecclesiæ. glo. ibi dicit, ꝙ de consuetudine nō seruatur. adduco gl. in c. in causis. de testi. & glo. in c. j. de treug. & pac. & glo. in c. fi. de præscriptionibus. & in ca. si clericus laicum. de foro compet. & quod not. in c. cum olim. de cler. coniug. & sunt multum elegantes istæ glo. quæ allegant ad hoc, vtrum stetur dicto doctorū dicentium de consuetudine non seruatur, & allegatur de hoc dictum Bart. in d. l. de quibus. ff. de legib. in sua repetitione: sed illud dictum probatur ex illis gl. cum ergo Spec. Cyn. Bal. & Ang. & communiter omnes dicant, de cōsuetudine seruari, ꝙ pęna legis Corneliæ de sica. nō habeat locum, nisi completo homicidio, ergo sequitur, ꝙ suo dicto stabitur: vnde dicebat Ang. in
23 l. j. in princi. ff. de iurisdictione omnium iudicū. † ꝙ ubi non habemus casum legis, sufficit allegare auctoritatē maiorū. & probatur in c. j. de decim. & in l. cum Aquiliana. in versic. interpretatio prudentū. ff. de transact. & ita ego vidi obseruari isto anno Boloniæ: quidam fuerunt inuenti cum armis, & cum capellis vsque ad oculos, vt nō possent cognosci, & expectabant quēdam exeuntem de domo ipsius, vt illum occiderent, qui cum fuissent capti, & positi in manibus Potestatis, confessi sunt in aīo occidendi venisse, ꝙ nihilominus non fuerunt puniti pęna legis Corneliæ de sica. Ita dicamus in casu nostro. Et adduco, qđ voluit gl. in fi. ff. de re. diu. vbi text. dicit, transcendere voluerit, & gl. exponit. idest, volūtariè
24 transcenderit, quam gl. Bar. ibi dicit valere ad statuta, quæ dicunt † ꝙ si qs voluerit aliquā corrumpere, puniatur certa pœna, ꝙ si eam voluit corrumpere, sed non habuit effectū, vtrum inciderit in pęnā statuti, arguit ꝙ sic, per illum tex. sed in contrariū dicit esse veritatem; qa illud statutū intelligitur, voluerit corrumpere, idest voluntariè corruperit. facit l. j. C. de his qui ad eccl. confu. vbi dicit textus, tentare voluerit. Et adduco glo. valde ad hoc singularem cap. si diligenti. de foro compet. quæ exponit illum text. inquantum dicit, purgare voluerit, idest volūtariè purgauerit, qui tex. singulariter probat gl. & Bart. in dicta l. fi. Ita dicamus in casu nostro, vt non puniatur crimen attentatum, sed completum & perfectū, & per consequens non veniunt puniendi vltimo supplicio, & maximè in casu nostro; cū ita teneant doctores communiter Spec. Cyn. Bald. Ang. dn̄s Abb. Ioan. de Imo. & Bal. in pluribus locis, vt superius allegaui, & refert Ang. in dicta l. j. §. fi. ff. qđ quisq; iur. hoc tenuisse Archid. 17. q. 2. si ergo: ergo sequitur, ꝙ iudicando & consulendo debemus sequi hāc opin. vt l. j. ff. de offic. quæstor. in versic. crebrior. & l. j. ff. de sena. cum multis si. ¶ Et ex istis sequitur conclusio vera, ꝙ non possunt puniri pœna vltimi supplicij, & multo minus cum sint absentes, & non cōstat de veritate: & vlterius adduco, qđ voluit Bald. in c. j. §.
25 furtū. de pace iur. fir. in vsi. feu. † ꝙ si aliquis est percussus mortaliter, & est certum eum euadere non pōt interim puniri pœna mortis, si statutū dixerit, si quis occiderit, & ad hoc allegat Bart. in l. damni. §. Sabini. ff. de damn. infec. idem ibi dicit Bald. si statutum dicit, homicida puniatur, nam non est certum debitum iri: ergo multo fortius idem erit, si nō moriatur percussus: non ergo punientur de occiso, isti tres, videlicet mater, filia, & ille Bartolotus, & eo maximè cū sint absentes, & non probetur verè contra eos delictum: & ideo multum singu. dixit Bal. in
26 commento. l. data opera. C. qui accusa. non pos. † ꝙ quis non potest puniri ad mortem pp contumaciā, & singulariter dixit Innoc. in cap. quia verisimile. de præsumptionibus. ꝙ si delictum probetur per præsumptiones, debet delinquēs puniri pęna mitiori. & idē voluit Abb. antiquus in c. afferte, de præsumptionibus. Idem voluit Bald. in l. sciant. C. de proba. dn̄s Petr. de Ancha. in dicto capitu. quia uerisimile.
27 ¶ † Quod si quispiam dixerit, ꝙ valet statutū, ꝙ contra absentē imponatur pœna capitalis: vt dixit Bal. in l. absentem. C. de accusa. & in l. fi. C. si a non compet. iud. & voluit Ioan. And. in c. veritatis. de dolo & contum. & voluit Bald. in d. c. j. §. vel furtum. de pace iur. fir. & in c. j. in tit. q succe. tene. in vsi. feu. & Spec. in tit. de fideiuss. §. j. vers. sed pone. & Ang. in l. pen. §. ad crimen. de publ. iudic. Ad ista rn̄deo, ꝙ procedūt eo casu, quo inquiritur de crimine, quod est morte dignum, & inquisitus est contumax, nam potest puniri pœna mortis: quia actus actiuorum sunt in patiente bene disposito: vt dixit Arist. in secundo li. de anima. c. venerabilem. de elec. & ideo multū singu. dixit Bald. in d. c. j. §. vel furtum. de pace iur. fir. ꝙ ista ficta confessio non operatur effectum, nisi in eo, in quo potuit condēnari, sed ex uera confessione non possent isti inquisiti mater, & filia, & Bartolotus cōdemnari vltimo supplicio, ēt posito ꝙ voce propria fuissēt cōfessi, se dedisse poculū abortionis, vt s̄. dixi, ergo sequit̄, ꝙ multo minus poterūt puniri vltimo supplicio ex ficta cōfessione, resultante ex eorū contumacia. Et ex istis elicit̄ cōclusio vera, ꝙ nō pn̄t puniri pęna vltimi supplicij. Et si mihi dicat̄, qua ergo pęna punient̄, dico arbitrio iudicis, q nō poterit arbitrari, nisi pęnā tpalem: vt est tex. in l. j. ff. de fur. balnearijs. in vers. tēperari modū non egrediendū, quē tex. reputat sin. D. Car. in c. ex literis. de ꝯsti. vbi dicit
28 † ꝙ si pęna cōmittitur iudicis arbitrio, non poterit iudex arbitrari pęnā mortis, seu perpetuā, sed temporalem. & de hoc dicit esse casum in d. l. j. quā allegauit ad hoc pro singulari s̄m eum Alber. de Rosa. Nec obstat gl. insti. de iniur. §. in summa. qa illa procedit eo casu, quo delictum, pro quo imponit̄ pęna arbitraria, est tale, qđ est morte dignū, ita dixit Io. de Imo. in l. 2. ff. de pub. iudi. & in c. inquisitionis. de accu. & D. Ant. in c. de causis. dixit, ꝙ debet imponere pęnam mitiorē, q̄ imponatur a iure cōi. & dicit esse gl. singularē in d. l. inquisitionis. & sic nō est necesse laborare super glo. d. §. in summa. qa in casu nostro non pōt imponi pęna mortis, sed pęna iudicis arbitrio. vnde dixit Bal. in c. j. de pace tenen. in vsi. feu. ꝙ iudex, qui habet arbitriū, pōt imponere pęnam pu-

blicationis bonorũ: cum ergo istud delictũ, si esset verè probatum, non esset morte dignũ, ergo multo fortius non est morte dignum, qñ nõ constat, nisi p contumaciã, nec poterit iudex arbitrari pęnã mortis, sed pęnã tpalẽ relegationis, vel pecuniariã: & ita cõcludo istos nõ posse puniri pęna vltimi supplicij.

EPITOME.

¶Sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, ius quæsitum ab inferioribus a principe rescripto tolli non potest. Debent autem qui lædi rescripto possent, quorumue interesse posset, in commissionis impetratione vocari, item & in commissione exequenda & pronuntiatione.

SVMMARIVM.

Princeps solus mandato formam præscribit voti sui, alij verò superiores monent tantùm vt iustitia fiat. nu. 1.

Princeps ex conscientia iudicat. num. 2. cuius oĩa mandata, ita cum iustitia intelligenda, vt sit saluum ius alterius, quod non præsumitur lędere, nisi in modico. nu. 3. & ius alterius rescripto tollere apposita clausula non obstante sententia, non nisi princeps superior potest. nu. 5. qui derogat iudicum auctoritati vtens plenitudine potestatis. nu. 6. & ex ea ius ex definitiua sententia constitutum euertit, licet rescribat iniustum. nu. 7. sunt tamen distinguentes aut cum causa, aut sine cã rescribente principe, vt tunc tollere possit ius quęsitũ, aliter nõ possit. n. 10. etsi presumatur semp iusta cã rescribẽdi. n. 20.

Sententia cõtinens iniquitatẽ euidentẽ est ipso iure nulla. n. 12.

Legatus de latere non potest tollere ordinem iudiciariũ. nu. 15.

Imperator rescripto contra ius ciuile innixum naturali equitati tollere non potest, innixũ ciuili potest. nu. 16. Rex vero nihil horum potest. nu. 19.

Rescriptum non tenet contra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam. nu. 17.

Principis certa scientia operatur, quando pars fuit præsens & vocata, aliàs non. nu. 21.

Vocari quisque debet ad actũ ex cuius expeditione lędi potest. num. 25.

Princeps vocare debet partes ad cognitionẽ & pronuntiationem. nu. 27. & eius sententiæ nullitas obijci potest. nu. 29.

CONSILIVM XXIIII.

CVm quæritur, vtrum regimina potuerint tollere ius quæsitũ dicto Baldesari ex sententijs transeuntibus in rẽ iudicatã, mihi vr̃ aperto iure dicendum, q non potuerunt. Et præmitto pro potissimo & formali fundamẽto, q non est admiratione dignũ, si multa possit facere Imperator, vel Papa, quæ non pñt fieri per inferiorẽ a Papa, vel Imperatore, ex eo qa illud, qđ facit princeps, facit vt Deus. in auth. de hęr. & fal. in prin. Deus aũt est ipsa veritas, vt in c. cum esses. de test. in nouella. & ideo non fallit, nec fallitur. l. vlt. C. de pondera. aur. li. 10. Ita Bald. in c. j. in tit. de noua forma fidel. & in c. j. in tit. si de inuestitu. inter do. & vasal. lis ori.
1 † q solus princeps habet potestatem mãdandi, facias sic, alij aũt superiores non possunt mandare sic, sed facias iustitiã. allegat Inn. in c. significantibus. de off. deleg. & idẽ voluit Bal. in rubrica, de offi. deleg. & in l. 1. C. qũo & qñ iudex. & ideo dixit Cyn. & Bart. in l. j. C. vt
2 quæ desunt aduo. † q potest princeps iudicare fm suam conscientiam: & adduco tex. in l. cunctos populos. C. de summa trini. vbi dr̃, q Imperator habet celeste arbitriũ: & ideo lex magis confidit se de Imperatore, vel Papa, q̃ de alijs licet superioribus, ideo est q in sua causa potest iudicare: vt c. cũ venissent. de iudic. l. & hoc Tiberius. ff. de hæred. insti. l. proximè. ff. de his quæ in test. delen. no. in l. j. C. ne quis in sua causa. & ideo dixit Baldus. in l. j. ff. de constitu. prin. q nullam iniuriã facimus principi, si eũ reputamus bonũ & æquum, imo maiestas eius per ista duo nomina conseruatur in esse: vt l. ex facto. ff. de
3 vulgari & pupillari. Vnde inquit, q oĩa † mandata principis debent intelligi cum iustitia, & si aliquid dat, vel cõfirmat, intelligitur salua iustitia alterius: & dicit, q non præsumitur placere aliquid principi nisi iustum, & verũ, & si princeps excedit iustitiam patris, nunquã presumit excedere, nisi in modico. l. quoties. C. de precib. imper. offeren. & ideo dixit Bald. in c. j. §. fi. qui feu. da. poss. q in ore principis firmior debet esse veritas: & ideo aliàs dixi in reportatis & commentis meis, q non bene dicunt scriben-
4 tes in l. 1. C. ne qs in sua causa. † q populus liber, q nõ recognoscit superiorem, põt esse iudex in causa sua, & motus ad sic dicendũ fuit: qa text. d. l. 1. dicit, q est admodum iniquũ iudicare in causa propria. licet ergo Imperator & Papa possint iudicare in cã propria; tamen secus est in eo, qui non est Papa vel Imperator; qa in eo cessat illa rõ, quæ est in Imperatore: quia Imperator pręsumitur habere celeste arbitrium, & iudicare vt deus: vt est dictum: & sic non presumitur mala intentio in principe: sed ista ratio cessat in alio, ergo cessabit iuris dispositio. l. adigere. §. quãuis. ff. de iurepatro. c. cum cessante. de appell. l. generaliter. C. de episc. & cle. cũ si. ¶ Et ex hoc elicitur vera cõclusio, q licet gl. in l. causas. C. de tran-
5 sactio. dixerit † q princeps potest tollere ius quæsitum alicui, apposita clausula non obstante, q illud procedit in principe suppremi gradus, vt est Imperator & Papa; qa quicquid faciunt, videntur facere vt deus, q nõ est in inferiori a principe. & ideo dixit
6 idẽ Bal. in l. fi. C. sen. rescin. non poss. † q nõ derogat iudicũ auctoritati: cũ princeps vtitur plenitudine potestatis: vt l. j. de constit. princ. quia in omni sñia intelligitur, salua potestate suprema principis. l. fin.
7 C. de legi. ideo dixit gl. ibi † q si in rescripto esset clausula, non obstante sententia, q iustũ est decernatis, q valet rescriptũ; quia ius quæsitum per sentẽtiam diffinitiuam potest tolli per rescriptum principis. & dicit ibi Baldus, q qñ princeps rescribit iniustum, q non potest nisi de plenitudine potestatis; tũc requiritur clausula non obstante, sed qñ rescribit contra rigorem sententiarum; tunc non est opus, q dicat non obstante sentẽtia. & facit ibi Bal. differentiam, an dominium sit acquisitũ de iuregentium, & tunc tolli non potest, aut de iure ciuili, vt per sententiã, instit. de verb. obl. in prin. & tunc posset: quia in istis potẽtior est auctoritas principis, & pone, inquit ibi Bald. q quis acquisiuit dominium ex sententia, an valeat rescriptum principis rescribentis non obstante sententia, an debeat dicere non obstante sñia: & dominio, & decidit q sufficiat dicere, non obstante sententia. & adduco, qđ voluit idem Bal. in cõmento. l. 2. C. de seruit. in 18. q. vbi dicit, q solius principis priuilegium est auferre ius vnius, & conferre al-
8 teri, non aũt inferioris. & ideo dixit, q † Comes Palatinus non habet plenitudinem potestatis auferendi ius qsitũ vni, & conferendi alteri, nisi hoc specialiter Imperator in suo priuilegio cõcesserit: est aũt
9 fm Bald. ibi plenitudo potestatis, † plenitudo arbitrij, nullis iuris positiui subiecta regulis: & dicit q in principe est sedes libertatis, & põt præferre minus æquum, magis æquo, sed licet nõ sit obligatus. l. positiua, tñ non est solutus a dictamine rationis; qa est animal rationale, politicum, & nulla auctoritas nec principis, nec senatus põt facere, q princeps nõ sit animal rõnale, mortale, nec eundem absoluere a. l. naturæ, vel a dictamine rationis, vel a l. æterna. & iõ dixit Bal. in c. j. de consti. q plenitudini potestatis nil resistit: nam omnem legem positiuã superat, & sufficit

ficit in principe pro rōne volūtas: & sic apparet isto præsupposito, ꝙ solus Papa aut Imperator est, q rescribit contra ius quæsitum alteri ex snīa, exprimendo clausulā non obstante snīa, & non inferior. & sic restringitur gl. quæ voluit, principē posse tollere ius quæsitum ex snīa, vt non extendatur in inferiorem. ¶Cum ergo d. Legatus & dñi Anciani Bononiæ nō habeant illam plenitudinem potestatus in ciuitate & territorio Bononiæ, quam habet Papa, sequitur, ꝙ non potuerunt auferre ius quæsitum ex sententia illis M. Baldesari & Hiero. ergo cum dictæ snīæ transiuerint in rem iudicatā, sequitur, ꝙ non potuerunt rescindi, nec ius exinde quæsitum illis Hiero. & Balde. per rescriptum impetrari per illum Henr. ad importunitatem & instantiam ipsius supplicantis, & adduco elegantem distinctionē datā à Bal. in c. quæ

10 in ecclesiarum. de consti. † vbi dicit, aut princeps facit cum causa, & potest tollere ius tertio quęsitum. l. 2. ff. de natal. resti. l. ex facto. ff. de vulg. & pup. aut sine cā, & refert, aut in rescripto non est apposita clausula non obstante tali. l. & tunc non valet rescriptū: vt l. quoties. C. de prec. imp. offer. aut est clausula nō obstante tali. l. tunc, aut est rescriptum inferioris a principe, & non valet; qa factum pretoris iuri derogare nō pōt. l. j. ff. de fer. l. prohibere. §. planè. ff. qđ vi aut clam. aut est rescriptū principis, qui est solutus legibus, & tunc refert, aut est impetratum per obreptionem, & ponit gl. sing. de impetrante literas Comitis Vgolini, & non valet: vt est glo. in l. 2. C. de fundis & saltibus. lib. 11. aut per importunitatem, & nō valet, aut ex conscientia principis. & cum plena eius deliberatione, & tunc refert, aut princeps rescribit ꝯ ius naturale, puta ꝙ non fiat alicui iustitia, vel ꝙ non audiatur legitima defensio, & non valet rescriptū. cle. pastoralis. de re iud. nisi hoc faceret ex cā, vt puta pp contumaciā. l. sed & si per prætorē. §. si dum decreto. ff. ex quib. cau. maior. vel pp apertam rebellionem. l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capit. dim. l. 3. §. si ad diem. ff. de re milita. aut princeps rescribit contra ius gentium, & idem, quanquam ex causa ēt leui posset. l. Lucius. ff. de euic. l. item si verberatū. ff. de rei vend. aut rescrbit contra ius ciuile, & valet de plenitudine potestatis. l. 3. §. si is. ff. qđ quisq; iuris. & ꝙ per rescriptum tollitur exercitium iuris, sed non tollitur iustitia in seipsa in habitu, allegat Innoc. &

11 subdit ēt ibi Bald. † ꝙ vbicunque non valet rescrip. non valet statutum ſm Inno. ꝙ est valde no. Ex quibus verbis apparet euidenter, ꝙ si est rescriptum inferioris a principe, ēt si apponatur clausula non obstante, ꝙ tale rescriptū non valet. ¶Cum ergo istud rescriptum emanauerit ab inferiori a principe, & ēt ad importunitatem petentis, & maximè cum ſm ꝙ oraculo viuę vocis accepi, iste Henricus mediātibus literis principum impetrauerit dictum rescriptum, seu dictam cōmissionem, ergo vr̄ exire deliberatam conscientiam. D. Legati & D. Antianorum per id, qđ habetur in l. j. C. de peti. bon. subla. ergo non tenuit hmōi cōmissio, cum snīa transiuerit in rem iudicatam. ergo ex hoc capite nō potuit rescindi snīa, quę fecit ius per transitū in rem iudicatam, cū in oībus præsumat̄ iustè & rite lata: vt c. inter vos. de re iudic.

12 Præterea facit, † snīa continens euidentem iniquitatem, scilicet contra ius partis, est ipso iure nulla. cap. inter cęteras. de re iudi. l. si pars. & ibi Ang. ff. de inoffic. testam. & probatur in cap. 2. de operis noui nunt. & voluit dominus Abb. in cap. j. eodem titulo, & voluit dn̄s Ant. in cap. suam. de pęn. & quod voluit do. Abb. in cap. nouit. de iudic. & ideo dixit glo. singula. in c. ex conquestione. de restitu. spol. ꝙ clausula appellatione remota non tollit euidentem iniquitatē. & quod voluit Bart. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. & in l. si tutor. ff. de auctor. tuto. ergo sequitur, ꝙ multo fortius iniqua commissio habens euidentē iniquitatem, arg. autenticæ. multo magis. C. de sacr. san. eccle. & cap. cum in cunctis. de elec. facit c. sug-

13 gestum. de deci. † vbi rescriptū, qđ ex post facto efficitur iniquum, est nullum ipso iure. & probatur in c. penultimo, de cle. non residen. & in l. ex facto. ff. de vulgari & pupil. & in l. si hominem. ff. mand. sed huiusmodi cōmissio facta per do. Legatū & do. Ancianos continet euidentem iniustitiam: quia lites decisas & sopitas, quæ transitum fecerūt in rem iudicatam, commiserunt reuideri, ꝙ est cōtra oēm legum sanctionem, adeo ꝙ dicimus, ꝙ post transitum in rē iudicatam non est licitum transigere, vel pacisci. l. post rem. l. cum hi. §. sed cū lis. ff. de transact. l. eleganter. §. si post. ff. de cōdi. indebi. c. interposita, de arbit. c. super eo. de transact. est enim contra publicū bonum restaurare lites sopitas; quia vexantur partes litibus, & expensis, & laboribus. vt l. properandum. in princ. C. de iudic. c. cordi. de appel. li. 6. cap. finem litibus. de dolo & contum. c. nonnulli. de rescri. ideo

14 dicimus † ꝙ adeo habet exosas lites ius canonicum, ꝙ si laici non subiecti temporaliter ecclesiæ, longo tempore litigarunt, & adhuc perseuerant in lite, ꝙ tunc eps loci per censuram ecclesiasticam pōt compellere illos tales litigantes ad concordiam, & imponere finem tali liti, ista est gl. valde sing. in c. placuit. 90. dist. de qua faciunt magnum festum doctores. & allegauit illud cap. gl. in l. equissimum. ff. de vsufr. & per cōsequens dicta cōmissio sapit notoriā iniquitatē, ergo fuit ipso iure nulla: stabit ergo firma vtraq; sententia lata contra illum Henricum non obstante commissione facta per reuerēdissimum dominum Legatum & dom. Ancianos. Præterea contra hmōi cōmissionem potuit & potest opponi, exceptio litis iam finitę, & transitus in rem iudicatam: vt in c. vnico. de lit. contest. lib. 6. & in l. 1. §. fi. ff. ad Trebel. cum sim. vnde tex. valde solennis in c. ex parte. de offi. deleg. dicit, debet tn̄ rationabiles exceptiones admittere, nisi literis fuisset expressum, ꝙ nullæ exceptiones admitterentur, ꝙ nec nos, nec antecessores nostros fecisse credimus: & sic solus Papa est is, qui tollit exceptiones rationabiles, & non præsumitur ēt id fecisse: ergo sequitur, ꝙ Legatus & Anciani nō potuerūt tales exceptiones rationabiles tollere: & sic præsumptio est, ꝙ non fecerit, nec si fecissent facere, po

15 tuissent: † quia legatus ēt de latere non potest tollere ordinem iudiciariū, vt fuit elegans doctrina Spec. quam refert & sequitur glos. in c. fin. de hæret. lib. 6. quam gloss. reputat sing. do. Ioan. de Imo. in l. nemo potest. ff. de leg. 1. sed glo. est in cle. sæpe. de verb. sign. & in c. indemnitatibus. de elec. lib. 6. ergo multo minus potuit tollere sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, quæ habetur pro veritate, & maximè si extat constitutio, uel conuentio inter sanctissimos Rom. Pon. & populum Bono. ꝙ non possit Legatus & Anciani disponere contra ius commune, aut statutum municipale, quo casu seruanda est conuentio. l. j. §. si conuenerit. ff. deposi. l. sicut. ff. de actio. & oblig. licet enim Deus subegerit Papæ canones, & imperatori leges, non tn̄ sibi subegit conuentiones, & ꝯtus, vt probatur in c. j. de natu. feu. & hoc voluit Bald. ibidem, & probatur in c. j. de proba. voluit Bal. in l. princeps legibus solutus. ff. de legi. vbi dicit, ꝙ si princeps non ligaretur ex suo contractu, sequeretur, ꝙ non posset ꝯhere: qa natura ꝯtus est, vt sit vltro citroq; obligatorius. l. Labeo. ff. de verb. sign. ergo si non obligaretur, sequeretur, ꝙ non posset contrahere, quod esset absurdum; quia videretur esse deterioris conditionis, quàm inferiores, & sic cum sit omnium pręsul, videretur esse oīum exul: & per cō-

ſequens debuerunt dñi Legatus & Anciani ſeruare
conuentionem ſui ſuperioris,c.cum inferior.de ma
ioritate & obedientia.capitulo,inferior.21.diſt.opti
mo dicente propheta , non lætabitur ſecuris contra
D.ſecantem,teſtãte Chriſto in ſuo ſacro Euangelio,
non erit ſeruus maior dño ſuo, nec amplius maior
eo,qui me miſit.l.nam magiſtratus.ff.de arbi.l.ille a
quo.§.tempeſtiuum.ff.ad Trebel. Præterea facit,qđ
voluit Raph.Fulg.in l.fin.C.ſi contra ius vel vtil.pu-
bli.ꝙ opinio,ꝙ princeps non poſſit auferre ius meũ
ſine iuſta cauſa , viſa eſt ſibi eſſe communior, & rõ-
nabilior:& ad hoc dicendum mouetur,certum, in-
quit, eſt, ꝙ principis auctoritas pẽdet ex auctoritate
iuris,ꝙ cum pẽdeat a Deo, credemus ne,ꝙ lex regia,
aut Deus cõcedat ipſi principi, vt poſſit auferre rem
meam ſine iuſta cauſa;tunc enim nõ obſeruaret iu-
ſtitiam,ex eo qa non tribueret vnicuique ius ſuum:
ideo tanquam factum vltra poteſtatem ſuã non va-
let,nec tenet:& ita dicit ſe in contingentia facti con-
ſuluiſſe.Ita dicamus in caſu noſtro, vt non videatur
Papa dediſſe poteſtatem Legato diſponendi ↄ̃ ius,
ſicut lex regia non videtur dediſſe poteſtatem regi,
vt auferat ius meum,& alteri cõferat.& adduco, qđ
voluit Bald.in l.reſcripta.C.de preci.impe.offer. vbi
16 quærit† an Imperator poſſit reſcribere ↄ̃ ius ciuile
ſine cauſa,& refert doctores dicere ꝙ ſic:qa ius ciui
le conſiſtit in ſola principis voluntate, ideo poteſt
illud tollere. & per conſequens poteſt tollere alicui
actionem , item officium magiſtratus cum omne
officium magiſtratus ſit de iure ciuili: ipſe dicit, ꝙ ſi
hmõi actio innititur ęquitati nãli , non poterit tolli
per reſcrip.qa tale reſcriptum quoad impetrantẽ,&
quoad concedentem nutrit peccatum, & ſic eſt con
tra ius diuinũ . Si aũt actio innititur ſoli rigori,vt in
chirographo infra bienniũ, & in re iudicata, credit,
ꝙ poſſit reſcribere cũ clauſula nõ obſtãte , & ſic Bal.
loquit̃ in Imperatore, vt poſſit tollere ius alicui quę-
ſitum ex ſnĩa , & requiritur ẽt clauſula nõ obſtante.
ergo Bald.ſentit,ꝙ inferior non poſſit. ergo &c. Præ-
17 terea facit l.impetrata.C.ſent.reſcind.non poſ.† vbi
eſt caſus formalis,ꝙ non tenet reſcriptum ↄ̃ ſnĩam,
quæ tranſiuit in rem iudicatam , ergo hmõi cõmiſ-
ſio redditur nulla ex iſto capite . Et adduco. l.cauſas
vel lites legitimis tranſactionibus finitas Imperiali
reſcripto finiri nõ oportet.C. de tranſact. nam illud
verbũ oportet, importat; neceſſitatem: vt no.in c.j.
de lib.obl.in verſic. oportet. in l.j.in ver. oportet. ff.
de iuſti.& iur.ergo probatur , ꝙ cã deciſa per tranſa-
ctionẽ non poteſt reſcindi per reſcri.imperiale,ergo
multo minus poterit reſcindi per reſcri. inferioris
ab Imperatore, ar.auctẽ.multo magis.C.de ſac.ſan.
eccl.¶Et ſi dicatur,ꝙ ille tex.loquit̃ in tranſactione,
qñ eſt finita per tranſactionem,non autem qñ eſt fi-
nita per ſententiam. Ad hoc reſpondeo,ꝙ trãſactio,
res iudicata,& iuramentũ ęquiparant̃ quoad finien
das lites. ita probatur a lege antiqua : vt l. 2.ff.de iu-
reiur.& l.j.§.fi.ff.ad Tert. & in c.vnico.de lit.conteſt.
18 †Modò vbicunq; duo ęquiparantur a lege antiqua,
& ſuperueniens lex noua diſponit de vno , extendit̃
ad reliquũ virtute legis antiquæ. Ita probat̃ in l.ſi qs
ſeruo.C.de fur.iũcta.l.j.§.perſuadere.ff.de ſer. cor.er
go ſequitur,ꝙ licet d.l.cauſas.loquatur,qñ cauſa eſt
finita per tranſactionem;tñ idem ſit,qñ cauſa eſt fi-
nita per ſententiam , & iſtud etiam probatur in d.l.
impetrata.vbi loquitur de lite finita per ſentẽtiam;
ex quo ſequitur,ꝙ per reſcriptum imperiale nõ po-
terit reſcindi. Et ita inducendo illam.l.ſequit̃, ꝙ be-
ne non loquitur gl.in d.l.impetrata. inquantũ dicit,
ꝙ ſi apponitur clauſula non obſtante , ꝙ tunc tollit̃
per reſcriptũ.Ad hoc mouet̃ per auth.hoc inter libe
ros.C.de teſt.& idẽ voluit glo. in d.l.cauſas.q̃ mouet̃
per l.ſi qs in prin.teſtamenti.ff.de le.3. Ad hoc enim
rũdeo duobus modis. Primò,ꝙ illa iura loquuntur
in reſcripto imperiali , quo caſu nõ habet locum in
reſcri.inferioris,quinimo dixit Bald. in l.ſi qs maior.
19 C.de tranſa.† ꝙ illa l.loquens de reſcripto imperiali
non habet locũ in reſcripto regis:dicit enim , ꝙ Im-
perator æquiparatur Deo in terris, & non habet lo-
cum niſi in Imperatore,& Papa, & nõ in regibus,&
facit gl.allegata ſuperius.in auth.de hęre.& fal.quæ
dicit, ꝙ quicquid facit Imperator , facit vt Deus , &
idem voluit Bal.in cõmento.l.2. C.de ſerui. & ſic cũ
iſtud non ſit reſcriptum imperiale, ſequitur, ꝙ non
potuerunt Legatus & Anciani reſcindere ſententiã,
quæ tranſiuit in rem iudicatã,& fuit executioni mã-
data:& ſic poſito,non tñ conceſſo, ꝙ illæ glo.dicant
verum: tñ loquuntur,ſm ꝙ loquitur d.l.cauſas.quæ
de reſcripto imperiali loquitur. facit,qđ voluit Bal.
in d.l.impetrata.qui dicit,ꝙ põt tolli ius mihi quæſi
tum ex ſnĩa per reſcriptum principis.& ſic Bal. apet
to ore intelligit illam gl.procedere in reſcripto prin-
cipis,ergo non obſtant illæ gl.cũ iſtud non ſit reſcri-
ptum principis.Secundò rñdeo, & aliter;qa illa glo.
debet reſtringi , qñ princeps ita reſcribit cauſa iuſta
exiſtente , vt probatur in iuribus allegatis ſuperius,
& in dictis doctrinis illuſtrium,quos ſuperius retuli.
Et adduco tex.in cap.per venerabilem.qui fil.ſint le
git.in uerſic.diuerſis cauſis inſpectis. ſed in caſu no-
ſtro non apparet adeſſe iuſtam cauſam , ergo ſequi-
tur, ꝙ non tenet hmõi commiſſio. ¶ Et ſi quiſpiam
20 dixerit, ꝙ præſumitur† adeſſe iuſta cauſa in princi-
pe reſcribente: vt voluit Inno.in c.quæ in eccleſiarũ.
de conſti.& quod no.in l.relegatorum. de conſt. Ad
hoc reſpondeo,ꝙ Inno.loquitur in principe,in quo
adſunt iuſtæ cauſæ; quia ęquiparatur deo in terris,
vt eſt dictum.Item tunc præſumitur adeſſe iuſta cau
ſa in principe reſcribente cõtra ius alterius , qñ ille,
de cuius agitur præiudicio , eſt vocatus ; tunc enim
merita cauſarum partium aſſertione panduntur:vt
c.cum ex literis.de in integ. reſti.l.fi.C.ſi per vim vel
21 alio modo.& ideo dicimus,ꝙ † certa ſcientia princi
pis operatur,qñ pars fuit præſens,& vocata,aliàs ſe-
cus,iſta glo.eſt valde ſing.in c.paſtoralis.§. præterea.
de offic.deleg.& ſic tũc præſumitur, ꝙ ex iuſta cauſa
princeps reſcripſerit. Sed in caſu noſtro hmõi com-
miſſio fuit facta iſtis Balde.& Hieron.non citatis,nõ
requiſitis,ignorãtibus, & innitis, ergo nõ præſumit̃,
ꝙ iuſta cauſa d.Legatus & do. Anciani fecerint talẽ
cõmiſſionem,eoq; magis cum ipſi non habeant iu-
ra principis;qa ſunt inferiores a principe,ergo nulla
præſumit̃ iuſta cã huius cõmiſſionis: & ita limito &
reſtringo illã gl.d.l.ſi.& d.l.cauſas.Item plus dico, &
credo dicere veritatem, ꝙ illa gl.non dicat veritatẽ:
quia non allegat legem probantem ſuum dictũ ; ex
eo quia allegat.l.ſi quis in princ.teſtamenti.de leg.3.
& auth.hoc inter.C.de teſtam.quæ iura loquuntur,
qñ agitur de præiudicio ipſius reſcribentis,& facien
tis actum;quia loquuntur de teſtatore. Sed nos non
loquimur, quando princeps agit de præiudicio ſui
ipſius, quo caſu fieret interpretatio contra ipſum:
vt c.contra eum. de reg. iur.lib.6.quia interpretatio
contra loquentem,aut diſponentem,aut ↄ̃hentem:
vt l.veteribus. ff.de pact. & ſic dicta iura allegata per
illam glo.non probant dictum glo.ideo dixit tex.val
de ſing.in c.ego ſolis.9.diſt. ꝙ non debet attendi au-
ctoritas loquentis,ſed ratio, & ſi rectè ponderemus
verba prolata a Chriſto in ſacro ſuo Euangelio, ſem
per videbimus, ꝙ loquebatur cũ aliqua auctoritate
digna,& vera,ita beberemus nos ſequi veſtigia Chri
ſti;qa oĩs Chriſti actio noſtra fuit inſtructio.c.ſignifi
caſti. de elect. Hieronymus in prologo Bibliæ : nam
& aliquãdo bonus dormitat Homerus. l.recuſari.ff.
de acq.

de acq.hæred.glo.in c.ne quis. 32.q.7.& per ɔ̃ns illa
gl.non dicit verum. ¶Et ex istis multifariè,multisq;
modis demonstraui,gl.illas non obstare huic cōsul-
tationi; & per consequens do. Legatus & Anciani
non potuerunt facere talem commissionem, nec p
eam reuocare dictas sententias,quæ transiuerunt in
rem iudicatam,eoque maximè cum sint plures sen-
tentiæ,quæ transiuerūt in rem iudicatam;quia diffi
cilius disrumpitur duplex funiculus, auth.itaq;.C.
communia de succes.c.1.de treuga & pace.Præterea
facit; quia in ista impetratione non interuenit cita-
tio,nec etiam in pronūtiatione, quo casu nec valuit
commissio facta per D.Legatum & Ancianos, nec
pronuntiatio. Ad hoc allego l.nam ita diuus. ff.de
adop.quæ voluit, ꝙ debet interuenire citatio eius,
de cuius præiudicio agitur; cum impetratur rescri-
ptum,habet in l.de vno quoq;.ff.de re iudi.¶Et ad-
duco,quod voluit Host.in c.cum olim. de re iudic.
22 vbi dicit † ꝙ curia seruat, vt literæ præiudiciales im-
petratæ in curia Romana non transeant,quādo ad-
uersarius,vel eius procurator est præsens, nisi citet,
nec sufficit citatio in audientia,sed fieri debet in cu-
ria:istud sequitur D.Gaspar de Cald.qui ibi dicit il-
lud procedere in literis iustitiæ,non in literis gratię.
Cū ergo impetrauerit huiusmodi commissionem
istis D.Baldasare & Hiero.non citatis,ergo sequitur,
ꝙ talis commissio non tenuit. Secundò dico,ꝙ non
tenuit relatio facta per illos cōmissarios, seu illa can
cellatio sententiæ, aut sententiarum facta non pce-
dente citatione:ad hoc facit primò ratio:quia meri
ta causarum partium assertione panduntur.l.fi.C.si
per vim vel alio modo.ca.tum ex literis.de in integ.
rest.Facit, qđ hr̄ in l.si quis arbitratu. ff.de verb.obl.
23 † vbi non potest arbitrator,qui nō est iudex,sed ami-
cabilis compositor,& bonus vir:vt l.si libertus. ff.de
oper.libe. & c.Quintauallis. de iureiur.& §.si verò
contigerit.in auth.vt diffi.iud.& in auth.si verò con-
tigerit.C.de iud.arbitramentari parte non citata, vt
probatur in d.l.si quis arbitratu. & l.quòd si nolit.§.
si quid ita.ff.de ædil.edi.& in l.opus qđ in auersione.
ff.loc. Ergo multo fortius in casu nostro non potuit
fieri,& pronuntiari rescissio dictæ sentētiæ, non cita
to eo qui obtinuit.& ad hoc adduco,quod hr̄ in l.le-
24 gatum.ff.de vsufru.lega. vbi dr̄† ꝙ commutatio lega
ti de vno vsu ad alium vsum , quæ iudici committit
vt bono viro,nō potest commutari, nisi parte,cuius
interest præsente:ita & multo fortius in casu nostro.
Et adduco, qđ habetur in l.1.§.deniq;. & in l.3.§.sed
& si.ff.vbi pupil.educa.debeat.vbi dr̄, determinatio-
nem alimentorum, quam lex vt bono viro commit
tit,fieri non posse, nisi vocatis partibus, quarum in-
terest.ergo idē & multofortius in casu nr̄o. & addu-
co.l.hac edictali.§.his illud.C.de secun.nup.coniun-
cta glo.vbi est expressum,arbitratorē debere iurare,
qñ suum arbitramentum pronuntiat,ergo seqtur,ꝙ
25 requiritur præsentia partis:vt l.si qñ. C.de testi.& c.
in nomine dñi.de testibus. † & facit illa regula gene-
ralis, volens quem vocari debere ad eum actum, ex
cuius expeditione lædi potest: vt probatur in d.l.de
vno quoq;.ff.de re iudica.ꝙ est verum non solùm,si
actus est iudicialis,sed etiam si extraiudicialis: vt pa
tet in l.1.§.denuntiari.ff.de ventre inspi.& in l.in con
cedendo.ff.de aqua plu.arc.& in l.creditor. C.de di-
stra.pign.& in l.si ita tamen quibusdam. ff.de leg.2.
26 & in l.necessariò.ff.de in diem addic.& adduco.l.1.§.
cum dr̄. ff.si cui plusquam per legē falcid. † vbi si qs
eligitur ad facultates testatoris æstimādas, debet vo-
care partes,quarum interest: & licet ille textus utat
verbo arbiter: tamen habet locū in arbitratore,nec
vr̄ esse extranea suppletio:qa appellatione arbitri ve
nit arbitrator,vt ꝓbat text.in l.si societatē.§.arbitro-
rum duo sunt genera. ff.pro socio. multo fortius di-
cemus idem in eo, qui est delegatus ad rescindendā
sententiam,quæ in rem iudicatam transiuit. Et ad-
27 duco illud, qđ dicimus † ꝙ licet princeps sit legibus
solutus: vt l.princeps.ff.de legi.& nō sit necesse serua
re ordinē iudiciarium coram eo:vt no.Inn.in c.1.de
lit.conte.qa eius presentia supplet omnem defectū:
vt l.omnium. C.de testa.tamē debet vocare partes
ad cognitionem & pronuntiationem : vt probat in
c.1.de cau.pos.& proprie. in vers.nos ad piudicium
partis, seu ɔ̃ inauditam partem aliquid diffinire nō
possumus, nec debemus, ꝙ est perpetua dignū me-
moria.primò : qa dicit aliqd.secundò : qa dicit non
possumus,nec debemus.& facit cle.pastoralis. de re
iud.& facit tex.valde sing.fm Bal.& Raph.in l.fin.in
vers.cognitionaliter. C.de legi.vbi Imperator debet
ferre sententiā cognitionaliter, ergo parte citata:qa
merita causarum &c.vt est dictum,& per text.d.c.1.
28 dixit & consuluit do.Pet.de Anch.consi.364.†ꝙ non
debet absolui qs a iuramēto, nisi citato eo,de cuius
præiudicio agitur; qa iudex non potest aliquid diffi-
nire parte inaudita;qa diffinire ɔ̃ inauditam partē,
est tollere defensionem, quæ est de iure naturali, ꝙ
princeps facere non potest: vt cle. pastoralis.de re iu
di.ita dixit D.Card.in d.c.1.de causa poss.& proprie.
idem voluit D. Abb.ibi,qui ad hoc allegat Bart.in l.
filiusfa.ff.de dona. voluit Bart.in l.1.ff.de testa.milit.
& in extrauag.ad reprimen.in versi.sine figura. Et li-
cet D.Abb.ibi arguat, ꝙ sententia lata a principe si-
ne citatione valeat,si ex certa scientia procedat: tñ
postea decidit non valere,& mouetur ex d.cle.pasto
ralis.vbi dicit esse casum, allegat.l.fi.C.de legi.& ad-
29 ducit dictum Bal.ibi dicentis.† ꝙ potest opponi nul-
litas in sententia lata a principe sine citatione. Facit
c.1.de feud.sine culp.non amit. vbi quis non debet
priuari feudo, etiam per principem, antequam sit
30 conuictus:eoq; magis qa † citationem & cognitionē
supremus Deus instituit, vt habetur Genesis.3.ca.&
in c.Deus omnipotens.2.q.1.licet Bald.in l.nec cau
sas.C.de appellat.dixerit fuisse quæstionem antiqui-
tus disputatam, quòd valeat sententia principis cau
sa non cognita,sicut valet eius priuilegiū: vt est glos-
sa elegans in l.is qui Reipublicæ causa. ff.ex quibus
caus.maio.vbi glo.dicit,quòd si iusta causa adest, va
let factum principis,etiam sine citatione. & idē Bal.
in l.cessante.C.quomodo & quando iudex. dicit, ꝙ
in processu principis nō requiritur citatio,dummo-
do iusta causa adsit.allegat gl.in d.l.is qui.secus dicit
esse in processu inferioris a principe. allegat, quod
no.in l.1.in §.si.ff.quibus app.non licet. & in l.si ac-
cusatori.C.de accus.salua honorificentia, dictū eius
confunditur per dictum c.1.vbi Papa dixit, non pos-
sumus,nec debemus.& per d.l.fina.C.de legibus.in
ver.cognitionaliter. & hanc partem tenet ibi idem
Bal.& Raph.& idē voluit Saly.in d.l.ne causas. aliàs
in d.l.si accusatori.& redarguit dictum Bald.ibi per
d.cle.pastoralis.cui dicit non respondisse Bal.sufficiē
ter. Nec obstat secundum eum gl.in d.l.is q.qa loqt
in priuilegio, & per non sequens stat firma & vera
conclusio,ꝙ sententia lata a principe non tenet par
te non citata, & multofortius sententia lata ab in-
feriori: vt dixit Bal.in d.l.cessante. ergo seqtur,ꝙ in
casu nostro non potuit fieri illa commissio nō cita-
tis illi Baldesa.& Hieronymo: & multo fortius non
valuit pronūtiatio facta per illos commissarios, seu
delegatos,eis non citatis,nec requisitis,& multo for
tius si assertio illius Henrici fuit subreptitia;quia nō
narrauit totam seriem facti: vt dixit text.in c.sup eo.
31 de coha.cle.& mulie.literas, quæ † facti seriē nō cō-
tinent,nō valere.c.dilectus filius Abb.& c.ad audiē-
tiā.de rescr.voluit Bal. in cōmento.l.præscriptione.
C.si

C.ſi ꝙ ius vel vtili.publ.quia ſi totam ſeriē facti narraſſet, non eſt veriſimile, ꝙ do.Legatus & Anciani ita cōmiſiſſent,nec eſt veriſimile,ꝙ illi delegati prōnuntiaſſent parte non audita,nec citata. ¶Et ex iſtis ſequitur concluſio vera,ꝙ huiuſmodi ſententię latę contra illum Henricum ſunt validæ, & in rem iudicatam tranſiuerunt, nec reſciſſæ ſunt, & poteſt opponi exceptio litis finitæ contra illum Henricum,quæ impedit litis ingreſſum: vt in c.vnico.de lit.cōteſt.lib.6.

EPITOME.

¶Petitione incerta & ſubobſcura reiecta,cum teſtes ſint ſingulares, non probata intentione actorū, rei depulſionem ex confeſſione actorum probant.

SVMMARIVM.

Petitio generalis & incerta,ſi aduerſus eam opponatur, nō admittenda eſt.nu.7.

CONSILIVM XXV.

Reſponſurus cōſultationi ꝓpoſitæ,mihi vr̄, quòd dicti gabellarij ſint in caſu victoriæ contra illos afficatores. Et prēmitto pro fundamento huius conſultationis:gabellarij habent fundatam
1 intentionem,ꝙ dicti affidatores ponere poterant,& poſuerunt duo millia porcorum, & licet affidatores in ſua petitione non videantur apponere certam quantitatem porcorum,nec etiam in ſuis poſitionibus,& in hoc dom.iudices conſiderent eorum calūniam,& verſutiam:tamen illi gabellarij in ſuis poſitionibus ponunt in ſecunda poſitione, quòd dicti affidatores affidarunt, & immiſerunt in dictam ſyluam in totum duo millia centum ſexaignta porcorum: reſpondentes poſitioni prædictæ, dicunt,non credere:poſtea in quinta poſitione dicitur, quòd dicti affidatores ſoluerunt pro parte fidæ dictorū porcorum dictis gabellarijs ducatos.95.qui reſpondēdo dictæ poſitioni,credunt. & ſic videtur aperto ore cōfiteri dictos porcos,habent ergo fundatā intentionē ſuam dicti gabellarij de dictis duobus millibus porcis per confeſſionem ipſorum affidantiū:& eſt ſummopere ponderandum iſtud: quia videntur eſſe cōtradictores: qa primo negant,deinde confitent̄,quo caſu non eſſent audiendi.l.1.C.de fur.c.ſollicitudinem.de appella.& ideo dixit Ange.† quòd exceptio, ꝙ quis eſt contrarius ſibi,impedit litis ingreſſum: & ſic fundata eſt intētio illorum gabellariorū ex proprio teſtimonio ipſorum affidantium: eſt enim confeſſio propriū teſtimonium cōfitentis: vt c.per tuas. de probat.l.gn̄aliter. C.de non num.pe. nullum eſt enim maius mentis noſtræ teſtimoniū,quàm qualitas inſpecta verborum. Ita dixit Caſſiodorus, quem refert Bal.in rub.extra,de teſti.iſtud ſufficit ad fundamentum intentionis ipſorum, multo fortius eſt fundata intētio ex ſcriptura publici libri dicti caſtri Politiani,& ex teſtibus inde productis:quia quę non ꝑſunt ſingula,multa iuuant:vt dixit glo.in c.cum cauſam.de probat.& in c.accedens. el 2.vt lit.non conteſta.& in c.cum dil ectus,de ſucceſ.ab inteſta.& in l.2.§.1.de excu.tu.& in l.inſtrā.C.de proba.coniunctis enim iſtis adinuicem reſultat plena probatio: maximè cum illa rn̄ſio ad dictam poſitionem ſit acceptata,quo caſu non pōt reuocari, vt pulchrè dixit Bal. in l.Gallus.§.idem credēdū. ff.de libe.& poſth.& ad hoc allegat in ar.l.ſicut.C.de act.& obl.voluit Sal.in l.iubemus. C.de lib.cau.& in l.1.C.de confeſſ.& in l.gn̄aliter.C.de non nu.pe.eoq; magis ſi redacta fuit in ſcriptis: vt voluit gl.quæ reputatur ſing.in l.rura. C.de oī agro deſer.lib.11. ¶Præmitto ēt, ꝙ probata eſt intētio gabellariorū de ſoluēdis viginti ſolidis ꝓ porco:& ſic de viginti florenis pro centena. flore.vt ex teſtibus ꝓductis apparet: & licet variēt in verbis: tn̄ non variant in ſubſtantia : qa licet aliq dicant de viginti ſolidis ꝓ porco, & aliq de viginti florenis ꝓ cētenario flor.tn̄ idem important, quo caſu teſtes ꝓbant,qa ad eundē rei finē ꝯferunt, vt dixit ſing.text. in l.q ſn̄īam . C.de pęn.in ver.ad vnū rei finē ꝯferentes.ꝑ quem tex.multùm eleganter dixit Bal.in rubr.
2 de contro.inueſti.†ꝙ ſingularitas eſt duplex, quædā ꝯdictoria,& obſtitiua,& iſta non probat, de hac loquitur.l.ob carmen.§.fi.ff.de teſti.& c.nihilominus. 3.q.9.& l.teſtiū.C.de teſti.adeo ꝙ ſi quis haberet centū teſtes ſingulares ſingularitate ꝯdictoria , videret̄ nullū teſtē habere,qa vnus detrahit de fide alterius: adeo ꝙ non pōt deferri iurm̄ parti, iuxta diſpoſitionem.c.fi.de iureiurando.& l.admonendi.ff.eo.& de hac ſingularitate fuerunt puniti illi ſenes teſtes producti ꝯ celebrē fęminā Suſannam, de qua hr̄ per gl. in d.l.ob carmen.§.fin. Eſt quædā ſingularitas adminiculatiua,puta ꝓducit̄ teſtis d̄ veritate, & alij teſtes de confeſſione,talis ſingularitas dr̄ adminiculatiua, & ꝓbāt, de hoc dicit eſſe caſum ſing.in d.l.q ſn̄īam. & voluit idem Bald.in cōmento.l.de qbus.ff.de legi. & in l.1.C.de teſta.& in c.bonæ.el 1.de poſtula.pla. & idē dixit gl. valde elegans in c.dudum. de conuer. coniug.& in c.cum eccleſia ſutrina.de cau.poſ.& ꝓprie.glo.in d.l.ob carmen.§.fi.ſicut enim in corpore humano ex mēbris multis ſibi inuicē cohęrentibus ſit perfectum corpus:vt l.rerū mixtura. ff.de vſuc.& in melodijs ex multis conſonantijs conſtat harmo-
3 nia,ſeu quædā eſſentia, † eſt enim eſſentia integritas quædam ex proprijs ſuis partibus conſtans, quæ & forma dr̄,cui nil eſt detrahendum:vt ff.ad legem falcidiam.l.is q quadringenta.§.quædā.ſicut & in muſicis eſt reperire tonum,& ſemitonum quæ cōcurrūt ad vnam conſonantiam, ita eſt in teſtibus ſingularibus tendentibus ad eandem cōcluſionem finalem, & habent caudas & ſimilitudines, ac conſonantias colligatas adinuicem:vt d.l.qui ſn̄īam, ex qua.l.dicebat Oldra.ꝙ teſtes ſingulares non probant,quando in diuerſum tendunt:ſed quando tendunt in eundē finem, ita ꝙ animus iudicis rectè informatur, tales teſtes non dicuntur ſingulares,nec diſcrepantes,ſed dicuntur contextuales, & conferentes,ſiue concurrentes ad eliciendum vnam debitam cōcluſionem, ita ſapienter dixit Bald.in c.cum cauſam.de prob.& facit,quod voluit idem Bald.in l.teſtiū. C.de teſti.& ideo dixit idem Bal.in d.l.de qbus.ꝙ vbi pōt capi ſenſus,vt teſtes non ſint ſingulares, capitur talis ſenſus, vt reducantur ad cōcordiam. & ideo dixit idem Bal.
4 in d.l.qui ſentētiam.ſufficit † inquit,vt teſtes ad vnū effectum concordent, vt non ſint ſingulares, allegat gl.in d.c.dudum.& qd̄ hr̄ in c.nihil.de verbo.ſign.& iſtud probatur ibi.& ibi D.Ant.colligit in primo notabili. dum tamen detur idem intentus, & eadem mens & ſubſtantia non diuerſificetur. licet enim teſtis,vel inſtrā plura de eodē facto cōfecta a diuerſis, ꝑ rem narrent in ſubſtantia, licet per diuerſa verba,ꝑ hoc non vitiatur eorum dictum, quaſi ſint ſingulares vel ꝯrij.idē intelligit D.Ant.ibi, verum eſſe,quando non referunt formaliter verba vt ab alio prolata, qui ſi recitent,exigitur,ꝙ concordent etiam in cortice verborum.& ita dicit ſe vidiſſe obtineri in contingentia facti, ſequitur ibi D.& ꝯſi. Abb.& voluit Bal. in l.cum antiquitas.C.de teſta.Cum ergo in caſu noſtro iſti teſtes non ſunt producti ad recitandum verba formalia, vt ab alio recitata , ergo non eſt opus, vt concordent in cortice verborum : ſufficit enim, ſi per diuerſa verba veniant ad eundem effectum.&
5 ideo dixit Bal.in l.1.C.de teſta. † ꝙ ſi vnus teſtis deponit de numeratiōe,& alius de ꝯfeſſione, nō ſunt ſingulares.facit, qd̄ voluit Pau.de Eleaza.in ſua qōne incip:

incip.contra instrumentum, quã refert Io. de Imo. in l.inter pares. de re iud.& facit, quod voluit Inno. in c.qualiter & qñ. el 2.de accus.& quod voluit Iac. But.in l. Arriani.C.de hæret.& Cy.& Bald.in l.testiũ. C.de testi.vbi dicunt, ꝙ si testis dicit, ꝙ decimauit fabas, alius ꝙ decimauit frumentum, alius dicit, ꝙ decimauit ordeum, probatum est ius decimãdi. & idẽ si probetur commissa illicita vsura per actus particulares concludentes ad eundem finem, & idem si ꝓbet hrtica prauitas. ¶ Facit, quod voluit Bal.in l.j.C. q.ꝓ nu.tut.& facit, quod voluit Bal.in d.c.bonę.el 1. vnus testis, inquit, deponit de duobus solidis, alter testis deponit de vigintiquatuor denarijs, decidit, ꝙ
6 si nõ sunt†interrogati de qualitate vocis, aliàs pecuniæ, probant: quia idem est vsus. Nam habetur, ꝙ si peterentur duo solidi, & sententia iudicis condemnaret in vigintiquatuor denarijs, sententia valeret. l. Titiæ. ff.de aur.& arg.lega. idem dicit esse in stipulatione ad interrogationem factam per vnum respondi potest per reliquum. l. quæ extrinsecus. ff.de verb. obl. si autem fuissent interrogati de qualitate vocis, puta quia fuissent interrogati per quæ verba, vel q. bus verbis vsi fuissent, & vnus diceret, ꝙ promisit vigintiquatuor denarios, & alius testis dicit, ꝙ dixerat duos solidos, isti essent singulares, & diuersitas vocis facit singularitatem; quia literæ vocales nõ sunt eodem modo compositæ: ita sapienter dixit Bal.in d.c. bonæ, el 1. facit, quod voluit idem Bal. in commẽto. l.data opera.C.q accus.nõ pos.& qđ voluit idẽ Bal. in l.actor.C.de ꝓb.& in l.vnica.C.de ꝯfes.& in l.pecuniæ.C.de solu.& in l.2.C.res inter alios acta. & in l.1. C.si vnus ex pluri.ap.& in l.1.C.de sent. quæ pro eo quod interest profer.& in l.2.C.de secun. tabul.& in l.2.C.de dona.ante nup.D.Ant.do.Abb.& alij in c.licet ex quadã.de testi.& in d.c.bonæ.el j.Io.de Imo.& alij in l.1.§.si stipulanti.ff.de verb.obl.Bar. Ange. Io. de Imo.in l.j.§.si qs neget.ff.quemad.testa.app.& sic stat firma & vera ꝯclusio, ꝙ dicti gabellarij hẽnt fundatã intẽtionem, ꝙ ꝓ quolibet porco essent soluẽdi viginti solidi, vel viginti floreni pro cẽtenario flore. Et etiam est aduertendũ: qa illa petitio, seu exceptio affidatorũ non ꝯtinet certam quantitatem, quò ca-
appositum in dispositione cum ministerio aliquid
operandi.¶ Et si quispiam opponat de eo, quod ha-
betur in text.valde sing.in l.fistulas. §. frumenta. ff.
27 de contrahen.emp.† vbi si aliquis recipiat in se peri
culum casus fortuiti, non videtur sentire de casu in-
solito & inaudito.& voluit Bartolus post alios in l.
sed & si quis.§.quæsitum. ff. si quis cau. & ideo mul-
tum egregiè dixit Bartolus in lege Seio. ff. de annu.
leg.iure, inquit, cauetur, ꝙ procurator potest facere
ea, quæ dominus facere consueuit, vt lege, vel vni-
uersorum. ff. de pignoratitia actione. & lege qui se-
misses.ff.de vsur. tamen intelligitur de eo, quod con
sueuit facere ordinariè : secus si extraordinariè. &
idem dicit ibi Bartolus, quòd si assumpsi in me ca-
sum fortuitum, intelligitur de casu communiter so
lito euenire, secus si de insolito, qui de mille vicibus
non consueuit euenire, nisi vna vice allegat dictam
legem, fistulas.§.frumenta. ita dixit Bartol. in dicta
lege, Seio.§.primo. Ad hoc respondeo, primò ille §.
frumenta.probat contrarium.& hoc sentit ibi Bart.
in secundo summario. dum dicit, quòd casus furtui
tus intelligitur inopinatus ex consuetudine non ob-
ueniens. item istud sentit Angel.in dicta lege. sed &
si quis.§.quæsitum. ff.si quis cau. & allegat dictum
§.frumenta. & licet dominus Antonius in dicto ca-
pitul. primo. de commo.dicat dictum §. frumenta.
probare contrarium, & iudicio meo, rectè loquitur
ex eo quia ibi dicitur. venditor se obligauit, si aliqd
vi, vel tempestate acciperet, postea dicitur, si immo
deratę niues corruperunt frumenta, poterit emptor
agere ad interesse:& sic illa verba, vi, vel tempestate,
videntur comprehendere casum vltra solitam con-
tingentiam:ideo non est admiratione dignum, si cõ
prehenditur casus insolitus, & sic ille text.probat se-
cundùm summarium datum ibi a Bartolo, & pro-
bat dictum Angeli, & dictum Ioannis de Imola. er-
go non obstat huic consultationi.Item Barto. in di-
cta leg.Seio.§.primo.dicit, quòd non intelligitur de
eo, quòd extraordinariè dominus facere consuene-
rat:sed est opus, quòd exprimatur. Sed in casu no-
stro est iam expressum, quòd intelligatur de oneri-
bus ordinarijs, ergo sequitur, quòd comprehendũ
tur extraordinaria insolita. Item in casu nostro ap-
ponuntur illa verba, alijs quibuscunque, quæ sunt
ampliatiua ad maiora expressis, ergo &c. Item iste
non videtur casus insolitus: quia huiusmodi onera
extraordinaria imposita, nec sunt inaudita, nec sũt
insolita, ergo comprehenduntur in illa exemptione
& multofortius propter illa verba ampliatiua, vt est
dictum, quo casu videtur cogitatum in genere, & in
specie de oneribus ordinarijs, & extraordinarijs, &
quibuscunque alijs.& sic non potest dici munus es-
se inopinatum.¶ Et si quispiam opponat, vt iam op
ponitur.de l.rem priuatam.C.de priui. domus Au-
gust.libro 11. quòd prædia principis nõ excusantur
ab innouatione ductionis specierum insolita, quæ
aliàs non aggrauarentur:& hoc ideo ne alleuientur
alij ab hoc munere longinquitatis superuenientis.
Respondeo, quòd ille textus intelligitur de prædijs
ipsius Imperatoris sitis in prouincia, hoc decidit tex
tus in verbo ꝓuincialium. & sic non intelligitur de
ꝑdij, sitis in Italia; quia illa nõ tenent ad tale onus:
vt l.oẽs.C.sine cẽsu vel reliquis.est enim Italia prin-
ceps Prouinciarũ, iuxta illud sic̃e. ꝙ dixit Hieremias
in suis Lamentationibus. princeps (inquit) prouin-
ciarũ facta est sub tributo: sed nos sumus in prædijs
Italicis. ergo &c. Itẽ illud verũ nisi talia essent exem-
pta a talibus muneribus : quia tunc nõ tenerent ad
tales tassas:ita limita illum text. & similes: sed in ca-
su nostro sunt exempta & immunia talia loca, vt est
dictum: quia ex priuilegijs Romanorum Pontificũ
sunt exempta ab omnibus oneribus ꝑsonalibus, or-
dinarijs, & extraordinarijs, & ab alijs quibuscunque
vt est dictum:& sic non obstat.d.l.rem priuatam.stã
dum est enim priuilegio.c.tenor.de priui. & eodem
modo respondeo ad l.excepto.C. de priui. do. Aug.
li. 11. vbi dicitur, quòd nullus a superindicto excusa-
tur:quia ad hoc respondeo, quòd illud procedit re-
gulariter:sed non habet locum eo casu, quo per pri
uilegium esset exemptio, vel immunitas cõcessa ab
omnibus oneribus realibus, & personalibus, ordina
rijs, & extraordinarijs : vt fuit in casu nostro conces-
sum priuilegium.& plus etiam: quia fuit dictum &
ab alijs oneribus quibuscunque. & sic copulat ma-
iora expressis:& maximè quia est seruatum in casu
nostro.& etiam ita voluit illustris d. Dux, quod ob-
seruaretur: voluit enim, quòd exemptiones conces-
sæ a superioribus dicti loci seruarẽtur, vt apparet ex
decreto huius moderni Ducis, & idem apparet ex
sententia arbitramentali Ducis iam immediatè de-
functi.¶ Nec obstat, cũ opponitur, quod sunt mul-
ta genera munerum, vt voluit Bart.in commento.l.
j.C.de muli.& in quo lo.li. 10. Quia respõdeo, ꝙ ista
exemptio & immunitas fuit talis, quæ comprehen-
dit omnia genera munerm & onerum, vt apparet
ex tenore priuilegiorum: quia fit mentio de omni-
bus oneribus, realibus, & personalibus, ordinarijs, &
extraordinarijs, & alijs quibuscunque. ergo compre
henduntur indistinctè oĩa munera, & onera, qualia-
cunq; sint.l.a procuratore.C.man. c.solitę.de maio.
& obe.c.vt circa.de priui..c.si Romanorũ. 19.dist. &
multofortius : quia isti exempti nõ soluerunt aliqđ
onus, nec reale, nec patrimoniale, nec ordinarium,
nec extraordinarium. ergo seruandum est illud, qđ
est consuetum seruari, vt in allegatis superius. ¶ Et
si quispiã opponat, quòd in illa recognitione facta
per do. Marchiones in feudum de dictis locis a Do.
Duce non apponuntur illa verba, saluis eorum pri-
uilegijs, sed duntaxat dicatur. saluis iuribus, vtrum
compehendantur iura priuilegiata, & iura specia-
lia priuilegiorũ. istud ideo dico: quia in puncto mi-
hi non est ostensum instrumentum recognitionis
in feudum, & videtur mihi de iure aperto dicendũ
28 quòd sic, ꝙ † veniant iura specialia; & adduco tex.d.
c.licet causam.de proba. vbi si aliquis dicat rem spe
ctare ad se de iure, quod videtur petere illud, quod
sibi competit de iure speciali, & istud tenet ibi do.
Abb.& adduco.c.j.vt lit.pend.vbi idem probatur.&
idem voluit D.Ant.in c.quintauallis.de iureiu.& in
c.cum ad sedem.de rest.spo. & idem voluit d. Abb.
in c.cum venissent. de eo qui mit. in pos. & per con-
sequens si in d. recognitione feudi apponantur illa
verba, saluis iuribus competẽtibus dictis Marchio-
nibus, non solùm videntur ipsis reseruata ea, quæ
competunt de iure communi, sed etiam ea, quę cõ
petunt de iure speciali, & priuilegiatiuo:& adduco
tex.in c. Romana.§.cũ verò. vbi est text. iudicio meo
singularis quẽ ego solus põdero, & non alius in ver.
aut priuilegio, siue iure speciali. de app.libro sexto.
vbi illud, quod nobis competit ex priuilegio, dici-
tur competere de iure speciali : sed illud quod no-
bis competit de iure speciali, dicitur nobis compete
re de iure, vt decidit text. coniuncta sua gl.in c. 1. vt
lit. pen.

lit. penden. ergo sequitur necessariò, quòd videtur reseruasse sibi in d. recognitione dicta priuilegia.

¶Et si quispiā opponat de multis decretis & prouisionibus factis per obseruandæ secul. omnibus memoriæ inclitum Ducem Philippum Mariam, in quibus expresse disponit, ꝙ a pręstandis allogiamentis pro suis gentibus, & a præstādis tassis de dandis stra minibus, & similibus, ꝙ nemo sit exēpt⁹, aut immunis a talibus oneribus, quatuncūq; esset lata & pinguis talis exēptio aut immunitas, etiam si esset frater, aut filius, aut cōiunctissimus suę inclitę magnitudini, vt nullo modo sit exemptus a talib⁹ numeribus. Ad hoc rn̄deo, ꝙ huiusmodi decreta, si rectè pōderentur, non tollunt priuilegia sacrorum Romanorum Imperatorum collata dictis Marchionibus Palauicinis: quia inferior non tollit ius superioris. c. cum inferior. de maio. & obe. c. inferior. 23. distin. & scribitur apud celebrem Prophetam. 40. ca. nūquid glorificabitur securis contra dominum secantem. l. ille a quo. §. tempestiuū. ff. ad Trebelianum. l. nam magistratus. ff. de arbi. non erit maior seruus domino suo, nec Apostolus maior eo, qui me misit, vt dixit Dominica veritas, & vt magnanimus dixit Apostolus, seruus, aut stat domino, aut cadit. c. nimis. de iureiurando. Cum ergo inclitus Dux inferior sit sacris Imperatoribus, sequitur, quòd non potuit derogare priuilegijs præfatis, ergo non obstant talia decreta dictis priuilegijs: & etiam facit; quia nō videt mens dicti do. Ducis facere in genere illud, quod in specie facere non poterat: vt voluit Hosti. in c. tua. de deci. per illum textum, quem ibi sequitur dominus Antonius, & probatur in capitu. fina. de immunitate ecclesiæ. libr. 6. ergo talia decreta & prouisiones non comprehendunt priuilegia dictorum Marchionum de Palauicinis. item facit ad prædicta: quia p̄fatus magnifi. Rolandus dictas possessiones, quas donauit, aut cessit suis famulis & seruitoribus, illud fecit, eos remunerādo de laboribus, & seruitijs p eos impensis. D. Ma. Rolan.
29 † & sic est donatio remuneratoria, quo casu videtur nō posse diminui, nec reuocari, ideo dicimus, ꝙ bona delata in fiscū nō possunt alienari, tamen propter remunerationem possunt alienari. l. diuus. ff. de bonis damnatorum. facit qđ voluit Gulielmus de Cuneo, & Bartolus in l. prima. in princip. ff. de iustitia & iure. Bart. in l. progrāma. C. comi. epistolas. Bartol. in l. illud. C. de canon. largi. libro 10. & in l. prima. C. de modo præbend. salar. libro decimo. facit l. cum nauarchorū. C. de nauicula. lib. decimo vbi propter remunerationem potest remitti onus soluendi gabellam. facit l. 2. §. postea. ff. de origine iu. & in l. nō omnis. §. si. ff. de re mili. vbi quis remuneratur propter facinus vtile reipublicæ. ergo eodē modo dicemus, ꝙ potuerūt remunerari isti tres propter seruitia impensa principi dictorum locorum, vt fuit dictus magnificus Rolandus. facit glos. in authentica, vnde si parens, C. de inofficio. testamēto. & in l. si donatione. C. de colla. vbi valet donatio remuneratoria, & non potest reuocari per illū titu. facit text. valde singularis in l. si pater. §. j. ff. de dona. vbi non reuocatur donatio remuneratoria propter ingratitudinem. facit l. Aquilius Regulus. ff. de donatio. & authentic. eo decursum. C. de dona. ante nup. & l. finali. circa princi. cum gloss. C. de iure dotium. vbi donatio remuneratoria non insinuatur. ideo multū singulariter dixit Baldus. in l. si vnquam. C. de reuocand. donationibus, quòd licet natiuitate filiorum reuocetur donatio, tn̄ nō reuocatur, si est remuneratoria. facit tex. valde singularis. in l. metum. §. sed licet. ff. qđ metus causa. vbi donatio remuneratoria non reuocatur actione qđ metus causa. facit c. quicunque suffragio. & c. ecclesiasticis. duodecima quæstione secunda. & c. per tuas. de dona. vbi bona ecclesiæ possūt alienari pp̄ remunerationē. & iō dixit Bal. in l. sed si lege. §. consuluit, ff. de petitione hæredita.
30 † ꝙ donatio remuneratoria est quædam permutatio. cū ergo propter remunerationem dicta donatio fuerit facta dictis famulis & seruitoribus magnifici Rolandi, ergo non debet diminui soluēdo onera realia, ordinaria, aut extraordinaria. Item facit, quod dicti famuli & seruitores dicti Rolandi emerūt dictas possessiones, fundos, & loca cariori precio, ex quo illa erāt exempta ab illis oneribus: ideo sequitur, ꝙ nō debēt duplici onere grauari dicti emptores & dicti famuli: nemo
31 † enim dēt ꝯteri duplici onere. ita elegāter dixit Bal. in capitu. capitulum sanctę Crucis. de rescriptis. vbi dicit, ꝙ non debet quis pro eadem re bis grauari. allegat glossam vltimam in l. prima. C. de mulie. & in quo loco. libro 12. simile dicimus in dicto capitu. capitulum. ꝙ Papa non intelligitur grauare ecclesiā de duobus, sicut dicim⁹ in simili de. l. planè. §. si duobus. & in l. quocūque. §. qui Caium. ff. de legatis primo. & l. Titia. §. qui in vita. ff. de legatis secundo. & ideo Baldus in dicto cap. capitulum. dicit, nota illā glossam in l. prima. ad dacia & collectas, quæ quotidie imponūtur. facit simile, qđ dicimus, ꝙ nemo debet conteri duplici pęna. capi. atsi clerici. §. de adul. ad finem. de iudic. & l. senatus censuit. ff. de accusa. Item nō debet addi afflictio afflicto. l. diuus. ff. de officio præsid. capit. cum percussio. septima quęstione prima. l. omnes. §. pręterea. C. de episcopis & cleric. l. tam dementis. C. de episcopa. audien. Item nō debuerunt decipi sub iusto clypeo magnifici domini Rolandi. ¶Et si quispiā opponat, ꝙ ecclesiæ tenētur ad refectionem pontium, viarum, & murorum, vt l. ad instructionem. C. de sacrosanctis ecclesijs. ergo multofortius tenebuntur laici. Respondeo, ꝙ dom. Marchiones de Palauicinis non tenentur ad onera aliqua realia ordinaria, nec extraordinaria, ergo nō tenētur ad pōtes, nec vias, nec ædificare muros, nec salizare plateas. Modò si ipsi vendunt, vel donāt res suas causa remuneradi eos, qui ipsis Marchionibus seruierunt, & disponunt, ꝙ non teneantur ad onera aliqua, nec realia, nec personalia, ordinaria, nec extraordinaria, sicut non tenebātur dicti Marchiones ad aliqua onera pro dictis rebus, & ita & eodē modo voluerunt & disposuerūt illustrissi. do. Duces, vt apparet in sententia arbitramentali: vt apparet in literis patētibus ipsius do. Ducis moderni, quo casu faciunt ius: vt l. singul. dixit Ange. in l. item veniunt. §. certarum. ff. de petitio. hęredit. vbi colligit ex illo
32 tex. † ꝙ litera transmissa per principem debet obseruari pro lege in oībus casibus, idē dicit esse in eo, ꝗ habet potentiā. l. cōdēdæ, & dicit viguisse tunc tēporis de facto apud Triuisium fuit directa quædam epistola potestati Triuisino per Ducem Venetorū eo tempore, quo illa ciuitas per Venetos regebatur, quęrebatur, vtrum faceret ius nō solùm in illa causa, sed in omnibus casibus similibus, & decidit ꝙ sic si haberet potestatem. l. condendę. & de hoc dicit esse casum in l. j. ff. de constitu. princi. & sic apparet, ꝙ dicta litera ducalis facit ius, in qua reseruat priuilegium exēptionis per Marchiones Palauicinos: ergo sequitur, ꝙ videntur exempti isti emptores, ita vt in priuilegijs cōcessis per sacros Imperatores illis Marchionibus Palauicinis, qualiacunque sint talia munera siue ordinaria, siue extraordinaria, vt plenissimè superius dixi, cum talis exemptio indulta fuerit ad commodum ipsorum Marchionum. potuerunt ergo eximere, quos voluerunt ab oneribus ordinarijs, & extraordinarijs, p rebus donatis, aut collatis, aut concessis, aut alienatis. Andreas Barb.

EPITOME.

¶ Bannitus ex forma legis municipalis ab optimatibus editæ & a Pontif. Romano confirmatæ, et ex certa scientia & clausulis statuto derogantibus, non restituitur ab iisdem, qui dispensare non possunt.

SVMMARIVM.

Clausula ex certa scientia operatur idem, quod plenitudo potestatis. nume. 1. si modò certa scientia habeat sua essentialia. nu. 28.

Eam autē apponere cautela est. n. 4. & de ea sola expressione in literis fit fides. n. 5. & de eius essētia est causæ cognitio, q̄ debet præcedere dispēsationē. nu. 6. at de causæ cognitione est, vt pars citetur, cuius pōt interesse. n. 10. requiritur aūt maximè in inferioribus ab imperatore rescrip. nu. 20.

Banni cancellatio est adeo exosa vt bānitum maior pars vniuersitatis non possit reuocare aliquo discrepante. nume. 12. & quare. nu. 13.

Principis rescriptum ex certa scientia non valet contra legem & ius personarum singularium nisi apposita clausula non obstante. nu. 17.

Sed neq; vbi clausula interuenit, si pars non fuit audita, & nō fuit contradictio. n. 26.

Rescriptum derogatorium debet constitutionis, cui derogat, specialiter meminisse. nu. 30.

Princeps rescribens contra proprium statutum ex certa scientia siue forma statuto præscripta est, siue factum damnatum, clausula, non obstante opus est. nu. 31.

Statutum a Papa confirmatum papale effectum est. nu. 33. ita vt illius auctores interpretari, nedum tollere, aut reuocare non possint, neque gratiam facere. nu. 34.

CONSILIVM XXVII.

FActi Contingentia, & statuto huius splendidæ, & decreto vrbis, seu gratia, aut concessione, indulto p̄ regimina accuratè pōderatis mihi vr̄ dicēdū, q̄ huiusmodi cācellatio bāni sit nullius efficaciæ, & q̄ remāserint in bāno, ita vt erāt, q̄ demōstro ad oculum hoc modo. ¶ Et præmitto pro potissimo fundamento:
1 † q̄ licet clausula ex certa sciētia, operetur illud idē, qd̄ operatur plenitudo potestatis, ita sing. dixit Bald. in l. eos. in princi. C. de app. & singu. dixit idem Bald. in versi. si quis autem. ibi non admittemus, q̄ nō debet audiri contra illud q̄ facit princeps ex certa sciētia, imo debet repelli, & imponi ei perpetuum silentium. nam dicit lex, quis tantæ superbiæ fastigio tumidus est, vt regalē sensū regat. l. fi. C. de leg. & facit, qd̄ habetur in l. quidam consulebant. ff. de re iudi. & qd̄ habetur in l. itē Vlpianus. ff. de excu. tu. & egregiè dixit Bald. in l. imperialem. §. miles. C. de nupt. per illum text.
2 † quòd si Papa sciens aliquem spurium, facit illū episcopū, videtur eū legitimare, & restituere natalibus, vt deinceps succedat tanquam dignus, & ei succedatur tanquam legitimo, & si princeps concedit alicui dignitatm, quē scit esse infamē, videtur
3 abstergere sibi oēm maculā, &† habetur acsi nūquā fuisset infamis: & si princeps assumit in suo cōsilio aliquē infamem, eoipso videtur restitutus famæ, & ibi dixit Bar. illum tex. fore valde notandum, q̄ princeps dando dignitatem videtur dispensare cum omni infamia, & remittit ad no. per se in l. Barbarius. ff. de off. prętο. & idem videtur voluisse Ang. in l. quidā consulebāt. ff. de re iud. & idē dicit esse in aliquo inferiori a principe, dūmodo habeat potestatē dispēsandi, alleg. qd̄ no. in c. j. de ætate. & quali. li. 6. & l. rogatus. ff. de manu. vind. & Spe. ī ti. 2. §. antepe. ver. dicāt & adduco, qd̄ voluit Bal. in l. eā q̄. C. de fideic. vbi dicit, quòd si Comes Sabaudiæ cōcessit feudū tibi, & filijs tuis p̄creatis, & procreandis, & sciebat me non hr̄e nisi filios bastardos, quòd videtur habilitasse illos filios bastardos ad succedendum in feudo: q̄a ex sciētia augetur effectus, qui ex ignorantia deficeret. lege, si quis ita. ff. de test. tut. & sic limitat cap. nāles. in ti. si de feud. fue. controuer. Et adduco, qd̄ voluit idem Bal. in c. j. in ti. per quos fiat inuestitura. vbi refert, quòd de facto Papa habens quendam infantulum in manibus sibi cōtulit quoddam beneficiū, q̄ nō poterat obtinere, nisi cū dispēsatione, decidit, q̄ si erat expressū in literis de illa certa sciētia, præsumitur dispensare: & idem voluit idem Bal. in l. impetrata. C. sen. rescin. non pos. & adduco. c. pręterea. cōiuncta gl. de testi. cogen. vt ibi no. Hostiens. idem voluit gl. in c. qui in aliquo. 50. dist. quæ facit differētiā inter publicum & occultum, vt cum occulto non videatur dispensatum. & facit tex. in l. Barbarius. ff. de offi. Prętο. & quod voluit Bal. in l. bonorū. C. qui ad-
4 mit. ad bo. poss. vbi dicit† q̄ quando princeps dispensat, cautela est, q̄ apponat ex certa scientia. allegat no. in l. quidam consulebant. dicit tamē, q̄ temerarium factum iudicis non habetur pro dispēsatione,
5 allegat Inn. in c. veniens. de filijs presby. de† clausula autem certæ scientiæ dicitur constare, si exprimat in literis, vt voluit glo. in c. statutum. in ver. literarū. de rescr. lib. 6. & etiam si non exprimatur expressè in literis, sufficit q̄ exprimatur aliquid, propter qd̄ cōprehēdamus superiorem certam scientiam habuisse. Ista est glos. quæ reputatur singu. in cle. & si principalis. de rescrip. de qua facit cōmemorationē Bal. in l. eos. in prin. C. de appel. & adduco, qd̄ voluit Bar. in d. l. quidam consulebant. & in l. 2. C. si seruus aut li. ad decu. aspi. lib. 10. ¶ Cum ergo in casu isto superiores poterant circa istum bannitū & rebellē primi gradus dispēsare, & ex certa sciētia dispensarunt, & cācellarunt eundē de banno, videtur, q̄ teneat talis dispensatio, cum expresserint se ex certa scientia facere, apponendo clausulas derogatorias. Sed nihilo minus dico, q̄ talis clausula ex certa scientia nihil
6 operatur, q̄ sic demonstro: † vbicūq; superior super dispensatione præmisit causæ cognitionē; tunc videtur dispēsare, vbi autem non præmisit causæ cognitionē, tunc non videt dispēsare. ista est not. doctr. Io. An. in c. fraternitatē. de scismat. quā declarat Ioā. de Imo, in l. quidam consulebant. ff. de re iu. vbi dicit, q̄ si superior non facit ex certa sciētia, tunc non videtur dispēsare, per id q̄ habetur in c. nihil. de electio. & in l. 2. C. si seruus aut lib. ad de decur. aspir. li. 10. Si autem facit ex certa scientia, tunc aut non præmisit causæ cognitionem, & tunc non videtur dispensasse, & ita dicit posse intelligi d. c. nihil. Aut præmisit causæ cognitionē, & ex certa scientia facit, & tunc bene vr̄ dispēsare. & sic stat in hac cōclusione, q̄ tūc clausula, ex certa sciētia, operatur effectū, quādo superior pręmisit causę cognitionem, & dicit, ex certa scientia facere. & pro hoc facit; q̄a in dispēsatione re-
7 quiritur causæ cognitio: est. n. † dispēsatio iuris cōis relaxatio cum causæ cognitione facta ab eo, qui habet potestatem dispensandi. ita dixit glos. singu. in §. nisi rigor. j. q. 7. ideo si non præcederet causæ cognitio, dicitur facta ex abrupto, quo casu non valeret. arg. c. tū ex literis. de in integ. rest. & qd̄ voluit Bar. in l. prolatā. C. de sen. & interloc. om. iud. & qd̄ hr̄ in c. ponderet. 50. di. & quod ibi voluit Dominicus. & iō
8 dixit do. Ant. in c. si pro debilitate. de off. dele. † quòd nō valet sn̄ia lata ex cōsilio p̄cipitato & quod voluit Bal. in l. captatorias. C. de test. mil. & Bar. in cōl. inci. constitutione Camerinensis Episcopi. & sic stat cōclusio vera, q̄ clausula ex certa scientia operatur cancellationem, quando fuit præmissa causæ cognitio. & ad hoc adduco egregiā gl. in c. pastoralis. §. pterea,

rea,de offi.deleg. vbi dicitur, ꝙ Papa tunc dicitur ex certa scientia facere, si in literis sit mētio de processu & appellatione interposita.idē dicit ibi Io.& Vin. si contradicente aduersario est apposita,clausula,ex certa scientia.& ibi dicit Hosti.certam sciētiā exprimi in rescripto Papæ,quando in eo nihil tacetur,qđ illud reddat surreptitium:vnde dicitur committere ex certa scientia, qñ Papa fuit certificatus de omnibus, quæ potuissent eum mouere ad concessionem
9 denegandam.& ideo dixit do.Abb.in d.§.ꝑterea.† ꝙ de qualibet notabili clausula apposita in primis literis debet fieri mentio in secundis, aliàs non videtur Papa rescribere ex certa sciētia:sed per ignorantiā,& subreptionem, allegat not.in c.cū dilecta.& c. cæterū.de rescri.& in c.inter monasteriū.de re iudi. & idem voluit Io.An.post Hostien.in c. præterea.ꝑ alle.datur modo pręcipuum lumen ad omnia dicta doctorū, & ad omnia iura loquētia de clausula , ex certa scientia,vt intelligantur, quādo præcessit causę cognitio,& fuerūt narrata principi scribēti,ex certa scientia,omnia illa,quæ non expressa redderent, rescriptū subreptitiū,aliàs nihil operatur.Et si bene recordor,iā sunt ann.22.ꝙ dic.Nicolaus Papa rescripsit contra quosdam Comites Placentinos ad instātiam nobilium de la Sala Ferrariensium,cum clausula ex certa scientia,& tamen non fuerant narrata sibi ea ex quibus rescri. reddebatur subreptitiū,nec apposita fuerat illa clausula, citata parte , & de negotio cognito:ego cōsului illam bullam esse subreptitiā,& nullius esse momenti,licet(vt audiui) multi curiales tunc temporis egrè & molestè ferrent, ꝙ bulla Papæ ita reuocaretur;tñ ita fuit obtentum: & sic apposui hanc practicam in Italia:& etiā in pluribus partibus mundi,vbi requisitus ita cōsului.& ita sunt intelligenda pręfata iura,& dicta doctorum,de qua doctrina refero vberes gratias deo.¶Modo cla
10 rum est † ꝙ de causæ cognitione est, vt citetur pars, de cuius præiudicio agitur,vt l.de vnoquoq;.ff.de re iud.l.nā ita diuus.ff.de adop.c.j.de cā pos.& proprie. de quo textu,inquantum dicit,aliquid.facit festum Pet.de Ancha.in suis consilijs.debuit ergo hæc cancellatio fieri causa cognita,vocatis his, de quorum præiudicio agebatur,ꝙ occisi fuerunt parentes, aut genitores ad faciendam pacem,vt disponit statutū, nec in dicta gratia aut concessione fit mētio de his, de quorum pręiudicio agebatur;quia non fuit petita pax ab eis,nec obtēta: vnde in quacunque dispositione intelligitur esse saluum ius tertio: vt est text. in c.super eo.de offic.deleg.per quem tex.refert Do.
11 Ant.in c.vt debitus.de ap.se pronuntiasse Perusij, vt stante statuto † ꝙ non posset appellari a sentētia lata de consilio sapientis,ꝙ intelligitur quoad ipsos litigantes,non autem quoad tertium.& pulchrè dixit Bar.in l.j.§.j.ff.a quibus app.non licet. ꝙ vbi statutū remouet appellationem, ꝙ nō remouet quoad tertium:nec est verisimile,ꝙ regimina concessissent talem cancellationem,si fuisset eis narratū, ꝙ nō erat habita pax ab hæredibus offensi,vnde dixit text.valde sing.in c. postulasti.de rescr.in ver.de leui nō scribimus.quòd gratia redditur surreptitia,si tacetur illud, propter quod Papa non ita de leui cōcessisset; quia omissio causæ impulsiuæ vitiat gratiam: vnde in proposito nostro posito,non tñ concesso , ꝙ regimina concessissent istam cancellationem, posito ꝙ fuisset eis narratum, ꝙ non habuit pacem cum hæredibus offensi:non tñ ita de facili concessissent huiusmodi cancellationem . ergo talis defectus reddit hanc concessionem, vel cācellationem surreptitiā,
12 & nullius momenti:maximè cum † cācellatio banni sit adeo iuri exosa, ꝙ glo.& Io.And.& cōiter scribentes in c.cum omnes.de consti.ꝙ si illi de vniuersitate volunt cancellare vnūm de banno, ꝙ nō possunt, nisi omnes consentiant nemine discrepante , ꝑ quo dicto allego tex.valde sing.in auth.de defens. ciui.§.fi.in ver.cuncta ciuitas reluctante nemine elegerit,quem tex.reputat sing.Ang.in l.iurisgentium. §.fi.ff.de pac.vnde vnus solus de sexdecim potuit impedire cancellationem hanc. & ideo si potest cōstare, ꝙ vnam fabam nigram habuisset ille cācellatus, non valuit sua cancellatio. & ideo dixit Bal.in l.2.C.
13 de auct.præst. † ꝙ si maior pars vellet facere ꝯ illud, quod est concorditer ordinatum ab omnibus,ꝙ nō posset.ad hoc allegat,quod not.in d.c.cum omnes. dicit etiam ibi Bal. ꝙ si maior pars vellet facere aliquid iuri ꝯrium,ꝙ non posset,allegat Inno.in c.humilis.de maio.& obe.¶Apparet ergo ex istis,ꝙ non potest maior pars extrahere bannitum de bāno,nisi nemine discrepante,& seruata dispositione statuti. iuxta illud,quod voluit Bald.in l.2.ff.ad Sill.& facit, quod bellissimè voluit Bal. in l.venia.C.in ius vocā.
14 in vlt.notabili. vbi dicit † ꝙ qñ ecclesia Romana cōponit de delictis,ꝙ non intelligitur cōponere de pœnis,& iuribus singularium personarum, nec potest hoc licitè fieri in præiudiciū singularis personæ, cui est ius quæsitum,& dicit esse notabilem tex.& gl.ibi ad hoc,allegat.l.fi.ff.de pac.& hoc etiam voluit Bar. in d.l.venia.& idem voluit Bal.in l.quicunque.C.de
15 seru.fugit.ad fi.vbi est gl.dicens † facilius remittitur ius fisci, quàm ius priuatorū & ad hoc allegat text. cum gl.d.l.venia.& subdit ibi Bal. ꝙ compositiones dominorum non officiunt iuribus subditorum , secus si sunt compositiones vniuersorum , allegat.c. in nostra. de iniur.dicit tñ, hoc posse fieri per generale statutum populi, vel per ducem belli, cui sit ab vniuersis cōmissum.l.legitima.ff.de pac.& adduco, quod voluit idem Bald. in l.post decisionē.C.de fur. vbi quærit, an damna illata in genere singularibus personis possint remitti per ciuitatē, & allegat not. in d.l.venia.& sic concludit,ꝙ non,ex quo sequitur, ꝙ non potuerunt dñi Sexdecim tollere ius pacis cōsequendæ ab offensis,vel eorum hæredibus per prędicta,nec etiam voluerunt tollere,quia non fuit narratum eis ꝙ pacem non habuerat. ¶Et si quispiam mihi dixerit, amice, in casu isto vltra clausulam ex certa nostra sciētia,etiam apponitur clausula derogatoria & plena & pinguis:quia dicitur,non obstante,ꝙ non interuenissent solennia,vel substātialia de iure,vel ex dispositione statutorum, seu prouisionū quomodolibet requisita,& etiam ex certa scientia , supplētes omnes defectus, qui circa prædicta interuenissent,non obstantibus in prædictis legibus , seu iuribus cōibus,seu ꝓuisionibus, statutis municipalibus , de quibus habenda esset mentio specialis vel expressa, quibus ex certa scientia specialiter derogamus . ¶Ex quibus verbis vr̄ esse satisfactum iuri , vt sufficiat sublatum esse impedimentum dicti statuti, & plus etiam dr̄ in dicta gratia non obstante prohibitione:quia eius fuit tollere, cuius fuit condere . & sic licet statutum prædictum dicat, ꝙ non possit derogari huic statuto;tñ potuerunt regimina illud tollere : quia nullus potest imponere sibi legem,a qua non liceat recedere. vt l.si quis in prin.testamēti . de leg.3.l.omni nouatione.C.de sacrosan.& sic expressè videntur tollere illud statutum,ex quo de illo faciunt mentionem specificè.¶Et etiam plus dr̄ in dicta gratia, ꝙ ex certa scientia & cum magna deliberatione & causæ cognitione processit, ex quo tollūtur,quæ superius dixi,ꝙ clausula ex certa sciētia,tūc operatur suum effectum,qñ præcessit causæ cognitio:sed in casu isto interuenit causę cognitio cū examinatione & deliberatione magna : ergo sequit̃, ꝙ clausula ex certa sciētia operatur suum naturalem

effectum, & adduci posset illud, quod Bal. nostro ve
16 nit in ore in proœmio feudorū, vbi dicit † ꝙ princeps Romanus ex certa scientia omnia potest in temporalibus salua semper maiestate Imperij: & Papæ ēt in suis temporalibus: quædam tamen sunt, quæ nō decēt. vt no. in c. magnę. de voto. & in c. amouet. de renun. & subdit ibi Bal. ꝙ si princeps rescribit cōtra
17 ius legis personarum singularium, non † valet cōcessio etiam ex certa scientia: quia Imperator non vult eam valere, nisi apponatur in ea clausula non obstante tali lege, vel non obstante aliqua lege, quæ in contrarium loqueretur, etiam si de ea deberet fieri mentio specialis: vt not. in auth. quibus mo. nat. sui. §. finali. si autem rescribit contra ius legis duntaxat, puta quando Imperator concedit fiscalia, vel regalia, vt in c. inter dilectos, de fide instrumen. vel aliam gratiam facit, absque eo ꝙ conferat alicui aliquam rem suam, vel aliquod ius suum, in quo consistat notabile præiudicium secundùm qualitatem personarum, tunc certa scientia operatur idē, ꝙ clausula non obstante tali lege. l. item Vlpianus. ff. de excu. tuto. & sic Bal. videtur decidere istam dubitationē: quia licet hic rescribatur contra statutum municipale & contra ius singularium personarū: tamen ex quo apponit̄ clausula ex certa sciētia, supplēdo omnes defectus cum clausulis, de quibus est dictum superius, videtur, ꝙ perinde sit, acsi specialis & expressa mentio facta sit de illo statuto, maximè quia clausula ex certa sciētia, operatur illud, quod operatur plenitudo potestatis, vt superius dixi, allegādo Bald. in d. l. eos. in prin. C. de appel. & adduci posset, qđ voluit Feder. de Sen. consilio 470. incipien. Habita sup casu prædicto collatione. vbi cōsului, ꝙ licet vltima voluntas valeat non facta mentione de prima, sicut de duabus legibus contrarijs dicitur, vt no. in c. j. de consti. lib. 6. & in cap. vltima voluntas. 13. q. 2. tamen si in prima voluntate sunt verba derogatoria secūdæ voluntatis; tunc sequens voluntas non valebit, nisi apponatur, testatorem prioris voluntatis pęnituisse, vt l. si quis in princip. testa. de legatis 3. decidit ꝙ non sufficit apponere clausulam generalem reuocatoriam prioris volūtatis, sed sufficit talis, ꝑ quā videat̄ pęnituisse, nō solū de prima volūtate, sed đ tali prima sequētis volūtatis derogatoria allegat Arch. in d. c. vltima volūtas. & Spe. in ti. de instr. edi §. cōpēdiosè. vers. sed quid si in primo. & allegat, qđ habet̄ in c. 2. de dolo & ɔtu. c. 3. de confir. vtil. vel inuti. c. ex parte. el 2. de offi. deleg. l. sed & si quis. §. quęsitum. ff. si quis cau. c. qui ad agendum. de procurat. libr. 6. & qđ no. Arch. in c. ei cui. de præb. lib. 6. & hoc dicit intelligere esse verum, quando per generalē clausulā non constat de intentione protestātis: vt quia fuit nimis generalis, secus si diceret, cassans omnem voluntatem vltimam istius voluntatis derogatoriam, non obstantibus quibuscunque verbis derogatorijs in ea positis, etiam si de ipsius testamenti primi toto tenore in secunda sit facienda mentio specialis. ad hoc allegat, quod voluit Pau. in cle. j. de sepu. quo casu dicit Feder. quòd sufficit talis generalitas, licet illa verba derogatoria non nominētur, aliàs sequeretur absurdum, nam cum testator non recordetur interdum de verbis derogatorijs positis in primo testamento, si diceremus, ꝙ omnino specialis mentio & expressa deberet fieri de specialibus illis verbis derogatorijs, iam tolleretur potestas reuocādi primā voluntatem, quod nefas est sentire: quia nō potuit legem sibi imponere, a qua non liceret recedere, vt d. l. si quis in prin. testamenti. sicut dicimus de Papa
18 & principe † cū. n. secūdū priuilegiū nō tollat primū vt no. in c. veniēs. de præscri. in c. j. de rescrip. & 25. q. stione 2. in sūma. nisi in secūdo fiat mētio de primo & eius verbis derogatorijs, & cum priuilegia sint facti, & in facto consistant & per ɔñs posset Papa illa ignorare vt in c. j. de cōsti. li. 6. si diceremus quòd generalis derogatio priuilegiorum antecedētium nō sufficeret: qa indirectè tunc auferret̄ Papę potestas tollēdi & derogandi priuilegijs derogatorijs, quod nefas est sentire: imo dicimus, ꝙ per sufficiētia generalia derogatoria posita in lege, vel canone, vel decretali, vel alio priuilegio derogat̄ specialibus priuilegijs quantuncunque habētibus speciales clausulas derogatorias, vt patet in c. quia sæpe. de elect. libro sexto. c. vt officium. de hęred. eodem libro. c. j. de sentētia excommunicationis. eodem libro. & in extrauaganti Bonifacij. 8. incipien. rem non nouam.
19 & hac ratione dicimus † ꝙ literæ concessæ legatis de latere super exigendis & leuandis procurationibus suis habentes sufficientes derogatorias derogant oībus priuilegijs religionum quantuncunque speciales clausulas derogatorias habentibus, aliàs oporteret, Papam infinitorum priuilegiorū per orbē cōcessorum per se & per suos prædecessores tenores inserere in literis lgatorū, ꝙ esset absurdum dicere. Ita concludit Federicus de Senis in præfato suo cōsilio. & sic videtur ex hoc, ꝙ satis fuit satisfactum iuri, apponendo dictas clausulas derogatorias, aliàs sequeretur, ꝙ domini Sexdecim non potuissent venire contra legē, quam ediderunt, ꝙ est absurdū sentire secundùm hanc doctrinam Feder. Ad ista respōdeo, & primò ad illud, quod voluit Bald. in proœmio feudorum. Bald. loquitur in principe Romano & sic loquitur in Imperatore: sed nos loquimur in inferiori, quo casu doctores in clausula, ex certa sciē
20 tia, faciunt differētiam † quia in inferiori requiritur causę cognitio, & requiritur examinatio, & clausula ex certa scientia: vt dixit Io. de Imo. in d. l. qđā cōsulebant, vt supra dixi. Et ideo Bart. bellissimè in l. si diuina domus. C. de exacto. tribu. libr. 10. facit differentiam. vtrum constitutio edatur ab Imperatore, an edatur ab inferiori: vnde dicit stante lege Imperiali, ꝙ nō possit alienari immobilis res in nō subditum, ꝙ comprehenditur ecclesia, secus si esset statutū populi, vt ibi per eū. & istud voluit Richar. de Salic. in sua repetitione. l. 1. C. de sacrosanc. eccl. in fin. quā arbitror nepotem suū do. Barto. de Sali. non vidisse: ex eo quia nec de eo, nec de suis dictis nouissimis facit ibi aliquam mentionem. ¶ Et adduco, qđ voluit Bal. in l. placet. C. de sacrosanc. eccle. vbi dicit
21 † ꝙ lex Imperialis potest facere omnia prædia tributaria, sed statutū populi nō pōt, & allego elegans dictū Hosti. in c. fi. de solu. vbi ponit differētiā inter legē Imperialem & legē statutariam: qa si. l. Imperialis fauet ecclesijs, præsumitur esse confirmata a Papa, secus autem si esset statutū populi: qa tunc non ꝑsumeretur approbatum a Papa, etiam si esset fauorabile ecclesijs, & sic pręstat factū Imperatoris facto inferioris, vt in illo Terentiano, Dij immortales homo homini qđ præstat, stulto intelligens. Et qđ scripsit Arist. in primo de anima, differt hoc ab hoc, sicut perpetuū a corruptibili: maximè qa Imperator quicquid facit, dr̄ facere vt deus, in authē. de hære. & fal. in prin. in gl. & voluit Bal. in c. j. de no. for. fide. habet enim celeste arbitriū: vt dixit tex. in l. cūctos populos. C. de sum. tri. sunt enim in principe multa ꝑcipua, quæ non ɔgruūt inferiori, de quibus per Bal. in l. rescripta. C. de preci. impe. offe. & in ꝓœmio feudorum. & sic cum nos loquamur in inferiori, ergo &c.
22 ¶ Itē Bal. in l. fi. C. si ɔ̄ ius vel vtil. pub. quærit̄ † an valeat rescri. contra statutum, vel consuetudinē, dicit ꝙ non: quia censetur obreptū principi, nisi in rescripto fiat mētio specialis de illo statuto: qa sunt facti, & ea ꝑsumitur princeps ignorare. c. j. de const. lib. 6. ꝙ dicit

ꝙ dicit esse nō. quia per hoc multę concessiones infringent:& si dicatur, hic interuenit clausula, ex certa scientia: ergo rndeo, ꝙ licet interuenerit quoad verba, tamen re vera & effectualiter nō interuenit; quia non apparet, ꝙ fuerit citatus is, de cuius præiudicio agitur, nec apparet, ꝙ fuerit habita pax, nec ꝙ dispensantes habuerint considerationē aliquam ad pacem habendam ab hæredibus offensi, nec potest colligi ex aliquo verbo ipsius gratię: vnde nō dēt intelligi, ꝙ voluerint præiudicare iuri ipsius tertij. l. 2. §. merito. & §. si quis a principe. ff. ne qd in loco pub. l. cum auus. C. de man. lib. c. quanuis. de rescri. lib. 6. cum si. ¶ Quinimo si ponderetur. d. gratia, vñr concedentes habuisse duntaxat respectum ad illā prouisionem, vel statutum, inquantum prohibet, ꝙ non possit peti cancellatio bannitorum primi gradus rebellionis, hoc apparet ex verbis gratię, dum dr̄, etiā non obstante prohibitione: quia eius est tollere, cuius est cōdere, & iam prohibitio erat, ꝙ nullus posset petere, ꝙ cancellaret aliquis bannitus primi gradus rebellionis, & sic istud voluerunt tollere dispensantes: non enim habuerunt animum ad pacem habendam ab hæredibus offensi: quia quo ad illud nō habuerunt considerationem: & ideo limitata causa limitatum parit effectū. l. in agris. ff. de acq. rer. dom.

23 maximè † cū dispensatio sit stricti iuris: vt in c. j. & 2. de fil. presb. lib. 6. & ibi scribētes. ¶ Et si dicat̄, hmōi prouisio non tenet, ex eo quia non est gn̄alis, sed particularis: & est contra substātiale & essentiale ipsius

24 legis: quia † de esse legis est, ꝙ sit generalis: vt l. j. ff. de legi. est enim commune præceptū. l. toties. ff. de pollicita. l. si priuatus. ff. qui & a qui. l. Antiochensium. ff. de priui. cred. 4. di. §. erit autem lex generalis. Bart. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. ideo competit doli exceptio contra talem legem, vt est text. sing. in l. j. ff. de doli except. facit, quod voluit do. Abb. in c. j. de consti. vbi plenè dixi. Rn̄deo, ista sunt regularia, sed

25 fallunt: propter facinora alicuius: † vnde odio sui posset fieri lex specialis contra illum talem, vt habet in l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de cap. dimi. valuit ergo ista prouisio contra vnum: ergo multofortius cōtra certum genus facinorosum, vt fuerunt illi de Canetulo, & eorum sequaces. Item illud dictū Bal. inquantum voluit, ꝙ apponendo clausulam, ex certa scientia, cum clausula non obstante aliqua. l. contraria, de qua deberet fieri mentio specialis, inquantum loquitur, quando rescribit ꝯ ius legis, & singu-

26 lariū, vt re vera ipse loquitur: & debet intelligi † qn̄ interuenit præsentia, & contradictio illius singularis personæ: vt voluit gl. Ioan. And. do. Abb. & alij in d. c. pastoralis. §. præterea. & habet optimā rationem in se: quia ex quo agitur de præiudicio alterius, debet ille alter citari, vt contradicat, & doceat de iure suo: quia princeps nō potest, nec debet aliqd diffinire cōtra inauditam partem, vt in dicto capitulo j. de cau. pos. & proprie. ita procedat illud dictū Bald. sed non fuit sic in casu nostro: quia nō fuit citatus is, de cuius præiudicio agebat̄ ergo clausula, ex certa sciētia, cum illa clausula derogatoria, nihil operatur, quia cum nō teneat quoad principale, nec ēt tenet quoad clausulas contentas in eo, vt est gl. valde sing. in l. cum patronus. §. patronum. ff. si quid in fraudē patroni. vt dixit Hostien. & superius retuli in d. c. pa-

27 storalis. §. præterea: † quòd tunc dicitur Papa rescribere ex certa scientia, quādo fuit certificatus de omnibus, quæ potuissent eum mouere ad concessionē denegandam. Cum ergo in casu nostro non fuerit narratū dominis Sexdecim, ꝙ nō habuerat pacē ab heredibus offensi; qa denegassent hāc dispēsationē fieri, ergo clausula ex certa sciētia nihil operatur, ergo eodē modo redditur surreptitia omnis clausula ibi apposita: vt voluit gl. sing. in d. §. patronū. quam Bal. in suo consilio, Filia instituta. reputat esse aureā, & quod voluit idem Baldus. in l. si ex cautione. C. de non nu. pe. ¶ Et si dicatur, ꝙ in casu isto interuenit causæ cognitio, deliberatio magna, & examinatio, vt dicitur in dicta gratia. Respondeo non obstare ex eo: quia illa cognitio & examinatio in dicta dispensatione dr̄ interuenisse, quādo ille Philippus de Laude accepit cōfinia, ita colligitur in dicta gratia: & sic non dr̄, ꝙ interuenit in ista cancellatione, & sic limitata causa limitatum parit effectum, vt dicta lege, in agris. Item quia sunt verba enunciatiua, ideo nō disponunt, vt c. si Papa. de priuil. lib. 6. cum si. facit, qđ voluit Bar. in auth. si quis in aliquo documento. C. de eden. vbi dicit, quòd quando notarius in instrumēto dicit, præcedentibus tractatibus, ꝙ non statur assertioni notarij, vnde oportet aliter cōstare de ista cognitione. Itē quia nō habetur cognitio nisi parte requisita; quia merita causarū partium assertione panduntur, lege finali. C. si per vim vel alio modo, capitu. tum ex literis. de in integrum restitu. & sic dictum Baldi est de necessitate intelligendum, quando principi fuerūt omnia narrata, ex quibus potuisset moueri ad denegandam concessionem, etiam si concessisset, sed non sic de leui, vt d. c. postulasti. de rescr. vt iam dixi superius. Item Bal. loquitur de principe, quòd non est in casu nostro, & etiam princeps debet adhibere cognitionem, cum apponit clausulam, de certa scientia, vt habetur in d. c. pastoralis. §. præterea. Et adduco ad prædicta, quod voluit Archidiaconus in c. Cenomanensem. 57. distinctio. quem etiam sequitur ibi dominus Dominicus, quòd si in priuilegio dispensationis Papæ dicitur, supplentes omnes defectus, si quid interuenerint, de plenitudine potestatis nostræ, quæ tamen clausula hic nō interuenit: non enim apposuerunt clausulam, de plenitudine potestatis: sed dixerunt, ex certa sciētia supplentes omnes defectus, si qui interuenerint, & sic non sunt vsi plenitudine potestatis. † Si dicatur qđ 28 certa scientia operatur idem, quod operatur plenitudo potestatis, vt est dictum: Respōdeo, quòd procedit, quando clausula ex certa scientia habuit sua essentialia; quia vocato eo, cui præiudicatur, & narrata fuerunt omnia, per quę poterat denegari rescr.

29 & plus dico, quòd † princeps non debet vti plenitudine potestatis, nisi ex causa, ergo non potuerunt ēt vti clausula sapiēte plenitudinē potestatis, ita sing. dixit Inn. in d. c. Cenomanensem, quòd illa plenitudo potestatis non supplet defectus personę: quia debent tales defectus specificari, nec aliàs super eis intelligitur dispensatum, argu. l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautionibus. & c. ex parte, de offi. delegati. & etiam intelligitur de defectibus, quos exprimit, si possit ille superior, qui apponit clausulam de plenitudine potestatis dispensare, si autem non posset, tunc nihil operatur talis clausula. & refert Dominus de Rota dicere in suis cōclusionibus. 619. quòd si Legatus de latere dimembrat vnam ecclesiam, & Papa postea confirmat illam dimembrationem, & apponit clausulam, de plenitudine potestatis, supplentes si quos defectus &c. quòd talis clausula non firmat talem dimembrationē ex defectu potestatis legati, & ad sic dicendum mouetur per id, qđ voluit Inn. in c. j. de trans. Modo in proposito nostro, nō est apposita illa clā, & si fuisset apposita, non est apposita a principe, sed ab inferiore, & iste cancellatus de banno rebellionis patiebat̄ defectum personę: quia erat rebellis in primo gradu, & non poterat cācellari non habita pace ab hr̄dibus offensi, quæ debebat probari per publicum instr̄m, nec potuit tolli talis defectus ad præiudicium tertij: vt voluit gloss. in d. l.

venia.C.de in ius vocand.& Bald.in plerisq; locis allegatis a me superius. ergo sequitur, quòd talis clausula, supplentes omnes defectus, si qui interuenit, nihil operatur quoad tales defectus: multominus cũ talis plenitudo potestatis non sit apposita a principe, sed ab inferiori:& est ratio, quia etiam motus ꝓprius non inducit dispensationem defectus personę supplicantis, vt est glos.singul. in clemen. si Romanus Pontifex.de præben.& ita voluit Ludo. Roma. notabili 401.& facit, qđ scribitur per oẽs. in c. inter dilectos. de fide instru. & ex istis remanet declarata & sublata illa doctrina Baldi.in prooemio feudo. inquantum loquitur de clausula ex certa scientia, cũ derogatione statuti, si requirit speciale & expressã mẽtionẽ: vñ debuerũt do. Sexdecim cognouisse prius omnia, propter quę denegassent huiusmodi dispensationem fieri.¶ Restat nunc respõdere ad illud, qđ voluit Fede.de Senis in præfato suo consilio. Et circa hoc ego pondero ante omnia statutum istud, inquantum dicit.& si aliqua cãcellatio, vel absolutio de talibus &c.fiat contra formã prædictam, non valeat ipso iure,& perinde habeatur, ac si cancellatus, vel absolutus non fuisset,& ꝙ in alijs casibus, quàm præmissus dispositione nostrorum statutorũ absq; pace prædicta nullus ex priuilegio, grã &c. possit cãcellari.& huic statuto non possit derogari.Mõ istud statutum resistit potestati cancellandi, iuxta notata in l.nemo potest.de lega.1.& l.stipulatio ista.§.alteri.de verbor.obliga.oportuit ergo, quòd seruaretur forma huius statuti,& saltẽ exprimeret in dicta gratia & specificè & expresè de hoc statuto.:& ad hoc allego glossam in c.nonnulli.de rescriptis. in prin.& Vincen.ibi,& do. Anto.qui dicit, ꝙ† in rescripto derogatorio debet fieri expressa mentio illius cõstitutionis; ex eo qa dat formã particularibus rescriptis, vt nõ valeãt, nisi fiat expressa mẽtio illius cõstitutionis:& sic elicitur doctrina, ꝙ vbi pro vna forma statuitur, ꝙ debeat fieri expressa mẽtio alicuius cõstitutionis in rescripto derogatorio, non valet rescriptũ, nisi apponatur certa scientia, & clausula expresse faciens mẽtionẽ de dicta constitutione.¶ Modò in ꝓposito nostro multo fortius; quia non solum apposuit formam istud statutum, sed etiã dicit, ꝙ nõ possit ei derogari,& dicit ibi Ioann. de Imo.ꝙ quando illa clausula specialiter reuocatoria apponitur, non propter presumptam ignorantiam, sed propter aliã causam procedat illud dictum Vincẽtij. & do. Ant. vt debeat fieri specialis, & expressa mẽtio statuti ꝓfati:& istud est iudicio meo, qđ apponit gladiũ huic dubitationi; quia fuit apposita illa forma, non propter prę sumptam ignorantiã statutorum: quia do. Sexdecim, qui illam prouisionem, seu statutũ introduxerunt, bene & diligenter habent eam notã.l.fi.ff. pro suo.& c.ab excommunicato. de rescriptis.& qđ voluit glo. in c.j.aliàs 2. de constit.libro 6.tùm quia publicè est edita,& solenniter publicata, & ideo nõ potest pretendi ignorantia, vt in c.j. de postula.prel. & c.ꝙ dictis.16.dist.& c.cum in tua.qui matri. accu. pos.gl.in l.si tutor.C.de pericul.tutor. sed fuit apposita propter horrendum facimus rebelliũ primi gradus,& primi capitis,& propter fauorem eorũ, a quibus debet habere pacem, debuit ergo seruari forma & apponi nõ solùm dispositio illius statuti, sed etiã clausula elegans apposita in ipso statuto, vt voluit text.valde sing.in c.ex literis. de dolo & cõtumacia. & istud voluit do. Abb. in c. pastoralis. §. præterea. de offi.deleg.& ita Ioan.de Imo.reducit ad concordiam Ioan.And.cum dicto Vincen.& do. Ant.& ibi dicit do. meus Abb.dictum Ioã. Andreæ posse procedere. vbi rescriptum emanat contra ius, nõ habẽs clausulam derogatoriam, sed vbicunq; ius hẽt clausulam derogatoriam rescriptis impetratis; tunc videtur, ꝙ nõ valeat rescriptũ ex certa sciẽtia Papę impetratũ, nisi seruet forma tradita a lege, vel statuto. allegat.d.l.si quis.in prin.testamẽti.ff.de leg. 3.& qđ no.Dy.in regula, qđ semel.li.6.& subdit d.Abb.in c. nõnulli.in prin.& ꝑ illud dictũ Io. Andr.in c.j.de excess.prælat.lib.6.in primo mẽbro suę distinctionis.& nõ cõsueuit illud dictũ Io.And. ad hoc allegari. Cũ ergo in casu nostro istud statutum prohibeat aliquẽ cancellari, qui sit rebellis primi gradus, & statuat, istud statutũ nõ posse aboleri per derogationẽ, videtur apponere formam, vt non possit cancellari, nisi prius hoc statutum tollat, & apponatur in eius derogatione illa clausula elegans cõtenta in dicto statuto,& requirũtur certa scientia,& clausula derogatoria specifica,& specialis,& expressa illa certa sciẽtia nõ fuit apposita in forma canonica, non fuit apposita clausula derogatoria in specifica forma, ergo nõ tenet talis cãcellatio, ideo nõ valuit.ita voluit Io. And.in c.j.de excess.præla.li.6.& idẽ voluit Io.mo.in c.j.de consti.lib.6.& dicit istud dictũ procedere quo ad ipsum cõditorem statuti habentis illam clausulam, ꝙ non possit derogari: quia tunc non videtur tollere illud statutum per suũ rescriptum, aut gratiã nisi fecerit expressam mẽtionẽ de statuto in suo rescripto, sed in eius successore non habet locũ. Vnde valebit rescriptũ successoris, non facta mentione iuris habentis clausulã derogatoriã, qa successor non potuit ligari per pdecessorẽ.c.innotuit. de elec. l. est receptũ.ff.de iurisd.om.iud. sed ista differẽtia cõiter nõ tenetur: est ergo necesse, vt fiat mẽtio expressa & specialis de huiusmodi statuto.& ideo Bal. in tit. de pace Constã.in §.libellarij.dixit, ꝙ licet† princeps rescribat cõtra proprium statutum, & sic ex certa sciẽtia, tñ cum approbat factũ dãnatũ, requiritur clausula, non obstante, idem si factum non est damnatũ, sed est data certa forma, vt requiratur hęc clausula, authen.hoc inter liberos.C.de testa.no.in l.si nõ speciali.C.eo.tit.& subdit ibi Bal.ꝙ populus Romanus anteq̃ transferret imperiũ in Cesarẽ, nunq̃ fuit vsus clausula, de plenitudine potestatis, qđ est valde dolendum hodie: quia vidi rescripta edita a multis Tyrãnis habẽtibus paruũ imperiũ, apponere clausulã de plenitudine potestatis nostræ.¶ Modò in proposito nostro interuenerunt duo: primũ est, ꝙ interuenit factũ damnatum; quia statutum istud damnat hmõi cancellationem bãnitorũ primi gradus,& apponitur certa forma, ꝙ huic statuto non possit derogari: ergo si derogarunt do.Sexdecim, debuerunt facere expressam mẽtionem de statuto,& de cła eius, & per ꝯñs non tenuit hmõi cancellatio bannitorũ. Præterea plus mihi vr̃ aperto iure dicendum, ꝙ regimina non possunt cancellare aliquem bannitum primi gradus, quod demonstro ad oculum hoc modo. Ang.in l.si quæramus.ff.de testa.refert Bar.ibi dicere, ꝙ† statutum potest habilitare pupillum ad testandum. Ange.ibi damnat hanc doctrinam Bar.& dicit fore casum ꝯ Bar.in l.fi.C.de testa.mili. vbi Imperator reuocat priuilegium concessum impuberi super testando in casu illo,& subdit, ꝙ nullo modo id fieri cõcedit: & sic videtur, ꝙ per statutum nullo modo possit habilitari ad testandum pupillus: quia per illa verba derogatur potestati populorũ, & hãc doctrinam sequitur Io.de Imol.in d.l.si quæramus. & dicit videri gl.de hoc, quã Ang.non allegat in cle. hi qui.de æta.& qual.¶ Modo in ꝓposito in isto statuto apponitur clausula, ꝙ nõ possit derogari huic statuto,& ponitur in fi. quæ cła refertur ad oĩa pcedentia, vt probat in l.j.C.de diuer.rescr.in l.talis scriptura.ff.de lega.j.cum si. Modo istud statutũ reperit cõfirmatũ per Ro.Pon. quo casu talis cõfirmatio interuenit

teruenit in forma specifica, quo casu videtur huiusmodi
33 statutum per † talem ꝯfirmationem esse effectum statutum Papale, vt ꝓbatur in l. 1. §. sed neq; in versi. omnia nr̄a facimus. C. de veteri iure enucl. & sapienter dixit Bal. in l. ex placito. C. de re. permu. ꝙ si ciuitas Spoletana facit statuta, & Papa illa confirmat, ꝙ dn̄r statuta Papalia & non Spoletana. facit quod no. in c. 1. & 2. de cōfir. vti. vel inutil. & ideo multum sapienter dixit Bald. & Ang. in l. ex facto. ff.
34 de vul. & pupil. † ꝙ si statuta edita per dominos Antianos sunt auctoritate apostolica ꝯfirmata, ꝙ tunc nō possunt Antiani illa statuta interpretari, & sicut non solùm non possunt illa tollere, & reuocare, nec illa interpretari, ita non possunt dispensare in eis. ¶ Cum ergo huiusmodi statutum est confirmatum a Papa in forma specifica; quia cum Antiani nō haberēt potestatem faciendi statutum ita fulminatorium puniens quartam generationem delinquentium, iuxta illud, quod dixit Hieremias in suis Lamentationibus. Patres nostri peccauerunt, & non sunt, & nos damnati sumus. fuit opus confirmatione Papali: si ergo Papa illud confirmauit, videtur illud confirmasse in forma specifica, ergo nec interpretari illud, nec in eo dispēsare, nec illud reuocare, nec grām illius facere pōt, nisi talis gratia cōfirmet per Papā: ergo stabit viriliter, & potēter & irreuocabiliter illud statutum: vt non possit eidem derogari, & sic tollitur illud, quod posset opponi, ꝙ nemo facit legem, a qua non possit recedere, vt d. l. si quis in princip. testamenti; quia illud procedit, nisi illa esset effecta de iure, & nō remaneret in potestate statuentis; quia tunc non posset per prædicta, & credo dicere puram & meram veritatem, & etsi in d. dispensatione, seu gratia dicatur, ꝙ eis fuit tollere, cuius fuit
35 condere, dico, ꝙ istud emanauit † ex imperitia notariorum, qui propter suam imperitiam deducunt penè omnes subditos in promptum præcipitium; quia cum huiusmodi statutum fuerit a Papa confirmatum, non possunt illud tollere, aut in eo derogationem facere, & multo fortius; quia in dicto statuto dicitur, ꝙ non possit eidem derogari. Ad illud consilium Feder. de Sen. quod superius allegaui, dico, ꝙ licet ita consuluerit, tamen ex post cōsuluit contrarium, iuxta illud, quod fecit beatus Augustinus, qui post longos libros a se editos, fecit librum retractationū, & multa retractauit, & probatur per id, quod not. in l. de tutela. C. de in integrum restit. min. & ibi Bal. excusat doctores mutantes opi. & ideo est; quia vt voluit Aristoteles in tertio de anima per diuersa fantasmata quotidie in nobis generātur diuersæ intellectiones, & voluit Bal. in l. 1. C. de his q ante aper. tabu. & iō dixit ꝓpheta, iunior fui & senui. & Apost. dixit, cum eram paruulus &c. & Ioannes And. in nouel. in proœmio Sexti, & probatur in l. diui fratres. ff. de inrepatr. non ergo est reprehensione dignum, si dato longiori studio Federicus de Senis consuluerit contrarium, vt refert dominus Pet. de Anch. in c. cum instantia, de censibus, vbi dicit, quæro de tali quæstione, Papa concessit certis monialibus priuilegium, ꝙ ad procurationem legatorum, vel nuntiorum sedis Apostolicæ non teneantur, nec cogantur etiam si in literis contrarijs contineantur expresse, & ad quælibet vis loca exempta, & non exempta, & monasteria se extendat, nisi forte de tali indulto fecerint mētionem de verbo ad verbum, & postea Papa concessit legato, ꝙ ab omnibus procurationem exigat etiam ab exemptis, ita ꝙ nulla priuilegia sub quacunq; forma cōcessa eis prosint, etiam si de verbo ad verbum de eis esset fienda mentio specialis: quæritur, an dicto priuilegio monialium sit derogatum, & videtur ꝙ non, & allegat dom. Pet. ibi aliqua motiua do. Fede. & reuera illud consilium Fede. est in ordine. 233. & incip. Casus talis est, monasterijs. & finaliter concludit, ꝙ non est derogatum, & respondet ad iura, quæ in contrarium allegantur, & cum hac doctrina transiuit Petr. de Ancha. in præalleg. c. cum instantia, & sic consuluit cōtrarium eius, quod consuluerat prius, & vidi hoc anno cōsultationem quandam mihi transmissam a Reueren. do. Patriarcha Veneto super hac materia, & consului, & secundùm illud consilium sua dominatio pronuntiauit, & est ponderandū diligenter ad illud inconueniēs, ꝙ ipse adducit in primo consilio, ꝙ Papa non possit derogare priuilegijs, quæ in facto consistunt, ista ratio non potest vendicare sibi locum in casu nostro, ex eo, quia nos sumus in istis dominis Sexdecim auctoribus, & compilatoribus huius prouisionis, & sic habentibus notitiam de dicto statuto, si ergo volebant reuocare eo casu, quo potuissent, debebant seruare formam, & prius derogare dicto statuto, & facere mentionem expressam, & specialem de tali statuto, quod minimè factum est: per consequens talis cancellatio banni est nullius efficaciæ, & momenti. Et sic multifariè, multisque modis demonstraui istam cancellationem esse nullius efficaciæ, & momenti, & maximè, quia regimina non potuerūt derogare huic formæ statuti, vt eis non possit derogari, iam confirmati a Papa. Et ita concludo.

EPITOME.

¶ Primogeniti filium primogenitum patruum excludere tuetur hoc responso consultus, & defendit. consi. 10. supra eodem.

SVMMARIVM.

Testatoris dispositio concepta ex nomine collectiuo, gradus propinquitatis inducit. nu. 2. si ad personam nomen collectiuum referatur secus si ad res. nu. 3.

L. cum auus. ff. de condit. & demon. & l. cum acutissi. C. de fideicommiss. explicantur. nu. 4.

CONSILIVM XXVIII.

Licet In aduerso latere aliter, quam ego sentio, alij r̄nderint non tū; quicquā ex priori r̄nso muto. Et pōdero verba testatoris dicentis, per filios masculos maiores ipsorū, & si alter ipsorum decedat sine filio masculo, hæreditas deueniat ad alterum superstitem, & post mortem ipsorum duorum nepotum meorū filius maior masculus ipsorum, qui superfuerit, succedat in hac mea hereditate. ¶ Modo ego dixeram in consilio meo, ꝙ consuetudo totius Hispaniæ est, vt ad successionem inuitetur primogenitus. dicitur, ꝙ illa consuetudo nō viget in insula Maioricarum, imo in ea seruatur ius commune, & dicit Bar. in l. j.
1 C. de monopo. † ꝙ rex Aragonum quasi ad literam viuit secundùm ius commune, ita dicit se audiuisse a scholaribus suis, quo casu cessant omnia allegata per me, ꝙ habuerit testator considerationem ad ius consuetudinarium totius Hispaniæ; quia ad hoc respondeo, esto ꝙ in regno Maioricarum non sit illa consuetudo, tn̄ testator sic cōsiderauit istam primogenituram; quia vocauit filios masculos maiores ipsorum nepotum, & vocauit filium masculum maiorem eius, qui superfuerit habuit ergo respectum ad primogenituram, quo casu succedunt omnia dicta, & omnia iura, quæ allegaui in meo consilio, & sicut voluit primogenitū succedere in sua hr̄ditate, ita & eodē mō voluit filiū primogeniti succedere ī dicta hr̄ditate, & sic sublata est illa obiectio dn̄i ad-
2 uocati. ¶ Nec obstat, cum opponitur † ꝙ vbicunq; ex dispositione testatoris aliqui vocantur ad eius successionē per noīa collectiua, vel per verba plura-

lis

lis numeri, nam per ea fit collatio, vt l. ciuibus. ff. de reb. dub. Bald. in l. fin. circa prin. C. de impub. & alijs substit. & sic hoc nomen filiorum facit collectionē, vt l. interdum. in prin. ff. de hęred. institu. l. si quis Titio. & l. si mulieri. ff. de vsufruct. accrescen. inter eos semper seruatur ordo graduum & propinquitatis, & qui proximior est, vel in primo gradu, admittitur prius, alijs exclusis. l. cum ita. §. in fideicom. ff. de lega. 2. l. peto. §. fratre. eodem tit. ergo non possunt admitti nepotes, vbi extant filij, qui sunt in primo gradu, licet quandoque in successione ab intestato admitterentur nepotes vnà cum filijs, per auth. cessante. C. de legi. hære. l. intestato. C. de suis & legiti. non sic autem in casu nostro, vbi successor venit non ex lege ab intestato, sed ex dispositione testatoris, qui vt & censetur omnino proximiores in gradu præferre, & ordinem graduum seruari voluisse: ita ibi Bal. no. in d. §. in fideicommisso. quem refert & sequitur ibi Rapha. Cuma. Bar. etiam ibi transit cum gl. licet Io. de Imo. ibi aliud sentire videatur, ꝙ admittantur nepotes premortuorum filiorum, cuius opinio etiā si vera esset, vel tenenda, non posset adaptari ad casum nostrum, in quo vnus solus & maior filius Ray. habet succedere: & ideo dictus Gabriel, qui maior est, & in primo gradu omnino succedere debet, & post ipsum eo defuncto alij sequentes per ordinem successuri sunt, sic quòd masculus maior prius admittatur, & ipso excluso sequentes, & istud (vt dicit do. aduocatus) apponit securim ad radicem huius dubitationis. ¶ Quia circa istud ego considero, † quòd verbum collectiuum relatum ad personam refertur ad propinquos secundùm ordinem
3 charitatis, relatum ad res, complectitur omnē substantiam testatoris, ita dixit Ang. in l. suggestionem. C. de ver. signi. se practicasse illam legem de facto in quodam rustico, qui filio morienti substituit cippū & stipitem agnationis, non ergo, inquit, vocātur omnes de agnatione, sed gradatim secūdùm ordinem charitatis: vnde primò descendētes, & propinquiores, deinde collaterales, allegat. d. l. cum ita. §. in fideicommisso. & d. l. peto. §. fratre. & l. cum pater. §. pe. ff. de leg. 2. & l. hæredes mei. §. cum ita. ff. de leg. 2. & refert ita in contingentia facti fuisse determinatum Perusij eo existente aduocato: & idem consuluit domi. Petr. de Ancha. in consilio 25. ¶ Modò reducendo ista ad propositum, ego nego illud assumptum, ꝙ in casu nostro fuerit appositum nomen collectiuum, aut nomē pluralis numeri. Nam si rectè ponderentur verba huius testatoris, non fuerūt apposita nomina collectiua; quia nō fuit dictum de agnatione, vel cognitione, vel familia, vt habetur in dictis iuribus, & in l. si cognatis. ff. de reb. dub. Item licet testator hic fuerit vsus nomine pluralis numeri: tamen illud direxit ad eius nepotes: voluit enim, ꝙ hæreditas sua possideatur mortua sua sorore per filios illius sororis pro indiuiso, & eis mortuis per filios masculos ipsorū maiores, & si alter ipsorum decedat sine filio masculo, ꝙ ipsa hæreditas deueniat ad alterum &c. & sic testator fuit vsus verbo pluralis numeri respectu duorum suorum nepotū, quo casu voluit, ꝙ ad maiores filios masculos suorū nepotū deueniret sua hæreditas, & si vnus illorū nepotum decederet sine filio masculo, ꝙ succederet filius masculus maior remanēs ex alio nepote, & sic testator fuit vsus verbo pluralis numeri respectu duorū, sed respectu vnius nepotis fuit vsus verbo singularis numeri: sufficit ergo, ꝙ ex filio maiore masculo, remāsit filius masculus maior; quia illam affectionem, quam habuit ad illum filium masculum maiorem videtur habuisse ad filium masculum maiorem descendentem ex eo, vt probatur formaliter in l. Lucius. ff. de hæredibus instituendis. vbi sicut testator vocauit fratrem ad suam hęreditatem, ita & eodem modo vocauit filios nascituros ex fratre, & sic loquitur ille text. in transuersalibus: sicut ergo prætulit filium masculum maiorem nasciturū ex nepote, ita & eodem modo prætulit filium maiorem nasciturum ex eo, & ibi probatur. ¶ Nec ob. cum dicitur, ꝙ lex cum auus. de condi. & demonst. vendicat sibi locum, quando ab ascendente est facta substitutio, secus. si fiat a transuersali, & sic ab extraneo: & istud voluit gl. in l. cum acutissimi. C. de fideicom. voluit Bar. in d. l. cum auus. & sic refert do. aduocatus modernìones in d. l. cum acutissimi. dicere, ꝙ d. l. cum auus. & d. l. cum acutissimi. non habet locum in fratre rogato de restituendo; quia ad hoc respondeo ꝙ ego repetens. d. l. accutissimi. tetigi istum passum satis extensè, & luculenter, & tenui contrarium, & de-
4 monstraui rationibus multis † ꝙ habeat locum in fratre rogato, ꝙ demonstro ad oculum hoc modo, vbicunq; ratio legis est amplior dicto, & dispositione legis, tunc extenditur dictū & dispositione legis ad ampliationem rationis legis, ista est glo. quæ reputatur singu. in clemen. 1. de elect. probatur in tex. in l. pater filium. §. fundum. ff. de leg. 3. & in l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. 2. sed licet. d. l. cum auus. concipiat suam dispositionem in patre respectu nepotis: tamen ratio, sub qua se fundat est amplior dicto & dispositione: quia fundat se sub ratione pietatis, dicens coniecturam pietatis illud operari, sed in fratre respectu nepotis est coniectura pietatis, vt rectè decidit tex. in d. l. Lucius. dum dicit tex. nam prudens consilium testantis animaduertitur, non enim fratrem solum hæredē prætulit substitutis, sed eius liberos. ff. de hæred. institu. vbi probatur formaliter, ꝙ illam dilectionem præsumitur habuisse patruus ad nepotem quam habuit ad suum fratrem, sicut ergo coiectura pietatis vocat nepotem ad portionem patris respectu aui paterni, eodem modo coniectura pietatis vocat nepotem ad portionem fratris respectu patrui: licet ergo. d. l. cum auus. sit concepta in auo respectu nepotis ex filio; tñ per rōnem motiuam pietatis ibi positam extēditur ad fratrē institutum, & rogatū de restituendo; quia rō pietatis ibi posita est amplior dicto legis. ¶ Et si mihi dicatur, quare lex illa concepit dictum suum in auo. dico ꝙ fuit maior frequētia facti: vnde idem disposuisset de fratre, si de fratre fuisset interrogatus iurislator, quo casu habetur acsi de fratre ita dixisset & disposuisset, vt voluit glo. quæ reputatur sing. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. & glos. in auth. cassa. C. de sacrosan. eccl. & glo. in l. j. C. de rap. vir. & glo. in cle. Abbates, de rescript. & glo. in c. 2. de confes. lib. 6. & gl. in c. diaconi. 27. dist. & gl. in c. vno, de rerum permu. lib. 6. & ideo dixit do. Card. in c. si abbatem, de rescrip. factum narrat idem in alijs collatoribus. & idem D. Cardi. in c. præterea, el 1. de transactio. in ver. religiosi. idem dicit esse in alij, & ideo ibi expressit de religiosis: quia ita accidit. & adduco, quod voluit dominus Cardinalis in c. plerique, de pact. vbi textus loquitur de regularibus. & dominus Cardinalis ibi dixit idem in alijs, & ideo expressit de regula: quia erat magis frequentatum in regularibus. Ita dicamus in proposito, ꝙ magis erat frequentatum in auo, quàm in patruo: tamen eadem iuris dispositio est, per ꝯsequens habet locum in trāsuersalibus: quinimo plus dico, ꝙ ex dispositione. d. l. cum acutissimi. videtur probari hæc doctrina, vt habeat locum in transuersalibus; ex eo quia non solùm venit ad interpretandum. d. l. cum auus. sed etiam venit ad ampliandum illius dispositionem, hoc decidit text. in ver. plenissimum ei donamus euentū, cuius natura est importare plusꝙ̃

importet

importet lex interpretata, qa verbum pleniſſimum habet latiſſimam ſignificatioñe, vt l.ſi in aliquam.§. cum pleniſſimam.ff.de offic. proconſul.l.locum.§. quæri ſolet.ff.de vſufru.l.raptores. C.de epi.& cle.c. ſuborta.de re iudic.c.conqueſtus.cum gloſſ.de foro compet.glo.in cle.1.de proba.¶ Cum ergo.d.l.cum acutiſſimi.venerit ad ampliandum.d.l.cum auus.& ampliſſimum dedit euẽtum, ſequitur ꝙ licet loquatur iu auo, idem erit in fratre: & licet ille text.dicat, ne videatur alias ſucceſſiones proprijs, id eſt, ſuis anteponere; tamen dico, ꝙ illud verbum ſui, comprehendit etiam tranſuerſales, & ad hoc adduco text. coniuncto dicto Bald.in l.petitionem.C.de aduo.di-
5 uer.iudi.vbi colligit † quòd appellatione ſuorum veniunt etiam trãſuerſales vſq; ad quartum gradum. allegant, quod habetur in l.ſi fœmina.C.ad turp.& in l.lex Cornelia. in prin.ff.de iniur.& adduco tex in ver.hæredes proprios.C.de anno ciui.li. 11.vbi pro-
6 batur ore aperto, † ꝙ proprij hæredes dicuntur illi, qui veniunt iure ſanguinis,& ſic probatur, ꝙ verbũ proprij hæredes comprehendit coniunctos ſanguine.& ideo dixit Pet.de Ancha.in reſponſione.c.1.de cõſt.col.pen.in verſi.ſolet dubitari, qui contineantur
7 appellatione ſuorum,& dicit, † ꝙ illa dictio ſui, ponitur aliqñ habito reſpectu ad agnatos & cognatos, qui non ſunt ſui.Inſt.de hære.qual.& diff.§.ſui. Alio modo capitur ad dñiam prorſus extraneorũ, q nullo modo ſunt coniuncti:& ideo dñr ꝯiuncti vſq; ad ſeptimum gradum, vt eſt gl.d.c.ſi fęmina.quam glo.ibi Ange.reputat ſingu.¶ Et ſi opponitur de l.1. C.de impo.lucra.deſcript.lib.10.in ver.omnes præter inferiorem, & ſuperiorem lineam dicuntur extranei, dico, ꝙ procedit habito reſpectu ad ipſam lineam inferiorem, & ſuperiorem, ſed non dicuntur extranei habito reſpectu ad alios, hoc decidit gl.ibi, in ver.extraneos.facit tex.in l.fi.in princip.C.de iure
8 do.& in auth.de hæred.& falci.§.inordinatum.† vbi deciditur, ꝙ illi dicuntur extranei, qui nullo modo ſunt coniuncti.& ſic tex.ille loquitur de illis, qui nullo modo ſunt coniuncti. & ita etiam reſpondeo ad §.hi demum. Inſti.de hære.quæ ab inteſta.vbi liberi vocãtur ſui hæredes; quia procedit habito reſpectu ad alios.eodem modo reſpondeo ad §.ſui. Inſtit.de hęre.quali.& diffe.quia procedit habito reſpectu ad agnatos, vel cognatos, qui non dicuntur ſui, & iſto modo capitur ibi illud verbum ſui. Alio modo capitur verbum ſui, ad differentiam penitus extraneorũ & adduco text.Inſti.de legi.agna.ſuc.§.idem ſi quis.
9 in ver.agnatos inter ſuos eſſe non dubitatur, † & ſic agnatus & tranſuerſalis dicitur eſſe ſuus, quando non concurrit cum deſcendentibus. Et ad prædicta adduco elegantem text.in l.fi.C.quorum bo.in ver. virum a bonis inteſtatæ vxoris ſuperſtitibus conſanguineis extraneum eſſe, cum prudentum omnia reſponſa &c.& ſic probatur formaliter hæc doctrina, ꝙ tranſuerſales dicuntur extranei, quando concurrunt cum ſuis, propriè ſumendo ſuos pro deſcẽdentibus, ſed non dicũtur extranei, qñ concurrunt cum alijs, imo dicuntur ſui: ergo cum.d.l.acutiſſimi.dicat, ꝙ teſtator non videtur prætuliſſe alienam ſucceſſionem proprijs, ergo ſi inſtituit fratrem,& illum rogauit, vt poſt mortem ſuam reſtituat hæreditatẽ videtur prætuliſſe filios fratris ſubſtituto ex cõiectura pietatis, quam ꝯſiderauit.d.l.cum auus.& quam conſiderauit legiſlator in d.l.Lucius.ff.de hæred.inſtitu.Et ſi illud conſideraſſent ſcribentes in d.l.cum acutiſſimi.& in d.l.cum auus.non dixiſſent ita, vt dixerunt. Ergo filius illius maioris filij maſculi defuncti excludit dictum ſecundogenitum, & iſta videtur pura veritas,& ideo cum do.aduocatus allegat inſignem doctorem Ioannem Petrucium dixiſſe in d. l. cum acutiſſimi, ꝙ non habeant locum in fratre rogato de reſtituendo non rectè loquitur.¶ Quinimo plus dico, ꝙ videtur ſatis inconueniens, ſi aliter diceremus; quia pone, ꝙ primogenitus non fuiſſet primogenitus ĩ vita ſui patris,& ſucceſſiſſet in dicta hæreditate & deceſſiſſet, ſequeretur, ꝙ in dicta hæreditate ſuccederet ſecũdogenitus, & excluderet filium maſculum primogeniti: iſtud vr̃ abſurdum; quia cũ conſiderauit primogenituram, videtur conſideraſſe & vocaſſe filium primogeniti, per ea quę dixi in d. ꝯſilio.& cum teſtator dixerit vt ſupra;& ſic deſcenſiuè, intelligitur, ꝙ de primogenito deſcenſus fiat in filium primogeniti: iſte enim vr̃ eſſe proprius deſcẽſus; quia illam pietatem, quam habuit teſtator ad primogenitum maſculum, videtur habuiſſe ad primogenitum ipſius primogeniti: & ideo tunc vocabitur ſecundogenitus; quia primogenitus deceſſit ſine filio maſculo: & ideo Bald. in l.vnica.C.de his qui ante aper.tabu. & in l.vnica.§.ſinautẽ.C. de cadu.tol.dixit, ꝙ ſi ex aliquibus coniecturis appareret, ꝙ teſtator idem feciſſet de nepotibus, ꝙ videtur nepotes vocaſſe,& allegat in arg.d.l.Lucius.ff.de hæredi.inſtit. quæ loquitur de filijs fratris, & ſic videtur decidere hanc dubitationem. ¶ Cum ergo in caſu noſtro appareat ex coniecturis, ꝙ vocauerit teſtator filium primogeniti; quia habuit affectionem ad primogenituram, cum voluerit expreſsè, ꝙ filius maior maſculus ſuccederet in ſua hæreditate, iſtud eſt vrgentiſſimum ſignum coniecturandi voluntatem defuncti, qui voluit inuitare filium maſculum maiorem ipſius primogeniti.¶ Nec obſtat, cum dicitur ꝙ teſtator ſeipſum gloſſauit: quia non ſolùm voluit intelligere,& comprehendere nepotes, ſed etiam vlteriores ſub ipſa appellatione filiorum; quia dixit, ꝙ poſt mortem ipſorum duorum nepotũ meorum filius maior maſculus ipſorum ſuccedat in hac hæreditate mea,& ſic deſcenſiuè,& per ꝯſequens intellexit de nepotibus, non ſolùm de filijs deſcendentibus: quia reſpondeo, ꝙ ex quo habuit affectionem ad primogenitum maſculum, & eodem modo habuit affectionem ad deſcendentem ex illo maſculo, & ſic illa verba deſcenſiuè videntur referri, quandiu extat filius maior primogeniti, ille ſuccedat; quia ꝯgruentior fit deſcenſus de patre ad filium, quàm ad tranſuerſales. Et ſic iſta videtur pura veritas, ꝙ vocatus ſit ex verbis & mente ipſius teſtatoris filius maior natus ex primogenito maſculo. Andre.Barb.

EPITOME.

¶ Deceptus ſpecie & teſtimoniis de panni integritate, vbi extranei panni ingredi ciuitatem non poſſunt, niſi veræ ſpeciei ſint fictitio colore & ſuppoſititia ſpecie excuſatur, ne panni confiſcentur, item & a pœna comprehenſa in ſtatuto.

SVMMARIVM.

Statuti pœna debet reduci ad terminos iuris communis.nu.2.
Statuti verba ſequi debemus & literalem intellectum, ſi ſeruari ex eo poſſit ſtatutum, ſecus ratio amplectenda.nu.4.
Statuta mercatorum innituntur ęquitate.nu.5.
Conſuetudo etiam mala excuſat a dolo & a culpa.nu.7.
Emens rem palam & publicè excuſatur a culpa.nu.11.

CONSILIVM XXIX.

IN cauſa Dominici de Nuro videtur de iure dicẽdum, ꝙ veniat abſoluendus ab impetitione iudicis artis lanç,& demonſtro ad
1 oculum † ſtatuto eiuſdem artis caueatur, ꝙ in quocunq; loco reperiantur panni forinſeci, qui non ſint de grana, ꝙ rector poſſit illos capere,& conducens vel emens cadat in penam,

nam, ex quo statuto sequitur, q̃ si sint de grana, non potest illos capere, nec conducens, seu emens incidit in pœnam, sed ego habeo casum legis, q̃ quò ad penam imponendam ita punitur portans colorem fictum prohibitum, sicut portans verum colorem prohibitum, ergo sequitur, q̃ sic excusatur a pœna portans colorem fictum similem vero, iste est casus elegans in l. vellera. C. de vesti. holob. libr. 11. vbi est
2 casus, q̃ † non est licitum adulterinum colorem. i. fictum colorem similem vero colori prohibito portare, & vestes fucare. i. tingere & ornare: nam cum verus color sit ꝓhibitus, similiter & color fictus est prohibitus sibi similis, cum sit eadem ratio prohibitionis. l. illud. ff. ad l. Aquiliã. quia ex hoc fieret fraus legi de re ad rem, quod fieri non debet. l. fraus. ff. de legibus. ex quo infert ibi Bar. q̃ non licet portare vestes tinctas purpureo, vel muricino colore, & sic nõ licet portare alias vestes fictas, vel veras habentes similitudinem cum prohibitis, vt sunt vestes scarlatinæ. & facit l. nemo. eodem titulo. & ex hoc confunditur dictum Bar. in l. 1. §. hoc interdictum. ff. de fonte. vbi dixit, q̃ si statuto cauetur, q̃ mulier portans perlas puniatur certa pena, quòd si portat perlas fictas, q̃ non incidit re vera confunditur illud dictum Bar. per d. l. vellera. & d. l. nemo. per id quod ipse voluit in d. l. vellera. & sic dicit Bar. q̃ sicut est prohibitus portare colorẽ scarlatinum, vel muricinum verum, ita est prohibitus portare eundem colorem licet fictum & simulatum, ita loquitur, vt incidat in pœnam. ¶ Modò reducendo illud dictum Bar. & illas ll. ad propositum nostrum, sequitur, q̃ cũ istud statutum excuset portantes pãnos forinsecos de grana vera, quòd eodem modo excuset, si portet colorem fictum & simulatum de grana: vnde multo fortius; quia Bar. in d. l. vellera. dicit, q̃ si quis est prohibitus sub pœna portare vestes de scarlato, vel muricino punitur, siue portet de vero scarlato, siue ficto simili vero: ergo multo fortius excusabitur; quia si statutum artis lanæ excusat a colore granę vero, eodem modo excusat a colore granæ ficto, argument. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. & l. Arrianus. ff. de acti. & oblig. & c. domino guerram. §. promptiores. in titul. hic finitur lex dein. incipiunt consuetu. regni. in vsib. feud. c. ex literis, de proba. c. clerici. 81. dist. & ad dictum Bar. in d. l. 1. de fonte. põt responderi, saluando eum in casu, in quo loquitur: quia Bar. loquitur, quãdo statutum prohibuit mulieres portare perlas ad euitandas expensas maritorum, ne dilapidentur bona subditorum in illis expensis superfluis, & inutilibus, quo casu illa ratio mouens statuentes non habet locum in perlis fictis, quę parum et nihil valent, & isto casu rectè dicat Bart. sed in casu nostro est secus; quia loquimur ad excusandum quem a dolo; quia sicut excusatur quis a colore granæ vero, eodem modo excusatur a colore granæ ficto, & simulato, seu ꝯtrafacto, & iudicio meo sine multiloquio, ibi est casus formalis pro hac dubitatione, ponens securim ad arborem; quia cum istud statutum excuset a colore graneo, sequitur, q̃ ita excusat a ficto, sicut a vero, & ista sufficient, vt excusetur iste Dominicus. ¶ Secundò, q̃ istud statutum inquantum disponit puniri habentem pannum, qui nõ sit de grana, dico, q̃ inquantum potest, debet reduci ad terminos iuris communis, ita probatur in l. si serui vestri. C. de noxa. & in c. ex parte. & c. dilecto, de verbo. sig. & c. consue. c. causam quæ, de rescrip. c. ad nostram, de iureiurand. c. 1. de feud. cogni. c. 1. de consue. recti feud. glo. in l. fin. §. in computatione. C. de iure delib. Bar. in l. 2. ff. de recepta. & in l. fi. C. de spons. & in d. §. in computatione. Bal. in l. cum a matre. C. de rei vẽ. & in l. j. C. qui bo. ce. pos. & in d. l. fi. §. in computatione. & in auth. nisi. C. de bo. ma. Ange. Io. de Imo. in l. postulante. ff. ad Trebell. & quod habetur in c. dilectus, de cleri. ideo pulchrè dixit do. Cardi. in c. lator.
3 de homici. † statuto cauetur, q̃ si quis fecerit sanguinem in palatio, puniatur pœna mortis, q̃ tale statutum intelligitur de sanguine dolosè facto, aliàs secus, ponit exemplum in barbitonsore flobotomante in palatio, vt non incidat in pœnam, & ideo dicit ibi domi. Cardi. q̃ intelligitur de homicidio punibili. & adduco, quod voluit Bald. in l. omnes populi. ff.
4 de iustitia & iure. vbi dicit † q̃ in statutis debemus sequi planum & literalem intellectum ad vnguem, si in eo potest saluari ratio motiua statuti: sed si non potest saluari, tunc secus: exemplum ponit, statuto cauetur, q̃ si quis fecerit sanguinem in palatio puniatur in centum, certè non punitur barbitonsor; quia pœna succedit loco iniurię, non loco beneficij l. quanuis. ff. de in ius vocan. Non obst. l. prospexit. ff. qui & a quib. quia non debet prius inquiri, an testis sciat veritatem, quàm deponat, & ibi est datus terminus testificandi, vnde meritò est expectãdum: quia ante non potest sciri, an testis sciat, vel nesciat: cum ab ipso teste inquirendum sit, an fuerit præsens, vel absens: nam & absentes sciunt interdum quædam conferentia ad veritatem probandam, puta famam & coniecturas: est ergo illa lex dura & rigorosa; tamen ratio legis nõ prorsus deficit. & facit, quod voluit Salycetus in l. non dubium. C. de legibus. & alij scribentes, qui eandem quæstionem ponunt, vt statutum tale limitetur, & habeat locum, vbi interuenit dolus, argum. l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excusat. tuto. cum ergo istud statutum loquatur ita simpliciter, recipit declarationem & restrictionem a ratione naturali, vt non puniat̃ ille, qui non fuit in dolo, in habendo pannum, qui non sit de grana: ergo multo minus habebit locum in eo, qui habuit pannum de grana ficta & simulata, quo casu excusabitur: vnde vbi non cadit dolus, non debet cadere pœna: & ita limitabitur & restringetur dictum statutũ,
5 maximè quia † statuta istorum mercatorũ innituntur æquitati: vt l. quintus. ff. manda. Bart. in l. fideiussor. §. quædam. ff. manda. Ang. in l. argentarius. ff. de eden. Bal. in l. si pro ea. C. manda. & in l. 2. C. de constit. pecu. & in d. l. fideiussor. §. quędam. debet ergo excusari quis multo fortius, quando non fuit in dolo. Et ad hoc adduco, quod voluit Bart. in l. lege Cor. ff. ad l. Cornel. de fal. vbi text. requirit dolum. & Barto. ibi
6 dicit † q̃ quis potest esse in bona fide, quando expendit monetam falsam. & ideo excusatur, & refert Barto. ibi se euasisse plures a pœna. facit, quod voluit d. Abbas in c. quanto, de iureiurando. & in c. ad falsariorum, de crimine falsi. & sic voluit, q̃ expendens falsam monetã, quam habuit ab alio sine dolo expendẽtis, excusatur a pœna falsi. istud formaliter decidit casum nostrum, vt iste Dominicus emens pannum coloris granei non incidat in pœnam statuti. Item facit, quod dici solet per omnes assessores, q̃ siue iustis, siue iniustis rationibus quis moueatur, q̃s est absoluendus. l. 1. ad finem. ff. de abige. l. igitur. §. 1. ff. de lib. causa, vbi causa iniusta excusat quem a dolo, voluit Ang. in l. ex consensu. §. fi. ff. de appellat. & ideo dixit gloss. valde elegans in l. 1. C. vbi causa stat. q̃ bona fides potest causari ex iniustis, & temerarijs causis. ¶ Et si opponitur, q̃ statutũ loquitur de scarlato, sed iste pannus non est de scarlato, ergo &c. Ad hoc respondeo, q̃ istud statutum communiter intelligitur, q̃ idem sit, si est color scarlati, vel muricini, quo casu statur consuetudini. l. de quibus. ff. de legi.
7 c. fi. de consuet. tum etiam † quia consuetudo posito q̃ esset mala, tamen excusat a dolo & a culpa, vt est gloss. singul. in c. cum venerabilis, de consue. & ibi do. Pet.

do.Pe.de Ancha.refert se excusasse quendam archi diaconũ a pœna priuati carceris,qui ponebat clericos subiectos in cippis, vt excusaretur, si prędecessor ita facere consueuerat.& facit,quod voluit do. Pet. præfatus in suo consilio 271.de cõsuetudine luden-
8 di cum saxis,†quo casu quidam percussus lapide interijt, vt excusetur percussor intuitu consuetudinis. allegat glossam d.cap.cum venerabilis. Ita dicamus in casu nostro,quinimo plus in casu nostro vbi stat consuetudo est,conformis iuri communi, vt possint portari panni extranei, vt ciues abũdantius habeãt forum de pannis: & res de facili reuertitur ad suam naturam, vt c.ab exordio.35.dist.l.si vnus.§.pactus. ver.ꝙ ĩ specie.ff.de pactis.ergo &c. ¶ Et si quispiam dixerit,ꝙ cum istud statutum non exprimat dolum, sufficit lata culpa, vt dixit Bar.in l.1.§.non autem.ff. si quis testa.lib.esse iuss.fue. Ad hoc respũdeo,quòd etiam non fuit in culpa iste ser Dominicus emendo illum pannum,ꝙ ostendo ad oculum: primò, vt superius dixi, quia sicut potest portari color graneus verus,& excusatur emens, ita excusatur portans,vel emens colorem graneum fictum, vt est dictum per d.l.vellera.& plus dixit solennis doc.domin.Ioan.de Plateis in d.l.vellera.ꝙ idem est,si est de scarlato, vel muricino multo fortius si consuetudo ita disponit, vt de muricino granei coloris possit ad ciuitatẽ adduci: quod autem non fuerit in lata culpa, probatur euidenter ex pluribus,primò: quia ille pannus erat adductus in publicum ad gabellam publicam, seu duanam,& ibi in gabella fuit descriptus pro panno graneo, fuit soluta gabella pro panno graneo videbatur, & præsente, suadente, & ꝯsulente massario artis lanæ,experto in simili panno,& in simili colore, & ille pannus habebat omnia ornamenta, quæ habere consueuit pannus graneus, & palam & publicè iste ser Dominicus illum emit, quo casu dico,
9 ꝙ excusatur primò,† quia credidit bono viro, vt dixit glo. valde sing.in l.Titio fundus.ff.de conditio.& demonstr.vbi excusatur quis, si credidit bono viro, pro qua glo.facit text.in c.2.de ope.no.nunc.& in c. in nostra,de procur.& in c.1.de cleri.per sal.promo. & glo.in c.expedit.12.q.1.& in c.Lugdunensis.9.q.3. & quod voluit do. Anto.in c.postremò, de appel.& Hosti.in ca.finem litibus, de dolo & contu.& quod voluit in simili glo.sing.in l.1.§.1.ff.de ripa munien. & quod voluit Ang. in l.si a bone fidei.ff.de rei ven. vbi commemorat in cõtingentia facti fuisse hic Bononiæ liberatum in syndicatu quendam dominum Culphum tunc Potestatem Bononiæ, qui credidit cuidam bono viro, ꝙ non fugeret de palatio,qui re vera aufugit,& agebatur contra Potestatem in syndicatu, decidit, ꝙ fuit excusatus.facit, quod voluit idem Ang.in l.1.ff.de eo per quem fact.er.ꝙ non dicitur supinè credulus,qui credidit bono viro.ad hoc allegat glo.in d.l.Titio fundus. Item dicit ibi Ange.
10 † ꝙ omnis causa colorata licet fatua excusat quem a pœna. ad hoc allegat.d.l.igitur.§.1.ff.de lib.causa. facit,quod voluit idem Ang.in l.ex consensu, ꝙ colorata causa excusatẽ qu a contumacia,sequitur ergo,ꝙ ex hoc capite excusatur iste Dominicus: item excusatur ex alio;quia credidit perito in arte,ita singulariter dixit Ang.in d.l.1.ff.de eo per quem fac.allegat.l.j.ff.de ven.in spi.2.l.semel.C.de re milit.li.12. Cum ergo eius consilio & suasione dictus Dominicus credidit,& emit dictum pannum, sequitur,ꝙ est excusatus ab omni culpa:& plus dico,ꝙ Ang.in d.l. 1.de eo ꝑ quem fac.erit.dicit,ꝙ excusatur quis cum credidit magistro militum de milite,ita dicamus in proposito,ꝙ excusabitur iste Dominicus, si credidit suo massario artis lanę.¶Et si dicatur,ꝙ errarunt circa cognitionem illius panni,dico,ꝙ ille error est excusabilis propter accidentia, quæ reddebant illum pannum tinctæ granæ,& videbatur esse communis error: nec mirum, aliquando bonus dormitat Homerus, vt no.in l.recusari.ff.de acq.hæred.¶ Et si dicatur, ꝙ dictus Dominicus fuit in dolo: quia emit eo pretio,quo verisimiliter debebat ꝯsiderare, eum non esse de vera grana, & dolus probatur ex coniecturis.c.2.de renun.lib.6.cum si. Ad hoc respondeo, ꝙ vna præsumptio tollitur ex fortiori præsumptione, vt l.diuus.ff.de integ.restitu.sed fortior præsumptio resultat,ꝙ erat de bona grana,& apparet ex plubus præsumptionibus superius expressis, quo casu faciunt plenam probationem, vt dixit,glo.in l.2.§.j. ff.de excu.tu.item causa mouens, vt emeret dictum pannum,fuit lucrum;quia motus ad lucrrandum; quia licitum est partibus se circunuenire, de pœni. distin.5.c.qualitas,cum simili.ergo &c.Item excusa
11 tur a culpa ex eo; quia † publicè & non clam illum emit, vt singul.dixit Iacobus Butrigarius, & Baldus in lege, nemo. aliàs in lege,nullus.C.de sum. trinitate. Et ex istis elicitur conclusio vera & indubitata, ꝙ iste Dominicus non fuit in culpa,nec fuit in dolo, ideo nec puniri debet,nec perdere pannum: maximè stante statuto artis lanæ,quo cauetur, quòd debeat procedi, & decidi ad instar, & secundùm mores,di boni mercadanti: quo casu (vt superius dixi) mores mercatorum sunt fundati super bona fide, & ęquitate,quo casu non curatur de apicibus iuris, vt voluit glo.singu.in lege, si mancipium.ff.de euic. facit, quod voluit glo.in c.dilecti,de iud.ergo sequitur,quòd nulla bona fides,nec aliqua æquitas condemnat istum Dominicum ementem dictum pannum,concurrentibus accidentibus superius expressis.Item quia dictus Dominicus dicit se probare per bonos testes expertos,credentes illum pannum esse de bona grana. Item quia statuto artis disponitur, quòd stetur arbitrio massarij & gastaldi dictæ artis, vt in dicto statuto continetur. Et ex prædictis consulo,dictum Dominicum absoluendum. And.Barba.

EPITOME.

¶ Legata dote duabus filiabus maioribus, non solùm natu maiores sed & minores nubiles,si priores habuerint dotem aliunde,ex legato consequentur.

SVMMARIVM.

Frequentatum magis si exprimatur,iuris ministerium non introducit.nu.3.

Scriptæ voluntati contraueniens pro se non alleget.nu.5.

CONSILIVM XXX.

Perpensis Puncto & facti cõtingentia, verbis & mente testantis, videtur dicendum, ꝙ fratres & nepotes ex fratre dicti teneantur soluere pro rata dotem Violanti filię dicti Lucę, vt disponit testator in suo testamento. Et præmitto formalia verba ipsius testatoris dicentis, reliquit duabus filiabus maioribus natis, vel nascituris dicti Lucæ & sui filij libras quinquaginta Bononi.pro qualibet, & in finalibus verbis testator assignat causam, quare dictas dotes reliquit filiabus dicti Lucæ, quia quatuor filias habebat,plures nubendas cæteris,& quam pluries negotia pro dicto suo patre cum magno periculo exercuerat. Ista sunt verba formalia testamenti,& est diligenter ponderandum: quia testator loquitur per ampliora verba in fine,quã fuerit loquutus in prin. legati: quia in principio dicit, duabus filiabus maioribus;postea in fine nõ replicat filias maiores, sed simpliciter dicit, reliquit dotes duabus filiabus. d. Lucæ,Istud est magno amplectendum ingenio circa istam

istam

istam consultationem; quia testator non videtur sine ministerio apposuisse illud verbũ maioribus, & est etiam considerãdum, ꝙ illud verbum, maior, licet adaptari possit ad antiquiorem respectu ætatis, vt cõsuluit Bald. quem refert & sequitur do. Pet. de Anch. in petitione sua. c. canonum, de consti. vbi dicit, testator disposuit suam rẽ debere venire ad maiorem de domo, consuluit Bal. ꝙ intelligitur de maiori habito respectu ad ætatem: & sic videtur testator considerasse ius primogenituræ, vt illo mortuo succedat alius antiquior de domo, allegatur ratio
1 † quia vbi verba habent naturale & ciuile significatum, intelliguntur in naturali significato, & non in ciuili, vt l. fin. C. de his qui veni. æta. impetra. l. fideicommissum. ff. de condi. & demon. l. ex parte. §. insulam. ff. de verb. obli. & c. susceptum, de rescrip. lib. 6. de qua maioritate loquitur Bal. in l. 1. C. qui accusa. non pos. & ita etiam consuluit, ꝙ intelligitur respectu ætatis do. Pet. vt ipse refert in præfato loco. & facit. l. 1. in ver. maiores. C. de impo. lucra. descript. lib. 10. vbi ille dicitur maior, qui est maior natu, probatur in l. si in emptione. in vers. maiorum suorũ. ff. de mino. vbi appellatione maiorum veniunt antiquiores, & apud Valerium historicum belissimè in prin. dicitur. Maiores nostri statas, solennesque cerimonias &c. & facit rub. ff. ex qui. cau. maio. in integ. rest. Sed tamẽ verificatur in eo, qui est maior dignitate, scientia, officio, vt probatur coniuncta sua glo. in c. lex est, secunda dist. vbi tex. dicit, maior natu, & glo. ibi dicit, ꝙ est maior ætate, & maior scientia, & isto modo etiam potest intelligi illud dictum Valerij dicentis, maiores nostri, vt intelligatur scientia. & adduco tex. valde elegãtem in c. quoties, de testi. in ver. maiores. vbi dicitur quis esse maior diuitijs, potentia, nobilitate. & facit illud, quod scribitur in euãgelio Lucæ, Reges gentium dominãtur eorum, & qui potestatẽ habent super eos, benefici vocantur, vos autem non sic, sed qui maior est, fiat sicut minister: nam quis maior est, qui recumbit an qui ministrat?
2 Et sic apparet ex istis, † ꝙ verbum, maior, est ęquiuocum, & testator fuit vsus illis verbis, filiabus maioribus, per accidens, non substãtialiter, & essentialiter, ꝙ ita debeant dotari duæ filiæ, si sint maiores ætate; quia declaratur ex verbis finalibus ipsius testamenti, in quo dicit, ꝙ voluit duas filias dicti Lucæ habere duas dotes, ex eo quia habet quatuor, & ex eo qa cum periculo ipsius Lucæ dictus Lucas se exercuit in negotio ipsius testatoris. Vnde videtur, ꝙ testator non habuerit illam cõsiderationem ad antiquiores filias substantialiter & formaliter, sed habuit respectum accidentaliter: ideo expressit maioribus: quia idem est, si non essent maiores. Et ad istud demonstrandum ad oculum adduco tex. valde elegantem, qui iudicio meo in terminis decidit istam dubitationem, in l. quidam testamento. ff. de leg. j. in ver. verisimile est, patremfamilias demõstrare potius hæredibus voluisse, vnde aureos sine incommodo rei familiaris ꝯhere &c. vbi est casus. testator legauit Titio quadringentos florenos, & voluit ꝙ centum soluerentur de tali trafico, & alia centum de alio trafico, mõ testator recepit illos aureos de illis traficis, & tñ perseuerauit in eadem voluntate, quæritur, vtrum legatarius possit consequi legatum, deciditur ꝙ sic; quia testator vr̃ gr̃a demõstrationis dixisse, ꝙ soluantur de tali trafico: nõ ꝙ voluerit restringere legatũ, ꝙ non soluantur nisi de illo trafico: ita dicamus modò in casu nr̃o: quia testator potius gr̃a verisimilioris prioris executionis dixit, duabus filiabus maioribus, vnde posito ꝙ nõ fuisset data dos per filios omnes ipsius testatoris duabus maioribus filiabus ipsius Lucę, & mortua fuisset vna ex illis, antequam a dictis hæredibus fuisset sibi data dos, non esset propter hoc ademptum, & reuocatum legatum: quia causa executionis fiendæ testator apposuit illa verba, demonstrando quibus prius darẽtur dotes; quia maioribus natu, & sic non restrinxit, nec limitauit legatum: quod demonstratur clarius, & apertius; quia testator in finalibus verbis apposuit duntaxat illud, duabus filiabus; quia volunras sua fuit, ꝙ duas dotes haberent duæ filiæ illius Lucæ; ex eo quia habebat quatuor, & posuerat se in periculo pro negotijs ipsius testatoris: & sic videtur ibi casus ad propositum huius decisionis aureis literis scribẽdus. licet ergo testator dixerit, duabus filiabus maioribus, natis, vel nascituris, illud verbum maioribus, fuit expressum ratione demonstrãdæ executionis, in quas verisimiliter per prius essent dictæ dotes dandæ & distribuendæ, & sic non important iuris ministeriũ. Præterea dico, fore textum cum gloss. in terminis in c. 2. de confessis. lib. 6. vbi imponitur pęna reo, vt habeatur pro confesso, vel negante, si non respondeat ad positiones, vt ibi habetur: & est ille textus pœnalis, & exorbitans, & loquitur in reo, dubitatur ibi, quid erit in actore, habebit ne locum ille textus, ibi decidit de reo, de actore non dicitur: videtur ꝙ debeat restringi ad casum, in quo loquitur: tamẽ glossa ibi decidit contrarium: & dicit quòd non fuit iurius ministerium, vt exprimeretur de reo, & non de actore, sed fuit quædam frequẽtatio facti; ex eo quia erat magis frequẽtatum de reo, ideo potius expressit de reo; quia erat magis frequentatum, tamen eadem est ratio in actore: ita videtur formaliter dicendum in proposito nostro, ꝙ testator non dixit illud, maioribus, cum iuris ministerio, sed cõsiderauit frequentiam agentium; quia prius tradunt nuptui filias maiores natu, quàm minores natu, tamẽ idem videtur voluisse in minoribus natu. & adduco elegantem textum cum sua glossa in clementi. Abbates. de rescrip. vbi ponitur casus exorbitans loquens de prælatis ibi religiosis, glossa ibi quærit, quid erit in prælatis secularibus, videtur de iure dicendum, ꝙ non habet locum in illis tanquã exorbitans; tamen contrarium decidit ibi glossa: quia eadem est ratio in vtroque, & hoc quia erat magis frequentatum.
3 Ecce nunc † qualiter illud, quod exprimitur ex eo: quia magis frequentatum, non inducit iuris ministerium: & illam glossam sequuntur ibi omnes docentes, & ibi dominus Antonius paruipendit legistas, ꝙ de hoc dicant esse glossam singularem in l. tale pactum. §. fin. ff. de pactis: quia imo est glossa similis ibi. Ioan. de Imo. ibi dicit, ꝙ illa glo. l. tale pactum. §. fi. est singularis de iure ciuili, sed gl. dictæ clemen. Abbates. est singularis de iure canonico, & ita concordant dicta doctorũ: sed posset eis dici illud, quod scribitur in Euangelio, vos nescitis quicquam; quia (vt dixi) de iure est glo. in d. c. 2. de confes. lib. 6. & adduco glo. in c. diaconi. 27. distinct. quia text. pœnalis loquitur de diacono, glo. ibi dicit, ꝙ idem est in subdiacono: quia eadem ratio est in vtroq;, & quia de diacono fuit quæsitum: sed non fuit quæsitum de subdiacono; quia idem fuisset responsum. Ita dicamus in proposito: ideo dixit de maioribus, quia erat ita solitum & frequentatum, & adduco gl. in c. vno. de rerum permutat. lib. 6. & sic non est singula. gloss. d. clemen. 1. de iure canonico, & adduco domi. Cardina. in c. si Abbatem, de rescriptis. vbi dicit, factum narrat idem in alijs collatoribus, & sic denotat frequentiam, idem ergo in alijs non frequentatis. & adduco eundem domi. Cardinal. in c. præterea. lo 1. de transactionibus. vbi text. loquitur de religiosis, ipse dicit idem in alijs. & ideo potius expressit de religiosis ita, quia accidit, & adduco, quod voluit idem dominus

minus Cardinalis in c. plerique. de pactis. ita videtur necessariò dicendum in casu nostro, ꝙ ideo expressit de maioribus duabus; quia ita est frequentatum: ergo idem in alijs, etiam si nō essent maiores. & adduco in medium glossas in censura ciuili, videlicet glossam in auth. cassa & irrita. C. de sacrosanctis ecclesijs. & glo. in l. 1. C. de his qui ad eccle. confu. quæ glossæ loquuntur de ista frequentia, & adduco textum gloss. & Angel. in l. 1. C. de raptoribus virgin. vbi textus loquitur de viro rapiente virginem. glossa ibi dicit idem in fœmina rapiente virum: ideo potius expressit de viro; quia magis erat frequentatum. facit, quod voluit glossa in l. imperator. ff. de statu hominum. vbi text. loquitur in fœmina libera, glossa ibi dicit idem esse in ancilla, & illa potest esse ratio; quia magis erat frequentatum in fœmina libera. & facit, quod voluit gl. in l. 1. C. de his qui ante apert. tabul. & ideo Cynus, Angelus & Salycetus in l. 1. C. de Nili agger. non rumpen. dicit, ꝙ licet ille textus loquatur in rumpente aggeres Nili; tamē idem est in rumpente aggeres Padi, & aliàs consului. ideo de illo dixit; quia erat magis frequentatum. & adduco, quod multum eleganter voluit Ioannes Andreas in additioni. Spec. in tit. de loc. §. 1. prope principium. vbi dicit rusticus fecit pactum cum domino, ꝙ de fructibus vinearum, quas plantabit, teneatur dare domino quartam partem de fructibus arborū, quas plantabit, nihil fuit conuentum inter eos, decidit ibi Ioannes Andreas, quòd idem erit in arboribus; quia ideo expressit in vineis; quia erat magis frequentatum. & sic allegat, quod habetur in l. tale pactum. §. fin. de qua glo. facit festum Bald. in l. Barbarius. ff. de officio prætor. & in l. si quis ita. §. si quis eum. ff. de testatur. & adduco textum & docto. in c. 1. §. si quis rusticus, de pace tenenda. in vsibus feudorum. vbi tex. punit rusticum portantem arma, de vrbano nihil disponit, doctores ibi dicunt idem esse in vrbano, & sic in ciue. & ideo ita expressit de rusticis: quia erat magis frequentatum. & ista ad istud propositū nunquam fuerunt adducta per aliquem, quæ adduxi in lecturis meis, & sæpenumero consulendo in diuersis partibus, supremus Deus scit, si cum diuturnis laboribus ista inueni. ¶ Modò cum frequentatum sit, maiores filias dotari, & nuptui dari, sequitur, ꝙ testator istam frequētiam expressit, ergo idem in alijs, quæ licet non sint maiores: tamen dotantur, & nuptui traduntur. Præterea facit, ad eum casum adaptatur dispositio legis, ad quem adaptantur verba eius. l. 4. §. toties. ff. de damno infecto. l. quod constitutum. ff. de testamento militari. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusationibus. l. ita autem. ff. de administratione tutorum. l. j. §. loquitur. ff. de magi. conuen. c. indemnitatibus. §. sed cum eas, de elect. libr. 6. sed illa verba, duas maiores, adaptantur ad casum nostrum: testator non dixit duas primas maiores, modò mortua illa filia vocata, quæ erat secunda filia, & extat ista, quæ vocatur Violantes, ex quo sequitur, quòd cum ista sit vna de maioribus, & testator voluit, quòd ad duas maiores eius hæredes teneretur dare dotem, ergo in ista Violante verificātur verba testatoris volentis duas maiores dotari, ergo &c. ¶ Et si quispiam opponat, ꝙ casus omissus habetur pro omisso; vt l. commodissimè. ff. de liberis & posthumis. l. si cum dotem. in principio. ff. soluto. matrimonio. l. si extraneus. ff. de condictione ob causam. Cum ergo sit casus omissus quò ad istam Violantē, ergo sequitur, quòd non venit maritanda de communibus bonis hæreditarijs: illud enim quod non dixit testator, non dicemus nos. l. si serui vestri. in versicul. non dixit prætor. ff. de acquirenda hæreditate. Ad hoc respondeo, quòd in ambitiosis restringendus est casus omissus, & habetur pro omisso, nec attenditur ibi similitudu, vt probatur in c. susceptum. de rescriptis. libr. 6. sed in fauorabilibus extenditur, si quidem enim si ratione casus omissi deficit solennitas, habetur pro omisso, vt d. l. commodissimè, sed si non deficit solennitas, sed est eadem æquitas, & omnimoda similitudo: vt l. fi. C. de his qui ven. æta. & l. fideicommissum. ff. de condit. & demonstr. tunc casus omissus habetur pro expresso, ita bellissimè dixit Bal. in l. si mater. C. de institutio. & substitutio. ¶ Modò ista elegans pro certo doctrina decidit hāc nostram dubitationem; quia cum nos non simus in ambitiosis, nec in odiosis, sed simus in fauorabilibus & simus in dispositione testamentaria, quo casu capitur sensus benignus, vt l. in testamentis. ff. de regu. iur. l. benignius. ff. de legi. cum si. Posito, non tamen concesso, quòd sit casus omissus; quia nō est verum, imo est casus expressus, & expresse prouisus a testatore, vt superius demonstraui; nihilominus quia est eadem æquitas, & omnimoda eadem similitudo, si est tertia filia maior, sicut si esset secūda filia maior, nec deficit solennitas, ergo sequitur, quòd fiet extēsio ratione eiusdem æquitatis, & omnimodæ similitudinis. & adduco simile, quod habetur in l. tamen. §. in ædilitijs actionibus. ff. de ædil. edi. ver. cæteris rebus similibus. & sic Bald. videtur apponere securim ad arborem huius dubitationis. ¶ Nec ob. cum dicitur, quòd illud, quod non dixit testator, vel lex, non dicemus nos, vt d. ver. non dixit prætor. quia potest elegans dari responsum, quòd idem Bald. in commento. l. omnes populi. in finali. verbis. ff. de iusti. &

4 iur. dicit† quòd si ratione materiæ, in qua loquimur suppleamus; quia materia pręstat omnibus causam interpretandi, vt cle. exiui de paradiso. de verbo. sig. & bene facit, quod voluit Bald. in l. si cum dotem. in princip. ff. solut. matri. Et ex istis videtur ad oculum decisa huiusmodi consultatio. ¶ Præterea pondero vnum, quod apponit gladium ad hanc hæsitationē, videlicet vbicunq; ratio legis, aut statuti & similium est amplior, & generalior dicto, & disposito legis, tunc dictum & dispositum legis extenditur, & ampliatur ad amplitudinē rationis, istud assumptum est verissimum, nullam continens dubitationem, vt est gl. quæ ad hoc reputatur sing. in cle. 1. de ele. quā omnes docentes ibi sequuntur. & alia est in l. pater filium. §. fundum. ff. de leg. 3. & in l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de legat. 2. Modò in casu nostro, in dicto disposito huius testamēti prouidetur duabus filiabus maioribus istius Lucę, in fine autem ponitur ratio, quare est, ꝙ testator voluit, ꝙ maritarentur duæ filiæ maiores ipsius Lucæ, quæ fuit: qa habebat quatuor filias, & seruierat testatori cum periculo ipsius Lucæ. Modò ista ratio est generalior dicto & disposito; quia siue maritarentur maiores, siue minores, inest ratio: quia oneratus erat filiabus plus alijs fratribus, & interposuerat personam suam cum suo periculo in negotijs paternis: ideo extenditur dictum & dispositum ad amplitudinem rationis: licet ergo testator dixerit de maioribus; tamē haberet locum in minoribus: quanto fortius in casu nostro, in quo testator in finalibus verbis restrinxit suā dispositionem ad filias simpliciter, nec expressit maiores, arg. anctent. multo magis. C. de sacrosan. eccle. c. cum in cunctis, de electio. & quod voluit Aristo. in 1. posteriorum, propter vnunquodque & illud magis. & gl. ponit concordantias in d. c. cum in cunctis. ergo sequitur, ꝙ hæredes dicti Barr. tenentur conferre pro sua rata ad præstandam dotē dictæ Violanti. ¶ Et si quispiam opponat, vt iam opponitur per filios dicti Bartho. quia cum testator disposuerit, ꝙ si in parte decesserint quandocunque sine filijs, tunc dos ipsa iam

iam data a fratribus restituatur ipsis fratribus: modò illa T. secunda filia maritata decessit sine filijs, ergo dos pro rata restituēda esset dicto Bartholomeo, vel hæredibus eius, vnde intererat ipsius Bartholo. dedisse dotem illi T. & sic non tenerentur ad dotandam aliam. Ad hoc respondeo, ꝙ iudicio meo satis est calumniosa ista obiectio; quia cum adimpleuerit voluntatē testatoris, ille Bartho. aut filij eius non possunt allegare pro se voluntatem testatoris circa restitutionem partis ipsius dotis: & adduco elegantem doctrinam Innoc. in c. mandatum, de rescri. vbi
5 dicit † ꝙ veniens contra scriptum non potest allegare pro se scriptum, & sic si alicui prodest scriptum, ei prodest inquantum illud seruat, aliàs non potest illud allegare scriptum esse pro se, ita sapienter dixit ibi Inno. & referunt & sequuntur illud dictum Bal. & Sal. in l. cum proponas. C. de pactis. Modò iste Bartho. vel hæredes eius non adimpleuerunt voluntatem testantis non dotando pro sua rata illam Todescam, ergo non possunt allegare testamentum pro se, quò ad illam partem imputetur eis, qui debebāt adimplere illam particulam testamenti. Ideo multum egregiè dixit Bal. in c. 1. in tit. qualiter dñs feudi
6 proprieta. priuetur. † ꝙ si quis debebat ex parte sua adimplere contractum, aduersarius non adimpleuit, & ideo incidit in pœnam, ꝙ non poterit petere pœnam primus, nisi probet, ꝙ ipse impleuerit contractum ex sua parte, & dicit esse casum sing. in l. testamento. la grande. ff. de cond. & demon. facit. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. facit c. j. de mutu. pet. & ideo posset alleg. illud Domitij oratoris dicentis. Cur ego te habeā in principem, cum tu non habeas me in senatorem, refert doctor supremus Hieronymus, vt refert Gratianus in c. esto subiectus. 86. di. & ideo succedit illa regula, qui non facit, quod debet, non recipit, quod oportet. l. si nō fuerit. ff. de iureiuran. Bal. in auth. dos data. C. de donation. ante nup. ergo sequitur, ꝙ non possit allegare mortem illius T. sine filijs, cum ipse non dotauerit pro rata, vt disposuit testator, & sic calumniosa fuit illa obiectio: & maximè, quia istud venit incidenter, & pręter omnem intētionem eorum: quia nesciebant illam morituram sine filijs, ideo nō possunt allegare illud interesse: vnde dixit tex. in c. cum contingat. de iureiu. dummodo iurm non tendat in præiudicium alterius, & gl. in c. quanuis, de pac. lib. 6. interpretatur illum tex. principaliter, secus si incidenter apparet, ēt ꝙ sit calumniosa ex coniectura ipsius Bartho. voluit enim locupletari cum aliena iactura ꝯ voluntatem testatoris: quia iam ipse Bar. habuit suam filiam dotatam de cōi ære, & ipse, aut filij eius non volunt dotare pro sua rata præfatam Violantem maiorem filiam ipsius Lucę, ꝯ. l. nam hoc nā. ff. de cond. indebi. & c. locupletari, de reg. iur. lib. 6. ¶ Et si quispiam dixerit, ꝙ non debet occasio altercationis inter fratres
7 † non enim debent ad imparia vocari, vt dixit tex. in l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. Ad hoc respondeo, ꝙ si rectè ponderetur mens testantis, quæ primis in rebus debet attendi, vt l. in conditionibus primum locum. ff de cond. & demon. quia vbi manifestissimus est sensus testatoris, nusquam interpretatio verborum tantum valet, vt melior sensu existat, ita eleganter dixit tex. in l. si quis filium. C. de lib. pręte. modò dictus testator ī suo testō dixit, ꝙ volebat, ꝙ conseruaretur æqualitas inter suos filios, quantū fieri posset, & sic voluntas sua fuit vt seruaret æqualitas. Modò testator prædictus arbitratus est æqualitatem inter dictos filios seruatam, licet duæ filiæ ipsius Lucæ maritari deberent de bonis cōibus ex eo: quia habebat quatuor filias, & prī seruiuerat cū periculo suæ psonæ in negotijs paternis, vnde putauit esse æqualitatem, si vna vnicuique filiorum maritarentur de bonis cōibus, & duæ maritarentur dicto Lucæ, ex quo hēbat quatuor, & patri suo negotiatus fuerat cum periculo personę suę. Stabimus ergo volūtati ipsius patrisfamilias. ¶ Et si dicatur, probet ergo iste Lucas huiusmodi seruitia, vt voluit gl. in l.
8 si donatione. C. de colla. † vnde non statur assertioni paternæ, vt l. qui testamentum. ff. de probatio. & est tex. melior de iure in l. etiam. §. ex præterito tempore. ff. de manu. vin. secūdum Ang. ibi, & quod voluit gl. in c. si quos. 12. q. 2. Bar. in l. 2. C. ne lice. poten. & in l. per diuersas. C. mā. Bal. in l. iubemus. C. de sacr. san. eccle. Gul. de mōte Lauduno in cle. si. de reb. eccle. non alienam. Bar. in l. si forte. ff. de castren. pecu. Ad hoc rñdeo, ꝙ istud procedit in actu prohibito regulariter, qui censetur permissus propter benemerita, quo casu nō statur assertioni meritorū, ne fiat fraus legi, sed in casu nostro nos sumus ī actu prohibito: ergo sequitur, ꝙ stabimus assertioni paternæ, & sic stat illa regula, vbi manifestissimus est sensus testatoris, nusquam interpretatio verborum tantum valet vt melior sensu existat: seruanda est ergo voluntas testatoris, & eoque magis: quia iam incęperunt dicti hæredes illam seruare, maritando illā primam filiam maiorē ipsius Lucæ, tenentur ergo in totum adimplere. l. non dubium. C. de testa. ¶ Præterea est
9 aduertendum, ꝙ regula est † ꝙ habito effectu nō curamus de modo. l. si mater. C. de inst. & subst. quia nihil refert, quid ex æquipollentibus fiat, vt ibi colligit Bal. modò testator disposuit in suo testamēto, duas filias ipsius Lucæ debere dotari de libris quingentis per suos hæredes cōiter pro rata, siue ergo dotentur duæ primæ, puta prima & secūda, siue prima & tertia, nihil refert; quia habito effectu non curamus de modo, si adimpleamus voluntatem defuncti, vt d. l. fin. C. de his qui ven. æta. impetra. iuxta illud. Per varios casus, per tot discrimina rerū Tendimus in Latium. clarè dicēte poeta, vt a beato scriptum est philosopho. 3. ꝯsolationis philosophicæ. Omnis inquit mortalium cura, quam multiplicium studiorum labor exercet, diuerso quidē calle procedit, sed ad vnū beatitudinis finem nititur puenire. Ita dicamus in casu nostro, testator voluit duas filias Lucæ maritari de communibus bonis suorum hæredū, siue maritentur primæ filiæ, siue secundæ, nihil refert: sufficit enim, ꝙ maritentur duæ, & illud verbum maioribus, fuit gratia demonstrationis, & frequentationis, vt superius est dictum: ergo iniquè iudicio meo videntur pugnare filij illius Barth. negantes conferre pro rata ad dotandam ipsam Violātem. ¶ Præterea
10 facit ad prædicta † ꝙ omne agēs agit propter finem, & finis est, qui mouet agentem; vt voluit Arist. & sapienter voluit Bal. in l. eam quam. C. de fideicom. ꝙ causa finalis est fons causarum, & præsumitur causa esse finalis, q̄ secūdùm iuris rationem debet esse finalis, ita probatur ibi, & in l. si pater. C. de hære. instit. vel illa dicitur esse causa finalis alicuius dispositionis, quæ assignatur a testatore loco finalis causæ, ad hoc allegat, quod habetur in l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. & quod no. in l. si is qui animo. ff. de acq. poss. Ita formaliter dixit Bal. in d. l. eā quam. Modò in casu nostro testator in suo testamento assignauit pro causa finali huius volūtatis in relinquendo duas dotes; ex eo qa dictus Lucas habebat quatuor filias, & sic erat oneratus graui familia filiarū: & quia gesserat aliqua patris negotia cum periculo suæ personæ: cum ergo habeamus istam causam finalem huius suæ voluntatis. sequitur, ꝙ erit seruanda, siue sint primæ maiores filiæ, siue secundæ. ¶ Et si quispiam opponat, ꝙ in præfato testō dr̄ pro duabus maioribus natis, ergo præcisè intelligit de prima

ma & secunda, quæ erant natæ, & maiores, & sic intelligitur de primis. Ad hoc apparet responsio vera & facilis, ꝙ licet dixerit de duabus maioribus natis, illud fuit, vt iam superius est dictum, gratia frequentationis actus dotandi; quia prius dotantur maiores natu, sed ampliantur illa verba per verba finalia huius testamenti, quia dixit pro duabus filiabus, & etiã ampliantur per rationem, quæ est generalior apposita per testatorem, vt est superius dictum: ergo &c. Item istud etiam tollitur: quia testator vlterius processit, & dixit, vel nascituris: vnde non limitauit se duntaxat ad maiores natas, vel nascituras, ergo fortius vr̃ voluisse, ꝙ si non maritarentur duæ maiores natu, & sic illæ duæ primæ iam natæ, ꝙ maritarentur alię iam natę: vnde pone, ꝙ heredes non habuissent ita facilem modum dandi dotem illis primis & fuissent dotatæ, certè tenerentur dotare alias iam natas nubiles, & sic illa verba nascituras, ampliant dispositionem ad nascituras, & fortius videntur ampliare dispositionem ad iam natas nubiles, & sic testator non restrinxit se ad iã natas duntaxat primas. Item plus dico, ꝙ si rectè ponderentur verba finalia huius legati, testator loquitur de duabus filiabus ipsius Lucæ incertis: quia ampliauit illam dispositionem primam, cum dixerat duabus filiabus maioribus, quo casu dico, ꝙ vbicunque legatur dos pro incerta virgine maritanda, & est maritata, non debetur sibi dos. istud decidit in indiuiduo Bart. in l. 1. C. de sen. quæ sine certa quantita. secus dicit, si legasset pro certa ad hoc allegat l. si iam facta. ff. de condi. & demon. ¶ Cum ergo in casu nostro reperitur illa T. dotata, sequitur, ꝙ non intelligitur pro ea: vnde posito ꝙ pater dotasset illam T. de suo, nihilominus videtur. ꝙ non potuisset petere dotem, ex quo est dotata. sufficit, ꝙ voluntas testatoris adimpleatur in alia filia: quia eius voluntas fuit, vt duæ filiæ illius Lucæ dotarentur de communibus bonis hęredum suorũ, ergo necesse est, vt dicamus istam Violantem debere dotari de boniscommunibus ipsorum hęredum. Et pōderet diligenter do. iudicans illam doctrinam Bal. in d. l. fi. C. de senten. quæ sine certa quantita. Facit, quod no. per alios in d. l. si iam facta. Et sic multifariè multisq; modis demõstraui, istos hr̃des teneri ad dotandam istam Violãtem pro rata, vt disposuit testator: & sic apparet etiam ex prædictis, ꝙ illa verba, nascituris, faciunt ad fauorem ipsius Lucæ. ¶ Præterea dicitur in puncto, ꝙ postquam fuit maritata prima filia ipsius Lucæ interuenit compositio cum dicto Barthol. ꝙ cum teneretur dictus Barthol. ad dotandam aliam filiam ipsius Lucæ pro rata sua, & dictus Lucas teneretur dare pro rata sua dotẽ vni filię illius Barthol. ꝙ absoluerunt adinuicem in præsentia duorum testium, sed vnus est mortuus, quo casu stantibus prędictis coadiuuatur dictum huius testis, vt stetur dictæ compositioni per l. admonendi. ff. de iureiur. & c. fi. eodem ti. l. in bonæ fidei. C. eo. licet in veritate sufficiant superius ꝯsulta, vt teneantur dicti hæredes pro rata dotare dictam Violantem. Et ita concludo in fauorem ipsius Lucæ. Andreas Barba.

EPITOME.

¶ Definitio causæ summariæ ad minorẽ iudicẽ spectans à prefecto maiori iudici cõmitti pōt. Item notarius, qui se testamentum srcipsisse negat, si rogatus vnius fide digni testimonio asseratur, aduersus eum parti deferri iuramentum potest, vt tandem illius copiam facere cogatur.

SVMMARIVM.

Viduarum causa summaria est, & tolluntur ab ea apices iuris. numero 1.

Iudicibus maiore & minore concurrentibus, dignor attenditur. numero. 2.

Tabellio negans se vt notarium scripsisse, nihilominus præsumitur vt tabellio scripsisse. nu. 6.

Iuramentum in causa summaria etiam post conclusionem defertur. nume. 8.

CONSILIVM XXXI.

STat prima hæsitatio, si potuit legatus committere causam hanc summariè agitãdam & celeberrimus domi. Vicarius dicit ꝙ non, pro suo dicto est glo. sing. in c. fi. de hære. lib. 6 quam allegat pro singula. Io. de Imo. in l. nemo potest. ff. de leg. i. sed alia est in cle. sæpe, de verb. sig. & in c. indemnitatibus, de elec. lib. 6. ergo causam spectantem ad correctorem notariorum non potuit committere domino Potestati, & eidem Correctori summariè, ita posset breuiter & sapienter opponi, circunscripto multiloquio. ¶ Ad quod rñdeo, nihil noui sub sole, nihil enim noui, aut a iure extraneũ fecit R. do. gubernator; quia ex regulari dispositione statuti in causa viduarũ debet Potestas procedere breuiter & summariè, sola
1 æquitate inspecta, quo† casu causa est summaria, & & tolluntur apices iuris, singu. est glos. in l. si mancipium. ff. de euic. facit, quod voluit ibi Bal. in suis apostillis, & quod voluit do. Car. in c. tuam de ordi. cog. & quod voluit glo. in c. dilecti, de iudi. Bar. in l. quintus. §. quædam. ff. manda. Bald. in l. si pro ea. C. eod. Ang. in l. argentarius. ff. de edendo. moderni in rub. ff. de arbit. modò scribitur in passione Dominica, si in viridi ligno hoc faciunt, in arido quid fiet: si corã Potestate, qui est iudex vniuersalis, istud fit, fortius coram iudice particulari, vt est Corrector notariorum, causa ergo viduarum coram Correctore dẽt esse summaria, & sola æquitate decidenda, ar. auth. multo magis. C. de sac. sãn. eccle. & in c. cum in cunctis, de elect. cum concor. ibi in gl. & ideo ventilatur ista causa viduæ secũdum dispositionem statuti Bononię, & attendetur in modo procedendi statutum Bononiæ, & non statutũ Correctoris, ita decidit Bal. formaliter in l. 2. C. de const. pecu. ergo. D. Gubernator committendo causam summariè spectãtem ad viduam, nihil facit; quia statutum notariorum limitatur in modo procedendi secũdùm statutum communis Bononiæ. l. sed & posteriores. ff. de legi. & qđ
2 voluit ibi Gul. Bart. & alij. ¶ † Item vbicunq; maior iudex, & minor iudex accumulantur adinuicem, attenditur dignior, vt sentit Nic. de Neap. in l. penul. ff. de iustit. & iur. vbi quando Potestas & Episcopus concurrunt adinuicẽ in eadem causa, quis locus attenditur, an palatium Potestatis, an palatium Episcopi. probatur in l. si communem. ff. quemadmod. ser. amit. voluit Bar. in l. præcipimus. §. eodem obseruando. C. de app. vbi loquitur de clerico & laico, vt attẽdat̃ in vtroq; forũ clerici: ita dicamus in proposito vt attendatur statutũ pōt litẽ statutũ notariorũ nō; loquitur specificè de cã viduarum, sed statutum communis Bononię, ergo species derogat generi. regula, generi. lib. 6. potest ergo dominus pronuntiare potuisse ita delegari causam istam: nec ob. gloss. d. c. fin. quia in alio casu loquitur, & ita Bald. in d. l. nec quicquam. ¶ Circa secundam dubitationem, quod
3 † vbi requiritur probatio non sufficit allegare iuris præsumptionem, vt voluit glo. in l. 1. C. de fide instr. libro 10. & gloss. ibi dicit, ꝙ probatur eo ipso, quod ꝯrium non probatur, licet quidam dicant, ꝙ sit violentia literę; quia non probatur, sed ius pręsumeret. Ad hoc rñdeo primò, illi tales non benedicũt, & nouissimus ego induco tex. in ver. fundata intentione. cum gl. in c. finem litibus, de dolo & contu. vbi text.

loquitur post probatam intentionem, & glo.ibi di-
cit per præsumptionem, ecce nunc qualiter quis ar-
ctatur ad probādum , & tamen dicitur probare per
præsumptionem, ergo malè dicunt illi tales : & ad-
duco glo.in c.cum ad sedem, de resti.spol.vbi tex.po
nit quatuor modos probandi, glos.arguit de quinto
modo probandi, videlicet, per præsumptionem, ec-
4 ce nunc qualiter presumptio est probatio; fateor† ꝙ
propria probatio est, quæ fit per testes, vt d.c.forus.
versic.probatio, de verbo.sig.& adduco glo.in l.situ
tor.C.de pericu.tuto.quæ dicit, ꝙ præsumptio iuris
est probatio liquida.probatur in l.1.aliàs.2.C.de te-
sta.mili.cum simi.¶ Nec obstat dictum Ioan.Andr.
in rubric.de probatio.quia loquitur in alio casu: vi-
delicet si datus est terminus ad probandum, ꝙ post
lapsum terminum non admittitur ad probandum
per confessionem, ꝙ an rectè dicat, ego expressi me-
lius, quàm alius in c.2.aliàs.1.de offic.ordi.nec facit
contra hanc consultationem, cum arguit, ꝙ illi te-
stes non probant deponēdo de subscriptione. Quia
5 circa hoc pondero† ꝙ verba relata ad personam in-
telliguntur secūdùm illius personæ qualitatem per
l.ex militari.& quod ibi voluit Bald.ff.de testa.milit.
l.plenum.§.equitij.& ibi Bal.ff.de vsu & habi.Inno.
in c.pastoralis, de dona.vnde multum sapiēter dixit
Bal.in rub.C.de fide instru.de quadam scripta tabel
6 lionis † quam ipse negat se scripsisse vt tabellio, sed
pars dicit ꝯtrarium, ꝙ imo vt tabellio, decidit Bald.
ꝙ præsumitur vt tabellio. facit simile, quod dicunt
scribentes in c.omnis, de pœnit.& remis. de sacerdo
te reuelante confessionem, qui dicit non habuisse,
vt sacerdos : modò ista apponunt gladium ad radi-
cem huius hæsitationis: quia si duo notarij periti in
arte sua dicunt se vidisse quēdam notarium subscri
ptum, præsumitur rogatum vt notarium: quia qua-
litas personæ hoc inducit: & quia consuetudo tabel
lionum ita est, quia testamentum nūcupatum non
requirit, vt tabellio se subscribat vt testis, & sic pro-
bant isti duo testes apertè & manifestè intentionem
huius viduæ.¶ Ad aliud dubium, cum dicitur, non
esse deferendum iuramentum. Ad hoc respondeo,
ꝙ stantibus probationibus ita vt in puncto dicitur,
mihi videtur, ꝙ rectè probēt isti testes istum Gabrie-
lem fuisse rogatum, quod sic demōstro ad oculum:
ex pluribus præsumptionibus adinuicem cōiunctis
resultat plena probatio. Ista decidit glo.singu.in l.2.
§.ætas.ff.de excusa.tuto.quam glo.allegat pro singu
lari Bal.in rub.C.de proba.& idem voluit Bal.in l.2.
C.de secun.tabu.idem voluit gloss.in l.3.§.eiusdem.
ff.de testi.& in l.ita instrumenta.C.de proba.& in c.
accedens, vt lit.non contest.& in c.cum dilectus, de
succes.ab intest.& in c.illud, de præsum.& in c.cum
Bertoldus, de re iudi.Cum ergo in casu nostro con-
stet per plures præsumptiones, ꝙ iste Gabriel fuit ro
gatus de huiusmodi testō, ergo sequitur, ꝙ sunt con
iungendæ, vt plenè probent, voluit Bart.in l.admo-
nendi.ff.de iureiuran.& in l.1.§.item Cornelio.ff.de
quæstio.& ideo dixit idem Bald.multum sapienter.
in rubrica, de controuer.inue. in vsib. feud. ꝙ iudex
ex diuersis animi motibus &c.ex varijs suggestioni-
bus testium, partium, & instrumentorum deuenit
ad vnum finalem conceptum mentis, non indigen-
tem adminiculo iuramenti.ideo videtur de iure di-
cendum, ꝙ poterit iudex ex istis testibus condemna
re illum Gabrielem ad exhibendum testamentum.
Item cum opponitur, ꝙ debet esse testis omni exce-
ptione maior, ad hoc vt deferatur iuramentum, di-
7 co † ꝙ ille dicitur omni exceptione maior, qui non
potest aliqua legitima exceptione repelli. Ita dixit
gl.singula.in c.j.de consanguinita.& affinita.sed ille
ser Carolus non potest repelli aliqua exceptione le-
gitima, ergo ad testificationē sui poterit deferri iu-
ramentum. Item illud dictum procedit, quando est
solus vnus testis, sed quando concurrunt alia admi-
nicula, est secus vt in casu nostro: quia sunt alij te-
stes qui viderunt subscriptionem illius notarij. Item
non obstat, cum dicitur, quòd post conclusionem
in causa non defertur iuramentum, seu non potest
8 peti delatio iuramenti; † quia respondeo, ꝙ in causa
summaria defertur iuramētum post conclusum in
causa, ista est glo.sing.in cle.sæpe.de verbo.signifi.in
ver.interrogabit, quam ad hoc allegant scribentes,
in l.admonendi.ff.de iureiur.cum ergo ista sit causa
summaria, ergo sequitur, ꝙ potest deferri post con-
clusum in causa. Item licet in causa ordinaria sint
opiniones, an possit deferri iuramentum post con-
clusum in causa; tamen Bal.formaliter in l.accusa-
tionibus.C.de accusationibus.dicit, ꝙ in causa ciui-
li post cōclusum in causa potest iudex deferre iura-
mentum, ergo &c. Item Salyce.in l.bonę fidei.tenet
per vias rationes, ꝙ possit deferri.C.de iureiurand.
ad petitionem partis post conclusum in causa, dico
esse casum in terminis dictæ l.generaliter.§.1.C.de
iureiurand.in ver.in ipsa diffinitiua sententia, quem
textum non rectè pōderauit Ludouicus Romanus,
in l.admonendi. Et ita concludo, iuramentum pos-
se deferri in casu nostro. Et ex prædictis concludo in
fauorem testamenti, vt cogatur ille Gabriel exhibe-
re dictum testamentum, de quo fuit rogatus, & ad
abundantem cautelam poterit celeberrimus domi
nus Vicarius deferre iuramentum huic viduę, vt di-
xit Bartolus in præfata rubrica, de controuer.inue-
stitu.& ita concludo. Andreas Barba.

SVMMARIVM.

Ratio, quæ potuit mouisse auctorem, si sola sit, quāuis tacita pro expressa habetur. nu. 1.

Succedat, verbum quando commune, & quando obliquum sit. numero 2.

CONSILIVM XXXII.

DIfficultas huius consultationis
pendet ex hoc, videli
cet, vtrum ista sit substitutio, & sit fi-
deicommissaria, quo casu potuit de-
trahi Trebellianica de bonis & hære
ditate dicti Gul.& per consequens po
tuit facere dicta legata ille M. institutus & substitu-
tus per illum Gul. testatorem de bonis præfati Gul.
quatenus patitur illa Trebellianica, quòd ad ocu-
lum sic demonstro: dicitur enim in d.testamento, &
si Gerardus & proles suæ non erunt hæredes, & per
consequens ille, qui in hęreditate testatoris vltimus
de iure deberet succedere, suscipiat cognomen di-
cti testatoris, & de terminis faciat se nominari, & ar-
ma testatoris deferat, & dispositio dicti testamenti
habeat executionem, & sic dictus testator grauauit
illum, qui vltimus de iure sibi deberet succedere: &
per consequens grauauit proximiorem suum, vt as-
sumat cognomē testatoris, & deferat arma domus,
quo casu videtur eundem proximiorem substituis-
se: & ad hoc adduco text.qui iudicio meo decidit in
terminis istam q.in l.quoties.C.de fideicom. vbi di-
cit, ab oībus qui alienatione facta ad fideicōmissum
aspirare possent. vbi probatur, ꝙ ex qualitate rei in-
ducitur tacitum fideicōmissum, ꝙ testator voluerit
in agnatione sua ꝑmanere, & præsumitur fecisse ta-
citū fideicōmissum. Ita ibi colligit Bald.qđ dicit esse
1 valde notandū, † quia cū vna sola rō posset testatorē
mouere, talis ratio dēt haberi pro expressa, allegat.l.
quanuis.C.de fideicommissis.& facit gl.in l.codicil-
lis.§.instituto filio.ff.de lega.2.& gl.in l.tale pactum.
§.fi.ff.de pact.& ideo tex.d.l.quanuis.probat, ꝙ licet
verba

verba, fideicommissi deficerent quò ad hæreditatem restituendam; tamen sententia & mens testatoris non deficiebant: quapropter nihil aliud testator cogitauit de emãcipatione, nisi pp commodum successionis: cum enim nulla alia ratio reddi potest, illa debet haberi pro expressa tam in testamento, quàm in statutis legum, ita dicit gl. ibi elegans, nec est ista interpretatio extensiua, sed intellectiua, quia text. ille sapiẽter dicit intelligi potest, ideo intellectus & ratio idem sunt. ¶ Modò in casu nostro ista decidunt casum nostrum, licet enim testator iste Gul. non dixerit, ꝙ hæreditas sua restituatur proximiori suo: tamẽ satis illud dixit, cum voluit, ꝙ ille proximior assumeret cognomen testatoris, & portaret arma domus; quia propter nihil aliud grauauit, nisi quia volebat, ꝙ hereditas testatoris deueniret ad ipsum proximiorem: cum ergo onerauit eum ad assumẽdum cognomen, & arma &c. sequitur quòd honorauit in hæreditate sibi restituẽda. l. ab eo. C. de fideicom. facit, quod no. in l. Titia seio. §. Seia. ff. de leg. 2. & qđ habetur in l. cohæredi. §. cum filię. ff. de vulga. & pupil. & adduco rationem iudicio meo inconuincibilem, nam ratio, quę mouit testatorem, vt proximior qui de iure deberet succedere, assumeret cognomẽ, & portaret arma domus testatoris, fundat̃ sub quadam recompensatione, quia iste proximior assumẽdo cognomen & arma, videtur oneratus, & grauatus quò ad propulsationẽ iniuriarum actiuè, & passiuè pro seruando honore domus ipsius testatoris, & quò ad similia onera multa & incommoda: est ergo æquum, vt ibi collocentur commoda prouenientia ex domo ipsius testatoris, vbi collocãtur incommoda. l. j. §. fi. ff. de aqua plu. ar. l. ſm naturam. ff. de regu. iur. ita dicamus in casu nostro, vt hæreditas sequatur istum, qui tenetur assumere cognomẽ & arma. facit, quod voluit Bal. in consilio incip. Martinus de Florentia, posito inter consilia Ang. in ordine 67. ergo videtur iste proximior substitutus: & multo fortius quia non deficiunt verba hæreditatis restituendę; quia testator dixit de iure succedere deberet, quę verba important, ꝙ hęreditas deƀ proximiori. ¶ Stat mõ dubitatio, vtrum sit fideicommissaria, & vř de iure dicendum, ꝙ sic, & adduco, quod voluit Bal. in l. fi. C. de sac. san. eccl. circa finem, vbi circa istud ver
a bum succedat, dicit, † ꝙ aut refertur ad res principaliter, & secundariò ad personas, disponẽdo de bonis, videlicet qñcunque filius meus decesserit bona mea succedant Titio, vel impersonaliter profertur vt qñcunque decesserit, succedat talis, & non succedat filio meo, sed impersonaliter profertur, tunc est verbum commune, quod ratione adiuncti & ꝯnexi interpretatur frequenter obliquum: vt l. precibus. cum sua materia. C. de impu. & alijs substi. si autem testator dicat, succedat filio meo, & sic principaliter disponit respectu personę, secundariò respectu rerũ; tunc est verbum directum, ita formaliter decidit ibi Bal. Modò in casu nostro testator non dixit, ꝙ ille de iure deberet succedere dicto Marchesio, vř dicto Gerardo, ergo est verbum commune ratione adiuncti & obliquũ: quia ratione illius Marchesij prædilecti ab ipso testatore, ergo veniret per fideicommissum ad dictam hæreditatẽ, & nõ iure directo. facit, quod voluit Bar. in cõsilio suo incip. In q. proposita, quod est in ordine. 115. & in l. centurio. ff. vulg. & pupil. & Lud. Ro. in consilio 184. pro decisione quæsitorum. ergo fauore dicti Marchesij erit substitutio fideicõmissaria: ergo potuit dictus Marchesius disponere de dicta Trebellianica; quia ad eum spectauit pleno iure, vt habetur in c. Raynutius, & in c. Raynald. de testa. & per totum titulum. ff. & C. ad trebel. ¶ Et sic ex istis eliciuntur duæ cõclusiones veræ & indubitatæ: Prima est, ꝙ præfatus Gul. testator substituit illũ Raymundum proximiorem heredem vniuersalem in tota sua hæreditate, onerando eundẽ Gul. vt assumat cognomen dicti testatoris, & vocetur de domo ipsius testantis & assumat, & portet arma domus ipsius testatoris. Et ex istis verbis elicit̃ manifesta substitutio. Secũda ꝯclo est, ꝙ talis substitutio est fideicommissaria; quia verbum succedo, non fuit directum ipsi Marchesio. Et ita concludo Andr. Barba.

EPITOME.

¶ Capella testamento fundata, presbytero seu capellano conferenda idoneo, illi per se vel alium celebraturo, si vt capellania gubernata fuerit capellania præsumitur: oportuit autem illum actu sacerdotem tunc fuisse, cum conferretur. Inhabili verò præsentato, nisi intra quinque menses idoneum patroni præsentauerint, etiam compatronum sacerdotem, ordinarii collatio valida & probanda est.

SVMMARIVM.

Locus habens faciem ecclesiæ presumitur ecclesia constructa & fundata auctoritate episcopi. nu. 1.
Dictio, alius, est implicatiua similium. nu. 9.
Idoneus ad beneficium dicitur, qui possit, & velit deseruire beneficio. nu. 10.
Dictio, seu, inter res ponitur copulatiuè, inter personas disiunctiuè. nu. 11.
Collatio ab ordinario facta post neglig ẽtiam patronorum valet. nume. 12.
Electionis larga acceptione venit præsentatio. nu. 16.
Collationis verbum accipitur prout materiæ subiectæ congruit. nume. 17.
Testantis verba impropriamus, vt actus valeat. nu. 18.
Patroni plures compatronum rectè præsentant. nu. 19.
Præsentat nemo seipsum, si præsentatio de se proueniat, secus si ex alijs. nu. 20.
Electi vox auget numerum eligentium. nu. 21.
Beneficium si ordinem sacerdotalem requirat sufficit, quòd prouidendo de eo habeat idoneam ætatem. nu. 22.

CONSILIVM XXXIII.

QVoad Primum articulum huius consultationis respondeo, ꝙ præsumatur esse capellania, si in ea capellania fuit celebratũ, & vt capellania fuit tractata & gubernata, maximè concurrente dispositione testatoris disponentis capellaniam fieri, & ita iam facta extitit, & tractata & gubernata vt capellania, dico, ꝙ præsumitur capellania: & ad hoc adduco elegãtem
1 doctrinam d. Car. in c. requisisti, de testa. † reperitur, inquit, locus habens faciem loci ecclesiastici, & habet campanas, & altare, vtrum prẹsumatur ecclesia constructa episcopi auctoritate, & decidit ꝙ sic, per id quod no. gl. in cle. quia contingit, de religio. do. in ver. altare. Fed. de Sen. ꝯsilio 130. & ꝙ voluit Archi. in c. nemo, de cons. di. 1. vbi dicit, ꝙ si locus est in forma ecclesiæ. & ibi per sacerdotes, & clericos publicè celebratur, ꝙ præsumitur ecclesia fundata auctoritate epi. ¶ Et si quispiam opponat, ꝙ auctoritas non præsumitur interuenisse, nisi ꝯstet de eius interuentu: vt l. quæcunque. §. fi. ff. de pub. vnde dicebat Compostel. in c. cum dilectus, de consue. ꝙ in his, in quibus requiritur ꝯsensus capituli ad validãdum actũ, non præsumitur interuenisse, si partes de hoc referant quæstionem, dicendo ꝙ non interuenerit. facit sim. l. e, quod dicimus delegato, ꝙ non p̃sumitur dele-

legatus, nisi constet de delegatione: vt c. cum in iure peritus, de offi. deleg. nec præsumitur solennitas extrinseca, nisi appareat; vt d. l. quæcunque. §. fi. plenè p Bar. & alios in l. sciendū. ff. de ver. obl. facile rñderi
2 potest: quia ex quo † apparent indicia, licet sit factū, præsumitur interuenisse, quia optimo dicente Philosopho, accidentia magnam partem conferunt ad cognoscēdum, ꝙ quid est, vt habetur in 2. metaphysicæ, voluit Bal. in l. non nudis. C. de proba. & in l. j. ff. de rerum diui. Cum ergo in proposito nostro interuenerint accidentia optima, congruentia & accommodata ad hunc actū, sequitur, ꝙ facile deuenimus in cognitionem, & considerationem, ꝙ interuenerint solennia iuris, cum præcesserit dispositio testatoris, & dotatio, & actus celebrandi publice: vt in capellania, & scientia episcopi ipsius loci, dico, ꝙ præsumitur, ꝙ sit capellania, & ꝙ interuenerit episcopi auctoritas. Et ad hoc adduco, quod voluit Io. Andr. post alios in c. illud, de præsump. vbi dixit, ꝙ si quis
3 † gessit se pro rectore ecclesiæ, & longo tempore ibi administrauit, sciente & patiente episcopo loci, ꝙ præsumitur ibi fuisse canonicè institutus. idem voluit Ioan. Andr. in c. j. de reg. iur. lib. 6. & idem voluit Host. in c. licet Hely. de symo. & ideo sapienter idem Bal. in l. siue possidetis. C. de proba. quidam, inquit, stetit longo tempore in beneficio sciente & patiente diecesano, ꝙ præsumitur institutus in beneficio. & ita dicit limitari. c. 1. de regu. iur. lib. 6. & c. ordinarij, de offi. ordi. lib. 6. & adduco tex. valde sing. secundùm omnes in l. qui in aliena. §. ꝙ si nō adierit. ff. de acqui. hæred. per quem tex. dixit ibi Bald. ꝙ si rector ecclesiæ diu stetit in ecclesia, & in ea administrauit vt rector, sciente & patiente diecesano, ꝙ præsumitur institutus ab eo, allegat Inno. in c. illud, de præsump. & etiam ibi Ang. dixit, ꝙ si ex forma statuti in contractu mulieris debet interuenire cōsensus propinquorum, ꝙ si longum tempus sit, ꝙ sit celebratus, quòd præsumitur interuenisse cōsensus propinquorum. Ita modò vr̄ dicēdum in casu nostro; cum præcesserit disposito testatoris, & actus cōstruendi & dotandi, & actus publicè celebrandi in dicta capellania, vt in capellania, & scientia, & taciturnis ipsius diecesani, præsumitur ꝙ sit capellania, & sit fundata auctoritate episcopi: & ad hoc adduco, quod voluit do. Pet. de Perusio frater do. Bal. in suo tractatu paruulo de quarta debita episcopo, vbi dicit, reperitur ecclesia, vel capella fundata, & in ea celebrata sunt diuina officia publicè, nec apparet, ꝙ auctoritate episcopi fuerit fundata, ꝙ pręsumitur fundata auctoritate epī, si eo tacente & sciēte fuerint celebrata diuina, & adduco, qđ voluit Ioā. de Im. in c. officij, de testa. vbi ita dicit se in q̄one facti consuluisse. facit,
4 quod habetur in c. patientibus, de priui. † vbi si per tempus, cuius initij non extat memoria, episcopus non exercuit iura episcopalia in tali loco, ꝙ censetur præscriptum contra episcopum. per no. in c. j. de præscript. libr. 6. quia talis præscriptio habetur loco priuilegij. c. super quibusdam. §. præterea, de verbo. signifi. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidi. & æsti. & ita refert supremus doctor Ioan. de Ligna. se in facto consuluisse. & adduco elegantem text. in l. filius. C. de peti. hære. vbi probatur idem, quod habetur in d. l. qui in aliena. §. ꝙ si non adierit. modò Bal. in d. l. filius. colligit ex illo tex. arg. ꝙ clericus sciēte & patiente eo, ad quem spectat ꝯfirmatio, longo tp̄e tenuit beneficium, ꝙ præsumitur confirmationem pręcessisse. facit pulchrum dictum Host. in c. 2. de cle. pere. ar. l. 3. ff. ad Mace. de quo dicto exclamat. D. Car. ibidem, & pulchrè dixit Bal. in d. l. si filius. statuto cauetur, ꝙ filius non potest alienare sine licentia patris, & alienauit, nec apparet de licētia patris, & alienatio est diu facta, sciente & patiente patre, ꝙ præsumitur, ꝙ interuenerit licentia adduco, quod voluit idem Bal. in l. post mortem. ff. de adop. vbi di-
5 xit † filiusfam. vixit seorsum a patre, & vt emancipatus & sui iuris, exercuit mercantias, & negotia, sciente & patiente patre, ꝙ præsumitur emancipatus, & valent illius contractus. argu. eius, quod patet in l. 2. C. de præscri. quæ pro lib. & idem voluit in l. 1. C. de patri potes. & facit, quod voluit idem Bal. in l. si certis annis. C. de pact. Ita dicamus modo in proposito nostro, vt præsumamus, ꝙ interuenerit auctoritas episcopi, ꝙ ista sit capella, cum in ea fuerint celebrata diuina officia publica, vt in capella. ¶ Et si q̄spiā opponit de eo, quod voluit Bald. in l. 2. C. de legi. hæredi. vbi dicit, ꝙ ex longi temporis patientia præsumitur aditio, vt d. l. si filius. & d. l. qui in aliena. §. ꝙ si non adierit. & allegat rationes: quia agitur de vtilitate patientis, postea subdit, sed an per patientiam longi temporis pręsumatur bonorum possessio legitimè agnita coram prætore, respondet ꝙ non: quia patientia non potest adaptari prætori, qua propter etiam in simili dicit, ꝙ ex possessione longi temporis & patientia, etiam sine vlla contradictione, facta nō præsumitur insinuatio donationis; quia nihil habet commune auctoritas pretoris cum possessione: ideo dicit, statutum requirit certas personas adesse contractui mulieris, ꝙ non præsumitur earum interessentia. l. non hoc. C. vnde cognati. fatetur tamē ꝙ, in bonorum pos. pater, qui per 10. annos passus est filiū possidere, ꝙ filius agnouerit bonorum possessionem, & ratificasset intra vtile tempus; quia longa patientia habet principium, & finem, & sufficit principium; quia potest momento fieri, & hoc est, quod subtiliter no. secundùm eum in l. 1. C. qui admitti. & dicit, ꝙ ratio. d. l. qui in aliena. & d. l. si filius. est: quia promiscua est persona patris & filij, & quasi vnum corpus, vnde vno possidente alter vr̄ possidere, vt l. fi. C. de impub. & alijs substi. l. fi. de vsufruc. & ideo sequitur in casu nr̄o, ꝙ longa patientia episcopi non facit istam censeri capellam, istud est, ꝙ poterat opponi ꝯ hanc cōsultationem. Ad istud potest rñderi, primò vt dicamus, ꝙ licet ita dixit Bald. in d. l. 2. tñ in pluribus & diuersis locis tenuit ꝯrium, vt d. l. siue possidetis. & d. l. q in aliena. & d. l. si filius. & d. l. post mortem. & d. l. 1. & d. l. si certis annis, & et in d. c. illud, & in l. 1. C. qui admitti. ideo standum est dicto eius in tot locis: quia præsumitur cum maiori deliberatione illud dixisse. l. diui fratres. ff. de iure patro. ideo non obstat dictum eius, vel potest responderi, ꝙ communiter doct. tenent ꝯrium, & Inno. Host. Io. Andr. do. Card. Io. de Imo. Ang. & idem do. Abb. in c. licet Hely. de simo. & in d. c. illud. Idem voluit Lud. Ro. in l. sciendum. ff. de verb. obl. & facit, quod voluit Pe. de Anch. in cle. 1. de priui. ergo sequitur, ꝙ iudicando, & consulendo sequenda est communis opinio. c. in canonis. 19. di. c. de quibus. 20. di. l. j. ff. de offi. questo. l. j. ff. de sena. Inn. in c. ne innitaris, de consti. Io. And. in c. j. eo. ti. Ho. in c. capellanus, de fer. Bar. in l. fi. C. de pęna iud. qui malè iudi. & quia illud, quod a pluribus dicitur, præsumitur verius. Item & tertiò respondeo, ꝙ honorificentia do. Bal. ipse non rectè loquitur ex eo; quia tempore. ff. requirebatur decretum iudicis in agnoscenda bonorum possessione, vt l. j. §. decretalis. ff. de suc. edic. sed hodie de iure. C. est secus. l. fi. C. qui admit. & tñ de iure. ff. de præsumebatur decretum interuenisse, arg. l. qui in aliena. §. ꝙ si non adierit. ergo præsumitur auctoritas epī interuenisse. Item cōfunditur etiam doctrina sua, si senten-
6 tia † est longo tp̄e lata, nec apparet, ꝙ interuenerit citatio, quod nihilominus præsumitur, vt probatur in c. bone, de elec. voluit ibi Host. & quod voluit do. Anto.

Anto.in c.in præsentia,de renun.Bal.in l.emancipatione.C.de fide instru.sed citatio fit auctoritate iudicis:vt plenè per D.An.in c.j.de iudi. vbi scripsi ad plenum.ergo sequitur,ꝙ presumitur auctoritas episcopi interuenisse.& adduco, quod voluit idem Bal.in l.mandatum.C.mandati.vbi dixit,ꝙ in actibus tacitis auctoritas interponitur tacitè ex actib⁹ expressis. Item dicamus in casu nostro,vt ex istis actibus publicè gestis,ista presumatur capella canonicè ab episcopo instituta, maximè cum sit casus fauorabilis, ergo &c.facit:quia ita consuluit D.Car. & Io.de Imo. & ego in plerisque partibus mundi requisitus ita ꝯsului.& dixi in d.c.requisisti.in lectura mea.& etiam dixi in repeti.rubricæ.C.qui admit.& sic videtur vera & indubitata conclusio,ꝙ sufficiat,ꝙ iste locus dicatur esse capella, ex quo est in quasi possessione capelle,& ibi sint celebrata diuina officia publicè,sciēte & patiente longo tpe episcopo loci. Et ita concludo,& etiam adduco,quod pulchrè voluit Bar.in suo eleganti consilio incipiente.Primò quæritur,an iu-
7 risdictio tribuatur castro. vbi dicit singulariter † ꝙ probatur iurisdictio & imperium cōcessa per vsum longi temporis.ad hoc allegat.d.l.qui in aliena.§. ꝙ si non adierit.& d.l.si filius.Ita dicamus in casu nostro, probatur,quòd iste locus sit capella ecclesiæ ꝑ actus celebratos in ea,vt in capella,vt superius est dictum. Et ita concludo super isto primo articulo.

¶Capio secūdū, vtrū ex verbis testatoris dicatur esse capella sacerdotalis, adeo ꝙ requiratur actus sacerdotalis.Circa hoc adduco illud, quod dici solet,
8 ꝙ † quale sit feudum,ostendit tenor inuestituræ,ita probatur in c.si cui,de extraordi.c.Corra.in versi.tenorem verborum,quem text.allegat Bald.in præludijs feudorum.& adduco.c.1.de duobus fratribus a capi.inuesti.idem voluit Bald.in l.j.C.de lati.lib.tol. & l.quoties.C.de suis & legi.& in aut.cessante.C.de legi.hæred.& adduco tex.in l.ad probationem.C.de proba.in ver.quem tenor ostendit.quem tex.allegauit Bal.in l.ex hoc iure.ff.de insti.& iure.vbi dixit, ꝙ regnum Apuliæ est feudum ecclesiæ,& est tale,quale ostēdit tenor inuestiturę,& adduco.c.recepimus, de priui. Vbi dicitur,ꝙ tale dicitur priuilegium,quale ostenditur ex tenore ipsius.idem voluit Inn. in c.1.ne sede vacan. & adduco text. in l.sancimus.C.de fideiuss.in ver.placiti tenor.simile dicimus,quale sit rescriptum,ostendit tenor eius.cap.ex tenore litterarum, de for.competent.similiter dicimus,quale sit instrumentum emphyteusis,ostendit tenor eius.ita probatur in l.1.C.de iure emphyt.Et ex istis colligitur vera conclusio,ꝙ qualis sit ista capellania,ostenditur per eius tenorē.¶Modò dicitur in tenore institutionis,ꝙ testator pro salute animę suę fundari voluit dictam capellam,vt conferatur presbytero,seu capellano idoneo,qui ꝑ se, vel alium presbyterum debeat celebrare missas: ex quibus verbis liquidò apparet, quòd mens testatoris fuit,ꝙ esset sacerdos actu: quia cum voluit, quòd debeat celebrare tres missas qualibet hebdomada, sequitur,ꝙ voluit, ꝙ esset actu sacerdos,& non potentia,& habitu; quia non posset celebrare,si non esset actu sacerdos.¶ Et si quispiam dixerit,amice,testator dixit, per se, vel alium presbyterum debeat singulis hebdomadis celebrare missas,ergo sequitur,ꝙ sufficit, ꝙ celebrare facit per alium sacerdotem,ergo non est necesse, ꝙ ipse sit actu sacerdos;quia ad hoc respondeo,ꝙ testator per illa verba non voluit suam dispositionē ampliare, vt præsentandus ad dictam capellam non sit actu sacerdos,sed voluit ampliare duntaxat,vt si forte esset impeditus aliquo alio impedimento, quòd tunc posset celebrare per substitutum:& hoc ostendunt verba ipsius testātis,quia vsus est verbo implicatiuo dicens, per se, vel alium, ergo præsupponit præsentandum ad dictam ecclesiam esse actu sacer-
9 dotem,†quia dictio alius,est implicatiua similium, vt l.si fugitiui.C.de ser.fug.& cle.Abbates,de rescri. & c.sedes apostolica.eo.tit.ergo stat vera conclusio, ꝙ si debet celebrare per se,vel alium presbyterum, ꝙ ipse debet esse actu presbyter ad celebrādum: potentia enim,& habitus nou videtur esse de consideratione iuris,ita decidit gl.quę reputatur sing.in cle. 1.de priui.quæ voluit,quòd si parochianus a suo sacerdote habuit licentiam eligendi sibi cōfessorem, quòd debet eligere sibi sacerdotem habentem animarum curam in actu & exercitio, non in potentia & habitu : licet ergo sit habilis ad recipiendum sacerdotiū;tamen non est actu sacerdos:& hoc etiam probatur ex illo verbo, conferatur presbytero idoneo, & sic requirit dictus testator, ꝙ tempore, quo confertur dicta capella,debet esse presbyter.vnde dicebat Philosophorum facile princeps Aristoteles in 2.lib.de anima,actus actiuorum sunt in patiente bene disposito.c.venerabilem,de elect.cum ergo tempore collationis requiritur,ꝙ sit presbyter idoneus, sequitur,ꝙ huiusmodi qualitas debet adesse tempore collationis;& adduco,quod voluit glo.in c.statutum,in princ.de rescript.lib.6.quæ voluit,ꝙ cum dicatur,ꝙ causa potest delegari canonico,opus est, ꝙ sit canonicus tempore commissionis. Ita dicamus in casu nostro,cum requiratur ex dispositione testātis, ꝙ sit presbyter tempore collationis, ergo sequitur, ꝙ illa qualitas presbyteratus requiritur adesse tempore collationis, & per consequens requiritur, ꝙ sit actu sacerdos. Et ad hoc adduco, quod sapienter voluit glo.in c.licet canon,de elect.lib.6.quæ voluit, ꝙ cum ille tex.loquatur de ecclesia parochiali, & posset esse,ꝙ ecclesia nō esset parochialis in actu, sed in habitu,decidit,ꝙ dēt esse parochialis in actu, & exercitio. & idē voluit Io. mo. & multofortius in casu nr̄o requiritur,ꝙ sit actu sacerdos;ex eo quia testator fundans dictam capellam,considerauit exercitium: voluit enim quod dicat missas:& sic requiritur,ꝙ conferatur sacerdoti,propter exercitium celebrādi pro salute animæ ipsius fundatoris.& per hoc tollitur illud, quod volunt docto.in c.de multa,de pręben.& facit illud,quod voluit Dominicus de sancto Gemi.in d.c.licet canon.vbi refert do.An.dicere in procemio cle.ꝙ aut ius considerat actum & exercitium tātùm,aut habitum tantùm,aut exercitium & habitum,vt ibi refert Dn̄icus, & quod voluit Io. de Fantu.in d.c.licet canon. Cum ergo iste testator ꝯsiderauit exercitium dicendi missas tres in hebdomada,seqtur necessariò,ꝙ requirit, ꝙ sit actu sacerdos:& per ꝯn̄s stat vera ꝯclusio,vt requiratur,ꝙ tpe præsentationis seu collationis iste talis sit actu sacerdos.& ita cōcludo.¶ Et ex istis infertur corelarium ad tertium dubium huius consultationis: videlicet, an capellanus huius capellæ debeat esse sacerdos, seu presbyter,an simplex clericus, etiam impubes: quia re vera debet esse sacerdos,dicens,vel valens dicere tres missas in hebdomada,nec simplex clericus potest esse,nec impubes,nec videtur esse insistendū, vtrum puer sit habilis ad beneficiū simplex, de quo habetur in d.c.si inordinata,de præben.& ibi per gl. & doctores,& in c.si eo tempore,de rescript.lib.6.& in c.cum ex eo,de elect.eo.lib.quia cum in casu nostro testator voluerit,ꝙ celebrētur tres missæ in hebdomada per presbyterū,sic sequitur,ꝙ excludit puerū præsentādum:non ergo est habilis puer ad istam capellā ex lege fundatoris:potuit enim hanc legem imponere tpe fundationis,vt voluit glo.& doctores in c.cum dilectus,de ꝯsue.cum ergo voluit testator, ꝙ esset presbyter idoneus, ergo exclusit puerum: quod

quod hoc sit verum ego demõstro ratione vera, de-
10 monstrabili, & optima, hoc modo: † ille dicitur esse idoneus ad beneficium, qui possit & velit deseruire beneficio, iste est tex. valde sing. in c. super ordinata, de rescrip. vbi tex. formaliter dicit, ꝙ ille est idoneus ad beneficium, qui potest, & vult deseruire in eo: & sic duo debet concurrere voluntas & potestas: & est ratio: quia omnes actus humani regulantur a duobus principijs. s. volũtatiuo & potestatiuo, & probatur in l. 2. C. commu. de leg. in ver. voluntatem legitimam. & hoc colligit ibi Bald. & probatur in c. cum super abbatia, de offi. deleg. & ibi do. Pe. de Anc. post alios allegat Boetium. sed puer nõ potest deseruire huic capellæ, ergo sequitur, ꝙ ex dispositione fundatoris non potest præsentari, aut institui pupillus ad huiusmodi capellam: & posset formari arg. ad illum casum nõ adaptatur dispositio testamenti, ad quem non adaptantur verba testamẽti, ita probatur in l. 4. §. toties. ff. de dam. infec. & l. quod constitutum. ff. de testa. mili. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusat. l. ita autem. ff. de admini. tuto. c. indemnitatibus. §. sed cum eas, de elec. li. 6. sed illa verba idoneus, non adaptantur ad puerum, ergo non adaptatur eius dispositio, & per consequens sequitur, ꝙ nullo modo instituitur pupillus, & ita concludo. ¶ Ex istis sequitur corolarium ad quartum articulum huius consultationis: cum queritur, dicitur in dicto testamento, ita vt conferatur presbytero, seu capellano idoneo, qui per se, vel alium presbyterũ debeat celebrare vnde voluit, ꝙ esset presbyter idoneus, seu capellanus idoneus: dicatur, quid importat illud verbũ, seu. Dico, ꝙ de natura illius dictionis seu, tangitur per gloss. & doct. in c. bonæ, de postul. præla. Archi. in c. 1. de reg. lib. 6. & in c. ego Ludouicus. 63. dist. Barto. in l. si quis ita. ff. de auro & arg. legat. & in suo consilio incip. dominus Sabinensis. & in l. 1. C. de nauicu. libr. 11. & in d. l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. & in l. ad regendum. C. de in lit. dan. tu. domi. Card. in cle. 1. §. porrò, de sum. trin. & in cle. 1. de vita & honesta. cler. Archi. in c. statutum. §. cum verò, de rescript. lib. 6. & in c. Romana. §. cum autem. de app. lib. 6. Cy. Barto. Bald. & alij in l. cum quidam. C. de verb. sig. D. Abb. in c. inter cæteras, de rescript. Bald. in c. quoniam, de testi. in c. cum cõtra, de testi. cogen. tex. in cle. cupientes, de pœn. & c. ad audientiam, de rescrip. & conclu-
11 sio docentium est in supradictis locis, † ꝙ quando dictio seu, ponitur inter res, stat copulatiuè: sed quando ponitur inter personas, stat disiunctiuè. Modò in casu stat disiũctiuè; quia ponitur inter personas, sed non denotat diuersitatẽ: quia ponitur inter eadem, iuxta illud quod dici solet, Alexander, siue Paris, presbytero, seu capellano, qui per se debebat celebrare ponitur inter eadem: & idem importat siue sit presbyter, siue sit capellanus: quia cum dicit per se celebrare debeat, importat, ꝙ in propria persona celebret, iuxta illud, ꝙ habetur in c. in criminali. 5. q. 3. in ver. per se. & quod voluit ibi Dominicus. & sic illa dictio, siue, idem importat, ꝙ sit persona, quæ possit per se celebrare, & sic super hoc non est aliqua difficultas. ¶ Capio modo aliam dubitationem, isti præsentauerunt inhabilem ad dictam ecclesiam pręsentando puerum, & steterunt per quatuor menses, & nõ præsentauerunt alium, elapsis quatuor mẽsibus
12 ordinarius contulit, non est dubium † ꝙ collatio facta per ordinariũ est de iure valida, hoc decidit, per c. 1. de iurepa. lib. 6. quia paria sunt non facere actũ, vel facere & minus solẽniter, vt l. quoties. ff. q satisd. cog. l. 4. §. ꝯdẽnatum. ff. de re iudi. cum si. sed certum, est, quòd non potuerunt præsentare puerum ad dictam capellam, vt superius est dictum: ergo sequitur, quòd perinde est, ac si nullum præsentassent: & per dicta iura sequitur, quòd elapsis quatuor mensibus sunt in negligentia, & per consequens ceciderunt a iure præsentandi pro illa vice, vt probatur in d. c. 1. Præterea plus videtur mihi de iure dicendum, & credo dicere veritatem, ꝙ pręsentando illum puerum contra legem & dispositionem testatoris, vidẽtur incidisse in pœnã. c. cum in cunctis. §. fin. de elec. vbi apponitur pœna priuationis ipso iure pro illa vice, si aliquis eligit indignum: cum ergo præsentauerint indignum, sequitur, ꝙ inciderunt in pęnam priuationis ipso facto. ¶ Et si quispiam dixerit amice,
13 coge pecus, vt scribitur in Bucolicis: † quia pœna non debet excedere proprium casum, vt de pœ. dist. 1. §. pœna. l. cum quidam. ff. de lib. & posthu. l. si præses. ff. de pœn. sed d. c. cum in cunctis. §. fin. loquitur in electione, & est pœnale, ergo debet restringi ad casum, in quo loquitur, & non extendi ad præsentationem. l. si verò. §. de viro. ff. sol. matr. & illud, quod non dixit lex, non dicemus nos. l. si seruum. ver. non dixit prætor. ff. de acq hære. cum si. Ita videtur dicendum in proposito nostro; cum ista pœna non sit imposita pręsentantibus indignum, ergo nos illam imponere non possemus, nec debemus, vt in dictis iuribus; quia casus omissus relinquitur dispositioni iuris communis: vt l. commodissimè. ff. de lib. & posthu. cum si. Responde ꝙ in contrarium videtur pura veritas, ꝙ illud. c. cum in cunctis. §. fin. licet loquatur in eligentibus, habet locum in præsentantibus, ꝙ
14 demonstro ad oculum ratione ineuitabili † vbicunque duo sic se habent, ꝙ lato sumpto vocabulo vnũ venit appellatione alterius, & est eadẽ ratio in vtroque, & exprimatur in l. tunc ius pœnale exorbitãs & correctorium loquens de vno habet locum in reliquo: istud probant tres gl. valde sing. & peregrinæ in cle. 1. & in cle. auditor, de rescript. & in cle. 1. de elect. & facit gl. valde sing. in c. si postquã. §. fi. de ele. lib. 6. & pono exemplum ad hoc propositum accommodatissimum, videlicet ꝙ d. c. cum in cunctis. §. fin. de elect. habet locum in postulantibus indignum, ita est glo. sing. in c. j. de postul. præla. quam magnificat do. & cõsi. meus Abb. & pro ea dicit esse casum in c. sequenti eo. ti. & in c. scriptum, de elect. & est ratio,
15 † qa lato sumpto vocab. appellatione electionis venit postulatio, & est eadem ratio in vtraq;: quia quilibet tendit ad prouisionem ecclesiæ, & exprimitur in lege, ergo ius loquens de vna habet locum in reliqua. & adduco simile, ꝙ lex corrigens in falcidia correxit in Trebellianica: & est ratio; quia appellatione falcidię venit Trebellianica lato sumpto vocabulo, & est eadem rõ in vtraque parte probatur in aut. de eccl. tit. §. si autem. in ver. omni cessante facidia. volunt oẽs docentes in aut. sed cum testator. C. ad l. falci. & adduco simile, quod voluit gl. quę reputatur sin. in c. quanquam, de vsur. lib. 6. vbi dicit, ꝙ ille tex. licet loquatur in testamento; tñ vendicat sibi locum in donatione cã mortis. Modò in proposito nr̃o ita
16 est formaliter † ꝙ appel. electionis lato sumpto vocabulo venit præsentatio, iste est tex. formalis in c. 2. de iure patro. in ver. presbyterum eligant, & est eadem ratio in vtraque: quia sicut prouidetur ecclesiæ per electionem, ita per præsentationem, & exprimitur in iure: ergo sequitur, ꝙ ius pœnale & exorbitans loquẽs de electione habebit locum in præsentatione: & per consequens. d. c. cum in cunctis. §. fin. habebit locum in præsentatione, & ad hoc adduco glo. quæ in indiuiduo decidit hanc dubitationem, in c. si. de elect. lib. 6. vbi ponitur casus exorbitans, & disponit in electione, glo. ibi quærit, quid erit in præsentatione, & decidit idem esse in pręsentatione: & sic gl. illa ponit securim ad arborẽ huius dubitationis: & per ꝯsequens fuerunt dicti patroni priuati iure præsentandi

tandi pro illa vice, & ſic potuiſſet ordinarius cõferre dictam capellam alicui actu ſacerdoti incõtinenti, non expectato lapſu quattuor mẽſium, ergo multofortius valuit collatio epiſcopi facta poſt lapſum quatuor menſium. & ita concludo. ¶ Capio modo vltimam dubitationem, in qua quæritur, ſi cohæres & compatronus poſſit cũ alijs cohæredibus & compatronis capellaniã ſibijpſi conferre, & valeat de iure huiuſcemodi collatio? Circa iſtam hæſitationem eſt aduertendum, ꝙ licet in dicto teſtamento dicatur, volo collationem ſpectare ad hæredes meos, dico, ꝙ accipitur pro præſentatione; quia ad patronũ laicum ſpectat præſentatio, & nõ inſtitutio, ſeu col-
17 latio: & ſic † verbum collatio, capitur, prout cõgruit materiæ, & perſonæ, vt l. ſi vno. ff. loca. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſur. l. plenũ. §. equitij. ff. de vſu & habi. l. lex militari. ff. de teſta. mili. quia actus actiuorũ ſunt in patiente bene diſpoſito, ideo capitur hic pro præſen-
18 tatione: nec eſt admiratione dignum; † quia impropriamus verba teſtãtis, vt actus valeat, & nõ pereat, ita etiam impropriamus verba iudicis, verba libellãtis, verba teſtantis, & ſimilium vt l. pater Seuerinã. §. conditionum verba. ff. de condi. & demõ. l. & Proculu. ff. de vſufru. l. cum ante. C. de dona. ante nup. l. & puto. ff. fam. erc. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iura uero. ff. de iureiurã. l. ſtipulatio iſta. §. ij quoque. ff. de verborum oblig. c. cum dilectus. de ſucceſ. ab inteſt. quem tex. reputat ſing. Bald. in l. j. C. de confeſſ. ergo ſequitur, ꝙ valet huiuſmodi diſpoſitio, vt collatio ſpectet ad ſuos hæredes: quia intelligitur, ideſt. præſentatio. Sed quoad deciſionẽ huius dubitationis, dico fore glo. in terminis in c. conſuluit, de iure pat.
19 vbi dicit, ſe credere † ꝙ ſi plures ſunt patroni, poſſunt præſentare vnum de ipſis patronis, allegat in arg. c. cum in iure peritus, de offi. deleg. vbi quis non ſeipſum eligit, ſed coeligit, nec ſe ingerit: quia originem hẽt nõ a ſe, ſed a ſocijs: & ideo ſecus eſt cum ex ſe, & a ſe prouenit præſentatio. & ita procedat, quod ha-
20 betur in c. per veſtras, de iure pat. vbi quis † non poteſt præſentare ſeipſum; quia præſentatio prouenit ex ſe, & a ſe: & ita procedat illud, quod dici ſolet, ꝙ inter præſentatum, & pręſentantem, & inter veſtientem, & veſtitum, & inter eligẽtem, & electum debet eſſe differentia, vt c. ſi. de inſti. & ſic glo. ibi decidit caſum noſtrum, ꝙ iſti cohæredes poſſunt præſentare vnum ex eis: & ille talis præſentatus poteſt ſuæ præſentationi conſentire, & ſic reſpectu compatronorum & collegarum ſubſtentabitur ſua præſentatio. & idem ſequitur Spe. in tit. de iure patr. ad fi. & idem volunt omnes ſcribentes in d. cap. conſuluit, & iſtud voluit glo. in l. planè. ff. quod cuiuſque vniuer. nom. vbi voluit, ꝙ ſi commiſſa eſt tribus poteſtas eligendi ꝙ poſſunt eligere vnum ex ipſis tribus. facit ſimile, quod dici ſolet, ꝙ decuriones pñt vnum ex eis conſtituere tutorem, vt ff. de tuto. & cur. da. ab his. l. vbi abſunt. & facit, quod voluit Hoſ. in d. c. cum in iure.
21 vbi dixit, ꝙ † vox electi auget numerum eligentium: & dicit ibi Philippus quærens qualiter debet cõſentire ſuæ preſentationi ſeu electioni, dicit ꝙ debet dicere, conſentio electioni, vel præſentationi, ex quo adhuc non eſt perfecta, cũ adhuc non ſit facta a maiori parte, ſed eſt in fieri, conſentiẽdo, ilico augetur numerus, ſicut in ſimili not. per Inno. in c. præterea, de appel. & debet conſentire infra tempus a iure ſtatutum, ad electionem, vel præſentationem fiẽdam, ar. l. bonorum. ff. rem ra. ha. & quod voluit gloſ. in c. quam ſit, de elec. lib. 6. ¶ Capio modò illam elegantem dubitationem. pone, ꝙ iſte eſſet idoneus ætate requiſita ad ſacerdotium, ſed non eſſet ordinatus in ſacerdotem, vtrum ſufficit: quia poterit promoueri in ſacerdotem? Et quidem gl. elegans in c. ſi eo tempore, de reſcript. lib. 6. in verſi. ideoneus. dicit, ꝙ non ſunt paria, habere defectũ in ordine, & in ætate. mouetur ex c. ſi pro clericis pauperibus, de præben. lib.
22 6. & ſic voluit illa gloſ. † ꝙ ſi beneficium requirit ordinem ſacerdotalem, ſufficit, ꝙ habeat ætatem idoneam ad illum ordinem. & idem voluit Gul. in cle. generalem, de ætate & qua. & ita conſuluit Lu. Ro. poſt alios egregios doctores conſulẽtes, vt ipſe refert in conſilio 321. incipiente. Quoad primum conſultationis articulum, ad hoc allegat glo. in d. cap. ſi eo tempore, & c. cum in illis, de præben. lib. 6. & Gul. in d. cle. generalem, qui allegat in arg. c. ſignatum, de præben. tamen Ioan. An. iſtud limitauit, quando beneficium requirit ordinem ſacerdotalem, ſecus ſi alios inferiores ordines exigeret: quia tunc poſſet ꝯferri eccleſia non exiſtenti in ætate legitima ad illum ordinem, expectabitur enim legitimę ętatis aduentus, ita decidit tex. c. ei cui, de pręben. lib. 6. loquitur tamen Lud. Ro. in d. ſuo conſilio, quando conſtitutio requirit ordinem ſacerdotalem ad beneficiũ adipiſcendum, ꝙ tunc ſufficit habere ætatem idoneam ad ordinem ſacerdotij: & ſic ex iſtis videtur concludendum in caſu noſtro, quòd ſufficiat habere ætatem idoneam ad ſacerdotiũ, licet non ſit actu ſacerdos: ſed in caſu noſtro iſta nõ militant iudicio meo, ex eo qa loquimur in diſpoſitione laici apponentis legem in re ſua tempore fundationis, quo caſu poteſt talem legem apponere, & lex canonica ap-
23 probat, vt habetur in c. cum dilectus, de conſue. † vnde Papa per generales clauſulas appoſitas in ſuis literis, non intendit præiudicare laicis, ne retrahant ſe ab ædificationibus eccleſiarum. ca. cum dilectus, de iure patro. c. vnico. eo. ti. lib. 6. ita dicamus in caſu noſtro; cum laicus diſpoſuerit, ꝙ aſſumatur actu ſacerdos, qui celebret tres miſſas per ſe in dicta capella, ſequitur, ꝙ non ſufficit habere ætatem idoneam ad ſacerdotium; ſed requiritur, ꝙ ſit actu ſacerdos. & ad hoc adduco, quod voluerunt do. de Rota deciſione 396. quæ incipit. Item ſtatutum. quos refert & ſequitur Dominicus in d. c. ſi pro clericis. vbi cõcludunt, ꝙ ſi ſumus in literis in forma pauperum conceſſis; tunc requiritur, ꝙ adſit ordo ſacer annexus, vnde nõ ſufficit habere ętatem idoneam, ſed requiritur ordo ille ſacer: & eſt ratio; quia in talibus literis non apponitur clauſula, non obſtante, aut loquimur in literis gratioſis. in quibus apponitur clauſula, non obſtante, & tunc ſi eſt conſtitutio eccleſiaſtica, tunc videtur derogatum. aut ex diſpoſitione laici apponitur, ꝙ habeat ordinem ſacerdotalem: & tũc non derogatur per id, quod habetur in c. cum dilectus, de iure patro. ne laici retrahantur a fundandis capellis, vel eccleſijs. ita decidunt do. de Rota in loco præallegato. Cum ergo in caſu noſtro laicus appoſuerit legem capellæ, vt promouendus ad illam eſſet actu ſacerdos, ergo ſequitur, quòd requiritur, quòd habeat duo tempore promotionis, ꝙ ſit idoneus ætate, & ſacerdos, & ſic ꝙ poſſit & velit ſeruire dictæ capellæ: & ſic glo. in d. c. ſi eo tempore, & doct. præallegati loquuntur eo caſu, quo a conſtitutione eccleſiæ, vel ab homine eccleſiaſtico apponitur, ꝙ ſit ſacerdos: quia tunc ſufficit, quòd ſit in ætate idonea, vt poſſit effici ſacerdos, ſecus ſi laicus diſponit, quòd is aſſumatur, qui miſſam celebret, vel ſimili modo dixit. Et ita mihi videtur dicendum in caſu noſtro, vt habeat ſacerdotium ſimul cum ætate.

Andreas Barba.

EPITOME.

¶ Comes palatinus ex tenore priuilegii ſibi cõceſſi ab Imperatore vel a Papa ſpurios filios etiam infantes legitimos facit: nec alio reſcripto princi-

pis supremi opus est. Cum verò ducis, aut comitis assensio & dispẽsatio est, cui legitimi facti subsunt, si quæ de potestate palatini dubitatio fuit, ducis aut comitis dispensatione tollitur: adeo vt a palatino legitimorum ius assequuti rectè riteq; videantur.

SVMMARIVM.

Naturalis filius infans legitimari potest, siue cum rescripto principis. nu. 2. & 4. siue sine rescripto. nu. 22. etiam a comite palatino. nu. 3. licet ei specialiter concessum minimè fuerit. nu. 21. & 22.

Legitimatio vt valeat ex principis rescripto, quæ requirantur. numero 6.

Legitimatio infantis rescriptũ imperiale, aut papale exigit. nu. 7. imo contrarium. nu. 23. & valet etiam absentis. nu. 24. & inuiti. nu. 25. & ignorantes. nu. 26. & ratio est. nu. 27.

Legitimatio est quoddam principis donum. nu. 10.

Dictio alius, coniuncta vniuersali signo denotat maiora expressis. nu. 12.

Principis plena potestas non transit in comitem Palatinum. numero 20.

Legitimatio est actus fauorabilis & honorabilis. nu. 29.

Solennitas non exigitur in actu qui ad commodum tendit. numero 31.

Literatus sufficienter aliquis est, qui grammaticam tenet, & si non ius ciuile. 41. modò mediocriter institutus sit. numero 45. & 57.

Verba relata ad personam intelliguntur secundùm illam qualitatem. nu. 46.

Nobiles non tenentur esse ita literati, vt plebeij. nu. 47.

Verbi sufficit, natura importat perfectam perfectionem. numero 49.

Dispensatio principis inferioris valet iure ordinario in terris sibi subditis. nu. 59.

CONSILIVM XXXIIII.

AD facti Contingentiam videtur de iure dicendum, ꝙ per hãc legitimationem huiusmodi spurij infantes non fuerint legitimati solenniter, quod demõstro ad oculum. ¶ Et præmitto pro potissimo fundamento huius hæsitationis, quod Bart. venit in ore in
1 l. fin. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris, vbi dixit, † filius bastardus non est in potestate patris, nunquid ergo pater potest ipsum legitimare si non vult, & dicit ꝙ non, allegat tex. in auth. qui. mo. natur. effi. sui. §. & generaliter; quia igitur non est in patris potestate, non potest cogi inuitus, arg. illius. l. & glo. idem dicit de naturalibus natis ex concubinis, nisi sit infans allegat. l. iubemus. C. de eman. li. & sic remanet Bar.
2 in hac conclusione † ꝙ potest infans bastardus, vel naturalis legitimari interueniente dispositione. d. l. iubemus. & idem sequitur ibi Bal. ꝙ infans illegitimus potest legitimari secundùm dispositionem. d. l. iubemus. Et idem Bar. in d. l. iubemus. refert se fuisse interrogatum a quodam aduocato in Tuscia de quæstione, bastardus infans fuit legitimatus, an valeat talis legitimatio, cum eius consensus non interuenerit, videtur ꝙ non, nisi interueniat eius consensus, allega aut. qui. mo. na. effi. legi. §. illud tamen refert se respõdisse, illud debere intelligi ſm determinationem illius. l. & ita residet, & cum hac doctrina Bar. transiuit ibi Bal. & Saly. ego vidi istam q. versari in contingentia facti, & consului Florentiæ, sequendo hanc doctrinam Bar. Bald. & Saly. ꝙ possit infans bastardus legitimari secundùm dispositionem. d. l. iubemus. ¶ Si quispiam dixerit, quæ est ista determinatio. d. l. iubemus. respondeo, ibi dicitur, ꝙ parenter possunt emãcipare filios absentes impetrato rescripto principis, eorum accedente consensu: item infantes, quo casu eorum cõsensus non requiretur, & disponit lex illa, ꝙ possit infans legitimari ad instãtiam patris impetrato rescripto principis: ex quo sequitur, ꝙ ad hoc vt huiuscemodi legitimatio facta de istis infantibus ad petitionem patris sortiatur effectum, est opus, ꝙ interueniat rescriptum imperiale. ¶ Sed vnum est in sempiternum dignum memoria, vt dicamus, ꝙ d. l. iubemus non mereatur allegari ad hoc propositũ ex eo: quia d. l. iubemus. loquitur in emancipatione, per quam infanti liberato a patria potestate libertas confertur, non est sic in legitimatione: quia per illam filius naturalis, aut spurius est liber, & extra potestatem patriã positus, vt d. l. item in potestate. sed per legitimationẽ talis filius constituitur sub patria potestate, vt in auten. qui. mo. na. effi. sui. §. generaliter. & sic perdit libertatem, quæ est inæstimabilis, vt l. libertas. ff. de reg. iur. l. liber homo. ff. de verb. oblig. iuxta illud poeticum. Nõ bene pro toto libertas venditur auro. ex quo sequitur, ꝙ argumentari de vno ad reliquum non est validum, argumẽtũ. l. si maritus. C. de don. inter vir. & vxor. l. Papinianus exuli. ff. de mino. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. pos. ergo cum primo casu agatur de libertate quærenda filio inquantulo, & secundo casu agatur de libertate perdẽda, sequitur, ꝙ de vno nõ inferetur ad reliquum: sed in legitimatione requiritur consensus filij, & tractatur de constituendo filium in potestate patria, vt d. §. generaliter. d. l. fin. de his qui sunt sui, vel alie. iur. & infantis nullus est consensus, vt l. 1. in prin. ff. de ver. ob. insti. de inutili. stipul. §. pupilli. l. pupillus. ff. de regu. iur. l. quanuis. §. infans. ff. de acqui. poss. & ideo videtur, ꝙ non veniat decidendus iste casus infantis legitimandi. per d. l. iubemus. loquentem de emancipatione: erit ergo decidendus per illud, quod dicimus de arrogatione: quia sicut cum infans arrogatur; aut pupillus, tutoris consensus requiritur, vt no. in l. 2. ff. de adop. & in l. 2. C. eo. ita dicamus in legitimatione, vt his non interuenientibus nõ valeat legitimatio bastardi, aut naturalis infantis: & ita concludit Ludo. Ro. in consil. 191. incip. In proposita consultatione, in 4. dubio illius consilij. Modò adducendo ista ad propositum nostrum, sequendo communem opin. doctorum, ꝙ in legitimatione infantis requiritur rescriptum imperiale, sed in casu nostro non interuenit rescriptum imperiale, ergo talis legitimatio est nullius efficaciæ: & sic sumus in casu victoriæ. Si autem teneamus, ꝙ in legitimatione huius bastardi infantis nõ erat necessarium rescriptum imperatoris, nec sufficiebat rescriptum imperiale: quia. d. l. iubemus. non loquitur in legitimatione, & consuluit Lud. Ro. ꝙ an sit verum apparebit ex inferius dicendis, adhuc dico, ꝙ non tenuit ista legitimatio; quia non interuenit consensus tutoris, vt dixit Lu. Ro. in d. suo consilio. ergo sumus extra casum sui consilij. sequitur ergo, ꝙ si debuit interuenire rescriptum
3 non † fuit sufficiens dispositio comitis palatini: quia tex. d. l. iubemus. dicit auctoritate precedente principali & sacros apices ꝓmulgatos, nisi infantes sunt, qui & sine consensu etiam hoc modo sui iuris efficiuntur. Si dicatur, ꝙ non loquitur in legitimatione ad hoc respondeo, ꝙ ex identitate rationis idem erit in legitimatione; quia emancipatio est actus, qui fit ad fauorem & honorem: & per ipsum actum a principio omnes liberi nascebantur legitimi, vt in auth. qb. mo. na. effi. leg. ita voluit Bal. in d. l. iubemus. qui dixit, quòd infans potest legitimari, per illum text. dummodo fiat per rescriptum principis, & est actus honorabilis & fauorabilis: sicut ergo honoratur filius per emancipationem, ita honoratur per legitimationem,

mationem, sicut ergo requiritur rescriptum imperiale in emancipando infantem, ita requiritur rescriptum imperiale in legitimando infantem. facit
4 illud, quod dici solet † ꝙ princeps conferendo beneficium infanti videtur cum ipso infante dispensare,& supplere consensum eius, ita sapiēter dixit Bal. in l.impetrata.C.sent.rescin.non pos.referens ita voluisse Oldr. in contingentia facti. & ita voluit idem Bal.in c.j.in tit. per quos fiat inuestitura, in vsi.feu. & propter hoc requiritur, ꝙ interueniat rescriptū imperiale;qa supplet defectum consensus ipsius infantis,qui nō potest consentire.¶ Nec obstat,cū dr, ꝙ perdit libertatem legitimatus; & qa reducitur in patriam potestatem: vt dixit Lu.Ro.in d.suo consilio.Ego vehementer miror de eo & sibi simili. Primò non allegat Bar.in d.l.iubemus.nec vidi Sal.ibi, nec Bal.Secundò miror, ꝙ ita facile & imprudēter cōsuluerit contra communem opi. aduersus illud. Iudicium populi nemo contempseris vnus,tum qa iudicium plurimorum præsumitur verius.c.prudētiam.de offi.deleg.l.j.ff.de offi.quæst.l.j.ff. de senato. cum si.tum etiam quia legitimatio confertur infanti vt beneficium, & sub nomine beneficij, & vt donum,& sub noīe doni,& nō vt onus,& sub nomine oneris,& ad hoc principaliter emanauit,vt honoraret,& non vt oneraret,& ipsum infantē:iō principaliter emanauit legitimatio, vt legitimatus succederet,& non diceretur filius ancillæ, & vt ad honores & dignitates capessendas admitteret, ergo dēt attēdi illud qđ principaliter fit,& non illud qđ in consequentiam,vt l.qđ dicimus.& l.j.§.fin.ff.de aucto.tu. licet ergo in consequentiā reducat legitimatū in patriam potestatem:tamen illud fit in cōsequentiam, & nō principaliter,ideo non debet attendi: & licet in legitimatione requiratur consensus legitimādi, vt est dictum,tamen satis dicitur interuenisse, quando interuenit rescriptū imperiale; quia illud rescriptum supplet defectum cōsensus ipsius infantis, cū ista sit iurisdictio voluntatis. & in ea iudex suppleat defectum tutoris,vt l.si infanti.C.de iure delibe.& l.
5 bonorum.C.qui admit.ad bon.poss.†vbi iudex supplet defectū cōsensus tutoris,ergo multofortius imperator supplebit defectū cōsensus ipsius infantis in his,quæ sunt ipsi infanti vtilia,& honorabilia: & sic illud,quod disponitur in d.l.iubemus.in emancipatione, vendicat sibi locum in legitimatione infantis.Et cum fuisset de facto quæstio in ciuitate Florētiæ,adduxi elegans cōsiliū do.Pe.de Anch.incipiēs, ex tenore priuilegij apostolici, qđ est in ordine.229. vbi fuit porrectum rescriptum Romano Pontif. vt legitimaretur quidam infans, & præmittit dominꝰ
6 Petr.ibi quædam pro euidētia ad hoc, inquit, vt per principis†rescriptum censeatur valida legitimatio, requiritur, vt sit naturalis propriè natus ex soluto & soluta,cum qua potuisset contrahere coniugum, spurij autem nati ex alio damnato coitu non sunt digni beneficio talis legitimationis,in auct.qui.mo. na.effi.legi.in princ. circa fin. nisi adiecta fuerit specialis clausula derogatoria illius iuris, nec sufficeret generalis clausula, non obstantium, vt ibi not. sicut est in multis alijs casibus, de quibus in c. 1. de excess.præla.lib.6. Secundò requiritur etiam in legitimatione naturalium,ꝙ non extens legitimi,vt ibi per do. Petr. Tertiò requiritur, ꝙ pater offerat preces principi super tali legitimatione filiorū, & meritò;quia de eius præiudicio agitur, vt ibi per eum. Quartò reqrit, ꝙ filius assentiatur, & sub certa forma:nā sine eius cōsensu non est redigēdus sub alterius potestate:& si ista,inquit,requiruntur in legitimatione naturalium, ergo multofortius in dispensatione supiorū,& subdit ibi d.Pe. illā dispēsationē, seu legitimationē spurij non tenuisse; qa in suo rescripto Papa dicit, ꝙ inclinatur ad dispensandum, seu ad legitimādum; qa fide dignorum testimonio inclinatur propter honestatem vitæ,morum,& alia merita,subdit do. Pe. ibi.ista non possunt cadere in infante,ex eo quia talis ætas illud,qđ videt,ignorat, & neque scire, neque discernere aliquid talis ætas potest, vt l.j.C.de fal.mo. l. pupillus.ff. de acquiren. hæredi.ex hac ergo falsa causa, qua mouetur Papa ad sic dispensandum, videtur dispensatio vitiari.& sic cōcludit dominus Petrus in præfato suo cōsilio,
7 † ꝙ quādo legitimatur infans debet interuenire rescriptum imperiale,vel papale,quando fit legitimatio a Papa:cum ergo in casu nostro non interuenerit,sequitur,ꝙ tales infantes non sunt legitimati solēniter:sicut enim infans nō eximitur a patria potestate,nisi interueniat rescriptum imperiale, vt est tex.in d.l.iubemus. eodem modo non redigitur in patriam potestatem,nisi interueniat rescriptum imperiale, & est ratio; quia imperatoris rescriptum in tali voluntaria iurisdictione supplet defectum consensus ipsius infantis,arg.l.bonorum.prealleg.& d. l.si infanti.& ar.eius, qđ dixit Ange. in d.l.iubemus. Vbi dicit se destruxisse quandam emancipationem infantis,eo qa non interuenit rescriptū principis.& adduco eundē Ang. in consilio 40. incip. Pater qdā suū filium.vbi dicit,ꝙ d.l.iubemus. loquitur eo casu,quo quis vult emancipare suæ potestati subiectū absentem, & ignorantem, non representatum per procuratorem,vel nūtium, quo casu non procedit emācipatio, nisi interueniat rescriptū Imperatoris:
8 & dicit rationem esse,†quia in emācipatione requiritur vtriusque consensus simul & decretum iudicis:quod decretum non recipit suspensionē,nec cōditionem, nec diem. Vnde si cōsensus vtriusque nō interueniat simul, emācipatio est nulla, nec pōt ex sequenti cōsensu cōfirmari,ex quo decretū est nullum,vt l.si cōditionalis.ff.de auct.tu.hoc autem fallit in isto articulo ſm eum in casu.d.l.iubemus.quādo impetratur ab Imperatore per patrem,vt filium absentem & ignorantem emancipare possit,quo casu valet emancipatio, dummodo filius emancipatus postea consentiant emancipationi de se factæ, ita dicit Ange.in d.suo cōsilio. & sic est accuratè pō
9 derandū hoc dictum:qa voluit Ang.†quòd in emācipatione fienda de absente & ignorāte debēt interuenire duo,rescriptum Imperatoris, & ꝙ ex postfacto consentiat,si autem interuenit consensus emancipati ex postfacto,& nō interuenit rescriptum Imperatoris,non sufficit; quia non potest confirmare actum nullum.¶ Modo in casu nostro, cū debuerit in ista legitimatione interuenire rescriptū Imperatoris,& nō interuenit, sequitur,ꝙ non tenuit legitimatio,nec sufficeret consensus ex postfacto interueniens,ex quo actus est nullus:& sic Ange.in prefato suo consilio cōiūcta cōmuni doctrina doctorū in d. l.iubemus. vt superius retuli, decidit in indiuiduo hanc dubitationem. Et adduco,qđ eleganter voluit do. Pe.de Anch.in suis reportatis ad l.fi.ff.de his qui sunt sui.vbi dicit, allegatur illa.l.ꝙ inuiti non legitimantur naturales filij, sed vtrū absentes & ignorantes, puta, inquit, pater porrexit preces principi super legitimatione filij spurij absentis,& ignorantis, vtrum habebitur pro legitimo si non constet eum postea consensisse,certè,inquit,postea q̄ iura exigūt suum consensum,vt in auth.qui.mo.na.eff.sui.§.generaliter.difficile est defendere,ꝙ absens & ignorās
10 habeatur pro consentiente: † nam legitimatio est quoddā donū principis,vt in d.auth.& donatio nisi peruenerit ad donatarium, non hēt effectum.l.qui absenti.ff.de don.& allegat,qđ voluit Inn. in c.quia cunctis.

cunctis.de cõcef.præb.lib.6.aliàs in c.cum in cũctis. de electione.vbi dicit esse bonum tex. ita resider dominus Pe. in d.l.fi. Est ergo singulariter põderandũ istud dictum dom.Pet.quia in legitimatione spurij, aut naturalis requiruntur duo, rescriptum Imperatoris,& consensus absentis & ignorantis legitimati; quia beneficium non acquiritur nisi post acceptationem,facit simile,quod dixit Bar.in l.2.ff.de cõsti. princip.vbi dixit, ꝙ priuilegium non acquiritur absenti ante notitiã habitã. & quod singulariter dixit Bal.in rubrica,qui succe.tene.vbi dicit,ꝙ si prẹlatus concedit alicui feudum absenti,quòd nõ potest peti inuestitura ante habitam notitiam concessionis. facit,qđ voluit Lud.Ro.in l.qui absenti.ff.de acqui. pos.vbi dicit in facto fuisse cõsultũ: fuit cõcessa ciuilitas cuidam in absentia,ꝙ non habuit effectum illa ciuilitas,nisi postquam literæ ciuilitatis fuerunt sibi præsentatẹ, & consuluit do. Pe.de Anch.consil.331. cuidam in absentia fuit concessa litera famulatus Papẹ, ita quòd esset vnus de familiaribus Papæ, ꝙ non gaudet priuilegio famulatus,nisi post receptas literas famulatus, allegat. d. l. qui absenti. & accedat ad hoc gl.quæ reputatur sing.in proemio clemẽtinarum in versi.decætero.quæ dicit,quòd constitutio,quẹ emanauit in modũ priuilegij,ligat incõtinẽti,ꝙ intelligitur post habitam notitiam. ita firmant ibi scribẽtes.Modò in proposito nostro necesse fuit, ꝙ preces porrigerentur sacro Imperatori, qui per suum rescriptum concedat, infantem legitimari,& requirebatur cõsensus legitimati.¶ Et si dicat,ꝙ nõ procedit in infante; quia cõsensus suppletur per rescriptum imperiale. In casu enim nostro non interuenit rescriptum imperiale,ergo sequitur,ꝙ talis legitimatio fuit nullius valoris, efficaciæ, & imputatur patri, qui istos spurios infantes fecit legitimari, non adhibens iuris solennitatem,iuxta illud, qđ dixit gl.in l.codicillis.§.fi. ff.de leg.2.audi, inquit,stultum testatorem,non tamẽ sibi prodest stultitia sua, non seruando solennitatem legum . ¶ Et si quispiã adducat,qđ voluit Ang.in sua qõne incipiente,quidam nobilis genere. vbi voluit , ꝙ valet legitimatio non obstante,ꝙ non interueniat cõsensus legitimati:quia Ang.loquitur eo casu,quo interuenit rescriptum imperiale,quinimo plus dico, quòd Ang. ibi expresè voluit,ꝙ debeat interuenire consensus legitimati.Sed dat vnam fallentiam,in qua valet legitimatio, licet non interueniat consensus legitimati, videlicet eo casu,quo volebat pater contrahere matrimoniũ cũ muliere,& nõ poterat : qa occultabat mulier, quo casu occultãtes videntur ꝯdicere legitimationi: & tamen contrahendo matrimonium legitimatur.ad hoc allegat glo.in aut.quib.mo.na.effi.§.liceat.coniuncto tex.Ita dicit se limitare.d.§.generaliter.& iste non est casus noster: ergo nõ tenuit huiusmodi legitimatio.¶ Et qlus dico,ꝙ cõiter nos videmus per sacrum Imperatorem in suis priuilegijs indultis comitibus Palatinis solùm exprimi , ꝙ possint legitimare infantes: sed in isto priuilegio indulto huic comiti legitimandi non est expressum,ꝙ posset legitimare infantes,ergo sequit̃,ꝙ nõ potuit illos legitimare ,ergo stabimus in dispositione. d.l. iubemus.vt requiratur rescriptum imperiale , ergo est nullius efficaciæ talis legitimatio ex isto capite. ¶ Præterea in priuilegio indulto dicto comiti dicitur,semper vnus ex descendentibus tantùm senior, ad hoc sufficienter literatus,& idoneus,per quæ verba videtur, ꝙ ista potestas legitimãdi fuerit concessa limitatè:vnde, videtur quòd debeat esse iurisperitus,aliter nõ dicitur sufficiẽter literatus,& idoneus, nisi sit iurisperitus, per id quod voluit Inn.in c. cũ in cunctis. de elec. ergo si non est peritus in iure, tale priuilegium legitimandi non transiuit in istum talem,& per consequens non habuit potestatem legitimãdi:& ista sũt quæ iudicio meo possent adduci a quocunque præstanti in iure viro ad infringẽdũ huiusmodi legitimationem. ¶ Et licet ista colorata & apparentia satis esse videantur : tamen hanc legitimationem non infringunt. Ideo illis non obstantibus contrarium videtur esse verius.Et prẹmitto pro fundamento huius cõsultationis illud, qđ exprimitur in dicto priuilegio,videlicet, non obstãtibus aliquibus legibus,quibus cauetur,ꝙ naturales,bastardi,spurij,incestuosi,copulatiuè, vel disiunctiuè, vel alij quicunque de illicito coitu procreati , vel procreãdi,nõ possint legitimari &c.qbus legib⁹,& ciuilibus ipsarum volumus expresè,& ex certa scientia derogare,ẽt nõ obstãtibus in prædictis aliquibus legibus alijs, etiã si tales essent,quẹ deberent exprimi, & de eis fieri mẽtio specialis, quibus ex certa sciẽtia & de plenitudine potestatis imperialis totaliter derogamus,sub istis verbis pendet magna efficacia huius legitimationis , circa potestatem huius comitis palatini : vtrum ex illis verbis videatur derogatum præfatæ dispositioni.l. iubemus . ita ꝙ potuerit iste comes legitimare infantem,licet expresè nõ fuerit dictum de illa.l. Et mihi videtur de iure dicendum

12 ꝙ sic , & assumo istud fundamentum , † vbicunque verbum,alius, profertur cum signo vniuersali tunc implicat maiora expressis.Istud decidit gl.in cle.j.de re iu.vbi tex.vtitur illo modo loquendi, alia quẹuis causa beneficialis,& gl.ibi dicit,siue sit specialis, vel quasi, siue ciuilis,criminalis, vel mixta, siue realis,siue personalis, possessoria, vel petitoria,& spiritualis, vel temporalis.& reputat illam glo.singul. do lo.de Imo.ibi,& adduco aliam glo. in cle.ne Romani. de ele.in versi. alio quouis modo.& glo. ibi ampliat ad maiora expressis,& adduco, qđ voluit Ang. in l.ꝙ si nolit.§.si quid ita.ff.de ẹdi.edic.vbi dicit,si quis pro-

13 misit præsentare aliquem ad iudiciũ† toties quoties opus fuerit , ꝙ intelligitur tãtũ vsque ad sentẽtiam, ẽt si ab ea fuerit appellatum , vt est casus ĩ l.grecè.§. post litẽ.ff.de fideiusso.ꝙ si fuit dictũ , toties quoties & quandocũq;,tunc intelligitur etiam post sententiam,quòd dicit esse bene no.facit in argu.l.Balista. ff.ad Treb.in ver.quantacunque, & facit gl.in cle.j. de iudic. in ver. quibuscunque personis.vbi per illa verba veniunt personæ ecclesiasticæ, seculares,princeps, & alij,& illud est ex illa prægnãtia verborum. ¶ Quod si quispiam adducat in contrariũ gl. in l.si fugitiui . C. de seruis fugitiuis, vbi apponitur dictio alia, adiuncto signo vniuersali, tamen non ampliat maiora expressis,sed similia,ita glo.ibi ponit suã expositionem. Ad hoc respondeo, ꝙ illa gl. nõ dicit ꝯ-rium eius,qđ voluerunt gl.in d.cle.qa gl.illa non dicit aliud,nisi ad similia,& verum est, ꝙ implicat ad similia,vt cle.Abbates.de rescrip.& c.sedes apostolica.eo.tit. & nihilominus gl.illa ampliatur,vt implicet maiora expressis, volunt gl.in d.cle.ne Romani. vnde nõ possunt dici contrariæ : sed vna declaratur per aliam : & sic stat regula firma , ꝙ ampliet & implicet maiora expressis. Et facit,qđ habetur in cle.fi. de priui.in ver.pen.& facit cle.dudum.§.huius. ver. verum.ibi,de quibuscunque. de sepult. & facit gl.ꝗ reputatur singularis in l.cum pœna.ff.de arbit.quæ

14 voluit† ꝙ si in instrumento vẽditionis dicatur, qualitercunque res vẽdita euincatur , illa verba importãt, ꝙ etiam si per laudum arbitri res euincatur, debeatur euictio.¶ Modò in dicto priuilegio apponũtur illa verba, ẽt nõ obstantibus in ꝓdictis aliquibus alijs legibus,ẽt si tales essent,quẹ deberẽt exprimi & de eis fieri mẽtio specialis : licet ĩ dicto priuilegio ꝓcedant illa verba , non obstantibus legibus volentibus,ꝙ

bus, quòd non debeant legitimari sine consensu, & voluntate filiorum legitimorum & naturalium; tamen postea apponitur clausula pinguior, etiam nõ obstantibus aliquibus legibus alijs, etiam si tales essent, quæ deberent exprimi, & de eis fieri mẽtio specialis, quo casu ampliatur illa clausula ad maiora expressis, vt si sint aliæ leges impediẽtes legitimationem, & deberent exprimi: & sic ampliat dispositionẽ quoad. d. l. iubemus. vnde posito, ꝙ debuisset interuenire rescriptum imperiale, quãdo legitimaret spurius infans: tamen derogat illi legi, ex quo ponit illa verba, quibuscunque alijs, & ponit illa verba geminata, deberent exprimi & de eis fieri mentio specialis: quia inferũt illa verba, ꝙ si essent tales leges, quæ deberent exprimi singulariter & specialiter, illud important illa verba, ex eo quia est dare expressionem in genere, in specie, & in indiuiduo, vt plenè ponit Bar. in l. j. ff. de vulg. & pup. & quod ipse voluit in l. j. ff. si quis in ius voc. nõ ie. & quod habetur in l. generaliter. C. de non nu. pec. & in l. fi. C. qđ cum eo. & in auth. de hære. & fal. §. si verò expressim. & istud important verba, deberẽt exprimi, & de eis fieri mẽtio specialis. & adduco simile, qđ voluit Bal. in auth.
15 sed cum testator. C. ad leg. Fal. vbi dicit, ꝙ † si testator dixit geminando verba, ꝙ hæres soluat plenè & integrè legata, ꝙ tũc vr̃ satisfactũ dispositioni auth. de hære. & fal. §. si verò expressim. & tollitur dubitatio doctorum. & adduco, quod hr̃ in simili in c. eam te. de rescr. in ver. mandatum dedimus & præceptũ, vbi ponuntur illa duo verba ad denotandum maiorem efficaciam mandati, per id, qđ voluit gl. in l. sæpe audiui Cesarem. ff. de offi. presi. quam Io. de Imo. reputat sing. in cle. sæpe. de verb. sig. & adduco sĩle, qđ hr̃ in cle. j. de pœn. in ver. sufficienter & idoneè, ꝙ est ad maiorem efficaciam, per id qđ hr̃ in l. cũ quidam. C. de verb. sig. Et adduco simile, qđ voluit do. Anto. in commento. c. per venerabilem. qui filij sint legi. vbi do. Ant. examinans illum passum, si testator dixit, si filius meus decesserit sine filijs veris, vtrũ monasterium excludat substitutum, de quo in c. in præsentia. de probat. dat ibi quoddam temperamẽtum
16 sempiterna dignum memoria † ꝙ si testator apponit illa verba, sine filijs veris, & naturaliter descendentibus, ꝙ illa verba habent maiorem efficaciam ad excludẽdum monasterium, & adduco simile elegans, quod voluit Bal. in c. fi. de off. dele. ꝙ si in commissione dicatur, tu, tu, ꝙ vr̃ electa industria personæ. & adduco simile, quod hr̃ in c. fin. de his quæ fi. a ma. par. cap. vbi dr̃ communiter & pariter. Et adduco simile auditu dignum, quod posuit Bal. in l. neq; natales. C. de proba. vbi disputat de illa clausula, de qua habetur in cle. j. de off. dele. & in c. fi. de presum. quando scribitur executori, si aliquis est idoneus assignet sibi beneficium, Bald. ibi multum sapienter dicit, ꝙ si ponuntur ista verba, sit & esse cõstet, quòd assignatio beneficij erit ipso iure nulla, nisi cognouerit, si est doctor, vel cantor idoneus, vt ibi per eum. & adduco simile, quod voluit Ioã. de Imol. in consi. 145. vbi ponit illum modum concipiẽdi promissionem: quia habent maiorem efficaciam. Et adduco,
17 quod voluit Bal. in prima constit. ff. vbi dicit † ꝙ illa verba expressa, quando forensis efficitur ciuis: quia dicitur, habeatur, & sit, decidit, ꝙ illa verba ita accumulata adęquant eum veris & naturalibus ciuibus. & ad hoc allegat. l. j. §. fi. in versi. pro nullo habetur, nec est. ff. quod quisque iur. ꝙ est valde sing. & sæpe numero in quæstionibus facti illud pro stupendo allegaui. Et adduco simile, quod voluit Lu. Ro. consi. 54. quando in compromisso accumulantur illa verba, videbitur & placuerit, & ista nũquam ab aliquo docente, nec scribente fuerũt ad vnum collecta, nisi a me. ¶ Modò in proposito nostro ostenditur ex illis verbis ita accumulatis in dicto priuilegio, ꝙ sacratissimus Imperator voluerit derogare legibus requirentibus indiuiduam & specificam derogationem, & ꝙ accumulatio verborum importet maiorẽ efficaciam, probatur per ista iura adducta in medium, & per hos maximos in iure Deos. Et plus etiã in isto priuilegio dicitur, ex certa nostra scientia, & de ple-
18 nitudine potestatis † nam illud, quod princeps facit ex certa scientia, videtur facere de plenitudine potestatis, ita pulchrè dixit Bal. in l. eos. in prin. C. de appel. quod temperat, qñ exprimitur in priuilegio certa scientia, & ad hoc allegat glo. in cle. & si principalis. de rescr. sed melior gl. est in c. statutum. in ver. literarum. de rescr. eo. lib. ꝙ illa clausula ex certa sciẽtia, operetur plenitudinem potestatis. Bald. cum sua honorificẽtia nihil allegat, ego allego gl. sing. & stupendam in c. ad hæc. de rescri. quæ est, ꝙ si Papa dat iudicem incertum eligẽdum per impetrantẽ, apponendo clausulam, ex certa sciẽtia, ꝙ potest sic rescribere: quia habet plenitudinẽ potestatis. Ecce nunc, ꝙ in terminis gl. illud dicit, & vt meis detur audacia verbis, adduco do. Abb. in d. c. ad hæc. vbi ad hoc põderat multum sapienter illam glo. & sic cum in isto priuilegio dicatur, & de plenitudine potestatis, seqtur, ꝙ videtur illa duo verba geminata, quo casu dicunt doctores in c. & si Christus. de iureiur. ꝙ sermo duplicatus videtur prolatus cũ maiori deliberatione. Facit, quod habetur in simili in l. cum scimus. C. de agri. & censi. lib. 11. vbi confessio sine causa geminata obligat efficaciter. Facit l. fi. C. ad l. Fal. & quod habetur inst. de act. §. de constituta. in l. j. §. debitum.
19 ff. de consti. pec. cum si. & sic † geminata est illa clausula, de plenitudine potestatis, maiorem ergo efficaciam operabitur: est namq; plenitudo potestatis, vt dixit Bal. in commento. l. 2. C. de serui. arbitrij plenitudo nulli necessitati subiecta, nullisq; iuris publici regulis limitata: in principe, inquit, est sedes libertatis, & potest præferre minus æquum magis æquo, & minus bonum magis bono. ¶ Et si quispiã opponat
20 † ꝙ licet in principe sit plenitudo ptãtis: tñ illa plenitudo nõ transit in comitẽ Palatinum: vnde dixit sapienter Bal. in d. l. 2. ꝙ licet Imperator fecerit me comitem ad legitimãdũ spurios, & hoc facit solum ex plenitudine ptãtis: tñ ego non potero legitimare, si per hoc præiudicatur legitimis filijs vel iuri acquisito, & radicato alteri, & qđ voluit idem Bald. in l. rescripta. C. de preci. imp. off. & in c. j. in ti. hic finit lex. & Lu. Ro. consi. 182. ad hoc rñdeo, ꝙ Bal. ibi restrin-
21 git se † nisi specialiter illud concesserit comiti Palatino: vnde fateor ꝙ comes Palatinus non habet plenitudinem ptãtis in legitimando: sed eius potestas pẽdet ex priuilegio sibi indulto: sed in proposito nostro princeps indulsit huic comiti, ꝙ possit legitimare, non obstãtibus legibus dicentibus bastardos nõ posse succedere sine ꝯsensu & voluntate filiorũ legitimorũ, & non obstantibus aliquibus alijs legibus, de quibus expressè & spãliter deberet fieri mẽtio, vt est dictum, ergo sequitur, ꝙ cũ clausula ex certa sciẽtia, & de plenitudine ptãtis, derogat legibus, de quibus deberet fieri mẽtio indiuidua & spãlis: ergo posito ꝙ debuisset fieri mentio, nõ obstãte. l. iubemus. C. de eman. lib. nihilominus perinde est, ac si de illa. l. fecisset in indiuiduo mentionem: qa si derogauit legibus disponentibus, ꝙ spurij non possint succedere, nisi de cõsensu legitimorum filiorũ, ergo multofortius vr̃ derogasse. d. l. iubemus. volenti debere interuenire rescriptum imperiale eo casu, quo emancipatur filius infans, vt ibi dixit Bart. & alij, licet. d. l. iubemus. non loquatur, quando filius bastardus infans legitimatur, argumen. authen. multomagis. C. de ia-

de sacrosan.eccl.c.cum in cunctis,de ele.iuxta illud Philosophi.propter vnumquodque,& illud magis. Quinimo plus dico, ꝙ licet.d.l.iubemus. disponeret,ꝙ deberet fieri mentio de ea,quãdo datur potestas legitimandi spurios infantes, tamen sufficit, ꝙ Imperator det potestatẽ comiti derogando legibus de quibus debet fieri mentio specialis: vnde dixit Pet.de Anch.referẽs dictum Io.de Lign.in c.nõnulli,de rescr. ꝙ si Papa ex certa scientia rescribit cõtra dispositionem illius c. ꝙ nihilominus illa certa sciẽtia sufficit,vt derogaret illi constitutioni:& certum est,ꝙ illa constitutio requirit, quòd fiat specialis & expressa mentio in rescripto derogatorio, ergo multofortius in casu nostro,in quo Imperator dicit, nõ obstantibus aliquibus alijs legibus, de quibus deberet exprimi specialiter,& expresè. ¶ Et adduco,qđ voluit Io.An.in c.fi.de filijs presby. li. 6.in nouella, & Bal.in c.naturales.in ti. si de feu. fue. cõtrouer.in vsi.feu.quos refert & sequitur Lu.Ro. in cõsil. 192. incipien.In proposita consultatione.in secundo dubio illius consilij.vbi dicit, valere legitimationẽ nõ expressa qualitate, quæ si fuisset expressa, facilius princeps dispensasset. Facit glos.l.tale pactum.§.fin. ff.de pac. si ergo Imperator indulsit priuilegium, vt possit legitimare bastardos, non obstãtibus legibus volentibus non posse bastardos succedere parentibus, nisi interueniat voluntas filiorum legitimorũ: ergo multofortius Imperator concessisset, licet nõ interuenisset rescriptum imperiale, vt voluit.d.l.iubemus. multofortius derogasse videtur per illam clausulam appositam in dicto priuilegio, ac si de illis specialiter deberet fieri expressio specialis:rescripta enim sortiuntur efficaciam ex mente rescribentis.Ita pulchrè dixit Inn.in c. cũ ecclesiasticæ. de excep.refert & sequitur Bal.in l.præscriptione. C. si ꝯtra ius vel vtil.publ.& in l.j.ff.de consti.princ.voluit gl.in c.super eo.de offi.deleg.& gl. in c.cum inter.de excep.ꝓbat in c. cũ adeo.& in c.cũ dilecta. de rescr. & in l.fi.C.de his qui a nõ do.manu.& sic ad hoc cõcurrit mens Imperatoris ꝓcedentis dictũ priuilegiũ, & cõcurrũt verba dicti priuilegij, & certũ est,ꝙ posset assumi illud, arg.qđ facit tex.in c.per venerabilẽ. qui filij sint legi. videlicet si possumus legitimare in spiritualibus, ergo multofortius in temporalibus. Ita dicamus in casu isto, si Imperator derogat ei, qđ est magis,fortius videtur derogasse ei, qđ est minus.facit glos.elegans in ca. cum in cunctis. de elec.

22 ¶ Et ex istis elicio talẽ conclusionem,† ꝙ posito,nõ tamẽ concesso, ꝙ in priuilegio indulto comitibus Palatinis dẽret apponi expresè,ꝙ possent legitimare spurios infanres,& derogari dispositioni.d.l.iubemus.tamen in casu nostro satis est derogatum illi legi,& satis expresè & sufficienter videtur collata potestas legitimãdi spurios infantes.¶ Præterea est inuestigandum summo cum ingenio,quis spiritus reuelauit Bar.& sequacibus,ꝙ d.l.iubemus.C.de emãcip. lib.habet locum in legitimando infantem spuriũ:& pro certo sine lege loquitur,ꝙ est verecundũ, & ab omni censura alienum, vt l. illam. C. de colla. §.cõsideremus.in auth.de trien.& semiss.qa cum illa.l.sit situata in tit.de emancip. lib. debet intelligi, ꝙ in emãcipatione vẽdicet sibi locũ,arg.l.imperatores.ff.de in diẽ addic.sciuisset enim Imperator istud ponere in congruo & conueniẽti titulo,iuxta illud, qđ habetur in l.2.in versi.proximos applicantes,fm ꝙ materia exigit.ff.de sta. ho. & eo magis qã loquit̃ formaliter de filio emãcipãdo : extẽdere autem illã ad filiũ infantem bastardũ legitimandũ,non est nostræ potestatis.l.si verò.ff.solut.mat.& assumo istud fundamentũ videlicet,data est a iure forma, & modus petendi filios bastardos legitimari, sed non reperitur in iure expressum, ꝙ debeat exprimi, ꝙ est infans, ergo non est verum dicere, ꝙ in legitimando infante spurio debeat interuenire rescriptũ imperiale,& exprimere ætatẽ infantilẽ, ar. eius,qđ habetur in l.j.C.de exacto.tribu.li. 10.& l.cum de lege. ff.de proba.& c.si Romanorum. 19.di.& c.cũ venerabilis.de excep. & qđ voluit Bal.in l.fi.C. de re.cre. & iureiurã. & si contrarium diceremus, sequeretur vnum, ꝙ esset inconueniens & detestatione dignũ: qa multi infantes & multi alij effecti maiores ꝓijcerentur in pauperiẽ,& sub iusto clypeo sordescerent, vt dixit tex.l.quisquis. ver. in paupertate sordescãt. C.ad l.iul.maie.ꝙ esset cõtra publicũ bonũ in auth. vt iudi.sine quoquo suffra.§.cogitatio. & institu.de his qui sunt sui, vel alie.iur.§.expedit.assumptũ ego probo,& adduco tex.in auth.qui.mo. na. effi.sui.§. si quis ergo nõ habemus. in ver.sit igitur licentia patri.illius aut.ibi,precem hoc ipsum dicentẽ, qa vult naturales suos filios restituere naturæ, & antiquæ ingenuitati, & legitimo iuri,& sub potestate eius cõsistant,nihil a legitimis filijs differentes,& hoc facto exinde filios frui solatio,& neque fraudare posse patrẽ,ergo &c.Ista sunt formalia verba dicti.§.& subdit ibi text. vno enim hoc mõ omnibus huiusmodi naturæ excessibus & adinuẽtionibus medemur, ita breui solatio tm̃ naturæ impetum corrigẽtes. Ecce nunc qualiter in precibus oblatis Imperatori nõ fit mentio de ætate infantili, nec requiritur rescriptũ imperiale quo ad infantilẽ ætatem : & hẽt rationẽ

23 in se istud, ex eo ꝙ qa iste actus legitimationis non est actus incõpatibilis ætati infantili, vt est in officijs & beneficijs temporalibus, vel ecclesiasticis, requirentibus idoneam ætatem, quo casu requiritur dispensatio sup ætate,& ꝙ superiori innotescat ẽtas infantilis,vt no.in d.c.si eo tempore.de rescr.lib.6.& in c. super inordinata.de præben.ideo refert do.Bal.in l. impetrata. C.sent.rescin. non posse. ꝙ coram Papa erat quidam infans,cui Papa contulit quoddam beneficiũ ecclesiasticum,& aliter non dicit de sua ætate infantili, ꝙ nihilominus ex quo illum vidit, præsumitur dispensare cum ætate illa infantili:& ita dicit fuisse obtentum in curia Roma. tempore Oldr. & idem refert Bal.in c.j.in titu.per quos fiat inuesti tu.aliàs in titu.quid sit inuestitura. & facit quod habetur in l.quidam consulebant.ff. de re iud. & in l. item Vlpianus.ff.de excusa.tuto.& in c.2.de scismã. & in c.veniens.per Inn.de filijs presby.& in c.diuersis fallacijs. de cleri.coniug.& in l.imperialis.§.miles.C.de nup.sed istud bñficiũ legitimationis est cõpatibile omni ætati, ideo sufficit, quòd porrigantur preces principi,& asseratur in precibus, quòd naturales filios suos vult restituere naturæ, dicit ibi text. offerre Imperatori precem.& sic sufficit, quòd porrigantur preces Imperatori,& petatur, vt legitimentur sui filij naturales, nec exigitur, quòd dicatur illos esse infantes:vnde illud, quod non dicit lex, non dicemus nos, vt l.si seruum. vers.non dixit prætor.ff. de acq.hære. debemus enim inhærere verbis & formæ legis, vt l.j.§.si qui nauem.ff.de exercito.sicut ergo sufficit narrare principi se habere filios naturales, & eodem modo sufficit exprimere corã comite palatino se habere filios naturales: quia quoad hãc legitimationem comes habet potestatẽ, nec requiritur, quòd comes legitimet infantes, contineri in suo priuilegio:quia nec requiritur,quòd illud exprimatur,quando porriguntur preces Imperatori, nec quando Imperator legitimat. & ego vidi plures & plures legitimationes,& nũquam vidi,quòd in priuilegijs comitum exprimatur, ꝙ possint legitimare infantes. Et adduco ad idem tex.in authẽ.quib.mo. natu.effi.sui.§.si quis ergo habens filios. in versic.filios

lios autem naturales ex concubina. vbi apponitur forma petendi filios naturales legitimandi,& legitimationis,& tamen non exprimitur, ꝙ sint infantes, aut pueri, aut adolescẽtes: vnde quoad legitimationem spuriorum,& naturaliũ seruabitur lex specialiter expressa, exprimẽs modum,& formam legitimationis:& per illos duos tex.cõsuluit d.Lu.Ro.in cõsilio 192.allegato superius: quidã conceperat filios ex serua, & in precibus oblatis principi non fuerat assertum de illa qualitate, vt voluit Oldra.& Bald. in l.eam quam.C.de fideicom.ipse consuluit cõtrarium, ex eo ꝙ in dictis iuribus apponitur forma legitimandi.& petendi legitimationem fieri: nec tamẽ in illis apponitur, ꝙ debeat fieri mentio qualitatis spurietatis,& adducit, qđ voluit Ioan. An. in c.fi.de fil.presby.lib.6.in nouel.quem refert Bal.in c.naturales.in ti.si de feud.fue.contr.& respondet ibi Lud. Ro.ad l.j.ff.de nata.rest.& ad consilium Oldr.quòd erat duplex spurietas:qa ex adultero,& adultera natus:& sic apparet modò ad oculum, ꝙ non exprimitur infantilis ætas, quo ergo spiritu ducti doctores volunt extendere.d.l.iubemus. loquentem de emãcipatione filij infantuli ad legitimationem filij infantuli, cum non sit nostrum legem extendere maximè cum sit data forma specialiter circa legitimationem : vnde posset dici illud, qđ dicit in passione Dominica, nos legem habemus, ergo sequit, quòd seruabitur dispositio illorum iurium quoad legitimationem. ¶ Et si dicatur, communiter doctores ita voluerunt, vt Bart.Bald.Salic.Ang.Pet.de Anch. & sic communis docentium opin.est, ista ergo videtur sequẽda.l.j.ff.de offi.quæst.in ver. crebrior apud veteres opi.iuxta illud.Iudicium populi &c. Ad hoc potest responderi, quòd causa huius doctrinæ fuit Barto.qui in d.l.iubemus.dicit, quidam infans fuit legitimatus, an valeat, videtur ꝙ non; quia eius consensus non interuenit, allegat authẽ.quib.mod.nat. effi.legi.§.illud.tamen dicit se respondisse, quòd illud debet intelligi secũdùm determinationẽ.d.l.iubemus.nisi esset infans, per illum text.quẽ dicit esse notãdũ.Modò si põderet istud dictũ Bar.dico, ꝙ nõ dicit illud, ad qđ allegat, nec ɔ̄dicit huic ɔsultationi: vũ nõ dicit Bart.ꝙ requirit rescriptũ imperiale : sed dicit, ꝙ infans potest legitimari, licet nõ interueniat eius cõsensus, & hẽt rõnem in se; quia actus actiuorũ sunt in patiẽte bene disposito, vt dixit Arist.in secũdo de anima.& ꝑbatur in c.venerabilẽ.de elec.licet.Licet ergo reqratur consensus eius, q legitimat, intelligitur de eo, qui põt præstare cõsensum, nõ de eo qui non põt consensũ prestare: qa lex adaptatur ad possibilia; quia impossibilium nulla est obligatio.l.impossibilium.ff.de regulis iuris. & sic Bart.rectè & verè ponderando sua verba, nõ dicit, ꝙ in legitimatione infantis debeat interuenire rescriptũ imperiale.Itẽ in d.l.fi.ff. de his q sunt sui vel alie.iu.nõ dicit illud, ad qđ allegatur, dicit q̃rendo, si filius bastardus, qui nõ est in potestate patris, an possit legitimari inuitus, decidit ꝙ nõ, ad hoc allegat.§.generaliter.in auth.qui.mo.nat.effi.sui.qa nõ sunt in potestate, vt l.itẽ in potestate.eo.li.decidit, ꝙ nõ põt cogi inuitus, arg.illius l.& gl. & idẽ dicit in natis ex cõcubinis, hoc dicit esse verum, nisi sit infans, vt l.iubemus.C.de emã.libe.Ista sunt verba Bar.in d.l.fi.& sic Bart.non vult aliud, nisi quòd, quando legitimatur infans, nõ requiritur eius consensus.ad hoc allegat. d.l.iubemus.& sic Bar.non dicit aliud, nisi ꝙ quãdo legitimatur infans, non requiritur eius cõsensus:& ratio est, qa in infante non põt esse cõsensus; qa illa ętas, quicqd videt, ignorat, vt hr̃ in l.j. C. de fal. mo. & per cõsequẽs Bart.nõ reqrit, ꝙ requirat rescriptũ imperiale, sed duntaxat dicit, ꝙ nõ requirit eius cõsensus:& sic non dicit Barto.ibi, ꝙ requiratur rescriptum imperiale, quãdo legitimatur infans, adeo ꝙ non possit legitimari per comitem Palatinum, nisi ad hoc habeat priuilegium expressum, ꝙ possit legitimare infantes, qa istud, iudicio meo, est falsum dictũ: qa Bar.hoc non dicit in dictis locis. ¶ Et si quispiam dixerit, ꝙ Bal. in d.l.iubemus. dixit hoc, vnde colligit ex illo text. ꝙ potest infans legitimari, dummodo fiat per rescriptum principis; quia est actus, qui fit ad fauorem, & honorem, & per ipsum actũ oẽs liberi & legitimi nascebãtur, vt in auth.qui.mo. natu.effi.legi.& aliud ibi Bal. non dicit, & subdit se hoc dicere per illum tex.& licet sic dicat, tamẽ Sal. ibi dat illum intellectũ ad illũ tex.quẽ ibi dedit Bar.

24 †dicit enim Bar.se fuisse interrogatum, an legitimatio bastardi facta eo absente, valeat respondit ꝙ sic, si sit infans, nõ aliàs, per tex.in auth.qui.mo.na.effi. §.illud.qui licet dicat simpliciter, quòd eorum consensus est necessarius: tamen ſm istũ tex.debet intelligi, nisi esset infans, ꝙ dicit esse notãdũ, & subdit ibi Sal.sufficere, ꝙ habeat ratum, ita formaliter ibi dicit Salic.& sic intelligit Bar.sentire, quòd non requiritur consensus infantis ad illum legitimandum : sed nõ dicit, ꝙ requiratur rescriptũ imperiale, quando legitimatur infans:& licet Bal.ibi voluerit, ꝙ requiratur rescriptum imperiale; tamen idem Bal.in l.fi.ff.de his qui sunt sui.vel alie.iur.dixit simpliciter ꝙ naturales non legitimantur inuiti, nisi sit infans, allegat.d.l.iubem⁹.ad fi. & subdit istud voluisse Bar. ibi, & in d.l.iubemus.& sic Bal.ibi sentit, ꝙ requiratur rescriptum imperiale:& sic videtur esse sibi contrarium in hoc passu: sed d.Pet.de Anch.in d.l.fi. di-

25 cit illam allegari, ꝙ † naturales inuiti non legitimãtur: sed quærit, vtrum absentes & ignorantes, puta pater porrexit preces principi super legitimatione filij spurij absentis, & ignorantis, vtrum habebitur pro legitimo, si constet, eum postea cõsensisse,& certè postquam iura exigunt eorum consensum, vt in auth.q.mo.na.effi.sui.§.generaliter. difficile est defendere, ꝙ absens & ignorans habeatur pro cõsentiente. nã legitimatio est quoddam donũ principis, vt in d.auth.& donatio, nisi ꝑuenire ad donatariũ, non habet effectum.l.qui absenti. ff. de dona. & allegat, qđ voluit Inn.in c.2.de concess. præben.li.6.ꝑ procuratorem autẽ bene potest peti legitimatio, vt c.per venerabilem. qui filij sint legit.ita residet ibi do.Pet. de infante autẽ nihil dicit.¶ Stat difficultas, vtrum requiratur rescriptum imperiale, quãdo legitimatur infans, & comes Palatinus non possit legitimare infantem, nisi in priuilegio suo expresè cõtineatur,& pro certo Bar.licet in d.l.iubemus.ita dixerit; tamen nõ rectè loquitur, nec reperio magnæ auctoritatis doct. dicere illud. & sic poterit dici, ꝙ est solus peregrinus in hoc passu, nec est verum, ꝙ Bar.illud voluit, nec Sal. & sic poterit dici illud, qđ habetur in l. j. ff. de sena. omnibus placuit excepto Saturnino,& apud Dãtem dicitur. Euidi a parti solo Saladino. & ꝙ non sit verum dictũ eius ego ostẽdo, primò in d.§.generaliter.dicitur, & hoc alij ratũ habuerint, illa verba possunt cadere in infante, vt filius ignorans possit legitimari, si postea ratificet: er-

26 go est casus ibi formalis† ꝙ ignorãs potest legitimari, sed infans dr̃ ignorans, vt l.j.C.de fal.mo. ergo poterit infans legitimari.¶ Et si dicatur, qa illa verba, & hoc filij ratum habuerint, non cadunt in infante, quia ad illum casum nõ adaptatur dispositio legis, ad quem non adaptantur verba legis.l.j.§.loquitur. ff.de mag.conue.l.quod constitutum.ff.de testa.mili.l.hos accusare.§.omnibus.ff. de accus.c.ad audiẽ. de deci.c.indemnitatibus.§.sed cum eas. de electio. lib.6.sed illa verba habuerint ratũ, nõ possunt adaptari

ptari infanti, maximè si nō potest fari, ergo sequi-
tur, ꝙ infans nō poterit legitimari: ideo reqritur re-
scriptū imperiale ad supplendū eius cōsensum; qa
ad hoc respōdeo, quòd imo illa verba adaptari pos-
sunt infanti: primò quòd habetur pro consentien-
te & ratificante, ex quo pater eorū supplicauit pro
eis & porrexit preces pro ipsis illustrissimo duci Me
27 diolani, & dicto comiti Palatino: quo casu † secuta
legitimatione habetur pro consentiēte, adduco in
arg. c. paruuli. de cōsecra. di. 4. vbi infans habetur ꝓ
consentiēte si alius pro eo profert verba assumptio-
ne baptismatis. Ita & eodem modo dicemus in legi-
timatione, vt si pater pro eo legitimando porrexit
preces, & obtinuit, ꝙ infans videatur ꝯsentire. & ad-
duco. l. 2. §. voluntate, ff. solu. matrimo. in ver. vbi au
tem per dementiā contradicere non potest, consen-
tire tamen quis meritò creditur, vbi est casus, ꝙ si fi-
lia est furiosa, & pater agat pro ea ad recuperandā
dotē, ꝙ lex præsumit illam cōsentire, licèt nō inter-
ueniat decretū superioris, vel alia auctoritas. ita di-
camus in casu nostro, si pater porrexit preces pro
infante legitimādo, certum est, ꝙ infans filius cum
ꝓpter infantilem ætatem non posset contradicere,
meritò creditur ipsū cōsensisse, & sicut nō habetur
pro ignorāte, nec hr̄ pro inuito, & iudicio meo Bar-
tolus minus appensatè considerauit, dum dixit, ꝙ
infans inuitus potest legitimari; quia, sua honorifi-
centia salua, non potest cadere in ipsum actus nolē-
di, & sic vt sit inuitus, imo præsumitur in actu hono
rabili, & cōcupiscibili, vt est casus legitimationis ac
quirendæ: & ideo multum singularitur dixit Inn. in
c. cū in genesi. de elec. ꝙ in actu cōcupiscibili & ho-
norabili præsumitur tacens cōsentire, secus in actu
vituperabili & præiudiciali, voluit glo. in l. qui pati-
tur. ff. mand. & ideo Bar. videtur voluisse, ꝙ in infan-
te non requiritur ratificatio: istud voluit sentire, dū
dixit, ꝙ inuitus poterat legitimari: item possumus
etiā dicere, ꝙ illa verba, ratū habuerint, cadāt quo-
ad infantes eodem modo, quo cadere possunt, vi-
delicet ꝙ habent ratū filij infantes eo ipso, ꝙ pater
porrigit preces pro ipsis, & impetrat legitimationē
a comite, ipsi videntur habere ratum, sicut dicimus
in infante baptizato, qui videt̄ habere ratū baptis-
mum assumptum. nec Ang. in d. sua q. loquitur de
infante, & sic Bal. non rectè loquitur. Item Bald. ex-
torquet illam literā. l. iubemus. duobus modis: pri-
mò ꝙ requiratur rescriptum imperiale, quando le-
gitimatur infans: qa istud nullo iure est cautum: qa
sequeretur, ꝙ debet exprimi illa qualitas infantilis
ætatis, quod est contra iura, vt superius demonstra-
ui, & in hac extorsione. Bal. est solus. Item extorquet
a secundò; qa illa. l. iubemus. loquitur, quādo filius
emancipatur, non autem loquitur, quando filius le
gitimatur: quia tali casu seruādæ sunt leges loquen
tes de legitimatione, ex quo reperit̄ lex expressa de
filijs legitimādis. Et cum dicitur, quòd inuitus filius
non debet legitimari, ego dico, quòd illud procedit
in eo filio, in quem potest cadere actus contradi-
cendi: quia sermo relatus ad personam intelligitur
secundùm qualitatem personæ, vt lege, plenum. §.
equitij. ff. de vsu & habi. lege, ex militari. ff. de testa-
men. mil. & quod voluit ibi Bal. & quod voluit Inn.
in capitu. pastoralis, de donatio. & Bartolus in lege,
codicillis. §. instituto filio. ff. de legatis secundo, sed
in eum, qui est infans, non potest cadere ille actus
contradicendi, ergo non vendicat sibi locum dispo-
sitio illius §. illud. sed habebit locum alia iuris dispo
sitio. vt videatur volens & consentiens, qui propter
infantilem ętatē nō pōt contradicere: vt habetur in
dicto capitu. paruuli. & in d. l. 2. §. voluntate. & indu
bitanter ista est præstantior & verior doctrina, quā
doctrina Bal. & ideo Lud. Roma. in dicto suo consi.
192. in quarto dubio illius consilij, consuluit, mino-
res fuisse legitimatos, vtrum teneat talis legitima-
tio refert Barto. in d. l. final. de his qui sunt sui. tene-
re, quòd legitimatio infantis tenet; quia non requi-
ritur eius cōsensus, allegat ad hoc. d. l. iubemus. per
quam infanti a patria potestate liberato donatur li
bertas; quia emancipatur. ipse dicit, quòd emanci-
patio est dissimilis legitimationi: quia filius natura-
lis est liber, non constitutus in patria potestate, vt l.
item in potestate. ff. de his qui sunt sui. & per legiti-
mationem constituitur sub patria potestate, vt in
§. generaliter. in auth. qui. mo. na. effi. sui, & conse-
quenter perdit libertatem, quæ est inæstimabilis.
Cum ergo sit diuersitas dictorum casuum, de vno
non infertur ad reliquum; quia separabilium sunt
seperabiles causę, vt l. age cū Geminiano. C. de trā-
sa. ideo dicit ibi Lud. Ro. ꝙ requiritur cōsensus in-
fantis, ex quo reducitur in patriā potestatē: vt d. §. ge
neraliter. & d. l. fi. de his qui sunt sui. infantis aūt nul
lus est consensus, ideo casus iste est decidendus per
simile arrogationis, per quam transit in legitimi pa
tris potestatem, sicut in infante contingit per legiti
mationē: & iō cōcludit ibi Lu. ꝙ sicut cū infans ar-
rogatur, aut pupillus, tutoris cōsensus reqritur, si cū
habeant, vel propinquorum præsentia videntium,
an id pupillo, aut infanti expediat, vt l. 2. ff. de adop.
& l. 2. C. eo. ita dicendum est secundùm eum. in mi-
noribus, vt his gubernatio, nisi contingat ex super-
ueniēte maioritate ætatis ratificatio, vt maior fact⁹
ratū habuerit, & subdit ista procedere in pupillo &
infante, adulti autē legitimatio consensum curato-
ris requirit, si eū habeat; aliàs suo solo consensu red
ditur valida talis legitimatio, qđ dicit probari ex ge-
neralitate l. si curatorē habēs. C. de in integ. rest. mi.
coniuncta. l. fi. C. de aucto. præstan. ita residet Ludo.
Roma. in præfato suo consilio. quod consilium re-
ctè ponderet do. iudicans: quia non sentit, quod de-
beat interuenire rescriptū imperiale: & videtur in-
telligere dictū Bar. quòd dūtaxat legitimatur, infans
inuitus, & reuera Bartolus istud voluit, vt superius
dixi. & allegat Bald. ad hoc reuera Baldus in l. final.
ita dixit simpliciter sequens Bartol. in d. l. iubemus.
Baldus loquitur aliter mutando opi. & pro certo di
ci posset illud, quod dixit Baldus. in lege prima. C. de
his qui ante aper. tab. loquens de Cyno, quod pro-
pter diuersa fantasmata generantur in nobis diuer-
sæ intellectiones. ideo Cy. mutauit opin. in deterius.
Ita dicamus de Bald. quòd mutauit opi. in deterius,
& sic nec Barto. nec Salice. nec Ludo. Roma. nescio
quo spiritu ductus Bald. dixerit requiri rescriptū im-
periale, & ideo verius est, id quod ipse voluit in di-
cta l. finali. de his qui sunt sui. ergo ista pars est ve-
rior, & probat̄ in iuribus allegatis superius: & licet
Ludouic. Roma. dixerit, quòd requiritur, ꝙ tutor
infantis habeat ratam legitimationem, istud nō est
contrarium nostræ consultationi: quia poterit ha-
beri rata per tutorem istorum infantium, & ita con
suluit, sed videtur mihi, quòd non requiratur; quia
ꝑsumitur cōsentire, vt dixi superius. Quinimo plus
dicebat dominus Florianus docto. Bononiē. quòd
credebat, quòd legitimatus non intrabat patriam
28 potestatem indistinctè, † pone inquit, quòd pater es-
set deploratæ vitæ, decidit, quòd non haberet filiū
legitimatū in patria potestate, nihil allegat, adduci
posset, quod voluit Bart. in l. fi. C. de sen. pass. & sic ta
li casu cessarēt illa inconueniētia, ꝙ perderet liber-
tatē filius. ¶ Ex istis videntur ad oculum sublata ea,
quæ in contrarium adduxi, cū dicebatur, quòd Bar.
hāc quæstio decidit in d. lege iubemus. & Salic. ego
dico, quòd ipsi dicunt, quòd inuitus pōt legitimari,
non

non dicunt, ꝙ requiritur rescriptum imperiale. Et cum dico, ꝙ ita consului Florentiæ: re vera consului, ꝙ infans inuitus poterat legitimari, sed non consului, ꝙ requirebatur rescriptum imperiale, quod apparet: quia ibi fuit infans legitimatus a prioribus Florẽtinis, & valuit illa legitimatio, & ita fuit obtentum, & decisum. & sic non fuit necessarium rescriptum Papale vel imperiale. ¶ Et cum dicitur, quòd
29 Bal. in d.l. iubemus. dicit † ꝙ legitimatio est actus fauorabilis, & honorabilis, sicut ergo honoratur filiꝰ per emancipationem, ita honoratur per legitimationẽ: ego fateor, ꝙ honoratur per legitimationẽ, sed non sequitur, ergo sicut requiritur rescriptũ imperiale in emancipatione, ita in legitimatione; quia ista sunt diuersa & separata, & ex vno non infertur ad reliquum, vt l. Papinianus exuli. ff. de minor. l. eũ actum. ff. de neg. gest. ergo. & sic illa lex hoc nõ dicit, nec potest sumi, arg. ex illa lege ad legitimationem: quia nos videmus, ꝙ legitimatio est realiter & formaliter honor & beneficium: vt per tot. in authen. quib. mod. nat. effi. sui. sed non sic est emancipatio. Hinc est, vt cum filius emancipatur, donatur a patre ipsi filio, & valet donatio, vt per Bart. in l. prima. §. sed nec castrense. ff. de collat. bono. Bald. in l. vt liberis. C. de colla. & in l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. & ideo non potest colligi, arg. ex illo text. & licet Bald. more suo dicat, ego dico idem in legitimatione, per istum tex. loquitur ex ceruice sua capitanea; quia nihil allegat, nec illum tex. ad hoc inducit, tamen idem Bal. in suis apostillis, quas fecit ad l. fina. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. dicit istud dictum in arg. allegat. dictam l. iubemus. ego demonstro ad oculum, quòd imperitè loquitur, & ipse & sui similes hoc modo: dicta lex iubemꝰ. disponit, quòd absens & infans possant emãcipari, dummodo interueniat rescriptum imperiale, ita dicit formaliter illa lex, modo ego induco eam sic, vbicunque duo à lege antiqua æquiparantur, lex noua superueniens loquens de vno habet locum in reliquo, etiam in correctorijs, vt singulariter colligitur ex l. si quę seruo. C. de fur. coniuncta l. vt tantum. ff. de ser. corr. ex quo sequitur, quòd cum dicta lex, iubemus æquiparet absentem & infantem, sequitur quòd si lex noua etiam correctoria loquatur de absente, habebit locum in infante. istud est verum & infallibile: si lex noua disposuit, ꝙ habens potest legitimari, si posteà habeat ratum, nec requiritur rescriptum imperiale directum iudici coram quo fit legitimatio, sufficit enim ꝙ absens ratificet talem legitimationem. Iste est casus formalis in verbo, ratum habuerunt, in d. §. generaliter. in d. authen. quibus mod. nat. effi. sui. ergo sequitur, quòd idem erit dispositum in infante per dictam legem, iubemus. æquiparantem absentem & infantem. Si ergo Bald. voluit quòd dicta lex, iubemus. loquens in emancipatione habeat locum in legitimatione, videtur se percutere cum ligone suo; quia cum ibi absens & infans iudicentur à pari, sequiturꝙ lex noua loquens de absente, vendicet sibi locum in infante. & per consequens non requiritur rescriptũ imperiale, qñ infans legitimaẽ, & est istud sempiterna dignum memoria, & aufert clauam de manu Herculis, sicut ego &c. ¶ Nec ob. cùm opponitur, ꝙ princeps dispẽsando cum infante vr̃ supplere consensum eius: vt voluit Bal. in d.l. impetrata. & in d.c.j. per quos fiat inuestitura: quia re vera istud nõ dicit, ꝙ videtur dispensare cũ ipso respectu ætatis, per l. quidam consulebant. & l. item Vlpianus. cum si. sed in casu nostro non requiritur, ꝙ infans consentiat: quia satis lex habet eum pro consentiente, vt d.c. paruuli. & d.l.2.§. voluntate. tũ etiam, quia absens potest legitimari, dummodo postea habeat ratum, vt d.§. generaliter. ergo & infans potest legitimari, nec requiritur ratihabitio: quia lex habet eundem pro ratificante, & etiam poterit ratificari per suum tutorem ad abundantem cautelam. Nec obstat, cũ dicitur, ꝙ Lud. Roma. nõ vidit Bald. Saly. & Bartol. in d.l. iubemus. quia ipse vidit Bar. & Bal. in d.l. fin. quo casu sufficit vidisse in vno loco, vt dicitur in dicta lege, ita vulneratus. §. multa. versi. vnum proposuisse contentus esto. ff. ad legem Aquiliam. Nec obstat, cum dicitur, ꝙ con-
30 suluit contra communem opinionem, † quia non est absurdum consulere contra communem opin. si meliori ratione quis moueatur, vt dixit Ioannes Andr. in capitulo primo. de constitu. & probatur in lege prima. §. sed neque. C. de vete. iure enucle. quia sæpe Deus aperit ingeniũ vni paruo in aliquo passu melius, quàm fecerit maioribus, & doctoribus, iuxta illud Hieronymi in prologo Bibliæ. hæc doctus Plato nesciuit, hæc Demosthenes eloquens ignorauit. & quod habetur in l. Labeo. §. idem Tubero. in versic. & si magna sit Tuberonis auctoritas: tamen à Seruio non discedo. iuxta illud Prophetæ, ex ore infantium & lactãtium &c. & Augustinus, paratus sũ addiscere ab anniculo. 24. q. 3. c. si habes. facit qđ habetur in ca. ego solis. 9. dist. & in c. esto subiectus. 95. dist. & quod voluit Ioan. And. & alij in c. literas. de restit. spol. & do. Abb. in c. capellanus. de fer. & in c j. de consti. & in c. finem litibus. de dol. & cont. & in d.c. literas. ergo non est admiratione dignum, si Lud. Ro. consuluit cõtra cõem opi. quod iam quotidie contingit nobis legentibus, scribentibus, consulentibus: & ideo potius debet attendi ratio loquẽtis, q̃ eius auctoritas: quia Papa, in d.c. capell. anus de fer. dicit, tenendã esse opi. quę melioribus rationibus & subtilioribus motiuis fundatur. ¶ Cum ergo d.l. iubemus. loquaẽ in emancipatione, ergo nõ extẽdet ad legitimationẽ, vt dictũ fuit. Itẽ cõis opin. nõ dicit, ꝙ qñ legitimaẽ infans, requirit imperiale rescriptũ, vt dixi superius. Nec obst. cũ dr̃, ꝙ licèt infans redigaẽ ad patriã potestatẽ, & perdat libertatẽ: tñ principaliter legitimatio fit ad honorandũ, & faciẽdũ cõmodũ: & iõ debet attendi illud, quod principaliter fit; quia fateor, ꝙ fiat ad fauorẽ & honorẽ; tñ nõ sequitur, ergo requiritur rescriptũ imperiale: quia istud est falsum, immo multominus reqritur rescriptum imperiale, & adduco in simili glo. valde sing. in l.2. ff. de acceptila. quæ dicit, ꝙ licet pupillus non possit obligari sine auctoritate tutoris: tamen si ex illa obligatione acquirit liberationem, poterit sine tutore obligari. & ita Ang. dicit consuluisse Florentiæ. Facit quod voluit Guilielmus de Cuneo in
31 l. cum hi. §. si causa. ff. de transac. † vbi dicit, ꝙ non requiritur solennitas, quando res tendit ad cõmodum. ita dicamus in proposito, ad quid requiritur decretum imperiale, pro certo ego nescio videre ad quid requiritur rescriptum imperiale: vnde posset adduci illud Lucani. Bella geri placuit nullos habitura triumphos. Et maximè quia non potest haberi copia Imperatoris commodè, nisi cum magnis dispendijs & sumptibus, quo casu non est de mente principis fatigare subditos laboribus, & expensis: vt c. nonnulli. de rescript. & ad istud euitandum Impe-
32 rator statuit, † vt nõ posset appellari ad ipsum omisso medio, vt l. ad principẽ. & l. Imperatores. ff. de ap. & idẽ Spe. in tit. de app. dicit, benedicatur Imperator, & sic benedictus. Item sequeretur absurdum, ꝙ nullo modo legitimarentur communiter infantes, si oporteret mittere nũcios Alemaniam, & iudicio meo ex quædam ingenij infirmitas, dicere, ꝙ requiraẽ rescriptũ imperiale. Nec ob. cũ opponiẽ, ꝙ iudex supplet defectum consensus: vt dicta l. bonorum, quia

quia illud procedit, quando est opus supplere, sed in casu nostro non est opus supplere consensum: ex eo qa inuitus potest legitimari, vt dixit Bartolus. Itē quia lex habet eum pro consentiente, vt dicto capitulo paruuli. & d. l. secūda. §. volūtate. quia potest ratificare per tutorem, vt est dictum. Nec obstat, cum opponitur, quòd cum fuisset de facto quæstio in ciuitate Florentiæ, ita consului; quia re vera ibi fuit alia dubitatio, non enim fuit dubitatum, vtrum in legitimatione infantis requiratur rescriptum imperiale, sed fuit dubitatum, vtrum per regimina Florētina potuerit legitimari infans, & consului ꝙ sic, ergo &c. Nec obstat, cum allegatur consilium Pet. de Anch. in quo dicit, illam legitimationem fuisse surreptitiam ex eo; quia ex fide dignorum testimonio inducatur, propter honestatem vitæ, morum, & alia merita, ista, inquit. D. Pet. non possunt cadere in infante; quia talis ætas, quicquid videt, ignorat, vt l. j. C. de fals. mo. est ergo falsa causa, ex qua Papa fuit motus ad legitimandum, ergo vitiatur talis legitimatio, ita concludit ibi do. Pet. sed vtrum ista verba apponantur in ista legitimatione non apparet ex tenore legitimationis, nisi quia duntaxat dicitur in dicta legitimatione, prædictorum domi. Gabrielis, Ioannis Francisci & Ioannis, & cuiuslibet eorum, exigentibus meritis inclinati; vnde videtur, ꝙ huiusmodi legitimatio reddatur nulla; quia nulla merita posſūt adesse ex parte illorum infantium. Quia ad hoc

33 do tale responsum, videlicet ꝙ† vbicūque vnum determinans sequitur plura determinabilia, illa determinat æqualiter, vt ꝓbatur in l. in testō. C. de test. mili. & l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pup. & l. si legatarius. §. j. ff. de le. 3. illud procedit, qn̄ natura determinabiliū est vniformis, & æqualiter pōt illa determinare, sed vbicūq; nō est vniformis natura, æqualiter illa nō potest determinare; tunc nō determinat illa æqualiter. ita decidit text. singul. in cap. olim. de rescr. de quo facit festū do. Car. ibi & probatur in c. ab excōmunicato. de rescr. istud voluit domi. Car. ibi; & probatur in c. cum dilectus. de consue. & in c. auditis. cū sua glo. de electi. & in capitu. cum ad sedem. de restit. spol. Modò in proposito illud verbum, meritis exigentibus, determinabit illud indiuiduum do. Gabriel. & non illos infantulos; quia actus actiuorum sunt in patiēte bn̄ disposito, vt voluit Aristo. in secundo de anima: & per consequens ex hoc capite tolletur illa surreptio. & iste intellectus est necessariò capiendus, ex eo quia sermones nostri debent adaptari rebus sensatis, & intellectu fruentibus, vt dixit Auerrois, quē refert Bal. in rubric. C. de proba. & in l. j. C. de ser. fug. & in l. fi. C. de edic. diui Adri. tol. & in tractatu scismatis. & in c. afferte, de præsump. vt ꝓbatur in l. si ita quis, in versic. quòd nemo sanus diceret. ff. de euic. & sic non debet capi sensus, ꝑ quē actus redditur absurdus; non enim est verisimile, ꝙ porrigens preces dicto comiti legitimanti dixisset, ꝙ exigentibus meritis illorum infantium deberet eos legitimare: nam illud, quod nō est verisimile, est q̄dā falsitatis imago, vt l. milites. §. oportet. C. de qstio. Item potest tolli illud cōsilium do. Pe. ꝙ nō loquatᷣ in casu nostro. ex eo quia do. Pe. consuluit in dispensatione facta per Papam, quo casu dispēsatio est stricti iuris, vt habetur in capitu. j. & 2. de fil. presby. lib. 6. & no. in c. in tantum. de præben. & c. nō pōt. eo. ti. li. 6. sed nos loquimur in legitimatione, q̄ nō interꝓtatur strictè, ergo sumus in casu diuerso, & separato a nostro: ideo non infertur. Itē do. Pe. non bene dicit ex eo; quia in dispēsatione si tacetur aliqua qualitas, qua expressa eodē modo dispensasset, ꝙ dispēsatio tenet, & hr̄ perinde, ac si illa qualitas fuisset expressa: ita voluit Io. An. Bal. & Lu. Ro. quos superius allegaui. Ita dicamus in casu nostro, posito ꝙ non fuisset dictum exigentibus meritis, nihilominus eodem modo legitimasset, ergo non habet vitia re. Itē do aliud responsum, videlicet ꝙ illa verba, exigentibus meritis, posito ꝙ fuissent relata ad ipsosmet infantes; tamen non videntur apposita seriosè, aliàs studiosè: sed potius videntur apposita a notarijs ex quodam stylo. & ad hoc adduco, qđ in simili voluit Bar. in l. j. ff. de iure codicil. vbi dixit, ꝙ notarij apponūt in testamētis illas clausulas codicillares non de mēte testatoris, qui nescit, qd importet illa clausula. sed potius de consuetudine notariorum, ideo dicit, quòd nihil operatur: & adduco, qđ sapienter voluit do. Anto. in commento cap. quintauallis. de iureiu-

34 rand. vbi dicit† ꝙ licet in compromisso notarij dicāt ꝙ arbiter possit lędere enormissimè in maxima quātitate, ꝙ nihilominus non videtur apposita illa clausula de voluntate compromittentium: & idem voluit idem do. Ant. in repetitione. c. cū contingat, de iureiu. & idē voluit do. Abb. in d. c. cū ꝯtingat. & in d. c. quintauallis. & ita videtur dicēdū in ꝓposito. & adduco, qđ singulariter voluit Bal. in l. quoties. C. de

35 hæred. institu. vbi dixit † testator legauit fratri suo mille, & ecclesiā instituit in quinque, modò hæres institutus repudiat hæreditatem. dubitatur, cui illa hæreditas accrescit, videtur ꝙ ecclesiæ, ex quo fuit instituta, decidit cōtrarium, quòd imo accrescit fratri ex præsumpta mente testatoris, quæ præsumitur ex quantitate relicta fratri. ¶ Nec obstat, ꝙ ecclesiā instituerit: quia præsumitur, quòd potius instituerit fratrē in mille, quàm ecclesiam in quinque, quod est recitatione, & auditu dignū. & facit, quod voluit idem Bald. in l. sed & si quis. §. fin. ff. si quis cautio. & in repetitione. l. secundæ. C. de rescindenda venditione. & per consequens potius sunt verba notarij, quàm ꝙ ita fuerit supplicatum illi comiti, & sic patet, quòd dominus Petrus parum appensatè loquitᷣ in dicto suo consilio. nec est mirum; quia quandoq; bonus dormitat Homerus. l. recusari. ff. de acquirēda hæredita. glos. in cap. ne quis cum nouerca. 32. q. stione septima. Item domi. Pe. non loquitur in casu nostro; ex eo quia dicit in dicto consilio, quòd Papa dispensauit propter honestatem vitæ, morum, & alia merita, & referuntur illa verba duntaxat ad infantem: sed in casu nostro duntaxat dicitur, exigentibus meritis ipsorum. Item, vt superius dixi, illa verba diriguntur ad illum dominum Gabrielem patrem ipsorum infantium. Item demonstro & aliter, quòd dominus Petrus minus peritè consuluit, ex

36 eo† quia quilibet præsumitur bene meritus, si non probetur contrarium. iste est tex. formalis in l. cum quidam. ff. de legat. 2. nam quilibet præsumitur bonus, vt capitu. j. de scruti. capit. sancimus. j. quæstione 7. l. cum pater. §. rogo. ff. de legat. 2. l. omnimodo. C. de inofficio. testamen. l. meritò. ff. pro socio, iuxta illud, quod pulchrè dicitur. vidit Deus cūcta quæ fecerat, & erant valde bona. & ideo dixit gloss. singula. in l. si verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisdare cogantur. quòd quilibet præsumitur bonus bonitate intrinseca, & ita probatur illud, quod dicitur; fides ex operibus iustificata est; quia intelligitur de operibus extrinsecis, & per consequens ex illis verbis non redditur surreptitia istæc legitimatio. Item plus videtur recto iudicio dicendum, ꝙ illa verba, exigentibus meritis, non repugnant infantibus istis; quia referentur ad habitum & potentiā, licet nō referantur ad actū & exercitiū, nā (vt ait philosophorum facile princeps in libro suo Ethicorū) virtutes insunt nobis a natura, an ab ope virtuoso, iuxta illud, qđ sacro scribitᷣ Euāgelio, si mihi nō creditis operibus ipsis credite. Ideo concludit ille præstans

stans philosophus, ꝙ dispositiuè insunt nobis à natura, sed perfectiuè insunt nobis ab opere virtuoso. Ita dicamus in proposito nostro, licet comes dixerit, exigẽtibus meritis, intelligitur de meritis, prout insunt nobis a natura dispositiuè quò ad habitum. Ideo licet isti infantuli non haberent merita in actu; tamẽ habent quò ad habitum, & est de consideratione legum habitus & potẽtia. & est casus valde elegans in c. pastoralis. de rescrip. vbi habens habitum iurisdictionis, licet non habeat exercitium, potest commit
37 tere & subdelegare: & sic† habitus est de consideratione iuris. & facit, qđ scribitur per docentes in c. de multa. de præben. vbi disputãt de ecclesia parochiali, quæ non habet parochianos in actu & exercitio, sed in habitu, & facit, quod voluit D. Abb. in cle. 1. de priui. vbi loquitur de sacerdote non habente curam animarũ in actu, & exercitio, sed in habitu. & ad hoc allegat, qđ voluit Host. in sum. de pœn. & remis. §. cui confitendum. & per ꝯns satis est satisfactũ verbis dictæ legitimationis, si merita sunt in habitu, licet non sint in exercitio. Itẽ possunt etiam illa verba verificari respectu indolis futuræ, vt sapiẽter scribitur apud Valeriũ. c. de indole. vbi commemorat multos infantulos, qui sapientissimi & continentissimi euaserũt: ita dicamus in casu nostro. Et ex istis multifariè, multisq; modis euasimus rete illius con silij do. Pe. de Ancha. vnde posset meritò illud afferri in medium, qđ in veteri scribitur testamento, q̃a turbasti nos exturbet te Deus. ¶ Nec obstat illud, quod voluit Angel. in d. l. iubemus. vbi dicit se obtinuisse, ꝙ quædam emancipatio fuit cassata: cum in ea non interuenerit rescriptum imperiale: quia ad hoc respõdeo, ꝙ nos sumus in legitimatione, & nõ in emancipatione, & sic in casu diuerso. ideo nõ infertur. l. eum actum. ff. de neg. gest. ¶ Nec obstat cũ allegatur consilium Ang. quia reuera ipse loquitur in emancipatione, & non in legitimatione: & sic loquitur in casu diuerso a casu nostro, & sic sileãt fauces Ang. contra casum nostrum. ¶ Nec obstat, cum allegatur do. Pe. de Ancha. in d. l. fi. ff. de his qui sunt sui. cum voluit, ꝙ legitimatio est donum principis: ideo requiritur, ꝙ veniat ad notitiam donatarij p l. absenti. ff. de don. ideo requirit̃, ꝙ legitimatus sciat & consentiat, allegat. d. §. generaliter. Quia ad hoc respondeo, ꝙ licet requiratur consensus: tamen potest absens legitimari, si postea habeat ratam legitimationem, vt d. §. generaliter. ergo vera conclusio est, absentem posse legitimari: ergo & infans poterit legitimari, ex eo, q̃a infans & absens quò ad legitimationem æquiparantur, tenẽdo. ꝙ d. l. iubemus. procedat in legitimatione. item do. Pe. nihil dicit de infante, ꝙ requiratur eius consensus. Item habetur pro consentiente infans, vt est dictum superius: item poterit ratificare per tutorem eo casu quo requireretur consensus infantis, sed nõ requiritur: quia habetur pro consentiente, vt est dictum. ¶ Nec obstãt illa similia, ꝙ beneficia non acquirãtur absentibus, antequam ad illorum notitiam perueniãt: quia ad omnia illa iura potest responderi satis sapienter, ꝙ
38 †imo acquiratur ius absenti, sed nõ acquiritur exercitium, tex. est in capit. si tibi absenti, de præben. lib. 6. istud dixit Baldus in lege finali. ff. de consti. princ. ergo sequitur, ꝙ cum legitimatio sit donũ quoddã & beneficiũ, ꝙ acquiritur ius absenti, licet non exercitium: ideo expectabitur ratificatio, & adduco, qđ voluit Ange. in l. fi. C. de sen. poss. vbi dixit, ꝙ bñficiũ acquiritur absenti, & ibi dixit Bar. ꝙ restitutio in integrum prodest restituto ante habitam notitiam: & ideo ad oĩa illa dicta, vt acquirat̃ ius, sed non exercitiũ. ¶ Nec obstat, cũ opponit̃, ꝙ imputandũ sit patri: quia non adhibuit iuris debitã solennitatem in hac legitimatione; quia istud est falsum, ꝙ non adhibuerit debitam solennitatem, vt ex eius tenore apparet. ¶ Nec obstat cum dr̃, ꝙ consueuit Imperator in priuilegijs cõcessis comitibus Palatinis circa legitimationes spuriorũ naturalium exprimere, ꝙ possit legitimare infantes; quia istud assumptũ non vr̃ necessariũ: ex eo, quia in nulla parte vr̃ expressum, quòd exprimatur in precibus porrectis Imperatori, vt exprimatur ætas eius, qui legitimari petit, vt superius adduxi. & ita etiam voluit & consuluit Lud. Roma. ergo &c. ¶ Et si diceretur, quòd Bal. in d. l. fi. ff. de his qui sunt sui. in suis apostillis, istud ibi dicit. Respondeo non esse verum: sed bene dicit ar. quòd comes Palatinus non potest legitimare infantem, nisi hoc habeat in speciali commissione a principe, & colligit illud ar. ex d. l. iubemus. non tamen dicit, quòd consueuerint comites haberet illud speciali commissione, ego vidi plura priuilegia, sed non reperi, quòd habeant de speciali commissione princi-
39 pis, & colligere† aliquid per arg. non est casus legis: vt probatur in c. forus. §. argumentum. de verborũ significatione. & ideo dum gl. in c. 1. de pac. dixit ar. quòd ex nudo pacto oritur actio. Ioannes Andreas ibi reprehendit illam gl. dicens quòd imo est casus. & sic aliud est dicere ar. ex illo tex. & dicere, casus est. Facit, quod hr̃ in l. desideriũ. in ver. arguit. C. deposi. nec (vt superius dixi) potest colligi argu. ex d. l. iubemus. ¶ Nec obstat, si allegetur, quod voluit do. Ant. in responsione. c. per venerabilem. qui filij sint legi. vbi quærit in decima charta. versi. requirit̃ etiã consensus filij in legitimatione allegat. d. l. fin. de his qui sunt sui. & d. §. generaliter. & Guil. in d. l. fin. reuera non loquitur do. Anto. de filio infante. Et est põderandum: quia ibi d. Ant. commemorat omnia req̃sita in legitimatione, & non commemorat, ꝙ debeat fieri mentio, ꝙ filius legitimandus sit infans, nec ꝙ comes Palatinus debeat habere specialem concessionem legitimandi infantes, & eodem modo dicit dñs Abbas in responsione. d. c. per venerabilem. ergo sentiunt, ꝙ non requiratur specialis mentio, nec requiratur specialis concessio. Item cum dicunt, ꝙ requiritur cõsensus filij in legitimatione, ego fateor ꝙ intelligitur tempore legitimationis, vel postea ratũ habendo: ita sentit do. Ant. ex eo, quia ipse sentit illud, quod lex, quam allegat, iuxta doctrinam Bart. in l. non solùm. §. si liberationis. ff. de lib. le. Item satis vr̃ adesse consensus infantis, vt est dictũ. ergo &c. ¶ Nec obstat, si quispiam dixerit, quòd ex mente & verbis priuilegij iste comes non habet potestatem legitimandi, & priuilegia & rescripta sortiuntur vires ex mente rescribentis, vt voluit Inn. in c. cum ecclesiasticæ. de excep. l. fi. C. de his qui a non dominis manu. in versi. nostram mentem. c. cum a Deo. & c. cum dilecta. de rescrip. sed in dicto priuilegio dr̃, ꝙ vnus ex descendentibus tantùm sufficienter literatus & idoneus: sed iste comes legitimans nõ est sufficienter literatus, ergo in eum non transiuit pote-
40 stas legitimandi: nec est admiratione dignum† quia propter viros literatos recedunt principes a cõibus regulis iuris, & dispensant, vt hr̃ in c. de multa. de prę ben. & qđ habetur in c. cum ex eo. de præbend. lib. 6. in ver. literarum studio insistentes. & ideo dixit gl. in l. societatem. ff. pro so. quam Saly. ibi reputat sing. ꝙ ad canonicatus ecclesiæ debent assumi literati, vt nobiles: & Saly. colligit ex illa gl. quòd non requirit̃, ꝙ nobiles sint ita literati, vt non nobiles. ¶ Stat mo-
41 dò difficultas† quis dicatur sufficienter literatus, req̃ritur ne quòd sit iurisperitus, & pro certo videt̃ esse quædam superstitiosa inuestigatio ad tollendam legitimationem istorum infantium; nihilominus aggredienda est via ferro. In d. priuilegio dicitur, senior

ſenior tñ ad hoc ſufficienter literatus, & idoneus, di
42 co† ꝙ verba prolata etiam a principe intelliguntur
ſm cōem modum loquendi vulgarium, iſte eſt tex.
valde elegans in c. præſenti. §. loca. de præben. lib. 6.
vbi appellatione dictæ expreſſæ a Papa intelligitur
de dicta vulgari, & non de dicta legali. & allegat illũ
tex. Barto. in l. 4. §. ſi tam vicinum. ff. de dam. infec. &
idem voluit gl. in c. nonnulli. de reſcrip. & gl. in c. cu
pientes. de ele. lib. 6. & gl. in c. ſtatutum. §. cum verò.
de reſcrip. eo. li. & facit tex. valde elegans in c. noſtra.
de loca. vbi Papa in verſi. ad firma. ponit communẽ
modum loquendi vulgarium. & multum pulchrè
43 dixit Bal. in tit. de pace Conſtan. §. ſententiæ, † ꝙ om-
nis intellectus, qui non conſonat auribus vulgi dr̃
extraneus, allegat. c. ex literis. de ſpon. facit glo. in l. 1.
ff. de ori. iur. & quod voluit Bart. in rub. ff. de ope. no.
nun. & in l. Labeo. ff. de ſup. leg. & Iac. Bu. in 1. cōſtit.
ff. in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus ven-
di. & in l. 1. ff. de fi. inſtr. quæ dicta refert do. Anto. in
proœmio decretal. & qđ voluit Io. Andr. in c. funda-
menta. de elec. lib. 6. & glo. in l. ſtipl'o iſta. §. ij quoq;.
de ver. obl. & qđ voluit ibi Bart. & ideo ſapiẽter dixit
44 Bal. in c. 1. qui feudare poſ. in vlt. charta. † ꝙ verba ſta
tutorũ nō ſunt intelligenda ſubtiliter, ſed groſſo mo
do. & ad hoc allegat, qđ no. in l. j. C. de ſer. fug. & ego
adduco text. in c. capellanus. de feriis. vbi Papa loqt̃.
ſm vulgares. ¶ Modo in ꝓpoſito nr̃o non erit ſyco-
phanta dignum, dicere, ꝙ illa verba ſufficienter lite
ratus: licet ſint prolata ab Imperatore, & verba ꝓla-
ta a iuris peritis debeãt intelligi ſcđm mores perito-
rum: vt dixit gl. in l. quid ſi nepotes. ff. de teſta. tutel.
& gl. in l. 1. C. de vſur. tñ potius debent intelligi ſcđm
cōem modum loquẽdi vulgarium, & ideo multum
pulchrè dixit Fran. de Rampo. in quodã ſuo conſil.
poſito inter conſilia Io. Cald. incipiente Statuto Fer
rarienſi, poſito in titu. de teſta. 34. vbi conſuluit, ꝙ li-
cet gl. in d. l. quid ſi nepotes. dicat, ꝙ verba peritorũ
debeant intelligi ſm ꝙ ſolent periti loqui; tamen di
cit, ꝙ intelligunt ſm communem modum loquen-
di, licet ſint prolata a peritis: qa periti videntur lo-
qui ſm communem modum loquẽdi, ꝙ rectè pro-
bat. d. c. præſenti. §. loca. licet ergo Imperator ſit do-
minus legũ, & videatur loqui vt iuriſperitus, vt l. om
nium. C. de teſta. tñ verba ſua ſunt intelligenda ſm
communem vſum loquendi. & ſic vt cōiter loquun
45 tur homines, ex quo ſequit† ꝙ illa verba ſufficienter
literatus, intelliguntur ſm cōem modum loquẽdi,
vt nō ſit ignarus literarũ, ſed mediocriter inſtructus.
46 Item pondero aliud, ꝙ† verba relata ad perſonã, in-
telliguntur ſm conditionem, & qualitatem perſo-
næ. l. plenum. §. equitij. ff. de vſu & habit. & ibi dixit
Bal. quòd ſi maritus legat vxori lectum, intelligitur
de lecto viduali. l. ex militari. ff. de teſta. mili. & ibi di
xit Bal. ꝙ ſi Papa concedit epõ, vt poſſit celebrare tẽ
pore interdicti, intelligitur, ꝙ poſſit in põtificalibus
ſm ꝺdõnem perſonæ ſuæ. facit, qđ voluit Inno. in c.
paſtoralis. de dona. vbi dicit, ꝙ ſi fiat donatio loco
religioſo, vel archidiacono, vel archipresbytero, in-
telligitur facta ſm qualitatẽ eorum. Facit, qđ voluit
Bal. in l. ſi qñ. C. de inoffi. teſt. vbi dicit, ꝙ ſi concedit
monaco poteſtas teſtandi, intelligitur ſm ius cano-
nicũ. Facit, qđ voluit Bal. in l. liberti. C. de ope. lib. &
in l. 1. C. de lega. & qđ no. Bart. in l. nemo. ff. de duo.
reis, & text. in c. ſolitæ. de maio. & obe. & ibi dixit do.
Pet. de Anch. ꝙ ſi princeps concedit poteſtatem te-
ſtandi alicui militi, intelligitur ſm ius militare: mo-
uetur ꝑ illũ tex. vbi probatur; ꝙ cōſideranda eſt per-
ſona loquentis, & eius, cui loquitur, allegat. l. ſi quis
teſtõ. §. irritũ. ff. de iniuſto teſta. & d. l. plenũ. §. eqtij.
& illud, qđ Orõ nr̃o venit in ore. Intererit multum
Dauus loquat̃, an Eros. & adduco, quod pulchrè vo-
luit Bart. in l. cũ in plures. ff. loca. iſta pro certo dant
præcipuũ lumẽ ad hanc dubitationẽ. ¶ Modò ſacra
tiſſimus Imperator iſtud priuilegiũ conceſſit militi,
& voluit, quòd deſcendens ab eo ſenior ſufficienter
literatus poſſit legitimare, aut nos loqmur quò ad
illum militem, & clarum eſt, quòd non intelligitur
de iuris peritia, vt probatur in l. fi. in prin. in verſi. ar-
ma. n. magis, quàm legis milites ſcire ſacer Impera-
tor exiſtimauit. l. 1. C. de iu. & fac. ign. & auth. q. mo.
na. effi. legi. maximè qa iſti de la Lacta ſunt nobiles
47 ciues Parmẽſes, † quo caſu nobiles nō tenent̃ eſſe ita
literati vt plebeij, vt voluit Saly. in l. ſocietatẽ. per gl.
ibi ſingularem. ff. pro ſocio. Aut loquimur quò ad
deſcendentem ex eo ſeniorem, vt dr̃ in priuilegio,
& tunc dico idem eſſe dicẽdum, quòd illa verba nõ
importãt quòd ſit iuriſperitus: ex eo, quia iſte eſt no
bilis, in quo non requiritur tãta peritia, vt ſentit glo.
in d. l. ſocietatem. & probatur formaliter in c. de mul
ta. de prẽben. & probatur etiam: quia illam conſide
rationem, quam habuit Imperator ad eos, quibus
conceſſit priuilegium, vr̃ habuiſſe ad ſeniorem de-
ſcendentem ex eo; quia (vt dici ſolet) talis filius, qua-
lis pater. l. quod ſi nolit. §. ſi mancipiũ. ff. de ædil. edi.
eſt enim de naturali iure vel iure gentium, vt maio-
ribus & patriæ pareamus: vt l. veluti. ff. de iuſti. & iu-
re, per quem tex. valde ſing. dixit Bart. in tractatu de
Guelphis & Gibellinis, quòd talis præſumitur eſſe
quis, qualis eſt patria &c. & mouetur: qa de iure gen
tium eſt, quòd maioribus noſtris pareamus, & Vir-
gilius in ſecundo. Sic oculos, ſic ille manus, ſic ora fe
rebat. Facit, qđ voluit Ang. in l. ſi fugitiui. C. de ſer.
48 fugi. vbi dixit † quòd natus ex patre partiali cõtra Re
gem, ꝙ eodem modo præſumitur filius eſſe ꝯtra Re
gem. Ita dicamus in propoſito, quòd ſicut concedẽs
non habuit animum de peritia iuris in patre, ita nõ
habuit in filio: vnde ſatis dr̃ quis ſufficienter litera-
tus, quando eſt inſtructus in grammaticalibus, ſi eſt
nobilis, qui non viuit ex iuris peritia, vt ſunt procu-
ratores, & ſimiles. ¶ Et ſi quiſpiam quærat, quis di-
citur ſufficienter literatus, ego pondero, quòd natu
49 ra illius verbi † ſufficit, eſt importare illud ad actum
conficiendum, quod nõ requirit aliud ad perfectio-
nem illius actus, de quo adduco gl. valde ſingu. in c.
ſtatutum. in princ. in ver. canonicis. de reſcrip. lib. 6.
de qua fecit feſtum do. Abb. in c. 1. de poſtula. prela.
Et pondero, quia non dixit Imperator ſufficientiſſi-
mè: ſed ſufficienter, de qua differentia loquitur Bal.
in titu. de pace Conſtan. §. omnes. in ver. ſufficiens, ꝑ
illum tex. ibi, modò reſpondeo ad quæſitum, quan-
do dicatur ſufficiens literatura. Et adduco in mediũ
celebrẽ & quotidianam doctrinã Inn. in c. cũ in cun
50 ctis, de elec. vbi diſtinxit † qđam eſt ſcientia eminens
qđã mediocris, & qđã ſufficiẽs. Eminens ſcientia dr̃
illa, ꝑ quã qs ſcit difficiles qõnes decidere ſine reuo-
lutione librorũ & ĩ promptu, & ego adduco ad hoc
illud, qđ hr̃ in c. niſi cum pridem. de renũc. vbi dr̃ ſa-
tis eminens ſcientia deſideranda, & de hac ſcientia
dico eſſe caſum ſingu. in l. ſcire oportet. §. fi. in verſi.
maximè diſciplinatus homo. ff. de excu. tuto. ꝑ quẽ
tex. dicit ibi Bal. ꝙ recedimus a ſtatuto municipij ꝓ-
pter maximam ſcientiam hominis. & adduco, qđ hr̃
in l. ſcire oportet. §. ſi maximè. in ver. maximi legum
vertices præalleg. & in l. a teſtatore. in verſic. magno
ingenio. ff. de condi. & demonſt. per quæ iura dixit
51 Bal. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. † ꝙ fuerunt
aliqui iuriſconſulti, qui habuerunt intellectũ tran-
ſcendentem, ſed philoſophi appellant talem intelle
ctum eſſe adeptum, quaſi omnia intelligat in illa fa
cultate: & dicunt hi, qui in philoſophia ſcripſerũt,
ꝙ Ariſtoteles habuit ingenium adeptum: ideo dixit
Auerois, credo, inquit, ꝙ iſte homo diuinus fuit: nã
a quingentis

a quingentis annis citra, non fuit inuentus error in dictis suis. & de hac sententia eminenti loquitur gl.
52 sing. in c. non licet. 11. q. 3. quæ dicit† ꝙ doctor consulens sine labore, & sine reuolutione chartarum, debet consulere gratis: quam supremus doctor Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de salar. reprehendit. & eundem sequitur do. Card. in d. c. cum ab omni. de vita & hone. cleri. & sequuntur moderni; tamen iniustè reprehenditur, quia Deus gloriosus donat illam sciẽtiam eminentem, vt hr̃ in §. eccle. aliàs, qui ecclesiaticis. 36. dist. in vers. postquam Dauid dono Spiritussancti scientiam accepit. c. reuertimini. 16. q. 1. & scribitur tertij Regum. c. 3. ecce dedi tibi cor sapiens & intelligens: ideo si est prælatus, aut sufficienter beneficiatus, quare non debet liberaliter largiri gratiã liberaliter sibi datam a summo Deo? si autem esset laicus, tunc putarem, ꝙ in totum non deberet gratis consulere, sed mediocriter præmium capere, ne labor suus in totum sit frustratorius, & sic de ista literatura eminenti non intelligitur clausula nostra.
53 †Est & secundò quędam sententia mediocris, & per quem difficiles quæstiones deciduntur cum reuolutione librorum, & istam, vt videmus, habẽt communiter doctor. inter quos ego neminem temporibus meis infelicissimis vidi in censura ciuili aut pontificia habere eminentem sciẽtiam, omnes dant operã repertorijs, & de hac scientia mediocri intelligitur
54 clausula huius priuilegij. Est† & tertiò quædam sufficiens: & tunc dicetur esse scientia sufficiens, quando est talis, qualem requirit qualitas officij, quòd quis exercere debet, vnde dicitur quis habere scientiam sufficientem, quando sufficienter potest explere ea, quæ necessariò incumbunt suo officio: & hæc sufficientia discernitur secundùm arbitrium boni viri, cõsiderata qualitate loci, vbi quis habet illum actũ exercere, & conuersari, & secundùm qualitatem of-
55 ficij sui: † quo casu videtur, ꝙ Papa deberet habere maiorem scientiam reliquis; cum sit præpositus curæ totius Christianitatis, episcopi verò debent habere notitiam noui & veteris testamenti; cum omni poscenti de fide teneantur reddere rationem. 22. di. c. 1. & 2. debent etiam habere scientiam iuris canonici, secundum Hosti. cum secundùm illam habeãt iudicare, præsertim in causis matrimonialibus, vt probatur in capitulo primo, de consangui. & affini. in versi. qui statuta canonum non ignorat. & secun-
56 dùm Inno. † archidiaconi & præpositi habent scire ius canonicum, qui habent iurisdictionem contentiosam, sed non in illis, qui habent nudum nomen præpositurę, & archidiaconatus: quia satis est, vt habeant sufficientem scientiam, secundùm qualitatẽ officij, ita sapienter dixit Inn. quem omnes sequunt in d. c. cum in cunctis. ¶Modo reducendo hæc dicta ad propositum nostrum, iste comes palatinus circa legitimationem naturalium & spuriorum filiorum non habet iurisdictionem contentiosam, & ideo nõ est opus, quod habeat peritiam iuris ciuilis, quo causæ contentiosæ & iurisdictionis deciduntur: sed habet iurisdictionem voluntariam, & potest expediri
57 quolibet die, vt l. actus. C. de fer. † ergo illa verba, sufficienter literatus, nõ important peritiam iuris ciuilis. at sufficit, quod quo ad actum legitimandi sit instructus in grammaticalibus, sicut sunt nobiles ciues, dantes operam grammaticæ. & de hac literarũ sufficientia intellexit Imperator. nec est credẽdum, ꝙ voluerit Imperator grauare descendentem senio rem ad dandam operam iuri ciuili, vt posset legitimare spurios; quia vt communiter videmus, habentes potestatem legitimandi, non sunt periti in iure ciuili. & ideo illa verba, sufficienter literatus, debẽt intelligi in Grammaticalibus, in quibus iste comes legitimans est sufficienter instructus. & ideo succedit illud quod dixit Bal. in rubrica. C. de proba. ꝙ sermones nostri adaptantur rebus verisimilibus, & verificantur in communi opin. hominum fruentium intellectu. ad hoc allegat Auerroem. ita voluit etiã in l. 1. C. de serui. fugi. & allegat. l. si ita quis. in versi. ꝙ nemo sanus diceret. ff. de euic. & probatur in c. fi. de consue. & idem voluit idem Bal. in l. fi. C. de edic. diui Adri. tol. & in tractatu scismatis, quem posuit in rubrica. C. si quis aliq. testa. prohib. sic non est verisimile, ꝙ Imperator voluerit grauare illum nobilem, vt esset iuris peritus, cum in legitimando non verset iurisdictio contentiosa. Ex istis concludo, comitem istum potuisset legitimare ipsos infantes. ¶Postremò circa primam dubitationem, an potuerit legitimare infantes iste comes, fuit mihi hodie transmissa quædam dispensatio facta per illustrissimum dominum Ducem Mediolani, in qua decreuit & declarat, dictum comitem potuisse legitimare istos infantes, perinde ac si esset expressè concessum ex priuilegio Imperatoris ipsi comiti Palatino, vt infantes legitimare posset, & ex certa scientia suppleret illum defectum, quo casu nõ est aliqua dubitaio circa validitatem dictę legitimationis. ¶Et dicatur ꝙ nõ valet ista dispensatio ex defectu potestatis Ducalis: est enim potestas legitimandi de reseruatis sacro Imperatori, ab ipso enim debet postulari, & obtineri, & non ab inferiori, vt habetur in auth. quib. mo. na. effi. legi. §. si quis ergo non habens filios. est enim restitutio natalium, quæ debet ab Imperatore obtineri. l. 1. ff. de natal. resti. sicut restituere famæ, vt l. 1. §. de qua. ff. de postu. vt notat. Inno. & alij in c. cum te. de re iudi. item & creare tabelliones, vt p Inno. & alios
58 in c. cum P. tabellio, de fide instr. † sed certum est, ꝙ ea quæ specialiter sunt principi reseruata in generali concessione Ducatus vel Comitatus non veniunt nec transeunt, sed requiritur specialis. l. 1. in princ. ff. de offic. eius cui mand. est iu. c. post translationẽ. de offi. deleg. ergo do. Dux non potuit hanc dispensationem circa hunc defectum legitimationis facere. Circa hoc est aduertendum; quia (vt superius fuit conclusum) ex verbis dicti priuilegij comprehẽditur, ꝙ fuit data potestas legitimãdi infantes. Item nec fuit necesse exprimere infantilem ætatem. Item posito, non tamen concesso, ꝙ fuisset opus exprimere in cõcessione priuilegij, ideo fuit necessaria dispensatio, vtrum d. Dux potuerit, ego dico, ꝙ potuit. Et primò est inuestigãdum, vtrum illustrissimi Duces Mediolani habeant priuilegium legitimandi concessum eis ab Imperatorẽ specialiter, ꝙ præsumendum est: quia non est verisimile, ꝙ talia excellentia Ducatus attentasset, si non haberet de hoc speciale priuilegium, & præsumẽdũ est pro talibus, arg. l. si a bonę fidei. ff. de rei vendi. & quod voluit gl. in l. Titio fundũ. ff. de ꝯdi. & demõ. & quod voluit gl. in c. expedit. 12. q. 1. & tex. in c. 2. de oper. no. nunc. & qđ voluit gl. in c. illud. 11. dist. & An. in d. l. si a bonę fidei. & Host. in c. finem litibus. de dolo & contu. & do. Ant. in c. postremò. de app. vbi loquuntur de viris vitę probatæ, & quod voluit Io. And. in ad. Spe. in addi. in ti. de loc. prope princ. vbi loqtur de eo, q cõmodauit turrim cuidam nobili: & sic præsumendum est, ꝙ hẽat priuilegium. & licet iura velint inspiciendũ esse priuilegium, vt c. porrò. de priui. l. sancimus. in ver. placiti tenor. C. de fideiuss. l. cum precibus. ar. l. ad ꝓbationem in ver. tenor designat. C. de ꝓba. & l. fideiussores magistratuum. §. ꝑ Aurelio. in versi. lecta subscriptione. ff. de fideiuss. & l. si qs stipulatus Stichum aut Pamphylum. in ver. inspiciendus est sermo. ff. de verb. obl. tñ præsumptio legis hr̃ pro tenore, vt ꝓbatur in l. cum auus. ff. de cond. & demon. in versi. plus

dictum quàm scriptũ, ideo sufficit talis præsumptio. Et plus audeo dicere circa hoc, posito ꝙ non appareat priuilegium, nec præsumatur, non tamen concesso;

59 nihilominus huiusmodi dispensatio† valet iure ordinariæ potestatis quò ad terras suę excellentię suppositas, & bona ibidem posita, & subditos suæ iurisdictionis, sicut videmus in notarijs effectis ab aliquo principe, vel duce inferiore a Papa vel ab Imperatore: nam valet creatio quò ad terras sibi suppositas, vt ibi inter eius subditos possint instrũ ꝯficere: & idẽ si ab aliqua cõitate fiat: vt plenè no. in spe. de instr. edit. §. restat, versi. si quis põt. in fine, in versi. quid de his. & ar. eius, quod hr̃ in c. cum dilectus. de fide instr. & qđ plenè no. per Bar. & Bal. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. & in hoc hr̃ dr̃ia; quia si haberet ptãtem spãliter cõcessam ab Imperatore, fungeretur auctoritate imperiali, q̃ est totius orbis dñs, vt l. j. C. de rap. vir. in ver. nostri orbis. & in l. deprecatio Eudemonis. ff. ad l. Rho. de Ia. & per ꝯñs per totum Romanum imperiũ habetur pro legitimo quò ad bona paterna in solo Romano posita: sed si talẽ potestatem non haberet si diceret legitimatus auctoritate Ducali, & sic ordinaria, & quò ad terras sui Ducalis dñij, & bona ibi sita, & non vltra; sicut patet de legitimato a Papa in terris imperij, & de legitimato ab Imperatore quò ad terras ecclesiæ, vt in c. per venerabilem, q̃ filij sint legi. & hoc voluit Bar. in l. cunctos populos, circa mediũ, in ver. ecce, dicit statutũ, ꝙ filiusfa. & do. Ant. in d. c. per venerabilem. ibi nunquid aũt possit ciuitas aliquẽ legitimare &c. vbi plenè examinat, & in fine, hoc tenet, & est quædam habilitas quò ad succedendũ. cũ ergo ciuitas Parmę sit subiecta dño Duci, sequit̃, ꝙ valet hmõi dispensatio quoad succedẽdum. ¶ Et si q̃spiã dixerit, obstare, qđ

60 voluit Bar. ĩ l. 3. ff. de testa.† vbi refert statutũ nõ posse habilitare spuriũ ad succedẽdũ: & fuisse bis disputatũ & cõsultũ, & ita voluit Bal. in d. l. cunctos populos. & in l. fi. C. de natura. li. Bar. in r̃nsione. l. vectigalis. ff. de vecti. Bal. in l. 2. C. de adop. & in l. 3. ff. de testa. & ibi Io. de Imo & per Io. Cal. in titu. de consti. cõsi. 4. & in titu. qui filij sint legi. coll. 8. Fede. de Sen. consilio 177. Saly. in d. l. j. C. de iure. annu. aur. & allegat Bar. rationem in d. l. 3. quia ista est pœna imposita a lege, ergo per statutũ tolli non potest. l. 1. §. de qua. ff. de postula. tum quia lex dicit, quòd nullum prin-

61 cipium habet spurius in succedẽdo. † Item quia est contra ius diuinum, vt spurius sit hæres cũ filio vxoris, certè ista vltima videtur esse congrua ratio, quia est contra diuinum: quo disponitur, non erit hæres filius ancillę. inducit enim tale statutum homines ad peccandum, & contemnendum matrimonia, & propter hanc rationem tenet Host. in summa, qui fi-

62 lij sint legi. † quòd etiam Imperator non posset facere legem generalem legitimantem spurios; quia dolus pteritus posset remitti, sed nõ futurus. l. si vnus. §. illud. ff. de pact. refert & sequitur Ioannes Andreas in addi. Spec. in titu. de succe. ab intesta. ante fi. Ego fateor quòd illustr. do. Dux Mediolani non potuisset facere talem constitutionem in suo territorio ratione prędicta; sed nihilominus potuit in suo territorio quò ad bona ibi sita legitimare, & dispensare cũ istis infantibus iam natis, & iam legitimatis. ¶ Nec obstat. l. 1. C. de nata. resti. q̃a respondeo distinguendo, aut Imperator in territorio illo exercet iurisdictionem per se ipsum, aut per Officiales tẽporales a se ipso missos de tempore in tempus, & istis casibus procedat. d. l. 1. aut illam iurisdictionem exercebat ꝑ Duces aut Comites perpetuos, & tunc tales Duces sunt loco principis in dictis locis, vt no. Cy. in l. ea lege ante fi. C. de ꝯdi. ob cãm. Bar. in l. hostes. ff. de capti. & in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ordi. fac. & in talibus locis potest Dux, aut Comes facere omnia, q̃ põt Impator in toto orbe. Cũ Ergo d. Dux sit in terris suis loco Imperatoris, sequitur, ꝙ illud potuit, qđ potest Imperator in toto orbe. Quinimo plus dico, quòd Barto. suo consilio 114. incip. Viso puncto prædicto. videtur sentire, ꝙ valeat tale statutum, q̃n non essent filij legitimi & naturales, & istud constaret superiori legitimanti: ergo ex prædictis apparet, quòd do. Dux potuit facere hanc dispensationem. ¶ Et si quispiam opponat, ꝙ non potuit d. Dux prępiudicare agna. ad quos deuoluitur successio illius Gabrielis, vt c. quæ in ecclesiarum. de constit. l. fi. C. si contra ius vel vtil. pub. l. si priuatus. ff. qui & a qui. Barto. in prima consti. C. & in l. item si verberatum. ff. de rei vend. Ad hoc respondeo, primo, si rectè ponderentur verba dictæ dispensationis, sunt potius declaratio: declarant enim illum comitẽ habuisse potestatem legitimãdi spurios, vt iam superius ad oculum demonstraui, ex clausulis appositis in dicto priuilegio, & qui declarat nihil de nouo inducit. c. 1. de summa tri. lib. 6. lege hęredes palam. §. sed si notam. ff. de test. ergo &c. Item potest do. Dux alicui præiudicare in iure proprio ex causa, vt plenè commemorat Ang. fecisse Vrbanum contra multos Perusinos. ĩ l. Lucius. ff. de euic. & d. l. bñ a Zenone. C. de quadr. præscrip. & in l. item si verberatum. ff. de rei vendic. vt plenissimè ego commemoro in d. c. quæ in ecclesiarum: & in principe præsumitur adesse iusta cã: licet de tali iustitia nõ appareat: quia quicquid facit, vr̃ facere vt Deus, vt voluit gl. elegans & singu. in rubrica de hæred. & Fal. in auth. & voluit Bal. in c. 1. de noua for. fide. & ideo Bal. in tit. de pace Constan. in

63 princ. dixit† ꝙ princeps licet sit ordinarius iudex hominum; tñ est legatus Dei, arg. l. 1. ff. de offi. eius. cui man. est. ideo quicquid facit, facit vt Deus. Ideo non est admiratione dignum, si præsumatur moueri ad rescribendum ex iusta causa, vt sing. dixit Inn. in d. c. quæ in ecclesiarum. q̃a dr̃ moueri nutu ipsius Dei; & Deus non fallit, nec fallitur, vt not. in nouel. in c. cum omnes. de testa. vt voluit Bal. in d. c. j. de no. for. fide. Et si quispiam dixerit, quòd istud procedit quo ad principem supremi gradus, sed non ad inferiorẽ: quia nego istud ꝑ id, quod magnanimus dixit Apostolus ad Romanos, 13. omnis, inquit, anima sublimioribus potestatibus subdita sit, omnis enim potestas est a Deo, & qui potestatibus resistit, ordinationi Dei resistit, ideo quicquid faciunt Duces, Reges, & similes exercendo inter subditos, præsumitur moueri ex iusta causa. Item illud procedit, vbi est ius q̃situm agnatis: sed in casu nostro est solum ius quærendum, quo casu non põt in iure quærendo princeps præiudicare alteri, ꝑ id quod voluit Fede. de Sen. cõsilio 9. & Vincen. all. Inn. in c. admonet. de renun. & Bal. in auth. si qua mulier. C. de sacrosan. eccle. vbi di-

64 xit† ꝙ potest prælatus repudiare bona ingressi monasterij, & relaxare coniunctis illius ingressi, & qđ voluit idem Bal. in l. si pupillorũ. C. de rep. hęre. & optimè facit text. in l. quid autem. ff. quæ in frau. cre. & qđ voluit Lap. allegatione. 16. & D. Ant. & alij in c. j. de do. & contu. & do. Car. in c. potuit. de loca. Inn. in c. verũ. de condi. appo. & quod voluit Bal. in rubr. & in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. & in ca. clerici. de iudi. & in consilio 11. posito inter consilia dñi Pe-

65 tri de Ancharano. in quibus locis dixit† ꝙ potest statutum in quærendis præiudicare ecclesijs, ergo fortius poterit in quærendis præiudicare suis subditis, & voluit dominus Richardus de Salyceto in responsione legis primæ. C. de sacrosanctis ecclesijs. vbi cõmemorat se disputasse Mediolani in sala magna Palatij illustr. principis & reueren. do. Ioannis de Vicecomitibus Archiepi & do. Mediolani, vocato collegio

legio Mediolani, vt ipse ibi refert, & voluit dominus Signorolus de Mediolano, & Albe. quos ego refero in repetitione mea in rub. de rebus ecclesi. non alie. & facit, quod voluit dominus Abbas in consi. 32. & Salice. in l. tale pactum curatoris. C. de pac. vbi dixit, quòd potest curator præiudicare minori in quærendis, & quod voluit Baldus in l. magis puto. §. fundū. ff. de reb. eo. & Lud. Rom. in l. is qui. §. si. ff. de acqui. hære. & sic ex istis elicitur vera conclusio, quòd potuit princeps præiudicare istis agnatis in quęrendis:
66 †quia facilius abdicatur a nobis ius quærendum, quàm ius quæsitum, vt d. l. quid autem. sed cū in casu nostro agatur de iure quærendo ipsis coniunctis, ergo potuit do. Dux disponere, quòd ad eos non deuoluatur. Itē plus dico, quòd satis est vrgens & sufficientissima causa, vt princeps per suam dispositionē disponat, dictam hæreditatem non deuolui ad ipsos agnatos, vt sequatur voluntatem defuncti, disponētis dicta bona venire ad ipsos legitimatos, & non ipsos agnatos: est enim pium exequi voluntates deficientium, vt est text. in auth. de hæredi. & falcid. §. si verò expressim, quem tex. reputat singu. Bar. in l. nemo potest. ff. de legatis primo. facit c. tua. c. si hæredes, de testa. ergo ista fuit sufficientissima causa. Irē quia non debuit decipi ille Gabriel faciēs legitimari dictos infantes sub isto clypeo; quia nō est iure expressum, ꝙ in cōcessione requiratur expressio de infantibus legitimādis, ergo &c. Item quia dicti agnati erant inimici illius Gabrielis, & sic indigni voluntate eius, & ideo disposuit substituendo piā causam, vt apparet ex dicto testamento. Et sic sequitur, ꝙ iustissimis de causis do. Dux ita disposuit. And. Barba.

EPITOME.

¶ Nobilis laicus decimas, earumue redditus percipiens in parochiis ecclesiæ patiente & sciente Pontifice, iustè intendit sibi ius esse percipiendi, siue probaturus ius illud sibi per manus a decessoribus traditum olim, siue duntaxat allegaturus sibi ius decimandi ante concilium Lateranense competere: quo casu onus probandi contrarium diuersæ parti incumbit.

SVMMARIVM.

Nobilitati quæ sanguinis honorantiæ & diuitiarum est iura in pluribus deferunt. nu. 1.

Laici ex dispensatione Papæ possunt habere decimas. nu. 2. imo & sine dispensat. si dicant se ante concilium Lateranense habuisse. nu. 3.

Tempus, cuius initium latet, æquiparatur priuilegio. nu. 10.

Temporis diuturnitate, cum scientia et patientia superioris præsumitur titulus. nu. 16.

Decimæ omnes in parochia ad ecclesiam spectant. nu. 12.

CONSILIVM XXXV.

IN præsenti Pauca in medium afferre constitui ꝓ victoria huius spectabilis & nobilissimi actoris, eo ꝙ huiusmodi causa decidenda est apud illud christianissimi Regis Franciæ Parlamentum, vbi vtriusq; censuræ splendor & copia mirum immodum clarescit, tritum nanque est illud antiquitate prouerbium, sapienti pauca. ¶ Et pro formali & potissimo huius hæsitationis fundamento præmitto,
1 quòd iste actor est nobilis, & respectu nobilitatis† iura deferunt nobilibus: vnde dixit gl. singu. in c. illud. 40. dist. quod præsumitur pro nobilibus. & facit tex. in authen. de defenso. ciui. vbi sunt promouendi ad regimina ciuitatum. l. ad honorem. ff. de decur. l. ad subeunda. C. eo. li. 10. conferuntur feuda nobilibus, ita probatur in c. fundamenta. in versicu. Principes, Marchiones, Comites. de elec. lib. 6. & quod voluit domi. Dominic. in capitulo grandi. de suppl. negli. prælat. libro sexto. & facit, quod voluit gloss. singu. in capitulo cum quidam. de iureiuran. in capit. homo Christianus. 40. dist. ideo dixit gloss. singu. in l. societatem. ff. pro socio, quòd ad canonicatus ecclesię debent assumi literati, sicut & nobiles. & sic vult illa gl. quòd defertur nobilitati, vt non requiratur in nobilibus ita excellens scientia, vt in plebeis. facit. c. de multa. de præben. vbi receditur a iure communi ꝓpter nobilitatem. facit, quod no. Bart. in l. capitaliū. §. serui. ff. de pę. & quod voluit Ange. in lege, si a bonæ fidei. ff. de rei vendicatione. & ideo tex. in lege nobiliores. C. de vecti. melius declarat nobilitatem, q̄ fecerit Bartolus in lege prima. C. de dig. libro duodecimo. dicit enim text. nobiliores natalibus, honorū vitæ conspicuos, & patrimonio ditiores. vbi probat, quòd in nobili debent tria cōcurrere, nobilitas sanguinis, honorantia & diuitię. & facit, quod voluit Ioannes Andreas in additioni. Speculatoris in titulo de loca. §. 1. prope finem, vbi commemorat quendā custodem arcis ex causa necessaria commendasse illam arcem alteri custodiendam, qui demū illā tradidit inimico dn̄i, fuit in curia Romana diu ventilata illa q̄stio, an ille cōmendans teneret̄ proditione. Io. And. refert fuisse decisum, ꝙ si ille proditor erat nobilis, ꝙ excusatus est ille commendans; quia potuit credere, illū ex eo: quia nobilis non facturū proditionem. & ita refert Old. esse visum in consi. 12. & sic defertur nobilitati, quo casu non est admiratione dignum, si præsumamus nobilem istum ex tempore, cuius non extat memoria in contrarium, habuisse & possedisse istos redditus, seu perceptionem decimarum iusto titulo, & ex canonica concessione, cōsiderato ꝙ in illa patria sunt plures nobiles, qui eodem modo habent: & possident decimas, seu redditus ex tempore, cuius non extat memoria in contrarium: quia in hoc magis deferendum est nobilitati, & sic nobilibus, quàm plebeis: quia huiusmodi redditus potius consueuerunt ab ecclesijs, & ecclesiasticis personis conferri nobilibus, quàm plebeis, vt cōmuniter videmus: & etiam istud ego vidi in diocesi Ferrarien. vbi sunt multi plurimi nobiles, qui ex tēpore cuius non extat memoria in ꝯrium, tenuerunt & possederunt decimas, & ius percipiendi decimas, & de præsenti tenent pacificè & quietè in parochijs ecclesiarū, & iō illud est: quia olim ecclesiæ ꝯcesserunt illas decimas, seu illos redditus colligētibus in proprijs parochijs, ꝑ fauores, quos percipiebāt ab ipsis nobilibus. & ita est in partibus Veronensibus, & in multis alijs diocesibus. & sic non est extraneū istud, vt nobiles colligant decimas, vel redditus decimarum ex tempore, cuius non extat memoria in ꝯriū, canonicè & iustè & licite ī parochijs ecclesiarū.
2 ¶ Secundo pręsuppono† ꝙ laici ex dispensatione Papali possunt tenere, possidere, & habere decimas, ita decidunt omnes in c. cū apostolicā. de his quæ fiunt a ma. parte cap. & idem ibi dicunt. Si laicus probet se tenuisse & possedisse ex tempore, cuius memoria nō extat in contrarium, & alleget concessionem sibi factam ante concilium Lateranense, ꝙ statur suæ assertioni, & ideo dicit do. Car. in d. c. cum apostoli-
3. ca. ꝙ sufficit† si dicat, detinens decimas, ꝙ communis opi. est, ꝙ ante concilium Lateranense fuerunt sibi concessæ, eo ipso ꝙ docet, ꝙ tenuit per tp̄s, cuius memoria non extat in contrariū, & melius est sic dicere secundùm eum, quàm cum scandalo eijcere tā longeuas possessiones: licet enim testes nesciant dicere, ꝙ tenuit tanquam vasallus, sufficit, ꝙ ipse recognoscat tanquam vasallus, sicut & aliàs sufficit allegare causas census: ēt si nō probetur: vt in c. perue-

 nit.

nit.de cẽsibus ſm dñm Card.in d.c.cũ apoſtolica. quia ſępe accidũt de facto, & allegatur, qđ habetur in tex.ſuperius adducto, qui ponderatur a doct.& in glo.antiquitus, quę dicit ſufficere, ꝙ per triginta annos tenuerint & rectè: quia cõſuetudo multũ operatur. C.de emanci.li.l.1.non tamen procedit quò ad id, quod dicit de 30.annis de iure canonico; quia cũ prædicto caſu ius commune ſit contra laicum, reqritur titulus, vel tempus, de cuius contrario non extat memoria; licet ſufficiat loco tituli, non tamẽ operatur, ꝙ quis fiat capax, ſi non erat, vt dixit Io.mo.in c.1.de præben. quia tẽpus prædictũ ſolùm habet vim iuſti tituli, ſed illi, inter quos eſt communis opin. expreſsè non poſſunt dare titulum: tamen communis opinio operatur, ꝙ laicus habuerit in fundo decimas ante dictum concilium, & probatur communis opi.eo.ipſo, ꝙ probat̃, ꝙ tenuit per tẽpus, de cuius contrario non extat memoria: reſidet do. Car.in d.c.cum apoſtolica, referens Io. And.ita ibi voluiſſe, tamen Hoſtien.ibi tenuit contrarium, dicens quòd operante peccato laici ſunt tam crudeles, quòd clerici contra eos non audent, arg.c.nimis. de iureiur. & dicit, laicum præciſè cogendum reſtituere, niſi ꝓbetur, conceſſionem eſſe priorem concilio Lateranenſi, vel ſi eſt poſterior, ꝙ facta fuit mẽtio de auctoritate Papæ mouetur Hoſtien. quia eccleſia fundat intentionem ſuam de iure communi, ergo obtinebit, niſi ex aduerſo probetur titulus. c.1. de præſcrip. lib.6.ſecũdò mouetur: quia vertitur periculum animæ, ideo tenendum, qđ tutius eſt.c.iuuenis.de ſpon. Tertiò quia talis poſſeſſio eſt odioſa. cum regulariter nõ cadat in laicum.c.cauſam quæ.de clec. Quartò res de facili reuertitur ad ſuam nãm.cap.ab exordio.32.di.l.ſi vnus.§.pactus.de pac. c.cũ venerabilis. de excep. Quintò, quia ſumma eſt ratio, quæ ꝓ religione facit.l.ſunt ꝑſonę. ff.de religio.& ſump.fune. & ita voluit Hoſti.per iſtas rationes. & idem voluit Io.mo.& Arch.in d.c.2.de præben.li.6.Sed Io.And. in c.cum apoſtolica.tenuit contrarium per d.c.1.de præſcrip.lib.6.per quod reſpondetur primò, & primæ rationi Hoſt.quia ibi cõcurrebat tempus, cuius non extat memoria in contrarium. & hanc partem ſequitur Io.de Imo.in d.c.cum apoſtolica.qui dicit, ꝙ dictum Hoſt.procedit, vbi poſſeſſio eſſet recens: ſecus autem ſi eſſet antiqua, vbi non extaret memoria in contrarium: quia illa tuetur poſſeſſionem. licet ius commune ſit contra, vt in d.c.1.de præſcrip. & eodem modo poteſt reſponderi ad alias rationes Hoſti.quia non procedunt, qñ apparet de poſſeſſione tanti temporis, cuius in cõtrarium memoria nõ extat, quia illa tuetur poſſeſſionem. de cautela tamẽ eſt, ꝙ eccleſia vendicet decimam tanquã ad ſe ſpectantem; cum ſit in ſua parochia: tamen dicat illam laico conceſſam poſt concilium Lateranenſe, ne videatur ſe aſtringere ad onus probandi, ſed ſimpliciter rem vendicet tanquam ad ſe ſpectãtem: cum ſit ſita in ſua parochia; quia probato, ꝙ ſit in ſua parochia, laicus ſuccumbet, niſi laicus probet illam conceſſam auctoritate Papæ, vel etiam conceſſam ante concilium Lateranenſe, vel niſi probet poſſeſſionẽ tanti tpis, cuius memoria non exiſtit in ꝯrium, & allegat conceſſionem factam ante concilium Lateranenſe. Nec obſtat, ſi dicatur, ꝙ laicus non poteſt pręſcribere decimam, etiam per tẽpus, cuius in ꝯrium nõ extat memoria: vt in c.cauſam, quæ.de præſcrip. quia præſumitur adeptus tempore permiſſo ante ꝯciliũ Lateranenſe, ex quo tãto tpe poſſedit. ita reſidet do.Io.de Imo.in d.c.cum apoſtolica, & hãc partem ſequitur ibi do.Abb.dicens eſſe æquam: & ſi diceremus contrarium, ſequeretur, ꝙ laicus priuaret̃ iure ſuo, quod non eſt dicendum. & adduco, quod voluit d.Dominicus in d.c.2.de pręb.lib.6.vbi dicit, ꝙ decimæ poſſunt concedi laicis ſpeciali conceſſione, allegat.d.c.cum apoſtolica.& ſic ſentit, ꝙ præſumitur conceſſio ſpecialis data poſſeſſione diuturna de cuius ꝯrio non extat memoria, hoc præſuppoſitio apparet in cõtrarium, & ad oculum, ꝙ communis opi.doctorum eſt, ꝙ ſi laicus probet ſe tenere & poſſidere ius percipiendi decimas, aut redditus exiſtentes in parochia eccleſiæ, per tempus tam vetuſtum, ꝙ non eſt memoria in contrarium, & alleget, ꝙ ante concilium Lateranenſe fuerunt ſibi conceſſæ, ꝙ ſtatur ſuæ aſſertioni, & allegationi. & adduco ad hoc ſimile, quod dixit glo.ſing.in c.ſi quis, per 30. in titu.ſi de feu.fue.controuer.in vſibus feudorũ. q̃ dicit, ꝙ præſcribens non tenetur probare bonam fidem, vt c.auditis.& c.cum olim, de præſcrip.ſed ſufficit, ꝙ eam alleget, ita dicamus in propoſito nr̃o, ꝙ ſi iſte actor dicat, ꝙ ante cõcilium fuerint conceſſę, probando illam vetuſtatẽ tpis, ſtatur ſuæ aſſertioni. & adduco ſimile, quod voluit Bart.in l.Celſus. ff.de

4 vſuca.vbi dicit ſufficere † ꝙ probetur, ꝙ olim poſſedit, & allegare, ꝙ hodie poſſidet; qa qui olim poſſidebat præſumitur hodie poſſidere.l.ſiue poſſidetis. C.de proba. & habet rationem in ſe: qa qualitas ſemel poſita præſumitur durare. ca.qui ſemel malus. de reg.iur.lib.6.c.ſi forte. de elec.eo.lib.c.fi.de præſcri.Bartol.in l.ſicut.§.ſuperuacuum.ff.qui.mo.pig. vel hypo.ſol.& facit, quod habetur in c.olim. de reſti.ſpo.vbi ſi quis olim poſſedit, præſumitur poſſidere tpe ſpoliationis, allegando ꝙ tũc poſſidebat.facit, quod voluit do.Abb.in c.accedentibus, de priui.vbi magnifacit illud dictum Bar.in d.l.Celſus. D.Anto. in c.ex parte decani. de reſcri. & in capit.cum ad ſedẽ, de reſti.ſpo.& in c.accedens.de conuer.coniuga. & do.Abb.in d.c.olim.ergo ita dicamus in caſu nr̃o, ſufficiet, ſi allegetur ꝯfeſſio facta ante ꝯciliũ Lateranenſe. ¶ Et ex iſtis tollitur illud, quod dixit glo.in c. non eſt.de cõſue.lib.6.quæ voluit, ꝙ non ſtatur allegationi actoris, ſed ꝓbationi. & ibi dixit do.Dñicus

5 † ſtatuto cauetur, ꝙ ſtetur allegationi actoris: ꝙ intelligitur probationi, & gl.in c.ſuper eo.de appel.& gl.in cle.1.de integ.reſti.& gloſſ.in l.1.ff.ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.quæ ſupplet.& probetur. & ſic non ſufficit dicere, ſed probare, & gloſ.in l.1.ff. de fur.& gl.in l.magis puto.§.illud.ff.de reb.eo.& gl. in l.ait prætor.ff.vi bo.rapto.ita dicamus in propoſito, quòd non ſtabitur allegationi actoris, ꝙ ante cõcilium Lateranenſe fuit facta cõceſſio. Quia ad iſta reſpondeo, ꝙ procedunt, quando præſumptio iuris non eſt pro allegante: tũc enim ſibi incumbit onus probandi. Sed vbi præſumptio eſt pro ſuo dicto, tũc

6 ſtatur ſuo dicto † quia præſumptio iuris dr̃ probatio liquida, vt dixit gl.quæ reputatur ſing.in l.ſi tutor. C. de peri.tuto.pro qua eſt text.in l.1.C.de probatio.& in l.ſi quis teſtibus.C.de teſti.& ita limitãtur iura allegata in contrarium. Cum ergo propter diuturnitatem temporis, de cuius contrario non extat memoria, reſultet præſumptio iuris, ꝙ canonicè ante concilium Lateranenſe fuerit inueſtitus: quia veriſimiliter nec epiſcopus, nec rector eccleſię, hoc paſſi fuiſſent, maximè, hac ætate nr̃a, in qua epiſcopi & ſimiles ſunt vigiles ad res eccleſiæ conſeruandas, iuxta illud, quod habet̃ in c.diaconi.44.diſt.quinimo plus dico, & credo veritatem, ꝙ non ſit neceſſe allegare, conceſſionem factam eſſe ante ꝯciliũ Lateranenſe,

7 ex eo † qa vbi notoriũ reſulat facto iuris, tũc non eſt neceſſe, ꝙ illud alleget̃; qa iudici eſt notũ.ideo iudex dẽt ex illo iudicare, vt ꝓbat̃ in c.Raynutius.de teſta. hoc voluit Inn.ibi, & ꝓbat̃ in c.afferte mihi gladiũ, đ ꝓſump.& hoc voluit ibi d.Abb.licet multę gl.ſpar ſę in vtraq; cẽſura dicãt, ꝙ ꝓbat̃ eo ipſo, ꝙ nõ ꝓbat̃ contra-

ꝯtriũ.ita dixit gl.in c.ꝑposuisti.82.di.& in c.1.qđ me. cau.& in c.sicut.de iureiuran.& in c.pe.de excep.& in c.illud.de præsump.& in ca.super eo.de resti.spo. & in c.ad falsariorum.de crimine falsi.glo.in l.si cre ditor.C.de pignor.& in l.super seruis.C.qui mili.nõ possunt.& in l.1.& in l.testamento.C.de testament. mili.& in l.2.C.de erro.aduo.& in l.2.C.de peti.hæ re.& in l.1.C.de fide instr.lib.12.& glo.in l.si tutor.C.
8 de pe.tu.& in l.siue possidetis. C.de proba.†Est etiã quoddam notorium resultans facto partis, & istud notorium dẽt allegari,& nõ probari: vt ꝓbat in l.si adulterium.cum incestu.§.idem Polioni.ff.de adul. in verbo,error allegetur.& ita intelligatur gl.sing.in cle.appellanti.de appella.dicit,quòd notorium non excusat ab onere proponendi,sed probandi.& ita di stinguo circa hanc materiam; qa cum resultet noto rium iuris,ex tam vetustissima possessione,de cuius contrario non extat memoria,sequitur,quòd iudex debet moueri ad pronũciandũ in fauorem actoris, vt fecit iudex in casu.d.c.Raynutius.de testa.vbi ꝓ-nunciauit ex notorio iure allegato a parte.& idẽ vo luit Inn.& ita probatur.3.regum.c.4.& idem proba tur in d.c.afferte mihi.& facit, quod voluit Baldus in l.1.C.vt quæ desunt aduo.Cõmunis tamẽ opinio. in d.c.cum apostolica.est,quòd alleget,qđ ante con ciliũ Lateranense facta fuit concessio.& facit,quod voluit Petrus de Ancharano in d.c.cum apostolica. vbi sequitur illam opinionem Ioannis Andreæ dã-nata opinione Host.Ita dicamus hãc opi.esse sequẽ-dam iudicando,& consulendo;quia eam tenet Ioã-nes Andr.domi.Card.dominus Petrus de Ancharano,dominus Abbas, Ioan.de Imo.facit c.ne innitaris.de consti.& quæ ibi voluit Inn.& quod voluit Io an.Andr.in c.1.eo.tit.& Host.in c.capellanus.de fe-rijs.& qđ habetur 20.dist.de quibus.19.dist.in canonicis.l.1.ff.de sena.l.1.ff.de offic.quęst.l.athletæ.ff.de his qui no.infam.iudiciũ enim plurimorum ꝓsumit melius,vt in c.prudentiam.de offi.deleg.iuxta illud Catonicum.Iudicium populi nunquam cõtempse-ris vnus.Bar.in l.1.ff.de pęna iudi.qui malè iudi.& in quæstione,quæ incipit,a sententia iudicis.Bartolus in l.1.ff.de sena.Host.in c.capellanus.de fer.Ange.in cum prolatis.ff.de re iudi.ergo do.iudices debẽt hãc partem sequi,& eam amplecti.¶Et si quispiã dixe-ris,fauẽdum esse ecclesijs: vt c.fi.de testa.l.id qđ pau peribus.C.de epi.& cle.12.q.2.c.religiosam.14.q.3.su per prudentiam.l.sunt & personæ.de relig.& sump.
9 fune.Ad hoc respõdeo†quòd non propter fauorem ecclesiæ debemus facere alijs iniustitiam, probatur hoc in c.ex tenore.foro compet.in ver.ita sumus vi duis & pauperibus in iustitia debitores, ꝙ alijs iniu-stitiã facere non debemus.ita colligit arg.Bart.in l.si quis presbyter.C.de epi.& cleri.ꝙ ecclesia patrona-ta nõ põt erigi in collegiatam inuito patrono.facit, quod voluit idem Bald.in l.si ea lege, C.de condi.ob cau.ita in proposito non debemus pręiudicare huic
10 nobili,vt faueamus ecclesiæ.¶Tertiò ego præmitto pro fundamento huius cõsultationis†ꝙ tempus,de cuius in æuo nõ extat memoria, æquiparatꝰ priuile-gio indulto a Cesare,vel a Papa,vt hr̃ in l.hoc iure.§. ductus.ff.de aqua quoti.& æsti.facit quod ibi voluit Ange.& in l.1.in concedendo.ff.de aqua plu.arcen.& l.2.C.de serui.& c.super quibusdam.§.præterea.de verb.sign.c.peruenit.de censib.Ideo multum sapien ter dixit Iaco.Are.quem refert & sequitur Bar.in pri ma consti.digestorum.§.fina.vbi iura debent legi in ciuitatibus Regijs vel priuilegiatis,quid,inquit,si ci uitas hoc priuilegio careat, dicit Iaco.de Are.quòd si hoc habeat ex consuetudine longissima, sicut ha-bet ciuitas Paduæ, cum talis consuetudo sit similis priuilegio,ẽt facit quid licitũ,sicut priuilegiũ.l.q.qs. C.de epis.& cleri.& d.§.præterea.& ꝯsuetudo inducit priuilegium.20.q.vlti.c.seruitiũ.& probatur: qa tacitum & expressum æquiparantur,sed princeps ꝑmittendo alibi docere,vr̃ concedere,& suam prohi bitionẽ reuocare.l.j.§.magistrũ ff.de exerci.l.cum in plures.§.locator.ff.loca.& sic priuilegium dr̃ cõces-sum ex consuetudine,vel permissione principis taci ta vel expressa secundùm Barto.ibi & Iaco.de Aret. ¶Modò in proposito nostro ius percipiẽdi decimas vel redditus in parochia alicuius ecclesiæ potest qri laico ex priuilegio Papę, ita dixit Ioan.mo.Io.And. Archi.in d.c.ij.de pręben.ita dixit Io.Andr.do.Ant. do.Car.Io.de Imo.Pet.de Anc.Abb.d.c.cum aposto lica.Sed clarum est in proposito nostro,ꝙ in multis mũdi partibus Papa scit & tolerat, ꝙ multi nobiles laici percipiunt decimas in parochijs alicuius eccle siæ,de cuius tempore non extat memoria, ergo seq-tur,ꝙ permissione Papę tacita istud fieri potest,licet laicus ex tꝑe sit capax,vt in c.cãm quæ.de ꝓscript.vñ illud,q est capax acquirere ex tꝑe, acqrit ex ꝑmissio-ne Papæ,concurrente diuturnitate tẽporis.facit,qđ voluit do.Abb.& d.Card.in c.a nobis.de decimis.& ideo dixit Bart.in l.rescripta. C.de preci.impe.offer.
11 † ꝙ Rex Vngariæ & Rex Angliæ ꝯferunt præben.in regnis suis;qa illud hñt ex priuilegio Papę.idẽ voluit Io.mo.in d.c.2. ergo siue illud priuilegiũ resultet ex expressa ꝑmissione Papæ,vel tacita,dr̃ priuilegiũ in-dultũ a Papa.ergo seqꝰ,ꝙ hi nobiles sunt tuti,& põt decimas colligere,vel redditus ꝑcipere.¶Quartò ꝓ-mitto ꝓ fundõ huius ꝯsultationis,ꝙ eo casu, quo qs se fundat in tꝑe,præsumitur ꝓ tꝑe illo, nec cogiꝰ ꝓ-bare illud tꝑs,qñ reperitur in possessione.hoc singu lariter decidit Bal.in c.capitulum sanctæ Crucis.de rescript.vbi Papa contulit potestariã Bononiæ duo-bus in eodem tempore,dicit,ꝙ tantum probatio da tæ prioris incũbit existẽti in possessiõe,hoc cõmodũ refert habere possessionẽ.& dixit Bar.in l.1.§.cũ aũt. ff.de secũdis tab.stantibus duobus testamentis eodẽ tempore factis, existens in possessione non arctatur onere probandi fuisse institutum.& adduco,qđ vo-
12 luit gl.sing.in c.nulli.12.q.5.quæ voluit†ꝙ stante du bitatione.vtrũ clericus acquisierit bona ex redditi-bus ecclesiæ,an ex suo patrimonio, ꝙ ꝓsumitur pro successore,qui est in possessione.Adduco, qđ voluit Bar.in l.qui duos.§.cum in bello.ff.de reb.dub.& qđ voluit gl.in c.j.de conten.inter do.& fide.in vsi.feu do.vbi dicit de isto commodo possessionis.& addu-co,quod habetur in c.j.§.sacramẽtum.in ti.de ꝯsue. recti feudi.in vsib.feu.vbi dr̃,quòd illi defertur iura-mentum,qui est in possessione.& adduco gl.in c.af-fert,de præsumpt.vbi hæreditas deuoluitur matri,q̃ est in quasi possessione filiationis.¶Modò in casu nostro,cum dictus actor sit in possessione diuturna, de cuius initio non est memoria,sequitur,quòd sibi non incumbit onus probandi, suos fuisse inuestitos de huiusmodi decima, vel redditu ante ꝯcilium La-teranense.Et ex istis limitatur illud,quod dici posset,
13 † quòd fundans se in tempore debet illud ptobare, vt habetur in l.eum actum.ff.de nego.gest.& in l.q iurasse.§.si pater.ff.de iureiuran.l.Arethusa.§.fin.cũ l.seq.ff.de sta.homi.& quod voluit Inno.in c.quali-ter.de accu.Bar.in l.is qui.ff.de iure fisc.gl.in c.vene-rabilibus.§.fina.de senten.excom.lib.6.Bar.in l.non solùm.ff.de ope.no.nun.& in l.an eandem.ff.de ex-cep.rei iudi.& quod habetur in l.de rebus.C.de do-na.ante nup.& in l.matrem.C.de proba.& in cap.si Romana.de appella.libro sexto.& quod voluit glo. in cle.fi.de præscrip.& text.in l.ex facto.§.si quis ro-gatus.ff.ad Trebel.& gl.valde singularis.in l.2.C.de peti.hæredi.& qđ voluit Pet.de Anch.in d.c.cũ apo-stolica.& Ange.in d.l.eum actũ.& Ludo.Roma.in

l.in illa.ff.de verb.obl.& Bal.in l.matrē. C.de proba.
& ſic in vtraque cenſura non ſunt meliora iura iſtis
ame adductis,quæ omnia limitantur, vt non habeāt
locum, quando quis eſt in poſſeſſione. Ita dicamus
in noſtro propoſito, vt propter commodum poſſeſ-
ſionis & vetuſtiſſimæ, cuius initij non eſt memoria,
releuetur iſte actor ab onere probandi, quod ante
concilium Lateranenſe fuerit conceſſa iſta decima
progenitoribus iſtius actoris,& transferat onus pro-
bandi in ipſum reum,quod poſt concilium Latera-
nēſe fuit facta ꝯceſſio. ¶Iſtis modo ſic p̄ſuppoſitis,
ꝓ potiſſimo fundamēto huius dubitationis, arguo
ſic formaliter: illud, quod eſt quæſibile priuilegio,
eſt quæſibile tp̄e, cuius non extat memoria in ꝯ̃riū
data capacitate poſſidentis, ita probatur in c.ſuper
quibuſdā.§.præterea.de verborū ſignificatione,con
iuncto.d.c.cauſam quæ.& l.hoc iure.§.ductus aquę.
ff.de aqua quoti.& æſti.l.in concedendo. ff.de aqua
plu.arcen.l.2.de ſer.& aq.ideo dico, data capacitate
poſſidentis,quia ſi poſſidens non eſſet capax, licet ꝑ
mille milia dierū poſſediſſet,nō p̄ſcriberet, nec req-
reret ius in ea re,cuius eſt incapax.iſtud probatur in
d.c.cauſam quæ.vbi laicus non eſt capax iuris deci-
marum,ideo non poteſt poſſidere, nec præſcribere;
quia actus actiuorum ſunt in patiente bene diſpoſi-
to.habentur.in c.venerabilem.de elect. & ideo dixit
14 dominus Dominicus in c.2.de præbēd.† quod licet
laicus non ſoluerit decimas per centum annos, ꝙ
nihilominus tenetur ſoluere,nec præſcripſit.& colli
git eandem doctrinam Dominus Abbas in d.c.cām
quæ. & do.Domini.in d.c.2.de præbend.& ſic verū
eſt,illud aſſumptū, q̄ſibile priuilegio, eſt & tp̄e data
capacitate poſſidētis, ſed laicus eſt capax decimarū
ante concilium Lateranenſe, ergo ſequitur, quòd
ante concilium Lateranenſe potuit præſcribere de-
cimas: ergo fuerunt quæſibiles tempore ante conci
lium Lateranenſe:quia illo tempore erat capax.Sed
progenitores huius actoris tenuerunt, & poſſede-
runt iſtas decimas, ſeu redditus ex tempore, cuius
non eſt memoria de initio,ergo præſumitur, ꝙ tem
pore habili acquiſierit, & illud fuit ante concilium
Lateranenſe, ergo ſequitur, potuit quærere, & per
conſequens præſcripſit, nec video poſſe ad iſtud da-
ri congruam reſponſionē:ſicut ergo prēſumitur prē
ſcriptio ante concilium Lateranenſe, ita præſumit̄
tituli conceſſio:vnde dicūt communiter omnes do-
ctores, ꝙ allegando conceſſionem factam ante con
cilium,probando antiquam poſſeſſionem, de cuius
initio non extat memoria, ergo ſicut præſumitur ti-
tulus,ita & præſcriptio ante concilium.& ex hoc tol
litur illud elegans dictum, quod poſuit Ioannes de
Imola in d.c.2.de præbendis. vbi dixit,quòd ſicut in
laico non præſumitur præſcriptio, de cuius tempo-
re non extat memoria, ita eodem modo ex curſu
eiuſdem temporis non præſumitur conceſſio tituli.
Ioannes monacus dicit ſimpliciter, quando incapa
citas eſt informis omni tempore quò ad ius ſpiritua
le:ex quo enim incapacitas eſt informis,prēſumitur
eſſe incapax omni tempore, ergo non præſumitur
conceſſio tituli,ergo non præſumitur priuilegium:
ſed in caſu noſtro nō eſt ſic:quia iſta incapacitas iu-
ris decimandi non eſt informis omni tempore:quia
ante concilium Lateranēſe, laici ſunt capaces iuris
percipiēdi decimas.Sed poſt concilium ſunt incapa-
ces,& ſic pro tempore præſumitur conceſſio,& titu
lus ex vetuſta poſſeſſione, & alio tempore non præ-
ſumitur.& ſic Ioannes monacus non loquitur in ca
ſu noſtro.¶Et ſi quiſpiam dixerit,quomodo conſta
bit de tempore ante concilium Lateranenſe. Re-
ſpondeo,conſtabit ex poſſeſſione continuata tanto
tempore, de cuius initio nō extat memoria: allegā-
do conceſſionem factam ante concilium Lateranē-
ſe,& ex iſtis tollitur illud, quod poſſet opponi de eo,
quod voluit Bar.in l.cum de in rem verſo.ff.de vſur.
15 in dictinctione ſua magna.vbi voluit† ꝙ per eaſdem
regulas,& ex eiſdem cauſis,ex quibus inducitur præ
ſcriptio, eodē medio inducitur præſumptio,quæ ſo-
let acquiri ex tempore diuturno. vnde poſſet infer-
ri, quòd illa doctrina Bartol.militet in rebus ſpiri-
tualibus,vt ſicut in ſpiritualibus, quorum laicus eſt
incapax, non præſumitur præſcriptio, eodem me-
dio non prēſumatur præſumptio tituli. Quia illud
dictum venit limitandum ita,vt dixi in diſtinctione:
vt diſtinguamus aut actus eſt omni tp̄e informis, &
tunc ſit vera doctrina Bartol.vt ſicut non præſcribi-
tur ex tempore diuturno, de cuius initio non extat
memoria, ita eodem modo non præſumatur con-
ceſſio tituli, ſed vbi actus non eſt informis omni tē-
pore,ſed variatur ex tempore, tunc iudicatur ſecun
dùm tempus ſibi congruens; quia actus actiuorum
ſunt in patiente bene diſpoſito.& ſic illa doc. Barto.
eſt ſing.limitata. Nec obſt.huic conſul.& ideo rectè
dicit Io.Andr.ꝙ præſumitur conceſſio, vbi actus eſt
difformis,vt in caſu noſtro. & conſequenter proce-
dit illud dictum Iac.de Are.& Bar.in prima conſtit.
fforum, ꝙ ea permiſſione tacita vel expreſſa inducat̄
prēſumptiue ti.Facit,quod voluit Io.And.poſt alios
16 in d.c.illud.de præſumpt.ꝙ † ex diuturnitate tp̄is,in-
teruenientе ſcientia,& patientia ſuperioris. præſu-
mitur interueniſſe titu.beneficialis. & idem voluit
gl.in c.licet.77.diſt.& in c.licet hely.de ſymo. idē vo-
luit Bal.in l.ſiue poſſidetis. C.de proba. & in l.qui in
aliena.ff.de peti.hære. Et ideo ſingulariter dixit Ar-
chi.in c.nemo.de conſecra.diſ.1.ꝙ ſi eccleſia diu re-
peritur ædificata,vel capella,nec apparet, ꝙ auctori
tate dioceſani fuerit fundata, ꝙ ex diuturnitate tp̄is
interueniente ſcientia & patientia dioceſani, præſu
mitur auctoritas Epiſcopi.Et facit,quod voluit An-
gel.in d.l.qui in aliena.vbi dicit,ꝙ prēſumitur inter-
ueniſſe decretū ſuperioris. Et facit, qđ voluit d.Car.
in c.requiſiſti.de teſta.vbi dicit, ꝙ ſi reperitur hoſpi-
tale cum oratorio habente campanam,& in eo cele
bratur diuinum officium longo tempore, ſciente &
patiente dioceſano, ꝙ præſumitur in ſua fundatio-
ne interueniſſe auctoritas dioceſani.idem voluit do.
Pet.Peruſinus frater Bal.in tractatu ſuo quartæ ca-
nonicæ.& idem voluit Lud.Ro.in l.ſciendum. ff.de
verb.obl.& qđ pulchrè voluit do.Car.poſt Hoſ.in c.
2.de cle.pere.& Pe.de Anc.in cle.1.de priui. Et ideo
dixit Bal.in l.poſt mortem.ff.de ado.filiusfamilias vi
xit 20.annis ſeorſum a patre non emancipatus, &
negotiatus eſt vt emancipatus, & ita contraxit ipſo
patre ſuo ſciente,patiente,& non contradicēte,deci
dit ibi,quòd valent & tenent contractus ab eo geſti,
perinde acſi fuiſſet emancipatus. Et adduco, quod
voluit idem Bald.in l.ſi filius. C.de peti.hære.vbi eſt
caſus, ꝙ ſi filius adiuit hæreditatem ſibi delatam, &
illam tenuit,& poſſedit ſpacio 10.annorum, ꝙ præ-
ſumitur,ꝙ illam adierit iuſſu patris, propter diutur-
nitatem tp̄is,& ſcientiam,& patiētiam patris:ita di-
camus modò in caſu noſtro; cum progenitores hu-
ius actoris tenuerint, & poſſederint iſtas decimas ꝑ
tēpora vetuſtiſſima, de quorum initio non eſt me-
moria, & illas perceperunt ſeu illarum redditus pa-
tientibus,ſcientibus,& non contradicentibus dioce
ſanis,& rectoribus illius eccleſiæ, & ēt nobiles illius
ducatus tenuerunt,tenent, & poſſident ius decimā-
di in præfato ducatu ex tempore, de cuius initio nō
eſt memoria Romano Pōtifice ſciente,patiente, &
non ꝯ̃dicente,præſumitur ex illa patientia,ꝙ fuerūt
inueſtiti a Papa ante ꝯciliū Lateranēſe:qa illa longa
patientia parit priuilegiū, vt in l.j.§.magiſtrū. ff.de
exerci.

exerci. vt voluit Iaco.de Aret. in loco allegato,licet
ius decimandi sit spirituale: vt in c.causam,quæ de
præscrip.& quod voluit glos. in c.cum sit generale,
de fo.cõpe.& laici sint incapaces, tamen ex permis-
sione possunt annecti spiritualia meris laicis, vt vo-
luerunt glo. valde elegantes 47.dist.c.bene quidem.
& c.præter hæc.2.q.5.& c.Menã.9.q.5.& plus dico,
ꝙ in casu,in quo loquitur Io.Mo.in d.c.2.de prebẽ.
17 Bald.in d.l.rescripta.C.de prec. impe. offe. † ꝙ si rex
Franciæ, aut rex Angliæ concesserint in suis regnis
præbendas,per tempora, de quorum initio non ex-
taret memoria,& non haberent priuilegia. dico, ꝙ
ex quo Romano Pontifice sciente, & patiente con-
tulerunt,præsumeret, ꝙ ex permissione Papali con-
tulerint.& sic procedat doctrina Iaco. de Aret.Bart.
Et adduco,quod voluit do.Card.in aliquibus lectu-
ris;quia ipse compilauit bis lecturam,vnam dũ erat
18 doctor legens, aliam dum erat Cardinalis † vbi di-
cebat, Veneti habent consuetudinem, vt in vita nõ
soluant decimas, sed in morte,vtrũ valeat talis con-
suetudo.& decidunt, ex quo Papa scit illam consue
tudinem, & tollerat, & non contradicit, ꝙ valet &
tenet,ita dicamus in casu nostro. Et facit, quod vo-
luit Abb.in capit.aliquibus.de decimis.& illam do-
ctrinam de consuetudine posuit do. Cardi.in cap.a
nobis,de deci.ergo multofortius procedat, quando
reges ita conferentes præbendas,allegant se esse pri
uilegiatos a Papa, nec coguntur illud priuilegium
ostendere, sed sufficit allegare collationes præben-
darum, factas ex tempore, de cuius initio non extat
memoria.& ad hoc facit,quod sapienter dixit Bald.
in l.cum super.C.de rei ven.vbi dixit, ꝙ nobiles ha-
bentes iuspatronatus in ecclesijs, instrumenta per-
dita sunt, nec possunt probare se habere ius patro-
natus, ꝙ tamen sufficit probare suos progenitores
esse in quasi possessione iuris patronatus. Itẽ etiam
ecclesia Romana nõ habet instrumenta terrarum,
quibus dominatur,ꝙ sufficit probare dominium ex
quasi possessione tanti temporis,cuius initij non ex-
tat memoria,ita refert Bald.in l.conuenticulam.C.
de episc.& cler.dixisse Card.Fabrien.Facit,quod vo
luit Innoc.in cap.cum causam.de iura.calum. & in
cap.quid per nouale. & in c.veniens,de verb. sig.ita
recto iudicio videtur dicẽdum in nostro proposito,
vt sufficiat hunc nobilẽ probare, suos progenitores
& se tenuisse, & possedisse, & se etiam continuasse
possidere dictas decimas, seu dictos decimarũ red-
ditus ex tẽpoee ita vetusto, ꝙ de eius initio nõ extat
memoria, nec tenetur asserere, ꝙ ante concilium
Lateranense fuerint inuestiti,quod præsumitur:qa
ex quo actus nõ est informis,nec omni tempore est
prohibitus, laicus tenetur aliquas decimas soluere
in parochia ecclesiæ: vt in d.capit. cum apostolica.
Si autem voluerit iste actor seruare communẽ opi.
vt dicat se fuisse inuestitum, ante concilium Late-
ranense poterit, nec tenebit istud probare, sed suffi-
cit allegare,& multomagis videtur, ꝙ iste actor ha-
bebat indubitatum ius ad dictos redditus: ex eo qa
multi nobiles sunt in partibus habẽtes decimas, &
similes redditus decimarũ in parochia ecclesiarũ:
qa ex hoc vr̃ quædã cõsuetudo introducta, scienti-
bus, & patientibus diocesano,& clericis rectoribus
19 ecclesiarum, & ipso Romano Pontifice, qui etiã dr̃
parochianus † est enim totus mũdus parochia sua,
vt in cap.cuncta per mundũ.9.q.3.iuxta illud,quod
a celebri scribitur Psalmista.Omnia,inquit,subieci
sti sub pedibus eius. ¶Nec obstat multa adducta ꝓ
20 parte rectoris ecclesiæ: dũ dicit † ꝙ omnes decimæ
tam vini quàm frumenti in parochia ecclesiæ spe-
ctant ad ipsam ecclesiam, & habet fundatũ ipsum
ius ex dispositione iuris communis, vt probatur in
cap.quoniam.& cap.ad audientiam, de deci.& c.fi.
de paroc.nec debẽtur laico, nec potest laicus possi-
dere, nec præscribere decimas, vt in d.cap. causam
quę.nec ipsi laici tenentes decimas p̃nt illas trãsfer-
re in alium; quia nemo dat, quod non habet 1.q.1.
cap.gratia,& 2.q.5.Diabertum.& non sunt decimæ
institutæ ab homine,nec a positiua censura, sed ab
ipso Deo;quia præcipiuntur ex terra, quę est ipsius,
iuxta illud, quod magnus dixit psalmista, Domini
est terra & plenitudo eius,& probatur in capit.tua,
de deci,& c.parochianos. eo.tit. Quia ad ista moti-
ua ex superioribus dictis apparet vera & indubitata
veritas. ¶Ego fateor de plano ista omnia: Sed ne-
go,ꝙ in casu nostro laicus nõ possit habere,& tene-
re decimas,& reditus in parochia ecclesiæ ante con
cilium Lateranense,imo potest: vt est text.formalis
in capit.cum apostolica, de his quæ fiunt a prælato
21 † vbi enim habemus casum legis, nulla subest dubi
tatio,vt l.ille.§.cum in verbis.& l.non aliter.ff.de le-
gatis 3.ideo dicitur in passione Dominica, nos legẽ
habemus, quasi dicat, lex nostra clara est nobis, iõ
seruanda est nobis. Sũt ergo laici capaces percipien
di decimas,seu earum redditus in parochia ecclesię
ante concilium Lateranense,ergo pugnare est cum
morte dicere,ꝙ laico sunt indictæ decimæ;quia de-
buit dicere iste reus post conci. Lateranen. quo ca-
su sibi incumbit onus probandi, & ideo calumnio-
sè excipit iste reus, nec iudex deberet admittere istã
exceptionem; quia est calumniosa stantibus termi-
nis nostris.¶Et si quispiam dixerit, ꝙ habet fomen-
tum a iure communi;qa de iure communi decimę
debentur ecclesię parochia. vt c.ad decimas. de re-
sti.spol.lib.6.Respondeo, ꝙ propter diuturnitatem
temporis non habet fomentum a iure communi:
quia ex quo ex tempore,de cuius initio non est me-
moria,iste nobilis actor exigit decimas istas, purga-
ta & sublata est ista præsumptio iuris communis;
quia præsumitur, ꝙ ante cõsilium Lateranense ha-
beret:ista fuit singularis doctrina Innoc.in c.2.de in
integrum restitu.quam omnes doctores ibi sequun
tur,quam refert,& sequitur dominus. Antonius in
cap. consultationibus. de iure patronatus. & cap.si
diligẽti, de præscrip. quod dictum domini Abbatis
in dicto cap.consultationibus. & dicto cap.si diligẽ-
ti. reputat multum singulare & optimum,quod vo
luit Ang. in lege eum qui.§.Publiciana. ff.de publi-
cia.ad hoc allegat Inno.in cap.licet causam,de pro-
bation.& quod voluit idem Innocen.in capit.cum
ecclesia Sutrina.de causa pos. & proprie,ego addu-
co singularem casum pro.d.Innocen.in l.fi.C.vnde
vi. vbi spatio 10.ann. purgat̃ mala fides præsumpta
ex dispositione iuris cõmunis, quanto ergo fortius
est sublata in casu nostro: quia non ex longissimo
tempore, de cuius initio non extat memoria, tolle-
tur præsumptio iuris communis,maximè cum iste-
met reus soluerit istos dictos redditus, cum ergo sit
sublata illa pręsumptio iuris communis,quæ faue-
bat reo,seu suæ ecclesiæ,sequitur,ꝙ calumniosè ex-
cipit:non ergo debet talis exceptio calumniosa ad-
mitti,per illam stupendam doctrinam ab Inno. tra-
ditam in c.post electionem.de concess. præben. vbi
22 dixit Innocen. † ꝙ si opponit exceptionem canoni-
cam de iure,& tamen calumniosè, & malitiosè, iu-
dex non debet illam admittere, quam doctrinam
magnificat do.Abb.in cap. ex parte. de offic. deleg.
& in cap.nullus. de præsumpt.& in cap. pastoralis.
§.quia verò.de offic.dele.D.Pet. de Ancha.in cap.2.
de falsis.& c.licet causam.de prob.& in c.pastoralis.
de excep.& d.Ant.& Ioan.de Imo.& alij in ca. cum
contingat. de offic. delega. & in l.satis apertè. C.de
fals.& qđ voluit Bal.in l.1.C.qui accusar.non pos.&
facit,

facit, qđ pulchrè voluit Io. And. in addi. Spe. in ti. de legato. §. iam nunc dicendum . ex quo sequitur, ꝙ do. iudicans debet reijcere hanc except. oppositam per istum reum, malitiosè & calumniosè repugnantem soluere istos reditus optimo iure debitos huic nobili actori. ¶ Nec ob. cum opponitur, ꝙ defensor, qui iure possidet aliquod beneficium , non potest onerare, nec alienare bona ipsius beneficij sine debita solennitate. vt cap. sine exceptione. & cap. non liceat 12. q. 2. capitu. tua. de his quæ fiunt a prælato. Quia ad hoc respondeo, ꝙ aut imponitur ius nouũ & insolitum ecclesiæ & non potest imponi, nec vetus augeri, hoc decidit tex. in capit. prohibemus. de censi. & cap. scientes. eo. tit. l. j. C. de pascu. priua. lib. 10. & cap. decetero. de transact. c. auaritiæ seruitus. de præben. l. locus. ff. de acq. re. do. l. 1. 2. & 3. C. noua vectig. 1. q. 1. c. nullus. l. vlt. C. de alu. ¶ Modò in proposito nostro, rector ecclesiæ non imposuit nouum censum, nec veterem auxit, quinimo & veterem diminuit, vnde tex. in d. cap. scientes. dicit, si ab initio hoc non fuit, etiam labentibus annis aliquid imponi non permittas. ita in casu nostro, ꝙ dictum censum non diminuit onus iam impositum ecclesiæ, componendo cum dicto actore, vt solueret sibi annuatim illos redditus, quo casu cum agatur delibe-

23 randa ecclesia a maiori onere, dico ꝙ † non fuit necesse, ꝙ interueniret solennitas canonica: & ad hoc adduco glo. valde sing. in l. 2. C. de accept. quæ dicit, ꝙ licet pupillus non possit obligari sine auctoritate tutoris, tamen potest liberari sine tutoris auctoritate, ideo poterit obligari per acceptilationẽ, ex qua consequitur liberationem. de qua glo. facit festum, ibi Ange. dicens se dixisse de facto Florentiæ, disponebat statutũ, ꝙ minor non possit obligari sine consensu duorum agnatorum, modò minor accepit liberationem, consuluit, ꝙ potuit sine illa solennitate statuti. facit, quod voluit Bal. in l. cum hi. §. si causa. ff. de transac. vbi allegat illam glo. & quod voluit Innocen. in cap. fin. de eo qui mit. in poss. & ideo dixit Bald. in l. contra iuris. ff. de pact. ꝙ si alienatur res ecclesiæ ad commodum & vtilitatem ecclesiæ, non requiritur auctoritas superioris. & adduco ad conflictum dicti Bal. quia in casu nostro non agitur de alienanda re ecclesiæ, sed agitur de alleuianda dicta ecclesia a maiori onere. & ad hoc adduco, quod voluit Ang. in suo consil. 345. vbi erat statutum, ꝙ mulier, vel minor non posset contrahere sine consensu duorum propinquorum , consuluit, ꝙ potuit contrahere sine consensu propinquorum, si ille contractus cedebat ad eius vtilitatem. & ad hoc adduco, quod voluit Ludo. Rom. in consilijs suis, consi. 313. vbi consuluit, ꝙ potuit minor cõtrahere sine solennitate statuti, si cõtractus cedebat ad commodum mulieris, vel minoris. & adduco gloss. singu. in l. quicunque. C. de bo. quæ lib. quæ dicit, ꝙ licet pater nõ possit alienare aduentitia delata filio. vt l. fi. eod. tit. tamẽ si alienatio tendit ad suum commodum , erit secus; quia poterit alienare. nec instet aliquis ad illud, quod volunt glo. & doct. in c. 2. de in integ. resti. inquantum dicunt, ꝙ in alienatione rei ecclesiæ, requiruntur duo, iusta causa alienandi, & solennitas canonica. vt probatur in d. cap. sine exceptione. vbi dicitur , vt meliora prospiciat, totius cleri interueniente consensu. & in capitu. tua. de his quæ fiunt a præla. & in cap. 1. & 2. de rebus ecc. non ali. lib. 6. vbi glo. & doct. & Arch. licet gloss. tenuerit contrarium in sum. & in c. sine excep. 12. q. 2. quia ista inuestigatio non est necessaria in casu nostro; quia iste rector nullam facit alienationem rei ecclesiasticæ, sed alleuiauit ecclesiam de maiori onere : ideo non fuit opus adhibere solennitatem canonicam: & sic non imposuit ecclesiæ nouum onus, nec auxit, ex hoc infertur, ꝙ falsum est, cum dicitur, ꝙ iste actor non potuit facere arrestari decimas, seu arrestationem facere fieri super decimis dictæ parrochiæ: quia nõ habet sententiam super hac, quia satis est, ꝙ habeat dictas decimas obligatas pro dicto reditu, si ergo nõ soluitur reditus, de quo fuit facta compositio, poterunt arrestari decimæ obligatæ ꝑ illo reditu. Quin-

24 imo plus dixit Abb. in cap. 2. de sequestra. † ꝙ potest fieri sequestrum, etiam si creditor non habeat obligatum debitorem per publicum instrumentum. & licet videatur sentire contrarium Barto. in l. litibus. C. de agr. & censi. lib. 11. & in l. 2. C. de ero. mil. anno. lib. 12. quia tex. loquitur in casu speciali. vt pulchrè etiam voluit Ioan. de Imol. in l. imperatores. §. fin. ff. de appell. vbi firmat illum esse casum specialem in d. l. per hãc. & etiam quia in casu nostro satis est debitus huic actori ille reditus per illam compositionem factam per publicũ instrumentum. ¶ Nec ob. cum opponit dictus defensor, quòd actor non docet de titu. dictæ decimæ: quia respondeo, illud esse falsum; quia probato, ꝙ sui progenitores habuerũt & possederunt dictam decimam seu certam partẽ decimæ per tempus, de cuius initio non est memoria, dico, ꝙ satis est probatus titulus allegatus; vt habetur in l. cum de in rem verso. ff. de vsu. & cap. peruenit. de cẽsi. & iam supra ad plenum dixi, ergo &c. ¶ Nec obst. cum dicit, ꝙ est sacerdos; quia licet sit sacerdos, & defendat ecclesiam; tamen ecclesia nõ

25 † debet pati fieri iniustitiam alicui. Est enim mater honestatis, & iustitiæ, vt est tex. valde singu. in cap. 1. de alienatione feudi. in vsi. feu. & posito ꝙ sit sacerdos; tamen tenetur ad debita ecclesiæ soluendo. vt in capit. 1. de solutio. & sic succedit regula tradita in d. capit. ex tenore. ita sumus viduis & pauperibus in iustitia debitores, ꝙ alijs iniustitiam facere non debemus, nam & Christus soluit tributum. non miretur iste venerabilis sacerdos, si teneatur pro debito ecclesiæ : oĩs enim Christi actio nostra fuit instructio, vt dixit Hierony. doctor supremus in prologo Bibliæ. cap. significasti. de elect. & ideo sequitur, ꝙ dicta ecclesia teneatur annuatim ad dandum dictos reditus dicto nobili actori; & ratione retardatæ solutionis potuit fieri arrestatio. ¶ Et ex supradictis elicitur conclusio vera & indubitata, ꝙ dictus nobilis actor habet intentionem suam fundatam, quòd ante conciliũ Lateranense fuit constituta suis progenitoribus dicta pars decimæ soluenda eidem singulis annis: & per consequens iustè & canonicè debetur eidem iste reditus, succedens in locum dictæ partes decimarum: & quòd incumbit onus probandi rectori ecclesiæ, quòd post concilium Lateranense fuerit constitutus ille census decimæ soluendus, aliàs rector succumbet.

EPITOME.

¶ Ligna qui succidere ad ædificandum non possunt, ex lege conuentionis, etsi eis, prout videbitur & placuerit, de nemoribus disponere conuentum fuerit licere, nihilomagis quicquam ex nemore ab opere conscindent, siue ꝙ illud conuentione non contineatur, siue ꝙ re locata malè cõductores vtantur: qui si in re vnica peccẽt, ab omnibus locationis tenore comprehensis expelli possunt. Item licet locatæ rei emptor teneatur stare colono, vel illi dãna, & quod intererit exoluere; tamen ecclesiasticæ rei conductor, idem & alterius si fit, ex quo malè vtens re conducta cadit a iure suo, aduersus successorem locatoris non inuahitur contractu, nec damnum,

num aliquod prætendere poterit, aut sua interesse: licet pœna in eodem contractu apposita fuerit, aut iuramẽtum procuratoris interuenerit, qui rem pro domino locauit. Sanè nihilominus malè vtens vna re ex pluribus conductis expelli iure potest.

SVMMARIVM.

Factum mentem & voluntatem ostendit. nu. 2.
Possessionem retinet nemoris, qui fructus colligit. nu. 3.
Verba, prout videbitur & placuerit, continent arbitrium boni viri. nu. 10.
Conductor non potest expelli intra tempus cõductionis, nisi malè versetur. nu. 13.
Ecclesiasticæ rei obligatio est generalis, nec potest fieri sine consensu episcopi. nu. 26.
Iuramentum habet eam vim, vt quis ad factum præcisè teneatur. num. 33.
Conductor licet non iurauerit seruare contractum, nõ debet circa res conductas feloniam committere. nu. 35.
Iuramentũ recipit interpretationem, rebus sic stantibus. n. 36. & in eodem continetur clausulo, si fides seruetur. nu. 37,

CONSILIVM XXXVI.

AD propositum mihi videtur de iure dicẽdum, quòd illustris princeps & reuerend. dom. dom. Card. Mantuanus in hac hesitatione, de qua a me exquiritur, sit in casu victoriæ: ꝙ sic ad oculum demonstro: & præmitto primò, ꝙ licet dicatur, ꝙ ita sumus viduis & pauperibus debitores, & sic ecclesijs in iustitia, vt alijs iniustitiã facere non debeamus. c. ex tenore. de foro compet. tamen
1 in † dubio fauendum est ecclesijs. c. fin. de testa. cap. religiosam. 12. q. 2. c. super prudentia. 14. q. 2. l. id, quod pauperibus. C. de episc. & cle. siue dicam in iudicijs, siue in testamentis, siue in vltimis voluntatibus, vt plenissimè accumulat iura Lud. Ro. in repet. auth. similiter. C. ad legem Falci. & sic sequitur ex hoc, ꝙ posito, non tamen concesso, ꝙ esset dubia hæc consultatio; tamen fauendum est ecclesiæ. l. lege Iunia Petronia. ff. de manu. in tit. generali. Bal. in c. domino guerram. §. promptiores. in tit. hic finitur lex incipiunt consue. regni. in vsib. feud. modò arguo sic, qualis fuerit ista locatio colligitur ex mente locato-
2 ris & conductoris, quæ † mens & voluntas datur intelligi facto: vt in l. reprehendenda. C. de institut. & subst. sub cõdi. factis gl. in l. de quibus. ff. de legibus. iuxta illud poeticum. Et facta loquãtur. & quod voluit Pet. de Anch. in cap. grandi. de suppl. negli. prel. lib. 6. Sed ex sequela facti comprehendimus vtrum. d. commendatarius voluerit in dicto instrumento locationis comprehendi nemus supradictũ ab onere, & etiam comprehenditur mens cõductoris, vtrũ conduxerit dictum nemus, sed in facto præsupponitur, ꝙ do. cõmendatarius a die dictæ locationis scribebat suo procuratori, ꝙ faceret incidi multa capita lignorum, & illa committebat donari certis suis amicis, & hoc fecit pluries & sepenumero ipsis conductoribus scientibus, patientibus, & non contradicentibus, quo casu colligimus apertè, quę fuerit,
3 & qualis ista locatio & conductio: † quia colligendo fructus dicti nemoris videtur. d. commẽdatarius retinere possessionem: vt probatur in l. Titia. ff. de solu. & ibi Bart. & in l. litibus. C. de agri. & cen. lib. 12. & l. cum sticho. ff. de condi. institu. l. diuortio. §. ꝙ in sementem. aliàs l. si fundus. §. vlt. ff. solut. matr. Spec. in tit. de probat. §. j. versic. ipse. l. qui vniuersas. §. per colonum. l. quanuis. §. j. ff. de acq. poss. tex. melior de iure in l. filiusfa. ff. de leg. j. & quod voluit Lud. Ro. consi. 14. & consi. 74. & facit capit. cum venerabilis. de relig. do. vbi per solutionem pensionis probatur possessio, & quod voluit Archid. in cap. præsenti. de offic. ordi. li. 6. cum ergo illi conductores fuerint, & sciuerint & tacuerint, & non contradixerint, ꝙ do. commendatarius faceret incidi capita lignorũ pro pluribus suis amicis, sequitur, ꝙ ex illa taciturnitate, & ex illa incisione euidenter apparet, ꝙ do. commendatarius non locauerit dictum nemus; quia si aliter fuisset, verisimiliter illi conductores contradixissent, argum. cap. super hoc. de renun. l. cum de indebito. ff. de proba. & per consequens videtur reseruasse sibi illud nemus do. commendatarius, ex quo reseruauit sibi possessionem dicti nemoris, colligendo sibi fructus: & ex hoc declaratur contractus locationis, dum loquitur per illa verba ita prægnãtia, videlicet proprietates, fructus, reditus, fictus, prouẽtus, census, honorantias, prærogatiuas, decimas, iurisdictiones, emolumẽta, omnes & singulas pensiones, petias terrarum, fundos, & quod disponere possint de omnibus, & quibuscunque nemoribus præposituræ prędictæ: vt non intelligatur de illo nemore a lignamine, seu ab opere; quia facto ostenditur voluntas contrahentium, ergo &c. Et plus dico, ꝙ deciditur ista dubitatio per elegantem & sing. tex. l.
4 vsum aquæ. C. aqueductu. lib. 11. † vbi Bart. colligit ex illo tex. contra illos, qui habent priuilegium multum largum de aliquo faciendo, & illo priuilegio vtuntur multum strictè: quia non poterunt postea eo vti magis largè, quàm fuerint vsi, & soliti vti. multo fortius in casu nostro: quia ille text. & Bartol. loquuntur eo casu quo priuilegium est largum, & priuilegiatus vtitur illo strictè, ꝙ nõ potest eo vti ita large, vt est conceptum, ergo sequitur, ꝙ in casu nostro multo fortius: cum dictus cõtractus licet sequatur de quibuscunque nemoribus, tamen non comprehendit istud nemus ab opere, cõcurrente possessione retenta de dicto nemore per d. capi. commendatarium: & ex hoc iudicio meo videtur decisa ista cõsultatio. ¶ Item ꝙ hæc decisio sit vera, adduco rationem iudicio meo inconuincibilem, vbicunque fit generalis mentio, nunquam veniunt ea, quæ ad aliquem elegantem vsum destinata sunt: iste est casus formalis in l. ligni. §. Ofilius. ff. de lega. 3. vbi legatis lignis in genere non videntur legata ligna, quæ speciali nomine appellantur, quo casu nemus ab opere: vt cõmuniter videmus, habet nomen speciale, & elegans, vnde debuit specialiter exprimi. Si ergo non fuit specialiter expressum, non venit in generali appellatione nemorum, & pro certo ad decisionẽ huius dubitationis nõ potest allegari melius, & decidi in terminis: imputent sibi conductores; qa debuerunt clarius & expressus loqui, ideo fiet interpretatio contra illum, qui stat pro contractu. l. veteribus. ff. de pactis. l. quicquid adstringendæ. ff. de verbo. oblig. capi. contra eum. de reg. iur. lib. 6. & facit: quia illa, quę speciali nota digna sunt, si omittãtur, videntur neglecta: vt l. item apud Labeonem. §. hoc edictum. ff. de iniur. vnde fuit dignum vt nemus ab opere specialiter specificaretur, cum ergo non fuerit specificatum. ergo non venit in illa generalitate. & adduco. l. eos. C. de aqueductu. lib. 11. vbi generalitas statuti nõ debet comprehendere eos, qui sunt caput: ergo ita dicamus in casu nostro: vt appellatione nemorum non veniat nemus ab opere, quod videtur esse caput aliorum nemorum, quæ nõ sunt ab opere. Et adduco ad hoc. l. fi. ff. de vino & oleo legato. vbi res vnius naturę cõprehenduntur sub genere alterius naturæ. ¶ Cum ergo nemus ab opere sit alterius naturæ, quàm nemora aliorum lignorum, ergo sequitur, ꝙ non comprehenditur in generali

nerali appellatione nemorum. facit, quod habetur in l.carbonum.ff.de verb.sign.& facit illud, qđ sacro scribitur Euangelio, cum dicitur, dicite discipulis & Petro, quasi in generali appellatione discipulorum non veniat Petrus: quia habebat quandam prærogatiuam inter discipulos, ideo fuit necesse exprimere eum in indiuiduo: ita dicamus in proposito nostro; cum nemus a lignamine habeat quãdam prerogatiuam ab alijs nemoribus, ergo fuit opus illud exprimere in indiuiduo. ¶ Præterea adduco simile ad hoc accommodatissimum, quod voluit do.Pet. de Anch.in consil.283.incipit, Pro clariori euidẽtia dicendorum, ibi regula cancellariæ do. Papæ disponebat de beneficijs conferendis sub certis modis, & sub certa regula tradita, fuit collatum quoddam beneficium Cardinali de Brancacijs, nec fuit seruata forma tradita beneficijs conferendis, vt in dicta regula continebatur, consuluit do.Pet.de Anch. ꝙ illa regula non comprehendebat dictos do. Cardi. quia debuit de eis fieri expressio specificata: ergo cũ illa regula non loquatur de Cardinalibus, dicitur casus omissus, & per cõsequens remanet sub regula iuris communis.l.commodissimè.ff.de libe.& posthum. l.si extraneus.ff.de cõdi. ob causam.l.si cum dotem. in princ.ff.solut.matr.cap.susceptum.de rescr. lib.6. qa dicta regula est strictè intelligenda, & non extendenda: & mouetur hac ratione, †
5 regularis dispositio si sit restringibilis sub quacunque verborũ prolatione concepta, comprehendit tantùm communis, siue quæ communiter accidunt, siue disponat de personis, siue de rebus. capit. sedes Apostolica.de rescrip.ca.qui ad agendum. de procur. lib.6.c.quia periculosum.de sent. excom.lib.6.cap.2.de preben. lib.6.ca.de multa, in fin.de preben.& dicit istud colligi ex d.l.item apud Labeonem.§. hoc edictum.ff. de iniu.vbi text.dicit, quæ speciali nota digna sunt, nisi exprimantur, videntur neglecta. Hinc est, ꝙ cõstitutiones canonicæ penales non sunt contentæ verbis communibus, etsi subiungunt, cuiuscunque gradus existant, & est in extrauaganti ad reprimendum.arg. cap.1.de scisma. lib. 6. vbi cum vult comprehendere Cardinales, eos specialiter specificat.c. 1.& cap.fœlicis.de pœn. lib.6.ex quo infert, ꝙ non fuit intentionis Vrbani Pape in sua cancellaria, seu cancellariæ regula, loqui de Cardinalibus; quia de eis fecisset specialem mentionem: ideo dicitur esse casus omissus, & per consequens remanet in dispositione iuris communis, vt latè ibi scribit. Do.Petr. cuius cõsilium videre poterit dominus iudicans. & sic apparet, ꝙ dom.Petr.dicit, ꝙ illa sua ratio habet locum ita in rebus, sicut in personis. Modo istud decidit casum nostrum; ex eo quia nos sumus in materia restringibili; quia in contractu, cuius verba debent strictè intelligi. vt l.quicquid adstringendæ.ff. de verbo. oblig.l.j.§.si is qui nauem. ff.de exercito.l. veteribus.ff.de pac. Cum ergo istud nemus ab opere sit elegans nemus, ergo debuit specificari, & exprimi specialiter, aliter non venit sub generali nomine nemorum, & ad hoc adduco text.valde sing. in cap. ex literis.de dolo & contu. vbi non sufficit, vt secundæ literæ reuocantes primas faciant mẽtionem de eleganti clausula apposita in primis literis, ita dicamus in proposito, licet apponat illam clausulam generalem, de quibuscunque nemoribus; tamen non venit nemus ab opere sub illo generali noĩe, ergo debuit fieri mentio, aliàs habetur pro casu omisso. ¶ Et si quispiam adducat contra illud consilium do. Pet.glo.iuncto tex.in clem.j.de iudi.in versi.quibuscunque personis.& glo. ibi exponit illud verbũ, quibuscunque, cuiuslibet status, gradus, cõditionis, ecclesiasticæ, vel secularis, in dignitate constitutis, siue etiam imperialis, ita dicit glo.ibi, quam ad hõc reputo valde sing. Respondeo, consilium dom. Pet. posse defendi a morsibus illius glo. quia dom. Petr. loquitur in casu restringibili, sed d. cle.j.loquitur in casu fauorabili, vt non eludatur citatio papalis: iõ comprehendit inferiores & superiores psonas: sed iste non est casus noster: quia sumus in materia restringibili, & pro certo istud consilium do.Pet.apponit gladiũ ad radicẽ huius consultationis, ergo &c. Præterea facit ad prædicta, quia, vt dixit Arist.in v. metaphysicæ, accidentia magnam partẽ conferunt ad cognoscendum ꝙ quid est, voluit Bald. in l.non nudis.C.de probat.& in l.j.ff.de rerum diui. ergo ex accidentibus facile cognoscemus, quid cõprehendat ista locatio: licet enim concepta verbis generalibus, dicitur in puncto, ꝙ do. commendatarius vendidit lignamina illius nemoris pro mille ducatis: ex quo sequitur, ꝙ cõsiderata pensione, quę datur do. cõmendatario ab illis primis conductoribus, ꝙ non videtur eis locatum dictum nemus: quia ex quantitate pensionis nos metimur, quid fuerit locatum, & conductum, optimo dicente Aristo.in 2.de anima, inquit, actus actiuorum sunt in patiente bene dispo sito. & probatur in capitulo venerabilem. de elect. Cum ergo mereatur multo maiorem pensionem talis locatio, si vr̃ dictum nemus locatum, ergo sequitur, ꝙ nõ videtur comprehendere dictũ nemus. Ad hoc adduco elegantem doctrinam Bal. in l.j.C.
6 qui testa.fa.poss.vbi quærit † vtrum ille, qui vendit rem communem, videatur vẽdere tantùm partem suam, finaliter decidit, ꝙ ex quantitate pretij discernitur, an vendiderit totam domum, an partẽ suam, arg.eius, quod no.in l.j.§.j.ff. de superfi.facit.l. pupillus.§.fin.ff.de verb.sig. Ita dicamus in casu nostro, ꝙ ex quantitate pensionis non videtur locatum dictũ nemus. Præterea istam dubitationem decidit text. elegans in l.sicut.§.superuacuum.ff.quib. mo.pign. vel hypo.sol. vbi non iudicatur res vendita, cum reperiatur in posse ipsius venditoris. Ita dicamus in casu nostro, vt non videatur locata, cum reperiatur in posse ipsius commendatarij. ¶ Nec obst. si quispiam diceret, quòd domin. commendatarius est vsus possessione nemoris precario noĩe ipsius conductoris: quia non solum istud nemus videtur esse in possessione cõmendatarij, sed etiam collegit fructus, faciendo incidi ligna ex eo, & etiam quia precarium nõ præsumitur, nisi probetur, ideo iure suo proprio vsus est nemore do.commendatarius; quia illud non locauit, vt ex prædictis apparet: vnde non est credendum, ꝙ ius suum ita reliquerit, & proiecerit ille conductor, ar.l.cũ de indebito.ff.de prob. ¶ Nec etiam obstat, si dicatur, ꝙ do.commendatarius vsus fuerit dicto nemore iure familiaritatis, ar. eius quod habetur in l.1.& 2.C. de repu.hære. quia nulla familiaritas erat circa hoc, inter do. commendatarium & illos conductores iuris superioritatis, ex eo quia do.commendatarius non est tyrannus, nec imperator eorum, quæ aliena sunt, imo dictum nemus faciebat suũ, donando lignamina suis amicis, ideo potius est præsumẽdum, ꝙ vtendo iure suo faciebat, & non aliter, ar.l.ex imperfecto.C.de testa. l.digna vox.C. de legib.& l.in testamẽto. C.de testa. milita.& l.non puto.ff.de iure fis.ergo ista subterfugia non impediunt, ꝙ videatur, ꝙ dictum nemus non fuerit comprehensum in d.locatione: & sic est casus omissus de dicto nemore, & per consequens remansit in possessione dicti do.commendatarij: licet ergo dicat in dicto instrumento, de quibuscunque nemoribus; nõ tamen venit nemus istud, cum do.commendatarius videatur illud sibi reseruasse. Præterea dicitur in dicto instrumento locationis, ꝙ de

ꝙ de omnibus & quibuscunque nemoribus prædictæ præpositurę possint disponere &c. indubitanter non venit dictũ nemus ab opere; qa est casus omissus. Item posset responderi ad illam clausulam ita generalem, ꝙ est illi clausulæ ita generali derogatũ per illam clausulam specialem, in qua dicitur, ꝙ nõ possunt dicti cõductores amputare lignamina, quę haberent in terris dictæ præposituræ, & ea poneret in opere dictorum ędificiorum: & sic apparet derogatum esse illi clausulæ, ita generali. Species enim derogat generi. ca. j. de rescrip. l. sanctio legum. ff. de pę. cap. generi per speciem. de reg. iur. lib. 6. & quod voluit Bart. in l. sed & posteriores. ff. de legi. cũ ergo excepto opere ædificiorum non possunt dicti conductores apponere manus ad lignamina ab opere, & per consequens non obstat clausula illa ita generalis: & per ista posset etiam responderi glo. clem. j. de iudi. vt intelligatur, nisi per aliquam clausulam specialem appareret derogatum etiam quoad speciem illi clausulæ generali. ¶ Et si quispiam dixerit, ꝙ in dicto instrumento dicitur, prout eis videbitur, & placuerit. & hoc remissum fuit eorum conscientiæ: Ad hoc respondeo dupliciter: primò, ꝙ intelligitur & restringitur quoad alia lignamina quàm ad lignamina ab opere; quia quoad lignamina ab opere nullam habent potestatem incidendi, aut secandi, vt est dictum. ideo illa verba, prout eis videbitur & placuerit, onerando suam conscientiam, non extenduntur ad lignamina ab opere: quia recipiunt limitationem per clausulam sequentem: & ideo limitata causa limitatum parit effectum. l. in agris. ff. de acq. rerum do. & sic non obstant illa verba, conscientiam eorum onerando. licet gl. quæ reputatur sing. in cap. statutum. §. assessorem. de rescript. lib. 6.
7 dicat † ꝙ non potest appellari ab eo, quod quis iudicauit secundùm suam conscientiam; tamen dico, ꝙ conscientia est & esse debet cum iudicio discretionis, ita dixit tex. valde sing. in cap. 2. de regu. lib. 6. in versic. dummodo non desit iudicium discretionis; quia nõ debet carere iudicio discretionis: quinimo
8 plus dico, ꝙ † conscientia est triplex: vna est ligata rebus visis, est alia conscientia rationibus legum, & alia conscientia motiua adhęrens quibusdam imaginibus intellectus: ista nõ obligat animam nostrã; quia non est conscientia compulsiua, & arctatiua: & ita dixit Bald. in l. 2. ff. de pęna iudic. qui malè iudi. Et adduco, quod habetur in capitulo, qualiter. el 2. de accus. vbi iudex debet informare suam conscientiam secundum iura. & ideo dixit idem Bal. in l. hac lege. C. de sent. ex breui. recit. ꝙ in iudice debent adesse duo sales sal conscientiæ, & sal scientię: & quia in iudice debet esse sal iustitię, & scientię, est insipida illa sua conscientia, si in eo est sal conscientiæ & non scientiæ. ad hoc allegat. cap. cum æterni. de re iudi. lib. 6. ego allego. capit. cum contingat. de rescript. & capitu. cum R. canonicus. de offic. deleg. & quod voluit Lud. Ro. cons. 425. & adduco etiam, quod voluit Bal. in l. j. de iusti. & iu. vbi dicit, ꝙ scientia est propriè verorum; conscientia est infallibilis notitia veritatis. l. scire leges. ff. de legi. sed opi. non est propriè conscientia; quia non est cum scientia, ex quo dubitat, non dicitur habere conscientiam formatam; quia dubitatio est ęqualitas contrariarum rationum. & adduco, quod voluit glos. in cle. j. de iurepatro. quæ voluit, ꝙ licet quis iudicauerit secundùm conscientiam & malè, licet glo. in d. capit. statutum. §. assessorem. dixerit, ꝙ non possit appel-
9 lari; tamen glos. in d. clemen. j. dixit † ꝙ poterit haberi recursus ad superiorem ad corrigendum illud, quod malè iudicauit secundùm suam cõscientiam. & ita dixit do. Dominicus fuisse seruatum de facto. Modò in proposito nostro est ponderandũm: quia in isto instrumento sunt apposita verba geminata sapiẽtia arbitrium boni viri: quia fuit dictum,
10 prout eis videbit, & placuerit, quo casu magis † important arbitrium boni viri per illam geminationem. & ideo dixit Bald. in auth. sed cum testator. C. ad legem falc. ꝙ si testator dixit in suo testamento volo, ꝙ legata integra & plena soluantur, ꝙ tũc habetur perinde, acsi expressè prohibuisset falcidiam. facit simile, quod habetur in cle. j. de pęn. in versic. sufficienter & idoneè. & quod voluit Ioan. de Imol. in consi. suo 145. de eo qui promisit soluere & satisfacere. & quod voluit Lud. Rom. in consi. 154. incip. si volumus. vbi ponit, quando accumulant ista duo verba in compromisso, videbitur & placuerit, quæ ambo important arbitrium boni viri, de vno habetur in l. fideicommissaria libertas. ff. de fideicomm. lib. de altero habetur in l. Thais ancilla. §. sororem. eo. tit. ergo non potuerunt isti cõductores extendere arbitrium boni viri, & destruere illud nemus per quinquaginta annos secãdo lignamina, quæ ad annos quinquaginta nõ reficientur, & illa duo verba refrenant & restringunt illud, conscientia eorum: quia eorum conscientia non debet excedere arbitrium boni viri: debet ergo regulari iudicio discreti viri. vnde lædendo istud nemus in magna lęsione, videntur versati in dolo, istud decidit Bald. bellissimè in capit. j. §. sacramenta. de pa. iur. fir. in vsib. feu.
11 vbi dicit, † ꝙ ex enormi lęsione præsumitur minor dolosè inductus ad refutandum, & ad hoc allegat Bart. in l. fin. ff. de pręt. stip. vbi dixit, ꝙ ex enormi lęsione præsumitur arbitrator versatus in dolo, quinimo plus dico, ꝙ licet Bal. in l. j. C. de reb. cred. & iureiur. conatus sit reducere ad concordiam illas glo. in cap. statutum. §. assessorem. & in d. clem. j. de iurepatro. distinguendo aut arbitrans pro sua conscientia lęsit in modico, & tunc procedat gl. in d. §. assessorem. aut læsit in magno, & procedat, quod habetur in d. cle. j. quia dico, ꝙ etiam si lęsit in modico, & fuit in dolo, ꝙ non procedat illa concordia; qa conscientia non debet carere iudicio discretionis, vt dictum est. Tum quia conscientia debet esse ratione legis informata, vt est dictum: & in omni dispositione etiam in modico videt̃ exclusus dolus: vt est tex. in l. creditor. §. Lucius. ff. manda. ergo isti locatores dolosè versati fuerunt circa incisionem nemoris: & maximè in rebus ecclesiæ, quo casu apud tribunal magni iudicis iudicabuntur vt homicidæ, vt bellissimè dixit tex. in cap. qui Christi pecunias aufert. 12. q. j. Et ex istis elicitur vera & indubitata cõclusio, ꝙ in instrumento locationis non cõprehenditur istud nemus ab opere. ¶ Capio modò secundum huius consultationis articulum, videlicet dato nõ tamen concesso, ꝙ dictum nemus videatur inclusum in dicta locatione; tñ possit dictis conductoribus auferri, ex eo quia malè & pessimè versati sunt in eo. Et mihi videtur de iure aperto dicendum ꝙ sic; nam si de quo minus videtur inesse, & inest, ergo fortius, de quo magis. auth. multo magis. C. de sacrosan. eccl. c. non extimemus. 13. q. 2. cap. cum in cunctis. de elec. dicitur in primo Posteriorũ, propter vnumquodq; & illud magis, sed minus videtur inesse, ꝙ quis remoueatur, quando malè tractat officium, ad quod deputatus est, ergo multo fortius remouebit, quando malè tractat fundum, possessiones & similia; qa mala versatio in similibus est annis multis damnũ paritura: assumptũ probatur in l. eum qui res agit.
12 C. de procu. † vbi iudex ex suo officio remouet procuratorem negligentem circa negotium dñi. & eo. modo dicit Bal. ꝙ iudex ex suo officio exequẽdi executorem negligentẽ. & probatur ex eleganti tex. l. si

vero

verò non remunerandi.§.Maurus.ff.man. & in l.fi. C.de admin.tuto. & l.fin. vbi pupill.educ. deb.& in l.nec enim.§.fina.ff. de suspectis tut. Simile dicimus in l.2.§. dominorum. ff.de his qui sunt sui vel alie. iur.vbi do. propter nimiam sæuitiam priuatur dominio sui serui, ergo multofortius conductor malè tractans rem conductam priuabitur commodo rei, cuius non habet dominium,arg.auct.multo magis. & ibi dixit Bartol. per illum text. priuatur Potestas officio Potestariæ, si malè tractat officium illud. & ego vidi aliàs hic Bononiæ priuari ab officio Potestatis quendam malè versatū in officio Potestariæ. Et facit, quod pulchrè voluit Innocen. in capit.nisi cum pridem.§.pro graui. de renun.vbi dicit, ꝙ licet regula sit, ꝙ nemo cogitur renuntiare suo officio; tamen propter nimiā seueritatem cogitur quis renūtiare suo episcopatui. Et adduco casum in l.ede.
13 C.locati.& in cap.propter sterilitatem.eo.titu.† vbi licet conductor infra tempus condictionis non possit expelli a domo conducta, vel fundo, & similibus rebus; tamen non extenditur ad casum, quo conductor malè versatur in re cōducta. Et adduco aut.qui rem. C.de sacrosan. eccl. vbi licet emphyteuta non possit repelli durante tempore suæ conductionis; tamen eo casu, quo malè tractat rem emphyteuticam, repelli poterit. Et adduco, quod sapienter voluit Bald.in l.diuortio.§.si fundum.ff.solu.matr.vbi
14 refert se in contingentia facti consuluisse † quòd si propter incisionem arborum fundus factus est deterior, ꝙ emphyteuta cadit a iure emphyteutico. Ad hoc allegat d.authē.qui rem. nec in casu nostro est disputandum, si illud dictum Bald.procedat duntaxat in emphyteusi ecclesiæ, an etiam in emphyteusi seculari: quia cum simus in nemore ecclesiæ, vendicat sibi locum, authen.qui rem. ergo sequitur, ꝙ multo fortius habebit locum in simplici conductore medij temporis, vt est casus. ¶Cum ergo in puncto præsupponitur, quòd pessimè fuerunt versati dicti conductores circa illud nemus deteriorando illud.ergo sequitur, ꝙ poterunt isti conductores priuari. Et adduco.c.j.§.quicunque.in tit.de pace tenē. vbi dr, ꝙ vasallus malè tractans feudum priuatur feudo, ergo fortius conductor priuabitur re conducta. Et adduco simile, quod habetur in l.fin.ff.si quis a paren. fue. ma. vbi pater male tractans filium cogitur illum emancipare. Et adduco, quod habetur in l.si cōuenerit.ff.pro socio. vbi si socius est rixosus, finitur societas ante tempus durationis. Et ad prædicta adduco, quod habetur in cap.literas. de restit.
15 spol. vbi probatur † ꝙ per sęuitiam viri malè tractātis vxorem fit separatio habitationis & thori inter virum & vxorem. facit l.Caio.§.imperator.ff.de ali. & cibar. legat. simile dicimus in collectario malè tractante ecclesiam, vt priuetur ab officio collectandi: vt in cap.ea quæ.de censibus. Facit, quod voluit Bartol.in l.si tutor.ff.de aut.tut. & quod habetur in cap.ex transmissa.de restitu.spo. & per consequens, stat conclusio vera, istos conductores posse priuari dicto nemore vt malè versantes in eo: & procedant ista eo casu, quo comprehenderetur in locatione. Sed, vt superius ad oculum demonstraui, non fuit locatum, imo fuit reseruatum domino commēdatario, quo casu non est necessaria hæc disputatio. ¶Sed circa hūc articulum opportunè se offert elegans dubitatio, videlicet vtrū ex eo; quia malè sunt versati dicti conductores circa illud nemus, vtrum possunt auferri de eis omnia locata & conducta, & sic recedatur a tota locatione. Et mihi videtur de iure dicendum ꝙ sic. Et adduco celebrem doctrinā Bar.in auth.si quis ruinas.C.de sacros.ecc. vbi dicit, ego ꝓ me & vxore mea accepi emphyteusim, vxor mea non vult ratificare, & sic obuiatur principio acquisitionis.l.dispensatorem.ff.de solu. decidit, ꝙ totum accrescit mihi, arg.l.si absentis. C.si cert.pet. & ff.de admin.tu.l.cum quæritur.Non obstat ratio, ꝙ videntur esse plures emphyteuses: quia hoc negatur, quia per vnitatem & indiuisibilitatem præstationis canonis totus reputatur vnus contractus, allegat.l.si plura. ff.de ędil. edict. & ideo dicitur potius, ꝙ est ius non decrescendi, quàm accrescendi, quod habet locum in ꝯctibus.Pro certo hęc decisio apponit securim ad arborem huius dubitationis; quia clarum est, ꝙ in illo contractu apposita est pluralitas personarum; & tñ vna persona attrahit ad se aliam, ex eo quia vnica est pręstatio canonis, ideo censetur vnicus esse contractus indiuisibilis. eodem modo dicemus in casu nostro, licet plura nemora, plures possessiones, & loca sint locata; tamē omnia clauduntur sub vnica præstatione, quæ est indiuisibilis: ergo cadēs ab vno cadit a reliquis. Et licet Bal. ibi allegat illam.l.si plura. tamen debuit allegare.l. præcedentem, quæ incipit, plerunque. esset enim satis incōmodum ecclesię habere plures cōductores, & separatas solutiones. & per hanc doctrinam deciditur formaliter ista hesitatio. ¶Secundò adduco
16 eundem Bald.in l.ede. C.loca. in versicu. † sed quid si ex pluribus rebus malè versetur in vna. & allegat. l.si plura.ff.de ędil. edict. & vnam meliorauit, & alteram deteriorauit, fit compensatio. ad hoc allegat Nicol.de Mat.Si quæratur, quomodo fit distinctio in redhibitoria. Respondeo, si sunt aliqua ita adinuicem coniuncta ratione affectionis, vel ratione pietatis, tunc si redhibitio principiatur in vno, tūc omnia redhibentur: istud decidit hanc dubitationem: quia cum in vno & eodem instrumento sint locatæ istæ possessiones & nemora, sequitur, ꝙ indiuisibiliter malè versando in vna re expellet ab omnibus. Tertiò adduco decisionem in indiuiduo. in l.cùm eiusdē.ff.de ędil.edic.vbi datur mirabilis distinctio, an pretium sit vnum an plura, & vbi plura, an in singulos fines, an eundem finem, & ꝙ in indiuiduis, vel quasi indiuiduis ratione partis totū vitiatur. & sub-
17 dit ibi do.Bald. † ꝙ si quis est emphyteuta plurium rerum ex vno contractu, & in vna re malè versetur, ꝙ cadit ab omnibus; quia vna est emphyteusis: ad hoc allegant illam. l.Richar. Malū. & Old. ita dicit ibi Bald. in suis recollectis: quia ad.ff. vetus ipse fecit tres lecturas, videlicet apostillas, recollectas, & lecturam, quæ communiter reperiunt, & omnes tres sunt magna volumina. ¶Cùm ergo in casu nostro plures res fuerint locatæ in eodem cōtractu, & vnica pensione, & ad vnum finem, sequitur, quòd malè vtendo vna re, cadit ab omnibus; quia vnica censetur, ex quo vnico pretio, seu vnica pensione clauditur. Et licet do. aduocatus dubitauerit de hoc; tamē res est sine dubitatione. facit, quod voluit idem Bal. in d.l.cum eiusdem.vbi dicit no.distinctionem.& d.
18 l.si plura.eo.tit. † & ꝙ pluralitas constituti pretij facit censeri plures vēditiones, ꝙ dicit esse no. pro statuto dicente, ꝙ pro quolibet contractu soluatur gabella, & aliquis vendit plures res, & pro qualibet cōstituit certum pretium, quod debēt solui plures gabellæ, quasi sint plures contractus, arg.l.scire debemus.ff.de verb.obl.per quam quot sunt res, tot sunt stipulationes, & dicit habere locum in alijs contractibus, ꝙ dicit procedere, quando res non venduntur vno pretio, sed diuersis pretijs. ¶Cùm ergo in casu nostro vnica pensione sint locatæ omnes possessiones, sequitur, quòd vnicus censetur esse contractus: & adduco, quod voluit dom. Abba.in suis apost.vbi dicit ar.ꝙ si emphyteuta plurium rerum vna re malè vtatur, cadit ab omnibus; cùm vna sit emphy-

emphyteusis, secundum Ricar. & Oldr. & etiam dicit esse arg. ꝙ totus contractus præsumitur esse limitatus si venditor post contractum reperitur possidere vnam rem de pluribus vno pretio emptis: quia non potest vnus contractus pro parte valere, & pro parte non. l. si non sortem. §. si centum. ff. de condic. inde. ergo totus non valet: quia in separabilibus vtile vitiatur per inutile. ecce nūc qualiter hi celebres in iure viri decidunt hanc dubitationē in terminis. & adduco, quod voluit Angel. in d. l. cum eiusdem. vbi dicit, ꝙ nō debemus attendere, an pro qualibet re vendita sit certum pretium constitutum: quia tunc censentur esse plures contractus, & plures gabellæ soluentur. secus dicit, si vno pretio venderent plures res, & ideo dicit, si fuit promissa certa quantitas pro dote, & deinde pro pecunia illa dantur insolutum plures res immobiles, ꝙ cum non reperiatur diuersitas super constitutione pretij, ꝙ censetur vnicus cōtractus. & sic euidenter decidit hanc quęstionem, vt censeatur vnica locatio & vnicum contractus indiuisibilis, quo casu succedat illa regula, quæ habetur in cap. consideret. de pœni. dist. 5. & in cap. quæ episcopus. 37. dist. vbi dicitur, ꝙ reus in vno censetur factus reus in omnibus. & ideo conductor iste factus reus in vna ex rebus locatis, videtur factus reus in omnibus alijs: & iuxta illud poeticum. Fel modicum totum mel amaricat: vnica menda totalem formam deformat, scripsit Cicero in suis paradoxis, ꝙ ita quis incidit lignum per vnum palmitē, sicut per decem: ita nauis submergitur per vnum foramen. sicut per decem. Ita videtur dicendum in istis locatoribus, vt facti rei in vna ex rebus locatis, videantur facti rei in omnibus. & adduco, quod voluit idem Ang. in d. l. cum plures. ff. de euic. vbi dicit
19 † ꝙ in eodem instrumento possunt contineri plures obligationes diuersarum rerum, & dicitur vnicum instrumentum. allegat ad hoc d. l. cū eiusdem. duabus legibus sequentibus. & inducit ad quæstionem statuti disponentis, ꝙ de singulis instrumentis soluatur gabella, modò celebratur quoddam instrumentum cōtinens plures obligationes diuersarum rerum, an debeat solui vnica gabella, vt pro vnico instrumento, & decidit ꝙ sic. & sic Ang. videtur decidere casum nostrum: ꝙ licet fuerint locatæ plures res, & nemora pręfatæ præpositurę; tamen fuerunt locatæ tanquam vnum corpus, & vnico instrumento, & vnica pensione: ergo est contractus indiuisibilis, & per consequens tangendo vnam rem de illis locatis, videntur tactæ omnes, & malè vtendo vna de illis rebus locatis, videtur qs malè vti omnibus, argum. l. vulg. ff. de fur. & de pęn. dist. j. vulgaris. ergo respectu vnius auferuntur omnes. Et adduco simile, quod habetur in l. si communem. ff. quemad. ser. amit. vbi si minor & maior coniunctim habent seruitutem, ꝙ maior cōsequitur ratione illius coniunctionis priuilegiū illius minoris. per illam l. ad hoc
20 valde sing. & per illam l. sing. dixit Bartol. † ꝙ si clericus & laicus habent rationem communiter, ꝙ si respectu illius rei moueatur iudicium, dicit, ꝙ mouebitur coram iudice ecclesiastico: quia ratione clerici coniuncti consequetur laicus illud, quod per se solùm consequi non posset. ita singu. dixit Bartol. in l. præcipimus. ad fi. C. de appell. Ita dicamus in proposito nostro, vt ratione coniunctionis res non malè tractatæ, sortiantur effectum rei malæ tractatæ. Et ad hoc adduco glo. valde sin. in l. fin. C. de mu. &
21 ho. non continu. libr. 10. quæ voluit † ꝙ si sunt duo socij omnium bonorum, & vnus est exemptus, ꝙ non exemptus gaudebit priuilegio exemptionis pp immixtionem socij. Et adduco, quod singul. voluit domin. Cardin. in cap. Ioannes. de testam. vbi dicit, ꝙ si clericus & laicus sunt executores vnius testamēti, ꝙ ratione illius mixturæ conueniantur ambo coram episcopo: ecce nunc qualiter ratione admixti socij quis consequitur priuilegium alterius, licet alter nullum habeat priuilegium. Et adduco ad hoc, quod nota. in capit. j. de præscrip. & quod voluit ibi D. Abb. vbi dicit, sede vacante non currit præscript. pone modò, ꝙ episcopus & capit. habent rem communem, & vacat sedes episcopalis, vtrum currat pręscrip. quoad cap. cum quoad cap. non sit dare vacationem, dicit singulariter, ꝙ non currit præscriptio ratione illius mixturæ. Et adduco, quod singulariter voluit Bald. in l. imperator. ff. de sta. hom. vbi dicit, duo notarij sunt rogati de eodem instrumento, & vnus est deploratę opi. & alter est probatę opi. decidit, ꝙ instrumentum sustentabitur ratione habilis notarij: & mouetur ad sic dicendum per id, qđ habetur in text. valde sing. in l. si quis ex argentarijs. §. sin autem omnes. ff. de eden. facit, quod ibi voluit Ange. & idem Ange. in consi. 1. Et adduco tex. valde sing. secundum Barto. post Dyn. in l. si is qui duos. ff.
22 de libe. leg. per quem tex. datur cautela, † vt spurius succedat patri suo in dimidia bonorum, contrahendo societatem omnium bonorum cum alio habili, & pater instituit illum socium: quia tunc communicabit dimidiam bonorū illi bastardo. voluit Bald. & Sal. in l. 2. C. pro socio. Et adduco sing. text. in cap. cum dilectus. de iurepatro. & quod voluit do. Abb.
23 in cap. fin. eo. tit. vbi dixit † ꝙ licet legatus de latere possit conferre beneficium patroni ecclesiastici; tñ si ecclesiasticus habet iuspatronatus ecclesiæ commune cum laico, nō poterit legatus de latere illud conferre. allegat ad hoc consilium Feder. de Se. 63. Ita dicamus in proposito nostro. Et adduco, quod sing. voluit Bald. in capitu. j. in titul. quibus mo. feu. amit. vbi dicit, duo fratres habent feudum commune indiuisibile, requisiti a domino vt eū adiuuarent in bello vnus eorum viriliter dominū feudi defendit, alter vero aufugit: decidit, ꝙ non aufertur feudum fratri contumaci; quia ratione adiuncti consequitur illud, quod ipse non consequeretur. & idē ibi dicit, ciuitas Perusina diuiditur in nobiles & populares, & habent feudum commune & indiuisibile: nobiles commiserunt feloniam contra do. feudi, decidit, ꝙ feudum non est apertum domino, ratione coniunctionis popularium, qui non deliquerunt. Et adduco, quod habetur in cle. si religiosus. de procur. vbi religiosus potest esse procurator pro consorte ei usdem litis, & ibi do. Pet. de Ancha. allegat. d. l. si is qui duos. Et adduco, quod voluit dom. Card. in d. capit. coram. de offic. deleg. vbi dicit, ꝙ si iurisdictio incipiat coram vno ex delegatis, videtur perpetuata cum alio collega, & sic ratione adiuncti quis consequitur illud, quod per se consequeretur. Et adduco, quod voluit Ioan. de Imo. in cap. fina. de post. vbi dicit, ꝙ licet sacerdos non possit postulare nisi pro sua ecclesia; tñ poterit postulare pro alio, si causa ecclesiæ est commixta cum alio. Et adduco. cap. ex parte decani. de rescrip. vbi ad prædicta text. valde sing. & quod voluit ibi dom. Abb. Et adduco, quod voluit do. Petr. de Ancha. in cap. 2. de iudi. vbi dicit per illum text. ꝙ licet Iudeus non possit habere Christianum mancipium, tamen potest habere fundum, in quo sunt coloni adscriptitij Christiani, & illud contingit ratione adiuncti. Et adduco, quod voluit dom. Abb. in cap. significasti. de foro compe. & Bal. in l. pręscriptione. C. si contra ius vel vtil. pub. Lud. Ro. in suis consilijs, consi. 193. vbi multum eleganter in hac materia loquuntur. Et adduco, quod voluit Bald. in l. imperialem. §. pręterea ducatus. de prohib. alie. feu. per Fed. vbi loquitur de duobus fratribus

tribus habentibus feudum cõmune,& indiuisibile, & vnus commisit feloniam contra do.feud. & alter non, ꝙ tali casu dñs non confiscabit feudũ.& sic ratione adiuncti quis consequitur illud, qđ aliàs non consequeretur. Et adduco ad propositum doctrinã accommodatissimam Barto.in l.j.§.si quis.ff.de appel.vbi dicit, laicus & clericus ferunt sententiam, a qua appellatur,dubitat, an appellabit ad superiorẽ laici, an ad superiorem clerici, optimè facit d.l.fin. communem. Et adduco, quod sapienter voluit do. Abb.in cap.verum.de foro compe. vbi dicit, pone, ꝙ feudum erat commune episcopo,& capit.& episcopus commisit feloniam contra do.feuda. vtrum sit aperta via domino ad confiscandum feudum, & decidit ꝙ non: propter coniunctionem capitu.non delinquentis, & mouetur ad sic dicendum per cap. cum venissent.de institu.Et adduco,quod sapienter voluit do.Pet.de Ancha.in cap.super eo. de test.vbi
24 dicit † vbicunque commodum est inseparabile, tũc testis domesticus potest testificari pro domestico,ꝙ est mirabile ad limitandum.l.etiam.C.de testi.ꝙ dicit esse nouum dictum : & sic sequitur, ꝙ quis consequitur ratione inseparabilitatis & coniunctionis illud,quod regulariter consequi non posset. Et etiã adduco, quod voluit Salyc.in auth.hoc locum.C.si mulier secundò nup.in versi.iuxta prædicta quæro. vbi ad prędicta multum egregiè loquitur.& iudicio meo ista omnia ad hoc propositum excedunt vires humani ingenij : laudetur deus. ¶Modò ista apponunt gladium ad radicem huius consultationis: qa licet dicti conductores fuerint malè versati circa istud nemus , & non circa aliàs possessiones conductas,nihilominus ex quo est vnus contractus,& vnicum instrumentum, & vnica pensio annuatim soluenda , videtur vnica locatio indiuisibilis , & excessus circa vnã rem, vel malus tractatus in vna re maculat, & inficit alias res , & videntur facti rei in omnibus rebus conductis : & ideo poterit in totum recedi a dicto instrumento locationis, aut auferri in totum , quicquid continetur in instrumento locationis prædictæ. & sic stamus in illa conclusione, ꝙ fel modicum totum mel amaricat, vnica menda totalem faciem deformat.Et sic in totum auferri possunt dictæ res locatæ dictis conductoribus. ¶Capio modò tertiam dubitationem,videlicet, vtrum dato sine præiudicio veritatis, ꝙ intelligatur inclusum dictum nemus, nec potuerit eis conductoribus auferri ex illa causa,an dicti emptores teneantur stare illi locationi habenti illam hypothecam bonorum præpositurę. Et iudicio meo non esset opus insistere circa hãc dubitationem : quia cũ dictum nemus non fuerit locatum , non obstat dicta hypotheca. Item cũ malè fuerint versati dicti conductores circa dictum nemus , non possunt prætendere aliquam hypothecam : quia priuandi sunt rebus locatis & cõductis,vt est superius dictum.Sed videamus quid iuris,si possint dicti conductores munire se, vt nõ teneantur stare successori, & sic emptor teneatur stare locationi prius factæ. Et adducitur,ꝙ quoties colonus habet ius in re, tunc successor tenetur stare locationi pcedenti.l.1.§.j.ff.de superfic. l.1.& ff.si ager
25 vectig. † & per hoc datur optima cautela, vt conducens rem aliquam pro obseruantia contractus recipiat obligationem omnium bonorum ipsius locatoris:quia tunc cum habeat ius in re locata pro obseruantia contractus , non potest expelli per successorem etiam singularem, quod est auditu & recitatione dignum:vt voluit Bartol.in l.j.§.quod ait prætor.ff. de superfici. dicens se ita consuluisse pluries. & idem voluit in l.si filio.§.si vir.ff. solut. matr. & in l.emptorẽ.C.loca.dicens se de facto ita consuluisse,

& obtinuisse. Et idem dixit in l.qui fundũm. ff.loca. & idem voluit Ang.in l.j.§.qui superficiem. ff.de superfi.& idem voluit Bald.in l.nihil.§.seruus. ff.de lega.j.& in d.l. emptorem. & ibi dicit Bald. ꝙ cautela est,ꝙ apponatur in instrumento,ꝙ ex nũc colonus, vel inquilinus detinebit dictam rem iure pignoris, vel hypothecæ,pro obligatione prædicta:nã ex eo ꝙ tenet solum iure conductionis, potest expelli vt ibi. & in d.l.emptorem . ideo consilium est secundùm eum,ꝙ ponatur in instrumento, ꝙ ex nũc colonus, vel inquilinus detinebit dictam rem iure pignoris vel hypothecæ.& idem voluit dom. Abb.in cap.fin. ne præla.vic.suas.& plus dixit Sal.in d.l.emptorem. se multoties dixisse dictum Bartoli procedere , si colonus vellet retinere iure pignoris , donec ei soluatur interesse, vel pœna : quia tunc poterit postea expelli: quia ad illud non fuit apposita dicta clausula, nisi gratia facilioris exactionis pœnę, vel interesse.& subdit Saly.ꝙ ita intelligit Barto.illud suum dictum in d.l.emptorem . Cum ergo in casu nostro procurator domi. Cardin. obligauerit omnia bona dictæ præpositurę, sequitur, ꝙ dicti emptores tenent stare colonis seu conductoribus,qui potuerunt retinere dictũ nemus iure pignoris vel hypothecæ , donec soluat eis interesse,& damnũ, vt dixit sapienter Sal. ¶Et si quispiam opponat,ꝙ non potuit facere obligationem generalem bonorum dictæ præpositurę dictus dominus commendatarius , vel alius procurator. Respondeo, ꝙ imo potuit. Et ad hoc adduco tex.in capit.nulli.de reb.eccles.non alie.vbi videtur prohiberi specialis hypotheca rei ecclesiasticæ,ergo sequitur, ꝙ generalis obligatio videtur permissa. & idem habetur in auth. de non alie.§. nos igitur. vbi prohibetur specialis obligatio rei ecclesiasticę,ergo sequitur, ꝙ a contrario sensu generalis videtur permissa:quia est validum in iure argum. a sensu contrario.l.qui testamento.§.mulier. ff.de testamen.l.j. §.huius rei.arg.ff.de officio eius. Et facit ad hoc l.fi. C.quæ res pign. vel hypo.obliga.poss. & istud voluit Egidius in d.capit.nulli.& est ratio secundùm eum; quia est parui præiudicij: vt in d.l.fi.qui etiam dicebat, quòd specialis & generalis obligatio pro vtilitate ecclesiæ est permissa.& etiam dicit Egidius ibi, ꝙ generalis hypotheca poterit fieri per prælatum pro vtilitate ecclesiæ sine auctoritate episcopi.& ad hoc allegat.l.fina.C.de his qui ve.eta.impetra.& idẽ voluit Hostien.in dicto.capit.nulli.ergo sequitur in casu nostro,quòd sic potuit ille procurator domini commendatarij de mandato ipsius facere dictam obligationem generalem : & per consequens videtur habere hypothecam in dicto nemore , vt illud non teneatur dimittere, donec sibi soluatur pœna, aut interesse , vel secundùm quòd dicunt scribẽtes, remanebit in conductione, donec finiatur tempus conductionis. ¶Sed licet ista sint colorata ; tamen casum nostrum non attingũt ideo illis non obstantibus contrarium puto esse de iure verius,& præmitto pro decisione indubitata huius hæsitationis † ꝙ 26
obligatio generalis rei ecclesiasticæ non potest fieri per prelatũ sine auctoritate sui episcopi . & ad hoc, quod habetur in auth. de alie. & emphyt. §.si verò; vbi videtur prohibita obligatio rei ecclesiasticæ et generalis sine auctoritate episcopi. nec d.l.penu.C. de his qui ve.ęta.impetra.probat dictum Hostien.si bene ponderetur.Nec obstat d.l.fin.C. quę res pign. quia licet censeatur modici præiudicij quoad hoc, vt in generali obligatione nõ veniant postea etiam quæsita,eo casu quo licitè fit ipsa generalis obligatio;tamen videtur, ꝙ sit satis præiudicialis ecclesiæ obligari etiam per generalem obligationem ; quia poterit ab ea auocari sicut per specialem obligationem,

nem, facit l. si cum venditor. ff. de euic. & licet dom. Ant. loquatur per verbũ fore, tenendo contra Host.
27 in d. ca. nulli. tñ non est admiratione dignum, † quia fuit mos nostrorum maiorum rñdere de iure per verbum forte: vt voluit gl. in l. si duo. ff. de arbi. quę dicit, ꝙ sub dubio forte respondent sępe periti, glo. in l. mutus. ff. de procurat. & in l. j. §. fi. ff. de fer. & in l. j. §. j. ff. de rei vendica. gl. in c. 2. de testa. & in Euangelio, si me cognouissetis, forsitan & patrem meũ cognouissetis. gl. in c. accedens. el 1. vt lit. nõ cõtest. & ibi do. Card. l. in substitutione. ff. de vulg. & pupil. & ibi Ang. c. significasti. de foro compet. & ibi dom. Cardin. c. tuæ. de procur. c. finem litibus. de dolo & contum. c. super literis. de rescrip. l. Gallus. §. forsitã. ff. de lib. & posth. & hanc partem firmat Io. de Imo. in d. c. nulli. & facit ratio habens neruũ: qa ita operatur dispositio generalis sicut & specialis: vt l. oẽs. C. de quadr. pręscr. & maximè in casu nostro: qa per illam obligationem ita generalem vr̃ obligasse in specie dictas res conductas: ergo perinde habetur, acsi specialiter bona ipsa locata obligasset, ꝙ fieri non potuit sine licentia superioris. Vnde vr̃ acquisiuisse ius in dictis rebus, quo casu fieri non potuit; qa requiritur in tali acquisitione iusta causa obligãdi, & solennitas canonica: vt probatur. in c. tua. de his quæ fiunt a præla. & voluit glo. in cap. 2. de in integ. restit. probatur in c. 1. & 2. de rebus ecclesi. non alie. li. 6. vbi dicitur in forma & casibus a iure permissis,
28 † vbi qñ transfertur ius in re ecclesiastica in alium, requiruntur duo, solennitas canonica, & iusta causa transferendi: cum ergo in casu isto transferat̃ ius pignoris & hypothecæ in ipsum conductorẽ in rebus sibi locatis, sequitur, ꝙ debuit interuenire auctoritas superioris in ista obligatione, quam conductor acquirit. facit, quod voluit Bar. in l. si creditor. §. fi. ff. de distr. pig. ¶ Præterea licet do. Abb. in d. c. nõnulli. colligat, ꝙ generaliter potest prelatus obligare res ecclesiæ, sine licẽtia episcopi: tñ illud colligit a contrario sensu illius literæ, quo casu † non valet argu.
29 illud, vbi resultat contrarius iuri intellectus: vt voluit glo. in c. nullus. de foro cõpet. & in l. 2. C. de condi. insert. & no. in l. conuenticulã. C. de episc. & cleri. & in capit. cum apostolica. de his quæ fiunt a præla. ergo cessabit illud arg. in d. cap. nulli. Idem do. Abb. illud colligit ibi in discursu legendi, nec examinat: nec facit mentionem de do. Ant. tenente ibi cõtrarium. & sic sine examinatione transiuit. Item Bar. in dictis locis non loquitur in prælato ecclesiæ locante res ecclesiæ, qui non potest transferre ius in aliũ in re ecclesiæ sine solennitate canonica: vt in c. sine exceptione. 12. q. 2. & d. c. tua. & licet glo. in summa. & in d. c. sine exceptione. 12. q. 2. aliter dixerunt; tñ illæ glo. cõiter damnantur: & contrarium tenuit gl. Bernar. in d. cap. 2. de in integ. restitu. & glo. Arch. & Ioan. And. in dicto c. 1. & 2. de rebus eccles. non alie. lib. 6. & probatur in d. cap. tua. de his quæ fi. a prela. & per dominum Ant. in d. cap. 2. & sic limitatur illa doctrina Bart. in dictis locis. & licet d. c. nulli. dicat, specialis hypothecæ, nõ dixit hoc seriosè: sed denotauit quandam facti frequentiam: quia frequentabatur specialis hypotheca rerum ecclesiæ: ideo potius expressit de speciali: sed idem expressisset de generali hypotheca, si fuisset interrogatus iurislator. facit glo. quæ reputatur sing. in cle. j. de rescript. quę dicit, ꝙ ideo expressit de prælatis religiosis; qa erat magis frequentatum; tñ idem erit in prelatis secularibus. facit glo. l. tale pactum. §. fi. ff. de pactis. & gl. in cap. 2. de confess. lib. 6. facit glo. in ca. diaconi. 27. dist. & glo. in l. 1. C. de his qui ad eccle. confu. & glo. in auth. cassa, & irrita. C. de sacrosanctis eccl. & glo. in c. vnico. de re. permu. lib. 6. & ideo dixit do. Card. in c. abbatem. de rescrip. factam narrat idem in alijs collatoribus. & idem do. Card. in c. præterea. el 1. de transa. Idem dixit, factum narrat idem in alijs, idem voluit in c. pleriq;. de pac. vbi dicit, ꝙ ideo expressit de regularibus ibi; qa est magis frequentatũ, idem in alijs. ita dicamus in casu. d. c. nulli. ꝙ ideo expressit de speciali hypotheca; quia est magis frequentatum, idem erit in generali, cum eodem modo agatur de præiudicio ecclesiæ in vna sicut in alia, nec do. Card. nec do. Petr. de Anch. faciunt mentionem aliquam in d. c. nulli. de hmõi doctrina. ¶ Præterea refert dñs aduocatus in hac dubitatione cõsuluisse maximos in iure Deos. Lud. de Lambert. in cõsilio incipiente, Omne donum &c. & subscripserunt se illi consilio Egidius de Cani. Saly. Iac. de Fulchis de Florentia, Angel. Perusinus. Franciscus de Rampo. & Gaspar de Cald. & adducunt rationem. videlicet ꝙ in instrumento locationis, partes se obligarunt hincinde, & etiam bona sua pro obseruantia prędictorum, quo casu potest dicere conductor, ego nolo discedere a rebus conductis, donec mihi satisfiat de pęna, vel de interesse meo, cum res mihi obligata sit, vt voluit Bart. in dictis locis. & voluit Ioan. de Imo. in d. l. si filio. §. si vir. vbi dicit, ꝙ potest retinere rem, donec sibi soluat̃ pœna, vel interesse. & voluit Sal. in d. l. emptorẽ. ergo sequitur, ꝙ trãsfertur ius in conductorem in rebus locatoris, sed istud nõ potest facere prælatus in rebus ecclesiæ, vt probatur in d. c. nulli. & in cle. 1. de reb. eccle. non alie. ergo ista generalis hypotheca non tenuit sine licentia superioris: ergo successor non tenet̃ stare huic conductori. & per consequens non obstat doctrina Bartoli in præfatis locis. ¶ Præterea pondero aliud, quod habetur in cap. esto subiectus. 95. distin. commemorat illud elegans Domitij oratoris dicentis, cur ego te habeam in principem, cum tu nõ habeas me in senatorem. & facit, qđ habetur in auth. dos data. C. de dona. ante nupt. vbi Bal. colligit, ꝙ qui non facit, qđ debet, non recipit, quod oportet. l. si non fuerit. ff. de iureiur. & idem Bal. in cap. j. in titu. qualiter d. feudi proprie priuetur. vbi dixit, ꝙ vbi qs agir contra non implementũ ꝯctum, & ipse debeat adimplere aliqd ex parte sua, ꝙ tũc nunquam potest petere pęnam, vel interesse, vel aliud, nisi prius probet ex parte sua se impleuisse contractum. ad hoc allegat l. in testamento. la grande. ff. de condi. & demonst. quam ad hoc dicit esse singu. facit cap. ex eo. & cap. frustra. de regu. iur. lib. 6. facit, quod voluit Innoc. in cap. mandatum. de rescriptis. quem referunt & sequuntur Bald. & Salyc. in l. cum proponas. C. de pactis, vbi in effectu dixit, ꝙ non dicitur scriptũ pro eo, qui venit contra scriptum. facit c. peruenit. de iureiurando, & quod voluit ibi dñs Abba. facit, quod consuluit dñs Ioan. de Imo. in consilio 15. & idem consuluit Lud. Rom. consil. 241. facit, quod habetur in l. cum par. ff. de reg. iur. & in l. qui cum maior. §. libertus. in versic. lacessitus vlcisci voluit. ff. de bon. lib. & quod voluit Bartolus in l. j. §. cum arietas. ff. si quadr. pau. fe. dica. & quod notatur per docẽtes in c. suam. de pę. ¶ Modò in proposito, iste conductor non potest adiuuari ex dicta locatione; ex eo quia illam nõ seruaui; quia malè versatus est nemore illo prępositurę, quo casu cadit ab omnibus rebus locatis, vt ad oculum superius demonstraui. vnde posito, non tñ concesso, ꝙ potuisset fieri ista generalis hypotheca sine licentia superioris per do. commendatarium, tñ ex quo non probat se seruasse locationem sibi factã ex parte sua, sequitur, ꝙ non potest adiuuari ex ea: qa non dicitur pro eo scriptum, qui venit contra scriptum, & secundùm istum modum limitantur dicta per Bartolum in dicta l. emptorem. & in alijs locis

& per consequens dispositio.d.l.ęde.& dicti c.pp ste
rilitatē,loquentes de colono & inquilino malè ver-
santibus in rebus conductis habent locum ēt, q̄n lo
cator obligauit in genere, aut ī specie oīa bona sua.
¶Et si quispiam dixerit,amice,illud,qđ non dixerūt
partes,non dicemus nos:vt l.si seruus. versi.nō dixit
prætor.ff.de acq. hære. vbi casus omissus habet̄ pro
omisso : ergo multo fortius habebitur pro omisso,
q̄n omittitur in contractu ; quia est stricti iuris: vt l.
quicquid adstringendæ. ff.de verb. obli.l.j.§.si is qui
nauem.ff.de exerc. casus enim omissus a paciscente
habetur pro omisso : vt l.si.C. de pact. conuen.ergo
remanebimus in dispositione iuris communis , vt
retineat̄ loco pignoris,vt voluit Bartolus & Baldus
& Salyce. in dicta l.emptorem . Ad ista respondeo.
primò dico illud verum,nisi rōne materiæ subiectę
suppleamus casum omissum; quia materia pręstat
viam interpretandi,vt in clem. exiui.de verbo.sign.
ita singulariter dixit Baldus in l.omnes populi.ff.de
iustit. & iure. in fin.verbis,vbi ita respondet ad d.§.
non dixit prætor.ꝙ est bene no. per l.si extraneus.ff.
de condic.ob causam. Cum ergo in casu isto mate-
ria,in qua sumus,exigat, vt seruet contractum, non
potest adiuuari ex eo. facit l.quæro. §.inter locato-
rem.ff.loca.vbi est casus elegās ad hoc propositum.
Item do aliam respōsionem,nisi rōne æquitatis ca-
sus omissus extendatur ad casum similē. ita elegan-
ter dixit Bald.in l.si mater.C.de instit. & substit. vbi
pulchrè loquitur , sed in casu nostro ęquitas exigit
istud,ꝙ non malè versetur in rebus sibi locatis:ergo
habetur perinde,ac si esset expressum:& est iudicio
meo celebris responsio,& vera.item potest alio mo
do responderi, ꝙ licet non fuerit expressum in con-
uentione;tn̄ stamus in prouisione legis, ista est glo.
valde singu.in l.2.C.de iure emphyt. Ita dicamus in
proposito nostro,cū sit prouisum a lege,ꝙ colonus,
aut inquilinus , qui malè versantur in re locata ca-
dant ab illa,vt d.l.ęde.& d.c.propter sterilitatē.licet
ergo fuerit apposita hypotheca omnium bonorum
dictæ prępositurę , tn̄ intelligitur , si conductor ser-
uauerit legem cōuentionis: vt d.l.quæro.§.inter lo-
catorem . cum ergo non teneatur dn̄s commenda-
tarius ad obseruandam locationem,sequitur,quòd
non tenebitur ad clausulas appositas in ꝯctu loca-
tionis.facit in arg.glos. quæ reputatur sing.in l.cum
patronus.§.patronum.ff.si quid in frau.patroni quę
30 dicit † ꝙ si instrumētum principale corruit,eodem
modo corruit omnis clausula apposita in illo.& sa-
pienter dixit Bal. in l.ex testamento. C.de fideicom.
& in cap.j.in titu.de feu. dato in vicem. leg.cōmiss.
ꝙ q̄n non tenet instrumentum , eodem modo non
tenet precarium appositum in eo.& facit,quod vo-
luit in l.si absentis.C.si cert.pet.vbi dicit,ꝙ annulla-
to instrumento, videtur annullata confessio appo-
sita in eo.allegat text.quem reputat sing. in l.si.ff.de
constit.pecu.Ita dicamus in proposito,si recedimus
ab instrumento locationis , recedemus a clausula
obligationis bonorū apposita in eo.Et ex istis abso-
luta est tertia dubitatio huius consultationis : & sic
nec res locatæ istis cōductoribus,nec aliæ res & bo-
na p̄fatæ præpositurę sunt dictis cōductoribus obli
gatæ,pro obseruatione locationis , & ita concludo.
¶Opportunè modò se offert quarta dubitatio, vi-
delicet si colonus habet obligata oīa bona locato-
ris pro manutenenda locatione,vtrū habeat ius re-
tinendi rem locatā,donec sibi satisfiat de pęna , vel
suo interesse , quibus habitis teneat̄ stare emptori,
seu habenti cām a dn̄o commendatario. Et iudicio
meo circa hanc dubitationem non esset insistendū;
quia ex quo malè est versatus in nemore,cadit a ne-
more,& ab oībus alijs rebus sibi locatis,vt est dictū:
tn̄ vt morem geram quærenti,cōsidero ante oīa, ꝙ
in isto instrumento non est seruata doctrina Bar. in
d.l.qui fundum.ff.loca. vbi consuluit fecisse apponi
in instrumento locationis, ꝙ ex nūc colonus vel in-
quilinus detineat dictam rem iure pignoris, vel pro
obligatione prædicta , & sic in hoc ista obligatio est
deterioris efficacię.Item qualis sit ꝯctus,recurrimus
ad eius tenorem,aut instrumentū.l.fideiussores ma
gistratuum.§.Pio Aurelio.ff.de fideiusso.in versicu-
lo,lecta subscriptione.& ff. de verbo. obliga.l.si quis
stipulatus fuerit Stichum aut Pamphilum . in versi-
culo , quem tenor adiuuat. C.de probationibus.l.
sancimus.C.de fideiusso.in versiculo, placiti tenor,
c.si cui.in versiculo , tenorem inuestituræ vim ver-
borum intuentes.in titulo , de quibusdam extraor-
din.cap.in vsi.feud.facit text.in cap.j.de foro cōpet.
cap.porrò. & c.recepimus. de priuileg.Innoc.in c.j.
ne sede vacan.Bald.in l.ex hoc iure.ff.de iust.& iure.
& in l.quoties. C.de suis & legi. in authentica , ces-
sante.C.de legi.hær.& in l.j.C.de lati.li. tol. ¶Modò
in dicto instrumento locationis dr̄, ꝙ dn̄s commen-
datarius non possit aliam locationem facere , nec
obligationē, vel alienationem,quominus dicti con-
ductores vti valeant, & gaudere dictis rebus:& si se-
cus fecerit pręfatus dn̄s commendatarius,& succes-
sores eius teneantur reficere dictis conductoribus
omne eorum damnum,& interesse, arbitrandū per
communes amicos . Ista sunt verba contractus . Ex
quibus verbis apparet contrahentes sensisse , ꝙ do-
minus cōmendatarius eo casu ; quo aliam locatio-
nem facerer, ꝙ teneatur reficere damna arbitranda
per communes amicos. Ex quibus verbis videtur,ꝙ
possit detinere dictū nemus ; quia cum per illa ver-
ba videatur data potestas domin, commendatario
locandi, vel obligandi, sequitur , ꝙ concesso vno vr̄
concessum omne id , per quod deuenitur ad illud l.
cui iurisdictio.ff.de iurisdictione om.iud.l.ambitio-
sa.per Bartolum.ff.de decret.ab ordi. fac.l.1.C.si re-
ctor prouin.& ibi Bald.c.præterea. de offi.delegat.l.
ad rem mobilem.l.ad legatū.ff.de procura.& si non
possumus deuenire ad permissum, nisi vtamur pro-
hibito, possumus vti : vt l.si ita victū aut stratū.ff.de
re iudi.& sic succedit in casu nostro doctrina solen-
nis data a Bart.in l.vniuersa.C.de preci. imperat.of-
31 fer.vbi dicit † ꝙ q̄n aliqua solennitas debet interue-
nire post actum consumatum , actus valet sine illa
solennitate, & secundùm illam doctrinam consul-
uit.vt apparet in consi.284.incipiente, Viso statuto,
ex quo sequitur , ꝙ cum arbitrari damnum per cō-
munes amicos requirat altiorē indaginem, sufficit,
ꝙ dn̄s cōmendatarius offerat idoneos fideiussores,
de dando ipsis conductoribus illud, quod fuerit ar-
bitratum per communes amicos . ad hoc adduco,
32 qđ voluit Ange.in l.4.§.prætor ait.ff.de re iud. † vbi
dixit cautelam esse, vbi debitum non est liquidum:
& ponit exemplum in eo , qui est iussus reddere ra-
tionem , & reliqua restituere per iudicem , vel per
arbitrum , ꝙ det fideiussores, allegat.l.statulibe.ra-
tionem.ff.de statulib. & bene facit.l.seruus si hære-
di.§.fi.eo.tit.& sequitur Ioan. de Imol.in d.§.prætor
ait.& facit,quod voluit Bar. in l.ait prætor.§.si quis
paratus.ff.de ope.noui nunt.& quod voluit Ang. in
l.si qs dicat.ff.de manu.ti.gn̄ali.vbi refert, ꝙ Perusij
vigebat reformatio , ꝙ collectores gabellarū debe-
rent reddere rationem dn̄is eorum sub pęna:reme-
dium est, vt ipsi adeant iudicem , & petant calcula-
torem poni, & si volunt esse liberi ab omni pęna di-
cant, se nihil debere,& offerant fideiussores : vt si ex
rōnibus redditis apparet eos quicquam debere : &
hoc modo impleta est cōditio reddendarū rōnum:
casum dixit esse in dicta l.statulib.rationem.& in d.

l.seruus si heredi. ita ibi residet. vnde vr̄ dari practica ad hanc dubitationē: debet enim procurator do. cōmendatarij dicere, non debere aliquod interesse, aut damnum illis cōductoribus, & eo casu quo deberetur, petit eligi cōes amicos ad arbitrandum, & offert fideiussores: ergo sequitur, ꝙ nō pōt ille conductor retinere pro pignore dictū nemus, maximè cum non fuerit seruata doctrina Bar. quia non fuit dictum in instrumento locationis, ꝙ teneretur loco pignoris. Et adduci posset illud, quod voluit Pau. de Cast. in cōsilijs suis, consi. 322. incipiente, Viso puncto suprascripto, vbi consuluit, quidam fuerat condēnatus ad relaxandū terras ecclesiæ, solutis prius melioramentis: & tenebat multas petias terræ ab ecclesia, quarum quasdam meliorauerat, & quasdā non meliorauerat, fuit dubiū, si teneretur relaxare terras nonélioratas incōtinenti, & cōsuluit ꝙ sic: sed quoad melioratas quærit, vtrū sint dādi fideiussores, priusquā soluant̄ melioramenta, & restituant̄ petiæ terræ. Et dicit, ꝙ vbi pp restitutionem vel redditionem rationum inducitur obscuritas, ꝙ tūc debent prius dari fideiussores: & ad hoc allegat. d. l. statulib. rōnem. & d. l. seruus si heredi. sed in casu illo, in quo cōsuluit, dicit, ꝙ non est questio voluntatis; q̄a verba sn̄iæ sunt clara, vt prius soluantur melioramenta: ergo sequit̄, ꝙ si non fuissent apposita illa verba, solutis prius melioramentis, ꝙ potuisset peti restitutio datis fideiussoribus, sed in casu nostro nō sunt apposita verba, quæ requirunt altiorem indaginem: & vr̄ dari facultas do. commēdatario aliter disponēdi de rebus locatis, ita ꝙ soluatur damnum & interesse estimandum per cōes amicos, quo casu ageretur de præiudicio commendatarij, si per prius oporteret eligere cōes amicos ad arbitrandum; q̄a naturaliter homines inclinant potius ad dissentiendum: vt l. si vnus. §. principaliter. ff. de arbit. l. quia poterat. ff. ad Trebell. variæ enim sunt hominū voluntates, & apud Persium dicitur, nec voto viuitur vno, & apud Virgilium dicitur. trahit sua quemq; voluptas. facit capitu. quia diuersitatem. de concel. præbend. diuersitas enim corporum parit diuersitatem animorum. ideo audietur dn̄s commendatarius offerendo idoneos fideiussores de soluendo damnum & interesse, arbitrandum per cōes amicos, quos ex nunc instat eligi debere. Quinimo plus mihi videtur de iure dicendum, & credo dicere puram veritatem, ꝙ etiam non teneatur dn̄s commendatarius ad dandum fideiussores de soluendo damna & interesse ipsis conductoribus, ꝙ sic ostendo ad oculum: & pondero illud verbum, omne damnum arbitrandum, & arguo sic, ad illum casum adaptat̄ dispositio ꝯctus, ad quem adaptantur verba ꝯctus, & ad illum casum non adaptatur dispositio ꝯctus, ad quem non adaptantur verba contractus, iste est tex. in l. 4. §. toties. ff. de dam. infec. & ibi dixit Barto. statuto cauetur, ꝙ de cōtractu soluatur gabella sex denariorum pro libra, fit contractus super re inestimabili, tunc non soluetur gabella; quia verba contractus sunt concepta quoad rem inæstimabilem, ergo non vendicat sibi locum quoad rem inestimabilem. & adduco, qđ voluit ibi Ang. vbi dicit, statuto cauetur, ꝙ, an ex percussione in facie sit remansura cicatrix, iudex teneatur adhibere iudicium medicorum, & percutitur aliquis in facie, & est euidēs remansura cicatrix, ꝙ tunc iudex non adhibebit iudicium medicorū; quia verba statuti non adaptant̄ ad casum, q̄n euidens, & manifestum est remansuram esse cicatricē. & adduco, quod voluit ibi Io. de Imo. vbi dicit, statuto cauetur, ꝙ reus debeat rn̄dere positionibus, & in fine causæ examinabit̄, vtrum sint impertinentes, ꝙ si producunt̄ positiones euidenter impertinentes, ꝙ tunc reus nō tenebit̄ rn̄dere; q̄a non est opus, ꝙ examinentur, si sunt impertinentes: ex quo manifestū est, ꝙ sunt impertinentes, & statutum loquitur, q̄n est dubiū, an sint impertinentes. facit ad hoc, qđ voluit do. Raphael. facit tex. & qđ ibi voluit Bar. in l. iam aūt. ff. de admin. tut. & qđ habetur in l. hos accusare. §. oībus. ff. de accus. & l. qđ constitutū. ff. de testa. mil. & qđ ibi voluit Ang. in l. j. §. loquitur. ff. de mag. conuen. & in c. indēnitatibus. §. sed cum eas. de elec. li. 6. & quod voluit dn̄s Dominicus ibi, & adduco pulchrū consiliū Ioan. de Imol. 33. incip. In casu premisso. & consi. 37. & cōsil. 43. & consi. 93. vbi in pluribus casibus consuluit, tn̄ ad eundem effectum. Ex istis elicitur elegans intellectus ad istum contractum, vt intelligatur, q̄n est dubium, an prætendat damnum aut interesse: quia iudiciū amicorum requiritur, vbi res est dubia in l. quæ ex relationibus. C. de legi. & qđ ibi voluit Bal. in l. ancille. C. de fur. & in l. cum proponas. C. si cert. pet. & in l. j. ff. de transa. & in c. pastoralis, de rescrip. & in c. ætate. de iureiu. & in l. j. C. q̄n prouoc. non est necess. & in auth. si quis in aliquo documento. C. de eden. & in l. generaliter. C. de episco. & cler. & in l. si diuersa. C. de transact. & in l. iudex. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & in l. fratris. C. de transact. Bald. in l. post rē. ff. de trans. & in l. eleganter. §. si q̄s. ff. de cōdi. indeb. & in prima constit. C. §. quibus. Ant. & alij in cap. exposita. de arbit. Ange. in l. cum hi. §. sed cum lis. ff. de transa. ¶ Modò in proposito nostro est euidens & manistum, ꝙ isti conductores nullū preten dunt interesse, nec damnum, ergo non habent locū verba ꝯctus; q̄a nō est opus, ꝙ eligantut cōes amici, in arbitros ad arbitrandum dānum & interesse ipsorum conductorum, & sic nos sumus extra casum cōsideratum ab ipsis contrahentibus: cum ergo dicatur in puncto, ꝙ dicti conductores adeo dictum nemus expilarunt, ꝙ euidens est, quòd nullum interesse possunt pretendere, ergo sumus extra casum consideratum ab ipsis contrahentibus: & per consequens concludo, ꝙ potest auferri nemus ipsis conductoribus a do. commenda. nullis datis fideiussoribus, nullo dato interesse. ¶ Capio vltimo loco; q̄a dictus procurator locans prædictas terras iurauit prædicta oīa & singula perpetuò habere rata, & firma, extat modò dubitatio † quia iuramentū habet
33 illam virtutem, vt iurans teneat̄ precisè ad factū, vt voluit glo. quæ reputat̄ sing. in l. si pecuniā. ff. de condi. ob causam, vtrū teneatur obseruare dictā locationem vigore talis iuramenti: & vr̄ dicendum, ꝙ non, qđ demonstro hac ratione: vbicunq; quis non facit, qđ debet, non recipit, quod oportet: ita probatur in auth. dos data. C. de don. ante nup. ita colligit ibi Bal. allegat ad hoc, qđ habetur in l. si non fuerit. ff. de iureiu. & facit, qđ habetur in c. j. de for. fide. in
34 vsib. feu. vbi probat̄ † ꝙ si vasallus iurat fidelitatem dn̄o, tenetur dn̄s seruare fidelitatem etiam ipsi vasallo: q̄a in quibuscunq; casibus vasallus debet esse fidelis dn̄o, in eisdem casibus debet do. seruare fidē vasallo, alioquin do. iudicabitur malefidus. item vasallus poterit eum diffidare; q̄a debet procedere per priuationē feudi. & dicit ibi Bal. hoc esse mirabile. & ibi dicit Bal. notent ergo illum tex. dn̄i; quia terribilis est eis. ergo multo fortius si isti conductores volunt, ꝙ dn̄s cōmendatarius seruet eis iuramentum, debuerunt ipsi seruare illud, ad quod seruandū de iure tenebātur. facit id, quod voluit Domitius orator relatus a Hieronymo, de quo habetur in c. esto subiectus. 95. dist. vbi dicitur, cur ego te habeam in principem, cum nō habeas me in senatorem. Facit cap. peruenit. de iureiur. & ideo multum sapienter dixit Bald. in capit. j. in titu. qualiter do. feu. proprie

priue vbi dicit, ꝙ licet dñs non iuret fidelitatem vasallo: tñ non minus do. est obligatus vasallo ad fidei conformitatem, idest, ad non committendam feloniam. sed si vasallus debuisset iurare do. fidelitatẽ, & non iurasset, tunc do. nõ incideret in pęnam; qa qui non facit, qđ debet, nõ recipit, qđ oportet. & subdit, ꝙ ista est: nã pęnarũ, siue legalium, siue conuentionalium, ꝙ nisi petens pęnã probet ex sua parte debitum implementum ꝯctus, a pœnæ petitione repellitur; quia liquida debet esse causa: vt pęna petatur. l. quęro. §. inter locatorẽ. ff. loca. & allegat. d. l. si non fuerit. & dicit, ꝙ in pœnis liquidissima dẽt esse probatio. ad hoc allegat. l. in testamento. ff. de condi. & demonst. quã ad hoc dicit esse singularem. & sic ap-
35 paret ex hac doctrina † ꝙ licet cõductor nõ iurauerit seruare ꝯctum locationis, ita vt de iure seruare tenetur; tñ tenet non cõmittere feloniam circa res conductas, & ideo si non facit, quod debet, nõ recipit, quod oportet. Cum ergo pro parte sua non seruauerit ꝯctum locationis, malè vtendo dicto nemore, sequitur, ꝙ nõ potest agere contra do. commendatarium, vt obseruet ꝯctum; quia debuit per prius ipse conductor seruare ꝯctum. & adducit ibi Bal. ꝙ do. qui abutitur dñio indignum se facit dominari, ad hoc allegat. l. 2. §. 2. ff. de his q̃ sunt sui. ergo multo fortius abutens re conducta non potest agere cõtra do. ad obseruantiam contractus, posito ꝙ ad obseruandum iurauerit. Et adduco, quod voluit Inno. in c. mandatum. de rescri. quem refert & sequit̃ Bal. & Salv. in l. cum proponas. C. de pact. vbi dicit, ꝙ nõ dr̃ pro eo scriptum, qui venit contra scriptum: cum ergo isti conductores venerint contra scriptum, veniendo cõtra instrumentum locationis, malè vtendo re ecclesię, sequitur, ꝙ iuramentum præstitũ per do. commendatarium, seu per eius procuratorem non dr̃ scriptum pro ipsis cõductoribus. Et adduco ad prædicta glo. in c. j. de mutu. peti. quæ dicit, ꝙ frustra quis petit debitum, si non facit, quod debet. facit c. frustra. & c. ex eo. de reg. iur. lib. 6. Et adduco in medium, qđ voluit Io. de Imo. in consi. 15. incip. In casu premisso, vbi consuluit, ꝙ quis nõ potest adiuuari ex conuentione, si ipse illam non seruat. per id quod habetur in c. peruenit. de iureiu. & in l. si personam. ff. de pact. & adduco cõsilium Lud. Ro. 241. icip. Pro euidentia dicendorũ, vbi consuluit, ꝙ quidam ex paciscentibus non seruauit ex parte sua cõuentionẽ, ꝙ licitũ fuit alteri parti non seruare promissa, etiam si iurasset. allegat. l. cũ proponas. C. de pact. & l. siue apud acta. & l. si qs maior. C. de transa. & l. quæro. §. inter locatorẽ. ff. loca. & c. peruenit. de iureiu. & sic vr̃ decidere ista dubitationẽ: qa cũ dicti conductores non deberent dicto nemore malè vti, & malè vsi sint, sequitur, ꝙ non possunt petere ob-
36 seruari eis, qđ est promissum ẽt cũ iuramento: † & ideo iurm̃ recipit illam interpretationẽ rebus sic se habentibus: vt est tex. in c. cum P. Ganfre. de renun. & qđ ibi voluit do. Ant. & qđ habet̃ in l. qđ seruius. ff. de condi. ob cau. & qđ voluit Sal. in l. fi. C. de pact. & Lud. Ro. in l. qui superstitis. ff. de acq. hære. & in l. pactũ quod dotali. C. de colla. & adduco, qđ voluit Bal. in l. fi. C. de non nu. pecu. vbi dicit, ꝙ non teneor ad obseruantiam iuramenti; quia res nõ permansit in eodem statu. & facit, quod ipse voluit in c. debitores. de iureiur. ergo sequitur in casu nostro; cum res non remanserit in eodem statu; quia dicti cõductores malè vsi sunt nemore, ergo non tenet̃ do. cõmendatarius ad obseruantiã iuris, cũ res non steterit in eodẽ statu. & adduco, qđ voluit Bar. in d. l. fin.
37 C. de nõ nu. pecu. vbi dixit † ꝙ in iuramẽto est clausula intellecta, licet non exprimatur, si fidẽ mihi seruaueritis. & adduco glo. magistrã in c. queãdmodũ. de iureiur. quæ dicit, ꝙ in iuramento insunt conditiones, puta si Papę placuerit. c. venientes. de iureiu. si deo placuerit. 22. q. 2. c. beatus. si res in eodẽ statu permanserit. vt c. ne quis. 22. q. 2. & l. cũ qs. ff. de solu. & si fides mihi seruetur, allegat. d. c. peruenit. de iureiur. & d. l. quæro. §. inter locatorẽ. ¶ Modò in casu nostro non placet deo, ꝙ res ecclesiæ surripiantur, maximè a laicis, imo reputant̃ isto casu homicidæ, vt probatur in ca. qui Christi pecuniam. 12. q. 2. non placet Papę, per to. ti. de reb. eccl. nõ alie. c. nõ liceat Papæ. 12. q. 2. Item res non remansit in eodem statu, nec fuit fides seruata, ergo nullo modo potest compelli do. cõmendatarius ad obseruantiã iuramẽti. facit, quod voluit Bart. in l. si seruum. ff. de verb. obl. de eo qui fecit pacem cum inimico, & promisit sub pęna illũ non offendere, postea exigentibus demeritis effic̃it bannitus, qui põt impune offendi ex forma statuti, decidit, ꝙ licet promiserit nõ offendere, tñ intelligitur, rebus sic stantibus: ideo sine pęna poterit illum offendere. voluit Ang. in l. iurisgentiũ. §. si paciscar. ff. de pac. facit ẽt, qđ voluit Bar. in l. j. §. cũ arietes. ff. si quadr. pau. fe. dica. ꝙ si duo fecerunt pacem de quibusdam iniurijs, postea se adinuicẽ percusserunt, dicit, ꝙ tenetur, qui primò rupit: ideo secundò offendens, non punitur. l. qui fidẽ. ff. de transact. l. cum par. §. j. ff. de reg. iur. l. qui cum maior. §. libertus. ff. de bon. lib. in versic. ignoscendum est, si voluit se vlcisci. facit, qđ voluit Bald. in l. cũ proponas. C. de naut. fœno. ꝙ si promisi nõ inquietare aliquem, intelligitur, nisi ipse sit causa inquietationis: facit, qđ voluit do. Abb. in c. bonę. de postul. præl. & in c. quemadmodũ. de iureiu. & qđ voluit Lud. Ro. consi. 153. & consi. 255. & facit, qđ dixit Bar. in l. aut facta. §. causa. ff. de pęn. vbi voluit, ꝙ pp causam superuenientem quis excusatur a delicto, ergo fortius excusatur a iuramento. facit ad prædicta, qđ egregiè voluit Bal. in cõmento rubricæ. C. qui admit. ad bo. poss. vbi dixit, ꝙ licet potestas iurauerit seruare statuta, nihilominus ex causa superueniente de nouo poterit potestas nulla petita absolutione a iuramẽto recedere a statuto iurato. & ad sic dicẽdũ mouet ex tex. valde mirabili in l. si hominẽ. ff. mãdati. & sic cũ isti cõductores malè vsi sint dicto nemore in prẽiudicium dictæ præpositurę, quæ cã superuenit de nouo post ꝯctum locationis, sequitur, ꝙ potuit do. cõmendata. recedere tali iuramento, & huius excessus est cã dictæ contrauentio. vnde adduci posset illud Lucani. Ille erit ille nocẽs qui me tibi fecerit hostẽ. & istud sensit Bar. in prima consti. C. §. quib. inquantũ allegat. d. l. si hominẽ. & id sentit Bald. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ordi. fac. Et iõ sing. dixit Bald. in
38 l. oẽs populi. ff. de iusti. & iu. † ꝙ licet eps non possit facere constitutionẽ ꝯ ius canonicũ: vt c. nõ solũm. de appel. lib. 6. & c. fin. de off. arch. & in c. vt aĩarum periculis. de consti. li. 6. plenè per Fed. de Sen. cõsi. 7. tñ ex causa superueniente nouiter poterit condere constitutionem ꝯ ius canonicũ, mouetur per. d. l. si hominẽ. & ideo dixit gl. sing. in c. latorem. 32. q. 2. ꝙ sacerdos parochialis põt diminuere suo parochiano pœnitentiam sibi indictã a suo episcopo, & hoc ex causa de nouo superueniente, allegat ad hoc. d. l. si hoĩem. & idẽ dixit gl. sing. in c. & tpa plenitudinis.
39 25. q. 7. q̃ dixit, ꝙ † eps ex cã superueniẽte põt diminuere pęnitẽtiã iniunctã suo parochiano a Papa & allegat d. l. si hoĩem. ego accamulaui penè q̃nquaginta dicta sparsa in vtraq; cẽsura in varijs locis cũ repetij rubricã. C. q admit. Ita dicamus in proposito nr̃o: potuit. n. do. cõmendatarius non seruare iurm̃ ex hmõi cã de nouo supueniente. ¶ Preterea remisso principali vr̃ remissum accessoriũ, qđ sequit̃ nãm principalis. c. accessoriũ. de reg. iu. lib. 6. l. cum principalis.

cipalis.ff.eo.auct.ingressi.C.de sacros.ecc. ideo dixit gl.sing.in l.cum patronus.§.patronū.ff.si qd in frau. patro.quæ voluit, ꝙ infecta principali obligatione, inficit oīs clausula accessoria, de qua gl. fecit festū Bal.in consi.suo incip.Filia instituta.& in l.si ex cautione.C.de non nu.pecu.& do.Abb.consi.suo 72.& Lud.Rom.113.& facit, qđ habetur in l.fi.C.de non nu.pecu.Cum ergo in casu nostro iste conductor in instrumento locationis remiserit dicto cōmendatario principalem obligationem, sequitur, ꝙ vr̄ remittere claululam iuramenti appositā in dicto instrumento, hoc apparet: qa in dicto instrumēto dr̄, ꝙ si secus fieret, dictus procurator generalis promisit damna & interesse.remissum est ergo istud iurm per ipsos conductores, & clarū est, ꝙ pars potest remittere iurm parti ad suum cōmodum pręstitū: vt in c.2.de spon.c.significauit.de censi.ca.j.de iureiur. plenè per Io.And.& alios in c.pręterea requisisti.de app.& per Bart. in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori. de ope.noui nunt. ¶Et si quispiam opponat, ꝙ Bar. Io.And. & doct. loquūtur qn̄ expressè & specialiter remittit iuramentū, sed in casu nostro non fuit remissum specialiter.ergo &c. Ad hoc facile datur responsum: qa imo doct.loquuntur, qn̄ tacitè remittitur: vnde si qs iurauit soluere ad certū terminū, & creditor prorogat illum terminū nulla facta mētione de iuramento, vr̄ prorogare iuramentum, & sic non est opus, ꝙ exprimatur de iuramento: qa tacitè vr̄ cōprehendi, arg.d.regulæ accessoriū. & ēt qa pōt sic formari ratio elegans. generalia verba ɔ̄ctus adaptantur ad possibilia ipsi ɔ̄henti. Bal.in l.fi.§.in cōputatione.C.de iure delib.Io.mo.in c.vt aīarum. de consti.lib.6.D.Ant.in cap.ecclesia sanctæ Mariæ,de const.Io.An.in c.eos.de immu.eccl.lib.6.Host.in c. tua.de deci. ergo &c. Cum isti conductores possint expressè remittere parti iuramentū præstitū ad vtilitatem ipsorum, sequitur ꝙ per illa verba, si secus fieret, videntur remisisse iuramentum.¶Postremò, si quispiam opponat, dictum est in secundo dubio huius consultationis, ꝙ si conductor malè versetur in vna ex rebus conductis cadit a tota conductione, & ab oībus rebus conductis; qa vr̄, ꝙ istud non possit procedere per id, qđ habetur in c.j.§.vt libellario. in tit.quib.mo feu.amit.vbi dr̄, ꝙ si vasallus alienat amplius dimidia non perdit feudū: quia quis debet puniri in eo, in quo deliquit, sed si erga nemus, & erga alias terras non deliquit, sequitur ꝙ nō debet puniri quoad illas, ex quo in illis nō deliquit. Item pęna nō debet excedere propriū casum.de pęn.dist.1. §.pęna.l.si præses.l.si de interpretatione.ff.de pę.Itē vbicunq; lex non imponit pęnā priuationis, nos illā imponere nō debemus, ista est gl.sing.in c.fi.de iurepatro.secundùm do. Abb. ibi pro qua gl. adduco glo.15.q.8.in summa.& adduco tex.in auth.de non elig.secundò nub.§.cū igitur. in vers. nō est lex tale quid dicens, quē ad hoc allegat Bal.in auth.ex testamento.C.de secun.nup.& adduco tex. in l.atsi qs.§. diuus.in vers.cū in eū pęna statuta nō sit.ff.de relig. & sump.fun.Cū ergo in casu nostro videat̄ apposita pęna quoad rem, in qua malè versetur: vt d.c.pp sterilitatem.de loca.& d.l.ędē.C.eo.sed ad alias res nō reperitur apposita, ergo nos nō debemus illā apponere: maximè qa si in eadē re non punitur in amissione totius rei lędendo partem, ergo multominus in rebus non deterioratis. Ex separatis enim non infertur.l.cū actū.ff.de neg.gest.cū si. Item sicut pœna nō debet egredi auctorem criminis: vt l.sancimus. C.de pęn.c.cognoscentes.de cōsti.res quæ culpa caret &c.eodē modo nos dicemus in rebus. Itē adduci posset, qđ voluit Bal.in d.§.vt libellari.vbi dicit, ꝙ de æquitate canonica vasallus alienans partē feudi non cadit a toto feudo.allegat, qđ nota.in c.ex parte.de feu.in nouel.Ita dicamus in casu nostro, ꝙ de æquitate canonica non deberet conductor priuari omnibus rebus conductis: sed puniri non debet in in eo, in quo deliquit. ¶Ad ista facile respōsum dabo, & adduco tex.valde elegantē in l.imperialem.§. sancimus in tit.de prohi.alie.feu.per Fed. in ver.aliquam partem.

40 † ꝙ hodie per illam constitutionem est prouisum, ꝙ vasallus alienans aliquam partem feudi cadit a toto feudo.& clarū est, ꝙ licet appellatione partis veniat dimidia; vt est tex.in l.nomen filiorum.§.portionis verbo.ff.de verb.sig.tñ vbi apponitur dictio aliqua, restringitur, vt importet minus dimidia, ista est glo.valde sing.in cle.j. de foro cōpe. Cum ergo prohibeatur aliquam partem alienare, ergo derogatum est.d.§.vt libellario.facit, quod habetur in c.j.in prin. in tit.qualiter olim feudum poterat alienari. Nec ob. cum dr̄, ꝙ loquitur respectu eiusdem rei, vt in feudo; qa fateor, ꝙ loquitur in feudo, & in parte eiusdem rei: nihilominus dico idem iuris esse in pluribus accumulatis in eodem instrumento, & pro eadem pensione; qa censent̄ esse vna & eadem res, & malus vsus in vna re videtur maculare omnes alias res: vt rectè probat.d.l.cū eiusdē.& d.l.plerunque.& d.l.plura.& adduco simile accommodatissimum in c.cum dilectus.de ordi.cogni.vbi dicit

41 † ꝙ eadem sn̄ia vbi fuit lata super conuentione, & reconuentione, est vnica sententia. & probatur in cap.j.de mutu.peti.in versic. si iudicio terminetis.vbi probatur formaliter, ꝙ est vnica sn̄ia. & facit, qđ voluit Ang.in l.patris & filij.ff.de vulg.& pu. vbi si ex statuto debet solui gabella de quolibet testamento, & in vno instrumento reperitur testm̄ patris, & filij, quod vnicum dicitur testm̄: ideo vnica gabella soluetur, quod voluit Barto.in l.inficiando. §.infans.ff.de fur.Cum ergo sit vnum & idem instrumētum de pluribus terris, vno & eodem tempore, & pensione coniunctis, non potest fingi idem contractus pro parte valere, & pro parte non, vt dixit Richar.& Old.in d.l.cum eiusdem. & ptobatur in l. si non sortem.§.si centū. ff.de condi.indeb. ergo in totum erit nullius efficaciæ. ¶Et si quispiā dixerit, ꝙ Oldr.Richar.& Bald.loquuntur in rebus emphyteuticis, & non in rebus locatis ad modicum tēpus, Respondeo, ꝙ multofortius erit idem in rebus locatis: qa debilius ius habet cōductor in rebus locatis ad modicum tp̄s, quàm habeat emphyteuta in rebus emphyteuticis, vt cle.j.de reb.eccle. non alie. ergo si ita est in rebus emphyteuticis. Ita in rebus locatis ad modicum tp̄s: quia si in viridi ligno hoc fit, in arido quid fiet? auth.multomagis.C.de sacrosan. eccle. Et cum dr̄, ꝙ non reperitur apposita ista pena in rebus locatis. Respondeo, ꝙ imo satis vr̄ apposita in d.l.cum eiusdem. & l.plerunque. & d.l.plura. inducendo vt superius induxi in secundo dubio. Item satis videtur expressa in d.l.imperialem.in princi. & licet loquat̄ in eadem, tamen idem erit in pluribus, quando eodem context. locantur, & eodem tempore, & eodem contractu, vel instrumento, vt est dictum, & in iuribus allegatis superius: quia similium eadem est ratio, etiam in pęnalibus: vt est text.in l. his solis.C.de reuoc.do.& in c.j.§.porrò.in titu.quæ fuit prima causa benefic.amit. Item satis dicitur expressum lege, quando auctoritas maiorum nostrorum ita se habet.sing.est text.in l.si idem cū eodem. in princ.ff.de iurisdic.omn.iudi.& ibi dixit Ang.per illum tex.

42 † ꝙ vbi nō habemus legē sufficit allegare auctoritatem maiorum, facit text. in c.j.de deci.vbi auctoritas magistrorum allegatur pro lege in causis decidendis.& ideo dixit Host.in cap.inquirendū. de pecul.cleri.ꝙ non est iure cautum, quòd res em-

pta de ecclesiæ pecunia acquirat ipsi ecclesiæ, adeo vt cōpetat rei vēdicatio, sed auctoritas magistrorū hoc introduxit. ita dicamus in proposito, nō solùm est a iure introductū, sed etiam auctoritas doctorū hoc introduxit: ergo satis dr̄ expressum, ꝙ cadat ab omnibus rebus cōductis. Nec obstat. cum dr̄ de feudo, ꝙ alienando partem non cadit a toto; quia quātum ad hoc dico. ꝙ glo. in c. ex parte. de feudo. dicit, ꝙ potest alienare partem feudi vsq; ad dimidiam, sine pœna; quia illa gloss. loquitur secundùm iura antiqua, secundùm quæ poterat alienare vsque ad dimidiam, sed hodie non potest, vt d. l. imperialem. & no. in ca. j. de prohi. alie. feu. per Loth. & in c. j. de vasal. qui cōtra cōstitu. Loth. feu. alie. sed cōiter illa iura intelliguntur, ꝙ si vendit partem illam, solam partem perdit, & si totum alienat, totum perdit, vt dixit glo. in d. c. j. de prohibi. alie. feud. per Fede. & sic transeunt doc. in d. c. ex parte. ¶ Modò in proposito nostro non potest adduci illa doctrina contra hanc decisionem: primò, quia procedit, qn̄ alienat, quo casu conuenitur dn̄s, sed si malè versatur in re, vt est in casu nostro, malè versando in vna re vr̄ malè versari in omnibus: & sic loquuntur doc. in casu diuerso a casu nostro. Item loquitur in feudo, quo casu vasallus habet ius tenacius; qa habet vtile dn̄ium: sed nos loquimur in conductore penes quē non est translatum ius in re, cum sit conductor ad modicū tempus, & sic non potest inferri ex separatis & diuersis: vt l. si maritus. C. de donat. inter vir. & vxor. cum si. Separabiliū enim sunt separabiles causæ. l. age cum Geminiano. C. de transact. ergo nō potest adduci illud, quod doc. dicunt de vasallo ad conductorem modici tp̄is: ideo stat regula contra eum, ꝙ qui factus est reus in vno factus est in omnibus, vt dictum est supra, nec est admiratione dignum: quia,
42 vt dixit Bal. in d. c. j. §. vt libellario † aliquando perditur magnum quid pp̄ vnum denarium non solutum, allegat no. in auth. qui rem. C. de sacrosan. ecc. & idem dixit in l. cum allegas. C. de vsur. & idem dixit in rubrica. C. de ꝯh. empt. & loquitur in emphyteuta, qui habet ius in re: sed nos loquimur in conductore ad modicum tp̄s, qui nullum ius habet acquisitū in re, ergo multofortius cadet ab omnibus rebus conductis, malè vtendo ex ipsis rebus vna. Et sic iudicandum est secundùm doctrinam Richar. Oldr. Bald. & Ang. quę doctrina paucissimis docentibus vr̄ cognita. Et mirum est, ꝙ de illa Bal. non habuerit memoriā. in d. l. ęde. Et ita concludo & in fauorē rn̄deo do. Card. cōmendatarij dictę ꝑpositurę.

EPITOME.

¶ Societas expressa, vel tacita inter fratres contracta, quorū vnus etsi doctor medicus proprio nomini quæsiturus, subduxit a cōibus rationibus com plurima, facit vt omnia prorsus inter eos cōicanda sint. Impensæ tamen a patre factæ in doctoratus insulis obtinendis, eius nō onerant partem: at de impensis quæ in apparatu nuptiarū & societatē præcesserunt mortuo patre, aliud est. Item fratres omnium bonorum socii etiam aduentitiam post mortem patris hæreditatem fratribus ex altero latere coniunctis sociisque communicant: ad summum si fructus in communione conferant consumptos nō repetunt. Item pater filio decedenti cum filiis eius fratribus vtrinque coniunctis succedit.

SVMMARIVM.

Societas inter fratres præsumitur ex habitatione, expensis & negocijs communibus. nu. 1.

Fratris scriptura fratre & socio ignota non nocet, neq; scribenti prodest. nu. 2.

Socius omnium bonorum potest habere pecuniam propriam, sed illam communicare debet. num. 3. & empta ex illa pecunia. nu. 4. ita non fit distinctio sibi, an & socio quis emat. nu. 7. nisi vel ante emptionem, vel in ea se acquirens nolle fratri suo acquirere protestetur. nu. 12.

Fratrum societas esse potest, etsi nullus negotietur. nu. 5.

Societas ex varijs actib. generalis pręsumitur. nu. 6.

Fratrum tacita societas ex solo vsu contrahitur. nu. 8. & inter fratres de facili contracta præsumitur. nu. 16.

Frater, quæ laboribus acquirit, fratri non communicat. nu. 10.

Societas omnium bonorum specialiter contrahi debet. nu. 11.

Fratres artifices videntur, si lucra artificij communicant, ex eo societatem contrahere. nu. 13.

Societas in parte continuato conseruatur in toto. nu. 14.

Expensæ studiorum & doctoratus non imputantur. nu. 20.

Socij omniū bonorū fratres, quorū quidā ex latere vnico iuncti sunt etiā ijs cōicare debent aduentitia. nu. 23. saltē si fructus cōicant eorum bonorum consumptos non repetant. nu. 27.

Pater cum filijs utrinque iunctis filio defuncto succedit, exclusis ijs, qui ex vno latere tantùm. nu. 24. & com. est. nu. 25. ibi tamen patri communi mortuo & in illis, quæ per se non habuere, pro rata succedunt. nu. 26.

CONSILIVM XXXVII.

De quæstione mihi vr̄ dicendum, ꝙ dictus magister Ioannes teneatur cōicare dictis suis fratribus oīa sua lucra, & omnia empta suo proprio noīe, & eodem modo tenentur alij fratres, ꝙ ad oculum demonstro hoc modo. ¶ Et præmitto prius pro fundamento potissimo huius consultationis, ꝙ inter istos fratres præsumitur ꝯcta societas oīum bonorū, ꝙ apparet ex eo: quia pp̄ diuturnitatē tp̄is, & cōem vsum viuendi, & coniunctionem personarū, & cōicationem lucrorum, licet non in totum, nec ipsis fratribus scientibus ille magister Io. aliqua retinuisset lucra, & ex illis emisset proprio noīe, præsumitur ꝯcta societas omnium bonorum: qa licet fratres simul habitantes non præsumatur socij omnium bonorū, qa probari debet consensum eorū interuenisse, vt l. planè.
sa. voluit Lu. Ro. consil. 207. & consil. 47. Si ergo non potuit in specie renuntiare dictis decretis: ergo sequitur, ꝙ non videtur renuntiasse in genere. ¶ Et si quispiam dixerit, amice, imo potest frater in specie renuntiare tali statuto, ergo si potest in specie, sequitur, ꝙ videtur in genere renũtiasse, & multo fortius in casu nostro: quia in specie vr̃ renuntiasse consuetudini ita disponẽti, & ẽt decretis, ex eo quia in transactione opponebat de huiusmodi consuetudine, & decretis, assumptum decidit Bart. in l. maximum vitium. C. de libe. præte. versi. sed pone, ꝙ frater meus non vult excludere sororem, sed eam secum admittere ad succedendum, & renuntiare beneficio statuti, creditores hæreditarij volunt eum conuenire tanquam hæredem insolidũ, quæritur, quid iuris: contra filium facit: quia non potest iudicium legis diuidere, sicut nec iudicium testatoris, arg. l. 1. ff. de acq. hære. In contrarium videtur, ꝙ res de facili redit ad naturam suam. l. si vnus. §. pactus ne peteret. versi. ꝙ in specie. ff. de pactis. c. ab exordio. 35. distin. ꝙ credit Bal. esse verius: quia iuri municipali pro se introducto potest quis renuntiare. Institu. de hęred. quali. & diff. §. sed his permittit prætor. Ad istud facile dari potest responsum: quia Bald. ibi non loquitur in statuto prohibitorio denegante potentiam actus, & resistente, vt in casu nostro, vnde Bald. ibi loquitur qñ statutum disponit, vt non petant aliud in bonis patris, & sic non denegat potentiam resistendo: vt est in casu nostro: vnde cum negatiua profertur cũ isto verbo potest, dico ꝙ tunc inducit necessitatem. ita voluit glo. elegans in clemen. dispendiosam, de iud. & glo. in c. 1. de reg. iur. lib. 6. & habetur in l. Gallus, in princip. de liber. & postu. vbi dicit Bart. ꝙ inducit necessitatem præcisam. & facit. l. nemo potest. ff. de leg. 1. & quod voluit domi. Pet. de Anch. in c. sciscitatus, de rescriptis. & dom. Anto. in c. testimonium, de testib. Cum ergo istud decretum dicat, non possit: ergo sequitur, ꝙ inducit necessitatem præcisam: ergo non potest venire ad bona materna, eoque magis: quia decretum facit necessitatem. ita dixit text. valde elegans. 4. distin. §. & si legibus. in versic. decretum verò necessitatem facit. & sic sumus extra casum, de quo loquitur Bald. & adduco, quod voluit Bal. in l. quos prohibet. ff. de postulan. vbi per illum tex. colligit, ꝙ constitutioni prohibitorię, non potest renuntiari allegat Cy. in l. si mulier. C. ad Velleia. & in l. 1. C. ne fideius. do. den. & ibi etiam dixit Baldus, ꝙ si per statutum sint prohibitæ audiri querelæ bonorum, & ꝙ licet aduersarius non opponat, ꝙ nihilominus iudex potest opponere, & eum repellere. istud voluit Iaco. de Are. in l. item apud Labeonem. §. quod ait prætor. ff. de iniur. cum ergo in casu nostro, istud statutum prohibeat istam dominam Petrinam posse petere, aut habere regressum ad bona materna. sequitur, ꝙ iudex ex suo officio poterit illam repellere. & adduco ad prædicta gl. l. a diuo Pio. ff. de ritu nuptia. vbi est gl. sing. ꝙ constitutioni prohibitoriæ non potest renuntiari: cum ergo ista constitutio sit prohibitoria, ergo non potest renuntiari. ¶ Et si quispiam dixerit, ꝙ illud procedit, quando vtriq; parti est prohibitoria, secus si vni dũtaxat. Ad hoc r̃ndeo, ꝙ satis videtur vtrique prohibitoria, & eo quia emanauit huiusmodi decretum propter publicum bonum, vt conseruentur familiæ, quę absq; diuitijs conseruari non possunt, vt l. j. §. si seruus. ff. de ven. inspi. cum si. infinitis. Et ex istis sequitur, ꝙ cum propter publicum bonum emanauerit istud statutum, sequitur, ꝙ pacto priuatorum iuri publico non derogatur, vt in l. ius publicum. ff. de pact. c. si diligenti, de foro competent. eoque magis cum concurrat consuetudo idem disponens, quo casu adiungitur fortius robur. vt dixit text. elegans in c. 2. in versi. specialius, de præbend. lib. 6. & concurrat lex diuina & decreta principis, ergo multominus potuit ille do. Iac. renuntiare huiusmodi decretis. ¶ Et sic non obstat si quis diceret, ista prohibitio nõ est facta vtriq;: quia respondeo, ꝙ satis est, facta fratri per suppletionem legis; quia prohibito vno videtur prohibitum omne id, per quod deuenitur ad illud. l. oratio. ff. de spon. & ideo recipit suppletionem a lege, iste est casus mirabilis in d. l. oratio. in ver. suppleatur. & ideo Bal. in d. l. maximum vitium, nec rectè, nec peritè loquitur, nec aliquid habens neruum allegat, nec loquitur intrepidè, sed dicit se credere. sequitur ergo, ꝙ ita dixit in transcursu lecturæ volatili, vt ita dixerim, ingenio, vt transfuga, non vt explorator. si ergo est prohibita filia plus non consequi, ergo est prohibitus frater plus sibi dare, ar. l. fi. C. de indi. vidui. tol. Et adduco ad prædicta, quod voluit solennis docto. Pau. de Cast. consil. 346. incip. Visa quadam securitate, vbi consuluit in quadam constitutione Florentina, quę emanauit, ne ciues depauperentur, vbi consuluit, ꝙ constitutioni prohibitoriæ non potest quis renuntiare allegat. gloss. l. 1. C. ne fideius. do. den. & quia ob publicam vtilitatem ciuium emanauit. Cum ergo huiusmodi decretũ emanauerit propter publicum bonum, vt est dictum, & prohibitiuè disponat, sequitur, ꝙ non potest frater renuntiare, & si secus diceremus, fieret fraus statuto, ꝙ esse non debet: vt dixit Bald. in l. non dubium. C. de ll. & Petr. de Ancha. in cle. 1. de iureiurand. faciat ratio viua, statutum legis præualet statuto hominis, ita probatur in l. leges sacratissimæ. C. de legi. Itẽ facit simile, quod voluit Bald. in l. 2. C. vt in poss. legat. vbi dixit, statuto cauetur, & pater filiæ ingressæ monasteriũ non possit relinquere, nisi certã summam, an poterit pater relinquere maiorẽ summam, decidit ibi Bal. quòd sic: quia tale statutum tanquam religioni ꝯtrarium non tenet, vt l. deo nobis. C. de epi. & cle. ergo sequitur, ꝙ si tale statutum valeret, ꝙ non posset pater renuntiare dicto statuto & relinquere plus. Ita dicamus in proposito nostro, vt possit frater renuntiare statuto prædicto. ¶ Et si quispiam opponit de eo, q̃d habetur in c. nonnulli, de rescrip. vbi dicitur, ꝙ constitutioni prohibitoriæ potest cõsensu priuatorum derogari. Ita dicamus in casu nostro, vt possit frater renuntiare huic statuto. c. porrectum. & c. ad apostolicam, de regula. l. si quis in conscribendo. C. de pac. cum si. Ad hoc respondeo, ꝙ d. c. nonnulli. in princ. probat & decidit casum nostrũ iudicio meo, quem text. sic induco: ibi enim dicitur, vltra duas dietas non possit trahi, postea text. dicit, nisi consensu partium literæ fuerint impetratę, vel nisi expressus consensus partium huic constitutioni derogauerit: & sic ideo pars renũtiauit constitutioni prohibitoriæ: quia lex vltra procedit disponendo, ꝙ derogent, ergo si stetisset in prohibitione simplici, nõ potuissent partes illi prohibitioni derogare: quia ibi negatio præfertur verbo, & importat necessitatẽ pręcisam, vt est dictum: ergo vt tollatur illa pręcisa necessitas, est opus, ꝙ exprimatur: sed in casu nostro statutum stetit in simplici probatione, & sic firmauit suam dispositionem: ergo sequitur, ꝙ non potuit ille do. Ia. renuntiare prefatis decretis in genere, nec in specie. & ideo intelligitur præfata transactio saluo decreto dñi Marchionis, vt dixit Andr. de Barulo, quẽ refert Bald. in l. j. C. si ob publi. pensi. & per consequens nil competit do. Petrinæ in bonis & dotibus maternis.

EPITOME.

¶ Statutũ, quo auia materna a successione nepotis excludit, auo materno nõ obest ĩ iure succedẽdi.

SVM-

SVMMARIVM.

Statutum restringendum ad personas in eo expressas, non est extendendum. nu. 1. maximè vbi nomina appellatiua discrepāt. nu. 3. aut statutum sit præcisum. num. 4. cui nulla adaptari interpretatio potest. nu. 6.

CONSILIVM XXXIX.

IN hac Dubitatione si statutū excludit matrem, & auiam mr̄nam a successione nepotis, vtrum extēdatur ad auum maternum. dico ꝙ non, obstantibus verbis ipsius statuti. Et pro potissimo fundamento huius consultationis præmitto, † ꝙ licet istud dicatur 1 esse æquum, vt masculi dxcludant fœminas: nihilominus est odiosum, irrationabile & æquum æquitate abusiua: vnde est restringēdum ad personas expressas & non extendendum. ad hoc adduco, quod voluit Bal. in l. certum. C. vnde cog. in prin. vbi dicit, ꝙ si per statutum ciuitatis successio introducatur ex bono, sed non æquo, tale statutum dicetur odiosum, ponit exemplum, si per statutum masculus excludat fęminam, tale statutum dicit esse factum propter bonum publicum familiarum ꝯseruandarum. l. j. §. si seruus. ff. de ven. inspi. non tamen est æquum, allegat l. maximum vitium. C. de lib. pręte. quicquid enim est contra iustitiam æquitatis, est odiosum & remittit se ad Cy. in l. 1. C. de adul. & idem Bald. in l. quicunque. C. de ser. fugi. ver. attende hic aliqua. decidit hanc dubitationem in indiuiduo, statuto, inquit, cauetur, ꝙ existente patruo non succedat auus maternus, an succedat auia materna & decidit, ꝙ sic: quia istud statutum non est rationabile, quod dictū accuratè ponderet do. iudicās: quia decidit quęstionem in terminis nostris. licet enim statutum expressè excludat matrem & auiam maternam: tamē de auo mr̄no nihil dicit: ideo non excludetur auus maternus: quia tale statutum non est rationabile, & adduco, quod voluit Bald. in l. si defunctus. C. de suis & leg. vbi dixit illum tex. fore no. ꝙ genus paternum pręferatur materno, est ęquum & rationabile: quia tēdit in fauorem familiæ & agnationis, & subdit, vtrum statutum excludens fœminam dotatam a successione stantibus fratribus sit æquum, arguit ꝙ sic: quia filia satis debet contentari dote sufficienti de quadam æquitate ciuili, licet non naturali, refert tamen Bar. in d. l. liberorum. ff. de verbo. signifi. dicere, ꝙ huius statuti non potest reddi ratio. Item æquitas alia dispositiua alia disponenda. Item æquitas propriè dicitur, quæ semper vna, & eadem permanet, vt no. in l. 2. C. de in ius vocā. & subdit, ꝙ text. d. l. si defunctus. loquitur de æquitate abusiua, ꝙ dicit apparere ex hoc: quia hodie est correctus, & dicit illum tex. loqui de æquitate motiua non de æquitate præcisa. & idem Bald. in quodam suo consilio de quo facit memoriam do. Pet. de Ancha. in repetitione. c. 1. de constitu. in 15. quæstione ver. iuxta prædicta, ꝙ statutum excludens matrem a successione filiorum nutrit odium irrationabile. & idem Bal. in l. 3. C. si appel. pen. mors interue. dicit, ꝙ contra rationem naturalem est, ꝙ fęminæ non succedant, & idē voluit in l. intestato. ff. de legi. tut. & in c. 1. de cogni. feud. dixit, ꝙ statutum disponens, ꝙ filia dotata non succedat, non est rationabile. & adduco, quòd voluit Bar. in d. l. j. C. de sum. tri. & quod voluit Ioan. de Imo. in l. Titio centum. §. Titio. genero. ff. de condit. & demonstr. vbi dicit tale statutum debere intelligi strictè & non extendi. dicit etiam ibi Io. de Imo. fore tale statutum rationabile, si aliqua ratione moueatur, puta quia reseruat mulieri dotem. ¶ Et si quispiam dixerit, ꝙ istud statutum est cōforme legi Mosaicæ, qua cauetur, vt filia dotata non succedat stante filio masculo, vt habetur. 26. c. Numeri. Ad hoc rn̄deo, ꝙ iudicialia veteris testamenti non ligant, nisi quatenus reperiunt approbata in nouo testamento, vt voluit beatus Thomas secunda secūdæ, quem referunt scribentes in c. fi. de consue. & Ioan. de Im. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. & ff. de testa. l. 3. cum ergo in casu isto non reperiatur lex illa Mosaica approbata in nouo testamento, ergo nō ligat in nouo: quinimo plus dico, ꝙ illa lex emanauit illo tempore iudeorum, quo iudei inhiabant temporalibus, quòd apparet: quia Deus considerās cupiditatem eorum circa temporalia promisit terram fluentem lac, mel, & sic promisit, & dedit, seu donauit supremus deus iudeis temporalia: quia temporalibus dediti erant, vt legitur in veteri testamento: sed in nouo testamento venit Iesus Christus Deus noster & rex noster, & suppleuit legem antiquam, & promisit & donauit nobis vitam ęternam, & fecit nos filios Dei per adoptionem, vt in epistolis suis mangnanimus dixit Apostolus, & secundùm varietatem temporum mutatur lex, vt c. non debet, de ꝯsangui. & affi. & sic non habet locum illa lex Mosaica hodie: quia est contra legem naturæ, vt probatur in l. maximum vitium. C. de lib. præte. & videtur dispositio. d. l. Mosaicæ, hodie reprobata per l. maximum vitium, quia cum constitutio antiqua vocaret ad imparia masculos & fœminas, Imperator appellat vitiosam dispositionem, maximū vitium antiquæ subtilitatis dicit esse eorum, qui tales differentias inducunt, & ꝙ sunt accusatores naturæ, item appellat eam iniquam & naturæ accusatricem, quod est contra omnem iustitiam & philosophiam incusare naturam: cum Romanus orator in libro de senectute sapienter dixerit. In hoc sumus sapientes, ꝙ naturam tanquam Deum, ducemque sequimur, eique paremus. & facit tex. in l. lege. 12. tabularum. C. de legitimis hæredibus. in versi. cum naturam offendimus, & in versi. bene humano generi prospectum est a lege. 12. tabularum, quæ in vnam cōsonantiam tam masculis quàm fœminis. apparet ergo ad oculum ex istis, ꝙ statutum istud est irrationabile, iniquum, accusatorium naturæ, malè prouidens humano generi, & est iniquum æquitate propria sumpta: & licet aliqui velint, ꝙ sit æquū; tamen æquum æquitate impropria, & abusiua, quæ non est vna & eadem vbique & semper, vt dixit Bal. in d. l. si defunctus. vtrum autem valeat huiusmodi statutum, ego non sum requisitus super hoc, sed sum requisitus ad consulendum, vtrum extendi possit ad auum paternum. & dico, ꝙ nullo modo extendi potest, ꝙ sic demonstro ad oculum. Homo est nobilissima creaturarum. l. iustissimè. ff. de ædil. edict. & in illo Ouidiano. Pronaq; cum spectant animalia cętera terram. Os homini sublime dedit & cætera. & in libro prędicabilium dicitur. sumus rationales nos & dij, & in 6. Eneidos dicit. Igneus est illis vigor. iuxta illud, a sum
2 mo cęlo egressio eius. Modò si † huiusmodi statutū non extenditur ad bona sita extra territorium statuētis, ex eo quia est irrationabile, vt formaliter dixit Barto. in d. l. cunctos populos, ergo multo minus extendetur de persona ad personam, arg. auth. multo magis. C. de sacrosan. eccle. c. cum in cunctis, de elec. cum simili. cum ergo loquatur de auia materna, restringitur ad casum, de quo loquitur: cum sit irrationabile: item illud, quod non dixit statutum. non dicemus nos, vt l. si seruum. §. non dixit prætor. ff. de acquirenda hæreditate, cum ergo nihil dixerit de auo materno, ergo nos non dicemus; nam sicut non debemus esse clementiores lege, vt §. oportet. in authenti. de iudic. ita non debemus esse asperiores: maximè in l. irrationabili. Cum ergo nō priuet statutum

statutum auum maternum, ergo nõ debemus, nec possumus illum priuare. Item istam dubitationem decidit Bar. in indiuiduo in d.l. quicunque. C. de ser. fugi. inducendo vt superius induxi. item istud decidit Io. de Imol. in d. l. Titio centum. §. Titio genero. vbi dixit, tale statutum debere intelligi strictè, & nõ extendi, ergo de auia materna non extendetur ad auum maternum. item dicit ibi, ꝙ statutum prædictum debet moueri aliqua ratione, puta assignando dotem. Ita in proposito deberet istud statutum assignare legitimam auo materno. Item non est eadem ratio in matre, & auia materna exclusis a statuto, & auo materno quia ista dos non habuit originẽ ab eis, sed ab auo materno: ideo non est admiratione dignum, si statutum istud non exclusit auum maternum. Item casus omissus siue omittatur a lege, siue a consuetudine, siue a statuto, siue a paciscente, siue ab impetrante, siue a iudicem dante, habetur pro omisso, & stamus dispositioni iuris communis: vt l. si extraneus. ff. de cõdi. ob causam. l. si cum dotẽ. ff. solut. matr. l. commodissimè. ff. de liber. & posthu. ita dixit. D. Ioan. Andr. in cap. susceptum, de rescrip. libro 6. ita commemorat Bald. in l. 3. C. de institut. & substitut. vbi allegat iura istam doctrinam probantia. & idem voluit Ioan. Andr. in addi. Spec. in tit. de testa. §. 1. in addit quæ incipit, quarta quæstio. Cum ergo istud statutum nihil disponat de auo materno ergo quò ad auum stabimus dispositioni iuris communis. facile enim fuisset statuenti de auo materno exprimere, si voluisset. l. 1. §. sin autem. C. de cadu. tollen. l. 1. ff. si mens. fal. mo. dixe. si ergo non dixit, nec nos dicere debemus, maximè cum sit irrationabile, & licet doctores allegati superius dixerint, quòd sit æquuum; tamen respondeo æquitate abusiua, & impropria, ergo non extẽdemus ad auum maternum. ¶ Et si quispiam opponat de eo, quod voluit Bald. in l. quod verò. ff. de legi. vbi dicit, ꝙ etiam statutum excludens filiam comprehendit neptem, allegat Ricar. & Barto. ad hoc responsum est per do. consulentem: tamen respondeo, ꝙ rationes allegatę superius confundunt hanc doctrinam Bal. & Barto. & Ricar. licet Bald. idem voluerit in l. venia. C. de in ius vo. Et adduco eundem in l. sed & milites. ff. de excus. tut. in princ. vbi tenet contrarium. dicit enim, ꝙ si filius excludit sororem, ꝙ nepos ex alio non excludit illam sororem. Et dicit illum text. esse notãdum. & sic non rectè loquitur Bar. & Bal. in d. locis. Item nos non sumus in casu, quo ipsi loquuntur: ex eo quia loquuntur, quando filia est pro dotata, dicunt enim, filia dotata non succedat, quo casu tale statutum est rationabile, sed nos non loquimur in casu illo; quia auus maternus excluditur in totum. & sic sumus in casu diuerso, & separato, ergo non infertur. l. Papinianus exuli. ff. de mino. cum simi. Item nos sumus eo casu, quo nomina appellatiua omnino discrepant: quia auus maternus & auia materna, discrepant, quo ca-
3 su † non fit extensio talis statuti, vnde dixit Bal. in d. l. quod verò. pone per statutum excludit frater matrem excludat auiam, allegat Iaco. But. ꝙ non: quia illud est ꝯ rationem, item casus de auia est omissus, ergo stamus iuri communi. l. si verò. §. de viro. ff. sol. mat. nec est admiratione dignum, si melioris conditionis est auia, quàm mater; quia si mater esset exhęredata & auia præterita matre exclusa, admitteretẽ auia, & non mater. l. pater filium. ff. de inoffi. testa. & hanc opi. Ia. But. sequitur Bal. in d. l. quod verò. item sequeretur vnum valde incõueniens, ꝙ statutum excludens auiam maternam, si cõprehenderet auum maternum, sequeretur, ꝙ fœmininum conciperet masculinum, quod esse non debet: vt dixit gl. in cle. attendentes. de statu reg. Item adduco, quod voluit Bald. in l. illam. C. de cola, vbi dicit, ꝙ licet agnati excludant sororem, non tamen excludunt filium sororis; quia sicut exhæredatio hominis non porrigitur ad præteritum, de quo non est facta mentio, ita nec exclusio legis, cum pariter vtraque sit odiosa. Item Barto. in l. 2. §. videndum. ff. ad Tertulia. non loquitur in casu nostro: quia loquitur, quando descendẽtes excluduntur, sed nos loquimur in ascendente, vtrum exclusa matre, & auia, a qua non prouenit dos, excludatur auus maternus, a quo prouenit dos. & sic Bar. non loquimur in terminis nostris. ¶ Præterea facit, quod voluit Ang. in d. l. illam. C. de colla. vbi tangens quæstionem & controuersiam Barto. & Bald. nixus est reducere ad concordiam, dicit enim quosdam dicere, disponit statutum, quòd stantibus agnatis mater excludatã a successione filij, ꝙ si mortua matre decedat filius superuiuentibus agnatis, & superuiuente fratre vterino tantùm ipsius filij mortui, ꝙ ille frater nõn excluditur per agnatos: quia de eo nõ loquitur statutum, sed de matre, & in hac opi. dicit fuisse Bald. sed Bart. in opi. contraria: sed Ang. ibi reducit ad concordiam, ꝙ opi. Bald. procedat, si mater est mortua, vt filius matris frater personę defunctæ non excludatur ab agnatis: quia de fratre nõ loquitur statutum, & cessat illud absurdum, vt mater viuẽs excludatur, & vlterior includatur, & succedat matre exclusa: aut mater viuit, quæ excluditur fauore agnatorum, & tunc non est verum, ꝙ alius filius admittatur: quia esset magna absurditas, ꝙ veniant remotiores in gradu, qui sunt eiusdem capitis & propinquiores repellãtur, & hoc casu vera sit opi. ita Ange. reduxit ad concordias illas contrarias opi. ¶ Et est aduertendum: quia Ange. adhuc non loquitur in casu nostro: quia nos loquimur in auo materno a quo processit dos ista, & non processit a matre: & sumus in appellationibus omnino discrepãtibus sed in casu nostro mater istius filij mortua est, & sic cessat illud absurdũ, vt remotior admittatur, & propinquior repellatur, ergo sequitur, ꝙ auus maternus admittitur ad succedendum, & non excluditur ab ipso statuto: licet istud statutum fauore agnatorum sit inclusiuum, vt dixit Bartol. in dicta l. secunda. §. videndum. illud procedit, quando non reperit obstaculum, sed in casu nostro reperit obstaculum; quia in medio extat auus maternus, a quo dicta dos habuit originem, ergo non excluditur auus maternus: & lõgè miror de Bar. & de sibi similibus, ꝙ ita discedant ab ęquitate propria, & vera: vt excludatur auus maternus a dote proueniente a se; cum statutum non excludat dictum auum: ideo vt excludamus dictam iniquitatem, dicemus, ꝙ statutũ non excludat auum maternum, vt patet per supradicta, & etiam fortius apparet ex verbis, & mẽte ipsius statuti. voluit enim esse præcisum, idest ad literã, prout iacet, & sic opus est manu militari, ita dixit Bal. in c. ex parte, de rescript. Et idem Bald. in rub. de constitutio. dixit, ꝙ si in statuto apponitur illud verbum, præcisè intelligitur ad vnguem. ¶ Modò in proposito nostro si istud statutum debet intelligi, prout iacet in litera, & litera statuti loquiť de matre & auia materna, sequitur, ꝙ non poterit extendi ad auum maternum: quia litera non loquitur de auo materno, & sic debet seruari ad vnguem: ergo non debet extendi. Et adduco, quod voluit idem Bal. in l. si causam. C. de exe. rei iudi. dicit enim, ꝙ si in statuto sint
4 ista verba, & dictum † statutum sit præcisum, ꝙ virtus istorum hæc est, ꝙ adeo sit strictum ius & firmatũ, vt nullo modo possit ab eo recedi, allegat, quod voluit glo. in l. placuit. C. de iudic. idest, non potest recedi a iure constitutionis, sed a iure partium bene possent ipsæ partes recedere, argu. d. l. si causam. ita conclu-

concludit ibi Bal.& sic Bal.expressè voluit,ꝙ per illa verba,sit præcisum,intelligatur, ꝙ sit strictū, ex quo sequitur, ꝙ cum ex dispositione sui istud statutum debeat strictè intelligi, vt voluit Barto.Bald.Ioan.de Imol.& alij,quos superius allegaui,sequitur,ꝙ si exprimitur,ꝙ sit præcisum,& sic vt sit strictū,ꝙ adiungitur strictius vinculum , vt in simili dixit tex.valde sing.in c.2.de præben.lib.6.in ver.specialius,vbi dicitur,quando consuetudo disponit illud idem , quod disponit ius commune , quod addit vinculum specialius.Ita dicamus in proposito,& adduco simile , quod dixit Bald.in authent.sed cum testator.C.ad l. Fal.vbi voluit,ꝙ si testator mandat solui legata plena & integra,ꝙ videtur expressè prohibere Falcidiā, & videtur satisfactum dispositioni authen.de here. & falci.§.si verò expressim.& sic in casu nostro istud statutum cum de se sit strictum,& apponat verbum præcisum,intelligitur magis strictum , & per consequens non extendetur ad auum maternum.¶ Et adduco,quod voluit in l.exceptionem.C.de proba.ad fi.vbi dicit,statuto cauetur,ꝙ quis teneatur accusationi respondere præcisè,saluis exceptionibus,ꝙ potest opponere exceptionem iudicis incompetentis:
5 & sic videtur sentire,ꝙ idem est dicere † præcisè , ꝙ absolutè,& adduco, ꝙ voluit do.Cardi.in c.2.de rescript.vbi text.vtitur illo verbo præcisè.do. Card.ibi dicit,ꝙ illud verbum importat idem,ꝙ absolutè, & probatur in c.contra christianos, de hæreti.libro 6. vbi dicitur,absolutè,siue præcisè.& subdit ibi dom. Cardin.ꝙ si in fine statuti dicatur, istud statutum sit præcisum , vt vidit apponi sæpenumero in statutis Paduanis , ꝙ tunc statutum illud erit mandandum executioni omni exceptione remota:quia sine causæ cognitione potuit exequi,& de tali statuto præciso loquitur Iacobus de Aretio secundùm eum, vt refert Rai.de For. in respōsione.l.omnes populi.ff.de iustit. & iur.quod tale statutum non tollitur per sequens statutum non faciens mētionē de ipso, quod aliàs tolleretur,vt l.nam & posteriores.ff.de legi.ca. 2.de constit.lib.6.& idem firmat do. Abb.in d.c.2.& sic apparet ex istis,ꝙ statutum præcisum non recipit extensionem.¶ Et si quispiam adducat illud , quod voluit Bal.in d.c.2.vbi dicit,ꝙ disponit statutum , ꝙ reformationes debeant præcisè seruari, potest ex illo text.argui,ꝙ intelligitur sine causæ discussione,ꝙ est falsum,secundùm eum : quia ista dictio præcisè, non excludit legitimas defensiones , vt l.stipulatus sum.ff.de verb.obliga.quia verba præcisa distinctionem legalem recipiunt, vt l.ita pudor.C.de adult.& ideo intelligitur præcisè , idest ad literam,prout iacet,& sic opus est manu militari,itē & remedio carceris.l.sacrilegij.§.fi.ff.ad l.Iul.pecu.l.qui restituere. ff.de rei vendic.l.sed & hæc.§.prætor.ff.de procur.& idem Bald.in c.cum M.Ferrariensis,de consti.dixit, verba præcisa Papæ recipiūt tacitā conditionem & interpretationem,& idem Bal.in commento.l.omnes populi.ff.de iusti.& iure, in vltima charta dicit , ꝙ istud verbum præcisè, recipit determinationem laudabilem,ad hoc allegat.d.l.stipulatus sum.& verbum præcisum secundùm deriuationem est,ac si dictum sit,ꝙ illud statutum præcedat omnia,quæ aliter disponunt: item exponitur præcisè , idest ad vnguem,allegat glo.d.l.sed & hæ.§.prætor.ff.de procura.& idem Bal.in præfata rubrica,de consti.dicit, ꝙ statuta præcisa dispensationē arbitri non recipiunt: ideo vbi statutum est præcisum , debet ad vnguem obseruari,allegat ad hoc cle.ne Romani,de elect.& tantum valet dicere præcisè,quantum omnimodè, & indistinctè,allegat ad hoc tex.in l.semper.§.demōstratur.ff.de iure immu.reuera.tex.ibi vtitur verbo, abscisè & gl. ibi dicit, vel præcisè.& idē Bal.in l.2.C. de pa.qui fil.distr. dixit,gn̄ale statutū disponit,ꝙ statuta debeant seruari ad literam, ꝙ tunc non fiet extensio:quia litera dicitur , quæ oculis videtur , non quæ solo intellectu percipitur.l.1.§.sed si lege. ff. de his quę in testa.delen.& adduco,quod dixit Bal.in l. precibus.C.de impu.& alijs substit. vbi dixit, in quibusdam locis extent statuta , ꝙ testamenta seruentur ad literam , prout iacent, decidit, ꝙ substitutio vulgaris expressa non continet pupillarem:quia est intellectus alienus a verbis,& facit tex.in l.cū auus. ff.de condi. & demonstra.inquantum text.ibi dicit, plus dictum q̄ scriptum.& sic dicit esse alienū a scriptura illud,qđ non est scriptum, posito ꝙ veniret ex interpretatione legis, & sic iudicio meo, videtur ibi
6 casus nouus & sing. ad hoc † ꝙ vbi statutum disponit,ꝙ statutū sit præcisum , vel seruetur ad literam, prout iacet, & statutum est certum in casu, in quo loquitur, non debet adhiberi legis interpretatio ad tale statutū,cum sit in casu,in quo loquitur certum & clarum . Modò adduxi omnia,& quædā alia quò ad intelligendum,quid operātur illa verba,& communiter doctores inclināt ad hoc,intelligatur illud esse seruandum,prout iacet ad literam,sed litera est in statuto isto clara,& aperta: quia loquitur in matre,& auia materna, si extenderemus ad auum maternum nō seruaremus literam , imo essemus extra literam,& istud repugnat statuto dicenti fore præcisum. ¶ Nec obst.cū dicit,ꝙ recipit restrictionē;quia intelligitur eo casu,quo est necessaria restrictio:sed non sumus in casu illo , nec etiam sumus in casu vt extendatur;quia fieret extensio eo casu,quo non est necessaria,& fieret cum iactura aliena,& priuaretur auus maternus re sua, & porrigeret̄ auo paterno ad lucrandum,quæ non sunt paria.l.fina.C.de codicil. itē nec est ista determinatio laudabilis, vt auus maternus priuetur dote a se proueniente , & auus paternus locupletetur , contra regulam locupletari libr.6.& contra.l.nam hoc natura.ff.de condi.inde. per consequens si extenderemus istud statutum irrationabile,iniquum,accusatorium naturę,odiosum ad auum maternum,offēderemus literam dicti statuti, & per consequens offenderemus mentem statuentis:quia ex verbis colligimus mentem , vt l.nominis & rei.§.verbum ex l.ff.de ver.sig. iō refert Bal. in rub.extra,de testi.Cassiodorum in suis epistolis dicere, nullum magis mentis nostræ testimonium , q̄ qualitas inspecta verborum.l.Labeo.§.idem Tubero.ff.de sup.lega. iuxta illud vulgare, loquere & cognoscam te.ideo dicebat idem Bal.in c.mandatum, de rescript.ꝙ imperator linguæ est cor,& per consequens nullo modo potest fieri extēsio ad auum maternum,nec ex dispositione iuris communis,nec ex dispositione ipsius statuti,cū voluerit , ꝙ ad literam seruetur statutum . & adduco,quod voluit Bald. in l.cum quidam.C.institu.& substit.vbi dixit,ꝙ notarius rogatus de testamento non videtur rogatus de substitutione tacita; quia illa nō legitur:ideo debemus istud statutum intelligere de persona , quæ ex litera elicitur.& adduco , quod voluit D. Anto.in c. translato,de consti.& in c.cum contingat, de rescri. & in c.ab excommunicato.eod.ti.& in c.cum inter. de re iudi. & in c.cum clericus,de iureiur.& in proęmio decreta.vbi dicit,ꝙ illud dicitur legi,quod oculo corporis legitur.& allegat Inno.in c.P.& G.de le. ideo non est sententia nulla, si intellectualiter sit reducibilis ad errorem iuris,ex quo ibi non legitur error, nec bene deponit testis deponens de errore, dicens se legisse,& adijciat causam intellectualiter cō cludentem,ita ibi concludit Do. Anto.ita dicamus in casu nostro,cum istud statutum sit præcisum , & sic debeat seruari,prout iacet ad literam , sequitur,

ꝙ non

ꝙ non ſubaudiemus auũ maternũ oculis corporeis cum non appareat in verbis literæ ipſius ſtatuti: & ex his elicitur vera & indubitata concluſio, ꝙ auus maternus non eſt excluſus per iſtud ſtatutum a ſucceſſioue iſta:& ſic concludo, vt concluſit.D.conſulens quò ad iſtam vltimam dubitationem, ſed in primis duobus dubijs:quia pleniſſimè,& ſubtiliter, & iuriſdicè dixit.D.conſulens,ego non extendo fimbrias;quia plenitudo gratię adiectione non indiget. Andreas Barba.

EPITOME.

¶ Neptis auo materno ſucceſſura dotem matris ex aui ſubſtantia profectam in portionẽ legitimam imputat:neq; verò ſtipulans ſibi reddi dotem auus deficientibus liberis in contrarium caſum dotem filiæ abſenti donaſſe videtur,maxime antequàm acceptaret mortua eſt. Ideoque ex ſubſtantia matris dos facta videri non poteſt,quominus etiam id dicente ſtatutò in legitimam imputetur.

SVMMARIVM.

Subſtantia aui continetur illud,quod ab ipſo auo,vel a patre vel eius occaſione venit.nu.1.

Auo materno ſucceſſurus nepos ex filia prædefuncta dotẽ eius ſibi imputat.nu.3.4.& 5.

Abſenti & ignoranti donatum collatumue beneficium non prodeſt ante notitiam & ſcientiam.nu.7.

Statutum reducitur ad terminos iuris communis.nu.11.

CONSILIVM XL.

AD factum Mihi videtur de iure dicendum,ꝙ iſta domina Eliſabeta debeat imputare ſibi in legitimam debitam in bonis aui dotem maternam ꝓuenientem ex ſubſtiantia aui.¶ Et pro eius deciſione adduco Anũ, ꝙ ſuperiores noſtri in locis, vbi hanc quæſtionem tangere conſueuerunt, non excogitauerunt,glo.profectò elegãs,& ſolennis in l.cum oportet.in verſi.ex eius ſubſtantia.C. de bo.quæ lib. q̃rit,quid importat illud verbum ex eius ſubſtãtia:
1 &†dicit illud,qđ ꝓuenit ab ipſo auo, ſeu abipſo patre ſuo,vel eius occaſione:& dicit ꝙ verbũ ex ſubſtãtia ponit largè, & denotat cãm immediatã,|& cãm immediatã ideſt,occaſionem & ſic ponitur largè & ſtrictè,iſtud probatur in l.1.§.ex incendio.ff.de incẽ. rui.nauf.l.nõ dubium.C.de legi.l.1.C.ſi ſeruus exte. l.eo tempore.ff.de pec.Idem dicimus de iſto verbo. de.l.j.§.nunc videamus.ff.de coniug.cum eman.lib. & per Bart.in d.l.1.§.ex incendio.& l.ait prætor.§. ꝙ ſi de fructibus, de bo.auto.iudic.poſſ.& in l.cum filius.§.hæres meus.ff.de leg.2.& in cõſilio ſuo incip. Bartol.& in d.l.non dubium.Bald.in l.ex hoc iure.ff. de iuſtit.& iure.& in l.ſi de interpretatione.ff.de leg. & in l.3.C.de actio.empt.& in l.de pecoribus.C.ad l. Aqui.tex.& ibi dom.Anto.in c.1.de cle.pug.in duel. glo.& docto.in c.auditis,de procur.tex.& ibi Dominicus in c.pen.§.fi.ff.de offi.leg.lib.6.tex.& Io.Andr. & alij in c.qualiter,de elec.tex.in c.presbyterum,cũ ca.ſequen. & ibi doctores,de homi.l.qua actione.§. Celſus.ff.ad l.Aqui.& ibi moderni,text.in c.Raynaldus,de teſta.& quod voluit Dominicus in c.pro humani.§.1.de homicid.libro 6. de illo ver.pro modo.
2 ¶ Ex iſtis elicitur concluſio vera & indubitata†ꝙ in materia ſtricta, & pœnali importat cauſam immediatam & propinquam,ſed in materia larga importat vtranq; cauſam mediatam,& immediatam, ſed tex.in l.ſcimus.§.repletionem.C.de inoffi.teſtamen. vtitur illo verbo,ex ſubſtantia,quo verbo vtitur.d.l. cum oportet, ideo poſito, non tamen conceſſo, ꝙ iſta Eliſabeta dicat ſe venire iure hæreditario materno,& a matre recipiat iſtam dotem,nihilominus illam recipit ex ſubſtantia aui:quia occaſione aui illam recipit.& ſic videtur accipere ex ſubſtantia ſui aui.loquitur in d.§.repletionem. in materia larga, ergo importat cauſam mediatam & immediatam. ¶ Et ſi quiſpiam dixerit,ꝙ Salyc.in d.l.cum oportet. in princ.dicit, ꝙ illud verbum ex ſubſtantia,capitur ſtrictè in d.l.ſcimus.§.repletionem.& idem ſentit ibi Bar.ego reſpondeo,qui ſpiritus eis reuelauit, vt capiatur ſtrictè. Primò, nihil allegant nec.l.nec rationem, ergo erubeſcimus cum ſine lege loquimur.l. illam.C.de coll.§.conſideremus, in auth.de trien.& ſemiſſ.ergo eſt quædam diuinatio,& per conſequẽs non tenenda,voluit glo.ſing. in l.filiũ quẽ habentẽ. C.fami.erciſc.& ſic cum ab auo proceſſerit iſta dos ad iſtam Eliſabetam, ſiue mediatè,ſiue immediatè dicitur ad eam veniſſe ex ſubſtãtia aui,ergo ſibi imputet.Et adduci poſſet illud, quod ſcribitur in Tragedijs,quod petis,intus habes.l.1.C.de exec.rei iudi. Et ſic ex iſto capite. D.iudicãs pronuntiabit debere ſibi imputare in legitimam debitam iure in bonis aui, & hunc modum arguendi & concludendi non reperio excogitatum per aliquem docẽtem,aut ſcribẽtem, aut recolentem,antiquum,vel modernum in iure virum exercitatum & attritum.Et ex hoc tollitur illud,quod refert ſupremus doctor Bart.in l.in quartam.ff.ad l.falci.vbi refert multos aduocatos & doctores conſuluiſſe,ꝙ ſi filia prædeceſſit ſuo patri,
3 relictis filijs,†ꝙ auo mortuo dos filiæ nõ computatur in quartam debitam nepotibus in bonis aui: & refert illos doctores moueri per rationem communem.d.l.ſcimus.§.repletionem,cum quarta debeat deduci ex ſubſtantia patris, ſeu aui, vt ibi dicitur: ſed nepotes non habẽt iſtam dotem ab auo, ſed habent vt a matre,ideo non debet imputari eis in legitimam:quia iam exiuit patrimonium patris, & eos ſequitur Bal.in l.quoniam nouella,& in d.l.ſcimus. C.de inoffi.teſta.& in l.illam.C.de colla.vbi Bal.aſſumit. d. fundamentum, & nepos eſt dominus huius dotis ex ſucceſſione materna,nec poteſt fieri dominus ex alia cauſa.c.inter dilectos, de fide inſtrum.& quia legitima debet euelli ex corpore vero, vel ficto bonorum teſtatoris:ſed hic euelleretur aliũde,tum quia venit tanquàm hæres matris, tum quia nulla lege cauetur.Et ideo diſtinguit. Quod aut ſuccedit cum patruo,& tunc imputat,aut cum nepotibus,& tunc nõ imputat:& ita refert in d.l.illam.ſe de facto conſuluiſſe: quia pro certo iſtæ rationes tolluntur
4 facile modo. Vbicunque † nepos habet ex aui ſubſtantia,quod in legitimam ſibi imputet,non poteſt petere legitimam in bonis aui:quia quod petit, intus habet:ſed iſta neptis habet ex ſubſtantia aui dotem,quæ ad eam peruenire debet quò ad ſuam portionem,ergo ſequitur,ꝙ portionem ad eam deuentam propter mortem matris det ſibi imputare pro legitima in bonis aui:vnde poſito,non tñ conceſſo, in terminis huius conſultationis, ꝙ iſta neptis perceperit iſtam ſuam portionem propter mortẽ matris, nihilominus ſatis illam dicitur habere ex ſubſtantia aui.& ſic non eſt verũ,cum Bald.dicit,quòd non eſt effectus nepos dominus dotis ex ſubſtantia aui:quia imo ex ſubſtantia aui eſt effectus dominus propter mortem matris,& auus eſt cauſa potiſſima & eſt cauſa cauſæ:ſufficit ergo, ꝙ verificẽtur illa verba ex ſubſtantia aui appoſita in d. l.ſcimus. §. repletionẽ.& ſic poſſumus dicere,ꝙ ad eũ caſum adaptatur diſpoſitio legis, ad quem adaptãtur verba legis, vt l.4.§.toties. de damno infecto.& ibi Bar.dixit ſtatuto cauetur,quòd de cõtractu ſoluatur gabella ſex denariorum ad

denariorum pro libra, fit ꝯtus super re inæstimabili, ꝙ non soluetur gabella: quia non habent locum verba statuti: ergo nõ habet locum dispositio. l. iam autem. & ibi Bar. ff. de admi. tuto. l. quod ꝯstitutum. & ibi Ang. ff. de test. mili. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. l. 1. §. loquitur. ff. de magistra. ꝯuen. c. indẽnitatibus. §. sed cum eas, de elec. lib. 6. & ibi Dominicus. c. ad audientiam, de deci. sed verba dicti §. repletionem. dum dicunt ex substantia, adaptantur ad casum nr̃m: ergo sequitur, ꝙ adaptabitur eius dispositio. & per ꝯñs portionem sibi ad aduenientem, & ex illa dote ob mortẽ matris imputabit sibi in legitimam auitam. & sic Bal. & Pau. de Cast. in suis ꝯsilijs non considerauerunt. d. §. repletionem. ad hanc difficultatem, & per ꝯñs dr̃ effecta ista portio huius neptis ex substantia aui, ꝙ Bald. negauit in dictis suis consilijs, & verum non dixit, & ꝯfunditur ratio sua dum dicit, ꝙ dẽt euelli ex corpore rerũ aui, quia in casu iam euellitur ex corpore bonorũ aui, & sic iudicio meo confunditur sua opi. per prædicta. Et adduco, ꝙ hãc partem † neptis imputet sibi in legitimam in bonis aui dotem maternam, tenuit Iac. Bu. consulendo in contingentia, licet Bal. in d. l. illam. dicat, ꝙ Iac. Bub. studio ꝯdicendi sępe fefellit: quia salua honorificentia Bal. Iac. Bu. fuit excellentior homo Italiæ. Ita dixit Bal. in l. q̃cunq;. C. de epis. & cler. & istud decidit tex. formalis in l. q̃m nouella. in fi. C. de inof. test. dũ dicit, si ex substantia eius ꝓfecta sit, de cuius hæreditate agitur, vbi illa verba, ex substantia eius, in hac materia expressè accipiuntur largo modo, vt comprehendant causam remotam, etiam si occasione aui aduenerit dos ad neptem, & per illum tex. datur pręcipuũ lumẽ ad d. l. scimus. §. repletionem. vt illa verba, ex substantia, capiãtur large etiam pro causa remota. & istud ponderauit Bar. in d. l. in quartam. dixit enim, ꝙ dos data filiæ imputatur sibi, vel filijs suis in quartam. Ad hoc allegat. d. l. q̃m nouella: vbi non reperitur, ꝙ habeat a patre, sed occasione eius, ꝙ pater fecit, ꝙ lucretur. ¶ Et sic ex hoc substentabitur dictum gl. in d. l. cum oportet. quam ad hoc propositum non considerarunt moderni, vt capiatur largo modo illud verbum ex substantia patris. & ita refert Bar. in d. l. in quartã, se aliàs ꝯsuluisse, & etiam hodie consuleret. & ita consuluit consi. suo incipiente. Pater dedit dotem, & est in ordine. 165. & idem voluit cons. 79. incip. Raynaldus dedit dotem. & consilio suo 131. & per d. l. q̃m nouella. confundit illud, quod voluit Sal. in d. l. cum oportet. vbi dixit, ꝙ illa verba. ex substantia, capiantur strictè in d. §. repletionem. & sic ex substantia aui, ista Elisabeta dr̃ hr̃e dictam dotem. & ideo Saly. in d. l. q̃m nouella. hanc quæstionem indecisam reliquit, sed in d. §. repletionem. sequitur illam distinctionem Bald. Et adduco, quod pulchrè voluit idem Bal. in d. l. scimus, super illis verbis, quasi iure aduentitio. vbi inducit ad quæstionem, † pater dedit filio emãcipato ad præmium emãcipationis, decedit, filius decessit viuo patre suo superstite nepote, ad quem nepotẽ peruenit illa res donata patri suo in pręmium emancipationis, quęritur, an nepos imputet sibi in quartã debitam sibi in bonis aui, vr̃ ꝙ non; quia repletio dẽt fieri ex substantia testatoris: sed hic non est substantia eius: ergo decidit ibi Bal. ꝙ imputabit sibi in legitimam: & mouetur; quia venit nepos ex ꝑsona sui patris; quia in eius locum successit, vt l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de libe. & posthu. & ideo sicut pater si viueret, imputaret sibi in quartam, ita & nepos. & ad hoc allegat Marti. de Sillima. & Iac. But. ibi. Ecce nunc qualiter Bald. ibi decidit hanc dubitationem, vt sibi imputet ista neptis. Et adduco vnam rationem inconuincibilem. Bal. dicit, ꝙ iste venit ex successione matris ad istam dotem, & est melior ratio, quam ipse allegat in d. l. illam. ꝯ quam arguo hoc modo: si ita est, ꝙ ex successione matris: ergo ista dos est aduentitia, sed istud est falsum; quia non confertur, si esset aduentitia, vt l. fin. C. de colla. sed clarum est, ꝙ confertur, vt probatur. in d. l. illã. C. de colla. ergo sequitur, ꝙ non est aduentitia, sed profectitia: quia illud dicitur profectitiũ, quod proficiscitur ex bonis illius, de cuius hæreditate agitur: vt est text. in l. vt liberis, ad fi. C. de colla. & in d. l. q̃m nouella. ad finem. ergo sequitur, ꝙ non dr̃ venire ex successione matris, & hanc rationem non rñdebit Bald. in æternũ. ¶ Nec obstat, cum dicit, ꝙ debet euelli de corpore vero, vel ficto testatoris, hoc euelleretur aliunde: q̃a salua pace do. Bal. imo euellitur de proprio corpore bonorum aui, ex eo quia est ista dos profectitia ſm coẽm opi. quæ est in d. l. illam; quia ꝯfertur, ergo non bene dixit Bald. ¶ Nec ob. cum dixit Bal. nõ esse verum dictum Bar. volentis, ꝙ nepos directò habeat auo illas dotes maternas: quia imo venit directò vt heres matris, vt l. Bebius. ff. de pac. do. Et subdit ibi Bald. istud voluisse Bar. in l. si cum dotem. in prin. ff. sol. mat. Quia quò ad istud respondeo, ꝙ non procedit in dote profectitia, vt plenè voluit Io. de Imo. in l. post dotem. ff. sol. mat. in ver. per hoc potest attentari illud, quod tangit in 3. q. an habeat hæredẽ in dote profectitia: q̃a vr̃ ꝙ non, per ea quæ ibi dicit Io. de Im. ¶ Nec ob. d. l. post dotem: quia rñdit ibi Io. de Imo. ꝙ non potest assumi bonum fundamẽtum ex illa. l. ex eo quia hẽt plurimas & varias lectu. saltem ad istud, ꝙ vr̃ valde exorbitans, & ad hoc adducit in testem Boetium, quam refert & sequitur Bal. in l. nequicquàm. §. 1. ff. de offic. proconsul. ꝙ illud multipliciter exponitur, cuius veritas ignoratur. Item multofortius ad istud quod est valde exorbitans. Item vr̃ subaudiendum, maximè, dum litera dicit, sine liberis: quia non dẽt assumi argumentum a ꝯrio sensu, q̃n resultaret sensus ꝯrius alteri legi vel rationi alterius legis in simili casu: & ꝙ de iure. ff. filia non habeat hæredem in dote, videtur velle Bar. in d. l. in quartam, vbi sentit contrarium eius, quod voluit in d. l. post dotem, & sic apparet, ꝙ rationes Bal. non obstant, quas fecit in d. l. illam. Quinimo plus dico, ꝙ idem Bal. in d. l. scimus dicit, ꝙ si filia dotata decessit relicto filio, eodemq; nepote, ꝙ nepos auo dotãte debet imputare dotem in quartam, si quæratur de successione: & refert ita tenuisse Marti. Syllima. q̃a succedit iste nepos in locum filiæ: sed ipsa filia sibi computaret, ergo & ipse nepos & refert ita tenere Iac. Bu. & Bar. & concludit ibi Bart. tene, ꝙ magis placet. & sic non damnat opi. Bart. licet postea aliter consuluerit, & circa hoc plenissimè arguit ad vtranque partem Lud. Ro. in d. l. illam, dicens rationes Bal. esse friuolas. ¶ Sed si quispiam dixerit, ꝙ nos sumus in casu diuerso: quia ille magister Christophorus in instrumẽto celebrato super dote expressè dixit, si contingeret dictam Margaritam decedere in matrimonio sine liberis &c. quo casu ipsis filijs existentibus a ꝯrio sensu stipulationis videtur pater donasse dotem filiæ, & ita voluit Iaco. de Bel. per casum. l. si cum dotem. in prin. ſm vnam. lect. ff. sol. mat. & per l. Bebius. ff. de pact. do. cuius decisionem sequitur idem Bar. per dicta iura, & sequitur Bal. in l. pro hęreditarijs. C. de hęre. ac. & in auth. sed & si quis. C. de secun. nupt. quo casu filius habet dotem ex substantia matris, cui dos illa donata censetur ideo non venit imputanda. Cum ergo in casu nostro extet stipulatio illius ma. Christophori in casu non existentium liberorum, sequitur, ꝙ existentibus liberis donauit dictam dotem suæ filiæ, & istud est magis, ꝙ potest adduci in fauorem istius D. Helisabetæ. Sed ad hoc rectè rñderi potest; quia re vera

non

nõ obstat primò, per illud; quod voluit gl. in d. l. cum oportet, quam allegaui superius, quæ dixit, ꝙ illa dictio, ex, capitur largè, vt importet cām propinquam & remotam, vt plenius dixi superius, ergo sequitur ꝙ d. §. repletionem. importat causam propinquam, & remotam, quo casu ista Helisabeta vř habuisse ab auo, ergo debet sibi imputare in legitimam. Secundò respon. ꝙ illa doctrina intelligitur eo casu, quo filia erat præsens tali stipulationi, secus si erat absens, vnde Bar. in commento. l. si constante in 5. q. secundæ qõnis principalis, dixit, ꝙ filia absente eo tēpore, quo pater stipulatur, debet intelligi, ꝙ casus omissus remaneat in dispositione iuris cõis. l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. l. cõmodissimè. ff. de lib. & posth. & ita dotis actio in casu omisso est cõis patri & filiæ: & si intelligis, ꝙ in casu omisso pater videat solidam actionem dotis concessisse, quod dixit Bar. posse procedere, si poneres filiam præsentem, arg. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pac. do. & tunc est specialis fauore dotis talis præsumptio: si aũt esset ꝯ dotem, esset secus: & ideo dicit se fecisse istam differētiam inter præsentem & absentem filiam: quia in præsentē potest cadere pactum, ꝙ potest porrigi ad futura, & iuri futuro potest renuntiari per pactum, vt l. 1. C. de pact. Sed qñ filia absens, tunc talis præsumptio concessionis caderet in simplicem renũtiationem, quæ non porrigitur ad iura in futurum competitura, & si opponatur, ꝙ prouisio hoīs tollit prouisionem legis, vt l. fi. C. de pac. conuen. dicit dicēdum esse, vt voluit Cyn. in l. 2. C. de iure emphy. in 6. q. & ita ibi residet Bar. & idem Bar. in 7. q. in d. l. si ꝯstante, in 2. principali dicit, ꝙ pater vř renũtiare in casu omisso, ideo illo casu filia ageret, vt dixit gl. in d. l. si cum dotem. sed ipse dicit illam gl. procedere eo casu, quo filia esset præsens tpe stipulationis, secus si esset absens, & sic Bar. limitat glo. in d. l. si cum dotem. ¶ Cum ergo in casu nostro ista d. Margarita non erat pręsens tpe stipulationis paternę, sequitur, ꝙ non fuit quęsitum ius futurum dictę filię, cum caderet in simplicem renuntiationem huiusmodi tacita remissio, & est considerandum: quia Bar. bis repetit eandem limitationem, & sic maiori deliberatione illam tenuit, arg. l. e. diui fratres. ff. de iurepa. & sic aperto ore Bar. tenuit, non quæri actionem totã illi Margaritæ filiæ. ¶ Et si quispiã dixerit D. meus Io. de Imol. in d. l. si cum dotem reprehendit illam limitationem Bar. & mouetur: quia licet in pacto expresso requiratur præsentia partium, vel nuntius, vel epistola inter absentes; tñ in tacito nõ requiritur partis præsentia, vt no. per doct. & p ipsum Bar. in l. 2. & in creditores. C. de pac. ideo cum agatur de pacto tacito, non vř curandum de præsentia filiæ, & pro hoc allegat, quod hř in d. l. si cum dotem. vbi tex. loquitur indistinctè, & sic indistinctè dēt intelligi. l. j. §. generaliter. ff. de leg. præstã. Item diuinare est ſm eum dicere, ibi, filiã fuisse præsentem; ideo non est hoc amplectendum; quia oĩs rñsio diuinatoria est reijcienda, vt dixit gl. fin. in l. filium quem habebat. C. fa. ercis. Est enim refugium miserorum dare rñsionem diuinatoriã, vt ibi voluit glo. & ita residet Io. de Imol. sed mihi vř, ꝙ alia sit ad superos via, vt dicamus, ꝙ ideo non operatur effectũ pacti, seu renuntiationis eo casu, quo filia absens; ex eo quia resultat quædam donatio patre ipsius filiæ, ita dicebat Lu. Ro. in commento. d. l. illam. C. de colla. vbi postq̃ arguit ad partes, pro illa dubitabili quęstione, si debebat imputari nepoti in legitimam in bonis aui, distinguit, ꝙ si pater stipulatur reddi sibi in casu non existentium liberorum, ꝙ resultat intellectus, ꝙ existentibus filijs videatur donare ipsi suæ filiæ, & mortua filia, eius filij & sic nepotes eo respectu illam capiunt a matre; quia illi matri auus censetur donasse dictam dotē per illam stipulationem, ergo sequitur necessariò, ꝙ requiritur pręsentia filię ad hoc vt acquirat illam donationem, ēt si esset donatio rei tunc cõpetentis, vel actionis tunc cõpetentis:

7 quia donatio† requirit extrema habilia: requirit enim præsentiam personæ, cui donatur, vel ꝙ interueniat nũtius ad hoc deputatus, vel interueniat epistola: vt l. absenti. ff. de dona. & l. q absenti. ff. de acq. poss. & ideo dicimus, ꝙ beneficium collatum absenti non acquiritur absenti, nec sibi prodest ante habitam notitiam & præsentationem literarum, plenè per Bar. in d. l. absenti, de dona. & hř in l. Labeo. ff. de iureiu. & per gl. in c. quia cunctis, de conces. preben. lib. 6. & in c. si tibi absenti, de præb. li. 6. & ideo refert Lu. Ro. in d. l. qui absenti, de acq. poss. fuisse ꝯsultum in facto, ꝙ beneficium ciuilitatis collatum cuidam ciui originario alterius territorij, absenti nõ profuit ante habitam notitiam, & acceptationē: quia beneficium collatum absenti non prodest, nisi post acceptationem: & dicit fuisse allegatam d. l. qui absenti. & allegat rōnem: quia æquiparatur potestas ciuitatis in suum ciuem, & pris in suum filium, vt l. postliminium. §. filius. ff. de capti. sed beneficium legitimationis impetratum p patrem filij naturalis sibi ignoranti non prodest, nisi in notitiam veniat ratum habendo, in auth. qui. mo. na. effi. sui. §. generaliter. Ita dicamus in casu nostro, vt non prosit filiæ absenti & ignoranti hmōi donatio tacita collata p patrē dictæ Margaritæ suæ filiæ: & ad hoc adduco, quod sapienter voluit do. Pe. de Anch. in ꝯsi. 380. vbi commemorat familiares Papæ gaudere amplis præeminentijs quò ad beneficia collata. Modò fuit quidam constitutus familiaris Papę in absentia, consuluit, ꝙ ante notitiam & acceptas literas famulatus non acquiritur sibi beneficium famulatus, & pulchrè allegant, vt videri potest, & adduco, quod voluit Bal. in prælu dijs feudorum, vbi dicit, ꝙ si prælatus cõcedit feudũ alicui absenti, ꝙ non põt peti inuestitura ante præsentatas & acceptatas literas concessionis. Et addu-

9 ꝙ quando ratio † propter quam priuilegium conceditur pluribus, non inest cuilibet ipsorum, sed inest tantùm vni tanquam principali: & inde deriuatur ad alios, ꝙ illo mortuo finitur priuilegium. Ita sapienter decidit Cyn. & Baldus in dicta lege 2. C. de episco. & cleri. sed in casu nostro ita est formaliter, ꝙ fundamētum huius beneficij fuerunt ipsi frēs, & colligit ex eius tenore propter labores impensos ꝓ republica, ergo licet extendatur ad familias ipsorū fratrū, tamē extinguit ipsis fratribus mortuis: nā illa ratio cōcessionis priuilegij inest ipsis fratribus tanꝗ principalibus. ergo ipsis mortuis finitur tale beneficiū exēptionis, & istud est potius & potissimū fundamētū, qđ posset adduci in fauorē Cōis, ꝯ dictas familias, Sed ꝓ certo ista obiectio nō obstat huic nīræ cōsultationi: qa illa verba, in ꝑpetuum, tollūt istud ꝯrium: qa talis est grā, qualem eā ostendunt verba in eius tenore expressa, vt in iuribus allegatio superius. Sed concedens voluit, ꝙ in perpetuum haberēt dicti fratres cum suis familijs beneficētiam, ergo sequitur, quod mens sua fuit extinctis dictis fratribus, quòd homini gratia haberet duratione in familijs ipsorum, qa aliter illud verbū, in perpetuum, nihil operaretur, & frustra fuisset appositū, quod esse nō debet. l. si quando. C. de inoffic. testam. syllaba enim non debet apponi superfluò, vt est gloss. elegans in l. j. ff. quod me. cau. & quod habetur in c. si Romanorum. 19. distinctio. ibi, quid membranas occupat. & ideo sapienter dicit Bald. in commento rubricæ. C. de ꝯhen. emp. in 9. q. ꝙ minimū verbum appositum in aliqua dispositione est appositū cū ministerio aliquid operandi, si fieri potest ad hoc allegat. l. si stipulatus. ff. de vsur. & ideo dixit glos. elegans in c. solitæ. de maio. & obedien. ꝙ dictio tanꝗ, ibi posita non videtur poni frustra. & sapienter dixit Bal. in rubrica, de rescri. ꝙ in rescripto non debet apponi dictio superflua. & facit, ꝙ singulariter voluit Bart. in l. q Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. in 6. quæstio. ideo dixit Bald. in l. lecta est in auditorio. ff. si certū peta. ꝙ omnia verba instrumenti sunt ponderanda. Et per illum text. monet nos lex, vt totū instrumentū legamus, ar. l. argentarius. §. edi. ff. de eden. ex quo infert

10 † ꝙ si petitur instrumētū registrari apud acta, ꝙ singula verba instrī registrent prout iacent; qa nō sunt apposita sine ministerio aliquid operandi. Cum ergo ꝯcēdens hanc beneficentiā, vt in ea dicitur, voluerit, ꝙ illā habeāt cū suis familijs in ꝑpetuū, sequitur, ꝙ sine fine, donec suæ familię durabūt: sciebat. n. cōcedēs istos fratres morituros, iuxta illud, qđ in veteri scribit testamēto. Omnes morimur, & sicut aqua dilabitur, iuxta illud Boetij. Cōstat æterna positūq; lege, vt cōstet genitum nihil, iuxta illud qđ scribit in Paradoxis, mortē mihi minaris, ista hominis natura nō pæna l. eum debere. ff. de ser. vrb. pręd. Cum ergo expressit illā gratiam cū illo verbo, in perpetuum, & retulit illud verbum ad familias ipsorum, ergo verisi'r verificabitur in familijs eorum, vnde non apponitur illud verbū, perpetuū, pro ipsis fratribus duntaxat, sed pro eorū familijs, vt duret, ꝗdiu durabunt familiæ ipsorū, & per ꝯsequens licet vocet ꝑ illā ꝯiūctionē copulatiuā, cū, tamen nō veniunt accessoriè mortuis dictis fratribus, sed veniūt æquè principaliter, ex quo apponitur illud verbū perpetuò. Et sic ꝑ illud verbum, in perpetuū, videtur, ꝙ illa exēptio ita inhęreat familijs ipsorum fratrum, sicut adhæret ipsis fratribus: ergo ipsis fratribus defunctis transit ad eorū familias: & ad hoc adduco, qđ elegāter voluit Bal. in l. j. C. de epis. & cle. vbi vr̄ decidere hanc dubitationē, dicit enim, ꝙ vbi ratio priuilegij inest hęredi, sicut defuncto, tūc bū trāsit ad hr̄dē, allegat l. sordidorū, C. de excu. mu. li. 10. cū ergo voluerit, ꝙ ꝑpetuò gaudeāt, seqtur, ꝙ transit ad eorū familias ipsis mortuis. & adduci pōt: qa in dicto priuilegio dr̄, cū familijs vestris in domo seu domib⁹ vestris vobiscū habitātibus. Inde pōderāda sunt illa verba; qa si diceremus, ꝙ familiæ ipsorū fratrū vocarent accessoriè seqret, ꝙ frustra fuisset expresū de familijs stātibus in domo. vel in domibus ipsorū; qa certū est, ꝙ familiæ ipsorū fratrū, donec stabāt sub gubernatione, & potestate ipsorum fratrū. & sic sub iugo parētū, nō indigebāt exēptione: qa nihil ipsi habebāt; qa parentes ipsi eos gubernabant, & eos alebant: vnde nō fuit eis opus exēptione a datijs, & similibus, vt d. priuilegio dicitur: ergo sequitur, quòd dicta exēptio nihil operaretur, si non haberet locū in familijs eorū ipsis fratribus defunctis: qa ipsis fratribus viuentibus non erat opus facere mentionē de ipsis, ergo sequitur, ꝙ necesse est, ꝙ intelligatur illud priuilegiū ordine successiuo, vt mortuis dictis fratribus: familiæ eorū gaudeant perpetuò: ad hoc adduco, quod voluit gl. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de libe. & posthu. quidā instituit filium, & nepotem natum, decidit, ꝙ admittuntur ordine successiuo. & istud seqtur ibi Andreas de Pisis, qui respōdet ad l. peto. §. fratre. ff. de legatis 2. ꝙ ille tex. loquitur in legato, & intelligitur ordine successiuo. Item personę ibi nō fuerunt nominatæ, sed fuit prolatum nomen familiæ, qđ habet istam significationē vt veniat ordine successiuo. allegat l. fi. C. de verbo. signific. & sic videtur decidi in indiuiduo ista consultatio per hanc celebrem doctrinam; quia cum in ista beneficentia apponantur isti fratres cum eorum familijs, sequitur, quòd veniunt ordine successiuo, & sic mortuis fratribus veniunt familię suę ordine successiuo & perpetuò, & sic licet vocetur per illam dictionem, cum tamen satis dicitur copulatiuè poni, ex quo apponitur illud verbum, perpetuò: quia mens concedentis fuit, vt perpetuò haberent familiæ suæ dictam

11 exemptionem: † vnde impropriamus verba, vt seruemus mentem l. & puto, cum gloss. sua. ff. familiæ erciscund. l. & Proculus, ff. de vsufruct. l. pater Seuerinam. §. conditionum verba. ff. de conditionibus & demonst. l. cum antea. C. de donatio. ante nup. l. sed si possessori. §. item si iurauero. ff. de iureiuran. c. cōstitutus. de relig. domi. nec est admiratione dignū, vt illa dictio apponatur pro alia. vt voluit gl. in l. has cās. ff. de cōdi. & demōstr. & gl. in l. data. ff. de re. in. & glo. in l. si pater. ff. de vulg. & pupi. facit l. generaliter. C. de insti. & substi. sub cōdi. fac. vbi disiūctiua resoluitur in coniunctam. Ita dicamus in proposito, & per cōsequens illa dictio cum, resoluitur in copulatiuam, & per cōsequens habet istum intellectum huiusmodi priuilegium

legium exemptionis, vt mortuis dictis fratribus veniant familiæ ipsorum in perpetuum. ¶ Præterea facit ad prædicta, quod voluit Bartol. in l. si pater. ff. de ser. le. vbi dixit, quod quando cõcessio cõtinet beneficium principis, tunc in dubio debet intelligi cõcessio realis: quia beneficia principum latissimè intelligenda sunt, vt d. l. beneficium. allegat Specul. in ti. de instru. edic. §. nunc autem. versi. sin autem dubiũ. modò in proposito fuit cõcessa in speciẽ beneficij: quia in ea dicitur beneficentia, & in proœmio huius cõcessionis dicitur, vt beneficos & liberales se ostẽdãt, quo casu intelligitur mẽs cõcedẽtis ex præfatione, vt est tex. & ibi Bar. in l. j. ff. ad Macedo. & in l. fi. C. de hære. insti. & ibi Barto. in l. regula. §. licet. versi. initium constitutionis demõstrat. ff. de iuris & fac. ign. l. j. in ver. a primordio tituli posterior formatur euẽtus. C. de impo. luc. descrip. lib. 10. & habetur in l. j. ff. de orig. iur. & in l. Titia. §. idem rñdit. ff. de verb. obl. & ideo multum pulchrè dixit Pe. in l. per retẽtionẽ. C. de vsur. quem refert & sequitur Cy. & Bald. ibi, ꝙ quotiescunq; præcedentia sunt præparatoria sequẽtium, tunc semper videntur repetita in sequẽtibus. Modò in casu nostro illa verba præcedentia, beneficos & liberales, sunt præparatoria sequentiũ, ergo videntur repetita in sequẽtibus, & per ꝯsequẽs ista exẽ
12 ptio est beneficiũ: sed clarũ est, ꝙ Legatus† de latere dicitũ princeps in prouincia sua, & venit appellatione principis, vt est tex. valde singul. in c. si Abbatẽ. de elec. lib. 6. ergo ista exemptio dr̃ esse beneficiũ principis, & dr̃ realis & non ꝑsonalis, ergo multofortius erit realis: cum fuerit concessa istis fratribus cũ suis familijs in perpetuũ: & per ꝯsequens nõ est necesse intrare illum conflictum disputandi, si priuilegiũ ꝯtra ius scriptum extinguatur cum persona, an sit trãsitorium ad hæredes, de quo per Bar. in d. l. si pater. & in d. l. qa personale. ff. solu. mat. & adduco, qđ voluit Baldus in l. liberti. C. de op. lib. vbi dicit, ꝙ si conceditur dignitati, est realis cõcessio, qa durat, donec durat dignitas, sed in casu nr̃o fuit collatum istud beneficium exẽptionis istis fratribus cũ suis familijs perpetuò, ergo seqtur, ꝙ est realis. Et adduco, qđ vo-
13 luit Lud. Ro. in d. l. qa personale. in 4. ꝯclusione† vbi dicit beneficium, vel priuilegium perpetuò cõcessũ in successorem nõ transit, qñ expressè cauetur, ꝙ sit personale, allegat. d. l. sordidorũ. C. de excu. mu. li. 10. ex quo sequitur, ꝙ priuilegiũ ꝑsonæ cõcessum, si nõ cauetur expresſè, ꝙ sit perpetuũ, trãsit in successorẽ per illa iura, quæ allegaui, loquũtur de illis verbis in ꝑpetuũ, ex quo seqtur, ꝙ si hm̃õi bñficiũ fuisset concessum dictis fratribus nullis expressis familijs, trãsiret in successores eorũ, ex quo fuit perpetuò cõcessum: ergo multofortius, qñ fuissent expressæ familiæ eorũ, apponẽdo illud verbũ, ꝑpetuò. Præterea facit, in dicto beneficio exemptionis dicitur, ꝙ do. legat⁹ concessit istam exemptionem dictis fratribus ꝓpter labores, quos pfatus ser Dionysius assumpsit eo tũc consulendo commodis & vtilitatibus reipublicæ ꝓ pacifico & quieto statu sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ in hac splendida vrbæ Bononiæ, quo casu videtẽ esse quædam remuneratio, commendãtur profectò & ad cælum vsque extolluntur laudibus hi, qui rem publicam adiuuerint, atque seruauerint, ponamus ante oculos illud, quod Romanus orator summo ingenio scripsit in li. de sõnio Scipionis. Sed quo sis alacrior Aphricane ad tutãdã rẽpublicã sic habeto: oĩbus, qui patriam auxerint, adiuuerint atque seruauerint, certum esse in cœlo diffinitum locũ, vbi beati sẽpiterno æuo fruanẽ. & in li. de officijs, bellissimè edocuit. Vnicuiq; nr̃m chari sũt parẽtes, charissimi liberi, & familiares: sed oẽs hominũ charitates vna patria cõplexa est, ꝓ qua nõ dubitet qs bonus mortẽ appetere. & in Rhetoricis lib. 4. bellissimè perorauit. Nullũ periculũ graue pro patria putãdũ est, & q fugiunt, stultè faciũt, & ingrati in ciuitate reperiunt. & Cordubensis ille aiebat de illo summo patriæ adiutore, qui dicitur Cato, vbiq; est pater & maritus. & Iurisconsultus dicebat reipublicę nascimur. l. j. §. si ea. ff. de vent. inspic. & facit l. minimè. ff. de relig. & sũmp. fune. & ideo dixit gl. in l. vt vim. ff. de iust. & iure. pugna ꝓ patria, ꝗ gl. reputat singu. Ang. in qõne incipiente. Exorta guerra. & est alia gl. singu. in l. fin. C. de aboli. fuit ergo remunerandus dictus ser Dionysius remuneratione digna & non hac paruula & minima remuneratione. ex quo sequitur, ꝙ propriè nõ potest dici beneficiũ, sed remuneratio, & recõpẽsatio. vnde dixit Baldus in l. sed si lege. §. ꝯsuluit. ff. de peti. hæred. ꝙ donatio remuneratoria est quædam ꝑmutatio. ergo nõ est admiratione dignũ, si est trãsitoria ad hæredes. facit, qđ voluit Angelus in l. diuus. ff. de bonis damna. vbi licet nõ possint alienari bona delata in fiscũ, tamẽ possunt alienari ꝓpter remunerationẽ. facit l. mulctarũ. C. de modo mulcta. & quod voluit Gulielmus de Cuneo, quẽ refert & sequitur Barto. in l. j. in princi. ff. de iusti. & iur. & idẽ Bal. in l. illud. C. de cano. præstan. li. 11. & in l. j. C. de mõ prębẽ. sala. facit, quod voluit idem Bart. in l. ꝓgramma. C. commi. epistolas. & ideo textus ad hanc rem accõmodatissimus in l. cũ nauarchorũ. C. de nauicu. li. vndecimo. ꝙ propter remunerationẽ remittitur ius soluendi gabellam, ergo potuit & debuit remittere ius soluendi huiusmodi onera dñs legat⁹ huic ser Dionysio. ¶ Et si quispiã dixerit, amice, isti labores pro republica assumpti fuerunt per ser Dionysiũ, & non per fratrẽ suũ, ergo est remuneratoria dũtaxat ꝓ pte vnius, & nõ alterius fratris: ergo nõn trãsit ad hr̃des, & ad familiã alterius fratris. Ad hoc respõdeo, ꝙ istud tollitur ex eo: qa in dic. beneficio exprimitur de fratre, & de familia ipsius fratris, cum illo verbo perpetuò cõcedens enim voluit remunerare fratrem propter labores impensos reipublicæ
14 per illum ser Dionysium; † vnde potuit istud facere, cum starent in cõmunione. ideo standum est gratiæ. c. ad audientiam, de deci. l. ille aut ille. §. cum in verbis. & l. non aliter. ff. de lega. 3. Et ad hoc adduco gl. valde sing. in l. fi. C. de mu. & ho. li. 11. quæ voluit, ꝙ si duo sunt socij omnium bonorũ, & vnus est exẽptus ratione societatis. Et adduco, quod voluit Bal. in c. j. in ti. qui. mo. feu. ami. vbi dicit, ꝙ si duo fratres habent feudum communiter ad seruiendum domino feudi in bello, & vnus frater viriliter defendit dominum feudi, alter frater se contumaciter habuerit in libello, ꝙ propter virilitatem fratris defenditur alter frater ab illa contumacia, vt nõ perdat feudum. Ita dicamus in casu nostro, vt propter labores impensos a dicto ser Dionysio pro republica potuit remunerari alter frater, & eius familia, propter cõiunctionem fraternam. Facit simile, quod voluit d. Abb. post alios in c. j. de rescript. vbi dixit, ꝙ si capitulum & episcopus habent rẽ cõmunẽ, & vacat sedes epalis, & clarũ est, ꝙ sede vacãte nõ currit ꝑscriptio, vt in c. cum nobis. & capi. auditis, de præscri. & d. c. j. tñ licet capitulum non possit dici vacare, non currit præscriptio, & sic capitulum acqrit illuc pp connexitatẽ, quã habet cũ dicto epo. Facit tex. valde elegans in l. si cõmunẽ. ff. quemadmo. serui. amit. & tex. in c. ꝑ tuas, de arbi. vbi propter cõmixtionẽ clerici laicus potest arbitrari in cã spirituali. Et facit, qđ voluit Pe. de Anch. in c. ad audientiã. de præscrip. & tex. multũ sing. secũdum Dy. & Bar. in l. si is qui duos. ff. de lib. leg. vbi dicunt, ꝙ licet spurius nõ possit institui a patre; tamen si est effectus socius omniũ bonorum cũ aliquo, ꝙ pater poterit instituere illum socium hæredem,

redem,qui communicabit hæreditatem illam cũ il
lo ſpurio ſocio ſuo.Ita dicamus in propoſito,ꝑpter
labores ſer Dionyſij remuneratur frater eius & to-
ta familia vtriuſque : fuit enim præſtantiſſimus ci-
uis grauis & ſapiẽtiſſimi conſilij : ideo ſtat cõcluſio
15 vera,quòd† eſt remuneratio talis beneficentia: ideo
propriè nõ dr̃ eſſe beneficium, facit text.in l.ſi pater.
§.j.ff.de dona. vbi donatio remuneratoria nõ reuo-
catur propter ingratitudinẽ, nec indiget inſinuatio
ne:vt l. Aquilius Regulus.ff.de dona.auth.eo decur
ſum.C.de dona.ante nup.l.fi.circa fi.cum gloſ.C.de
iure do.ideo dicimus,ꝙ donatio remuneratoria nõ
infringitur propter metũ:vt l.metum.§. ſed licet. ff.
qđ me.cauſa.Nec habet locum diſpõ.l. ſi vnq̃. C.de
reuo.dona.quando donatio eſt remuneratoria, ſm
Bal. Idem dicimus, ꝙ res eccleſiæ poſſunt alienari
propter remunerationem:vt dixit tex.in c. eccleſia-
ſticis.& c.quicunque ſuffragio.12.q.2.& c.per tuas.
de dona.& l.iubemus.C.de ſacroſan.eccle. Facit,qđ
voluit Ludo. Roma. pro iſta donatione remunera-
toria in conſil.25.incip.pro deciſione eorum, ergo
multofortius erit hmõi exemptio in familias iſtorũ
fratrum trãſitura:cum fuerit remuneratoria, & fue
rit conceſſa perpetuò, & fuerit facta mentio exp̃ſſa
de familijs ipſorum.Et ſic cõcludo,hmõi exemptio
ne gaudere familias ipſorum fratrum perpetuò,ip-
ſis fratribus mortuis. And.Barba.

EPITOME.

¶ Poteſtas ſecularis neque iure proprio, neque a maiori eccleſiaſtico delegato poteſt in clericos procedere,vbi cauſa criminalis eſt, licet inhibitione facta poteſtati delegans ad ſe cauſæ cognitionẽ aduocarit,& deinde comiſerit.

SVMMARIVM.

Priuilegium indultum clericis,ne iudices laicos habeant, non eſt ab eccleſia inductum,ſed a Deo & ab eccleſia declaratũ. numero 1.

Iudex ſecularis capit clericum ſine priuilegio, ſecus ſi habeat priuilegium.nu.5.

Iuriſdictio dicitur præuenta per actum validum non per inualidum.numero 7.

Cauſa criminalis clerici committi non poteſt iudici ſeculari,niſi a ſolo Papa,ciuilis verò tantùm,vbi eccleſiaſtici idonei iudices deeſſent.nu.8.& 16.

Inhibitoria an requirat cauſæ cognitionem.nu. 12.

Citandus nemo,niſi ius habeat in re.nu.13.

Exceptio clericatus facit iudicem laicum incompetentem, ipſo iure.numero 17.

Iudex quando non obſtante contradictione procedat. nu.18.

Legatus de latere nõ poteſt tollere ordinem iudiciarium in cauſis tractandis.numero 16.

CONSILIVM XLV.

MAndato & iuſſu Dñorum ſexdecim
&c.vr̃ dicẽdum,ꝙ nullo mõ poſſit in-
quirere,& aſſumo hanc diſtinctionẽ.
Aut vult inquirere ex capite ordina-
rio vt ptãs. Aut vult inquirere vt com
miſſarius ad hoc delegatus a domino Locumtenẽ.
Primo caſu clarum eſt,quòd non poteſt, tanquàm
incompetens.c.at ſi clerici.de iudi.c. ſi diligenti, de
foro comp.cum ſi.& ideo dixit Ang.in l.j.ff. de his q
no.infa.ſe vidiſſe de facto,iudicem ſecularem mitte
re clericum captum cum tubis ad iudicem eccleſia
ſticum,ꝙ talis ductio non infamat clericum, ſicut
eum non infamat ſententia lata ab ipſo laico iudi-
ce.& ſapienter dixit Bal.in d.c.at ſi clerici. ꝙ ſunt re-
prehenſione digni poteſtates terrarum mittentes
clericos ꝯfeſſos coram ſe ad ep̃m cum actis:qa tales
ꝯfeſſiones nõ debent ſcribi apud acta, nec eſt admi-
1 ratione dignum : qa illud priuilegium † indultum
clericis,vt non ꝯueniant corã laicis, clerici non ha-
buerunt ab eccleſia diſpoſitiuè, ſed habuerunt de-
claratiuè:iõ dixit gl.ſing.in d.c.ſi imperator.96. diſt.
ꝙ anteq̃ emanaſſet conſtitutio eccleſiaſtica, clerici
erant liberi a iudice ſeculari:ideo dicit, ꝙ conſtitu-
tio eccleſiaſtica eſt declaratio, non diſpoſitio. & re-
ctè hoc decidit text.ibi.dum dicit.Deus omnipotẽs
voluit clericos diſcuti a Pontificibus,& non a pote-
ſtatibus ſecularibus.rectè adduci poſſet illud, quod
ſacro ſcribitur euangelio,dijs non detrahentes, no-
lite tãgere Chriſtos meos. 11.q.j.c.ſacerdotibus.sũt
2 † enim dij,& dixit text.in c.cum ex iniuncto. de hæ-
re.ſunt etiam leges, vt dixit tex.in c.duo ſunt genera
12.q.j.& laicorum eſt obſequi,& clericorum eſt im-
perare, vt dixit tex.in c.eccleſia.de conſt.c. bene qui-
dem.96.di.c.eccleſia.vt lit.pen.fuit enim genus rega
le ſacerdotium,vt habetur Leuitici.ideo dicebat d.
Car.in reſponſione.c.perpẽdimus.de ſent.excõmu.
3 ꝙ † non poſſet Papa tollere illud priuilegium vt di-
ſtringantur clerici a iudice eccleſiaſtico,& non a iu
dice ſeculari:eſſet enim venire ꝯ ipſum, ꝙ eſſet ab-
ſurdum dicere.c.qui reſiſtit. c.dixit dominus, is qui
præeſſe.11.q.3.vbi eſſet reſiſtendum poteſtati veniẽ
ti contra deum : & ideo chriſtus in Euangelio dice-
bat.Non erit maior apoſtolus eo,qui me miſit.Et iõ
magis dixit Iſaias, nunquid glorificabitur ſecuris ꝯ
dominum ſecãtem.c.inferior.21.di.c.cum inferior.
de maior.& ob.Et ſi quiſpiam diceret amice,iſti sũt
clerici in minoribus ordinibus conſtituti,& ſic non
ſunt in ſacris,quo caſu non vendicant ſibi locum iu
ra & dicta ſuperius allegata ad hoc facile datur re-
4 ſpõſum: quia† licet clerici primæ tonſure dicantur
eſſe ſine gradu, vt dixit text.elegans in c. ſi clericus.
in ver.ſine gradu,de vita & ho.cle.tñ intel'r ſine gra
du.ſ.ſacro propriè ſumpto,nã lato ſumpto vocabu-
lo minores ordines dñr ſacri. ita dixit gl. valde ſing.
34.di.in ſumma. & ita dixit cõſiculus meus in d.c.ſi
clericus.& idẽ voluit ibi Io.de Imo. Et ad hoc addu-
co tex.in c. ſi quis epiſcopus.17.q.j. & adduco Hoſt.
in c.cum non ab homine.de iudi.vbi dixit,illũ text.
habere locum in clerico primæ tonſuræ.& idem vo
lunt ſcribentes in c.degradatio.de pen.lib.6.& ſic li-
cet iſti clerici non ſint in ſacris;tñ nõ poſſunt diſtrin
gi per iudicem ſecularem . Cum ergo inquiſitio ſit
nullius efficaciæ fienda per iudicem laicum,proba-
tur in d.c.at ſi clerici.in ver.non ſunt aliquatenus ꝯ
demnandi. ad quid ergo fit iſta inquiſitio, quæ eos
nõ infamabit,vt dixit Ang.in d.l.j.ergo poſſet addu-
ci illud, qđ Lucano noſtro venit in ore,in prin. Bel-
la geri placuit nullos habitura triumphos.& facit ra
tio habens neruum, ſi de quo magis dicitur ineſſe,
& tamen non ineſt,ergo & de quo minus, vt ſupre-
mus ſcripſit philoſophorum princeps in primo po-
ſteriorũ.c.cũ in cũctis,de elect.c. extimemus. 13.q.2.
auc.multomagis.C.de ſacr.ſan.ecc.ſed minus vr̃ in-
eſſe, ꝙ clericus captus per iudicẽ ſecularem allegãs
ſe clericum relaxetur,& cognoſcatur per iudicẽ ec-
cleſiaſticũ,ſi eſt clericus,vt limitetur.l.ſi quis ex alie
na.ff.de iud.& ca.ſuper literis. de reſcrip. ꝙ vt iudex
ſecularis non inqrat cõtra eos,quos conſtat eſſe cle
ricos per eorũ priuilegia, ergo ſequit̃, ꝙ nõ poterit
ꝯ iſtos tales formare inquiſitionẽ. Et ideo dixit Bal.
in l.ſi quis curial.C.de epiſcop.& cler.ꝙ iudex ſecu-
laris capit clericũ ſine priuilegio. ſecus ſi habeat pri
uilegium.& qđ voluit idẽ Bal.in l.ab adminiſtratio-
ne.C.đ lega.& in l.nõ ignorat.C.q acc. nõ poſ. & in
l.ſi qua per calum.C.de epiſ. & cle.ergo ſtat ꝯcluſio
vera, ꝙ magnificus dñs ptãs ex capite ordinario nõ
põt formare inquiſitionẽ ꝯ iſtos clericos. ¶ Capio
mõ ſcđm mẽbrũ, ſi põt vt cõmiſſarius & delegatus
per

per præfatum reuerendissimi dñm Locũtenentẽ,& in hoc dicam quod sentio, apponens ante oculos illud,quod magnanimus dixit Apostolus.j.ad Romanos. Cæteris,inquit,gentibus,grecis,barbaris,& latinis sapientibus & insipiẽtibus debitor sum,& ꝓsupponitur in facto, ꝙ cum facta esset cõmissio per eundẽ Locũt.dño ꝓtãti, vt inquirat ꝯ dictos clericos,fuit facta inhibitio ex parte metropolitani,cũ eps Bononiẽsis nullo mõ vellet facere istã inhibitoriã,qua inhibitione facta per metropolitanum , vel ex cõmissione metropolitani , dñs locũtenẽs aduocauit cãm ad suã dominationẽ,& cõmittit vices suas dño potestati iterum,vel stat in 1.cõmissione, dubitatur modò , quæ sint partes dñi ꝓtãtis cõmissarij & si potuit D.Locũtenẽtes, aduocare post factã inhibitionẽ ex parte metropolitani. Mihi vr̃ de iure dicẽdũ ꝙ nõ. Et ad hoc adduco,q đ hr̃ in auth.de defen. ciui.§.nul
5 li.vbi†defensor non amittit iurisdi.ꝑꝑ ꝓsentiam ꝓsidis.& ad hoc est text.in l.cunctos . C.de metalari.lib. 12.& adduco Bar.in l.fin.ff.de offi.proconsul.vbi dicit , veniunt huc Cardinales legati, ꝙ nihilominus eps non amittit suam iurisdi. allegat.d.l.cunctos . & idẽ voluit ibi gl.& glo.in l.nil.C.de pala.fac.larg.lib. 12.&adduco, qđ hr̃ in l.4.§.si tam vicinum. ff.de dãno.infec.& ibi Bart.dicens per illum text.
6 † quidam habet iurisdi.in aliquo loco gñaliter, & tũc superueniente maiore silet iurisdictio minoris, & ibi est text. & dicit esse casum in c.volẽtes.de off.dele. & d.c.volentes.fuisse extractum ab illo tex.§.si tam vicinum . Si verò hẽt iurisdi.ordinariã;tũc quò ad insignia minor defert maiori,& nõ vtit̃ illis ꝓsente maiore: vt c. antiqua,de priuile.sed circa ea quæ sunt iurisd. dicit esse secus: vtit̃.n.sua iurisdi. ꝓsente maiore.Modò in casu nr̃o metropolitanus hẽt iurisd.ordinariã in sua prouincia.c.pastoralis.de offi.ord.licet ergo do.Locũte.sit maior eo:nihilominus quò ad iurisdi. ordinariam vtetur sua iurisdi: præsente do. Locumte.ergo potuit inhibere laico iudici negligente episcopo loci prius reqsito ad inhibendum, & nolente prohibere,supplet enim negligentiam suffraganei , & no. in d.c.pastoralis. & in c.cum ex offic.de præscri.ergo potuit inhibere,ergo hanc inhibitoriam non potest impedire D.Locũte.qa tunc prohiberet Metropolitanum vti sua iurisdictione.¶Et si dicatur,quòd potest ad se vocare causam. dico,ꝙ illam aduocabit in eo statu,in quo est.Cum ergo sit facta inhibitio iudici laico,vt nõ procedat ꝯ suum clericum , sequitur , ꝙ ad se aduocabit cum illa qualitate ; qa si aliter diceremus sequeretur vnũ absurdum , ꝙ posset impedire ordinarium vti sua iurisdictione, ꝙ repugnat oĩ censuræ.¶Et si quispiam dixerit,ꝙ tempore, quo d. Locumte.commisit illam causam domino Potestati,commisit non obstante prohibitione facta,& fiẽda per alium , ergo vr̃ spreuisse inhibitoriam ex parte Metropolitani factam , & sic erit locus præuẽtioni: vt hr̃.2.q.6.c.non ita.l.si quis postea . ff.de iudi.& c.ꝓposuisti.de foro compet.Ad hoc facile & verum
7 datur responsum,ꝙ iurisdictio dr̃ præuenta † ꝑ actũ validum,non aũt per actum inualidum, ita eleganter dixit Arch.in d.c.non ita. refert & sequitur Ang. in d.l.si quis postea.& idem voluit in l.& quia . ff.de iurisd.o m.iud.hoc probat tex.in d.c.ꝓposuit.in ver. legitimè.vbi requiritur,ꝙ actus sit legitimus . voluit idem do.Pe.do.Card.do.Abb.qui allegant glo.in c. cum plures.de offi.deleg.facit c.veritatis . in versi.legitima.de dolo & contu.& faciunt multa iura, quæ ego soleo adducere in lectura mea in d.c.ꝓposuisti. ergo sequitur, ꝙ huiusmodi præuentio fuit nullius efficaciæ.¶Et si mihi dixerit quispiã, immo illa præualuit,potuit enim cõmittere laico d.Locũte.cãm.
8 Ego ostendo ad oculum, ꝙ non†potuerit cõmittere cãm criminalẽ clerici iudici seculari. Istud decidit gl.in indiuiduo in c.2.de iudi.quę dicit ꝙ eps põt cõmittere causas pecuniarias ciuiles clerici laico , sed criminales & spirituales solus Papa . idẽ not.in c.bñ quidem.96.dist.& in c.peruenit.95.dist.& in §. verũ. 32.dist.& in c.Mẽnam.2.q.5.quam gl.limitat Francis.Vercellen.vt tunc eps possit cõmittere causas clerici pecuniarias laico, quando clerici non reperiuntur idonei,aliàs secus,ar.c.relatum.ne cle.vel mo.& c.inter quatuor de relig.domi.Et mihi vr̃ de iure dicẽdũ,ꝙ etiã non possit eps cõmittere causam ciuilẽ clerici laico,& est tex.in c.nullus. de fo.cõpe.in ver. sine permissum Pontificis. de fo.cõpet. vbi, requirit̃ permissio Papę,& ita loquitur.d.c.bene quidem.96. dist.& adduco rõnem inconuincibilem hoc modo, de natura iudicij est, vt sibi pareatur.l.fi. ff.de iurisd. om.iud.sed laicorum est obsequi : vt probatur in d. c.etiam.de consti. sed si seculares esset iudex clerici , tunc imperaret clerico , ꝙ esse non potest, d.c.bene quidem.Item adduco text.in c.qualiter. in ver.ꝙ oĩno fieri ꝓhibemus.de iudi.ibi text.dicit apponendo dictionẽ omnino , ꝙ ꝓhibet laicum distringere clericum,certum est, ꝙ istud non succedit iure ꝓprio : qa erat laicus prohibitus a lege Dei,vt nõ tangat clericos : vnde non erat opus,ꝙ Papa diceret oĩno fieri prohibemus : illa enim verba referunt istud ꝙ iure alieno , & sic vi commissionis non potest laicus di-
9 stringere clericũ.†illa enim dictio oĩno, inducit necessitatem præcisam. c.qualiter. el 2.in ver.oĩno.de accusa.c.ex parte.el 1.de offi.dele.in versi.omnino.c. pisanis.in versi.omnino dimittat.de resti.spo.c.sicut ex literis.in ver.oĩno ꝓhibuit. de iureiur.c.2.in versi. omnino.de pac.c.1.qđ me.cau.lib.6.cũ ergo dicat ille tex.oĩno fieri prohibemus,sequitur,ꝙ nõ põt fieri delegatus laicus ad distringendos clericos.& facit il-
10 lud dictum Francis.Vercellensis,vbi dixit†ꝙ in cã ciuili debet per prius committere clerico , si reperiat̃ idoneus,quàm laico. istud probatur in simili in d.c. relatum.& in d.c.inter quatuor ecclesia debet reformari,de reg.aliàs in subsidium,& secularibus. Et facit in arg.c.si proponente.de rescrip. vbi in collatione beneficij præfertur ille , qui est de dięcesi alieno. facit.c.bonæ.de postu.pla.in verbo,volentes præfigere alienum.ergo si est causa ciuilis, potius debet illã committere clerico,quàm laico.Et ideo non potuit dominus Locũte.committere causam criminalem istorum clericorum do.potestati, vt voluit gl.in d.c. 2.& quantæ auctorit.sit gl.in iudicando, apparet doctrina Bald.in l.cum hæreditas.C.deposi.Ibi dixit, ꝙ aucto.gl.omnes alios antecellit.& idem Bal.in l.fi.§. necessitate.C.de bonis quæ libe. & in l.ꝑcibus . C.de impub.& alijs substi.Idem dixit in auth.cessante. C. de legi.hrd.& in l.1.ff.de vul.& pupil.& in c.1.de natura succes.feud.& in l.2.C.de sen.quæ sine cer.quãti.& ideo dixit idem Bald.in c.contingit. de dolo & contu. ꝙ vñr somniare doctores , qñ recedunt ab opi.gl.& quod voluit idẽ Bal.in l.fi.C.de pœna iudicis,qui malè iudica.Et idẽ Bald.in suo pecu.dixit , ꝙ idolum aduocatorum est gl.allegat Cy.in l.moriturum . C.de contrahen.& committen.stipu Barto.in suo consilio incipiente , Andriolus, quod in ordine est.17.sequere , inquit gloss.ordinariam &c.& solet allegari dictum Iacobi Butri.in l.1.C.qui pro sua iurisdictione.Salyc.in l.traditionibus . C.de pac.quòd ita debemus inhęrere opinioni gl.sicut Bonon.inhęrent carrocio,vt dixit gloss.sing. secundùm eum in l. omnis diffinitio.ff.de regulis iuris.Ita dicamus in casu nostro,vt solus Papa possit laico committere causam criminalem clerici , nec est admiratione di-
11 gnum † quia Papa facit vnum tribunal cum Iesu Christo,vt voluit ibi Hostien.& probatur ibi in cap.

quanto.de translatione prelatorũ & Psalmista dixit. Omnia sub pedibus eius &c. Et plus mihi videt̃ de iure dicendũ,quod cum clericus habeat a Deo,vt distringat̃ ab ecclesiastico,vt dicto capitulo si imperator.sequitur, quòd ex causa Papa deberet hoc facere,arg.eius,qđ hr̃ in c. per venerabilem . qui filij sint legi.in ver.diuersis causis inspectis, ergo non potuit do.Locũte. cõmittere causam domino potestati: & per consequens est in hac causa do.potestas incompetens. Et est ponderandũ,quòd licetdo.Locumte. commiserit istam causam domino potestati tollendo inhibitionem factam,& fiendam,dico ꝙ non potuit ita fieri;quia tractatus futuri temporis non spectat ad iudicem:vt no.in l.1.C.de iudi.nec potest derogari iuri Metropolitani, ꝑ iura allegata superius. ¶Et si quispiam opponat de illa præuentione;apparet ex prædictis, ꝙ per illam inualidam commissionem non est præuenta iurisdictio Metropolitani.

12 ¶Et si opponatur† quòd illa inhibitoria requirit cãę cognitionem,& per consequens requiritur citatio; qa merita causarum partium assertione pandũtur, vt l.fi.C.si per vim vel alio modo.c.cum ex literis. de in integ.resti.ergo debuerunt vocari,& citari ij,quorum intererat,& sic iudex delegatus per id, qđ hr̃ in c.cum speciali.de app.circa hoc est magnopere aduertẽdum,qa aut loquimur quò ad suffraganeum, de cuius negligentia agitur, & requiritur citatio ipsius;qa iurisdi.competit Metropolitano propter negligentiam sui suffraganei nolentis inhibere iudici laico: & isto casu fuit citatus syndicus episcopi ad istam inhibitionem, ideo quò ad eum liberas ędes habent isti clerici. Item suffraganeus nihil opponit de ista inhibitoria, & quò ad eum non est insistendũ ad infringẽdum istam inhibitoriã: aut loqmur quò ad do.ptãtẽ commissariũ, qui opponit, inhibitionẽ emanasse eo non citato,& tunc premitto vnum elegans verbũ, qđ Bal.nostro venit in ore, in rub.C.de

13 succes.edic.vbi dicit† ꝙ regulariter nemo est citandus in cã,nisi ille,qui hẽt ius in causa. l.nã ita diuus. ff.de adop.ꝙ dicit ꝓcedere, si habebat ius in causa vt pars,non si sua intersit, vt qa est iudex. allegat ad hoc Inn.in c.in nostra.de procu.& in c.verũ. de foro cõpe.& qđ no.in l.Lucius.ff.de his qui no.infami.licet enim sponte possit iudex se offerre,& ꝯdicere,nõ tñ est citandus vt pars, ita concludit ibi Bald.ex quo dicto datur pręcipuum lumen ad hanc dubitationẽ vt dicamus, ꝙ non debuit citari do.Potestas in præfata inhibitione.& adduco, qđ voluit Lapus in suis allegationibus allegatione 61.incip. Visis literis Pa-

14 pæ.vbi dicit† ꝙ quando causa, quæ tractatur coram alio iudice,est incidens,& de sui natura præiudicialis causæ,quæ tractatur per primum iudicem; tunc statim sine aliqua causæ cognitione, scđs iudex põt inhibere primo iudici,ad hoc allegat.c.tuam. de ordi.cogni.& c.lator,qui fi.sint legit.& hanc allegationem refert & sequitur do.Ant.& alij scribentes in d. c.tuam. Et ideo dixit Ang.in l.4.§.cõdemnatũ.ff.de

15 re iudi.† ꝙ si ex forma statuti petitur instrumentum mãdari executioni, & petitur coram episcopo illud instrm̃ declarari vsurarium,ꝙ propter hoc illa petitio non retardabit excutionem instrumenti, allegat ad hoc sing.dictum Inn.in c.cum in iure peritus, de offi.deleg.ideo inoleuit mos secundùm eum, ꝙ episcopus mittit inhibitoriam iudici seculari sub pęna excommunicationis: & sic clarũ est,ꝙ non requirat̃ citatio iudicis secularis ad inhibitionem fiendam.&

16 adduco rationem† vbicunq; res est ita notoria,ꝙ resultat facto iuris, non requirit̃ citatio, ita probat̃ in c.bonæ memoriæ.de elec.ideo dicimus,ꝙ vbi notoriũ resultat facto iuris,nõ requiritur allegatio, vt ꝓbat̃ in c.Raynutius.& hoc voluit ibi Inno.voluit do. Abb.in c.afferte.de pręsump.si autem resultat facto partis requiritur allegatio.gl.est sing.in cle.appellanti.de app.text.in l.si adulterium cum incestu.§.idem Polioni,in ver.allegetur. ff.de adul.vnde in proposito est de iure notoriũ,ꝙ clericus nõ possit distringi a iudice laico,vt in d.ca.si diligenti. de fo.compe.ergo non requiritur citatio iudicis:quia ad qđ,cũ iurisdõ clerici sit penes suũ superiorem, ergo non fuit necesse citare iudicem laicũ, antequã fieret inhibitio: cũ non intersit sua vt partis, vt voluit Bald.in d.rubrica.C.de suc.edic.Nec obstat.d.c.cũ spãli. de app. quia ponit casum diuersum:loquitur enim eo casu, quo opponitur exceptio suspicionis,quo casu põt illa excep. maculare personam iudicis, ideo reqritur vt citetur. Itẽ qñ opponitur exceptio iuris notoria,

17 vt in casu nostro: qa opponit̃ exceptio clericatus† q ipso iure facit inhabilem ipsum,laicum,adeo ꝙ nõ tenetur clericus comparere coram eo, vt habetur ꝑ Bart.in l.2.ff.si quis in ius voca.& per Inno.in c.præterea.de dila.ergo non requiritur citatio iudicis notoriè incompetentis ad inhibitoriam faciendam,& facit,quod voluit do.Ant.in c.cum teneamur,de appel.& quod voluit Fede.de Sen.cõsi.94.& do.Card. in d.c.tuam.vbi dicit,vertitur causa vsuraria coram iudice ecclesiastico,qui inhibet iudici seculari,vt cõmuniter fit,ne se impediat de hoc facto pendente,ꝑmissa inhibitione, ecclesiasticus pronunciat contra agentem,qui appellat,pendente appellatione, secularis ad instantiam appellantis procedit sup debito tanquam non sit vsurarium: an poterit ecclesiasticus per inhibitionem præcedentem, vel per aliam nouam sibi inhibere.Fede.consuluit ꝙ sic,ꝙ poterit inhibere,ne ꝓcedat: & sic stat pura veritas,ꝙ in ista inhibitoria non requirebatur citatio do. Potestatis, & si aliter diceremus,sequeret̃,ꝙ nullo modo posset fieri inhibitoria; qa diu vẽtilaretur cognitio,vtrum iudex ecclesiasticus posset inhibere, & impediretur neruus ecclesiasticę disciplinę, & impediret̃ iurisdi. iudicis ecclesiastici,ꝙ est contra omnem iuris obseruantiam.¶Et si quispiã opponat, ꝙ do.Locũte.põt aduocare quascunq; causas: ergo potuit aduocare istam, & committendo istam causam domino Potestati,videtur reijcere illam inhibitoriam, vt hr̃ in c. dilecti.de app.& in cle.fi.in gl.2.& in c.1.de ordi.cogni.& in c.cum super abbatia.de offi.delega.& in c. significante.de rescrip.Ad hoc respondeo, ꝙ Bar.in

18 l.a procedente.C.de dila.† quandoq; iudex non obstante contradictione partis procedit in cã,nulla facta examinatione de eius contradictore,tunc habet locum.c.interposita.de appel.quia exceptio erat legitima,& excep.proponens se obtulit illam probaturum:tunc eo ipso ꝙ eam nõ admisit, eum grauauit: sed si non obtulit se probaturum, tunc haberet opponens a grauamine appellare, & in causa app.veritatem exceptionis docere, vt in dict.capit.interposita. probatur. quandoq; iudex de veritate & iustitia exceptionis examinat, & inquirit, & tunc non obstante exceptione procedit ad vlteriora.& tunc dicit Bar.ꝙ licet super excep.non sit pronuntiatum, processus non erit nullus,nec etiam annullandus;qa iudex procedendo ad vlteriora videretur tacitè pronũtiare super excep.ipsam non obstare; sicut enim ꝓnuntiando diffinitiuè super principali tacitè pronũtiat super incidẽti. C.de ordi.cogni.l.2.ita ꝓcedẽdo in cã,tacitè ꝓnuntiat super emergẽti, q̃ respicit ꝓcessum.ita põt intelligi.d.l.a ꝓcedente. Ista sunt formalia verba Bar.ibi.facit, qđ voluit d.Ant.& d.Car. in d.c.significãte,& in d.c.interposita. Modò in proposito ista doctrina decidit casum nr̃um: qa ex parte istorum clericorũ opponitur exceptio clericatus, & ꝓbatur euidenter per ostẽsionẽ priuilegiorũ clericatus

ricatus eorum: quæ probatio dr̃ esse euidens, vt probatur in c.auditis.de in integ.restit. Et ita colligit ibi do.Ant.per illum tex.ꝙ dr̃ euidenter cõstare, qđ cõstat ex tenore priuilegij.probatur in c.cũ Bertoldus. de re iudi.in ver.euidenter.& in c.qualiter. de accusa.in ver.euidenter.& in c.licet causam.in ver.euidẽter.de proba.& ibi per do.Abb.& in casu nostro nulla facta examinatione huius exceptionis. nec vocatis dictis clericis cõmittit causam laico, vt procedat ad inquisitionẽ contra ipsos clericos, quo casu nõ vr̃ procedendo ad vlteriora reijcere illam inhibitoriã; quia iudex de ea re, de qua cognouit, pronuntiare debet.l.de quare.ff.iudi. Quinimo dico ista cum honorificentia est quędam notoria iniustitia, & contra legem ipsius Dei prohibentis laicos iudicare clericos, & contra legem positiuam; ergo hmõi commissio est ipso iure nulla. vnde dicimus, ꝙ licet sententia lata contra ius partis valeat, vt hr̃ in c.1.de re iudi.& transeat in rem iudicatam, nihilominus vbi cõtinet notoriam iniustitiam contra ius partis, est ipso iure nulla.& ita est dotis sing.in c.inter cæteras. de re iudi.& facit tex.in l.si pars. in ver.apertè iniqua. ꝙ voluit ibi Ang.ff.de inoffi.test. ergo hmõi aduocatio, & hmõi commissio nõ reijcit illam inhibitoriã. Item facit, gñalia verba legis aut statuti, aut dispositionis non adaptantur ad impossibilia ipsi disponẽti, ita probatur in c.tua.de decim.& in ca.ꝙ clericis. de fo.compe.& in c.ecclesia.de consti.& in ca.a nobis.de sen.excom.Bald.in l.fi.§.in computatione.C. de iure delib.sed do.Locũte.non potest tollere dictam inhibitionem iam radicatã: quia eo casu, quo põt aduocare causam, intelligitur in his terminis, in quibus stat, vt est dictum & per ꝯñs tacitè nõ vr̃ reij-
19 cere illud, quod expresse non potest: nam si nõ † potest legatus de latere tollere ordinem iudiciariũ in causis agitandis, vt voluit Spe.quem refert & sequit̃ gl.in c.fi.de hæreti.lib.6.& in cle.sæpe. de verb.sig.& in c.indemnitatibus.de elec.lib.6. ergo multominus potuit tollere excep.legitimam competentẽ istis clericis, nec tollere iurisdictionem ordinariam ipsius Metropolitani. Nam & ipse Ro. Pontifex attestatur se non tollere rationales excep.nec tolli per suos ꝑdecessores: ergo multominus poterũt do.Gubernatores ac dñi Locũt.iuxta illud, qđ scribitur sacro in euangelio.si in virido ligno hoc faciunt, in arido qd fiet.¶Et si qspiã dixerit, ꝙ Locũt.vult ipse cognoscere, tũc procedit illud, qđ scribitur in illo Ouidiano. Licebit pœnam auctore leuari: qa tũc cognoscet̃ ꝑ clericũ, quo casu merita cãrum partium assertione pãdunt̃, vt est dictũ: ergo debet vocare & citare hos clericos, si clericatum profitentur, & ꝙ nõ põt aliqd diffinire parte inaudita. vñ dixit in c.1.de cã pos.& ꝑpric. nos ꝯ inaudita partẽ aliqd diffinire nõ possumus, nec debemus. ¶Et si dicat, ꝙ vr̃ reijcere exceptionẽ clericatus, & vr̃ excitare iurisdõnẽ dñi Potestatis, & ꝓnuntiare priuilegiũ nõ cõpetere ipsis clericis. Dico istud est falsum in iure: primò qa nõ p̃t tolli eis priuilegiũ clericatus, ipsis non vocatis.l.de vno quoq;.ff.de re iud.l.nã ita diuus. ff. de adop.cle.pastoralis.de re iudica.scđò dico, ꝙ respectu Potestatis nõ põt excitari sua iurisdõ ꝯ clericos; qa illud excitatur qđ est, illud qđ non est non excitatur, vt not.in l. sed si manẽte. ff.de preca.sed ad declarandũ aliquẽ nõ esse clericũ, vel sibi nõ cõpetere priuilegium clericale, cõpetit iudici ecclesiastico, vt in c.si iudex laicus.de sen.exc.lib.6.vbi ille tex.f̃m Io.And.ibi emanauit ad hoc, vt decidat, nõ spectare ad iudicẽ laicũ sed ad iudicẽ ecclesiasticũ.& si aliter dicetur, sequeretur, ꝙ do.Locũte. tolleret dispositionẽ d.c.si iudex laicus, ꝙ facere nõ põt: qa dẽt esse custos canonis, & non violator.25.q.2.iõ excitat̃ iuris.D. Potestatis in eo, in quo hẽt iurisd.& sic supra suos laicos: vñ esset fraudare canones; qa illud, qđ non posset facere per viã cõmissionis & delegationis, vt voluit gl. in d.c.2. de iudi.faceret ꝑ viam excitationis, ꝙ esse nõ dẽt, vt c.pleriq;.& c.putãt qdã.14.q.3.l.fraus. ff.de leg.l.non dubiũ.C.eo.& sic denegata vna via permitteret̃ alia via, ꝙ esse non debet.l.oratio. ff.de sponsa. c.cum qd vna via.de re.iur.lib.6.Et per consequens sicut ꝑ viã cõmissionis non potest istud fieri, ita non potest fieri per viam excitationis: qa illud excitatur quod est sicut dicimus, extenditur; quod est.c.significasti.de fo.compe.ergo &c.Et miror vehemẽter, ꝙ detur iurisdi.laico cõtra clericum. cum sint clerici hic in dignitate constituti, qui possent cognoscere, & procedere contra dictos clericos.

EPITOME.

¶Causa matrimonialis delegata Episcopo Turonensi, etiam Venetiis expediri potest: & is nesciã fœminam appellationis ab eo, qui non erat procurator interpositæ, & ab eo, cui mãdauerat neglectę, rectè restituit iuri pristino ad appellandum, maximè cum sententia aduersus matrimonium lata appellatione deserta, aut neglecta, nunquam transierit in rem iudicatam. Item non obstat Venetianum statutum perfidiæ maritalis nesciæ mulieri, quo minus dotem datã ex matrimonio opinabili repetat.

SVMMARIVM.

Viduæ priuilegiatæ sunt in multis iuris articulis. nu. 1. in omnibus tamen non dicuntur viduæ, quæ virum inutilem habent. nume. 2.

Lite commissionis stante causæ & processus litis meminisse debent. nu. 6. fallit si causa sit matrimonialis. nu. 7.

Matrimonialẽ causam litis pendentia non facit litigiosam. nu. 8.

Locus dignitatis si eligatur a delegante, extra eum commissioni vacare non licet, at si ibi cum loco residentiæ, vbiq; explicari delegatio potest. nu. 9.

Mandare non videbitur qui scit & patitur procuratorem sine mandato suo nomine apparere in iudicio. nu. 10. & 11. quia patientia non est modus ratihabitionis. nu. 12.

Procurator omittẽs appellare nocet domino, nisi causa sit ardua. numero 15.

Sententia lata contra matrimonium nunquam transit in rem iudicatam. nu. 17.

Mulier recuperat dotem, licet matrimonium fuerit putatiuum. nume. 19.

Veneti licet non recognoscant superiorem, tamen rationi subijciũtur. nu. 20.

Statuti pęnam non incurrit nisi sciens. nu. 21.

CONSILIVM XLVI.

TVronensis Delegatus apostolicus ritę & rectè ꝓnũtiauit in fauorẽ nobilis dñæ Berucię mulieris viduę, ꝙ primò sic oñdo.
1 †Viduæ sunt in iure ꝑcipuę & priuilegiatę: vñ Papa dicit se debitorẽ viduis in sua iustitia.c.ex tenore.ibi, sumus viduis in iustitia debitores.de fo.cõpe.c.significãtibus.de of.dele.c.ex ꝑte.B.de fo. cõpe.l.j.C. qñ impe.inter pu.& vid.adeo
2 ꝙ dixit gl. valde fin.in l.plagiarij.C. de plagia.† ꝙ vidua dr̃, q̃ hẽt virũ inutilẽ: puta f̃m Bal.ibi, si est dãnatus ad ꝑpetuos carceres: & sic vr̃ vidua quo ad qdã extrinseca, nõ ãt ad alia, vt hr̃ in l.si cũ dotẽ. §.sinaũt in sęuissimo.ff.sol. ma. maximè ĩ recuperãdis dotibꝰ suis: vt l.assiduis.C.q po.in pig.hab.& l.1.ff.sol.ma.c. prudentia.de dote post diuor. resti.c.ex literis. de pigno. cũ si.mõ ista nobilis vidua tractat de duobus, valet de honore, & de bonis, & clarũ est, ꝙ infamia est similis morti. Ita dñt scribentes in l.transigere.C. de transac.& qui honorem suũ negligit crudelis est,

ita not.in c.2.de purga.cano.& sapienter magnanimus.dixit Apostolus. Expedit † mihi potius mori, q̃ vt quis gloriam meam euacuet,& melius est perdere omnia bona,quàm famam.6.q.1.c.ex meritis.& magnus dixit Ecclesiastes, maior amissio famæ quã oculorum.facit c.nolo.12.q.1.& l.infamã. C.de decur.lib.10.& egregiè dixit Bal.in c.1.§.si quis hominem.in ti.de pa.tenen.in vsi.feu.† ꝙ pro honore conseruando licitum est intrare duellum, & egregiè dixit Cy.in l.1.C.vnde vi.ꝙ pro honore seruando licitum est non fugere,sed occidere, voluit Bald.in l.vt vim.ff.de iust.& iur.& accommodatè dixit Bal.in l.1.C.man.ꝙ licitum est capere magnũ præmium ꝓ defendendo prælatum a priuatione prælaturæ, allegat gl.valde singu.in l.si pater.§.1.ff.de don.& adduco.l.Iulianus.ff.si quis om.cau.testa.ibi,honore proprio omisso,& adduco,qđ voluit Bald.in c.veniens. col.j.de testi.ꝙ sicut facit corpus vmbram illustratũ a sole,ita fama a se vmbram bonorũ operũ, & beatus est,qui possidet bonã famã. & ideo dicebat Bal. in c.pen.de proba. bonos mores præferendos nobilitati.allegat tex.quem reputat singularem,in l.ꝓnũtiatio.§.1.ff.de verb.sig.& facit.l.iusta.de manu. vindi.& qđ voluit D.Pe.de Anch.in cle.1.homici.& bellissimè scripsit Cicero in quarta Philipica: licet oĩbꝰ mortem nã proposuerit, tñ virtus iniuriam propulsare solet:& summus humilitatis spendor Iesus Christus sacro suo euangelio perfidos arguit Iudęos dicens,vos dehonoratis me.& celebris dicebat Psalmista,Deus laudem meam ne tacueris:accendimur,dicebat Cice.in quarta Philipica,studio laudis,& multo fortius in casu nostro quia agitur de honore, erit cautiori ingenio procedendum.c.vbi periculum.de elec.lib.6.agitur etiam de bonis dotalibus: nam bona sunt nobis præsidium vitæ, dixit gl.fin.in l.aduocat.C.de aduo.diuerso.iudi.ꝙ pecunia est vita hominis.facit, quod hr̃ in c.Abbas. quod me.causa,& in l.propter litem.de excu.tuto.& in c.j.de resti.spolia. lib.6.sordescimus enim ꝓpter paupertatem.l.quisquis. C.ad l.Iul.maiest.in cle.in plerisq;.de elec.1.q.3.c.si quis abiecerit spiritualia enim diu stare non pñt sine temporalibus:† vnde licitum est nobis occidere,ne perdamus bona,vt dicunt scribentes in cle.1.de homicid.& in l.vt vim. ff.de iust.& iur.& in l.1. C.vnde vi.& in c.clerici.de vita & hone. cler. & in c.si perfodiens.de homicid.& in ca.dilecto. de senten. excommunic.libro 6. in c.olim. de restitu.spolia.& ideo pulchrè dicebatꝰ Bal.in c.petitio. de iureiuran. ꝙ paria sunt amittere personam, & amittere principatũ. Et ideo Psalmista dixit, substantiam eius accipiat fenerator,& episcopatũ eius accipiat alter:licet enim ista temporalia apud morales Philosophiæ viros non sint dicenda esse bona,vt dixit Cicero in primo Paradoxo.non,inquit, ego nec tecta magnifica, nec pecunias istorum in bonis rebus connumeranda esse duxi.Et qa(sicut dixi)agitur de honore, & patrimonio huius dominæ, debebit do. iudicans magnopere animaduertere circa decisionẽ huius causæ.Modò dico,quòd do.delegatus fecit tres pronuntiationes circa hanc causam.Prima est: qa pronuntiauit se iudicẽ cõpetentem vigore rescripti Papalis. Scđa fuit, qa ꝓnũtiauit dictam D.Berutiam restituẽdam ad appellãdum.Tertia fuit,qa reformauit sententiam latam per Vicarium,quatenus tendebat in præiudicium dictæ do.Berutię.¶ Contra primã pronũtiationem vr̃ posse opponi, ꝙ hmõi literæ non cõferant iurisdi.dicto delegato; ex eo, quia non est facta mẽtio de statu causæ: nec de serie facti.& ad hoc adduco, quòd bellissimè voluit Bal.in l.1.ad fi.C.de rela.vbi dicit,† quidam petit causam cõmitti alij iudici,an debeat facere mentionem de processu habito corã alio iudice,vr̃ ꝙ sic, allegat.l.pe.ff.de app.recip.& dicit esse expressum in c.inter monasterium. de re iudi.& in c.præsentia.de procu. & dicit se audiisse,ꝙ curia Romana seruat, ꝙ debet fieri mentio si lis erat conte.ꝙ satis dicit esse rationabile; & facit ad hoc c.fi.vt lit.pen. Et ideo dixit d.Abb.post alios in c.j.de rescrip.ꝙ si impetratur priuilegium, aut rescriptum,debet fieri mentio de lit.conte.facit gl.magistra.in c.super literis.de rescri. & quod pulchrè voluit Sal.in l.2. C.vt lit.pen.& ꝯsuluit d.Pet.de Anch. ꝯsi.16.& est gl.in c.vt debitus.de app. & ideo dixit gl. elegans in c.prudentiam.§.sexta.de offic.delega.ꝙ si inchoata est lis coram ordinario, & impetratur iudex delegatus,ꝙ debet fieri mentio de lite cępta corã ordinario.& ad hoc facit,qđ voluit Pet.de Anc.in c.nõnulli.§.1.de rescri.& do.Ant.in c.2.de in integ. restitu. qđ voluit Philippus in c.dilecti. de excep.& gl.in c.ex literis.de offi.deleg.& Bal.in c.cum dilecta. de rescri.& in l.tutor.ff.de excu.tuto.& qđ voluit idẽ Bal.in l.præscriptione.C.si contra ius, vel vtil.pub.allegat.d.c.super eo.de coha.mul.& cle.& allegat.c.dilectus filius abbas sancti Stephani.& c.ad audientiã. de rescrip.facit c.postulasti.in versi.cum de leui non scribimus.de fo.compe.Ita dicamus in proposito,ꝙ ex parte istius dominæ Berutiæ, non fuit narrata tota facti series, & licet aliqua ex supradictis iuribus loquantur in concessione gratiæ: tñ idem est in literis ad lites, opponendo exceptionem surreptionis, vt d.c.ad audientiam.& d.c.super literis. de rescri.& c. ex literis.de offi.delega. Sed ad ista facile responderi potest:primò,iura allegata primo loco disponentia debere fieri mentionem de statu causæ,dico, ꝙ limi-
7 tantur & restringuntur, vt † non habeant locum in causa matrimoniali: ista fuit elegans & singularis doctrina Lapi in suis allegationibus,allegatione 89. incipiente. Factum,super quo iuris consilium petit, vbi dicit,quod ad hoc vt taciturnitas alicuius rei habeat vitiare gratis, vel litteras impetratas, requiritur,quòd sit talis, quæ si fuisset expressa,princeps talem gratiam non fecisset.c.super literis.cum ibi no. de rescri.quòd intelligitur secundum communem stylum, vel cursum curiæ principis: nam aliàs non posset nunquam sciri, an princeps fecisset gratiam, si fuisset expressum:forte enim fecisset,& forte non: vnde referendum est hoc ad probabilem coniecturam,vel communem vsum aliarum gratiarum per principem concessarum,seu solitarum concedi.Vnde non ideo vitiaretur gratia, quòd ante habui beneficium,quod antea resignaui,& fortius, inquit,in cõtentiosis licet debeat fieri mentio de processu.c. inter monasterium.de re iudic.vel de sententia lata. c.inter dilectos.de fide instr.tamen dicit, si impetratio fit in matrimonio,valet rescriptum,licet de processu,vel de sententia non fiat mẽtio, allegat ad hoc Host.& Io.And.in c.tenor.in ver.literas.de re iudi.ꝙ etiã si de processu,vel de sententia mentionem non fecisset,obtinuisset literas.& adduco, quod pulchrè dixit Bal.in l.Deo nobis. C.de episco.& cle. vbi dixit
8 † quòd pendẽtia litis in causa matrimoniali non facit causam matrimonialem litigiosam. & facit, qđ volũt scribentes in d.c.tenor. Ista modò apponunt securim ad arborẽ huius hæsitationis: quia cum simus in causa matrimoniali, posito non tamen concesso,ꝙ non fuisset facta mentio in rescripto de processu, vel de sñia;tñ valuisset rescriptũ,& ita limitantur oĩa iura allegata superius.Quinimo plus dixit d. Anto.in c.2.de integ.resti.ꝙ si rescriptum est gratiosum,valet & tenet,licet non fuerit in eo facta mẽtio de processu,refert fuisse dictum Inn.in c.dudum. de elec.& multo fortius in casu nr̃o dicemus rescriptũ istud valuisse:ex eo quia bñ fuit facta mentio de sententia

tentia diffinitiua lata per Vicarium domini Patriarchæ,qua fuit pronuntiatum matrimonium non tenuisse inter ipsam do.Be.& quondam Iacobum, & ꝙ a tali sententia fuerat appellatum per non habentem mandatum speciale ad hoc, & ꝙ restitueretur ad appellandum, & ad prosequendam appellationem. Ecce modò qualiter ista verba sapiunt transitum sententiæ in rem iudicatam;ergo falsum est dicere,non fuisse habitam mentionem in dicto rescripto de statu causę,& de sententia, & de trãsitu in rẽ iudicatam: ergo collata est iurisdictio delegata domino episcopo Turonensi, & per cõsequens potuit pronuntiare se iudicem competentem.¶ Et si qspiã opponat,ꝙ cum fuerit delegata episcopo Turonẽsi, sequitur, quòd Papa videtur delegasse causam istã in loco dignitatis dicti episcopi delegati: ergo extra illum locum non potuit cognoscere,vt in c.statutũ. §.in nullo.de rescrip.lib.6.& quod voluit Ang.in l.fi. ff.de iurisd.om.iudi.tunc enim videtur,ꝙ alibi iudicando non teneat iudicium. Ad id facile datur responsum,ꝙ procedit, quando duntaxat exprimitur dignitas: quia tunc consideratur locus dignitatis.
9 †Sed vbi profertur locus dignitatis cum loco moræ & residentiæ,tunc attenditur locus moræ & residentię,text.est valde singu.in c.prohibita. de rerum permu.ibi probatur formaliter hæc docto.quam ex illo tex.eliciunt Ioan. And.& omnes post antiquos, ita sępenumero consului,& vidi iudicari. Cum ergo in huiusmodi rescripto fuerit facta mentio residentiæ, potuit Venetijs cognoscere, & super cognitis pronũtiare domi.delegatus.Et ex istis concludo quoad primam pronũtiationem, quòd potuit delegatus pronuntiare se iudicem competentem, & vlterius cognoscere de meritis, & pronuntiare,lege,de qua re. ff.de iudic. ¶Capio modò dubium circa secundam pronuntiationem.s.si potuit restituere in integrum ad appellandum,& appellationem prosequendam: & præsupponitur in facto,ꝙ aduocatus,qui nõ erat procurator,appellauit, &fuit datus terminus ad ꝓsequendum appellationem interpositam, & nõ fuit facta ꝓsecutio. Posset iudicio meo opponi de quodã eleganti dicto Inn.in c.ex parte decani. de rescrip.& in c.cum in iure peritus. de offic.deleg.& in c.in no-
10 stra.de procura.vbi dixit,ꝙ si aliquis† agit in iudicio vt meus procurator,& ego scio, & patior, ꝙ videor dare sibi mandatum, & valent gesta per eum, licet aliter non ratificem. idem voluit Arch.in ca.qui ad agendum.de procura.lib.6.Idem voluit ibi Io.And. & probatur istud dictum Inno.in c.fin.de iureiuran. lib.6.& ex regula.l.sæpe.ff.de re iud.& c.quanuis.eo. tit.& etiam probatur arguendo de contractibus ad iudicia,vt l.3.§.idem scribit. ff.de pecul. Sed in contractibus scientia & patientia inducit mandatum, vt l.1.§.magistrum.ff.de exercito. & l.sed si pupillus. in prin.ff.de insti.& l.fi.ff.qđ cum eo.Et ad hoc adduci posset.c.cum olim.de offic.delega.& idem voluit Lud. Ro.in l.quæ dotis.ff.sol.matr.referens se vidisse dubitari de hoc in Rota; cũ ipse esset vnus de auditoribus Rotæ,& eos decidisse ꝓm hanc doctrinam Inn.& refert ita se pronuntiasse, per d.c.fi.de iureiu. lib.6.& idem consuluit in cõtingentia facti, vt apparet in consi.suo 169.incipiente. Sciebant Romanus & filius.Sed ad hoc respondeo,posito non tamen cõcesso,ꝙ dictum Inn.esset verum; tamen non vendicat sibi locum in casu nostro: quia non probatur,ꝙ dicta do.Berucia sciuerit suum aduocatum non habentem mandatum ad appellandum appellasse: iõ non vendicat sibi locum doctrina Inn.cum dicta D. B.ignorauerit illum aduocatũ appellasse: maximè hoc probatur, qa ista do.B.non fuit in iudicio, nec est præsumptio, ꝙ acta iudicij facta per aduocatum nuncientur mulieribus, vt docet experientia,& cõiter in mulieribus pręsumitur ignorantia: vt l.fi.C.de iur.& fac.igno.Item posito non tñ concesso,ꝙ do.B. sciuisset illum aduocatum appellasse; tñ cum nullũ habuerit ad hoc mandatum,non videtur ratificasse illam appellationem.& in hoc Inn.non rectè sentit: licet cum eo transeant domini de Rota decisione 444.& deci.44.vbi dicunt,ꝙ si me præsente, & tacito procurator appellasset, valeret talis app.perinde ac si mandatum habuisset. Et allegant istud dictũ Inn. in d.c.ex parte decani. Primò ꝯ tenuit Bar.in l.sæpe. ff.de re iudi. vbi tenet contra Inn. idem tenuit Cy.in l.qui pecuniam.C.de nego.gest.Idem tenuit d.Ant. & Ioan. de Imo.in d.c.ex parte decani. idem videtur sentire Bal.ibi,licet aliter distinxerit idem Bal.in l.licet.C.de procur.& in auth.qua in prouincia. C.vbi de crim. agi opor.& in l.si tutor.C.in quibus cau.resti.in integ.non est necess.& in l.2.C.si ex fal.instr.& in l.in causæ.§.1.eo.tit.vbi distinxit inter procuratorem actoris,& procuratorẽ rei. & etiam do.Anto.in cle.1.de procur.distinguit, ꝙ si procurator ex parte rei agit in iudicio,domino sciente, & patiente,ꝙ videtur dominus dare mandatum. & ita dicit procedere dictum Inno.in c.ex parte decani.secus dicit in procuratore ex parte actoris. & ibi ipse distinguit.& facit,quod voluit Bald.in l.falsus. C.de fur.vbi dicit, istud dictum Inn.fore verũ, si dominus fuit citatus, licet aliter dicat idem Bal.in l.Iulianus. ff. qui satisda.cog. Secundo contra Inn.tenuit Gui.de Suza. in d.l.licet.C.de procur.vbi dicit, ꝙ dictũ Inn.nõ ꝓbat iure.l.illam. C. de colla.item quia do.scit ius suum, ideo non videt̃ cõsentire,& sequit̃ ibi Sal.& adduco Pe.de Anc. in suis reportatis in l.inuitus. C.de ꝓcu. vbi damnat istud dictum Inn.& contra Inno.tenuit do.Dominicus in d.c.qui ad agendum.referendo & sequẽdo distinctionẽ do.Anto. in d.c. ex parte decani.& adduco, ꝙ voluit Ioã. de Imo.in d.l.sępe. de re iudi.vbi dicit,ꝙ cõmunis opi.est contra Inn. & plus dixit idem Io.de Imo. in c.cum olim Abbas.de offi. deleg. ꝙ propter varietatem doctorum non potest haberi veritas huius passus.& facit quandam distinctionem, quæ est in fauorem huius do. Beruciæ. & plus dixit D.Ant.in c.cum in iure,de offi.dele. quod dixit Innocen. in d. cap. ex parte decani. est falsum. & etiam vario modo distinguitur per docentes in c. quamuis. de re iud. & in d.l.sæpe. Angel. tamen ibi
11 sequit̃ Inno.& do.Abb.in d.c.ex parte decani.Et †sic Gui.de Suza.Cy.& Bart. Bal. do.Ant. Pe.de Ancha. Dominicus & Io.de Imo.tenent contra Inn.& Io.de Imo.in d.l.sæpe.dicit,quòd communis opi. est contra Inn. tamen opi. Inn.sequitur do. Cardi. in dictis locis do.Abb.& Ang. domini de Rota,& Lud. Roma. modò si ponderentur, videtur,ꝙ tenentes contra Inn. sunt plures numero, pondere, & mensura; vt Gui. de Suza. Bar. Bald.do.Anto. Io.de Imo.Pet. de Ancha. Dominicus. ergo erit sequenda iudicando & consulendo:quia illud pręsumitur verius,qđ a pluribus dicitur. c.prudentiam.de offi.dele.c.in canonicis. 19. di. c. de quibus.20. di.c. ne innitaris. de constitu.l. j. ff. de sena. l.athletæ. §.j.ff. de his qui no. infa.l.j.ff. de offi.quęst.in ver. crebrior apud veteres opin. iuxta illud Catonicum. Iudiciũ populi nemo contempseris vnus. ergo &c. Et ne videar succumbere labori,& sibi terga voluere,demonstro ratione inconuincibili, quòd imo non rectè loquitur, & arguo sic. Non debet iudicari ad imparia procurator acceptans mandatum, & do. constituens eum procuratorem, vt probatur in arg.l. fi.C. de indiuidu. tol.l. nemo martyres. C.de sac. san. eccle. sed scientia & patientia eius,qui constituitur procurator, nõ facit eum procuratorẽ, nisi expressè consentiat. l. fi-

 liusfa-

liusfamilias.§.inuitus.ff.de procur. ergo eodem modo dicemus in domino constituēte, vt dicatur inuitus, si aliquis agat nomine eius,& ipse sciat.ergo dictum Inn.non est verum.Præterea moueor,si nos dicimus, ꝙ scientia & patientia inducat mandatum
12 & ratihabitionem,dico istud esse falsum ex † eo: qa ratificatio aut fit verbis,aut fit actis, tex.est in l.non tantum.ff.rem ra.habe. sed ista patientia non inducit ratihabitionē verbis, vt apparet: qa nulla verba interuenerunt,nec inducit ratihabitionem actu:qa non interuenit aliquis actus positiuus, per quam dicere possumus,istam d.B.approbasse.l.si filius. ff. ad Maced.& si allegetur gl.in l.quo enim.§.1.ff.rem ra. ha.vbi non improbare actum, est approbatio, quæ gl.fuit Roge.quæ glo.primò nihil allegat pro suo dicto. secundò dicit contra text.d.l.non tantùm. quæ dicit,ꝙ ratificatio fit aut verbis,aut fit actu.& etiam tex.d.l.quo enim.dicit,ꝙ habere ratum est comprobare,& agnoscere,qđ gestum est nomine meo:ergo sequitur,ꝙ debent interuenire aut verba,aut factū: nā & facta loquuntur. l.reprehendenda. C.de insti.& substi.l.de quibus. ff.de legi.in gl.c.cum super. de offi.dele.& sic non rectè loquitur illa glo. nec potest adduci pro dicto Inno.vt fecit Lud.Rom. in d.l.quæ dotis,Præterea moueor contra dictum Inn.per text. in corpore vnde sumitur præfata auth.qua in prouincia.vbi ponuntur tres casus,ꝙ absens defenditur per alium denuntiantem domino litem motam, q dominus absens, aut constituit illum defendentem procuratorem,aut comparuit & constituit aliū, aut non comparuit,nec misit alium,tunc dicit ibi tex.ꝙ condemnabitur ipse do.vnde si per illam scientiam & patientiam videretur constituere illum procuratorem,tunc non condemnaretur dominus: sed ipse procurator, vt est text.in l.1.C.de sen.& interlo.om. iudic.ergo est ibi casus non consideratus ab aliquo, ꝙ eoipso, ꝙ scio aliquem agere in iudicio pro me, non videor constituere illum procuratorem, & sic vī ibi casus contra Inn.Præterea adduco glo.contra Inn.in d.auth.qua in prouincia. quæ dicit, ꝙ si quis assumit causam defendendi me in iudicio, & mihi denuntiat,& ego non contradico, facta illa denuntiatione ego videor constituere illum procuratorē, & mouetur illa gl.per l.si filius. ff.ad Macedo.lex loquitur, qñ cum taciturnitate interuenit actus positiuus,puta receptio literarum. Ecce nunc qualiter sola patientia & scientia nō sufficit, nisi interueniat denuntiatio,& sic est gl.in indiuiduo ibi contra hāc doctrinam Inn.& hæc sunt noua, & cum istum passum magna cū studio examinassem in lectura mea ad d.c.ex parte decani.ita tenui damnato dicto Inn. & ibi respondeo multum elegāter ad iura & rationes Lud.Roma.in d.l.quæ dotis. so.ma.quæ re vera non stringunt,nec faciunt ad propositū. ¶ Modò in proposito.d.do.B.ignorauit dictum aduocatum appellasset, ergo multominus nocebit sua appellatio dictæ do.B.qa vt dixit elegās.l.generali. C.de tab.lib. 10.scientiā non ignorātiā cupimus allegari,maximè qa vidua est,& fœmina, & tractat de damno euitando,& de honore rebus omnibus etiam vitæ,præferēdo:ergo talis appellatio inanis, & vacua non præiudicauit dictæ do.B. ¶ Nec ob.d.c.fi.de iureiur.lib.6. qa licet Lud.Ro.in d.l.quæ dotis.so.ma. dicat se vnā cum dominis de Rota allegasse ad hoc nouum d.c. fi.pro dicto Inno.pro certo adducere illum text.ad hoc non fuit inuentio sua, nec inuentio dominorū de Rota:sed fuit inuentio antiquorum, qui in d.ca. cum olim Abbas.allegant illud. capit.fin.pro dicto Inn.& indubitanter ille tex.non meretur ad hoc allegari:quia nos loquimur eo casu,quo quis nullum habuit mandatum procuratorium,sed d.c.fi.loquit̃ in procuratore ꝯstituto dño, qui excessit mādatū, quo casu dñs sciens illum excessum passus est, & nō ꝯdixit,quo casu videtur approbasse illum excessum; quia attenditur principium habile, vt in simili dr̄ in l.1.C.de impon.luc.descrip.lib.10.a primordio tituli posterior formatur euentus:sed in casu nostro nō habuit aliquod mandatum,ergo sequitur,quòd nō sumus in casu.d.c.fi.verissima ergo est conclusio, ꝙ ista appellatio interposita per aduocatum non præiudicauit dictæ do.B.per consequens si non præiudicauit appellatio,ergo multominus præiudicauit assignatio termini ad prosequendam appellationem. Et miror vehementer de aduocato partis aduersæ dicente, quòd præiudicauit ipsi D.B.assignatio termini ad prosequendam appellationē.Quia ad istud tollendum adduco vnum, quod Aristoteli venit in ore,in secundo de anima,vbi dicit,actus actiuorum sunt in patiente bene disposito, & probatur in c.venerabilem.de elec.Et facit illud, deficientibus principijs deficiunt ista principata, vt in c.cum Paulus. & in c.principatus.1.q.1.& quod hr̄ in l.testamēto. la grande. ff.de condi. & demon.& quod hr̄ in c.inter dilectos.de fide instr.& facit, quod magnus dixit Auerrois in li.de substantia orbis. Maximam solicitudinem oportet habere circa principia: sunt enim minima quantitate,sed maxima potestate.Modò in proposito nostro, si deficit appellatio, ergo deficiet eius prosecutio:quia deficiēte principio deficit eius prosecutio:vnde prosecutio est quędam extensio appellationis,sed illud,quod non est,extendi non pōt. lege,sed si manente.ff.de preca.capitu.P.& G.de offic.delega.capi.significasti.de foro compe.si appellatio nō nocet interposita per aduocatum ad hoc nō habentem mandatum, ergo multominus nocebit prosecutio appellationis, ergo &c. ¶ Nec obstat, ꝙ debuit agere dicta do.B.contra procurato. qui non appellauit,primò procurator nō fuit præsens, vt est probatum in processu. secundò istud præiudicium est inæstimabile; quia agitur de præiudicio animæ quæ est præferenda cunctis rebus, vt l.sancimus. C. de sacrosan.eccle.c.cum infirmitas. de pœni. & remis.vnde pulchrè dixit Bar.in l.4.§.toties.ff.de dam. infec.statuto cauetur, quòd de cōtractu soluatur gabella sex denariorum pro libra, quòd nō vēdicat sibi locum in re inæstimabili. Item agitur de honore, qui est præferendus vitæ, expedit enim potius mori, quàm ꝙ quis gloriā nostrā euacuet, vt dixit Paulus apostolus,vt superius dixi. ergo non est loquendum de interesse pecuniario. Ex istis sequitur,quòd rectè pronūtiauit do.delegatus sequens formam sibi traditam in dicto rescripto delegatorio: vt vocatis vocandis si sibi constiterit, quòd per aduocatum, aut eum,qui non habuit mandatum ad appellandum; & appellatio fuit deserta, restituat dictam do.B.ad appellandum & appellationem prosequendam. Et si rectè consideremus hanc materiam,non potest dici,appellationem fuisse desertam ex eo:quia nō fuit ltīmè appellatum,vt est superius ostensum,& paria sunt non facere actū,& minus legitimè: vt l.quoties. ff.q satisda.cog.l.non dubiū.C.de legi.ideo dr̄ 10.dil. c.vides fili charissime,ꝙ ea quæ fiunt ꝯ legem hn̄r ꝓ infectis.l.non putauit.§.non quæuis.ff.de ꝯtab. & io dixit Bal.in d.l.non dubium,quòd si ex contractu ex forma statuti debeat solui gabella.quòd non soluetur de ꝯtu nullo.l.2.C.de eunuch. vbi ēt per Bal.& per Bar.in d.l.nō putauit.§.non quæuis.& sic ex istis probatur formaliter, ꝙ non præiudicauit illa appellatio interposita per aduocatum non habentē mandatum ad appellandum dictę D.B.ergo sicut non ꝓiudicauit sibi illa appellatio,eodē modo nō præiudicabit sibi illa assignatio ad prosequendam dictā appellationem:

pellationem: quia frustra loquimur de prosecutione appellationis, vbi nulla præcessit legitima appellatio, sicut dicimus in simili, nulla est prorogatio iurisdictionis, vbi nulla iurisdictio pcessit, vt plenè scribit Bar. in l. 4. in prin. ff. de dam. infec. Bal. in l. cum te. aliàs in l. si a te. C. de pac. inter empt. & vendi. & in l. Emilius. ff. de min. & in l. si constante. C. de dona. ante nup. & in l. Titius. ff. de excu. tu. & in c. 1. §. fi. in tit. an ille qui interfec. fra. domini sui. & in l. si cum dies. in prin. ff. de arbi. Bald. idem in d. c. fi. de consuetu. & in c. 1. de mutu. peti. & in c. cum venissent. de testi. d. Pe. de Anch. in c. de causis. de offi. deleg. gl. in c. fi. de procu. & ibi Io. de Imo. post alios gl. & doct. in c. P. & G. de offi. deleg. & sic nulla data appellatione legitima, nō est dare prosecutionem appellōnis: ergo potuit do. delegatus restituere in integrum dictam D. Beruciam ad appellandum, & appellationem prosequendam. ¶ Præterea ad prædicta facit: qa præsupponitur ex processu, ꝙ dicta D. B. nec fuit sciēs, nec fuit negligens, ꝙ ille suus procurator non appellauerit, quo casu Bart. in l. 1. §. si procurator. ff. si quis ius
13 di. non ob. dicit† si procurator sciuit, & dñs, nec sciuit, nec neglexit, ꝙ non nocet sibi illa contumacia cadens in delictum; vt l. 1. C. de eroga. mili. anno. lib. 12. c. 3. vt lit. non conte. l. non solùm. in prin. ff. de pro. cura. subdit ibi Bar. ꝙ si contumacia cōsistit in omittendo; quia omisit appellare infra decem dies, poterat esse, ꝙ expedierat dño sic fieri. vt l. 1. §. fi. ff. quādo app. sit tunc præiudicat do. talis contumacia nō cadens in delictum. allegat Inn. in c. 1. vt lit. non cōte. dicit tamen, quòd si malitiosè hoc fecerit procurator, succurritur dño, allegat ad hoc. l. eleganter. §. si dolo. ff. de dol. ibi enim dr, quòd si procurator nō est soluēdo, succurritur indēnitati ipsius dñi, & sic non nocet illo casu negligētia procuratoris, ita ibi pbat. Modò in casu nrō aut dicimus illum pcuratorem nō appellasse; quia negligenter se habuit, qa omisit appellare nulla iusta causa interueniente, nec expediebat dictæ D. B. non appellare, imo erat necesse appellare; qa agebatur de honore, quo casu cum esset talis honor inæstimabilis, maximè in matrona pudica, honesta, nobili, & patricia Veneta. Ergo est succurrendum eidem dñæ, vt restituatur in integrum; cum ignorauerit illum procuratorem nō appellasse, & cum ille procurator videatur esse non soluendo, quoad honorem huius nobilis matronæ, ergo erat succurrēdum: licet ergo procurat. teneatur appellare a sententia lata contra eum, vt procur. vt l. inuitus. C. de procur. vbi per Cyn. Bart. & alios. & l. si actor. C. de app. Bar. in d. l. 1. §. si pcur. & Bal. in auth. hodie. C. de app. & in d. l. 1. §. si procurator. Innoc. & alij in c. 1. vt lit. non conte. tamē cum in casu nostro non appellauerit, erit do. B. succurrendū: qa agit de re inæstimabili, istud credo esse de iure verissimum, ar. d. l. eleganter. §. si dolo. Et adduco ad prædicta, ꝙ pulchrè voluit Bal. in auth. hodie. C. de app. vbi dicit ꝙ vbi procurator non appellauit, propriè non est cōtumacia, sed est quoddam omittere, cū nec lex, nec magistratus hoc imperet. l. nō ex omnibus, ff. de arbi. ideo subdistinguit, aut procurator bona fide cessauit appellare; quia putabat sententiam esse iustā & tunc dominus appellare non potest; qa lex dat ei decem dies, vt dicta auth. hodie. aut procurator fuit in mala fide, & tunc si procurator est soluendo, tūc agitur contra procur. vt l. 1. §. fi. ff. quando app. sit licet tex. hoc ibi nō aperiat, & est rō: quia ille, qui iniustè hoc obtinuit, tractat de lucro captando: qa iniustè vincere est species lucri: vt l. debitor. ff. ad Treb. l. fi. ff. de eo per quem fac. erit, refert tñ Bar. dicere, ꝙ si procurator fuit in dolo, dñs pōt appellare indistinctè: qa cum euidenter deliquerit, ad hoc mandatū non habuit: tñ, inquit ibi Bal. tene gl. quam omnes doctores ibi approbant: imputet enim sibi do. qui talem procur. sibi constituit: illud tñ constat ſm eum, ꝙ procurator potuit denuntiare domino, ꝙ appellaret, & non denuntiauit, ꝙ est in dolo. l. si procur. §. ignorantes. ff. man. & plus dicit ibi Bal. ꝙ si vtraque pars sponte & scienter processit in causa appellationis, & lata sententia, ꝙ nihilominus est nulla per id, qđ hr̄ in d. c. si appellationem, de ap. Ista sunt formalia verba Bal. in d. auth. hodie. ¶ Modò reducendo hanc doctrinā ad propositum, clarū est, ꝙ iste procurator omisit appellare nulla iusta causa suadēte; qa meritò non debuit omittere appellationem; qa illa appellatio erat iniusta, & erat de re periculosa animæ & corpori. Item fuit in dolo, qui pōt coniecturis probari, vt dixit gl. in l. dolum. C. de dolo. text. in c. 1. de renun. lib. 6. quia cum nō appellauerit nec denuntiauerit D. B. vt appellaret pro certo videtur esse in dolo, vel in magna negligentia, quæ æquiparatur dolo. l. qđ Nerua. ff depos. l. magna negligentia. ff. de reg. iur. ergo est succurrendum do. B vel per restitutionem in integrum, vel ex dispositione iuris cōis, ex quo non fuit sciens, nec negligens, vt voluit Bar. & etiā istud voluit Bal. ex quo non denuntiauit D. B. ꝙ appellaret, ergo rectè & cautè fecit Romanus Pontifex mandare dicto do. Legato vt restitueret dictam D. B. ad appellandum, & ad appellationē prosequendam, eoq; magis cum non possit imputari dictæ D. mala electio in eligendo illum procura. cum esset sibi cōiunctus sanguine; qa frater debuit rectè cogitare fratrē ex corde & ex fide agitare cām illam, vbi agebatur de honore corporis, & fauore animæ. Ideo dicimus, ꝙ frater purget fratrem de crimine hæresis, vt est tex. sing. in c. literis. de præsump. & voluit Bal. in l. parentes. C. de testi. allegans dictū c. literis pro singulari. & etiā ibi dicit, ꝙ in causa ardua non potest testificari pro fratre. rectè ergo dicit in casu nostro, ꝙ non potuit imputari negligentiæ dictæ do. B. quare elegerit fratrem in procuratorē. & facit, quod voluit Bal. in d. l. 1. §. si procurator. ff. si qs ius dic. nō ob. & per ꝯns canonicè fuit restituta, & restitui debuit ad appellandum, & ad appellationē
14 prosequendam. Præterea facit; † ꝙ licet tempus currat ignoranti: vt l. fi. C. de præscript. long. tempo. vt l. 1. §. si quis propter. ff. de iti. actuq; priua. tamen restituitur in integrum, vt est text. valde sing. in d. l. 1. §. si quis propter. vbi hoc voluit Barto. & facit, qđ voluit idem Bar. in l. senatusconsulto. ff. de offi. præsid. licet de æquitate canonica non currat tempus impedito, vt probatur in c. nos quidam. de testa. & in c. quia diuersitatem. de conces. præben. & in c. auditis. de præscrip. & hæc differentia inter ius canonicum & ius ciuile apparet ex d. l. 1. §. si quis propter. & ex d. c. nos quidem. & c. qa diuersitatem. vbi Io. de Imo. dicit, ꝙ aut loquimur de rigore iuris ciuilis, & tūc currit pscriptio, & restituitur in integrum. Ita procedat. d. l. 1. §. si quis propter. aut loqmur de æquitate iuris canonici, & tunc impedito impedimento facti nō currit præscriptio. Ita procedat. d. c. nos quidam. & d. c. quia diuersitatem. Cū ergo nos sumus in causa matrimoniali, quę deciditur iure canonico, vt dixit tex. in c. 1. de consangui. & affi. in ver. qui statuta canonū non ignorat. & ideo dixit gl. valde singula. in c. ex cōquestione. de rest. spo. quòd Papa quando committit causam matrimonialem decidendam, dicit, illā decidas fine canonico: qa ſm iura canonica debet decipi. allegat ad hoc d. c. 1. causam autem prophanam dicit, decidas debito fine. Cum ergo in casu nostro concurrat nescientia, seu ignorantia ex parte dictæ do. B. nec interuenerit negligentia, nec mala electio, eligēdo dictū suū fratrem in pcuratorem, ergo

ſequitur, ꝙ non poteſt imputari dictæ D.B.omiſſio appellationis, ergo potuit reſtitui in integrum.Et ēt plus videtur mihi de iure dicēdum, ꝙ videatur quidam caſus fortuitus, ꝙ frater eius cōſtitutus procu. nō appellauerit a tali ſentētia lata cōtra dictā D. B. quę ſententia prȩiudicat animȩ & honori corporis ſui,cū eēt frater: q caſus eſt fortuitus,regulariter nō videtur cōſideratus, arg.l.quæ fortuitis.C.de pigno. actio.ideo ſuccrruendū eſt dictę D.B. vt poſſit appellare,& ſuam appellationē proſequi, arg. eius,qđ habetur in.l. fiſtulas.§.frumēta.ff.de contrahen. em.& eius,qđ habetur in l.ſed & ſi quis.§.quęſitū.ff.ſi quis cau.capitulo primo, de commo. cum ſimi. quo caſu eſt magna eqtas, ꝙ reſtituatur in integrum: quia non poteſt cadere in aliquem ſenſum cōpoſitum,ꝙ frater ꝯſtitutus procurator in cauſa tam ardua,& p̄iudiciali contra veritatem lata, contra ſuam ſororē non appellaſſet, vt fecit iſte frater, arg.l.ſi hoīem.ff. man.& qđ voluit Bar.in prima cōſtit. C.vbi allegat. d.l. ſi hominem. & gl.in c.latorem.33.q.5.& Bal.in rubr. C.qui admit. & habet iſtud dictum magnam æquitatem, maximè de iure canonico.Facit ſimile, qđ voluit Abbas antiquus in c.peruenit. de emp.& vendi.facit l.p̄ſes. C.de app.& facit regula tradita in auth.de ap.poſt prin.vbi dicit,ꝙ qui nō eſt negligēs, nō læditur ex tp̄is curſu,voluit Bal.in d.l.prȩſes. Præterea etiam pondero ad prædicta, ꝙ licet dicat Inn. in d.c.1.vt lit.non conteſt.& Bar.in d.l.1.§.ſi procura

15 tor.ff.ſi quis iuſdic.non ob.†ꝙ ſi procurator omittit appellare,ꝙ nocet domino; qa poteſt meritò illud dictum limitari, vt non habeat locum in re tam ardua:ex eo,qa ardua non tranſeunt in communi diſpoſitione iuris,vnde requirūt arduam & acqſitā ſolēnitatē.Et ideo dixit Bal.in c.ſi ꝓ debilitate. de offi. dele.ꝙ in arduis non tenet̄ quis mittere ꝓcuratorē, gl.in cle.1.de foro compe. Ideo dixit gl.in §.porrò.3. diſt. ꝙ metropolitanus in arduis in concilio prouinciali non poteſt ſolus diſponere. & Hoſti.in ca.2.de

16 cle. non reſiden.dixit † quòd non poteſt Romanus Pontifex diſponere ardua ſine conſilio Cardinaliū. voluit Io. mo.in c.ſuper eo.de hære.lib.6.Bal.in l.cū multa.C.de bo.q̄ libe.& probatur in c.per venerabilem.§.rationibus. qui filij ſunt legi.do.Card.in c.licet,de elec.Et pulchrè dixit Bal.in l.nullum.C.de teſti.ꝙ in arduis debent recipi teſtes coram honeſtis perſonis. & qđ habetur exodi.18.c.vbi ardua deferebātur ſummo ſacerdoti.& ideo dicimus,ꝙ Arch.refert ardua epiſcopo. & dixit domi. Abb.in c.propoſuiſti.de proba. ꝙ in arduis debet iudex mittere pro peritis extra municipium.& pulchrè dixit do.Abb. conſi.ſuo 102.ꝙ ciuitas non libera non explicat ardua ſine rectore,allegat l.pen.C.de decur.libr.10.Et ideo dixit Hoſt.ꝙ conſuetudo non dat iuriſdictionē in arduis.Ita dixit in c.literis.de reſtitu.ſpolia. Ita dicamus in caſu noſtro: quia cum cauſa matrimonialis dicitur eſſe ardua cauſa,vt probat̄ in d.c.1.de conſan.& affi.& voluit Hoſt.in d.c.literas.de reſti.ſpo.& habetur in c.cauſam matrimonij. de offi.dele.Non eſt admiratione dignū,ſi dicamus, quòd licèt omiſſio appellationis facta per procuratorem noceat domino,vt eſt dictum: tamen non habeat locum qn̄ procurator omiſit appellare in cauſa matrimoniali,tum quia cauſa ardua, tum qa eſt periculoſa animæ,& maximè quando dominus vſu eſt omni diligentia,conſtituendo fratrem ſuum procuratorem. Ergo dicendum eſt, ꝙ illa omiſſio appellationis facta per procur.non præiudicauit dictæ D.B.& videt̄ mihi per prædicta, ꝙ de iure poterat reſtitui in integrum iſta.B.ad appellandum,& ad appel. proſequēdum,nec fuit neceſſarius aditus ad Ro.Ponti.ꝓ reſtitutione in integrum obtinenda. Prȩterea conſidero aliud ad prædicta, ꝙ ille Vicarius patriarchalis dedit ſententiam contra matrimonium; qa(vt ex proceſſu apparet) fuit contractum matrimonium inter

17 ipſam & illum Iacobum canonicè,& legitimè†quo caſu videtur, ꝙ cū ſententia lata per illum Vicariū fuerit lata contra matrimonium canonicè contractum,& carnali copula conſumatum,nūquā trāſiuerit in rem iud.cum fuerit lata contra matrimonium,vt probatur in c.lator.c.cōſanguinei.c.tutor. de re iudi.c.fraternitatis.de frig.& male.& forte nō fuit opus ſupplicare Ro.Pon.& dicere, ꝙ illa ſententia tranſiuit in rem iudi.quia cum fuerit lata contra matrimonium,videtur,ꝙ non tranſiuit in rem iudi. & per conſequēs debuit & potuit facilius reſtitui in intergrū dicta D.B.ad appellandum, & appellationē proſequendum. Quinimo plus videtur de iure dicendum,ꝙ ille Vicarius patriarchalis videtur ſibi ꝓ̄rius; qa cū cōdemnauerit illum Iac.Foſcarum ad reſtituendum dotem dictæ D.B.& ſtatuto Veneto cauetur,ꝙ dos non reſtituatur non exiſtente matrimonio vero,& do.Vicarius condemnauit ad reſtitutionem dotis,ſequitur, ꝙ præſupponit fuiſſe verum matrimonium inter ipſos D.Iacobum & D.B.cum ergo dicat,non fuiſſe verum matrimonium,ſequit̄, ꝙ ſibi fuit ꝓ̄rius, & per ꝯn̄s non valuit ſententia ab eo lata,arg.c.ſolicitudinē.de app.l.1. C.de fur.& indubitanter cōſiderato ſtatuto Veneto ille Vicarius fuit ſibi ꝓ̄rius:ideo ſaltē illa ſententia nō valet quoad præiudicium dictæ B.Et facit ſimile,quod voluit gl.ſing.in c.cum ergo.11.q.3.quæ dicit,ꝙ ſi prælatus in ſententia dicat, excommunico, vel abſoluo,ꝙ p̄ſumitur fatuus:quia fatuus eſt,qui fatua, loquitur, allegat c.cum dilectus.de ſuc.ab inteſt.Et ideo iudicio meo ſatis imperitè pronuntiauit ille Vicarius,& per conſequens eius ſententia continuo dr̄ nulla, & ſi qua eſſet,ꝙ non eſt dicendum, dr̄,ꝙ cōtinuo poſſit retractari;quia lata eſt contra matrimonium. & ita concludo. Et ex iſtis ſatisfactum eſt ſecundo dubio.¶Capio modò tertiam pronūtiationem,& ſeu vltimum dubium,in quo quæritur,ſi illud aſſerrum matrimonium inter illum Iacobum Foſcarum & illam Catharinam ſit ſufficienter probatum adeo, ꝙ non tenuerit poſtea matrimonium ꝯ̄ctum inter D. B.& ipſum Iaco.& ante omnia ego dico aliquid circa recuperationem dotis ipſius D.B.ſtante ſtatuto Veneto,ꝙ non poſſit dos repeti matrimonio exiſtēte non vero,& ſic matrimonio putatiuo, & adduco pro eius enucleatione,quod voluit Bald.in l.1.C.de condi.ob cau.vbi dixit, ꝙ pactum appoſitum inter virum & vxo.de dote lucranda vxore præcedente in matrimonio,non hēt locum in matrimonio putatiuo;qa hmōi pactum principaliter reſpicit matrimonium,ſecundariò reſpicit onera,ſm eum ibi.& ideo

18 dicit idem Bald.†ſtatuto cauetur,ꝙ vir lucretur dotem,ꝙ nō hēt locum in matrimonio putatiuo.l.an in patrē. ff.de fal.tuto.& qđ hr̄ in l.ſi verò.§.de viro. ff.ſol.ma.& ſic ſtat vera concluſio, ꝙ licet matrimonium fuerit putatiuum,& non verū, tn̄ mulier recuperat dotes ſuas. Et adduco,quod voluit gl.& Cy.in l.aſſiduis.C.qui po.in pig.hab.quæ dicit,ꝙ mulier in dote putatiua habet priuilegium prælationis, & idē voluit do.Io.de Imo.in c.ex literis,de pigno. Et multum ſapienter dixit Io. Andr.c.1.de dote poſt diuor. reſtit.ꝙ maritus putatiuus non habet priuilegium, vt conueniatur,quatenus facere poteſt.Et ideo dixit Bald.in commento.l.eam quam. C.de fideicō.ꝙ in matrimonio putatiuo nō cōfirmatur donatio morte viri,ad hoc allegat text.quem reputat ſing.in l.cū hic ſtatus.§.ſi quis ſponſam.ff.de don.inter vi.& vx. Facit,qđ voluit do. Abb.in c.2.de do.inter vi.& vx.& qđ voluit Bal.in d.l.an in patrē. & qđ voluit Ang.in auth.

auth.de ęqual. do.§.fi.& ĩ auth.ꝗ nup.§.ascriptitio.& do.Pet.de Anch.in c.Raynutius.de testa. & Lud. Ro.in l.si cum dotem.§.transgrediamur.ff.sol.mat. ego dixi in eleganti lectura in d.capitu. ex literis.de
19 pigno.& sic constat vera regula † ꝙ mulier recuperat dotem suam, licet matrimonium fuerit putatiuum, & non verum: est enim fauor publicus, vt mulieres sint dotatæ, semper enim dotis causa pręcipua est, vt l.j.ff.sol.mat.& ideo dicebat Bald.in c.j. §.hæc sacramenta. de pac.iur.fir.in vsi.feu.referens Cy.in auth. sacramēta puberum.C.si aduer. vendi. exclamantem ꝯ Federicum auctorem illius auth. multos misit ad inferos decipiendo dolo, & fraude minores iurantes,& subdit,ꝙ illi iniquitati adhęserunt canonistæ, vltra statuendo,idem esse in muliere iurante super alienatione rei dotalis, & sic remanet mulier miserabiliter indotata: vnde dicitur infęlix mulier indotata.& est istud,inquit ibi Bal. contra publicam vtilitatem,vt l.j.ff.sol. matr. & contra omnes rationes naturales, quæ apponuntur in d.l. assiduis.& dicit, ꝙ ius ciuile habuit meliora motiua, magis consonantia naturæ naturatæ. Et ex istis elicitur cōclusio,ꝙ cum domini Veneti sequantur (vt aiunt) naturales rationes, quæ pro certo regulant omnem compositum intellectum, vt habetur in l.oportet. §.sufficit. in ver. naturali iustitia. ff. de excu. tuto. & l.humanitatis.C.eo. & cle.cum ratione naturali.de ele.& l.cum ratio.ff.de bo.dam.ꝙ ita statuerunt primò contra naturales rationes. vnde dicit tex.elegans in cap.ex parte.el 2.de offic.dele.ꝙ exceptiones rationabiles Papa non credit remoueri in suo rescripto, nec credit suos predecessores remouere.¶Et si quispiam dixerit, amice. Veneti nō
20 † recognoscunt superiorem, ꝙ an sit bene dictum videatur Host.in cap. venerabilem.& ibi Do. Anto. Do.Card.& dom. Abb.in suis repetitionibus. & habetur in c.nouit.de iud.& in l.hostes.ff.de capti.per Bart.tamen dico, ꝙ propter hoc non sunt liberati a dictamine rationis; quia sunt homines rationales: vnde sapienter dixit Bald. in commento. l.aquam. C.de ser. ꝙ licet in principe sit omnimoda sedes libertatis, & sit legibus solutus; vt l.princeps legibus solutus.ff.de leg.tamen non est solutus a dictamine rationis;quia est animal rationale,politicū.& idem Bald.in conclusionibus iuris canonici dixit, ꝙ licet princeps si dominus legum, nō tamen est dominus morum. & quòd voluit idem Bald. in capitulo primo.de natur. feud. & in l.digna vox.C.de leg. & in dicta l.princeps legibus solutus. ergo si istud est in uiridi ligno, quia istud est in principe, vt actus sui regulentur secundum naturales rationes,ergo multofortius erit idem in arido ligno, dicente humili Iesu Christo crucifixo Deo nostro, & Saluatore nostro pijssimo in sacra sua passione apud Lucam, si in viridi ligno hoc faciunt,in arido quid fiet.& ideo multum egregiè dicebat Bal.in l.j.ff.de consti. prin. ꝙ Imperator vult omnem suum actum regulari a iure poli,ergo multofortius debet regulari a ratione naturali statutum Venetorū.Ideo pro certo non est sine admiratione, ꝙ tam iustissimus & sapientissimus senatus ita statuerit cōtra mulieres, vt remaneant indotatæ:& ideo debet tale statutum restringi,& limitari,inquantum fieri potest.primò,vt non habeat locum in foro patriarchæ, iuxta illud Virgilianum.Non tibi imperium pelagi, & quod dici solet.diuisum imperium cum Ioue Cesar habes. cap. quoniam. 10.d.ca.solitæ.de ma.& obe. cum sit fori ecclesiastici dos,vt probatur in c.si annum.de iudi. coniuncta sua gloss.libr.6.vbi dicitur,ꝙ in causa matrimoniali & suis dependentibus filius potest stare in iudicio sine consensu sui patris.& gloss.ibi ponit exemplum in dote. Est ergo causa dotis de iurisdictione iudicis ecclesiastici,& reperitur in foro ecclesiastico; vt habetur in cap. ex literis.de pigno. & per scribentes in cap.ex literis.de pigno. & in c.de prudentia.de dote post diuor.rest.per Innocen.Host.& Ioan.And.& facit cap.licet.& c.cum sit generale.de foro compe.& quod voluit do.Ioan.de Imol. in l.j. ff.solu.mat.& in d.capit.ex literis. maximè in vidua agente ad recuperādam dotem oppressa, vt sapienter voluit do.Anto.in d.cap. prudentia.ergo sequitur,ꝙ inquantum dom. Vicarius patriarchalis pronuntiauit illum Fuscarenum teneri ad restituendū dotem dictæ do. B.iustè & canonicè iudicauit, nec tenebatur pronuntiare secundū dispositionem statuti Veneti,ꝙ non solum est contra ius ciuile, scilicet contra rationes naturales, de quibus posset haberi notitia in d.l.assiduis. Item illud statutū, si forte quispiam dixerit, ita placuit legis conditori; vt c. si quando.de rescri. nec omnium quæ a maioribus tradita sunt ratio reddi potest; vt dixit text.in l.non omnium.ff.de leg.& facit text. in l.j.§.pueritiam.in ver.prętor ratus.ff.de postu.& quod voluit ibi Federicus de Scalis,quem refert ibi Ang. iuxta illud. Sic volo,sic iubeo &c.Ideo videtur dicēdum in proposito nostro,ꝙ domini Veneti cogitarunt huiusmodi statutum contrauenire moribus suæ patriæ, vnde dixit text. elegans 4.di.§.erit autem lex honesta &c. vnde cum istud statutum sit minus rationabile spolians mulieres dotibus suis contra publicum bonū, & contra honestatem mulierum, vt est dictum, non valet.& licet in d.§.pueritiam. dicat text.prætor ratus.tamen intelligit iustè ratus.ita dicamus statuentes ita rati sunt; quia debet intelligi, quando sunt rati iustè. & ad hoc adduco glo. cum text.suo & doctrinam Ang. & Ioā.de Imo.in l.j.ff.si cui plusquam per l.fal.in ver.putauit.& glo.ibi dicit iustè putauit, de qua glo. facit ibi festum Ang. & inducit ad quæstionem statuti.Ita dicamus in casu nostro, vt ex iusta causa statuentes hoc introducere debuerūt. nec apparet de iustitia causę,imo vr̄ esse contra publicā vtilitatem;quia expedit reipub. dotatas esse fœminas ad replendam liberis ciuitatem l.j.ff.solu. matr. ergo non tenet huiusmodi statutum in foro ecclesiastico,quando causa dotis mouetur in foro ecclesiastico,vel posset saluari istud statutū Venetum eo casu,quo mulier sciebat illud matrimonium nō tenere,& non esse verum matrimonium,& tamē contraxit de facto, quo casu punietur,vt non recuperet dotem: isto modo posset saluari huiusmodi statutum,ꝙ non accidit in casu nostro;quia ista domina ignorabat illum Iacobum contraxisse matrimoniū cum illa domina Catharina, quo casu non incidit
21 in pęnam statuti † nisi probetur scientia, iuxta no. in l.nullus.C.de fabricen. lib.11.& in l.1.C.de colla. illirici.lib.11.& in l.1.C.de ser.li.12. & vtrobique per Barto.& per eundem in l.omnes.C.de agri.& censi. libr.11.& in l.Metrodorum. ff.de pęn. & in l.1.ff.de recepta.& per glo. in cap.concertationi. de appella. libr.6.ibi Dominicus Ange. in l.j.C.de nil. agg.non rump.& Bald.in l.data opera.C.qui accu.non poss. text.& ibi Ioan.Andr.in cap.quicunque.de hæredi. lib.6.Et etiā præsumitur ignorantia in casu nostro; quia nō erat verisimile, ꝙ dictus do.Iaco.Fuscarus, qui erat nobilis ciuis Venetus,cōtraxisset matrimonium cum filia vnius piscatoris, & vilis, & abiecti, quo casu non est præsumendum.vnde dicit glo.fin. in l.penu.C.de fideiusso. ꝙ si quis reperitur habere
22 † aliquam mulierem, quam iurat esse suam vxorē, quòd creditur suo iuramento, de qua gloss.facit festū Bal.in l.j.C.de ser.fu.& in d.l.pen. & in d.l.j. C.de fideicom.sed idē Bald.in l.j.C.de collusi. detegenda

illam

illam glo. limitauit esse veram, quādo qualitas personarum, & alia indicia patiuntur, aliàs secus allegat quod ibi habetur. vnde posito, non tñ concesso, ꝙ diceretur Venetiis, ꝙ ille dom. Iaco. contraxisset matrimonium cum illa dom. Catharina filia vnius piscatoris, licet non excusaretur ignorare illud, qđ publicè diceretur, vt dixit glo. in l. si tutor. C. de pericu. tuto. & in cap. cognoscentes. de restit. & habetur in cap. j. de postu. præla. & in cap. ꝙ dicitis. 16. dist. & in capi. cum in tua. qui matrimonium accu. poss. & in cap. j. de postu. præla. tamen excusaretur non credens illud, quod non erat verisimile, argu. cap. quia verisimile. de præsumpt. & l. non est verisimile. ff. qđ me. cau. cum simi. ideo omnimodo excusaretur ista D. B. & per consequens non deberet perderet dotē, posito ꝙ huiusmodi statutum esset de iure validū: & ita posset limitari, & restringi dictum statutum, vt minus, quam possit lędat publicum bonū, & lędat rationes naturales, positas in d. l. assiduis. Et debemus assumere viam, per quam statutum reducatur ad terminos iuris communis; vt l. si serui vestri. C. de noxa. l. fi. §. in computatione. C. de iure delib. in glos. cap. ex parte. & cap. dilecto. de verbo. signi. cap. cum dilectus. de consue. c. causam quæ, de rescript. & per consequens istud statutum non obstabit huic D. B. Præterea posset etiam dari alia saluatio ad præfatū statutum: vbicunq; matrimonium teneret, & esset contractum de facto inter partes, puta quòd vilis & pauper mulier ꝯheret matrimonium cum aliquo honorabili Veneto de facto; quia tunc vendicaret sibi locum dictum statutum, vt non recuperaret dotem. Et iudicio meo ista videtur fuisse mens conditoris, considerata qualitate loci: quia Venetijs est multitudo nobilium, qui assumuntur ad regimen ciuitatis, exclusis non nobilibus, ꝙ est secundum di-
23 spositionem iuris communis: † voluit enim ius ciuile regimen ciuitatis esse apud nobiles, & non apud mechanicos. vt probatur in auth. de defens. ciuita. §. 1. in princ. & ibi dixit Ang. esse contra statutum Florentinum, quo prohibentur nobiles assumi ad regimen ciuitatis, probatur in authē. vt omnes obed. iudi. prouinc. circa principium. & in l. honores. ff. de decur. & in l. ad subeunda. C. e. lib. 10. voluit Bald. in suo consilio incipien. Martinus Ioannis de Florētia. posito inter consilia Ang. 67. abhorrent nobiles cōtrahere matrimonium cum mechanicis, & vilibus personis: ideo statutū ita disposuit, ꝙ matrimonio non existente vero, mulier nō posset recuperare dotem, & ita restringatur statutum prefatum: & credo dicere veritatem, & per consequens non ob. huiusmodi statutum dictæ D. B. posito non tamen cōcesso, ꝙ inter eam & dictum Iaco. Fuscarū non fuisset matrimonium, & per cōsequens potuit recuperare suas dotes dicta Berucia. Et ita concludo.

EPITOME.

¶Testimonia cum exacta partium verba vniuocè non probant, debilia ita sunt, vt qui renuntiatione possessionis sibi prospectum ex eis prætendit, causa cadat.

SVMMARIVM.

Testes ad verba probanda producti in cortice verborum conueniri debent. nu. 3.

Verbum, gaudere, non importat proprietatem. nu. 5.

Conuentionem qui non seruat, ea non iuuatur. nu. 6.

Testis, qui domesticus fuit suspectum est testimonium, licet tempus depositionis attendatur. nu. 7.

Testes vbi inuicem sibi minuunt fidem, iuramentum parti non defertur. nu. 8.

Modi contrahendi sunt modi resoluendi. nu. 10. nec sufficit æquipollere. nu. 11.

Lex vbicunque specificam formam exigit, æquipollens non satis est. nu. 12.

Exceptio renuntiationis obstat agenti possessorio. nu. 13. in beneficialibus, non in alijs. nu. 15.

CONSILIVM XLVII.

CArdo huius consultationis vertit in dictis duorum testium, ideo præmitto, qđ Bart. nostro venit in ore. in l. Lucius. ff. de his qui no. infa. in finalibus verbis, vbi dicit, ꝙ posito, ꝙ testes clarè
1 probent secundum verba, potest † iudex, si sibi videtur, eis non adhibere fidem, consuluit tamen illud faciendum ex causa, ita ꝙ appareat, ne forte postea teneatur in syndicatu, & ex hoc dicit dari practicam ad l. 4. §. j. ff. de testi. dum dicit, tu magis scire potes, & voluit Bal. in l. magistratus. C. quando prouo. non est necess. & ꝙ voluit Host. in cap. cum contingat. de offic. deleg. & ideo text. valde elegans in c. præterea. de testi. dicit, circunspectus iudex atq; discretus animum suum informabit ex argumentis, quæ rei aptiora compererit. Et adduco text. ex eod. tit. c. in literis. ver. verisimiliter pro aliquo non deierabit. Stat ergo in iudicantis arbitrio, quantū fidei sit testibus tribuendū: vnde ex istis elicitur conclusio, ꝙ posito non tamen concesso, ꝙ quoad verba isti duo testes probarent licet re vera quoad verba nō probent, vt ostendetur inferius, tamen iudex potest eis non adhibere fidem. Præmitto etiam, ꝙ experimentum verorum sermonū est, vt concordent cum rebus sensatis, & intellectu fruentibus, & verificentur in communem opinionem hominū fruentium intellectu, ita dixit Auerrois, quem refert & sequitur Bal. in ru. C. de proba. & in l. testium. C. de testi. in vlti. col. vbi debet, sequenda esse, quæ sunt vero proximiora. & idem voluit in l. fin. C. de edict. di. Adri. tol. & in c. afferte. de præsumpt. & in tractatu scismat. quem posuit in ru. C. si quis aliquem test. proh. & in l. j. C. de ser. fug. debet, ꝙ in facto fuit cassata quædam inquisitio tāquam continens actum non verisimilem, videlicet ꝙ famulus mandet domino &c. & ibi Bald. dicit, ꝙ illud, quod non est verisimile, est quædam falsitatis imago. l. milites. C. de quæst. facit. l. si ita qs. in ver. ꝙ nemo sanus diceret. ff. de euic. & ideo idem dicemus quoad testes, vt ita credamus testibus, inquantum dicant id, quod est verisimile, vt dixit tex. in cap. licet causam. de prob. in versi. verisimilia. & pulchrè dixit Innocen. in cap.
2 auditis. de testi. † ꝙ data paritate testium, statur testibus deponentibus pro iure communi, ex eo quia deponunt rem magis verisimilem, cuius dictū Inn. probatur in cap. j. de frig. & malefi. & etiam adduco glo. in cap. clerici. 81. di. quam Bald. reputat sing. in commento. l. data oper. C. qui accusa. non possunt. Ideo dicitur in passione Dominica, & conuenientia non erant eorum testimonia. & text. in l. ob carmen. §. fi. ff. de testi. & idem voluit tex. in cap. præterea. de testi. & in c. literis. eo. ti. facit. l. non verisimile. ff. quod me. cau. & cap. quia verisimile. de præsump. & in c. super hoc. de except. probatur in l. satis apertè. C. de fal. & adduco, quod dixit l. fina. C. de fideic. ꝙ statur testibus, quibus magis assistit lux veritatis. & ideo Bald. in l. testium. C. de testi. dicebat, ꝙ si dicit testis, vasallus stetit cum vxore domini, vel frater adulterauit sororem, ꝙ hæc testimonia non sunt credibilia. l. si qui. C. de adul. ideo sunt suspecta: qa rationabilis motus iudicis, & rei qualitas non consonant cum testificatis non verisimilibus. Et ideo dixit,

dixit, credendum est, quod naturæ, negotij conuenit, pro certo multum egregiè loquitur in d.l.testiũ. Et ex istis elicitur vera conclusio, ꝙ cum isti testes non deponant rem verisimilem, nec congruentem naturæ rei, de qua agitur, quòd iudex non debet eis
3 adhibere fidem. Præmitto etiam † ꝙ vbicunque testes producuntur, vt probent verba, vt ab alio sunt prolata, debent concordare in cortice verborum, & pro tanto refert do. Ant. in cap. nihil. de verbo. sign. se vidisse in facto dubitari, duo testes fuerunt producti ad probandum, ꝙ Titius instituit Seium hæredem, & vnus testis dicit, scio qa audiui, ꝙ dixit Seiũ hæredẽ instituto, & alius testis dixit, scio: qa audiui, ꝙ dixit Seius hæres sit, sententiatum fuit de facto, ꝙ essent testes ꝯrij, aut singulares, & nõ probarent; qa recitabant verba ab alio prolata, ideo debuerunt concordare in cortice verborum. Ita ibi dicit dom. Anto. quem sequitur ibi do. Abb. secundum quam doctrinam cõsului sępenumero. Et adduco elegantem & singularem doctrinam Bald. in capitu. bonæ memoriæ Maguntino. de ele. in lib. 6. ver. Sed quid dices, vnus deponit de duobus solidis, alius testis deponit de vigintiquatuor denarijs, respondet, ꝙ si nõ sint interrogati de qualitate vocis, probãt: qa idem est sensus: nam & si peterentur duo solidi, & sententia iudicis condemnaret in 24. denarijs, valet sententia. l. Titia. ff. de aur. & arg. leg. idem in stipulatione: nam ad interrogationem factam per vnum potest respõderi per reliquũ. l. quæ extrinsecus. ff. de verb. obli. Si autem fuissent interrogati de qualitate vocis; qa iudex interrogasset, quibus verbis vsi fuerũt, & vnus diceret, ꝙ promiserat dare vigintiquatuor denarios, alius testis dixit, ꝙ dixerat duos solidos ꝓmitto, isti essent singulares, & diuersitas vocis facit singularitatem. Ex hac doctrina tollitur illud, quod posset opponi, ꝙ vbicunq; testes tendunt ad vnum rei finem, non sunt singulares; quia singularitas est duplex, quædam est contradictoria & obstitiua: & de hac loquitur l. testium. C. de testi. & c. nihilominus. 3. q. 9. & c. bonæ. de elec. & l. ob carmen. ff. de testi. & est quædam singularitas adminiculatius, puta quando vnus testis deponit de veritate, & alius de fama; quia tendunt ad vnum rei finem, probant, & coniunguntur adinuicem, vt probent: isto modo loquendi vtitur Bald. in rubrica de controuer. inue. ad hoc allegat. l. qui sententiã. C. de pęn. in ver. ad eundem finem conferentes. & illum tex. ad hoc allegat Bald. in testium. C. de testi. & in l. j. C. de testam. & in l. de quibus. ff. de legi. & in cap. bonæ. Modò si quispiam dicat, ꝙ isti testes sunt singulares singularitate adminiculatiua, ergo probant. dico istud tolli ex eo: quia tunc non resultat singularitas, quando nõ sunt interrogati de verbis formalibus, sed quando sunt interrogati de verbis formalibus, & variant de verbis, tunc resultat singularitas: quia diuersitas vocis facit singularitatem. Ex hoc datur meo iudicio præcipuum lumen ad hanc consultationem: quia cum testes variant in cortice verborum, dicuntur contrarij, & singulares, vt dixit do. Ant. in d. c. nihil. Et adduco simile, quod dixit Bald. in l. cum antiqui-
4 tas. C. de testament. vbi dixit † ꝙ nisi testes probent totum tenorẽ testamenti perfectè, ꝙ nihil probent, & si aliqui probent plus dictum, aliqui probent minus dictum, ꝙ illi, qui minus deponunt, totum nesciunt, nec videntur esse testes legitimi, nec probant aliquid, etiam illud, quod deponunt; quia non videntur inter fuisse toti testamento, ex quo totum nesciunt, quod dictum Bald. ibi dicit esse mirabile. Ex istis ergo elicitur cõclusio vera, ꝙ si isti testes fuerunt interrogati de verbis formalibus prolatis a dicto do. Galeacio, & discordant in cortice verborũ, posito ꝙ tendant ad vnum rei finẽ, ꝙ non probant, & maximè qñ deponunt de actu non verisimili, nõ congruente naturæ rei. Primò enim asserunt, rem non verisimilem; ex eo quia nõ est verisimile, ꝙ do. Galeacius renuntiasset dictam possessionem tã magni valoris, arg. l. cum de indebito. ff. de proba. cap. super hoc. de renuntia. nec est verisimile, ꝙ si illam renuntiasset pro eo ꝙ expenderat, ꝙ ille Alexander non soluisset illas pecunias vt liberè recuperaret illam possessionem, argu. l. cum de indebito. & sic deponunt acto non verisimilem tam ex parte renuntiantis, quàm ex parte eius, cui renuntiatur, ergo nõ est adhibenda fides ipsis duobus testibus, & vendicat sibi locum doctrina Barto. in d. l. Lucius. vt licet quoad verba testes probent, tamen potest eis non adhibere fidem; quia asserunt rem nõ verisimilem: & multo fortius si sint viles, & pauperes per id, quod habetur per gl. in §. si verò absunt. in auth. de hęre. & falc. & quod nota. in capit. testimonium. de testi. Item quia nec substãtialiter quoad rem, nec quoad corticem verborum sunt concordes, vt mihi dicit: primus enim testis dicit, ꝙ do. Galeacius cõdoleret se dicto Alexan. ꝙ nõ assignauerat turrim alteri ad literas domini Galeacij: idem Alexand. excusans se dixit, ideo ego nolui assignare turrim, quia de quo vultis, ꝙ viuam, postquã vobis donaui meam possessionem, qui do. Galeac. respondit, le venuto non so che dõna, che disse hauere ragione in quella possessione, e che laspetta a lei, e che tu non mi la poi hauer donata, va pur e tentella, e goditella, & rendeme li mei dinari, ch'io ho speso in le gabelle, & altre spese che io ho fatto, e fane tutto quello che tu voi de essa. & tunc Alexander dixit, che voleti voi che faccia, che ragione ne hauerò, qui dominus Galeacius dixit, va pur, e rendemi li miei dinari, che io ho speso, & fanne quello che tu voi de la ditta possessione, ehe fine a molte la renuntio, qui Alexãder acceptauit illam renũtiationem, quam sibi fecerat dominus Galeacius, dicẽdo ad alta voce, che denari voleti voi che ve renda, e che denari aueti speso, el signore non ve ha donata questa gabella, & dom. Galeacius respondit, che pensere te tocha a ti se me la donata. Ex his dictis Alexander D. Galeacio turrim cum munitionibus consignauit existentibus in d. turri: & facta dicta renuntiatione per dictum Galeacium, & facta consignatione per dictum Alexandrum, recesserunt dictus Alexander, & dictus testis, & dicit dictus testis, ꝙ hæc dicta fuerunt præsente Gratiadeo secundo teste. ¶ Modò si rectè ponderentur dicta huius non probant liberam renuntiationem dictæ possessionis: primò videtur renuntiatio facta, vt illam habeat in gaudimentum, & sic vt de illa viuat, ex eo quia ille Alexander dixerat d. domino Galeacio petenti consignationem turris, de quo vultis, ꝙ viuam ego, & D. respondit toltila e godetela. Quasi voluerit dicere, viuas de illa, vnde videtur illam renuntiasse quoad fructus duntaxat, vt ex illis viuere posset dictus Alex. per id, quod voluit Saly. in l. j. C. de priui. & Ang. in authen. hoc locum. C. si mulier secundò nup. & Bart. in l. 4. ff. de ali. & ciba. le. & refertur accommodatè ista responsio dom. Gal ad interrogationem illius Alexandri dicentis, di che volete che mi viua. & D. Galea. respondit, toltila, goditela, quasi viuas ex ea, argu. eius, quod habetur in l. fine. §. qui interrogatus. ff. de interrog. actio. & pro certo si do. iudicans rectè cõsideret, istum sapidum modum loquendi, iudicabit, ꝙ dico veritatem; qa, vt voluit Arist. in 2. de anima, actus actiuorum sunt in patiente bene disposito. capitul. venerabilem. de elec. & ista via est capienda: qa interpretatio fit contra probantem, cap. in præsentia. de proba. argum. cap. con-

cap.contra eum.de reg.iu.li.6.l.veteribus.ff.de pac. cum sim.& per consequens non renuntiauit.D.Galea.proprietatem : & ideo est, ꝙ passus fuit illũ Ale. fructuare possessionem donec vixit : quia illam sibi relexauit ad gaudimentum.& sic ad beneficiũ, iuxta illud, quod dici solet, beneficium est beneuola actio gaudium tribuens capienti : vt dicunt docentes in cap.beneficium.de regu. iur.lib.6.& in cap.1. de benefi.fra.& in c.j.de benefi. femi.vbi dicunt, ꝙ feudum est beneficium tribuens gaudium capiẽti, & sic fructuũ,& vtilis dominij, & non respectu proprietatis.& facit elegans tex.in cap.ecclesiasticæ. de excep.in ver.facias gaudere pacifica possessione.vbi
5 formaliter probatur † ꝙ illud verbum, gaudere, nõ importat proprietatem, maximè in casu nostro: qa ille Alex. petijt duntaxat, vt viueret de dicta possessione, ideo dicimus, ꝙ limitata causa limitatũ parit effectum.l.in agris.ff.de acq.re.do. ergo non renuntiauit proprietati, nisi vt ille Alexan. viuere posset: ergo non probat iste primus testis renuntiationem dictæ possessionis in totum; vt dicitur in dubijs dominorum iudicum.Item etiam est ponderandum: quia D.Galea.ideo fecit talem renuntiationẽ, licet re vera illa non fecerit; quia non sufficienter illud probat;quia comparuit soror illius Alexandri dicẽs illam possessionem spectare ad se illo Alexan. mortuo, quo casu nõ videtur liberè renuntiasse dictam possessionem : sed fraudatus ab illo Alex. quia præsumitur allegasse sororem ad sic comparendum, vt dominus Galeacius fastiditus, lite futura renuntiaret dictam possessionem,quod apparet ad oculum: quia dictus Alexã. non negauit sororem habere ius in dicta possessione,immo tacẽdo vr̃ affirmasse, per id quod habetur in l.si filius. ff.ad Mace.l.Caius.ff. de pign.act.l.fideiussor.§.pater Seij.ff.de pign.capit. nonne.de præsump.l.quæ dotis.ff.solut.matr.& per cõsequens fuit renuntiatio extorta dolo ipsius Alexand.ergo dolus non debet sibi patrocinari, vt in c. sedes apostolica.& cap.ex tenore.de rescrip. cum si. Et clarum est.dolum probari per coniecturas,vt decidit glo.in l.dolum.C.de dolo,tex.cap.2.de renunt. lib.6.Item est etiam ponderandũ, ꝙ iste testis dicit, ꝙ ista fuerunt dicta extra turrim, & sic extra rochã, ponderet do.iudicans,ꝙ ista renuntiatio si fuisset facta,dum ille Alex.staret in fortilicio, videtur ꝙ fuisset facta metu, ne ille Alex. denegaret exire turrim, ꝙ poterat cedere ad graue præiudicium D. Bald.& communis Bononiæ; quia est in confinibus, quo casu succedit illud poeticum,non stant fœdera facta metu.l.j.ff.quod metus causa:Ideo dicebat Bald.in ru.de controu.inuest.in vsib.feud.referens Rayn.de Petraforti, ꝙ spiritussanctus posuit in ore prętoris, quod metu gestum est, ratum non habebo : aut facta dicta renuntiatio extra fortilicium, & tunc non est verisimilis; quia cum nõ esset timor retentionis fortilicij,sequitur, ꝙ non renuntiasset tam magnũ donũ præfatus D.Gal. Item dixit, va rendime li mei dinari,che ho speso,& fa quello che tu voi de la tua possessione.Si rectè ponderentur ista verba, inferũt istam renuntiationem fuisse factam eo casu,quo ille Alex.reficeret expensas factas respectu dictæ possessionis.Sed non apparet,quòd illas soluerit dicto D.Gal.ergo sequitur, ꝙ talis renuntiatio nõ habuit effectum:vnde multum pulchrè dixit Inno.in capit. mandatum.de rescrip. ꝙ non dicitur scriptum pro eo,qui venit contra scriptum.referunt Bal.Saly.in l. cum proponas.C.de pac.& facit.capit.ex eo. & cap. frustra.de regu.iur.lib.6.& voluit Domitius orator relatus a Hieronymo, vt habetur in cap.esto subiectus.95.distin.vbi dicit,cur ego te habeam in principem,cum non habeas me in senatorem. Si ergo nõ seruauit iste Alexand.legem renuntiationis, quare vult renuntiationem sibi seruari. Et adduco elegãs consilium Ioan. de Imol.in consil.15.incip. In casu præmisso videtur breuiter dicendum,vbi consuluit
6 † ꝙ ille qui non seruat conuentionem, non debet ex ea adiuuari.allegat.cap. peruenit.el 2.de iureiur. & quod voluit Lud.Ro.consi.241.facit l.si non fuerit.ff.de iureiur.vbi gl. colligit,ꝙ si non facio, quod debeo, perdo, licet tu non facias, quod debes; quia mora imputatur actori,ꝙ est bene nota. secundum Bal.ibi & adduco,quod voluit Bald. in capit.j.in tit. qualiter do. feudi proprie. priue. & allegat text. ad hoc singularẽ in l.in testamẽto. la grande.ff.de condit. & demonst.facit, quod habetur in l.Iulianus.§. offerri.ff.de actio.empt.facit, quod habetur in cap. intelleximus.de adul.vbi ille, qui petit,debet esse extra omnem culpam. facit, quod habetur in l.cum pater.§.libertis.ff.de leg.2.& facit glo. in capitu.j.de mutu.peti.& ideo colligit Bald.in auth.dos data. C. de dona.ante nup.ꝙ qui non facit,quod debet, non recipit,quod oportet,ex quo sequitur, ꝙ posito,nõ tamen concesso,ꝙ iste primus testis probaret dictũ dominum Galeacium renuntiasse dictam possessionem;tamen non potest dictus de Cauelaria adiuuari ex illa conuentione;quia illam ipse non seruauit, imputet sibi, iuxta illud, damnum, quod quis sua culpa.de regu.iur.lib.6.Est etiam ponderandum; ꝙ iste primus testis dicit, ꝙ tunc stabat cum dicto Ale
7 xandro † quo casu licet attendatur tempus depositionis in teste, vt l.3.§.l.Iulia.ff.de testi.l.notionem. §.instrumentorum.ff.de verbo.sign. Barto.in l.j.§.si seruus.ff.de quæstio. Spec.in titu. de teste. §.j.versic. quid si tempore.& ver.sequen. Barr. in l.peto.§.fratre.ff.de lega.2.Bald.in l.etiam & l.eos.C.de restitu. & in cap.2.de testi.Bart.in l.fi.ff.de dona. inter vi.& vxo.Oldr. consil.101.nihilominus aliàs consului in facto, ꝙ remanent reliquiæ domesticitatis & familiaritatis,argu.l.fi.de decur.& propter hoc non dicitur integer testis,maximè in casu nostro:quia deponit rem non verisimilem, & est singularis, vt ostendetur inferius. ¶ Et si quispiam dixerit, ꝙ licet iste dicat,ꝙ D.Galea.dixit, va e godetela : nihilominus amplius est locutus,dixit enim;e fanne tutto quello che tu voi de essa. Ego respondeo, ꝙ intelligitur de fructibus,vt non videatur se ipsum ita incontinenti corrigere. l.non ad ea. ff.de condit. & demonstra. ideo restringuntur illa verba secundùm prius dictũ, & secũdùm priora verba,vt probatur in l.sed & posteriores.ff.de legi.¶ Et si qs dixerit, ꝙ licet ille Alexan.nõ adimpleuerit conuentionem soluendo expensas dicto do.Galea.tamen potest adimpleri conuentio per hæredes ipsius Alexand.per id,quod voluit Bart.in l.si decem cum petiero. ad fi.ff.de verb. oblig. vbi dicit, ꝙ ius implendi conditionem potestatiuam non transit in hæredem, ergo secus quando cõcernit modum;sed in casu nostro nulla apposita fuit conditio per dictũ D.Gal.quia dixit, va pur e rendemi li miei dinari,che fine adesso te la renontio.& sic nulla fuit apposita cõditio, nisi ꝙ restituat expensas ille Alex. ergo transit ad hæredem implementum huius conuentionis. Ad hoc respondeo, primò adduco glo. in l.j.C.de his qui. vt indig. quæ dicit,quòd hęres debet accusare occisores defuncti quamprimum potest.& allegat.Bald.pro illa glo.& quod habetur in l.2.§.confestim.ff.ad Tertul. & allegat doctrinam Barto.in l.in cognitione.ff.ad silla, vbi quis dicitur negligẽs adimplere illud, quod adimplere tenetur,quando transiuit tantum tempus, ꝙ adimplere potuit, & non est impletum, nec est expectandum tempus, per quod desinat illud posse fieri.Item illud procedit,quando incumberet hęredi onus

di onus implendi cōuentionē: sed in casu nostro nō incumbit hæredi ius implendi conuentionem, sed debuit impleri per ipsum Alexā. ex eo quia tempus implendi conuentionem videtur appositum in potestate Alexan. quia D. Galea. dixit, rendeme le spese che fine adesso ti la renuntio. Et sic ponderet do. iudicans, ꝙ tempus restituendi expensas videtur positum in potestate ipsius Alexan. quo casu ipso Ale. moriente commissa est stipulatio: ergo eo non dante expensas, non adimpletur per hæredem. Iste est tex. singu. in l. Latinus Largus. ff. de his qui sine manu. ad libe. peruē. quem allegat pro singulari Nico. de Neap. ibi, de quo tex. facit festum Barto. in commento. l. ita stipulatus. ff. de verb. obli. ergo sequitur, ꝙ moriente illo Alexan. & non dante expensas do. Galea. est quæsitum ius do. Gale. rehabendi dictam possessionem: quia per hæredem dicti Ale. non potest impleri conuentio. Ideo sumus in illis regulis, ꝙ non seruans conuentionem non adiuuatur ex illa; quia aliàs semper posset adimpleri per hęredem: in casu nostro illo Alex. non adimplente acquisitum est ius illius do. Galea. & non possit impleri per hæredem dicti Alexandri. ¶ Capio modò secundum testem, qui dicit, ꝙ do. Galea. dixit Ale. quare non dederat turrim, & munitiones eiusdem, cui ipse commiserat, qui Alexan. respondit. ideo quia ego volo assignare vobis, sicut vos assignastis mihi, & his dictis intrarunt dictam turrim, & assignatis turri & munitionibus dicto Do. Galeaci. vt testis audiuit ab eis, deorsum venerunt ad cortile do. Galea. & Alex. Et cum vellet, recedere dictus Alexan. & esset super ponticello, dixit eidem domino Galeacio, ben mesere debio cosi perdere la mia possessione, qui do. Galea. dixit, va e fa de la tua possessione quello che tu voi, e fino adesso te la renuntio, & si te la do liberamente, pur che tu me paghi le gabelle, & le carte che io ho pagato. Ista sunt verba ipsius secundi testis, & ambo ipsi testes interrogati de verbis formalibus responderunt ita, & dixerunt. Modo isti testes, si rectè ponderentur, non probant hanc renuntiationem, & miror vehementer, ꝙ do. iudicantes ponant pro constanti, ꝙ isti testes probent renuntiationem. Mihi enim videtur, quòd sint singulares, & contrarij in cortice verborū, & in substantia actus: primò, primus testis dicit, ꝙ antequā intrassent fortilicium, & assignasset ille Alexan. turrim cum munitionibus Do. Galea. renuntiauerat dictam possessionem, & secundus testis dicit, ꝙ primo assignauit turrim & munitiones, & cum recederet, & esset super ponticello dictus Alexander, tunc dictus do. Galea. renuntiauit dictam possessionem. Ecce modò,
8 ꝙ circa hoc sunt contrarij isti testes, & non sunt cōformes, ergo non probant: adeo ꝙ potest dici † ꝙ nullum testem habeat, pro se dictus Alexand. quia vnus diminuit de fide alterius, adeo ꝙ non potest deferri iuramentum secundùm dispositionem. c. fi. de iureiuran. & l. in bonæ fidei. C. eo. Ita dixit Bal. in rub. de controuer. inuesti. & sic contrariantur sibi in substantia actus, quo casu non vendicat sibi locū d. l. qui sententiam. C. de pęn. & quod voluit glos. in d. l. ob carmen. & in d. c. dudum. de conuer. coniug. & in ca. cum ecclesia sutrina. de causa posse. & propriè. quæ dicunt, sufficere, ꝙ testes concordent in substantia; qa in casu nostro discordant in substantia. Item primus testis videtur dicere, ꝙ Alex. recusauit soluere expensas Do. Galeaci. ex eo quia dixit, che dinari hauiti voi speso, el signore ve donò le gabelle, per quæ verba videtur recusasse soluere illas gabellas, sed secundus testis dicit 9tium ex eo: quia dicit, illum Alex. respondisse, ve prouederò, che hauerete lo vostro. & in hoc sibi contradicunt in substantia, ergo non probant. Item quoad corticē verborum variant isti duo testes; quia interrogati de verbis formalibus non concordant, ergo sunt contrarij & singulares, vt dixit Bal. in d. capitu. bonæ. & do. Ant. in d. cap. nihil. & etiam sunt singulares singularitate contradictoria, vt dixit Bal. in rubrica, de controuer. inuesti. Et est accuratè ponderandum, ꝙ primus testis vocat in cōtestem illum Gratiadeum secūdum testem, & tamen in eodem actu & eodem tempore discordant in substantia, & in cortice verborum, ergo non probant renuntiationem factam fuisse per do. Galeacium: & sic cum honorificentia dominorum iudicantium non probant dicti testes dictam renuntiationem, & multominus quia concurrunt multa, quæ detrahunt fidei ipsorum testiū, videlicet, quia deponunt rem non verisimilem, & repugnantem naturæ actus: secundò sunt contrarij in substantia actus, & etiam sunt singulares in cortice verborum, & sic vnus detrahit alteri, vt pulchrè voluit Bald. in rub. de controuer. inuest. & sic plures præsumptiones adinuicē simul iunctæ, faciunt plenam probationem, vt voluit glo. l. 2. §. j. ff. de exc. tut. l. instrumenta. C. de probat. l. 3. §. eiusdem. ff. de testi. c. cum causam. eo. tit. & de probat. in c. cū dilectus. de succe. ab inte. cap. accedens. el 2. vt lit. non contesta. cap. illud. de præsumpt. Et ex istis elicitur conclusio vera & indubitata, ꝙ dicti duo testes nō probant dictam renūtiationem. ¶ Capio modò aliam dubitationem, vtrum stante instrumento donationis in forma valida & solenni, dicta renuntiatio ita simplex & nuda fuerit sufficiens ad illam donationem tollendam. Et mihi videtur de iure dicendum, ꝙ non: & formo rationem naturalem hoc modo: ea, quæ sunt principia generandi, eadem sunt principia corrumpendi. capitu. omnis res. de regul. iur. vnumquodque enim dissoluitur eo vinculo, quo ligatur. Aristo. in primo de generatione & corruptione. l. Stichum aut Pamphilū §. naturalis. ff. de sol. l. nihil tam naturale. de regul. iur. & ad hoc adduco
9 Bald. in cap. j. §. fin. in titu. per quos fiat inuesti. † vbi quærit, qualiter fiat disuestitura, & dicit, ꝙ disuestitura est duplex, verbalis, & actualis. Item actualis est duplex, scilicet abusiua & propria: & concludit, ꝙ verbaliter tantùm inuestitutus verbo disuestiri potest. l. nihil tam naturale, de regu. iur. Et si chirographum interuenit, vasallus ingratus cogetur contrarium chirographum facere. l. generaliter. C. de non num. pecu. vel incidere instrumentum inuestituræ: nam omne ius, quod ex chirographo oritur, eius abolitione resoluitur. & dicit istud notari singulariter. & in l. ab emptione. ff. de pactis. & subdit, quòd si fuit facta inuestitura per anulum, anulabitur, & si per intrationem, eijcietur, nam disuestitura similis est degradationi, & ideo fit peractum contrarium, & ad hoc allegat, quod habetur in l. prima. C. quando lice. ab emp. disce. & quod habetur in l. 2. §. ignominiæ causa. ff. de his qui not. infa. & in capitu. degradatio, de pęn. lib. 6. Ista sunt verba formalia Bald. in cap. j. §. fin. quæ doctrina ad hanc q. est nouissima non inuenta per domi. aduocatos,
10 Et sic voluit ibi Bald. quòd † per quoscunque modos res contrahitur, per eosdem modos resoluitur. vt l. tria prædia. ff. de serui. ru. prædi. & clarius hanc doctrinam posuit Bald. in dicta l. j. C. quando lice. ab empt. disce. quem ad hoc allegat do. aduocatus, vbi Bal. formaliter decidit hanc dubitationem. Et si dicat, ꝙ Bart. in d. l. ab emptione. dicit, ꝙ actus retro similis est cū dr, ꝙ possessio debeat remanere penes venditorem; cum alieno nomine possideat. similiter vbi est actum, ꝙ possessio sibi quæreretur. idem voluit ibi Ang. si diceretur, ꝙ venditor per seipsum

reciperet

reciperet possessionem, ita ꝙ ex verbis renunciæ videretur, ꝙ omnino interuenisset actus retrosimilis, per quem omnino ipsa donatio esset resoluta penitus quo ad dominiũ & possessionem, maxime stante apprehensione dictæ possessionis postea secuta, per ipsum Alexan.¶ Nec obst.ꝙ in resolutione non interuenit precarium; quia sufficit, ꝙ interueniat equipollens. Ad ista respondeo primo, Barto.in d.l. ab emptione. dicit sufficere, si fuit actum de re tradita, ego dico sua honorificentia salua, ꝙ aliud est tradere, aliud est conuenire de tradendo rem, istud probatur in l.1.C.de pact.pigno. & ibi Iaco. Butr. & Ang.& est glo.in l.in bonæ fidei.ff.de eo quod certo loco, & quod habetur in l.j.ff.de admin.tuto. & in clem.j.de renun. vbi aliud est renunciare, aliud facere mandatum ad renunciandum.& ideo pulchre dicebat Ang.& consuluit consi.181.incip.Ex forma & serie dictorum instrumentorum.& aliud erat reuocare,& aliud erat teneri ad reuocandũ; quia primo casu acquiritur ius in re, secundo casu non, ad hoc allegat tex.l.si sterilis.§.si tibi fundum. ff.de act. empt.& l.qui fundum.ff.de contrahen. empt. & sic Bart.non recte loquitur,dicendo esse actum retrosimilem, quando agitur de re tradenda: quia actus præcedens est ipsa traditio,& actus contrarius non est ipsa traditio,& in hoc recto iudicio non bene loquitur. Item si ponderetur illud dictum Barto.non obstat casui nostro ex eo,ꝙ Bar.ibi dicat,si pars consensit in traditione rei, ita dicit se intelligere, quod voluit Pet.in l.2.C.de rescin. vendi. quia ad hoc respondeo,ꝙ in casu nostro non consensit do.Galea. in traditione rei, nec etiam ille Alexand. ex eo quia primus testis dicit,ꝙ ille Alexan.conquerebatur de eo,de quo viuam ego:sic alimenta duntaxat quęrebat.& dom.Galeacius dixit, toltela e godetela,quæ verba relata ad præcedentia inducunt, vt viuat de illa possessione, vt iam dixi supra in examinatione huius primi testis, & sic limitata causa limitatum parit effectum.l.in agris. præalle. ergo non est verũ, ꝙ do.Galea.consenserit in traditione rei,sed duntaxat ꝙ haberet alimenta,& licet iste testis dicat,e fanne cio che voi,restringuntur illa verba ad alimenta, argu.l.nam & posteriores.ff.de ll.¶ Et si dicatur, ꝙ secundus testis deponit,ꝙ do.Galea. dixit.io te la renuncio liberamente, dico ꝙ in hoc est singularis ille testis,& ei non est adhibenda fides. Et cum interrogati fuerint de verbis formalibus, dicti testes discordant in cortice verborum,quo casu sunt discordes,contrarij,& singulares,vt est dictũ: & sic sumus extra omnem doctrinam datam a Bartol. in d.l.ab emptione. Item illa doctrina Bar.est contra glo.ibi, & contra Petr.& contra rationem: quia requiritur actus omnino contrarius, ꝙ non est in casu nostro; quia in primo contractu interuenit solenne instrumentum,solutio gabellæ, cõstitutio precarij, sed in casu contrario non interuenit actus omnino contrarius,ergo &c.& cum Bar.dicit,ꝙ interuenit actus equipollens,istud est falsum in casu nostro; quia illa verba,de che voi che viua.& illa responsio, totila e godetela, e fanne cio che voi,non sunt actus equipollentes primæ donationi;qa fuit donata proprietas & vtile dominium dictæ possessionis, sed nõ fuit sic in actu contrario: ergo non equipollet. Item, vt dixit Bald.in d.cap.j.allegato superius. vbi interuenit chirographum, opus est, ꝙ disuestiatur per chirographum, ergo fuit opus, ꝙ per instrumentum retro donationis tolleretur prima donatio, ergo nõ interuenit actus equipollẽs in casu nostro donationi prius factæ:eoque magis quia non est probata illa renuntiatio:ideo dicebat Bart. in l.2.§.j.ff.qui satisd.cog.statuto cauetur,ꝙ qualiscunque sit sententia arbi.mandetur executioni, opus est, vt probetur sufficienter,ꝙ ille fuerit arbiter, voluit Bart.in l.j.§. & parui. ff.quod vi aut clam. & probatur in l.1.§.itẽ illud.ff.ad sila.& voluit do. Cardi.in cle.j.de sequest. poss.& fruc.dom. Ant.in cap.licet.de elec.ergo fuit necesse,ꝙ ille de Cauelaria probaret sufficienter, ꝙ ille domin. Galeacius renunciauerit dictam possessionem. & clarum est, ꝙ illam non probauit, vt superius fuit ostensum. Et eodẽ modo potest responderi ad dictum Ang.in d.l.ab emptione. inquãtum refert se fuisse sequutum doctrinam Bart. & re vera tollitur eius dictum ita,vt fuit sublatum dictũ Bart. Et etiam ponderet dom. iudicans,ꝙ licet Bartol.ibi dicat, sufficere, quod ponantur verba apta ad resolutionẽ contractus,licet nouus contractus non fiat, vt l.iurisgentium. §.adeo. & sic non soluetur noua gabella tamen in casu nostro non videtur resolutus primus contractus, nisi quo ad alimenta, vt cum teneretur domin.Galea.prouidere eidem Alexand. in suis necessitatibus,ꝙ eodem modo ipsemet Alexand. sustentaret se in suis necessitatibus de fructibus dictæ possessionis: & in hoc duntaxat videtur resolutus primus contractus,quo Alexand.mortuo consolidatur cum proprietate vsufructus dictę possessionis.Istud elicitur ex dictis ipsorum testium:posito non tamen concesso, ꝙ dicti duo testes fidem facerent:& per consequens illa verba prolata a do. Galea.non denotent, quod dominium & possessio acquiratur illi Alexand. sed duntaxat pro alimẽtis, quo casu eo mortuo redit ad dom.Galea.l.Titia.ad finem.ff.de leg.2.l.cum hi.§.vni.ff.de transac. Barto. in l.libertis.ff.de ali.& ciba.lega.¶ Nec obstat, cum respondetur ad Saly. in d.l.1.C.quando li.ab empt.
11 disce. † quod ad resolutionem contractus, & traditionem factam per precarium requiritur contrariũ precarium;quia sufficit, quod interueniat equipollens;quia illud dictum Bart. volentis sufficere equipollens,cum dicitur, possessio deberet remanere penes illum,qui illam possidebat nomine alieno,confunditur per d.l.1.C. quando lic. ab empt. disce. in ver.at enim post traditionem interpositã nuda voluntas non resoluit emptionem, si non actus quoq; prioris similis retro agens venditionẽ intercesserit. & sic text. aperto ore decidit,ꝙ interueniat actus similis priori,licet ergo donatarius dicat donatori,capias tibi rem donatam, non est retro similis, si per constitutionem precarij in eum fuit translata possessio:fuit ergo necessarium aliud precariũ primo. vnde non sufficit equipollens,nisi sit equipollens similis actui priori: sicut ergo transtulit possidendo nomine dom.Galeacij ille Alexan. ita per constitutionem precarij debuit transferre dom.Galea.in ipsum Alexand. & sic videtur ibi casus secundũ Saly. Bart.in l.j.& hanc partem sequitur ibi dom. Pet.de Anchar.in suis reportatis: cum ergo illa.l.requirat actum retrosimilem resolutiuum, ergo seruãda est eius dispositio.l.prospexit.ff.qui & a qui.Et adduco
12 rationem habentem neruum, vbicunque lex † requirit certam specificationẽ, ita debet fieri illa specificatio,quod non sufficit equipollens, iste est text. valde singu.& hoc colligit ibi Barto. dicens in facto fecisse cassari multa instrumenta,in l.fin.§.omnem. C.de admi.tuto. vbi in instrumento tutelæ requiritur,ꝙ specialiter exprimatur,ꝙ tutor vel curator promittat agere vtilia,& prætermittere inutilia pro pupillo,vel minore,ꝙ si in instrumento tutelæ non apponantur illa verba specialiter, non est satisfactum dispositioni illius legis, licet apponatur equipollẽs. sequitur ibi Bal. & Ang. & facit l.si quando.§.& generaliter.C.de inoffi. testa. in ver. specialiter. vbi ad resolutionem supplemẽti legitime,opus est: vt fiat

mentio

mentio specialiter.& nõ sufficit ęquipollens, voluit Bal.& Saly.ibi, voluit Ang. in l.de his.ff. de transac. Ita dicamus in proposito,cum d.l.j.requirat actum resolutiuum similem,actui,sequitur, ꝙ non sufficit ęquipollens.& adduco,quod voluit Bar. in l.pretor ait.in prin.ff.de operis noui nuntia. vbi dicit,ꝙ licet aliquid sit expressum in edicto, non est expressum in verbis. l.nominis & rei.§. verbum ex legibus. ff. de verbo.signifi. Et sic sentit ibi Barto.ꝙ cum dictus §. omnem requirat expressionem verbo. non sufficit ęquipollens. Et facit, quod voluit Ang.in authent. vt hi qui oblig.res mino.§.fina.vbi dicit,quòd tutor debet promittere defendere pupillum.& ad hoc allegat d.§.omnem. & dicit debere exprimi in instrumento. Ecce modò, ꝙ non sufficit exprimere per ęquipollens:ergo vbi lex mandat aliquid certo modo debere exprimi in instrumento, non sufficit, ꝙ exprimatur per æquipollens. Ita dicamus in proposito,cum d.l.j.requirat actum retrosimilem resolutiuum, non sufficit æquipollens. & adduco simile, quod voluit glos.in l.si mihi & tibi.§.in legatis.ff.de lega.j.& quod voluit ibi Ioan. de Imol. & quod voluit Bartol. in l.si quis in principio testamenti. ff.de lega.3.& Saly.in l.sancimus.C.de testa.& do.Pet.de Ancha.in cap.j.de consti.lib.6.& in cap. cum instantia.de censi.& in responsione.cap.si propter tua debita.de rescriptis.lib.6.& quod voluit Dyn.in capit. quod semel.de regu.iuris.lib.6.& in consilio suo incip.Titius habẽs tres filios. & etiam voluit Rayne. de Forli. in quibus locis dicunt, ꝙ si primum testamentum habet clausulam derogatoriam ad secundum testamentum, quòd in secundo testamento reuocatorio debet fieri mentio de clausula, & eius qualitate,aliàs non est reuocatũ primum testamentum:& sic non sufficit clausula æquipollens. & adduco glo. valde singu. in l.quòd in rerum.§.fina.ff. de lega.j.in versic.specialiter.quæ dicit, proprio nomine,& sic non sufficit ęquipollens. Facit capitu.2. de dolo & contuma.vbi tex.singula. ꝙ si primę literæ habeant aliquam clausulam elegantem,ꝙ secũdæ literæ resolutiuæ primarum debent facere mentionem de illa clausula eleganti, licet enim faciant mentionem de primis literis;tamen illas non resoluunt,nisi faciant mentionem in illa clausula, vnde non sufficit fieri per ęquipollens.Cum ergo illa donatio facta do.Galea. habeat clausulam elegantem constituti precarij, sequitur, ꝙ actus resolutiuus debuit facere mentionem expressam de illo precario: vnde non sufficiens æquipollens iudicio meo, hæc ponunt gladium ad radicem Bartol.& Angel.in dicta l.ab emptione. & confirmant doctrinam gloss. Bartol.& Salyce.& Petr.de Anchar.in dicta l.j.Et ex istis cessabunt motiua dominorum iudicantium.

13 ¶Nec obstat,cum allegant † ꝙ in possessorio obstat exceptio renuntiationis, vt probatur in capit.super hoc.de renun.& cap. accepta.de restitutio. spol.vbi agenti possessorio obstat exceptio spõtaneæ renun. & clarum est, ꝙ possessorium multis gaudet priuilegijs,vt l. 1.C.si per vim vel alio modo. capitu.in literis.de restit.spo.l.si quis ad se fundũ. C.ad l.Iul.de vi pub. ergo multofortius obstat agenti possessorio retinendæ,nõ ita priuilegiat,arg.au c.multo magis. C.de sacrosan.ecc.& in illo Euangelij.Si in viridi ligno hoc faciunt &c.Quia ad hoc respondeo,& pręmitto illud, quod habetur in §.ecce.8.q.1.& quod voluit glo.solennis in capit.j.de renun.lib.6.quæ dicit; ꝙ inquantum ibi text. appellat prædecessorem illum,qui renunciauit beneficium,dicit ibi gl.illud non esse admiratione dignũ;eo quia ille,qui sponte renunciauit beneficium,dicitur mortuus quò ad illud beneficium renunciatũ, & habetur pro mortuo. Cum ergo habeatur pro mortuo quò ad illud beneficium,sequitur, ꝙ petenti illud obstabit exceptio spõtaneæ renunc.nec quò ad pręiudiciũ ipsius renunciantis requiritur retro similis: vnde absente superiore in beneficio præiudicat sibi renuncianti, licet non præiudicet suo superiori.& probatur in c. admonet.in capitu.ꝙ in dubijs.in cap.dilecti. de renun.ideo excluditur renuncians ab agendo ex defecta proprietatis notorio;cum ęquiparetur mortuo, quò ad illud beneficium, argu.cap. constitutus.de filijs presbytero.qui est deterioris cõditionis, quàm sit prædo,vt in cap.in literis.de resti.spol. Cum ergo d.iura. cap.accepta. & cap. super hoc.loquantur in renunciante beneficium, non merentur allegari d. iura.contra dom.Galea.renunciantem,licet re vera non probetur sufficienter ista renunciatio. Item illud ca.accepta.loquitur, quando quis renunciauit in iudicio,quo casu renunciatio illa vestitur a calore iudicij, & est potentioris efficaciæ, vt habetur in simili in l.cum ostendimus.§. fina.ff.de fideiuss. tut. & in l.eum pro quo.ff.de in ius voçan.& in l.manumissio. per lictores. ff. de manu. vind. & in l.si quis vxore.§.si seruum fugitiuum. ff.de fur. & in capit.j. de iudi.vbi iura hæc singulariter loquuntur de actu
14 facto iudicio † tunc enim talis rennunciatio facta in iudicio coram superiore videtur purgasse omnẽ dolum.facit,quod voluit Bart. in l.j.C.de prædi.curi.libr.10.vbi dicit, ꝙ præsentia superioris excludit dolum & metum,& quod voluit Bartol.in l.transactione.C.de trans.& glos.in capitu. ex transmissa.de restitu.spol.& quod voluit dom.Anto.in capi.cum pridem.de pact. & ideo dixit idem domin. Anto.in d.capit.accepta.ꝙ licet quis sit spoliatus suo beneficio; tamen si postea veniat coram iudice, & renunciat,ꝙ videtur purgatum præcedens vitium spoliationis.& facit,quod voluit dom. Abb. post Host. in capitu.ad audientiam.de rescript. de eo qui renunciauit literis coram superiore. & quod voluit Bald. in auth.si qua mulier.C.ad Velle. Et sic d.cap.accepta loquitur in causa beneficiali, quo casu renuncians beneficium habetur pro mortuo quò ad beneficium. Sceundò loquitur qñ renunciatio fuit vestita calore iudicij. Et ideo dixit dom.Ant.in cap.
15 literis.de restitu.spol. versi.ex his infertur,† ꝙ excep. renun.iudicialis, quia illa notoria est, obstat agenti interdicto possessorio in beneficialibus, vt in dicto cap. accepta non autem in alijs iuribus; quia istud non fundat intentionem aduersæ partis. & allegat rationem;quia hoc non fundat intentionem aduersarij.Et ad hoc allegat, quod not.in l.naturaliter.§. nihil commune.ff.de acqu.poss.& quod habetur in l.siue apud acta.& l.si pro fundo.C.de transac. & in l.pe. C. de vsuc. pro empto. & adduci posset simile, quod habetur in c.1.de præscript.libro sexto, quando ius commune est contra agentem, & fundat intentionem aduersarij, & sic secus in non spiritualibus:ex eo quia non habetur pro mortuo renunciãs in prophanis.Itẽ secus est, qñ renunciatio fit in iudicio;q̃a,obstat tũc agenti possessorio, facit l.postquã liti.de pact.C.& per consequens non obstat domin. Galeac.agenti interdicto vti possidetis exceptio renunciationis: maxime quia facta extra iudiciũ non interueniente solennitate dicta l.j.C.quando lic.ab emp. disce. Maximè quando non est probata sufficienter,& etiam quando probatur per testes cõtrarios,& singulares,viles,& abiectos.Et ex istis cõcludo in fauorem dom.Galea.

EPITOME.

¶Bannitum,qui impune ex statuti forma occidi potuit, si quis occidat, pro proęmio reducere potest ab

test ab exilio, ex alio statuti capite, bannitum ob minus, æqualeue delictum, ob maius non potest.

SVMMARIVM.

Lex pęnalis & odiosa extenditur in fauorem Reipublicæ.nu.1.
Bannitus in pęnam mortis dicitur & ille, qui eo banno exulat, quo impune occidi posset.nu.4.
Mortis appellatione exauditur & occisio.nu.5.
Legis vel statuti ratio vbi amplior est eius dicto, tenorē scripti ampliat.nu.6.
Statutū diuersas clausulas habens, aut diuersa capita, cuiuslibet obseruatio exigitur.nu.7.
Statuta pęnalia extensionem recipiunt de similibus ad similia. num.8.
Bannitum occidens zelo publico non peccat, secus si odio priuato.nu.10.
Delictum cognoscitur maius esse, vel minus ex qualitate pęnæ. num.11.
Statuto forma data seruanda.nu.13.

CONSILIVM XLVIII.

STantibus prefatis statutis, vno dicēte, ꝙ si quis non bannitus interfecerit intra territoriū Lucanum aliquem bannitum in pęna mortis talis interficiens possit ad gratiā reducere, & de banno eximere, & eximi facere vnum bannitum non rebellem, quem eligere voluerit, cuius bannum debeat liberè cancellari, dummodo talem de banno eximere velit, qui non fuerit bannitus pro delicto maiori, quā bannitus occisus: & alio statuto, quo cauetur, quòd quæcunq; persona fuerit bannita purè, vel sub conditione pro maleficio in libris ducentis, vel abinde supra, possit impune a quacunque persona offendi & occidi. Modò quidam Antonius sciens posse offendere bannitos impune, & occidere, interfecit Franciscum bannitum in libris quadringentis, & in perpetuum exilium, secundùm formam statutorū dictæ ciuitatis: eo quia percusserat quēdam ciuem Lucanum noctis tempore: Petijt dictus Anto. occisor vigore statutórum præfatorum, quòd reducatur ad gratiam, & de bāno eximatur & cancelletur liberè quidam Petrus de Petrasancta bannitus in perpetuum exilium: eo quia dederat consilium, auxilium & fauorem ad committēdum homicidium in persona cuiusdam de eadem terra. Stat modò dubitatio, si dictus Franciscus occisus bannitus in libris 400. & in perpetuum exilium, qui poterat impune offendi, & occidi, dicatur bannitus in pœna mortis. Et quidem mihi videtur de iure dicendum, ꝙ sic: & pręmitto pro fundamento potissimo & formali illud, quod Bar. nostro venit in ore, in l. quemadmo. per glo. ibi positam. C. de agr. & censi. libr. 11.
1 vbi dicit † quòd licet lex pœnalis & odiosa extra significatum proprium nullatenus extendatur: vt l. cum quidam. ff. de lib. & posthu. cap. odio. de regu. iur. lib. 9. de pœni. dist. j. §. pœna. tamen vbi extensio tendit ad fauorem reipub. ita debemus eam extendere sicut legem fauorabilem: & ratio, inquit, est: quia pertinet ad fauorem reipub. maleficia puniri, ad hoc vt prouincia in quiete permaneat. l. cōgruit. ff. de offi. præsi. l. si lōgius. §. si filius. ff. de iudi. & ideo
2 dicit † quòd si statutum puniat facientem maleficium, cōprehendit fieri facientem. l. si quis id quod. ff. de iurisd. omn. iudi. Ista est doctrina Bartol. quam exclamauit singulariter dom. Ludo. Rom. in consi. 103. incip. viso themate quæstionis propositæ. in secundo dubio, vbi consuluit, statutum puniebat certa pœna vtente falso instrumento, & quidam vsus est falso instrumento non per se, sed per alium, decidit ibi Lu. quòd extenditur illud statutum ad vtentem per alium: & ad hoc dicendum mouetur, quòd vbi statutum, si extendatur ad casum improprium, tendit ad fauorem reip. ita debemus cōstitutionem extendere, sicut si esset fauorabilis; quia spectat ad publicam vtilitatem delicta puniri dicta l. ita vulneratus. allegat illud dictum Bar. in d. l. quemadmo. & etiam de isto dicto Barto. facit festum Ioan. de Anania in capitu. j. de maledic. Ego soleo allegare Bald. in l. si quis seruo. C. de fur. vbi dicit, quòd quantumcunque lex sit pœnalis, dicitur esse ęqua, cum pro communi vtilitate posita est, allegat dicta l. ita vulneratus. & idem voluit Barto. in suo consi. incipien. statutum castri plebis. quod consilium allegauit do. consulens in hac consultatione. & soleo allegare contra illud dictum Bartol. illud, quod voluit Bald. in l. illud. C. de sacrosan. eccl. vbi dicit, ꝙ quantumcunque lex sit fauorabilis, tamen si est apposita pœna. censetur odiosa, & non extenditur. & ad hoc allegat Iacob. de Bel. in auth. de non alie. §. quia ad illud soleo respondere, vt non procedat, quando illa lex emanauit in fauorem reipub. ex eo quia in quacunque dispositione semper videtur reseruatus fauor publicæ vtilitatis, ita probatur in l. iubemus. la 2. C. de sacrosanc. eccle. ita colligit ibi Bald. ita probatur in l. nullus. C. de cur. lib. pub. 12. l. iubemus. C. de naui. non excusa. lib. 11. l. j. C. ne lice. in empt. speci. se exime. lib. 10. l. in prouinciali. §. fina. cum l. seq. ff. de oper. noui nun. l. si venditor. §. constat. ff. commu. prædi. l. j. C. de condic. in hor. publi. lib. 10. capit. non minus. de immu. eccle. & l. si quis in graui. §. hi quoque. ff. ad silla. & quod voluit ibi Bald. vbi facit illum tex. meliorem de iure, & quod voluit Saly. in l. 2. C. de noxa. & per consequens stat vera conclusio communi doctorum opinione firmata, quòd lex pœnalis principaliter emanans propter publicam vtilitatem, dicitur fauorabilis: & ideo extendenda etiam ad casum improprium. Facit, quod voluit Bald. in rubrica. C. qui accus. non poss. & soleo allegare illud dictum Barto. in dicta l. quemadmo. ad illud, quod voluit Bart. in rubrica. ff. de oper. no. nun.
3 vbi dicit † quòd statutum disponens, quòd offendēs aliquem in domo sua puniatur certa pęna, ꝙ habet locum in offendente in domo locata. & idem sequitur domin. Cardin. in cap. j. de postul. præla. & dom. Abba. in cap. quia. V. de iudi. & Bald. in addi. Specu. in titu. de confess. & in capitu. 2. de iureiuran. & voluit dom. Petr. de Ancha. in capit. proposuit. de cle. excomm. minist. vbi loquitur de dicto Barto. in prȩfata rub. & iudicio meo est melior ratio, & de iure accommodatior, vt intelligamus, quòd ideo statutum pœnale loquens de offendente aliquem ad domum suam intelligatur de domo locata; quia cum statutum illum emanauerit principaliter propter publicum bonum, vt extendatur tanquam lex fauorabilis ad domum locatam: quia de proprio significato intelligitur de domo, cuius offensus habet dominium: ideo in casu nostro non erat admiratione dignum dicere, ꝙ istud statutum introductum principaliter in publicum fauorem, loquens de bānito in pœna mortis, vt extendatur ad bannitum in pœna pecuniaria, & perpetuo exilio, maximè si ex dispositione alterius statuti possit impune occidi: & sic extendatur ad improprium significatum ꝙ propter publicum fauorem. ¶ Præmitto etiam, ꝙ bannitus tali bāno, ꝙ possit impune occidi, dicitur diffidatus a populo, a quo est bannitus, & idem est ꝙ bannire & diffidare, quòd præcipere & statuere, ꝙ impune possit occidi. ita pulchrè consuluit Angel. in consilio 13. incip. In quæstione præmissa videre oportet.

oportet.allegat Cy.in l.reos.C.de accus.& in l.si ser-
uus.C.de his q ad eccle.confu.& in l.j.in fi.C.vt ne-
mo priua. & dat pręcipuum intellectũ ad c.pro hu-
mani. de homici.lib.6.inquantũ assassini sunt bãni-
ti & diffidati a populo christiano,de quo cõsilio fa-
cit festũ do.Dñicus in d.c.pro humani, ex quo con-
silio sequitur vnũ, qđ decidit hanc nostram dubita-
4 tionem, vt satis dicat̃ bãnitus † in pęnã mortis ille,
qui est bannitus tali bãno, ꝙ possit impune occidi;
q̃a facit illa pęna, vt impune occidat̃ inflicta a statu-
to,quẽcunq; priuatũ executorẽ,& ministrũ suũ:suc
cedit.n.in locum iudicis, vt l.accusationis.C.qđ me.
cau.voluit ibi Bal.& idẽ voluit in l.vt vim. ff.de iust.
& iur. nec põt priuatus homo renunciare tali pro-
uisioni,nec tenetur seruare pacẽ tali bannito,vt vo-
luit Iac. de Bel.& Oldr.& Bartol.disputando, quem
refert & sequitur Bald.in d.l.accusationis.& est glo.
ordi.in l.j.§.nõ fuit.ff.de dolo, voluit Ang.in l.iuris-
gentium.§.si paciscar.ff.de pact.facit,qđ habetur in
l.diuus.ff.ad silla. & sic apparet, ꝙ bãnitus tali bãno,
quo possit impune occidi ex dispositione statuti, sa-
tis dr̃ bannitus in pęna mortis: quia paria sunt ban-
nire aliquẽ in pœna mortis, & bannire tali banno,
quo occidatur. Statutũ ergo loquens de pęna mor-
tis, verificatur in pęna occisionis: & adduco gl.in l.
res vxoris.C.de do.inter vi.& vxo.quæ dicit, ꝙ mors
est dissolutio aĩæ & corporis:& sic sentit, ꝙ appella-
tione mortis venit mors nãlis & violenta. & istud
voluit ibi Bal.ita colligens ex illa glo. & adduco.l.j.
C.de his qui ante aper.tab.& ibi Bald.colligit ex illo
tex.ꝙ idem iuris est de morte secundùm nãm,& de
morte præter naturã, ꝙ dicit esse no. & adduco.c.si
perfodiens.c.sicut dignũ, c.significasti c.tua. & c.Io.
de homici. & in l.lege Cornelia. §.j. ff.de sica. & in
l.si forte.C.e.& adduco glo.Insti.de ca.dimi.in prin.
quę dicit,ꝙ infectio hoĩs est mors.& facit c.fi.de pa
rentibus qui fi.occi.& adduco c.euidentia, de accu.
coniuncta suprascriptione,vbi dr̃, Hierony.de mor-
te Abel.& clarũ est, ꝙ Caym interfecit fratrẽ Abel.
5 ergo appellatione† mortis venit occisio.& adduco,
qđ refert solennis doc.d.Pe.de Anch.in cle.j.de pę.
& remis. vbi refert eum tetigisse, vtrũ appellatione
mortis cõprehendatur occisio, & decidit ꝙ sic, per
l.qui duos.§.j.ff.de re.du.& l.mater.C.de inst.& sub-
sti.quia nihil refert,qđ ex ęquipollentibus fiat. Sed
mors violẽta ęquipollet morti nãli, ergo erit idem
ius:q̃a ita est in rebus humanis exẽptus per occisio-
nẽ,sicut si morte nãli decessisset: ergo idẽ ius statui
deber.l.illud.ff.ad l.Aquil.l.fideicõ.§.si cui.ff.de leg.
3.non.n.debet inspici,qualiter sit exemptus, sed an
sit exemptus l.j.§.causa.ff.de ędil.edic.ita ibi decidit
do.Pe.& sic apparet ex istis modò,ꝙ paria sunt, bã-
nire aliquem ad pœnã mortis, vel bannire tali ban-
no,ꝙ impune occidatur.¶ Præmitto etiam,ꝙ caue-
tur statuto Lucano incipiẽ. Vt quos fidei timor aut
virtutis amor non retrahit, saltem corripiat metus
pœnæ.decernimus,ꝙ quæcunq; persona fuerit ban
nita pro maleficio in libris ducentis, possit impune
a quacunque persona offendi & etiam occidi.Item
alio statuto cauetur, vt oẽs saltem spe præmij alli-
ciantur ad persequendũ bannitos in pœna mortis.
Statuimus, ꝙ si aliquis interfecerit aliquẽ bãnitum
in pœnã mortis intra territorium Lucanũ &c.quo
casu dico, ꝙ vnum statutum intelligitur secundùm
aliud statutũ,& adduco elegans dictũ Bald.in c.j.de
rescri.datũ est,inquit, arbitriũ Potestati generale &
liberũ in oĩbus delictis,reperitur aliud statutũ, ꝙ in
homicidio deberet imponi pęna capitis,dicit, ꝙ nõ
habebit locũ pęna arbitrij in homicidio: vnde vnũ
statutũ distinguit̃ per aliud; q̃a vnũ est generale,&
aliud speciale,& speciale derogat generali l.sanctio
legũ.ff.de pœn.c.generi per speciẽ.de reg. iur.lib.6.
Modò in casu nostro,non est sic; q̃a non est dare sta
tutũ generale & speciale, licet enim vnũ loquatur
de bannito in pęna pecuniaria pro maleficio;tñ q̃a
vigore primi statuti põt impune occidi, verificabit̃
illud statutũ disponens, ꝙ occidẽs bannitũ in pęnã
mortis possit aliũ eximere de bãno; q̃a satis est ban-
nitus in pœnã mortis, cum sit bannitus tali banno,
quo possit occidi. Et sic cũ species isto casu nõ dero-
get generi, sequitur, ꝙ sicut eximit alium de banno
occidens bannitũ in pœnã mortis, ꝙ eodem modo
eximet alium de banno occidens talem bannitum,
qui poterat impune occidi. Cum ergo bannitus in
400.libris & perpetuo exilio pro maleficio poterat
impune occidi, sequitur, ꝙ occidens facit aliũ ban-
nitũ eximi de banno. Et ad hoc pondero vnũ, qđ iu-
dicio meo est mirabile, & apponit gladiũ ad radicẽ
6 huius dubitationis, hoc modo valet † vbicunq; rõ
legis ac statuti est amplior dicto disposito. ibi ratio
ampliat dispositũ legis ac statuti.Ista est glo.quã oẽs
reputauerunt singularẽ in cle.j.de elec.& probat̃ in
l.pater filiũ.§.fundũ. ff.de le.3.& l.cũ pater.§.dulcis-
simis.ff.de leg.2.& adduco illud,qđ dicunt d.Ant.&
d.Abb.in c.fi.de præscrip.vbi tex.in fin.dicit,notitia
rei alienæ, vbi dicunt, ꝙ ẽt ille text.habet locum in
actione personali, non solùm in actione reali: ego
demonstro ad oculum,ꝙ dicunt vtrum hoc modo,
licet dispositũ & dictum illius c.sit conceptum in re
aliena, tñ ratio illius c.est generalior & amplior di-
sposito,vt apparet,in principio enim dicit.omne,qđ
non est ex fide, peccatũ est,& sic illud, qđ est ꝯ con-
scientiam, est peccatũ, vt habetur de pęni. dist.3.§.
illud,& c.literas.de rest.spo.& §.ex his. 27.q.1.per gl.
in rubrica de summa trinit. ideo extenditur ille tex.
loquẽs in re aliena, in actione aliena:& sic attendit̃
amplitudo & generalitas rõnis,& extenditur dispo-
situm ad terminos rõnis. Ita dicamus in proposito,
licet istud statutum concipiat verba dispositiua in
bannitos in pęnam mortis,tñ ratio generalis ipsius
statuti est,vt oẽs alliciant̃ spe præmij ad prosequen
dum bannitos,& ideo vr̃ comprehendere bannitos
eo banno,quo possint impune occidi: quia intẽtio
statuentis fuit inuitare oẽs ad occidendum banni-
tos,quibus statutũ parat mortem, & ita parat mor-
tem alijs,q possunt impune offendi,sicut illis, quos
banniuit in pœnam mortis:& sic ex isto capite occi
dens bannitũ potuit eximere alium bannitũ. Pręte-
rea licet istud statutum apponat verba, bannitus in
pęnam mortis,tñ vendicat sibi locum in tali banni-
to,qui possit impune offendi, & ad hoc adduco ip-
summet statutum in finalibus verbis, vbi disponit
hoc modo,& declaramus, ꝙ si quis officialis Luca-
nus interfecerit aliquem bannitũ, non pp hoc præ-
mium aliquod consequatur. Ecce nunc, ꝙ ista est
quædam exceptio,quæ fit a regula;quia dicit, si offi-
cialis cõis Lucani occiderit aliquem bannitũ, ergo
loquitur regula de bannito, qui põt impune offen-
di,licet non sit bannitus in pęnam mortis. Cũ ergo
exceptio fiat a regula: vt l.nã qđ liquidæ. ff.de pen.
leg.l.in his. ff.de ll.l.quæsitum. §.deniq;.ff.de fundo
instru.l.generaliter.§.vxori.ff.de vsufruc.leg.ca.dñs.
32.q.7.& qđ voluit do.Abb.consilio 115.Cum ergo
istud statutum videatur facere exceptionem a regu
la;quia officialis occidens bannitũ non habeat tale
præmiũ,ergo sequitur,ꝙ regula intelligitur de occi-
dente bannitũ, qui potest impune occidi,ergo licet
illud statutũ in principio loquatur de bãnito in pę-
nã mortis;tñ hẽt locũ in bannito simpliciter, si tale
est bãnũ,per qđ impune possit offendi, & pro certo
istud ponit securim ad arborẽ huius dubitationis,
& per consequens nõ vr̃ necessarium intrare illum

conflictum disputandi, vtrũ appellatione mortis veniat exilium perpetuũ. Præterea facit; qa hmõi statutum venit declaratiuè: loquitur enim per verbũ declaramus, quo casu non habet locũ noua inductio, quia ille, qui declarat, nihil de nouo inducit, vt arg. c. j. de sum. tri. & fide cath. li. 6. l. hæredes palã. §. sed si notam. ff. de testa. datur enim prçuiũ lumẽ ad dictũ statutũ, vt intelligatur de eo bannito ad mortem. s. qui impune occidi pôt: ille ergo dr̃ bannitus in pçnã mortis, qui impune occidi pôt, ergo occidẽs talem bannitũ lucrabitur prçmiũ, & per ɔ̃ns potuit eximere istũ bannitum. Preterea istud deciditur ex ipsomet statuto, dũ dixit ad finẽ, & suprascriptũ prçmiũ cõcessum per prçsens statutũ in occidentibus, vel prçsentantibus bannitos in forciã cõis, vendicet sibi locũ &c. ecce qualiter aperto ore istud statutũ ad finẽ declarat clausulã priorem appositã in principio ipsius statuti, dicit enim ꝙ prçfatũ præmium datur occidentibus bannitũ, & sic nõ solũ loquitur de bãnito in pçnã mortis: vnde illud prçmiũ datur occidenti bannitum, qui impune poterat occidi, &. hmõi sunt nõ solùm bãniti in pçnam mortis, sed ẽt banniti eo bãno, quo pñt impune occidi: & sic pôt dici, ꝙ licet illud statutum in primis suis verbis loquatur strictè; tñ in finalibus verbis ampliatur, vt dicamus, ꝙ non solũ potest consequi dictũ præmium occidens bannitũ ad mortẽ, sed ẽt bannitũ ad eam pœnam, per quã possit impune occidi: & sic posset dici, ꝙ licet principiũ statuti loquatur de bãnito in pçnã mortis; tñ idem statutũ in fine pinguius dispo nit, vt habeat præmiũ occidẽs bannitũ, qui impune possit occidi: posito ꝙ expressè non sit damnatus ad pçnam mortis ipse bannitus: & accedat, qđ in simili dici solet, ꝙ vbi sunt duo statuta, vnũ intelligit̃ fm aliud, & vnũ quodq; habet locũ in casu suo, multo fortius vnũ & idem statutũ habens clausulas vnam solennẽ, & aliã genralẽ, seruabitur. Et ad hoc adduco, qđ sapienter cõsuluit do. Pet. de Anch. vt ipse refert in c. statutũ. §. cum aũt. de rescrip. li. 6. vbi refert se consuluisse de facto apud Triuisium, ibi erat statutum disponens, ꝙ forensis nõ possit acquirere bona immobilia Triuisij, aliud statutum disponebat, ꝙ maritus lucraretur dotem ɔ̃hens matrimonium cum Triuisina prædecedẽte vxore in matrimonio, modò quidã forensis cõtraxit matrimoniũ Triuisij cum quadã Triuisina, quæ dederat dotẽ consistentem in rebus immobilibus, & mortua est in matrimonio, fuit dubitatũ, vtrum ille forensis lucraretur illam dotem, dicebatur ꝙ non, ex quo cõsistebat in rebus immobilibus, & erat forensis: cõsuluit do. Pe. ɔ̃rium, vt lucraretur illã dotem: qa vtrũq; statutum debebat seruari in casu. & copiosius refert idem do. Pet. se ita consuluisse in repetitione. c. canonum statuta. de constit. in 6. q. principali. ergo multofortius
7 in casu nostro vnũ & idem statutũ habẽs † diuersas clausulas seruabitur in qualibet sua clausula; quia non est verisimile, ꝙ statuens voluerit incontinenti se corrigere, vt l. nõ ad ea. ff. de cõdi. & demon. adduco pulchrũ dictũ Guli. de Cu. in l. sed & posteriores. ff. de leg. ꝙ refert Bar. ibi, & qđ voluit Io. And. in addi. Spe. in tit. de execu. sen. §. postremò. vbi refert antiquos doct. disputasse & tenuisse hanc partẽ, ꝙ qđlibet statutũ seruabitur in casu suo. & idem Io. And. in addi. Spec. in tit. de sen. §. vt aũt. & qđ voluit Bar. in l. j. §. & parui. ff. quod vi aut clam. & in extraua. ad reprimendũ. ver. nõ obstantibus. & in cõsilio incip. Dño Cyno de Castro Sancti Petri, & qđ voluit. & cõsuluit Bal. in l. maximũ vitiũ. C. de lib. præte. & in l. j. C. ne liceat in vna & eadẽ causa tertiò prouo. & Bar. cõsi. 82. & Io. de Imo. consi. 183. & do. Abb. cõsi. 104. glo. & Ang. in l. sed si lege. §. proinde. ff. de peti. hære.

ergo sequitur in casu nostro, ꝙ hmõi statutũ habẽs duo capita, vnũ generale, & aliud speciale, seruabitur in quolibet capite per prædicta: & eo magis qa emanauit, vt oẽs inuitentur ad præmiũ, vt occidant bannitos existentes in territorio Lucano, vel prope territorium per decem miliaria: vnde capiendus est sensus, vt tam bannitus in pœnam mortis, q̃ bannitus, qui posset impune occidi, comprehendatur ad hoc, vt territorium Lucanũ purgetur bãnitis, & facinorosis; qa interest reipub. iuxta illud, nõ permittas maleficos viuere super terrã. l. ita vulneratus. ff. ad le. Aqui. c. vt famæ. de sen. excõ. c. nõ est crudelis. 23. q. 3. ergo ex verbis ipsius statuti colligitur prçuisus casus. Præterea statutũ dicit, si quis caperet, aut interficeret aliquam mulierem bannitam, nullum præmiũ consequatur ex hoc, ꝙ in muliere nõ cadit suspicio, qđ inuadere debeat Lucanũ comitatũ, seu territoriũ: quo casu est considerandũ, ꝙ istud statutum nõ restringit se ad bannitũ in pçnã mortis: sed duntaxat loquitur de bannito, qui pôt occidi: vnde cũ excipiat casum in muliere, vt si quis occidat mulierem bannitam, nõ habeat illud prçmiũ: ergo sequitur, ꝙ si occidat virũ bannitũ, habebit illud prçmium: ergo non requiritur, ꝙ sit bannitus in pçnã mortis. Sed sufficit, ꝙ sit bannitus tali bãno, ꝙ impune possit occidi. Cũ ergo fiat exceptio ab illa regula, vt occidens fœminã bannitam nõ habeat prçmiũ, ergo sequitur, ꝙ regula est, ꝙ habebit prçmiũ occidendo hominẽ bannitũ; cum exceptio fiat a regula. Item statutũ generaliter loquens generaliter debet intelligi. l. j. §. generaliter. ff. de lega. præstan. c. solitæ. de maio. & obe. c. vt circa, de priui. c. si Romanorũ. 19. di. Item satis dr̃ bannitus in pœnam mortis, qñ statutũ permittit bannitum occidi, & ideo capietur sensus, vt statutũ præcedens loquens, vt quos diuinus timor, recipiens suppletionẽ a statuto sequenti, vt occidens bannitũ Lucanũ in territorio Lucano habeat præmium, vt capiatur sensus, vt vnũ statutũ suppleatur per alium, per id quod voluit Bar. in d. l. sed & posteriores. ff. de legi. & per dicta doctorũ allegata superius, & sic si istud statutũ ideo excludit p̃miũ occidenti mulierẽ banitã; qa mulier licet bannita non potest turbare, aut inuadere territorium Lucanum, & exprimitur ista ratio in ipso statuto: ex quo sequitur, ꝙ in viro bannito quocunq; banno, si tñ est tale bannũ, quo mediante possit impune occidi, militat ratio statuti: qa poterit turbare territoriũ Lucanũ, quo casu mirabiliter potest fieri illud fundamentũ, qđ feci superius, videlicet vbicunq; rõ legis est amplior dicto legis, extenditur dictũ l. ad ampliationem rõnis, vt voluit glo. in d. l. j. §. generaliter. cũ ergo ista rõ expressa in dicto statuto, qa bannitus posset inuadere territoriũ Lucanũ, militet non solùm in bannito in pœnam mortis, sed etiam in bannito tali banno, qui possit impune occidi, ergo extendetur dispositũ statuti loquentis de bannito quocunque, & indubitanter istud ponit gladiũ ad radicem huius quæstionis melius, quàm alia ratio posita per me superius. Et facit illud, qđ dici solet,
8 † ꝙ etiam in statutis pçnalibus fit extensio de simili ad simile pp idẽtitatem rationis, vt voluit tex. valde sing. in c. j. §. porrò. in ti. quę fuit prima causa benefi. amit. vbi Bal. dicit esse casum singularẽ, vt in statutis pœnalibus procedatur de similibus ad similia. & facit text. valde singu. in l. his solis. C. de reuo. dona. & qđ voluit Bar. in l. j. C. de his quæ pœnæ no. vbi allegat Dy. ꝙ vbi est eadem rõ, ibi est idẽ casus formalis, considerata mente iuris, licet non sit eadẽ materia: & ideo dicit, statutum disponit, ꝙ si quis percusserit aliquem in platea, puniatur pçna manus, & aliquis percusserit aliquem in palatio dominorum, tunc ex quo

ex quo maior rõ, erit idem ius: allegat Cy. ibi & glo. Io. And. in c.j. de temp. ord. li. 6. Item dicit ẽt Bal. ibi, statuto cauetur, ꝙ si quis percusserit aliquem in gula, puniatur certa pœna, si quis percusserit aliquem in mamilla sinistra, vbi est locus ita periculosus, ꝙ punietur eadem pœna: & sic non dr̃ fieri extensio, vbi est eadem rõ. & ad hoc facit, qđ voluit gl. sing. in c. si postquam. §. fi. de elec. li. 6. vbi constitutio extenditur de vno casu ad alium. facit gl. elegans. in c. tua nos. de senten. excom. vbi cõstitutio pœnalis extenditur de stricta significatione ad latam pp identitatem rationis. facit gl. valde elegans. in c. fin. de elec. lib. 6. quæ dicit, ꝙ constitutio loquens de electione habet locum in præsentatione: & sic extenditur de vna significatione ad aliam. & adduco gl. in c. si gratiosè. de rescrip. lib. 6. vbi fit extensio de vna cõstitutione ad aliam propter identitatem rõnis. & facit, quod scribitur per oẽs in authen. sed cum testator.
9 C. ad l. Falci. † vbi in materia correctoria lex loquẽs de Falcidia extenditur ad Trebel. & facit, qđ voluit glo. quæ reputatur sing. in c.j. de postula. præla. quæ voluit, ꝙ cõstitutio pęnalis loquens de electione habet locum etiam in pręsentatione, aliàs in postulatione, & quod habetur per oẽs scribentes in c. cũ in cunctis. de elec. vbi dicunt, ꝙ constitutio pęnalis loquens de electione habet locũ in postulatione. & facit glo. in c.j. de rerum permu. lib. 6. quæ dicit, ꝙ cõstitutio pp identitatem rationis extenditur, multo ergo fortius in casu nostro extenditur hmõi statutũ loquens de bannito ad pęnam mortis ad bãnitum, qui impune potest occidi: cum ergo rõ, quare detur præmium occidenti bannitũ in territorio Lucano, vel prope territorium ad decem miliaria, sit: qa potest bannitus inuadere territorium Lucanũ, sequit̃, ꝙ ita habet locum in bãnito tali; qui possit impune occidi, sicut in bannito in pœnam mortis. Pręterea facit ratio, quæ ponitur in consilio reddito, quæ est, vt cum sint plures species mortis: vt voluit Petr. de Ancha. in cle. e.j. de pę. & remiss. ꝙ capietur, pro vt fauetur publico bono; quia vt occidens bannitum in pęnam mortis cõsequatur præmium, emanauit ad publicam vtilitatem, vt apparet ex proęmio pręfati statuti: quo casu ad sciendum voluntatem statuentis, recurrimus ad proęmium ipsius statuti, vt voluit Bart. in l.j. ff. ad Mace. per illũ tex. & in l. fi. ff. de hęre. insti. & in l. cũ quid. ff. si cer. pe. & in l. demonstratio. ff. de condi. & demon. & in l. oẽs populi. ff. de iusti. & iur. & in l. regula. §. licet. vbi est tex. in ver. initiũ constitutionis demonstrat. ff. de iur. & fac. igno. & l. cum hi. ff. de transa. & Bal. in l.j. ff. de orig. iur. & in c. secũdò requiris, de appe. & in C. prima consti. §. quibus. & in l. liberis. C. de colla. & in l. hæc verba. C. de falsa causa adiec. lega. glo. & ibi Ang. in l.j. ff. de re iudi. & tex. in c. ex multa. de voto. vbi do. Abb. & do. Cardi. in c. pe. de conuer. coniung. ergo sequitur, ꝙ multo fortius extendatur: cũ sit lex fauorabilis tendens ad publicũ fauorẽ, voluit Bar. in d. l. quemadmo. & sic extendit̃ de stricta significatione ad largã, vt intelligatur de perpetuo exilio. Et sic multifariè, multisq; modis demonstraui ad oculum, ꝙ iste occidens istũ bannitũ in quadringentis libris, & exilio pp hoc debeat habere pręmiũ statuti. scilicet gratiam Cõis, & eximendi alium de banno, & cum scienter occiderit istum bãnitum, vr̃ hac spe occidisse, vt hoc pręmiũ consequeretur, vt in facto consuluit Bart. quem refert & sequitur Bald. in l. si quis heredem. C. de insti. & substi. voluit Bart. in l. 2. de condi. & demon. & in l. genero. ff. de ijs qui no. infa. & in l. si quis seruum. ff. de acq. re. do. & voluit Bal. in l. 2. ff. de legi. & in l. ab hostibus. C. de capti. & Bartol. in l. si quis in graui. §. Verum. ff. ad Sila. & voluit do. Pet. de Anch. in c. apostolicæ. de cle. excom. mi. & D. Card. in c. 2. de insti. & ibi dixi, & do. Abb. consiculus meus in cap. ecclesijs. de censi. & facit glo. in c. de hoc. de pę̃n. & qđ voluit Ang. in l. inter oẽs. §. rectè. ff. de fur. & sic scienter & appensatè, vt prodesset reipub. & vt consequeretur illud præmiũ, quo casu multũ eleganter dixit Bald.
10 in l. vt vim. ff. de iusti. & iur. † ꝙ occidens nõ peccat, si zelo publico illum occidit, secus si odio priuato, vt ibi per eum: ergo sequitur, ꝙ debet habere præmiũ, & ita concludo. ¶ Sed cũ quæritur, in dicto statuto disponitur, dũmodo talis, quem de banno eximere velit, non fuerit bannitus pro delicto maiori, quàm bannitus occisus: stat dubitatio, vtrum dictus Petrus, quẽ Antonius pro pręmio vult eximi a banno, debeat dicti bannitus pro delicto, ꝙ non fuerit maius delicto commisso a Frãcisco occiso. Et circa hoc nõ videtur esse vtendũ longo certamine; ex eo
11 † quia ex qualitate pœnæ impositę vnum delictum dr̃ maius alio: vt habetur in cap. non afferamus. 24. quæstione 1. in c. tuæ. de pœnis. c. nouimus. de verb. si. Et ait lex, maiora crimina maioribus pęnis digna sunt, & minora minoribus, in authen. vt fratrũ filij. & habetur in prima tragedia, scelera cassantur maiore nostro. Et sic ex qualitate pœnæ nos arguimus maioritatem delicti, no. in l. 2. ff. de pub. iudi. sed ille Frãciscus occisus fuerat condẽnatus pęna perpetui exilij. & 400. librarũ, & ille Petrus fuit duntaxat condemnatus in perpetuum exilium, sequitur, ꝙ maius fuit delictum illius Francisci, quã illius Petri: & per consequens poterit ille Petrus eximi de isto banno. ¶ Et si quispiam opponat, ꝙ ille Franciscus non poterat impune occidi ex eo: quia per dños Lucenses fuerat oblatus Deo immortali, quo casu perinde haberi debet, ac si non esset bannitus. ergo ille occidens potius meretur pœnam quàm præmium: Ad hoc respondeo, ꝙ illa oblatio non fecit illum Franciscum desinere esse bannitum, vt apparet ex dispositione statuti Lucensis, quo cauetur, ꝙ dñi Anciani possint offerre omnipotenti Deo illos pauperes carceratos, qui pro maleficio essent in carceribus in pecunia duntaxat banniti, vel condemnati: ita dicit statutum: & plus præsupponitur in facto, ꝙ tẽpore, quo dñi Anciani obtulerũt illum Franciscum, fuit eisdem dñis Ancianis nunciatum per eorum Cancellarium, ꝙ non poterant illum offerre: & etiam presupponitur, ꝙ nunquam fuit illud bannum cancellatum de archiuio Lucensi, imo reperitur in viridi obseruantia: & licet notarius custos archiuij fuisset pluries requisitus, vt illud cassaret, & semper recusauit illud cassare, & non cassauit: est circa hoc est magnopere aduertendũ: ꝙ paria sunt, nõ facere actũ, vel illum facere & minus solenniter, vt probatur in l. quoties. ff. qui satisd. cog. l. 4. §. condẽnatum. ff. de re iudicata l. non dubium. C. de legi. 10. distin. c. vides fili charissime, ꝙ ea quæ fiunt contra legem habentur pro infectis: ex quo sequitur, ꝙ cum ista oblatio fuerit minus canonica, non exemit illum Franciscum de banno; qa perinde est, ac si facta non fuisset: eoq; magis cum sit notoriè iniusta; qa cõtra formam statuti Lucensis, qđ est notoriũ & publicũ, vt est tex. singularis in l. 2. §. fi. in ver. pro rostris. ff. de orig. iur. de quo text. facit festũ Ang. in hac materia in l. quid sit fugitiuus. §. Labeonem. ff. de edil. edic. vbicunq; enim sententia est notoriè iniusta, est ipso iure nulla, licet sit ꝯ̃ ius partis: ergo fortius est nulla, qñ est contra ius reipub. ca. inter cæteras. de re iudi. Et quòd ibi voluit oẽs, & quod habetur in l. si pars, in versic. a parte iniqua. ff. de inoffic. testa. de quo facit festum ibi Angel. & per consequens sequitur, ꝙ cum dicta oblatio fuerit contra dispositionem sta-
12 tutorũ, nullum † effectum est operata. & ideo dixit

Bald.in l.non dubiũ.C.de legi.ꝙ si ex forma statuti debeat solui gabella de cõtractu, & sit ꝯtus nullus, ꝙ non soluetur gabella. probatur in l.2.C.de eunu. & ibi Bal.hoc colligit ex illo tex.& idem voluit Bar. in l.nõ putant.§.non quęquis.ff.de cõtratab.Et facit, qđ voluit glo.in l.si pater.C.ne de statu defunc.quæ dicit, ꝙ litis contestatio nulla nõ interrumpit præscrip.& tex.multum singularis in l.si accusatus.ff.de adulte.dicit,ꝙ libellus nullus nihil operat̃,& Arch.2.q.6.c.nõ ita.dicit,ꝙ citatio nulla nõ interrumpit præscriptionẽ. retulit Ang. in l.si qs postea. ff.de iudi.& Bald.in c.licet vndiq;.de offi.delega.Et facit, qđ voluit Bal.in c.constitutus.de transa. vbi dicit,ꝙ instrumentũ guarentigię nullum nõ dr̃ instrumentum, & transactio nulla nõ imponit finem controuersiæ. Et qđ pulchrè voluit Saly. in l.si quis pro redemptione.C.de dona.& consuluit Lud. Ro.consi. 75.ꝙ gabellarij non possunt exigere gabellã de contractibus inualidis.stat ergo firma cõclusio,ꝙ dicta oblatio facta per do. Ancianos cõtra dispositionem statuti, fuit nullius vigoris,& efficaciæ, & fuit notoriè iniusta,& nulla.¶Pręterea bannum latũ contra illum Fran. stetit in suo robore & in sua validitate, ergo licitum fuit occisori illum occidere: vnde si q cum alio ꝯhit eius cõditionem inquirere debet, vt l.qui cum alio.ff.de reg. iur.multomagis qui alium occidit,vt in proprijs terminis dicit Bart. in l.fi.ff.de adul.vnde satis fuit inquisita cõditio,cũ fuerit bannitus,& bannum eius esset solẽne,& descriptum in libro bannitorum apud archiuum publicum. facit l.qui in alterius.ff.de reg. iur. vbi quis dr̃ esse in culpa, nisi de suo iure bene deliberet, etiam si agat ex persona alterius,ibi dicit Bart.cũ ergo iste occidens bene deliberauerit occidendo illum bannitum, videns eum bannitum solẽniter,& vigere bannum in archiuo publico, ergo non est quid sibi imputandum: potuit enim illum occidere, cũ esset bãnitus solenniter & ex iusta causa: & in huius banni nihil erat,ꝙ posset impedire eius executionẽ,primò non pẽdebat appellatio,nec terminus iuris datus ad appellandum:vt haberet locũ illa quęstio,vtrũ appel. pen. vel termino dato ad appellandũ posset bannitus impune occidi: nec pendebat nullitas dicendi bannum illud esse nullum, nec pendebat tp̃s petendi restitutionẽ in integrũ aduersus illud bannũ,nec pendebat supplicatio dicendi bannũ nullũ, quibus casibus impediretur executio banni, de quo plenè scribit Dy.& Bar.in l.possideri.§.si serui. ff.de acqui. poss.vbi per Angel.Ioan. de Imol. & plenissimè per Lud.Rom.& per Bal. in l.eum qui duas.C.de adul. & in l.qui a latronibus.§.j.ff.de testa.& in l.si qs filio exheredato.§.si qs.ff.de iniusto testa. Albe.de Rosa. vltima parte, quæstione 24.in suo solenni tractatu statutorũ.Bart.in d.l.fi.ff.de adul. Bald.in auth.quæ supplicatio.C.de preci.impe.offe. & per Angel.in l. quid sit fugitiuus.§.apud Labeonẽ. ff.de ędil.edi.& in l.cum vero.ff.de fideicom.liber.& Bald.in l.2.ff.si quis in ius voca.nõ ie.& in l.j.ff.de legi.& in l.hmõi. ff.si ita.ff.de leg.1.Bart.in l.4.§.condemnatum.ff.de re iudi.do.Petr.de Anch. in c.apostolicæ.cum ergo illud bannũ fuerit solenne & canonicũ, & ex iusta cã interpositũ,ergo sequit̃,ꝙ semper ille Franciscus durauit bannitus, qa dñi Lucenses nõ potuerũt offerre illũ bannitum ꝯ dispositionẽ Lucensis statuti, ꝙ nõ fuerit bannitus dũtaxat pro maleficio in pęna pecuniaria, sed ẽt fuerit bannitus perpetuo exilio: debuerunt enim seruare legẽ municipalem,& non violare illã.& ideo dicebat Bal.in auth.iubemus.C.
13 de iudi.ad fi. † ꝙ qñ a statuto datur certa forma,nõ põt per iudicẽ prętermitti,c.Pisanus.de resti.spol.c. cũ dilecta.de rescri.& qđ voluit idem Bal.in l.fi.§.si quidem.C.de iure delib.¶Et si quispiam opponat, ꝙ in dicto statuto dr̃,ꝙ qui oblati fuerint, sint & intelligantur ab eorum bannis, & cõdemnationibus liberi,& exempti,ita ꝙ nullo tp̃e valeant molestari: vnde ponderanda sunt illa verba, sic ad inuicẽ coniuncta,sint & intelligantur: quia important verum actũ cancellationis,ita singulariter dixit Bal.in j.cõsti.ff.& ad hoc allegat.l.j.§.si.ff.qđ quisq; iur. in ver. pro nullo habetur,nec est.facit,qđ voluit gl.quæ reputatur sing.in cle.j.de immu. eccle. ergo vr̃, ꝙ illa verba inducant quandam actualem cancellation[em] banni,per ꝯñs tanq̃ non bannitus nõ potuit occidi & occidẽs nec excusatur ab homicidio, nec fuit in[]uitatus ad premium statuti, pro certo istud nõ ob[]stat,ꝙ ostendo ad oculum. Statutũ enim istud non loquitur ita simpliciter:sed loquitur qualificatè, [di]cit nãque,& qui sic fuerint oblati, & sic restringit[ur] illud relatũ, vt intelligantur & sint ab eorum bãn[nis] liberi & exempti, qui fuerint exempti & banniti [in] pęna pecuniaria duntaxat, & sic limitata cã limit[a]tum parit effectũ.l.in agris.ff.de acq.re.do.ergo no[n] cõprehendit casum nostrũ, qñ fuit bannitus in p[e]cunia,& perpetuo exilio:qa sumus in mixto, & st[a]tutũ loquitur in simplici casu:ergo non habet lo[cũ] in mixto:vt l.vim passa.§.præscrip.ff.de adul.& m[a]ximè quia essent simplicia, nõ possent offerre su[per] ambobus, quia in parte est pecunia, & in parte [est] exilium perpetuũ: & sic non posset habere locũ illa quæstio Legati, cui est data potestas dispens[]and[i de] adulterio,item ex incestu, vtrũ possit insim[]ul di[spẽ]sare cũ eo,qui cõmisit adulteriũ & incestũ, ergo [se]quitur,ꝙ extra casum obligationis permis[]sę do. Ancianis, a statuto banniti non sunt nec inte[]lliguntur liberi & exempti ab eorũ bannis. Et ex is[t]is elicitur cõclusio vera & indubitata, ꝙ ille Frãcis[c]us potuit occidi impune,& occidens debent reduc[]i ad gratiã Communis,& eximere illum Petrum a [b]anno pro pręmio, & dictus Petrus non dicitur ba[n]nitus pro maiori delicto, quàm fuerit bãnitus ille Franciscus occisus,immo pro minori.

EPITOME.

¶Legitimos fieri natos vbi pater e[x]igit, non sunt vocãdi eius agnati, aut successuri ei intestato.

SVMMARIVM.

Legitimatio quia non est contentiosæ,sed voluntariæ iurisdictionis,fit sine causæ cognitione.num.1.

Citatio requiritur, vbi fit actus, ex quo principaliter quis lędi potest.nu.2.

Legitimatio est merum priuilegium,quod a princip[e] vel inuitis subditis irrogari potest.nu.3.

CONSILIVM XLIX.

Legitimatio ꝙ valeat,mihi vr̃, etiam illis agnatis non citatis, quod sic demonstro:
1 † legitimatio fit sine causæ cognitione;non enim est actus iurisdictionis contentiosæ, sed notionis voluntariæ:vt l.notionem.ff.de verb.sig.Et est quoddam ius reseruatum Imperatori a lege, quam potestatẽ cui vult potest communicare,sicut ius aureorum anulorum,ꝙ potest absque iurisdictionis exercitio concedere, vt l.j.& 2.C.de iure anu.aur. Citare autem est actus iurisdictionis contentiosæ,& fit causa cognita.3.q.3.spatium.ver.procedente, quam iurisdictionem, vel cognitionem contentiosam exercere non competit illis, quibus a principe est cõcessa potestas legitimandi, ergo sequitur, quod non fuit necessaria citatio agnatorum, vel venientium ab intestato in hac legitimatione fienda de istis spurijs ad instantiam patris eorum. Pręterea facit, actus potest

potest fieri absente parte, qñ dependet ex voluntate eius, qui facit: vt no. per scribentes in l. qui in aliena. §. fi. ff. de acq. hære. sicut dicimus in bonorũ possessione, quę peti potest parte nõ citata, vt l. j. C. quorũ bonorum, & tenent scribẽtes in l. j. C. qui admit. ad bono. poss. titu. generali. ergo idem dicemus in hac legitimatione, quæ fit ad voluntatem patris, vt non requiratur citatio agnatorum, vel venientium ab intestato: & ideo multũ pulchrè dixit Bal. in rubrica. C. de suc. edic. ad fi. ꝙ ẽt in actu cõtentioso tunc est citandus aliquis, qñ interest sua vt pars, secus si interesset sua vt iudex, vel vt testis: qa tunc non esset citandus, vt voluit Inno. in c. verũ. de foro cõpe. & in c. nostra. de procura. & quod habetur in l. Lucius. ff. de his qui not. infa. Sunt enim vocandi ꝯdictores, & per consequens non fuit necessaria citatio istorũ agnatorum, vel venientium ab intestato. Et ad hoc adduco, quod pulchrè voluit Gaspar de Cal. in suis consilijs, vbi in contingentia facti ita cõsuluit, vt apparet cõsi. 5. & facit, qđ ipse voluit ꝯsi. 3. in tit. qui fi. sint legit. ex cuius decisione apponitur gladius ad radicem huius consultationis. ¶Præterea facit † citatio requiritur, vbi fit actus, ex quo quis lędi põt principaliter: ita probatur in l. de vno quoque. ff. de re iudi. c. cũ ex literis. de in integr. resti. l. fi. C. si per vim vel alio modo. l. nam ita diuus. ff. de adopt. cle. pastoralis. de re iud. quo fit, ꝙ si tenderet ad pręiudicium alicuius in consequentiam, & non principaliter, nõ esset necessaria citatio: ita probatur singulariter in l. j. §. denuntiari. ff. de ven. inspi. de quo tex. facit festũ Bald. in rubrica. C. de suc. edic. & in l. si curatoris. de iure delib. & in l. nam ita diuus. ff. de adopt. & in l. iubemus. C. ad Trebel. & in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offic. proconsul. & in rubrica extra de rescript. In omnibus istis locis Bal. dedit hanc doctrinã, ꝙ non requiratur citatio, quando interest alicuius in consequentiam, & nõ principaliter. & idem voluit do. Card. in c. inter quatuor. de maio. & obe. vbi allegat Bal. in rubrica. C. de success. edic. idem voluit Bar. in consil. 101. vbi allegat d. §. denuntiari. & ego allego gl. de hoc singularẽ in c. quãuis. de pac. lib. 6. vbi non curatur, qñ agitur de præiudicio alicuius in consequentiam, de qua glos. facit festum ibi do. Dominicus. cum ergo hæc legitimatio fuerit facta ad postulationem patris, & videatur neminem lędere, & si voluntariæ iurisdictionis, & reddat inter principales partes seu personas ad hoc cõsentientes, arg. l. j. C. de eman. lib. ergo &c. ¶Et si quispiã dixerit, pręiudicatur agnatis, seu veniẽtibus ab intestato. Respõdeo negando istud; quia adhuc non habebant aliquod ius tpe huius legitimationis: nam cum pater iste potuerit proijcere sua bona in mari, vt no. in l. j. C. de inoffi. dona. & in l. Caius. ff. de condi. & demõ. multofortius põt per actũ ciuilem, & permissum, ergo &c. & istud voluit Bal. in proę. C. ergo &c. Pręterea facit † legitimatio est merum priuilegium, qđ potest cõcedi ex mera auctoritate & liberalitate superioris, inferioribus inuitis: nam vbi priuilegium, vel rescriptum conceditur, non est de more, nec de consuetudine, ꝙ aliquis citetur: ex eo qa est donũ superioris l. libertus aduersus. ff. de in ius voc. c. eũ qui. de pręben. lib. 6. dr̃ nanq; legitimatio donum, vt in auth. quib. mod. nat. effi. sui. §. si verò solum. Item dr̃ confirmatio, vt l. qui in prouincia. §. j. ff. de ritu nup. & hanc partem tenuit Dyn. & Bald. in l. 2. ad fi. C. de iur. & fac. igno. vbi dixit, ꝙ vbi legitimatio fit post mortẽ patris, aut venientibus ab intestato erat quęsitum ius adeundi, & non ius bonorũ, & tũc legitimatus poterit adire hęreditatẽ paternã, aut erat illis quæsitũ ius bonorũ, ideſt dñij, qa prius adiuerant hæreditatẽ, & tunc secus, & ita residet Bald. in d. l. 2.

¶Modò in proposito nostro; cũ iste talis pater, dũ viueret, fecisset legitimari istos suos spurios, sequit̃, ꝙ dictis suis agnatis, seu venientibꝰ ab intestato non erat reacquisitũ ius adeundi, nec ius bonorum, seu dñij iuxta ea, quæ habentur in l. pretia rerum. ff. ad l. falc. & facit, qđ voluit Bart. in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de lib. & posth. ad fi. vbi dicit, qñq; pater facit legitimari filiũ in vita sua, & tunc alij non sunt citandi: quia hoc principaliter tangit patrem, qui potest disponere de bonis suis, vt l. cum adop. ff. de adop. Quandoq; ipse filius post mortẽ patris facit se legitimari, & tunc si pater disposuit hoc in testõ, ꝙ voluisset filium legitimari, tunc filius sine alterius requisitione potuisset legitimationem petere, vt in auth. item si qs. C. de naturali. lib. & in corpore vnde sumitur. qñque pater nihil disposuit in testamento, & in præiudicium eorum, quibus ius iam quæsitum est, non põt legitimari, illis non requisitis: imo plus, requiritur cõsensus eorum: vt l. pe. ff. de natal. resti. posset tñ princeps, si vellet, etiam eis irrequisitis legitimare. l. 2. in fi. ff. de natal. rest. Ita formaliter concludit Bart. in d. l. Gallus. §. & quid si tm̃: Modò ista doctrina apponit securim ad arborẽ huius dubitationis. & secundùm eam consuluit Ang. consil. suo 84. quia cum in casu nostro hmõi legitimatio fuerit facta a patre viuẽte, & ad postulationẽ ipsius patris, sequitur, ꝙ non fuit necessaria citatio illorũ agnatorum, vel venientium ab intestato: & cũ hac doctrina Bar. transiuit do. Pet. de Anch. in c. j. de suc. ab intestato. Idem voluit do. Anto. in repetitione c. per venerabilem. & ad hoc allegat illud consilium do. Gaspa. de Cal. licet Bartolomeus de Capua. aliter dixerit. ¶Præterea facit ad prædicta: qa si citatio requireretur, non requireretur, nisi rõne lęsionis & præiudicij, quæ eis inferretur ex tali legitimatione. d. l. nã ita diuus. ff. de adop. l. 2. in fi. ff. de natali. resti. sed per hãc legitimationẽ nullũ præiudiciũ inferebatur istis agnatis; vel venientibus ab intestato, pp qđ eorum vocatio ac consensus debebat requiri, ꝙ patet primò quò ad ipsum patrẽ petentẽ illos spurios legitimari: qa per illã legitimationẽ non ligabãtur sibi manus, quominus possit de bonis suis disponere pro libito suæ voluntatis, & si disponere voluit, non est sibi præiudiciũ, ꝙ ad dictos legitimatos sua successio deuoluat̃; qa censet̃ ad ipsos deuolui ex sua tacita volũtate. l. si quis cum nullũ. ff. de iure codi. Constat aũt, ꝙ volenti nõ infertur iniuria, siue dãnum. c. scienti. de reg. iu. li. 6. l. cũ donationis. ff. de transac. l. quisquis. C. de rescin. vendi. quinimo sibi vtile fuisset, ꝙ numerus legitimorũ successorũ sibi augeretur, ne sua bona deuenirent in fiscum alijs deficiẽtibus. l. & qa. ff. de interro. act. l. j. in prin. ff. de succ. edic. Et quia naturaliter poterant ei sibi nasci legitimi successores, ẽt eo inuito, igit̃ & ciuiliter eo inuito poterant fieri, ergo multofortius eo volente, & petente, nec erat necessarius consensus ipsorum agnatorũ, vel venientium ab intestato; qa tpe dictæ legitimationis viuebat pater ipsorum spuriorũ, quo casu nõ erat eis delata hæreditas illius patris petentis suos spurios legitimari: vt l. j. ff. pro hęre. & sic nõ prætendebant aliquod ius in esse formatũ, rõne cuius haberent cõsentire, vel requiri, aliàs viderentur esse soliciti de hæreditate viuẽtis, ꝙ a iure reprobat̃, l. 2. §. interdũ. ff. de vulg. & pu. l. post emancipationẽ. ff. de lib. lega. licet enim sperare possent successionẽ dicti patris defuncti; tñ dicta spes non erat consideranda: tum qa fundata in morte alteris, & sic tristi euentu, ꝙ esset non dẽt. l. fi. C. de pac. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. obli. iuxta illud Poeticũ. In morte alterius spem tu tibi ponere noli. tum etiam quia dicta spes esset fallibilis: quia ipsi potuissent

præmori patri ipsorum ſpuriorũ, & ſic euanuiſſet. l.naturaliter.§.j.ff.de acq.re.do.& propter prędictas rõnes Io.And.in addi.Spec.in tit.de ſuc.ab inteſt.§. fi.determinat poſt Vbertum de Bobio non reddi vitioſam legitimationem ex iſto capite:nam ibi vr̃ ad literam determinare dubitationem noſtrã, de illo, qui poſt mortem patris fecit ſe legitimari cũ clauſula, ꝙ poſſet ſuccedere agnatis & cognatis, determinat, ꝙ licet quantũ ad hæreditatẽ paternam, quæ iam erat alijs delata, nõ valeat talis legitimatio illis non conſentientibus, vel non vocatis ſupple, & non facta mẽtione principi de illis, quæ ſi fuiſſet facta, potuiſſet illis præiudicare, ſi voluiſſet, etiã illis inuitis, vel non vocatis; quia tale ius hęreditatis delatæ, ſeu adeundæ eſt de iure ciuili, iuxta ea quę no.ff.de acq. re.do.l.j.per glo.ꝙ Imperator põt inuito auferre, iuxta no.per doc.in l.fi.C.ſi ꝯ ius vel vti.pub.& in cap. quæ in eccleſiarũ.de conſti.attamen quantũ ad hęreditatem agnatorum & cognatorum, qui tunc viuebant, bene valet, etiam illis non conſentientibus, vel requiſitis, & etiam non requiſitis illis, qui poterant illi ſuccedere: licet Iac.de Bel. in auth.qb.mo. na.effi.ſui.videatur tenuiſſe, ꝙ requirat conſenſus, vel vocatio illorũ, qui poſt mortem illius ſperabant ſibi ſuccedere; quia doctrina ſua cõfunditur per rationes ſuperius aductas. ¶ Nec etiam obſtat illud, quod voluit Bart. in d.l.Gallus.§.& quid ſi tm̃. quia loquitur in illis, quibus iam delata erat hæreditas, & ſic erat in poteſtate ſpem ſuccedendi, quã habebãt, deducere ad rem, vel ad actum, adeundo hæreditatem, quo caſu ſatis infertur eis præiudicium, ſi talis ſpes eis auferatur, quia cẽſetur eis auferre ipſas res, arg.l.qui actionẽ habet.ff.de reg.iur.non ſic in alijs, quibus ſucceſſio adhuc delata nõ eſt per iam dicta. Et ex iſtis rationibus inconuincibilibus hæc legitimatio eſt de iure valida, licet dicti agnati, vel venientes ab inteſtato non fuerint conſentientes, aut requiſiti, vel citati: & idem voluit Ang.in d.l.Gallus.§. & quid ſi tantùm. vbi remittit ſe ad ſuam quæſtionem incipientem, Nobilis quidam genere. Et ſecundùm hanc partem, cùm contigiſſet in facto quęſtio, conſuluit do. Paul. de Caſtro conſil.223.vbi allegat illam deciſionem.Io. And.in d.§.fi.in tit.de ſucc. ab inteſt.allegat etiam do.Ant.in d.ca.per venerabilẽ. & idem voluit do. Gaſpar de Cal.in d.c.per venerabilem.& idem voluit Fede.de Sen.conſi.57.& facit, quod voluit do. Dominicus in c.quãuis.de reſcrip. lib.6.& ſepenumero ita conſului in dictis locis Italię, & vidi pręſtantiſſimos doc.ita conſultum fuiſſe. facit, quod voluit Raph. Fulg. in l.2.C.de iur.& fac. igno.hanc partem etiam ſequuntur moderni in d. c.per venerabilem. & ſic pars iſta fundatur veris rationibus, & ſubtilioribus motiuis, & ſequitur tota iuriſprudentia antiqua, & moderna, vt ſuperius retuli: ergo eſt ſequenda iudicando & conſulendo, vt habetur in l.j.in verſicul.crebrior apud veteres opinio.ff.de offic.quæſto.capitu.ne innitaris.de conſti. l.1.ff.de ſenato.cum ſim.& per conſequens valuit & tenuit hæc legitimatio, licet non interuenerit conſenſus, vel citatio illorum agnatorum, vel venientium ab inteſtato. Et ita concludo.

EPITOME.

¶Redimendi poteſtas inutilis eſt venditori, qui poſt triennium a die contractus effluxũ, redimere potuit rem venditam intra annum, numerandum a requiſitione facta ab emptore, ſi poſt trienniũ ante requiſitionem factã mortuo emptore, ab eius morte elapſus annus ſit: ideoque hęres emptoris vendere nullo iure cogi poteſt.

SVMMARIVM.

Tempus non currit ignoranti.nu.2.
Legis cautio mitior eſt, quàm hominis diſpoſitio.nu.3.
Contractus qualis fuerit, eius tenor edocet.nu.5.
Negligentia cuique nocet.nu.6.
Perſonam exigens actus, per ſubſtitutum non impletur.num.9.
Temporis initium collatum in poteſtatem promiſſoris ſi eſt, totũ tempus commiſſum videtur.nu.11.

CONSILIVM L.

EX propoſitis mihi vr̃, ꝙ canonicè & iuſtè recuſat hæres dñi Calcirandi, vt fiat reemptio dicti fundi, pp lapſum anni poſt mortem dicti dñi Calcirandi. Et ad hoc adduco tex. in l. Latinus Largus.ff.de his qui ſine manu.ad lib.perue. quem tex.
1 allegat † pro ſingulari ibi Nicol. de Neap. dr̃ enim. Latinus Largus vendidit ancillam, ita vt manumitteretur, non addito tempore, quæritur, qñ ex cõſtitutione cõpetat ei libertas ceſſante emptore in manumittendo, reſpondetur, inſpiciendum eſſe, quid actum ſit, vtrum quàm primum potuiſſet, vt manumitteret, an vt in poteſtate eſſet emptoris, qñ vellet manumittere: poſteriore caſu vtiq; moriente emptore competit libertas. ita dicit formaliter ibi tex. probat̃ ergo, ꝙ vbi tp̃s ponitur in voluntate emptoris, ſeu promiſſoris, poteſt differre vſq; ad mortem, & eo nõ declarante ſtatim committitur ſtipulatio. ¶ Et ſi quiſpiã dixerit, ibi moriẽdo cõpetit libertas, ergo eodẽ modo in caſu noſtro per mortẽ illius dñi Calcirandi competit reemptio dicto Petro: ſed tũc opponitur de.l.centeſimis.§.fi.ff.de verb.ob.vbi per mortem expirat volũtas, ergo non competit libertas, & per conſequens non competit reemptio.glo. in d.l.Latinus.mouet iſtud contrariũ, & non ſoluit. docentes dicũt, illud eſſe ſpeciale fauore libertatis, vt cõpetat libertas emptore mortuo non declarante, ſimile dicimus in dote, vt etiã ſit ſpeciale fauore dotis: vel põt dici, ꝙ in caſu d.l.Latinus. loquimur in promiſſione ex cauſa onerosa, in ꝯrio in promiſſione ex cauſa lucratiua. & ad hoc ẽt facit d.l.poſt dotẽ.& hoc ideo, qa ibi voluntas addicit̃ durationi actus, vt probatur in l.4.ff.loc.c.ſi gratioſè.de reſcri. lib.6. Modò in caſu noſtro dr̃, ꝙ dictus Petrus poſſit & valeat reemere dictũ fundũ elapſo termino triũ annorũ per annũ continuum, & cõpletum, numerandum a die qua dictus Cal. poſt lapſum dicti termini requiſiuerit eundem do. Pe.ad faciendum dictam reemptionẽ dicti fundi. Modò dictus do. Cal. poſt terminum ipſorũ trium annorũ cõtentorum in dicto inſtrumento mortuus eſt, nec in vita ſua requiſiuit dictũ Petrum ad faciendũ dictã reemptionem. Et poſt mortẽ d.do.Cal. elapſus eſt annus, tũc connumerandus a die quo requiſiuerit dictũ Petrũ ad reemendũ: ex quibus verbis apparet, ꝙ poteſtas reemendi fuit collata ex conuentione dicto Petro, ſed tp̃s fuit collatum poteſtati promittentis reuendere, & ſic poteſtati do.Cal.ergo eo non requirente committitur ſtipulatio, ex quo facta eſt ex cauſa onerosa, ſed ſtipulatio erat limitata ad annũ cõpletum a die requiſitionis: ſed in morte illius Cal.promiſſoris habet̃ perinde, acſi facta fuiſſet dicta requiſitio, ſequitur, ꝙ elapſus eſt annus connumerandus a die requiſitionis: videtur enim numerandus a die mortis; qa perinde habet̃, acſi requiſijſſet, ſed ſi requiſijſſet, expectaretur annus cõnumerandus a die requiſitionis, ergo ſequit̃, ꝙ elapſo anno nõ põt cõpelli hęres d.Cal.ad reuendendũ: qa ſumus in regula.l.nec emere, nec vẽdere.C.de iure delib.vt nemo cõpellatur vendere. ¶ Et ſi quiſpiã dixerit, ꝙ eſt ſpeciale

cialefauore libertatis: vt in caſu d.l.Latinus Largus. ergo ſequitur, ꝙ in contrarium erit ius cõe l.ius ſingulare. l.qđ verò.ff.de legi. Ad hoc rñdeo, ꝙ nulla ſpecialitas ibi ponitur ex eo: quia ſi eſſet aliqua ſpecialitas, nõ expectaretur mors eius, qui debebat ancillam manumittere, imo deberet eam manumittere, q̃ primum poſſet. Et ad hoc pondero gl. valde ſing. in l.j.C.de his qui.vt indig. vbi dr̃, ꝙ ſi iudex nõ ſtatuit terminũ hæredi, infra quẽ debeat accuſare occiſores defuncti, gl. ibi dicit, ꝙ hæres debet accuſare q̃ primũ põt.& facit l.j.§.cõfeſtim.ff.ad Tertul. Et facit, qđ voluit Bart. in l.in cognitione.ff.ad ſila. & ſic ſi induceret aliqua ſpecialitas in fauorẽ libertatis, ſequeretur, ꝙ q̃ primum cõmode eam poſſet manumittere & nõ manumitteret, eſſet manumiſſa: ſed ibi expectat mors eius, qui eam debet manumittere, ergo nõ eſſet fauor libertatis: ergo diſpoſitio illius l. Latinus. habebit locũ in caſu noſtro; qa non ponit pręcipuum fauorẽ libertatis: & per ꝯñs licet ſolẽnis doc.do.Benedictus de Plumbino dicat ibi, ꝙ doctores dicunt eſſe ſpeciale fauore libertatis, tñ non eſt vera doctrina; qa nulla ſpecialitas ibi ponitur. Item qa idem do Benedictus ibi non ſequitur illam ſolutionẽ datam ibi per doc. ſed dicit, ideo cõmittitur ſtipulatio; qa ex cauſa oneroſa interuenit: ſed ita eſt in caſu noſtro, ꝙ ex cã oneroſa interuenit, ergo ſequitur, ꝙ cõmittitur ſtipulatio illo moriẽte: ergo ſequitur, ꝙ habetur perinde, acſi requiſijſſet ille do.Cal. dictũ Petrum ad reemendũ: ergo ſi cõpletus eſt annus, liberatus eſt hęres d.Cal. ad reuendendum. & ideo Bar. in cõmento. l.ita ſtipulatus.ff. de ver. obl. in 1.1 oppo. dicit, ꝙ qñ inter ꝯhentes fuit promiſſum, vt quis ſiſteret, ſed dies, qñ ſiſteret, fuit cõmiſſa & collata in arbitrium promiſſoris: ſed hic nõ eſt in arbitrio ſuo, vt ſiſtat, ſed qñ ſiſtat: ideo eo moriente cõmitttitur ſtipulatio. & dicit ſe allegare caſum de hoc in d.l.Latinus Largus. & ideo diſtinguit, aut qs eſt obligatus ſimpliciter cũ voluerit, aut promittitur purè, ſed dies ſolutionis cõfertur in arbitrium, & voluntatẽ ipſius promiſſoris, vt ibi. Ecce modò qualiter Bar. non apponit aliquã ſpecialitatẽ in caſu d.l. Latinus. pp libertatẽ: imo ſimpliciter dicit, ꝙ ſi tp̃s apponit in voluntatẽ promiſſoris, durat, donec durat vita ipſius promiſſoris, quo mortuo cõmittit ſtipulatio: ſed in caſu noſtro fuit cõmiſſum tp̃s requiſitionis ad reemendũ ad volũtatẽ promiſſoris: ergo eo mortuo vr̃ facta requiſitio, & per ꝯñs expectabitur annus conuentus. Sed annus iam conuentus eſt cõpletus & trãſiuit, ergo ſequitur, ꝙ imputabitur dicto do. Pet. quare non reemit infra illũ
3 annũ. ¶ Et ſi quiſpiã dixerit, ꝙ ille † annus nõ currit ignoranti: qa ſcientiã non ignorantiã cupimus allegari, vt pulchrè dixit text. l.gñali.C.de tabul. in ver. ſcientiã non ignorantiã. & facit tex. valde elegans in l.ſtatuliberũ.§.ſi qs hæredi.ff.de ſtatuliberis. vbi dicit, ꝙ ſi qs iuſſus dare hęredi triginta, dieb. proximis mortis teſtatoris, deinde hęres tardius adierit hęreditatẽ, ꝙ tale tp̃s non currit illi ignoranti: qa intelligitur a die aditæ hæreditatis & ſciẽtiæ, per quẽ tex. refert do.Pet.de Anch. in conſi. 209. cõſuluiſſe, teſtator diſpoſuit in ſuo teſtõ, ꝙ ſi debitor ſuus in centũ ſoluerit 50. infra mẽſem poſt mortẽ teſtantis cuidã hoſpitali, & liberabat eundẽ ab alijs 50. modò iſte debitor ignorauit mortem teſtatoris, nec adimpleuit conditionem infra mẽſem, fuit dubitatũ Senis, vtrũ poſſet implere conditionẽ poſt menſem cõſuluit ꝙ ſic: qa illud tp̃s mẽſis currebat a die mortis teſtatoris, & ſcĩæ, & alleg. d.§.aliàs.l.ſi qs hęredi.& l.fi. §.ſin autẽ dubius.C.de iure delib.& idẽ voluit idem Pe. referẽs ſe ita cõſuluiſſe in c.nõ quidẽ.de teſta.& facit l.quinquaginta.ff.de excu.tut. vbi dicit, ꝙ curſus tpis inducẽs dãnũ nõ currit ignorãti, ſed in caſu noſtro agitur de dãno dicti Petri, ar.l.ſi qs maior.C. de tranſ.& l.teſtõ centurio.ff.de manu. teſta. Itẽ impedito impedimẽto facti nõ currit pręſcrip.c.qa diuerſitatẽ.de conceſ. pręben.c.nos quidẽ.de teſta.l.j. ad fi.l.vt pfectus.C.de anna.excep. ſed in caſu noſtro ignorãtia eſt impedimetũ, vt l.ſenatuſcõſulto. ff.de offi.pręſi. qa ignorãs nõ potuit illã reemptionẽ facere infra annum, qa non fuit requiſitus a dño Cal. & eius mortẽ ignorauit, ergo ſequitur, ꝙ iuſto impedimẽto fuit impeditus, & per ꝯñs nõ currit ſibi ille annus. Facit ſimile, qđ dicimus, ꝙ hęredi nõ currit tp̃s, niſi a die ſcĩæ: vt voluit gl. in d.l.fi.§. ſin autẽ dubius. Simile dicimus in eo, qui cõparere dẽt; quia tp̃s ſibi nõ currit, niſi a die pñtationis literarum, & ſic a die ſcĩæ, vt c.ſuper eo.de app. Simile dicimus in eo, qui dẽt interponere appellationẽ; qa tp̃s ſibi currit a die ſcientiæ, vt eſt elegans tex. cũ ſua gl. in c.cõcertationi.de app.li.6.& in auth.hodie. C.e. Simile dicimus in tpe dato ad ſoluendũ in laudo arbitratoris; qa nõ currit niſi a die ſcĩæ. ita pulchrè cõſuluit Bar. in cõſil. incip. quærit, ſi arbiter. & ad hoc alle.d.l.3.§.ſi qs hęredi.de ſta.li. Similis dicimus in tpe pręfixo ad inſinuandũ teſtm̃; quia nõ currit niſi a die ſcĩæ, ita refert Bal. ſe cõſuluiſſe in l.quinquaginta.ff.de exc.tu. & in l.quãdiu.C.q admit. Simile dicimus in tpe pręfixo ad denunciandũ maleficia, ꝙ nõ currit ſibi, niſi a die ſcĩę, ita determinat Bar. in l.pe.ff.ſi quis teſ.lib. eſſe iuſ.& in l.diuus.ff.de cuſt.reo.& in l.eũ qui.§.in popularibus.ff.de iureiu. ita decidit Bar. in l.annus. ff.de calũ.& in l.j.§.occiſorũ.ff.ad ſila. vbi decidũt, ꝙ nõ currit tp̃s niſi a die ſcĩæ. ad hoc allegãt in ar.ſemper.§.hoc interdicto.ff.qđ vi aut clam. Simile adduci poſſet, ꝙ dicimus de Ep̃o, cui ad exequendã volũtatẽ defuncti ignorãti nõ currit tp̃s anni: vt no.gl. in l.nulli.C. de epiſ.& cle.& in l.j.C.de cadu.tol.& qđ plenè cõmemorat Lu.Ro. ĩ l.j.§.occiſorũ.ff.ad ſila. ¶ Et ſi dicat, ꝙ tp̃s currit ignoranti, vt l.fi.C.de long. tem.præſcri. quia tp̃s eſt continuũ, & ſemper currit, hinc dicimus tp̃s irreparabile, optimo dicẽte Seneca in prima epiſtola. Oĩa, mi Lucilli, aliena ſunt, tm̃ tp̃s noſtrum eſt, in huius vnius rei lubricę, & fugãtis poſſeſſionem nã nos miſit. Iuxta illud poeticũ, ſiuit irreparabile tempus: & in prima tragędia dr̃. Venit ad pigros cana ſenectus, qui tempora nunquam reditura tenent. Vnde non poteſt retineri tp̃s anni, ꝙ non currat, & ſit continuum; tñ competit reſtitutio in integrum, vt probatur in text. valde ſing. in l.j.§.ſi quis pp.ff.de iti.actuque priua.& qđ voluit ibi Bart. & quod notatur in l. Attilicinus. ff.de ſeruitu. ruſti. prędi.& qđ no. in l.cũ ipſe.ff.de excu. tut.& in l.fi.C. de adul.& in authẽ.ſi tñ.C.de temp.appel. quinimo plus vr̃ dicendum, ꝙ tp̃s impedimenti ſubducatur de medio, vt habetur in c.cum nobis. c.de quarta.c. vigilanti ſtudio.de præſcrip.c.quia diuerſitatem.de cõceſſ.pręben.& c.nos quidem.de teſta. ergo ſequitur, ꝙ tp̃s impedimenti, & ſic ignorãtiæ ſubducitur de medio, & nõ currit, vt probatur in dictis iuribus. & ſic probatur iure aperto contrarium, ꝙ currat, vt d.§.ſi quis propter. & d.l.fin. poteſt recto iudicio reſponderi, ꝙ de ęquitate canonica non currit tẽpus, & vr̃ derogatum illius iuribus de æquitate canonica. Et ad hoc adduco, quod voluit Ioã. de Imo. in d. c.quia diuerſitatem, & qđ ibi dixi & ſic quocunque vertat ſe iſte Petrus vr̃ eſſe ſibi ſuccurrendũ, vel per remedium reſtitutionis in integrum, vel ꝙ de ęquitate canonica non currit ſibi illud tp̃s anni; & iſtud eſt iudicio meo, ꝙ poſſet opponi pro parte illius Petri, licet in puncto nihil dicatur de huiuſmodi ignorantia: ideo eſt aduertendum, quòd dictus Petrus non poteſt prætendere ignorantiam: quia mors il-

lius Cald. fuit notoria in loco, ergo non excusatur dictus Petrus per ignorantiam, vt probatur in c.j.de postula.prælato.& in c.ꝙ dictis.16.dist.& in c.propo suisti.92.dist.& c.cū in tua.qui ma.accus.poss.& per id,qđ voluit glo. in l.si tutor.C.de pericu. tuto.& in c.cognoscentes.de consti. ergo lex habet eundē Petrum pro sciente, & per consequens tēpus currit illi Petro, seu cucurrit, cū ergo plures anni elapsi sunt, sequitur, ꝙ exclusio est a iure reemendi dictum fundum. Itē facit: qa si nō essent apposita illa verba, per annum vnum, sequeretur, ꝙ fuisset dictus Petrus constitutus in mora reemendi, si non fecisset illam reemptionem in termino triū annorū cōtentorum in dicto ꝯtu: qa verba a die, qua requisierit; faciunt prorogationem termini in potentia, & nō in actu; quia pōt prorogari terminus. Istud decidit Ange. in l. cū stipulatus sum mihi a Proculo. ff.de verb. obli. vbi dicit per glo. ibi positam secundùm vnā expositionē, promitto tibi dare 10. vsq; ad pascha, & abinde in antea ad tui petitionē, & volūtatē, ꝙ aduenięte die paschatis sum in mora absq; interpellatione: qa illa verba abinde, & in antea ad tuā petitionem, intelliguntur quò ad prorogationē termini; qa pōt creditor prorogare illum terminū, si vult, & sic si aliter nō prorogat, dies interpellat pro hoīe, casus est singularis & solitarius in iure in d.l.cū stipulatus. & ita dicit Io.de Imo. Cū ergo in casu habuerit terminū trium annorū ad reemendū, si fuisset dictū, deinde ad requisitionē dicti Cal. illa verba nō inducerēt prorogationē factā, ideo mora reemendi fuisset cōmissa elapso triēnio, & illa verba, deinde ad requisitionē, habuissent istud significatū, ꝙ potuisset prorogare illū terminū: sed non pp hoc est prorogatū, vt ibi est casus: ergo mora est cōmissa elapso dicto triēnio: sed qa expressus est terminus vnius anni, vr̄ facta prorogatio illius anni dūtaxat, sed in dicto ꝯtu dr̄, per vnū annū cōtinuū, ergo sequitur, ꝙ omnino currit, siue scięti, siue ignorāti, ex quo annus est cōtinuus. Facit ad hoc, qđ voluit gl. sing. in rubrica. ff. de diuer.& tēpo. pręscr. quæ dicit, ꝙ omne tp̄s intelligitur esse continuū, nisi in pretorijs pręscriptionibus; quia tp̄s in eis appositū vr̄ esse vtile, vt voluit gl. quæ reputatur sing. Insti. de diuer. & tempo. actio. sequit̄ Bart. in præfata rubrica, & multofortius in casu nostro iste annus dicetur esse cōtinuus, & curret ignoranti: quia si currit, vbi exprimitur a lege, multofortius curret, qn̄ exprimitur ab homine in contractu;
3 quia mitius agitur cum lege † quàm cum homine, vt l. Celsus. ff. de arbi. ergo multo plus curret in conuentione hominis. Et adduco simile, qđ voluit Bal. in l.j. ff. qui satisd. cog. post alios. vbi dixit, ꝙ verbum satisfactio expressum a lege verificat̄ in pignoribus vel fideiussoribus: sed expressum ab homine verificatur in vera satisfactione. Et singulariter dixit glo. in c.j. de sagitta. ꝙ si ista verba, sub poena excōmunicationis, proferantur a iure, non inducitur excommunicatio ipso iure, secus si exprimantur ad homine, glo. in c. Salonitanę. 63. dist. Et singulariter dixit gl. in l. sicut. ff. de op. liber. ꝙ mulier, quæ infra annū aliter ab hæredibus viri, debet operari ipsis hęredibus, quæ glo. procedit, qn̄ debentur alimenta ex dispositione legis, secus si debeantur ex dispositione hominis. istud dixit Saly. in l.j.§.exactione. C.de rei vxo.act.alle. ad hoc l. libertis quos.§.j. ff. de ali.& ciba.lega. istud voluit Bart. in l. diuortio. ff. sol. mat. & sic maiorē efficaciā inducit conuentio hoīs, quam faciat dispositio legis. Et adduco, qđ voluit Bart. in l. vniuersa. C. de preci. Impe. offe. vbi dicit, ꝙ habens dilationem a lege tenetur cauere, secus si habeat ab homine. Et adduco, quod voluit Host. in c.cū olim. de arbi. vbi dixit, ꝙ si quis tenetur ferre sententiam cum consilio alicuius, & pronunciat sine illo consilio, ꝙ valet sn̄ia: si ex dispositione legis tenebat̄ proferre cum consilio alterius, secus si ex dispositione hoīs, allegat in arg. d.l. Celsus. ff. de arbi. Et adduco, quod voluit Inno. in c.j. de cle. excō. minist. vbi dicit, ꝙ suspensus a iure celebrans non efficit̄ irregularis. & adduco, quod voluit Abbas antiquus in c. clericorum. de vi. & ho. cle. vbi dat eandem doctrinam. Et adduco, quod voluit Inno. in c. fi. de procura. vbi dicit, ꝙ excōmunicatus a lege per sententiam legis toleratur, secus si per sententiā hoīs. Et adduco elegantem glo. in c. apostolicæ. de excep. vbi dicit, ꝙ suspensus a lege eligit: secus si est suspēsus per sententiam hominis. Et adduco, qđ colligunt oēs scribentes in c. pisanis. de resti. spol. ꝙ actus cōtra formam legis non est ipso iure nullus. secus si est contra formam hoīs. Et adduco, quod voluit glo. & Bald. in c. ꝙ translationem. de offi. lega. facit, quod voluit Inn. in c. Raynaldus. de test. vbi loquitur de alienatione prohibita a lege, & de prohibita ab homine. Facit; qđ voluit do. Abb. in cle. cupientes. de pę. in suspenso a iure, & in suspenso ab homine. Facit, qđ voluit glo. sing. in auth. de tabel.§.pe. voluit Bal. in l.j.C. de secun. nupt. Et sic aliud inducit dispositio hominis quàm inducat dispositio iuris in eadem materia. & qđ bellissimè voluit Angel. in auth. de exhiben. reis vbi refert se in contingentia facti consuluisse. iuris dispositio dictat, ꝙ habens iustam causam litigandi non puniatur in expensis, vt not. in l. properandum. §. si quidem. C. de iudi. & in l. qui solidum. §. ēt. ff. de leg. 2. & no. in c. finē litibus. de dolo. & contu. Modò disponit statutū illud idem, qđ disponit ius cōe: vt victus condēnet̄ victori in expensis, decidit ibi Ang. ꝙ illud statutū operatur vltra dispositionē iuris, & intelligitur, vt etiā habens iustam causam litigandi puniatur in expensis: & de hoc dicit esse gl. sing. sed idem voluit glo. in l. non solùm. ff. de rei vend. & idē ibi voluit Angel. ergo multofortius operatur idem conuentio partium. Facit simile, qđ dixit Bal. in l. 4. §. prætor ait. ff. de dam. infec. vbi dixit, ex dispositione iuris cōis citatio debet fieri personaliter, vel ad domum, sed incipere a persona, vt ibi per eū. Modò, inquit ibi Bar. pone, ꝙ statutum dicat, ꝙ citatio fiat
4 † personaliter, vel ad domum, decidit, ꝙ vt statutū aliquid operetur, videtur disponere, ꝙ citatio possit incipere ad domum, & quod voluit do. Abb. in c. ex parte. de verb. signifi. & in c. causam quæ. de dolo & contu. & in rubrica de regula. & consilio 19. & 137. aliàs 27. ergo multofortius operabitur conuentio hominis. Et adduco glo. valde sing. in l. si cum militaribus. C. de in inte. resti. mil. de qua facit ibi festū Bal. per alios, quæ voluit, ꝙ licet præscriptio legalis non currat militi; tamen currit conuentionalis pręscriptio. & est ratio: quia mitius agitur cum l. quàm agatur cum homine. & sic videtur illa glo. decidere hanc dubitationem: quia cum voluerint, ꝙ ad requisitionem illius Cald. Petrus prefatus habeat annum continuum ad reemendum dictum feudum, ergo sequitur, ꝙ mortuo illo Cal. ille annus cucurrit continuo illi Petro, posito ꝙ ille Petrus ignorauerit mortē illius Cal. ex quo cōuenerunt expressè, ꝙ annus ille esset continuus: debuit ergo inuestigare, si ille Cal. viuebat, ex quo annus erat continuus, quo casu lex reputat eundem Petrū inuestigasse, & sciuisse mortē illius Cal. vt est elegans tex. in c. innotuit. de elec. & sic vr̄, ꝙ non poterit cōpellere dictus Petrus hæredē dicti Cal. ad reuendendū eidē dictū feudum. Præterea facit ad prædicta, qđ voluit Ang. in l. ita stipulatus. ff. de verbo. oblig. vbi dicit, ꝙ si arbiter pronuntiando condemnauit reum ad dandū decem in termino, quem ipse arbiter declarabit, & po-

& postea morte preuentus non declarauit: quia laudum illud habuit omnem effectum, non vitiabitur tale laudum, & executionem habebit, & per consequens omissio talis termini declarandi non vitiat, nec aliquid operabitur. & ita refert sentire Cyn. in l. penult. C. de institu. & substitu. Ista doctrina apponit gladium ad radicem huic dubitationi: quia cum iste terminus sit ab ipsis contrahentibus declaratus, sequitur, quòd illo Cald. non requirente, & mortuo, remanemus in illo termino anni post mortem, ergo illius Cald. remanet annus continuus, iuxta illud. Fluit irreparabile tempus, vt superius dictum est. ¶ Et si quispiam opponat, quòd imo ista requisitio transit ad hæredem illius promissoris; quia vbicunque solũ tempus est in potestate promissoris, actus est in hæredem transitorius: ita probatur in l. vxorẽ. §. penul. ff. de leg. 3. & l. vtrum. §. penul. ff. de rebus dubijs. ideo non extinguitur morte: istud decidit Bart. in l. centesimis. §. final. ff. de verborum obligationibus, ergo in casu nostro cum tempus duntaxat fuerit appositum in potestate. d. promissoris, ergo sequitur, quòd ista requisitio fienda de reemendo transit in ipsum hæredem, quo casu habebit annum cõpletum post requisitionem fiendam per hæredem domini Cald. & multofortius quia quale fuerit huiusmodi indultum, colligitur ex eius tenore, sicut dicimus, quale sit feudum ostenditur ex tenore inuestituræ, ita probatur in capit. si cui. in versi. tenorem inuestituræ intuentes. de extraordinaria. cap. Corra. quem text. allegat Bald. in proœ. feudo. & probatur in cap. 1. in titu. de duo. fra. a capita. inuesti. c. porrò. c. recepimus. de priuile. ideo dixit Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. quòd quale sit feudum regni ostẽditur ex eius inuestitura. ad hoc allegat. l. ad probationem. C. de proba. in versi. quem tenor adiuuat. & facit tex. in l. sancimus in versicu. placiti tenor. C. de fideiusso. & adduco tex. in l. fideiussores magistratuum. §. pro Aurelio. in versicu. lecta subscriptione. ff. de fideiussor. & l. si quis stipulatus Stichum aut Pãphilum. in versicu. quærentibus inspicientibus est sermo. ff. de verborum obliga. & facit, quod voluit Bal. in l. vnica. C. de latin. lib. tol. & in authen. cessante. C. de legi. hæred. Et quod voluit Paul. de Castr. in
5 consilio 235. & sic vera est conclusio, quòd † ex tenore contractus apparet, qualis fuerit. Sed in ipso contractu dicitur, domi. Calde. ad preces & rogamina eiusdem Petri presentis, & rogantis, gratiosè concessit, & concedit eidem do. Petro, & sic apparet ex verbis in dicto contractu, quòd ista indulgentia fuit gratiosa, & de gratia processerit, iuxta illud, quod habetur in l. fi. ff. de senten. pass. & in c. gratia. 1. q. 1. & in c. 1. de commoda. & quod habetur in titu. de pace Cõstan. in versic. in plenitudinem gratiæ recipimus. in princip. & quod ibi voluit Bald. & quod habetur in c. sedes apostolica. de rescri. vbi si princeps concedit rescriptium ad lites, dicitur facere gratiam, & quod habetur in l. Paulus. §. Paulus. ff. de fideic. liberta. vbi venit libertas. & quod ibi voluit Ange. & facit capit. cum olim. de priuil. & sic si fuit indultũ gratiosum, sequitur, quòd debet extendi per regulam. l. beneficium. ff. de constitu. princ. ergo non extinguitur morte requisitio fienda per illum domi. Calde. imo extẽditur ad hæredem eius. Ad ista respondeo, quòd Bartol. loquitur eo casu, quo actus omnino recepit effectum mortuo promissore ab hærede promissoris: puta quia promitto tibi decem, quæ tibi dabo, cum volem, vel cum voluero; quia me mortuo statim tenetur hæres, ita probatur per d. l. vxorem. §. Sceuola. vbi dicitur, post mortem vtique creditur datum. vbi uidetur ille actus executioni mandandus post mortem promissoris; si aliter in vita sua promissor non declarauit. & ita procedat. d. l. vtrum. §. pen. & facit l. ex his verbis. C. quando dies lega. ced. vnde idem est dicere, hæres det, cum volet, vel cum voluerit, quòd dicere, quòd post mortem suam, ideo debetur tanquam adueniente die, & procedit istud in vltima voluntate, in qua non est intelligẽdum, quòd quis moriendo videatur velle; quia nulla lege hoc cauetur, sed in contractibus ista verba cum volem, vel voluero, faciunt diem & conditionem, vnde dicebat Io. de Imo. in dicta l. centesimis. §. fina. quòd si in materia contractus dicatur inter contrahentes, cum voluerit promissor, deficit contractus si promissor decedat ante declarationem, secus in vltimis voluntatibus; quia valet legatum, licet moriatur hæres ante declarationem, dummodo legatarius reperiatur viuere tempore mortis hæredis. vt l. fideicommissa. §. quanquam. ff. de legat. 3. Cum ergo in casu nostro simus in materia contractus, & fuerit dictum in contractu per annum cõtinuum, & completum, numerandum a die qua d. do. Calde. post lapsum termini prædicti requisiuerit eundem do. Petrum, ergo sufficit, quòd annus fuerit elapsus post mortem dicti d. Cald. quia non fuit necessaria requisitio mortuo dicto Cald. & imputet sibi dictus D. Petrus quare permisit currere, non reemẽdo illum fundum, & ideo
6 † negligentia sua est sibi nociua; quia vigilantibus & non dormientibus iura subueniunt: vt cap. vigilanti studio. de præscript. ideo debuit protestari, & requirere illum hæredem do. Cald. vt voluit gloss. in c. 1. & & c. plerunq;. de rescript. & c. si iustus metus. de app. & ca. ex transmissa. de præscript. & l. mora. ff. de vsur. & Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de operis noui nunt. & l. Titia. §. vsuras. ff. de le. 2. & gloss. in c. cupientes. §. quòd si per viginti. de elec. lib. 6. quæ gloss. ibi dicit, quòd cautum est pluries protestari. & ibi Io. de Imo. vt refert ibi do. Dñicus, qdam succubuit in causa, & non appellauit; eo quia iudex erat absens, elapso termino dato ad appellandum dicebatur, quòd sententia transiuerat in rem iudicatã, replicabatur, quòd interuenerat iustum impedimẽtum propter absentiam iudicis, refert se obtinuisse, quòd sententia transiuerat in rem iudicatam; quia debuit protestari; quia ista stabant simul, quòd quis fuerit impeditus, & tamen nõ appellasset, vt ergo tollatur illa præsumptio, opus est, vt protestatione appareat animus debentis interponere appellationẽ. Facit, quod habetur in l. vt perfectius. C. de anna. excep. & isto modo tollitur negligentia debẽtis interponere actum. Ita ergo debuit facere iste Petrus; qa debuit protestari, quod non fecit, ergo annus cucurrit sibi posito non tamen concesso, quòd fuisset impeditus. & ideo Bald. & in c. fina. de elect. dicit. quòd qui negligit, sua iura perdit. l. pupillus. ff. quę in fraucredi. negligentia enim etiam lædit, & commemorat versus scriptos in camera regis Roberti. & sic nõ obstat huic hæredi. d. l. vxorẽ. §. penultimo. & l. vtrũ. §. penultimo, quia loquuntur eo casu, quo actus debuit fieri a dicto do. Cal. viuo, quo casu eo non requirente illum Petrum ad reemẽdum, actus ille deficiebat. Item illa iura loquuntur in actu vltimæ volũtatis: sed nos loquimur in actu inter viuos, quo casu illo non requirente deficit contractus: vt dixit Ioannes de Imola in dicta l. centesimis. & ideo dixit Cynus in l. penultima. C. de instit. & substi. quòd vbi est expressa persona, & res, actus dicitur perfectus, licet deficiat conditio: & inducit ad quæstionem, si arbiter communi diuidundo iudicio assumptus vni rẽ adiudicauit, & arbitrium super æstimatione præstãda alteri, reseruet sibi, & moriatur, antequam super æstimatione arbitretur, quòd nihilominus valet arbitrium: ita videtur dicendum in proposito, quòd licet

licèt dictus Cald.non requisiuerit: tamen potuit ille Petrus reemere per annum completum connumerandum a morte dicti Cald.& sic decidit Cyn.valere contractum, nec curandum esse de arbitramento declaratiuo estimationis.Ita in proposito nostro,nõ erit curandum de requisitione non facta per illum Calde.sufficit enim lapsus anni post mortem illius Cald.& ista videtur veritas: licet dixerit Bart.in d.l. centesimis. §.si.quòd sumus in materia periculosa.

¶Nec obstat cum opponitur, quòd ista dilatio termini fuit gratiosè concessa huic do.Petro: quia planè istud fateor; tamen sortitur effectum ex mente concedentis:quia mens colligitur ex verbis in ea expressis: quia imperator linguæ est cor: vt dixit Bald. in c.mandatum. de rescrip.& Bal.in tractatu scismatis.l.Labeo. §.idem Tubero. ff.de sup.leg.& sapienter dixit Cassiodor. vt refert Bal.in rubr.extra, de testi.& ideo dixit Bald.in l.voluntatis. C.de fideicom. quod non credimus hominem velle,nisi id,quod dixit,cap.ad audientiam.de deci.ꝙ sic sequitur, quòd licet hæc indulgentia sit gratiosa: tamen sortitur effectum ex mente rescribentis. Idem dixit in l.1.ff.de constitu.princip. & vtrobique adducit dictum Inn. in cap.cum ecclesiasticæ.de except. sed bene facit gl. in c.super eo.de offic.deleg.text.in c.cum adeo. & c. cum dilecta. de rescript. & l.fin.de his qui a non do. manu.modò in proposito mens illius do.Cald.concedentis huiusmodi indulgentiam fuit, quòd haberet annum completum,& continuum a die requisitionis fiendæ, per ipsum D.Cald.ergo non debemus extendere huiusmodi gratiam ad id, quod non fuit de mente indulgentis: quia contractus sunt stricti iuris:vt l.quicquid astringendæ. de verborum obligatio.ergo illud, quod non dixerunt contrahentes,nõ dicemus nos.l.si seruum.versi.non dixit prætor.ff.de acquiren.hereditа.Cum ergo in casu nostro expresse voluerit ille Calde.quòd haberet dilationẽ vnius anni continui,videtur prohibuisse vlterius tempus, ar.l.cum prætor.ff.de iudi.& c.nonne.de præsum.& quia cum semel dictus domi. Cald.gratiosè concesserit dictæ d.Beatr.Commitissæ, quòd post mortem ipsius Commitissæ deputandus per eandem posset reemere dictum fundum infra terminum annorũ cum dimidio,& secundò concesserit gratiosè, quòd dictus D.Petrus posset post lapsum dicti termini reemere per annum, vt est dictum,sequeretur,quòd si extenderetur ad vlterius tempus, sequeretur, quòd incideremus in quandam infinitatem,quòd esse nõ
7 debet: ideo dicimus†quòd si compromittitur, vt toties pena committatur,quoties fuerit contrauentũ, quòd non committitur pœna,nisi bis,argumen.l.fideicommissa.§.si quis decem.ff.de leg.3.ita dixit Bartol.in l.si duo.§.semel,ff.de arbi. Et ideo dixit Ange. in l.si finita. ff.de damno infe.quòd si quis promiserit præsentare aliquem toties,quoties opus erit,non tenetur præsentare nisi bis. Simile dicimus, casum posse probari per iuramentum: vt in capi.quia propter.de elec.quòd non intelligitur nisi bis,vt est tex. sing.in l.fin.ff.de bo.au.iudic.pos. Simile dicimus in exceptione excommunicationis: vt in ca.pia.de excep.libro sexto. Et adduco simile, quod voluit Spec. in tit.de arbi.§.excipitur.versicu.quòd si arbiter. vbi
8 dicit, † data est potestas prorogãdi compromissum, quòd non poterit prorogari nisi semel. & facit ad pdicta,quod voluit Specu.in tit.de pign.§.1.vers.quid si pignus. limitando titulum, si pignus pigno.da.ꝙ pignus non potest vltra ter pignorari.& adduco, qđ voluit Ludoui.Roma.consilio 15.incipiente. Plura sunt,quæ quæruntur.vbi consuluit,quòd illa verba, obligauit se præsentare toties, quoties opus fuerit, quòd intelligitur per duas vices, allegat Ange.in d. l.si finita.& l.2.§.qui exhibendi. ff.de custo.reo.& in l.oratione.& l.veluti.ff.de eden.& quod voluit idem Ludo.in repetitione rubri.ff.de arbi. cum ergo in casu nostro bis fuerit ista indulgentia termini facta,sequitur,quòd non est extendenda ad ampliorem terminum. Præterea facit,in dicto contractu dicitur, p annum numerandum a die, qua dictus do.Cald.requisiuerit,ex quibus verbis apparet,quòd illa requisitio inheret personæ ipsius Cal.quo casu non potest fieri illa requisitio per alium,tex.est valde singu.in l. seruus si hæredi.ff.de statulibe.in versic.personę, cui demonstratur,adheret.de quo text.facit festum Bal. in c.1.§.1.de pace iur.fir.in vsi.feud.& in c.fi.de iuracalum.& in c.ad nostram.de proba.& in l.accusationis.C.quod met.cau.cum enim illa verba, a die qua requisierit,referantur ad personam ipsius D.Calde. sequitur,quòd non transibunt ad aliam personam: & per consequens non trãsibunt ad eius hæredem: ergo non expectabitur persona hæredis requirentis ex eo:quia demonstratio personæ est personalis, secundum Bald.in dicto c.1.facit text. valde singu.in l. probatorias. C.de diuer.offic.lib.12.in versi.per manus nostras.& quod voluit ibi Bart.& quod habetur in tex.l.per hanc. C.de erogatione mil.anno.lib.12.
9 vbi†non potest actus fieri per substitutum, quando refertur ad personam.voluit ibi Bartol.& consuluit do.Card. vt ipse refert in cle.1.de iureiur.per illum text.inquantũ dicit,per manus nostras.& allegat gl. quam reputat sing.in cle.1.de uita & honesta.cle.facit,quot uoluit Iaco.de Bel.quem refert & sequitur Bald.in ca.1.§.vel furtum. de pace iur.fir.vbi, dicit
10 †quòd si statutum punit occidentem suis manibus, quòd non punitur pœna statuti mandans: quia statutum videtur contemplari personam facientis,voluit Ioan.Andr.in c.sicut dignum. de homi.& idem voluit Domin.in c.si quis viduã.50.di.facit,quod voluit Bald.in l.nulli.C.de episcopis & clericis. per illũ text.in versic.pro sua conscientia.& quod voluit Domin.c.in criminali.5.q.3.glo.in l.singulos.ff.de testa.& facit capitu.cum dilecta.in versicu. personaliter.de rescript.facit capit.vniuersitatis.in versicu. persona.c.de his.in versic.personas. de senten.excommu.& facit c.quia frustra.de vsur.in versiculo, ipse restituat.& ibi dicit domi.Card. quòd potest fieri illa restitutio per iudicem.Ita dicamus in proposito, cum contractus sit stricti iuris: vt l.veteribus.ff.de pac.nõ debet extendi ad casum non consideratum a cõtrahentibus. facit, quòd voluit Bald.in l.1.C.commu.de le.in simili facit, quod voluit idem Bald.in l.1.C. de execu.rei iudi.& adduco.l.actio. C.si vnus ex hæredi.vbi probatur, quòd actio personalis dirigitur contra personam obligatam. & ibi dixit Ange.per illum tex.quòd instrumentum guarentigiæ merens executionem ex forma statuti, non mandabitur executioni, nisi contra ipsum obligatum. Ita dicamus in proposito nostro,vt requisitio fienda per dominũ Cald.non transiuerit ad eius hæredem, cum sit personalis,ergo extinguitur extincta persona,& per cõsequens remansit annus continuus complendus mortuo dicto do.Cal.facit, quod no.in l.1.§.ne autem.C.de cad.toll.& quod habetur in c.fin.de offic. dele. Præterea est considerandum, quòd illa verba, connumerandum a die, qua requisiuerit dictus do. Cald.fuerunt apposita in dicto contractu ad fauorẽ ipsius D.Cald.quia elapsis illis tribus annis,& sic illo primo termino indulto gratiosè poterat do.Calde. requirere dictum Petrum ad emendum: vt probat in d.l.vxorem.§.Scęuola.ff.de legat.3.ergo sequitur, quòd ad fauorem & commodum eius deberet operari, ex quo ad suum commodum fuit appositum, ergo non debet operari præiudicium, vt l.quod.fauore.

uore.C.de legi.cum simi.Sed si illa requisitio transiret ad heredem ipsius D.Cald.cederet ad preiudiciū ipsius: ideo vt non possit reemere præfatus Petrus dictum fundum, operatur mors illius Cal.effectum requisitionis: & sic habetur perinde, acsi fuisset requisitus,ergo elapso anno cecidit a iure reemendi: quia facilius quis cadit a gratia: vt capitu.|cum accessissent.de constitu.l.2.ff.de nundi.l.eius militis.§.militia missus. ff.de testamen.milit.l.2.C.de iure do.impe.ergo non tenetur hæres domi. Cald.reuendere dicto Petro fundum præfatum. ¶Et si quispiam dixerit, quòd est speciale in dote, vt filia moriente antequam declaret,euanescat stipulatio: vt l.si quis arbitratu. ff.de verborum obligatio. l.centesimis.§.fina.ff.de verborum obligatio.l.fi. C.de contrahen. emptio.sed in casu dotis potest agi ex stipulatione. vt dicta l.vxorem. §.Scęuola. ff.de rebus du.pro hac specialitate facit l.1.C.de dotis promiss.& l.cū post. §.gener.ff.de iure do. Ad hoc respondeo,quòd istud facit cōtra dictum Petrum ex eo, quòd extra casum dotis euanescit stipulatio mortuo promissore: vt d.l.si quis arbitratu.& d.l.centesimis. ergo mortuo domi.Calde.promissore committitur stipulatio: ergo habetur pro requirente.& cum opponatur de dote est aduertendum: quia Barto.in dicta l.post dotem. in 5.elec.dicit, quod stipulatio fuit concepta si filia voluerit,& dicit,quòd hoc est speciale in dote; vt filia moriendo videatur velle, sicut in vltima voluntate: & dicit, quòd hic est casus notabilis & singul.vt agatur ex prima stipulatio.sed iste non est casus noster;quia non fuit cōcepta stipulatio, si voluerit, nec sumus in casu vltimæ voluntatis. Sed sumus in contractu inter viuos,& sumus in casu, quo tempus est appositum in voluntate promissoris, quo promissore non declarante habetur pro requirente, & declarante, vt probatur in dicta l.Latinus Largus. vbi est casus ponens gladium ad radicem huius dubitationis: ergo elapso anno continuo, non tenetur hæres illius Cald.reuendere.¶Et si quispiam dixerit, ꝙ nō fuit appositum tempus in voluntate dicti promissoris,sed fuit apposita dies requisitionis, & per consequens initium temporis,& non ipsum tempus. Ad hoc respondeo, quòd de tempore nos non habemus nisi instans, vt docti aiunt in philosophia viri: ergo si committitur † initium temporis in potestate promissoris,satis videtur commissum tempus, cum non habeamus nisi instans de tempore.facit simile, quod dicimus, quòd initium officij dicitur ipsum officium: vt voluit gloss.& Bartol.in l.2.ff.de fur.l.1.§.est autem.cum l.seq.ff.de aqua quotidiana & æsti. de quo per Bartolum in l.1.ff.de orig.iur. facit glos. in capit.1.de lite contesta.facit, quod habetur per omnes scribentes in capit.2.de fer.Bald.in capit.fin. de dolo & contuma.& dominus Petrus de Ancha. in capitu.super quæstionum. de officio deleg.& per consequens idem iuris est, si ponatur initium temporis in potestate promissoris, sicut si poneretur ipsum tempus;quia si non daretur initium: non daretur residuum: quia dimidium facti qui bene cępit habet,optimo dicente Oratio.l.1.§.cępisse.ff.de poli ci.ergo ex prædictis sequitur conclusio vera, quod annus elapsus cucurrit d.do. Petro ad reemendum præfatum fundum: nec potest restitui in integrum aduersus conuentionalem præscriptionem. facit, quod voluit Raphael in l.fina.C.in qui.cau. resti.in integ. non est necess.& quod voluit Bald.in l.pupillorum. C.de repu.hære.& sic illo domi. Cald.moriente habetur perinde, acsi dictus dominus Petrus fuisset requisitus ad reemendum:& per consequens non tenetur hæres domi. Calde.vendere dicto Petro fundum.

EPITOME.

¶Ciues in pascua publica immittere soliti pecudes & armenta quæcunque ex tenore statuti, licet ciuitas publicano pascua locet,non minus iure immittendi vtentur non solùm pro animalibus, quæ habuerint,cum publicanus conduxit, sed & pro his quæ postmodum emerint.

SVMMARIVM.

Statutum commodat illi,qui onera municipij sustinet.numero 1. quod in eo casu locum habet,ad quem ratio eius extenditur. nume.2.

Contractus aliaue dispositio vbicunque celebratur, intelligitur semper secundùm loci consuetudinem.nu.3.

Statuto generali per speciale statutum, vel per consuetudinem derogatur,nu.6.

Dolus non præsumitur,ideo allegans illum probare tenetur. numero 7.

Statuti & consuetudinis,quæ notoria sunt, non potest prætendi ignorantia. numero 8.nisi ab extraneo & alienigena.numero 9.

CONSILIVM LI.

AD positam quæstionē responsura mihi videtur de iure dicendum, dictos ciues & comitatiuos nullo modo teneri ad soluendum pascua, licet durante anno venditionis dicti datij emerint animalia diuersorum generum, & ea immiserint ad pasculandum in dictis pascuis.Et pręmitto,quod ratio viua habens neruum, qua fundatur statutum disponens, quod ciues & comitatenses Hesini possint, & valeant eorum animalia tenere ad pasculandum in pascuis communis Hesij,sine aliqua solutione,fuit: quia dicti Hesij ciues & comitatēses supportant onera communis Hesini, & quia effectus vtilitatis quoad pasculandum pro suis animalibus est singulorū, & spectat ad singulos, in tantum quod non possent singuli de municipio testificari pro communi Hesino.ita probatur in l.intantum. §.vniuersitatis. ff.de rerum diui.l.sicut.§.fina. ff.quod cuiusque vniuer. not.de quo per Gulielmum de Cun. & Bart.in d.§.vniuersitatis.& ita ponit exemplum Bald.in l.parentes.C.de testi.vbi loquitur de pascuis in quibus pascuuntur bestiæ hominum gratis, & sine aliquo pretio, quod detur communitati illius villæ aut municipij.& quod voluit idem Bald.in cap. cum accessissent.de consti.& cap.cum nuntius.de testi.& in cap. tertio loco.de probat. & in addi. Spec.in tit.de teste. §.primo.Ioan.Andre.& alij in capi.insuper. de testi. & in d.c.cum nuncius.& per domi. Abb.in consilio 16.& in dicto capit. insuper.vbi per do. Ant.& quod voluit Archi.14.q.2.in princip.per Cyn.& alios in d. l.parētes.& etiam hęc fuit ratio motiua statuentiū, quod forenses soluant pro animalibus, quæ tenent in dictis pascuis: eo quia non supportant onera municipij, & ex eo quia nullum ius habent in dictis pascuis.& adduco,quod habetur in l.fina.§.sed cum in secunda. C.de fur.in versic. vbi enim periculum, ibi & lucrum collocetur, vbi probatur, quod ille,q sentit onus rei, debet sentire lucrum proueniens ex illa.Simile dicebat Bal.in quodam suo consilio incipiente, Martinus de Florentia. posito inter consilia Ang.67.vbi consuluit,quod cum apud agnatos sint onera agnationis ad propulsandas iniurias factas domui,& ad alia onera prouenientia ex agnatione, æquum est, vt ad eos perueniant commoda prouenientia ex agnatione. l.ab omnibus. ff.de legatis 1. Ita in proposito nostro rationabile est,vt commoda municipij perueniant ad ciues & comitatenses ciuitatis,qui supportant onera ciuitatis, & non concedantur

dantur forensibus,qui nõ portant pondus ciuitatis, iuxta illud poeticum, meus iste Catinus vult pisces, & non piscari. Ideo pulchrè consuluit Pau.de Cast. in consi.342.incipiente.Statutum supra relatum disponebat,inquit,statutum,quod communitas teneretur reficere damna ei,qui fuisset disrobatus, cum quidam forensis fuisset disrobatus,& peteret sibi refici damnum a municipio, consuluit D.Paul.quòd municipium non tenebatur reficere illa damna; ex eo quia erat forensis,quia illud beneficium videbatũ collatum suis ciuibus,portantibus onera prouenientia ex suo municipio allegat ad hoc. d.l.fi.§.sed cum in secunda.iuxta illud,qui non laborat,non manducet.Et adduco,quod voluit idem Paulus consil.232. incipiente. Circa primum notandum est statutum Racanati,vbi consuluit, statutum deferebat hæreditatem defuncti agnatis, excludebat fœminas, decidit, quòd tale statutum comprehendebat agnatos ciues, & non agnatos forenses, qui non portabant onera municipij. & ad hoc allegat doctrinam Bart. positam in commento.l.cunctos populos.C.de summa trinitate & fide cathol.& quod voluit idem Baldus in l.fi.C.de pact.vbi loquitur de statuto disponẽte de ingresso monasterium vt nõ succedat patri,qa conferr effectum in tempus, quo persona desinit esse subdita,& sic consuluit† quòd illi confertur commodum proueniens ex statuto,qui supportat onera municipij.Et adduco,quod voluit Ludo.Rom.consilio 221.incipiente.Ista captura facta.in tertia ratione illius consilij. vbi etiam allegat quoddam consilium Angeli incipiente.Cui dicta actio sine cessione quæratur.vbi consuluit,quòd commoda prouenientia ex statuto municipij,non comprehendunt forenses,ex quo non supportant onera municipij. & mouetur ex cap.ecclesia sanctæ Mariæ.de constitu.Modò iste duę rationes sunt tales,quarum vna ratio cõcernit ipsos ciues,& comitatiuos Hesinos, quocunque tempore immittant sua animalia in pascuis Hesinis,siue illa habeat tempore, quo vẽdũtur pascua, siue durante venditione ipsa:quia semper sunt parati subire onera municipij: & eodem modo illa alia ratio,quæ mouit commune Hesij ad reseruandum ius immittendi suis ciuibus & suis comitatensibus, sua animalia in dictis pascuis, fuit : quia habent ius in ipsis pascuis, quod quidem ius concernit omne tempus ad immittendum ipsa animalia, siue tẽpore venditionis,siue post celebratam venditionem : ideo emptor non potest conqueri; quia isti ciues & comitatenses vtuntur iure suo, eis concesso ab ipso statuto,& ratio legis dicitur anima ipsius legis,vt voluit Dyn.in c.fi.de reg.iur.libro 6.& ad eum† casum habet locum statutum, ad quem habet locũ ratio eius,imo plus dixit gloss.singu.in cle.1.de elec.quòd ad eum casum extenditur dispositum.l.ad quem vẽdicat sibi locũ ratio eius : quia vbi ratio legis est amplior dicto & dispositio legis; tunc dictum & dispositum.l.extenditur ad amplitudinem rationis legis, probatur in l.pater filium. §.fundum. ff.de leg.3.& in l.cum pater.§.dulcissimis.ff.de leg.2.Ideo dixit domi.Anto.in cap.1.de re iudic.quòd vbicunque ratio. l.est generalior, extenditur dictum.l.ad simile, allegat d.l.cum pater.§.dulcissimis. idem voluit ibi do. Abb.quanto ergo fortius in casu nostro, cum istud statutum non concipiat dispositum ad aliquam speciem,sed loquatur,quòd ciues & comitatenses Hesini possint mittere eorum animalia in dictis pascuis; & ratio est,quia supportant onera ciuitatis Hesij : & ideo excluduntur forenses, quia nõ supportant onera communis Hesij : ergo quocunque tempore voluerint, possint immittere animalia, cum quocunque subeunt onera municipij. Cum ergo ratio sit vniformis omni tempore,siue tempore, quo venduntur pascua,siue tempore,quo sunt iam vendita, eodem modo vniformiter habebit locũ dispositũ, vt omni tempore possint immittere sua animalia in dictis pascuis,& ex isto præsupposito videtur decisa hæc consultatio, vt sine aliqua solutione possint immittere sua animalia in dictis pascuis quolibet tẽpore.¶ Præmitto etiam † quòd vbicunque celebratur contractus, aut dispositio, semper intelligitur celebrata secundum consuetudinem loci, & secundum quòd consueuit fieri.ita ad hoc allego, quod habet in l.prius.§.rectè placuit. ff.de aqua plu.arcen. & in l.excepto. C.loca.& ideo dixit Bartol.in suo consilio 36.incipiente. Commune Lucignani.vbi consuluit, quòd illud videtur actum, quod fieri consueuit. & idem Bartol.in l.vt iusiurandi.§.si liberi.ff.de oper. lib.dixit,quòd si quis accepit emphyteusim pro se & suis liberis,quòd videtur illam accepisse secundum consuetudinem loci, etsi filiæ dotatæ consueuerunt succedere in emphyteusi secundum consuetudinẽ loci,quòd ille videtur accepisse secundum illam cõsuetudinem.& idem Barto.in l.do.prædiorum.C.de agri.& censi.lib.11.in simili idem dicit.Facit, quod voluit Bal.in addi.Spec.in tit.de loca.vbi dicit,quòd si quis accepit emphyteusim ab ecclesia,nec expressit vsque in quàm generationem, quòd intelligitur secundum quòd consueuit ecclesia concedere. Et adduco,quod voluit idem Bald.in l.liberti.C.de op. lib.vbi idem dicit, quòd intelligitur secundum consuetudinem loci.& ideo pulchrè dixit Abb. † quòd si quis citatur, vt compareat coram iudice, nec sibi exprimitur hora,quod intelligitur,qua cõsueuit iudex sedere pro tribunali. Et ideo dixit Bald.in l.quicunque. C. de ser.fugi.quòd illud, quod est consuetudinarium, non est arbitrarium. & quod habetur in capit.quòd dilecto.de consang.& affi. Bald.in l.fi. C.de fideicom.& quod voluit Andr.de Isernia in c. 1.in titu.in qui.cau.feud.amit.vbi dicit,quis accepit feudum pro se simpliciter, quòd intelligitur pro filijs suis masculis:quia ita consueuit concedi. Et adduco,quod voluit D. Pet.de Anc.consilio 413.quòd intelligitur secundum consuetudinem loci.& idem consuluit Ioan. de Imo.in c.potuit.de loca.in finalibus.suis verbis.& facit,quod habetur in c.translationem.de offi.legat. Ex istis elicitur vera indubitata cõclusio,quòd huiusmodi locatio,seu venditio facta illi publicano, intelligitur facta secundum consuetudinem seruatam Hesino.Et adduco illud,quod egregiè dixit Bal.in l.1.C.si ob publi.pensi. vbi dixit† quidam rex dedit mandatum cuidam exactori per hæc verba, compellas omnes debitores fiscales soluere cum coarctatione, de qua tibi videbitur expedire, vtrum iste exactor teneatur seruare consuetudinẽ, puta consuetudo est in illo loco, quòd debitor non carceretur pro tali debito, vtrum mandatum d.Regis intelligatur, salua dicta consuetudine : decidit q̃ sic,ad hoc allegat.l.missi opinatores.C.de exacto.tribu.libro 10.referens ita dicere Andr.de Barb.ibi, de quo dicto fecit festum Ludo.Roma.in consilio 111. Modo ponderet do.iudicãs, si mandatum Regis nõ derogat consuetudini in causis proprijs,ergo multo fortius commune Hesij non videtur derogare consuetudini loci,contrahendo cum publicano, maximè considerata conditione publicanorum,qui sunt pessimum & nequam hominum genus, vt habetur in l.quantæ.ff.de publica.& perfidi Iudæi detestabãtur humilem Iesum Christum dicendo, quare magister vester mãducat & bibit cum publicanis? ergo sequitur,quod huiusmodi vẽditio, vel locatio facta dicto publicano intelligitur facta salua consuetudine Hesina, quę si seruat in loco,quod comitatẽses, &

& ciues Hesini possint immittere sua aīalia, quolibet tpe ad dicta pascua, communis Hesij, ergo &c. nec verisimile, quòd commune Hesij contrahendo voluerit præiudicare iuri suorum ciuium & comitatensium, portantium onera publica dictæ ciuitatis, arg. l. secundæ. §. meritò. & §. si quis a principe. ff. ne quid in loco publico. c. super eo. de officio deleg. cū
6 simi. ¶ Et præmitto etiam † quòd vbicunque vnum statutum loquitur generaliter, & aliud statutum, vel consuetudo loquitur specialiter, quòd tunc vnum speciale derogat illi generali. & ad hoc adduco, qđ voluit do. Pet. de Anch. in cap. statutum. §. cum autem. de rescript. lib. 6. vbi refert se consuluisse in facti contingentia apud Triuisium: statuto cauebatur, ꝙ forensis nō possit acquirere bona immobilia in territorio Triuisino. Alio statuto cauebatur, quòd vir lucretur dotem mortua vxore in matrimonio, modò quidam forensis contraxit matrimonium cum quadam Triuisina apud Triuisium, quæ eidem viro dedit dotem in bonis immobilibus, & mortua est in matrimonio superstite viro, fuit dubitatum, vtrum vir ille lucraretur dotem consistentem in rebus immobilibus, & dicebatur quòd non, ex prohibitione statuti generaliter prohibentis, refert se consuluisse contrarium vigore alterius statuti: quia speciale derogat generi. cap. 1. de rescript. l. sanctio legum. ff. de pœn. c. generi per speciem. de reg. iuris. libro sexto. Ita in terminis dicamus in casu nostro, cum statutum illud loquatur permissiuè, quòd ciues & comitatenses possint cōmittere sua animalia ad dicta pascua, & consuetudo disponat specialius, quòd possint immittere sua animalia tempore venditionis dictorū pascuorum, & etiam durante dicta venditione, sequitur, quòd seruabitur dicta consuetudo ita in specie disponens. Et multo fortius in casu nostro, quo statutum istud loquitur permissiuè, & in casu D. Pe. statutum loquatur prohibitiuè, & ideo consuetudo inducit specialius vniculum in casu nostro: vt voluit text. elegans in d. c. 2. de præben. lib. 6. in versi. specialis consuetudo. & etiam refert se consuluisse. idē domi. Pet. in repetitio. c. canonum statuta. de consti. vbi plenius & copiosius allegat pro sua decisione. allegat, quod voluit Ioan. Andre. in addi. Specu. in tit. Et adduco, quod voluit Bald. in c. 1. de rescrip. vbi dixit, datum est ex forma statuti generale arbitrium in omnibus delictis, tam in procedendo, quàm in definiendo, reperitur tamen quoddam statutum apponens pœnam mortis pro homicidio. decidit ibi Bal. istud statutum speciale in homicidio derogat illi alteri statuto generali, ar. l. sanctio legum. ff. de pœ. Et facit quod voluit idem Bal. in l. maximum vitiū. C. de liber. præter. vbi refert se consuluisse in facto in simili quæstione. & adduco, qđ voluit Guli. de Cun. in l. sed & posteriores. ff. de legi. quem ad plenum refert & sequit̄ Bart. ibi, & adduco, qđ voluit Io. An. referens antiquos in addi. Spe. in tit. de execu. sen. §. postremò. & quod voluit idem Io. And. in addi. Spe. in tit. de sent. prola. §. vt aūt. vbi ponit similem q̄onem. Et adduco, quod voluit Bar. in suo ꝯsi. inci. do. Cyno de Castro sancti Petri. & refert d. Pe. de Anc. in repetitio. d. c. canonū statuta. in 6. q. principali. Et adduco, quod voluit Bal. in l. 1. C. nō lice. in vna eademq; cā tertiò prouoca. & quod voluit Ang. in l. sed si. l. §. proinde. ff. de petit. hære. & quod voluit Bart. in suo consi. 82. & do. Abb. in suo consi. 104. & Io. de Imo. in ꝯsi. 138. in quibus locis ꝯsuluerūt præfati doctor. qñ sunt duo statuta, & vnū loqtur gn̄aliter, & aliud loqtur specialiter, ꝙ illo casu particulare statutū derogat gn̄ali. Modò in proposito nr̄o ista decidunt hanc ꝯsultarionem: cum statutum loquit̄ gn̄aliter permittens, ꝙ ciues & comitatenses possint & valeant immittere sua animalia in pascua Hesina, seu cōis Hesij, & consuetudo disponat, ꝙ possint immittere sua aīalia in pascua Hesina tpe, quo celebratur vēditio, vel locatio pascuorum, & post celebratā vēditionē, sequitur, ꝙ seruabit̄ hmōi cōsuetudo, quæ venit ad speciē, quo casu species derogat generi, vt est dictū: ergo sequitur, ꝙ post celebratā venditionem, vel locationē dictorum pascuorū, potuerunt ciues & comitatenses Hesini immittere sua aīalia pascenda in
7 dictis pascuis Hesinis. ¶ Præmitto etiam † ꝙ dolus non præsumitur, & qui allegat dolū illum probare tenet, vt l. quoties. §. qui dolo. ff. de ꝓba. q̄libet enim præsumit̄ bonus, vt l. meritò. ff. pro socio. l. omnimodo. C. de inoffi. testa. & ideo sapienter dixit Inn. in c. dudum. de elec. ꝙ si accusatur episcopus de symonia, & probatur ꝙ alienabat ecclesiastica sub annuo censu, ꝙ nō est probata symonia; q̄a capit̄ sensus, ꝙ alienabat ecclesiastica temporalia, vt excludatur delictū: & idē ibi dicit, si probatur ep̄m esse iracundū, ꝙ præsumitur in bonam partē, vt irascatur ꝯ facinorosos. iuxta illud. Irascimini & nolite peccare. & adduco, quod voluit gl. in c. clerici. 81. dist. quæ dicit, ꝙ si duo clerici testificantur, me deliquisse hic, & duo laici dicunt ꝯrium, ꝙ præferūntur laici vt non deliquerit, & sic capitur via, vt nō deliquerit, & pulchrè dixit Bar. in l. non solùm. §. sed vt probari. ff. de oper. noui nunt. in simili. & adduco gl. valde sing. in c. super literis. de rescrip. quæ dicit, ꝙ intantum non præsumitur dolus, ꝙ impetrans rescriptū per surreptionem præsumitur per simplicitatem surrepisse, & nō per dolum: & sic non præsumitur dolus, imo excluditur: quia extat elegans præsumptio, vt quis præsumatur bonus: vt cap. 1. de scrutinio. iuxta illud, vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. & sic apparet ex istis, ꝙ licet isti ciues & comitatenses Hesini emerint, vel acquisiuerint animalia post ꝯctum venditionis factæ dicto publicano, de dictis pascuis, non præsumitur, ꝙ dolosè fecerint, vt afferrent præiudicium dicto publicano: sed illud fecerunt, vt vterentur iure suo, & eis permisso, tā ex dispositione iuris municipalis, q̄ ꝯsuetudinis, & q iure suo vtit̄ nemini facit iniuriā: vt in ca. cū ecclesia Vulterana. de ele. & sic nō pōt ille publicanꝰ allegare dolū ꝯ dictos ciues, & comitatēses. Mō dr̄ in dicto statuto, ꝙ ciues Hesini & comitatēses possint & valeant q̄cunq; aīalia immittere seu tenere in dictis pascuis cōis Hesij sine aliqua solone. Itē dr̄ in capitulis, ꝙ eo casu, quo in capitulis sit aľr exp̄ssum, teneat̄ emptor pascuorū seruare statuta, & cōsuetudines Hesij: & sic apparet ad oculū, ꝙ seruare dēt emptor statuta & ꝯsuetudinē. Modò, aut loq̄mur ex dispositiōe ꝯsuetudinis, & tūc res est clara ī fauorē ciuiū & comitatēsiū, aut loq̄mur ex dispositione statuti, & tūc dico eodē mō: ꝙ illa verba, q̄cunq; eorū aīalia, cōprehēdūt aīalia futura. & ad hoc adduco. c. q̄a circa. de priuil. vbi ꝓbat̄ formaľr ista ꝯsultatio, ibi, fuit indultum priuilegiū, vt nō soluāt decimas de terris suis, ꝙ non solū illud priuilegiū cōprehendit terras, quas tūc tenebāt, sed quas in futurū habebūt: ergo sequit̄, ꝙ fortius idē erit in statuto; q̄a de esse legis, aut statuti est dare operam futuris negotijs: vt l. leges. C. de legi. c. fin. de consti. l. cum lex. ff. de legi. Cū ergo istud statutum loquatur generaliter, ꝙ quæcunq; eorum animalia possint tenere in dictis pascuis, ergo veniunt præsentia & futura. vnde indefinita æquipollet vniuersali. l. si pluribus. ff. de legat. 2. l. Iulianus. ff. de lega. 3. c. solitæ. de maiori. & obed. 19. dist. c. si Romanorum. Itē istud statutum loquitur vniuersaliter, quæcunq; animalia, & qui omne dicit nihil excludit. l. a ꝓcuratore. C. mand. vnde cum vniuersaliter loquatur, seq̄t, ꝙ cōprehendit animalia præsentia, & futura: & sic non

nõ poteſt iſte publicanus dicere ſe deceptum: quia in capitulis venditionis fuit expreſsè dictum, quòd
8 ſtaretur ſtatuto & conſuetudini Heſinis:† vnde ſtatuti & conſuetudinis, quia in loco ſunt notoria, nõ poteſt quis prætendere ignorantiam, capi. propoſuiſti. 82. diſt. c. quod dictis. 16. diſt. c. 1. de poſtu. præla. c. cũ in tuã. qui ma. accu. poſſ. gl. in cognoſcentes. de conſti. gloſ. in l. ſi tutor. C. de peric. tuto. tum etiam quia debuit inueſtigare & notitiam habere de ſtatutis & conſuetudinibus municipij, & ex quo ad illa expreſſe ſe retulit, habet pro inueſtigante, vt eſt caſus in c. innotuit. de elec. & facit, quod habetur in l. qui cum alio contrahit. de reg. iuris. vnde debuit inueſtigare ſtatuta & conſuetudinem loci, maximè referendo ſe ad illa. ¶ Et ex hoc tollitur illud, quod poſſet opponi, ſi forte iſte publicanus ſit alienigena, vel ſit nouus ciuis, qui excuſatur, ſi ignoret iura & conſuetudines municipij. iuxta illud, quod præclarè ſcripſit Virgil. in 1. Eneidos. Ignari hominumque locorum. & quod habetur in l. 3. §. ſi plures. in verſi. tyronibus parcendum eſt. & in l. qui cum vno. §. fin. in verſiculo, tironi ignoranti parcendum eſt, in l. qui commeatus. §. fina. ff. de re milit. & voluit gloſ. in capi. 1. aliàs ſecundo. de conſtitu. libro ſexto. & voluit Barto. in l. cunctos populos. C. de ſumma trinitate, & fide
9 catho. in quibus locis habetur,† quòd excuſatur, ſi ſtatuta & conſuetudines loci alienigena ignorauit; quæ in caſu noſtro non obſtant, ex eo; quia iſte emptor retulit ſe expreſsè ad ſtatuta & conſuetudines loci, ergo præſumptio eſt, quod de eis notitiã habuerit, vel habere debuerit, argumen. l. quòd te. ff. ſi certum
10 petatur. ideo tex. in d. c. innotuit. de elec. dicit† quòd ſi epiſcopus confert beneficium indigno, priuatur ꝓ illa vice poteſtate conferendi, & ſi ſe excuſet dicendo, ſe ignoraſſe indignitatem illius, non admittitur talis excuſatio: quia debuit inquirere conditionem illius: ergo habetur pro ſciente. Ita in propoſito noſtro, vel præſumitur ſciuiſſe ſtatuta & conſuetudines, vel habetur pro ſciente, & ſibi imputet; quia qui cum alio contrahit, eius conditionem ſcire debet: vt d. l. qui cum alio. & per conſequens non poteſt allegare dolum aliquem iſte publicanus, argumen. c. ſcienti. de regulis iuris. libro ſexto. & l. cum donationis. C. de tranſact. & l. quiſquis. C. de reſcind. vendit. & l. quæritur. §. venditor. ff. ędil. edic. & ſic aperto ore apparet, quòd non poteſt allegare ignorantiam, nec deceptionem aliquam: quia ſciuit, vel ſcire debuit illos poſſe tenere quęcunque animalia eorum in dictis paſcuis, vt in dicto ſtatuto dicitur, & quocunq; tempore poſſe immittere, & tenere ſua animalia in dictis paſcuis vigore dictæ conſuetudinis, & quia dictis ſtatuto & conſuetudini expreſsè ſe ſubiecit. Præterea adduco deciſionem in indiuiduo pro hac dubitatione datam a Bartol. in conſilio 39. incipient. Commune Spoleti conceſſit quibuſdam hominibus franchiſiam pro eorũ rebus, iuribus, & poſſeſſionibus, fuit dubitatum, vtrum dicta franchiſia intelligatur de illis bonis, rebus, & poſſeſſionibus, quas habebant tempore illius conceſſionis, an extendatur ad bona, & res, & poſſeſſiones futuras: & in vltimo dubio illius conſilij Barto. conſuluit, quòd comprehendit futura, & allegat ad hoc. l. ſi peculium. ff. de legatis 1. & l. denique. ff. de pecu. leg. allegat. dicto capitulo, quia circa. Cum ergo in caſu noſtro dicatur vniuerſaliter, quòd quæcunque animalia poſſint ibi tenere, ſequitur, quòd intelligitur vniuerſaliter de præſentibus, quæ habent tempore celebratæ venditionis, & poſtea: & ſic Bart. in terminis conſuluit pro hac parte. Vnde non videtur eſſe aliqua dubitatio, eoque magis cum conſuetudo ita ſe habeat, ad quam conſuetudinem expreſsè contrahentes ſe retulerunt: & per conſequens non tenetur dicto emptori paſcuorum ſoluere aliquid, cum ſine aliqua ſolutione paſcuorum poſſint tenere quæcunque eorum animalia in dictis paſcuis. Vlterius adduco elegantem text. cum doctrina Bald. in titul. de pace Conſtantiæ. in verſic. ſicut ab antiquo. in princip. & ibi Bald. colligit ex illo text. argumen. quòd antiquę conſuetudines ſunt ſeruãdę. vnde dicit lex, ne quid contra longam conſuetudinem fiat ad ſolicitudinem ſuam reuocabit præſes. l. prima. C. quæ ſit longa conſuetu. & ſubdit ibi Bald. ad propoſitum noſtrum, ibi eſſe text. expreſſum, quòd in paſcuis, pontibus, aquis, molendinis, & ipſis commoditatibus aquarum ſtandum eſt conſuetudini, & antiquitati. ita ibi dicit formaliter Bal. Cum ergo in caſu noſtro ſit conſuetudo Heſina, vt ciues & comitatenſes teneant ſua animalia, & immittant in paſcuis communis, tam tempore vẽditionis paſcuorum, quàm poſt venditionem ſine ſolutione aliqua, ergo ſequitur quòd debemus ſeruare illam conſuetudinem. Ego neſcio videre meliorem deciſionem pro hac q. quam iſtam quam adduxit Bal. quia ſi in paſcuis ſeruatur conſuetudo, ergo ita ſeruatur in caſu noſtro, cum ſimus in paſcuis. facit ad hoc capitulo primo, in verſic. conſueuiſtis, vt lite penden. capitulo, ad audientiam. in verſicu. conſueuit. de præſcrip. capitulo dilectus. de offic. ordin. in verſicu. ſicut ab antiquo, ergo ſeruabitur iſta conſuetudo. ¶ Et ſi quiſpiam opponat, quando per locatorem ſtetit, quominus conductor poſſit vti re locata, tunc conductor non tenetur ſoluere penſionẽ: l. ſi merces. §. 1. ff. loca. cũ ſimi. Sed in caſu iſto ſtat per locatorem: vt iſte cõductor non poſſit vti re conducta, ergo ſequitur, quòd tenebitur locator ad intereſſe. Ad hoc reſpondeo, quòd non tenetur aliquo modo locator huic cõductori; quia potuit conductor ſcire, & ſciuit conſuetudinẽ loci, & ſtatuta loci, ergo ſibi imputet, vnde multum egregiè dicebat Bald. in titu. de pace Conſt. in §. vaſalli qui tempore. quòd tempore Cyn. fuit in facto quæſtio. Quidam conduxerant a communi Piſtorij certas poſſeſſiones per certum tempus, exactor pro communi petit penſionem, conductores dicunt ſe non teneri: quia non potuerunt colligere fructus propter incurſus hoſtium, qui morantur in caſtro ſancti Lucæ: decidit ibi Bald. quòd ſi ante guerram
11 † imminebat ille incurſus hoſtium, tunc imputandũ eſt illis; quia ſciuerunt conditionem & ſtatum rei, vnde non excuſantur a penſione, argu. l. qui bona. §. vlt. ff. loca. Ita diſtinxit Cyn. vt ibi refert Bal. & facit, quod voluit idem Bald. in l. licet. C. loca. & in l. ſi ea lege. de vſur. Lud. Rom. in l. cotem. §. qui maximos. ff. de publica. Cum ergo in caſu noſtro iſte conductor ſciuerit, vel ſcire præſumebatur, quando conduxit dicta paſcua, conſuetudinem & ſtatuta loci, quinimo obſeruauit in contractu obſeruationem ſtatuti & conſuetudinis, ergo ſciuit & ſcire præſumitur illam indulgentiam conceſſam ciuibus & comitatenſibus tenendi animalia quæcunq; &c. ergo non poteſt ſe eximere ab integra ſolutione penſionis, quã promiſit ſoluere dicto communi locanti, ſeu vendẽti, ſcienti enim & volenti non infertur dolus. capit. ſcienti. de reg. iur. libro 6. ¶ Et ſi quiſpiam opponat, quòd de eſſe legis vel ſtatuti eſt, vt honeſta & rationabilis ſit. vt 4. diſt. §. erit autem lex. & l. quod non ratione. ff. de legi. & etiam de eſſe conſuetudinis eſt, vt ſit rationabilis: vt cap. ad apoſtolicam. de ſimo. facit. cap. 1. de conſti. libro 6. in verſic. rationabilia. ſed huiuſmodi ſtatutũ aut conſuetudo non ſunt rationabilia; quia videntur præiudicare dicto conductori, & videtur parare viam malignandi aduerſus ipſum conductorem, quòd eſſe non debet. l. ꝓuenire. ff. de pac. dotá.

dota.l.siue hæreditaria. & ff.de nego.gest.ergo non tenent. Ad hoc respondeo, ñegãdo istud assumptũ: quia imo sunt rationabilia, ex eo quia ideo emanarunt ad commodum suorum ciuium & suorum comitatensium, qui supportant onera municipij: dignum est enim, vt eos sequantur lucra, vt superius dictum fuit in præsuppositis: ideo si grauãtur in vno, debent releuari in reliquo: vt l.eum qui.ff. de iureiuran.& sic optima & æquissima ratione sunt fundata dicta statuta,& cõsuetudo, vt possint tenere sua animalia ciues & comitatenses in pascuis Communis, cum subeant onera, & per consequens non est verũ dicere, quòd sunt minus rationabilia, nam finis iuris ciuilis,& sic iuris statutorũ,est diligere suos subditos ad bonum commune: vt dixit gl.quæ reputatur singu.in capit.cum contingat. de foro competent. iuxta illud Lucani in secundo, in commune bonum &c.Cum ergo istud statutum concernat publicum bonum suorum ciuium, & subditorum, sequitur, quòd dicitur rationabile: & etiam consuetudo
11 †dicitur rationabilis, quæ attingit finem illius iuris ciuilis:& illa consuetudo dicitur irrationabilis de iure canonico, quæ attingit finem iuris canonici. Ita pulchrè dixit do. Ant.in c.1.de consue.sed finis iuris ciuilis est dirigere subditos ad bonum publicũ,& finis iuris canonici,est dirigere animas ad ipsum deũ: vt dixit gloss. in dicto capit.cum contingat. & istud statutum & ista consuetudo tendunt ad bonũ commune subditorũ,ergo sunt rationabilia. ¶Nec obstat,cum dicitur, quòd poterunt malignari dicti ciues & comitatenses; quia ista facultas tenendi animalia sua eis non est concessa ad malignãdum, sed ad beneficium:& sic vtuntur beneficio eis indulto a suo communi,ideo qui vtitur iure suo,nemini facit iniuriam; vt est dictum.Item istud sciuit,vel scire debuit emptor, qui consensit, vt seruaretur statutũ & consuetudo,vt est superius dictum.¶Nec obstat,qđ habetur in d.l.si ita.ff.de auro & argento lega. & qđ ibi voluit Bart. quia satis egregiè responsum est per dominum consulentem:& etiam quia Bart.consuluit pro nobis,vt superius in præall.consilio.Est equidem huiusmodi indultum beneficium quoddam, quod intelligitur concedi pleno iure, vt in authentico,constitu.quæ de dignit.§ illud. facit.l.beneficiũ. ff.de constit.princip.capi.cum dilecti.de donat.cum simi.Et ex prædictis elicitur conclusio vera, quòd ciues & comitatenses Hesini possunt tenere sua animalia quæcunque in dictis pascuis sine aliqua solutione, antè & post celebratam venditionem dictorũ pascorum.Nec poterit opponere dictus publicanus emptor suspicionem fraudis, cum iure eis permisso vtantur. Et ita concludo.

EPITOME.

¶Exterus contrahens in aliena ciuitate non potest nisi in loco domicilii conueniri,etsi fori priuilegio renuntiauerit: minusque potest excommunicari,aut multari, missionemue in bonorum possessionem pati ex decreto iudicis incompetentis.

SVMMARIVM.

Aduena conueniri non potest in loco contractus. nu.1.nisi specialiter renuntiet.nu.13.

Renuntians priuilegio fori sortitur forum in loco contractus. nu.4.id olim tenuit,secus hodie.nu.8.

Notarij ex stylo apposita verba nullius momenti sunt. numero 5.

Cap.Romana.§.contrahentes.de foro competen.explicat.numero 9.

Clericum esse tempore contractus, & postea, antequam in ius quis ex eo vocetur,clericum fieri,paria sunt.nu.12.

CONSILIVM LII.

EX facti serie mihi videtur dicendum, quòd iste donator non possit cõueniri a fratribus suis donatarijs hic Bononiæ p̃supposito, vt in facto accidit, quòd iste donator transeundo per istam ciuitatem nullum habens hic Bononiæ domicilium, fecit præfatam donationem de rebus immobilibus & mobilibus positis in ciuitate Brixiæ, & in Guardia,& omnes tam donator,quam donatarij sunt ci-
1 ues & habitatores Brixiæ: †licet enim quis possit cõueniri in loco contractus: vt l.hæres absens. ff.de iudi.c.fi.de foro compet.c.Romana. de foro compet. libro 6.tamen quando esset in transitu, & vt viator contrahit,non potest ibi conueniri, text. est formalis in l.hæres absens.§.si quis tutelam. in versic.quædam comparauit aduena.in versic.proinde.Et ibi dicit Barto.quandoque quis contrahit in loco domicilij,& non est dubium,quòd ibi possit cõueniri, sic potest intelligi principium illius .l.aut contrahit in alio loco,& tunc aut erat inde statim recessurus, & non potest ibi conueniri, & prædicta vera, quando contrahens sciebat eum de proximo recessurum: secus si ignorabat,vt ibi in glo.si autem dubitatur, an sciuerit, an ignorauerit, recurritur ad coniecturas; quia aut habebat ibi tabernam,vel per gulã,vel officinam, & præsumitur, quòd inde non erat recessurus,sed si tabernam ibi non habebat, sed ibi erat tãquam aduena,& tunc secus. Et hoc colligitur euidẽter ex illo text. Et accedat, quod singulariter voluit Bartolus,licet dubitet; tamen in hanc partem inclinat,in l.filios.C.de municip.& origin.libro decimo,
2 vbi dicit†quòd licet quis dicatur originarius loci,in quo est natus,tamen istud temperat, nisi transeũdo ad alium locum nasceretur in loco transitus; quia tunc locus transitus non diceretur esse sua origo. & illud dictum Bartoli refert & sequitur tanquam verum dominus meus Abb.in c.Rodulphus. de rescriptis.vbi quærit,aliquis est natus ex parentibus transeuntibus per aliquem locum,decidit, quòd nõ efficitur ciuis illius loci. & dicit fuisse singulare dictum Barto.in dicta l.filios.allegat, quod habetur in dicto capit.Romana.cum sua gloss.& quod habetur in dicta l.hæres absens.§.si quis tutelam.versic.deinceps. & quod habetur in l.quæsitum.ff.de legatis 3.Ita dicamus in proposito, licet iste donator fecerit instrumentum donationis hic Bononiæ transeũdo, de bonis quæ habet in ciuitate Brixiæ, & in comitatu; tamen non potest conueniri hic Bononiæ, propter cõtractum dona. facit, quod voluit gl.in d.l.hæres.§.si quis tutelam.vers.proinde.& ibi Angelus colligit,ꝙ viator & aduena nullo modo possunt conueniri in loco ꝯtractus,ponit exemplum in mercatore Perusino veniente Venetias ad emendum mercantias,secus dicit in viatore emente roncinum a venditore credente sibi solui incontinenti. vt voluit ibi Bar.Facit simile,quod voluit ibi Bal.in auth.habita. C.ne fi-
3 lius pro pa.vbi dicit†ꝙ licet quis nõ possit ingredi in ciuitatem, aut portum, & transeundo propter vim ventorum impellitur ad ingrediẽdum portum, aut ciuitatem,ꝙ non punitur.& ad hoc allegat,quod hr̃ in l.Cesar.ff.de publica.& idem voluit Bart. in l.1.C. de nauf.lib.11.& facit gl.in l.si quidem.C.de ædi.publi.vel priua.Ita dicamus in ꝓposito nostro. & facit simile,quod dicimus,ꝙ res præsumitur esse in loco, ad quem destinatur.vt l.ex facto.la grande.ver.rerũ. ff.de hæred.instit.& cle.ne Romani.de elec. Cum ergo iste donator esset ciuis Brixiensis,& petens Brixiã transiuit per hãc ciuitatẽ Bononię, licet donauerit; vt in instr̃o donationis ꝯtinet;tñ illa bona erant sita

Brixiæ,

Brixiæ, & iturus Brixiam, ergo sequitur, quòd perinde debet iudicari, acsi Brixiæ fecisset istud instrumentum donationis, & per consequens Brixiæ est conueniendus, & non Bononiæ in loco transitus. ¶ Et si quispiam opponat de eo, quod voluit Baldus in cōmento rubricæ. C. de reuo. his quæ in frau. credi. vers. sed vlterius quæritur incidenter: contraxi cum aduena, & scire debui illum recessurum, vtrum recedētem capere passum, & refert Bart. dicere quòd non; quia nihil noui immutatum est, vt l. si creditorem. ff. de priuileg. credit. & ex prouiso incidi in periculum, non ex improuiso: item personam eius approbauit, & ideo nisi ex noua causa reprobare non possum. ff. qui satisdare cogantur. l. arbitrio. Sed Bald. ibi dicit, ꝙ imo non debui credere eum inde recessurum, antequam mihi satisfaceret, nisi esset habita fides de soluēdo in domicilio ipsius debitoris, & hoc ne detur materia aufugiendi cum re aliena. ff. de iudic. l. si legationis. non enim videtur creditor cogitasse de fuga cum re sua; quia id, quod sapit delictum, nunquam includitur in genere permissorum. Item cum versetur turpitudo ex parte solius debitoris, non videtur hoc concessum, & solus recessus nō est turpis. Sed recedere cum pecunia bene est quid turpe, & non conuenit bono viro. facit, quod not. in l. 1. C. vt nemo inuitus, non enim debet quis furtiuè recedere. ita formaliter dicit Baldus ibi. Sed re vera istud non obstat casui nostro; ex eo quia Bald. loquitur in casu diuerso; quia iste donator nō accepit pecuniā, nec bona ab istis donatarijs, ideo ex quo vt trāsiens & viator contraxit hic Bononiæ, faciendo illam donationem, ergo non potest hic Bononiæ conueniri. ¶ Et si quispiam opponat, quòd dictus donator renuntiauit priuilegio fori; vt apparet in dicto instrumento donationis, in quo dicitur, renuntiauit priuilegio fori, quo casu glo. in l. 1. ff. si quis in ius vocatus non ier. dicit; quòd ratione contractus quis potest conueniri, si ibi inueniatur, non tamen habet locum remissio. vt in capitulo Romana. §. contrahentes. de foro compe. lib. 6. sed si fiat renuntiatio priuilegij fori, hæc renuntiatio prodest: quia habebit locum remissio. ita ibi dixit gl. quæ secundùm Bar. est

4 multùm notanda. & sic sentit illa gloss. † quòd si qs renuntiat priuilegio fori, quòd sortitur forum in loco contractus, siue inueniatur ibi, siue non, & iudex loci. vbi degit, remittet eum ad locum contractus. Et dicit ibi Bal. quòd potest poni exemplum in forēse, qui fideiussit; quia si renuntiauit priuilegio fori, poterit conueniri, & ad illum locum remitti, si est idoneus ex conueniendi facultate, nec reperitur illa glossa alibi secundùm Baldum ibi, & sic tunc nō potest opponere exceptionem fori incompetentis: ꝙ dicit ibi Baldus facere contra debitores fugitiuos, & mercatores fallitos. Ego verò considero, ꝙ licet in dicto instrō dicatur, renuntiauit priuilegio fori, tn̄ illa

5 sunt verba notarij, quæ † vr̄ apposuisse ex capite suo, & ex quodā stylo suo. ꝙ apparet: quia in cl'a sequenti idem notarius ex capite suo dicit. insuper prefatus Pet. Paulus, licet esset maior 25. annis, falsum est; qa non erat tempore illius contractus maior 25. annis. & illa verba posuit notarius ex sua ceruice, eodem modo apposuit illa verba, renuntiauit priuilegio fori. Et adduco, quod egregiè voluit Bald. in l. quoties. C. de hæredib. instit. vbi dixit, testator legauit fratri suo mille, & ecclesiam instituit in quinq; libris modò hæres vniuersalis repudiauit hæreditatē, quærit, cui accrescat, an ecclesiæ institutæ, an fratri legatario, decidit, ꝙ vr̄ ex mente testantis vocatus frater; ex eo quia legauit sibi mille, vnde vr̄ eundem magis dilexisse, quam dilexerit ecclesiam, cum eam tantum honorauerit in quinq; libris. ¶ Nec obst. ꝙ ecclesiā instituit; quia non debet attendi; quia videtur, ꝙ notarius apposuerit illud verbum instituo, non autē ꝙ testator sibi dixerit. Et adduco Barto. in l. prima. ff. de codicil. vbi dicit, notarij in testamentis apponūt clausulam codicillarem, & testatores nesciunt quid importet illa clausula, quòd nihilominus nihil operatur; quia illa clausula apponitur potius de stylo notariorum, quàm de voluntate testantium, qui ignorant, quid importet illa clausula. & adduco do. Ant. in petitione cap. cum contingat. de iureiur. vbi dicit, notarij in refutationibus, quas faciunt refutātes, apponunt verba pinguia, & ampla, dicendo, quòd non possint venire cōtra illam refutationem ratione læsionis maximæ, enormissimæ &c. quòd talia verba nihil operantur: quia potius videntur apposita ex stylo notariorum, non autem quòd partes ita inconsideratè refutauerint, & eum sequitur Consiculus in repetitione. c. cum cōtingat. Et adduco eūdem D. Ant. in repetitione. c. Quintauallis. de iureiuran. vbi dicit, notarij apponūt clausulas in compromissis, quòd compromittentes dederunt potestatē arbitris lædendi in maiori, & maxima quantitate, & enormissima, quòd per illa verba non videtur data potestas ita lædendi; quia videntur dicta potius sub quadam confidentia, non quòd ita credant. Ita videntur apposita ab ipsis notarijs, non autem quòd ita fuerit dictum a partibus: & sequitur do. Abb. idē & maximè consideret do. iudicans contractus notariorum, & instrumenta inita hac iniquitate tempo-

6 rum, quia dicit gl. in l. ab Anastasio. C. mandati † aduocati omnia mala nouerunt: & licet de notarijs nihil dixerit, tamen nos videmus, quòd peiora faciūt notarij apponendo verba quæ non a partibus dicūtur, vt quotidie docet experiētia: & maximè in casu nostro; quia apparet de mēdacio inserto in d. instrumento, cum dicitur, licet sit maior 25. annis, quod erat falsum tūc temporis: nec dicitur in dicto instrumento, quòd D. Pe. Paulus asseruit se maiorem, quo ergo spiritu notarius ita scripsit, sic ergo ex sua ceruice dixit, quòd ille renuntiauit priuilegio fori. Facit, qđ voluit Inn. in c. fraternitatis. de elec. & Bar. & alij in l. si ex falsis. C. de transact. & sic veritas est, quòd ille donator non renuntiauit priuilegio fori, vt ille notarius asseruit. ¶ Stat modo elegans dubitatio, vtrū illa glos. hodie procedat. Et posset dicere quispiam, quòd opiniō gl. est tantæ auctoritatis, quòd omnes alios antecellit, ita dixit Bald. in l. cum hæreditas. C. deposi. in l. cum non solùm §. necessitate. C. de bo. q. lib. & in l. precibus. C. de impub. & alijs substit. & in l. 1. ff. de vulg. & pupil. in auth. cessante. C. de legi. hære. & in capit. 1. de natura succes. feud. & in l. 2. C. de senten. quæ sine certa quantitate. & in suo consilio refert Cyn. in l. non moriturum. C. de contrahen. stipul. loquētem aduocato, audi idolum tuum. & Bartol. in consilio incipiente, Andriolus, quod est quintum in ordine, & idem voluit Iaco. Butr. in l. 1. C. qui pro sua iurisdictione. Bald. in l. 1. C. de senten. quæ sine cer. quanti. dixit, qui nescit equitare &c. & idem Saly. in l. traditionibus. C. de pactis. & est gl. singula. in l. omnis diffinitio. de regu. iuris. & facit, quod voluit Bal. in c. contingit. de do. & contum. & idem Bal. in c. j. §. iudices. de pace iur. fir. & Bal. in l. j. C. de pœna iudi. q malè iudi. & Cy. voluit in l. j. C. de act. & obl. & Ang. in l. 2. ff. de accus. & Io. de Imo. in c. cum contingat. de iur. iur. allegat dictum Iac. But. in l. 1. C. q pro sua iurisdictio. & quod voluit Ioan. de Imo. in capitulo secundo quod metus causa. & in capitulo pastoralis. de offic. ordina. & Bald. in capitulo primo de gradi. succ. in feud. & quod voluit do. Matthæus de Mathesilanis in tractatu de eligēd. opi. & sic quāta sit gl. auctoritas pleni sunt libri, plenę sūt sapiētū voces,

voces, fama est, vt ita dixerim, notissima Lesbo, cum ergo in casu nostro ita sentiat gl. sequitur, ꝙ iudicando & consulendo sequenda erit opi. glo. Sed ego respondeo & fateor, ꝙ opi. gl. est ampla, maxima, & celebris,
7 sed tamen † præualet consuetudo; quia illud, quod est consuetudinarium, non est arbitrarium, vt dixit Bal. in l. quicunq;. C. de ser. fug. vnde bellissimè dixit Iac. But. in l. j. C. qui pro sua iurisdi. ꝙ non est recedendum a gl. nisi consuetudo seruet contrarium, & sic obseruantia contraria rumpit glo. vt in l. dos a patre profecta. C. sol. mat. & in l. assiduis. C. qui pot. in pigno. habe. & in l. fin. C. de donationibus. Modo in casu nostro si obseruatur contrarium eius, quod voluit gloss. in d. l. 1. sequitur, ꝙ recedemus ab opin. illius gloss. sed ꝙ hodie non procedat, nec seruetur, adduco Ang. in d. l. j. vbi primo colligit Ange. ex illa glo. ꝙ aduena non potest conueniri in loco contractus, nec sortiri ibi forum, Ang. ibi dicit hodie est factus casus in dicto c. Romana. in prin. de foro comp. vbi nullo tempore conueniri potest. & voluit ibi Io. And. fallit, si promisisset ibi soluere, & subdit ibi Angel. ibi fore glo. sing. & non alibi, ꝙ si renuntiauit priuilegio fori, tunc si in alio loco moratur, rescribi poterit iudici illius loci, vt eum capiat, & captum trãsmittat ad iudicem loci contractus. Tu cõclude & dicas, inquit, ibi Ang. ꝙ qui non sortitur forum altera
8 ratione † nisi contractus, ꝙ nullo modo poterit conueniri ibi, etiam si ibidem inueniatur, etiam quoad hoc, vt pati possit immissionem in possessionem, nõ poterit conueniri, & hoc fuit de mente gl. in l. hęres absens. ff. de iudic. & de hoc hodie factus est casus in d. c. Romana. §. contrahentes. vnde non est hodie q̃stio, an possit multari; quia non potest, sed an possit excommunicari vel interdici; quia similiter non potest. nam nulla citatio facta de eo quantuncunq; latitante constituit eum in vera cõtumacia, & ad hoc allegat. d. c. Romana. §. contrahentes. & allegat Ioã. And. tenere hanc partem ibi, sed fictè contumax nõ multatur: vt l. vnica. §. hoc iudicium. in glo. ff. si quis ius dicenti non obtempe. & dicit ibi Ang. indistinctè esse tenendum. ꝙ missio in possessionem ꝯ talẽ non habet locum, siue agatur actione reali, siue agatur actione personali, & casum dicit esse in d. §. ꝯhentes. & ita ibi residet Ang. & eum sequitur ibi præstãs doctor do. Floria. de sancto Petro doctor Bononiensis. Et sic apparet ex hoc, ꝙ licet gl. in d. l. j. dicat, ꝙ hẽt locum remissio, qñ ꝯhens renuntiauit priuilegio fori; tamen quando illa glos. dixit istud, adhuc non emanauerat dispositio d. c. Romana. §. contrahentes. vnde posset adduci illud oratorium, fuit ista quõdã in hac repu. virtus: vnde sequenda est dispositio noua. d. §. contrahẽtes, & sic illa gl. non dicit contra dispositionem illius. §. sed loquitur secundùm sua tempora, quibus erat dubitatio, vtrum esset locus remissioni, quãdo quis se obligat per contractum. & gl. ibi dicit, ꝙ erat locus remissioni renuntiando fori priuilegio. Sed hodie est secus ex noua dispositione. Et licet Bar. & Bal. sequantur illam gl. tamen illam sequunt̃ secũdùm illa tempora, quibus dicta gl. loquitur, vnde nullam habuerunt considerationem ad d. §. ꝯtrahentes. ꝙ apparet: q̃a de illo. §. non faciunt mentionem. & sic videtur sentire, ꝙ hodie stemus dispositioni. d. §. contrahentes. Et si quispiam dixerit, ꝙ do. Pe. de Anch. in d. §. contrahentes, commemorat gl. d. l. j. & dicit per illam limitari. d. §. contrahentes. ꝙ si ꝯhens renũtiat priuilegio fori, poterit remitti. Ad hoc
9 respondeo † & primò pondero tex. d. §. cõtrahentes. qui recto iudicio imponit necessitatem iudici, vt nõ trahatur quis inuitus ad locum, in quo ꝯxit, si ibi nõ inueniatur, dicit enim ibi tex. ꝯhẽtes verò aliarũ diocesium super contractibus in Rhemensi diocesi initis, nisi inueniantur ibidem, trahere coram se inuitos non debent, licet in bonorum possessionẽ, q̃ ibi habent &c. vnde põdero illa duo verba; primum est, inuitos trahere non debent: secundũ est, super ꝯtibus. Capio primum, nam regula est, ꝙ vbi negatiua præponitur verbo potest, inducit necessitatem præcisam, ita decidit gl. in cle. dispendiosam. de iudi. & gl. in c. j. de reg. iur. li. 6. & glo. in cle. eum quẽ. de concess. ꝓb. ita decidit Bar. post alios in l. Gallus. in prin. ff. d̃ lib. & posth. probatur in l. nemo potest. ff. de le. j. & in c. non potest. de re iudi. voluit Pe. de Anch. in c. sciscitatus es. de rescript. Et idem dicitur, quando negatiua præfertur verbo non debet, ita probatur in c. testimonium. in vers. nõ debet. de testi. ita colligit ex illo tex. D. Card. in repetitione. d. c. testimonium. vbi dat illã regulam, ꝙ negatiua præposita verbo potest inducit pręcisam necessitatẽ. Idem dicitur in verbo debet, & ad hoc allegat illum tex. & c. nõ dẽt. de testi. Modò in d. §. contrahentes. dictio negatiua pręfert̃ verbo debet, ergo inducit necessitatem iudici, vt nõ trahat illum contrahentem inuitum ad diocesim, seu ad locum vbi ꝯtraxit. Cum ergo sit coactus præcisè non trahere, ergo siue renuntiauerit priuilegio fori, siue non, iudex non debet illũ trahere. q̃a ex ꝑcisa necessitate prohibet̃ a iure, ne trahat inuitũ, & sic ex isto capite glo. d. l. j. non militat hodie. Et plus põdero, q̃a tex. ille loquitur, quando quis non contraxit in loco vt forensis; q̃a contraxit habẽs bona in loco contractus, vt apparet, dum dicit in bonorũ poss. quæ ibi habet, & tamen nõ permittit in casu illo remitti, ergo multofortius nõ permittit remitti eo casu, quo contraxit vt viator, nõ habens bona in loco contractus. Et est diligenter ponderandum, ꝙ D. Pe. limitat d. §. contrahentes. ex dicto illius gl. & sic sentit gl. illam velle, ꝙ tunc est locus remissioni rẽnũtiãdo priuilegio fori, quãdo in loco cõtractus habebat aliqua: vt loquitur. d. §. cõtrahentes. ergo si nulla bona habebat in loco ꝯtus, sequitur, ꝙ non loquitur illa gl. & habet rationẽ in se; q̃a videtur quodammodo delinquere habendo bona in loco contractus & recedẽdo; videtur enim quodammodo delinquere: ideo non est admiratione dignum, si renũtiando priuilegio fori possit remitti ad locum ꝯtus, ex quo ibi habet bona, sed nos loquimur, vbi quis contraxit vt viator, & transiens, & donauit in loco contractus bona quæ habebat Brixiæ, & omnes sunt fratres Brixiẽses ciues. Ego longè miror, ꝙ do. Vicarius Bononiæ non remittat eos ad domicilium habitationis: & miror, ꝙ reueren. D. Gubernator cõmittat istã cãm do. Vicario Bononiæ. cum isti sint Brixienses, & extra ꝓuinciam suæ delegationis. Et pondero † ꝙ sicut non 10
possunt partes cõsentire, vt actus valeat eo casu, quo imponitur eis necessitas præcisa per verbum nõ potest: vt est gl. sing. in l. a diuo Pio. ff. de ritu nup. de qua facit festum Bal. in c. j. qui success. tene. & in l. non dubium. C. de legi. & in c. lator. de re iudi. & docto. in c. cum dilecti. de emptio. vendit. cum imponatur sibi necessitas præcisa, ergo non poterit iudex consentire, vt absens trahatur a suo domicilio, & remittat̃ ad locum, in quo nulla habet bona, & in quo vt viator & transeundo contraxit, & maximè trahatur a domicilio ꝓprio ipsorũ ꝯhẽtium, vbi sunt bona, de q̃bus est quęstio, & controuersia: & multum interesse prætendit iste donatarius, seu donatarij, quare magis conueniant istum donatorẽ hic, quàm in domicilio proprio ipsorũ litigantiũ, & potius videtur animo calumniãdi & lacerãdi istũ donatorẽ, v̾ extrahat̃ a domicilio suo ꝓprio ꝯ omnẽ censuram, & ꝯtra publicam vtilitatem, vt habetur in c. nõnulli. de rescri. & in c. statutũ. § cũ verò. de rescrip. li. 6. & ꝯ mentem Roman. Pontif. qui non voluerunt litigantes vexa-

ti laboribus,& expensis extra suum domicilium per plures dietas. Quinimo plus dixit D. Pe. de Anch. in c. cum te. de off. dele. & in c. cũ causam. de testi. & in c. nonnulli. de rescrip. & in repet. c. finẽ litibus. de do. & cõtum. ꝙ licet episcopus possit tenere tribunal in quacũq; parte suæ diocesis velit: vt in c. cũ episcop⁹. de off. ord. lib. 6. & idẽ in quolibet alio ordinario: vt per Bal. in l. si vt proponis secunda. C. quomodo & qñ iudex. tamen si habet latam prouinciam,& reus conuentus habet domicilium in extrema parte diocesis,& vocatur ad tribunal episcopi distans per plures dietas a suo domicilio, decidit, ꝙ episcopus dẽt delegare causam in loco propinquo domicilio illi⁹, ne extrahatꝰ per tot dies a suo domicilio,& si episcopus non cõmittat,& deneget cõmittere, ꝙ tunc poterit ab eo appellari, & de hoc allegat casum valde sin. in l. cũ post. C. de app. & hoc ideo vt parcat laboribus & expẽsis. quãto fortius in casu nostro nõ dẽt extrahi a domicilio proprio. d. donator per tot dietas, cũ ambo litigantes sint de eodẽ domicilio,& ibi existans ista asserta bona donata,& pro certo dicere ꝯrium est magna iniqtas & impietas quædã. Itẽ põdero illud verbum, super contractibus, appositum

11 in d. §. contrahentes. quo casu † illud verbũ, super ꝯtractibus, exponitur, pro securitate & robore contractum,& ad hoc adduco, qđ habetur in l. j. C. cõia de lega. coniuncta gl. sua quæ exponit, super his,& ꝓ securitate eorum, quã gl. Bal. ibi dicit facere ad qõnem statuti dicẽtis, ꝙ in causis vertentibus super instrumento guarẽtigiæ procedatur summariè, ꝙ idẽ est, si agatur hypothecaria. quæ ad securitatẽ debiti interuenit,& sic voluit, ꝙ illud verbũ, super his, importat ea, quæ ad securitatẽ & robur introducta sũt. de qua glo. & dicto Bal. facit festũ D. Pe. de Anch. in repetitione. c. j. de consti. facit c. cum super. de causa pos. & propri. & c. super literis. de rescrip. & c. cum super abbatia. de offi. dele. & quod voluit Bal. in l. liberti. C. de ope. lib. & qđ habetur in l. a diuo Pio. §. si super rebus. de iudi. & facit, qđ habetur in c. ad nostrã. el j. de iureiur. & quod voluit D. Cardi. in c. cum dilectus. de causa pos. & proprie. Cum ergo. d. §. contrahentes dicat, ꝙ non potest remitti inuitus quispiam super contractibus. ergo intelligitur super ꝯctibus, & his, quæ fiunt ad robur & securitatem cõtractus. Cum ergo dicta renuntiatio priuilegij fiat super robore contractus, sequitur, ꝙ sicut iudex non potest remittere contrahentem super contractu, ꝙ ita non poterit remittere ex renuntiatione priuilegij, quę fit ad confirmationem contractus, & est inductio noua ad illum tex. contra gl. d. l. j. ꝙ est bene nō. & licet Bar. in d. l. hæres absens. §. j. ff. de iudic. remittat se ad sua dicta in d. l. j. tamen io. de Imo. in d. c. fi. de foro comp. dicit, ꝙ licet gl. d. l. j. sit singularis, tamẽ cõmuniter seruatur contrarium,& contra illã glos. tenuit Ang. in d. l. hæres absens. §. j. si ergo cõmunis obseruantia est in cõtrarium, sequitur, ꝙ minimè mutanda sunt, quæ certam interpretationem habuerunt. l. minimè. ff. de legi. c. cum dilectus. de consuetudine, dixit Bald. in l. quicunq;. C. de seruis fugi. ꝙ illud, qđ est consuetudinarium, non est arbitrarium. Et licet D. Abb. in d. c. fi. sequatur gl. d. l. j. quam reputat sin. tamen simpliciter cum illa transit, non examinãdo illam:& etiam ego ibi illam simpliciter referẽs non examinando tum sequutus, sed nunc examinãs ostẽdo illam gl. hodie non procedere per d. c. Romana. §. contrahentes. Et plus etiam dico, ꝙ iste donator modo tempore assumendi iudicij est clericus, quo casu non habet locum doctrina illius gl. qa nõ põt clericus ꝯsentire in aliũ iudicẽ sine expssa licẽtia sui iudicis: vt c. significasti. de foro cõpe. Ideo talis renũtiatio non operabitur hunc effectũ in clerico. Cum ergo in proposito nostro attendatur tempus iudicij per id, quod not. per Bart. in l. j. ff. de pen. & in l. item Vlpianus. ff. de excus. tut. & per Ange. in l. si quis postea. ff. de iudi. & per scribentes in c. 1. de obligat. ad ratiocin. Et adduco do. Abb. in c. fi. de foro compet. vbi limitat illam gloss. d. l. j. vt non habeat locum in clerico, qui non possit consentire in alium iudicẽ sine expressa licentia sui episcopi: vt in d. l. significasti. Cũ ergo ꝯueniatur tẽpore quo iste donator est effectus, clericus, nec sit præuentus per citationẽ iudicis Bononiensis, iuxta no. in d. l. si quis postea. ff. de iudi. & 2. q. 6. ca. non ita, sequitur, ꝙ attenditur locus iudicij assumendi. Sed iste est clericus, ergo debet conueniri coram suo episcopo Brixien. & nõ Bonon. & idẽ dicit dñ. Cardin. in c. fin. de foro compe. ꝙ gloss. d. l. j.

12 non habeat locum in clerico,& paria sunt† quem esse clericum & reperire esse clericum tempore, quo ad iudicium vocatur: vnde posito, non tñ concesso, ꝙ illa glo. dicat verum, non tamen habet locum eo casu quo qñ cui incipit cõueniri reperitur clericus, quia non potuit expresse renuntiare foro sui episcopi: vt d. c. significasti. Et sic ex isto capite non poterit conueniri coram iudice Bononiensi iste;& licet do. Pet. de Anch. in d. c. fi. transiuerit cum glo. d. l. j. tamẽ nihil allegat pro illa gl. sed transit vt merus relator. Et adduco rationem iudicio meo mirabilem. Illud quod quis non potest facere, in specie, non videtur fecisse in genere, ita dixit per illum textum Hosti. in ca. tua. de deci. refert ibi do. Ant. voluisse Io. de Imo. in cap. vt animarum, de constit. & Ioan. And. in cap. fi. de immu. eccles. li. 6. dom. Anto. in cap. ecclesia. de constit. & in cap. ꝙ clericis. de foro compe. do. Abb. in cap. a nobis. de sentent. excommunic. Barto. in l. si quis sub condit. ff. de condi. instit. Bald. in l. fin. C. de sacrosanctis eccles. & in l. fin. §. in computatione. C. de iure delib. & in l. omnes populi. de iusti. & iure. & in c. cum nõ ab homine. de iudic. sed promissio subeundi certum forum certi iudicis nõ obligat ꝓmissorẽ pręcisè respondere, vt ꝓbatur in l. si cũ venerit. ff. de iurisdict. om. iudi. ergo eodem modo dicamus, ꝙ renuntiatio priuilegij competentis rõne fori non obligat præcisè promittentẽ. Pręterea põdero vnũ, qđ in hac consultatione est verissimum: nam glo. in d. l. j. dicit, ꝙ si quis renuntiat foro, est remitttendus, sicut in delictis, allegat ad hoc. §. si verò quis comprehensorum. in auth. vt nulli iudicum. & sic æqparat renuntiantem priuilegio fori,& delinquentem. Mirandum pro certo est, ꝙ cõmertiũ habeant renũtiãs & delinquens, nec reperio doctorem consideratẽtem istud. Bal. in d. l. j. reddit rationem, quare non potest opponere exceptionem, respondet; qa dolosè videtur abesse, vnde quodammodo ratione delicti videtur abesse,& ratione delicti fit remissio: ꝙ dicit facere ꝯtra debitores fugitiuos, & ꝯ istos mercatores fallitos, & in hoc dicit esse bene notãdum illam gl. quo casu ponamus, sed non concedamus, ꝙ illa gl. dicat verum, non tamen militat in casu nostro: ex eo qa non cadit dolus in isto donatore: primò donauit res suas, & bona posita in suo proprio domicilio, tam ipsius quàm suorum fratrũ, quibus donauit: secundò nullã habuerunt considerationem dicti fratres, ꝙ teneretur iste donator seruare hanc donationem hic Bononię, cum transeũdo illam celebrauerit hic Bononiæ: licet ergo absẽtauerit ab isto loco, nõ põt argui dolus; qa iam paratus erat ad se absentandũ, cum trãseũdo hanc donationẽ hic fecerit, & vt quidã viator, ergo rectè & verè & sapienter intellecta illa gl. non dicit ꝯ casum nostrũ: ergo magno ducitur errore & imperitè pars aduersa ꝯueniẽdo illũ donatorẽ hic Bononiæ, petendo illũ remitti de ꝓprio domicilio ad locũ, in quo vt viator & transiens donauit:&

uit:& sic sumus extra mētem & considerationem illius.& sic videtur, ꝙ illa gl. debeat intelligi, quādo ꝯtrahens in loco habet bona in loco, & recedit dolosè à loco, vt ibi non possit cōueniri: quia tunc, ne dolus suus sibi patrocinetur, voluit illa glo. quòd possit illuc remitti, ne ex dolo suo lucrum recipiat: vt c. sedes apostolica.& ca. ex tenore literarum. de rescrip. & ita formaliter loquitur tex. d. §. contrahentes. vnde ponderat, ꝙ habeat bona in loco contractus; vñ se absentauit, & illa glo. non meruit allegari ꝯ hanc consultationem, & iudicio meo imperitè conuenit hic Bononiæ corā Vicario episcopi Bononiensis, iuxta illud venerunt ad hauriendum aquas & vasa sua vacua reportarunt, ideo confusi sunt pariter, & affecti. iuxta illud poeticū in Bucolicis. Studio iactabat inani: ergo huiusmodi iudicium est inane & nullius efficaciæ. Et pondero etiam aliud: qa glo. illa non loquitur in casu nostro: primò enim glo. dicit, ꝙ ratione contractus non potest conueniri in loco, vbi ꝯxit vt viator, & transiens: & istud sequuntur omnes ibi, & in d. l. hæres. §. si quis tutelā, & probat̃ in dicto c. Romana. & sic quando gl. illa loquitur in renuntiāte priuilegio fori, non loquitur in eo, qui cōtraxit vt viator, qui nullo modo poterat ibi cōueniri. Sed gl. ibi loquitur in eo, qui poterat conueniri in loco cōtractus, & tamen se absentauit à loco contractus. gl. ibi dicit, ꝙ pōt remitti ad locū contractus, si renūtiauit priuilegio fori: sed in casu nostro non poterat ꝯueniri in loco contractus, ergo glos. non loquitur in casu nostro, & sic imperitè allegatur illa glo. contra hāc consultationem. Item gl. illa nō loquitur in minore. Sed nos loquimur in minore: ergo sequitur, ꝙ sumus extra casum gl. vnde minor nō potuit renūtiare illi priuilegio, qa tendit ad sui læsionem & præiudicium, nec iurauit ratione minoris ętatis; qnimo ille notarius asseruit illum donatorē esse maiorē. Et sic illud iuramentumentum non fuit præstitū in dicto instrumēto, vt faceret illū esse maiorē, ergo tale
13 iuramētū nō reddit maiorem illum donatorē. † Itē cum agatur de indiuiduo priuilegio fori, qđ a iure conceditur viatori, requirebat specialem mētionē, vt probatur in d. l. j. in ver. specialiter. ff. si quis in ius voc. nō ier. & clarum est, ꝙ illud quod specialiter inductū est ad fauorē alicuius, opus est vt tollatur specialiter, ita dixit gl. in cle. j. de iud. & probatur in cle. ꝯstitutionē. de elec. & probatur in l. si qū. §. generaliter. in ver. specialiter. C. de inoff. testa. & quod voluit ibi Bal. & Sali. & qđ voluit Ang. in l. de his. ff. de trāsa. & facit l. fi. §. defensionem. in ver. specialiter. & qđ voluit Ang. Bal. & Bar. C. de adminis t. tut. & qđ voluit Bar. in d. l. j. ff. si quis in ius voc. non ie. & qđ habetur per Ang. in auth. de hęre. & falci. §. si verò expressim. & qđ habetur in l. si quis in prin. testamenti. ver. specialiter. ff. de lega. 3. & qđ habetur in l. fi. C. de indic. vidu. & quod voluit gl. elegans. in c. pastoralis. de excep. & sic debuit in casu nostro fieri mētio de huiusmodi priuilegio indulto viatori. ¶ Et si dicat̃, ꝙ fuit interpositum iuramentū, qđ habet virtutem clausulę specificatę. vt probat̃ in c. ex rescripto. de iurein. & in gl. l. cum pater. §. filius matrē. ff. de le. 2. Ad hoc respondeo, ꝙ non procedit hæc doctrina, quando est defectus ex præsumptiuo defectu cōsensus. Ita sapiēter dixit Bal. in l. j. C. commoda. idem sequitur Ioan. de Imo. in c. j. de cōmoda. sed in casu nostro est præsumptiuus defect⁹ ꝯsensus, ex eo, qa iste erat minor, ideo debuit fieri specifica mentio; vt pe. gl. & doc. in l. sciendum. ff. de verb. obl. & sic non obstat. d. c. ex rescripto. cum simi. ¶ Ex istis elicitur vera conclusio, ꝙ talis renuntiatio priuilegij primò facta, nō fuit ꝑ illū donatorē, sed potius fuit assertio notarij, ꝙ bñ ꝯsideret do. iudicās, qa ad quid erat opus facere specialē renūtiationem fori, cū ambo essent Brixiēses ciues, & bona essent Brixiæ, & hic Bononiæ nullum commercium habebāt, nec assiduitatē, nec habitationē, quæ bonus & sapiens iudex circunspiciet, quia in iudice debent esse duo sales, vt dixit Bal. in l. statutis. C. de sen. ex breui. recit. secundò non obstat, qa iste est clericus tempore conuentionis, vt superius dixi: tertiò non obstat, quia communiter illa gl. nō seruat̃, vt dixit Ioan. de Imo. in d. §. cōtrahentes. quartò, nō loquitur in casu nostro, quia non loquitur in viatore, vt plenè demonstraui superius: & sic concludo, ꝙ nō poterit hic ꝯueniri, nec excōmunicari, nec multari, nec fieri missio in possessionem. Andreas Barb.

EPITOME.

¶ Donatio a fratre minore 25. annis facta coram iudice fratri, qui falsò minori illum esse persuasit, non tenet, licet iuramentum dolo decepti minoris, aut decretum circumuēti iudicis intercesserit: adeo vt cum triennio post contractum donās res sibi habuerit, ex statuto donatio fictitia iudicetur. Sanè donatarius qui donationem celauit, & res donatas ex laudo compromissi diuidi passus est, vt se perpetuò & omni tempore seruaturum laudum arbitri promiserat, ius si quod habuisset, amisit.

SVMMARIVM.

Coniunctus præsumitur scire ætatem coniunctorum suorum. numero 1.

Iuramentum nisi super ætate speciale sit, non excluditur iurans a restitutione in integrum. nu. 3. & quare. nu. 4. neq; enim facit semper maiorem videri. nu. 20.

Donatio rei immobilis a minore 25. annis factis non valet. nu. 5. maximè si enormiter donans lædatur; ex eo enim arguitur dolus inducentis. numero 7. & fraus & dolus irritum faciūt iuramentum, nume. 9. ita vt absolutio non sit a tali iuramento petenda. numero 11. donatio autem non valet etiam cum iudicis decreto. nu. 17.

Donatione facta coram iudice nulla deceptio, nulla doli exceptio obijci potest. nu. 13. nisi ab eo, qui probare se offert. n. 18.

Iudicialis calor vt confirmet actum, oportet eū fieri in iudicio, neque extra iudicij locum præsentia iudicis sufficit. nu. 24.

Statuta cuius loci seruanda sunt. nu. 25. 26. & 27.

Donatio occulta dolo procurata censetur. nu. 28.

Ius acquirendum facilius amittitur. nu. 29.

Perpetui multiplex acceptio. nu. 31.

Statutum laicorum clericos non ligat. nu. 33. eorum tamen temporalia & patrimonialia bona rectè comprehendit. nu. 34.

CONSILIVM LIII.

AD dictam donationem rescindendam, præsuppono, vt iā in facto supponitur, ꝙ hmōi donatio fuit, facta ab illo Petropaulo minore 25. annis. Ita ꝙ tempore celebratę donationis erat minor. Et ꝑmitto, ꝙ iste Carolus scholaris qui hanc donationē extorsit, erat frater ipsius donatoris, & sciebat & scire præsumebatur ætatem sui fratris, intantum enim præsumitur scire ætatem sui fratris, quod si frater iurat se esse maiorem, nihilominus iurans potest venire contra suam assertionem iuratam, & allegare proprium dolum contra fratrem scientem ætatem illius; qa ipse potius videtur decipere fratrē iurantē. Iste est casus in l. de tutela. C. de in integ. resti. mi. vbi non videtur decipi qui scit causam falsam: & ideo minor in liberatione tutoris & auunculi sui, iurans se maiorē, non patrocinatur tutori aut suo auunculo. vnde coniunctus† præsumitur scire ætatē coniunctorū suorū, & inducit illā l. Bal. ad materiā statutorū: statuto cauetur, ꝙ minor 20. annis nō possit ꝯhere sine curatore, nō obstāte, ꝙ iurauerit, mō minor
1

soror fecit pactũ de nõ petenda successione paterna & materna,& ista minor,20.annis iurauit se maiorẽ corpore tactis scripturis,quæritur, vtrum possit probari contrariũ,& videtur ꝙ nõ.l.si minor.C.si minor se ma.dixe.ꝯtrariũ dicit Bal.ibi esse verius: qa occasione coniunctionis præsumitur scire ætatem.Vnde nõ videtur decipi,sed potius decipere,& sororem ad renũtiandũ inducere,per illam l.ꝙ dicit esse nota.dignum,& ita firmãt omnes docentes per illam l.¶ Si
2 quispiam dixerit,amice, † non auditur allegans suã turpitudinem: vt l.creditoribus.C.de seruo.pign.da to manu.c.cũ super.de concess.præb.l.iusiurandũ. & ad pecunias.§.ꝓcurator.ff.de iureiu.c.inter dilectos. de dona.c.lator.de re iudic.cum simi. Ad hoc respõdeo, ꝙ licet quis non debeat audiri allegans suam turpitudinem ; tamen quando illam allegat contra participẽ turpitudinis,auditur,ita dixit Bar in d.§.ꝓcurator,& quod idem voluit Bald.in l.j.& 2. C.si minor se mai.dix.& ꝙ voluit Gofr. in d.c.inter dilectos, & Bal.& alij in d.l.de tutela.& sic posito,non tamen concesso, ꝙ donator ille iurasset se esse maiorem tẽpore donationis, tamen non excluditur, allegando se maiorem tempore dictæ donationis;qa qua ratione dolosè ille Carolus induxit eum ad donãdũ,eadẽ ratione induxit eum ad iurandũ se maiorẽ 25.annis & plus videtur de iure dicendum, ꝙ si rectè ponderẽtur verba dicti instrumenti, apparet, ꝙ non iurauerit se esse maiorem.Sed est quedã inuolutio verborũ & quædã captiositas,& quædã (vt ita dixerim) obreptio,vt in simili dixit singu.Inno.in c.cum dilecta.de rescrip.vnde ita concepta sunt verba instrumenti, videlicet.Insuper etiam præfatus Petruspaulus,licet esset maior 25. annis, nihilominus iurauit corporaliter ad sacra Dei Euangelia manu tactis scripturis, prædicta omnia & singula vera fuisse, & esse ; vnde nõ asserit apertè iste notarius,ꝙ iurauerit tactis scripturis se esse maiorẽ 25.annis, sed duntaxat dicit, ꝙ iurauit prædicta omnia & singula vera fuisse & esse, ꝙ non videtur satisfactum legi, requirenti iuramẽtũ
3 †super ętate,ad hoc vt excludatur a beneficio restitutionis in integ.vnde tex. elegãs in l.si alterius.C.si minor se ma.dix.dicit,si tamen in instrumento de sacramenti religionem maiorẽ te esse asseruisti, vnde reqrit lex,ꝙ specialiter asserat cũ iuramento se fore maiorem.Sed in casu nostro non iurauit se esse maiorẽ, sed iurauit omnia & singula prædicta vera esse:vnde tale iuramentũ non adaptatur ad mendacium, nec ad illicitum,ita voluit gl.in c. veniẽs.& in c.ego. & in c.quemadmodum.& in c. quintauallis.de iureiu.ꝓbatur in c.j.eo.ti.li.6.& in c.ex tenore.de sen.excom. & gl.in c.non videtur.§.qui iussu.ff.de re.iur.gl. in c. nerui.13.di.gl.in c.j.qđ metus causa. & in c.tuas. de vsu.& in c.cum iuramẽtũ.de homi.ibi gl.omnes vo-
4 lunt,ꝙ non † extenditur iuramentum in genere prẽstitũ ad falsa,& illicita.Cum ergo iuret omnia & singula fuisse & esse vera illa verba ita gñalia adaptãtur ad vera & licita,sicut etiã in simili dicimus,ꝙ generalia verba legis adaptantur ad habiles ; vt l.j. C de sacros.eccl.& adduco gl.valde elegantem in l.j. C. cõmu.de lega.quę dicit,quòd quędam sunt vera ꝑ diffinitionem,quæ non sunt vera per specierum enumerationem,quam glo.Bal.ibi inducit ad quęstionem: dicit instrumentum,ꝙ omnes cõsiliarij interfuerũt, & tamen quidam exẽpti non interfuerunt,nã saluat instrumẽtum tanquã loquens de singulis generum, allegat gl.in l.inter omnes.ff.qui satis.cog.& adduco gl.in §.sanè.in proœmio Greg.& adduco gl.in ver.ab omnibus.in c.j.de const.& glo.in c.nemo.de simo.& gl.in c.si quis oẽm.j.q.7.& adduco tex.in c.ad nr̃am. el 3.de iureiu.vbi quis iurauit in omni cã, non tñ intelligitur in causis notorijs, & quod voluit Bal.in l.j. §.huius studij.ff.de iust.& iur.& quod pulchrè voluit Bar.in l.j.§.nuntiatio.ff.de oper.no.nunt. vbi dicit, ꝙ nõ redditur falsum dictum testis dicentis. Audiui ab omnibus, si aliqui sint a quibus illud nõ audiuerit: qa intelligitur ab omnibus, scilicet loquentibus de illo facto;& per consequens illa verba,omnia & singula esse vera,restringitur, vt non referantur ad ętatem maiorem,cum non esset maior 25. annis, ergo nõ est verum dicere,ꝙ ille Petruspaulus iurauerit se esse maiorem 25.annis,ergo stat cõclusio vera,ꝙ dicta donatio fuit facta a minore 25. annis, ergo non
5 † valuit talis donatio,& ideo refert Bal.in l.j.C.si aduer.donat.ꝙ simplicem donationem in re immobili nõ potest facere minor: quia non potest super tali donatione interponere decretũ.Bal.ibi dicit, ꝙ nec potest dari curator ad auctorandum in donatione, allegat.l.4.§.si ab ignoto.ff.de manumis.tit. gñali.nã curator dandus est causa cognita,idest, ex iusta causa,sed non est aliqua iusta causa dãdi curatorem ad donan.cum donare sit perdere,arg. l. contra iuris. §. si filius.ff.de pac.& l.ꝓhibere.§.planè.ff.quod vi aut clam.l.filiusfam.ff.de donat.& propter hoc dicit ibi Bal.ꝙ si statutum dicat, ꝙ contractus factus cum minore sine auctoritate curatoris non valeat, etiã si minor iurauerit,ꝙ impossibile est,ꝙ minor auctoritate curatoris donet,etiam iurãdo: quia impossibile est, eũ habere curatorem ad donan.& per hoc etiam dicit,ꝙ refutationes, quas faciunt puellæ fratribus cũ auctoritate curatorũ,quatenus sapiunt donationes, sunt nullę ipso iure,etiã si iuret, ex quo statutũ expsse derogat,seu reprobat iuramentũ.facit, qđ voluit Bal.in l.pe.C.de dolo. vbi inducit illam l.ad renũtiationem hæreditatis paternæ & maternæ, sicut sæpe fit,& de remedio apparet,ergo ex istis, istum minorem esse restituendum. vnde dixit Bart. quandoque
6 † minor asserit se esse maiorem,suo dolo tantũ adhibito contra aduersarium:& hoc cõstat,denegatur sibi restitutio:& ideo dicit.& hoc ꝯstat: qa nõ præsumitur dolus in minore,nisi ꝓbetur,ar.l. quoties.§.q dolo.ff.de ꝓba.& hoc probat in d.l. si alterius, vbi si dolus intercessisse non ostẽditur,præsumitur nõ intercessisse.& licet gl.ibi dicat,ꝙ præsumitur dolus in minore;tamen Pe.ibi tenet cõtrariũ, quẽ ibi sequit Bart.& communiter Doc.& isto casu denegatur minori restitutio.l.minor.§.planè.ff.de mino. quãdoq; dicit se maiorem dolo aduersarij tantùm, & tũc nõ denegatur sibi restitutio, vt l.j.& 2.C.si minor se maio.dixe.etiam si fuerit iuramentum,arg.l.si ex falsis. C.de transact.quandoq; asseruit se maiorẽ dolo suo & aduersarij,& restitutio sibi nõ denegatur,allegat. d.l.de tutela.nisi esset iuratũ,vt in auth. sacramenta puberũ.C.si aduer.vẽd.¶ Modò in proposito nr̃o reducẽdo ad ꝓpositũ nostrũ hanc doctrinam Bar. clarum est,ꝙ non interuenit dolus ipsius donatoris ad decipiendũ illos donatarios: qa ipsi lucrantur,& habent titulum lucratiuũ ex instrumento talis donationis:Et ideo nõ vendicat sibi locum primum mẽbrum distinctionis Bart.quia aliud est lucra nõ capere,& aliud est debita perdere;vt l.fi.C. de codici.vnde ipsi donatarij remanent in lucro, & ipse donator remanet læsus qa perdit duas partes suorũ bonorũ. Sed in casu nostro bene vendicat sibi locum secundum membrum distinctionis;quia iste minor asseruit se maiorẽ inductus dolo ipsorũ donatariorũ: qa donando tot bona illis suis fratribus, & asserendo se maiorẽ,videtur dolo illorũ inductus ad sic dicendũ, vt donatio valeret in graue præiudicium ipsius mi-
7 noris,& pręsumitur dolus† ipsorum donatariorum ex enormitate lesionis. Et ad hoc adduco,qđ eleganter voluit Bal.in c.j.§.hęc aũt sacra. de pac.iu.fir. vbi dicit, ꝙ præsumitur dolus contra minorẽ cõmissus ex

ex enormi læsione: nam ex enormitate facti præsumitur consilium animi, allegat, qđ voluit Bar. in l. fi. ff. de præto. stipul. vbi dicit, ꝙ arbitrator præsumit in dolo, si enormiter læsit. ad hoc facit l. cum. §. in causa. ff. de trāsac. Ita dicamus in casu nostro; cū iste minor donauerit duas partes bonorum suorum de tribus, videtur ex tam magna enormitate læsus dolo, & versutia illorum cōtrariorū, quo casu nō denegatur sibi restitutio, etiam si iurasset, vt voluit Bart. in d. l. si alterius. ar. d. l. si ex falsis. C. de transac. quia paria sunt, quem esse læsum re ipsa, vel dolo aduersarij: maximè cum sumus in actu læsionis inductiuo, vt est donare & disperdere ꝓpriū patrimoniū. Et iō refert solēnis doctor do. Pe. de Anch. in sua eleganti
8 quæstione incipien. cum C. laicus. se cōsuluisse in facto apud Senas. ꝙ† minor refutans hæreditatem paternā recepta certa portione, ꝙ si enormiter lædat̄ poterit petere rescindi talē refutationē, etiam si iurasset, ita etiam refert se cōsuluisse in c. quanuis. de pac. lib. 6. & in repetitione capituli, canonum statuta, de constitu. sicut ergo dolo videtur inductus iste minor ad donādū, eodem modo videtur dolo inductus ad asserendum se maiorē: qa illa assertio tendit ad commodum aduersariorū, & eodē modo videt̄ inductus ad iurandū; vt probatur in text. meliori de iure in l. fi. C. de non nu. pe. & sic sumus in meris terminis secūdi membri distinctionis Bart. ¶ Et si quispiam dixerit, nos videmus de facto seruari ꝯtrariū, ꝙ minores faciunt refutationes quondam tutoribꝰ eorum, & tales refutationes seruantur; vt no. in l. 3. §. per contrarium. in gloss. ff. de contraria tu. act. Ad hoc respōdeo, & adduco glo. quæ ibi sapienter dicit,
9 † ꝙ tunc valet, quando non interuenit fraus: & boni præsides talia iuramenta & illicitas extorsiones per capturā personæ faciunt relaxari, & cassari. Ita dixit Bal. in §. hęc sacramēta. superius allegato. & subdit, se vidisse sępenumero hęc fieri, & hęc dicit esse vera, siue iuramentum interueniat super promissione, siue sup liberatione, siue sup ꝯfessione, & refert quosdā dicere, illam auth. sacramēta. esse fauorabilē animæ, sed quosdā dicere illā esse odiosam; qa periculosa, per quā adulti multis fraudibus exponunt̄: quia fraudes sunt difficilis ꝓbationes, & refert Cy. dicere ꝙ d. auth. multos misit ad inferos, & quòd non pōt tacere contra iniquitatē illius aucten. cui iniquitati adhęserunt canonistæ, vltra etiam statuendo, ꝙ idē sit in muliere iurante super alienatione rei dotalis, & sic remanet miserabilis indotata, ꝙ est contra publicam vtilitatem, & contra rationes naturales, quę ponuntur in l. assiduis. C. qui po. in pig. ha. ita ibi residet Bal. Modò cum in casu nostro appareat dolus & fraus ex illa donatione: quia donauit dimidiam suorum bonorum dictus Petruspa. dictis suis fratribus, videtur illud iuramētum fuisse extortum dolo, quo casu non obligat iurantem: vt in capit. quamuis. de pac. li. 6. & d. c. cum contingat. de iureiurā. & voluit Bar. in l. oēs populi. ff. de iusti. & iure, quādo statutū dicit, præsumatur dolo aut metu extortum; qa tunc tale iuramentum non obligat iurantem. & sic ex doctrina Bar. in d. l. si alterius. apparet, iuramentū non obstare. Et etiam ex doctrina Bal. colligimus, quòd præsidens Brixiæ pro illustrissimo Ducali dominio deberet compellere istos donatarios per capturam personæ ad relaxandum illud iuramētum. facit, qđ habetur in c. j. de iureiu. Et adduco ad prædicta, qđ consuluit do. Gaspar de Cald. inter consilia Io. Cal. in ti. de iureiu. consilio 8. incip. Duę puellæ sorores.
34 tu ecclesiæ,quo † casu statutum laicorum comprehendit patrimonium clerici,casus est sing.in c.constitutus,de in integ.rest. Et ideo dixit glo.elegans in c.possessiones.16.q.3. ꝙ bona matrimonialia clericorum pscribunt vt bona laicorũ,quã glo.sequitur d.Abb.in d.c.ecclesia sanctç Mariæ,& adduco gl.in cle.1.de in integ.resti.quæ voluit,ꝙ clerici in suis patrimonialibus nõ restituũtur in integ.sicut in ecclesiasticis,& idẽ voluit Spe.in ti.de ĩ integ.rest.§.qualiter.ver.sed nunquid, & facit gl.Arch.in c.quanquã, de censi.lib.6.& idẽ voluit do.Anto.in c.si diligenti. de præscript. & videt fuisse de mente Specu. in titu. de cleri. coniuga. vbi connumerat certos casus speciales, in quibus gaudent eodem priuilegio: ergo regulariter sentit contrarium. Et adduco, ꝙ voluit Petr. & Abb.in c.cũ sit generale.de foro compe. vbi dicunt, ꝙ patrimonialia clerici non gaudent priuilegio illius capit.& adduco,ꝙ voluit Goffr.in c.1.de iudi.vbi dixit, ꝙ non gaudent clerici in patrimonio beneficio instantiæ, vt in ecclesiasticis.& adduco gl. in c. humanũ genus.de decim.& adduco do.Anto. in c. cũ tempore. de arbi. vbi dicit,ꝙ clericus potest compromittere in nõ suum iudicẽ de suo patrimonio.secus in bonis ecclesiæ.cap.significasti, de foro compe.adduco glo.in clemen.fina.de pcura. & adduco.c.cum dilectus.de iure patrona. Et ex istis dat responsio ad gloss.in cap.ex literis.de pignor.& in c. ecclesia.de consti.& in cap.fina.de vita & honestate clericorum.& in cap.similiter.16.quęstione 1.& in l. munerum.§.patrimoniorum.in versi.Pontifex.ff.de mu.& ho. vt procedant, ꝙ in casibus expressis:gaudeant priuilegio ecclesiastico, secus in casibus non expressis: quia priuilegia nõ sunt extendenda , vt c. sanè. de priui.ergo sequitur, ꝙ illud statutum comprehendit istum Petrumpaulum quoad quartam suam patrimonialem. Præterea facit, illud statutũ est fundatum super publico bono, vt continet honestatem & euitat fraudes futuras.ergo comprehẽdit clericos, istud expresse voluit Bartol.in l.1. C.de summa trinit.allegat tria iura.dict.c.cum venissent. de eo qui mit. in poss.& c. cum causam,de iudic.& secundum illam opinionem refert do.Anton.in dicto capit.ecclesia,fuisse consultum in facto.& idem voluit in cap.quæ in ecclesiarum, eodem titulo, & probatur opin. Barto.in c.1.de iureiuran.lib.6.idem voluit do. Abb.in repetitione cap.ecclesia, de consti.& in d.c.ꝙ clericis, facit quod voluit do.Abb.in repetitione.c.perpendimus,de sen.excom.ergo possunt clerici vti huiusmodi statuto. Præterea facit, quod consuluit Ioan.de Lign. & Fran.de Albergotis & Lap.in suis allegationibus.100.& 107.vbi cõsul
35 uerunt in persona Lapi Abbatis, statuto † cauebat, ꝙ stantibus agnatis masculis feminæ non succedãt, ꝙ tale statutum non comprehendit clericos. Ita dicamus in proposito,ita voluit Ioan.de Ligna.in d.c. ecclesia,ita voluit do.Anto.in d.c.ꝙ clericis,& in d. c.quæ in ecclesiarum Bald.in d.l.1.C.de summa tri. Saly.in authen.cassa.C.de sac.sanc.eccle.& mouentur per c.dilecti,de foro compet.ergo multofortius dicemus idem in casu nostro:quia tale statutum est fraudis,& simulationis exclusiuum.Poterit ergo dictus Petruspau.clericus frui & gaudere beneficio dicti statuti in suis patrimonialibus. Et ita concludo in omnibus supradictis dubijs. And.Barbat.

EPITOME.

¶ Impensi officii causa qui legat, si pro legatariis stipulans, & accipiens testamento adhibeatur, non potest legatum reuocare, imo vt ex contractu stipulationis obligatur.

SVMMARIVM.

Dictio pro,significat causam immediatam.nu.2.
Confessio acceptata a parte ligat etiam testantem nu.3.
Donatio remuneratoria nullo modo reuocari potest.nu.5.
Geminata verba alterant dispositionem.nu.6.

CONSILIVM LIIII.

IN causa istarũ pauperũ puellarũ paucula afferã in mediũ, discussis allegationibus vtriusq; partis mihi vr̃, ꝙ sint in causa victoriæ, & non potuerit illa mulier reuocare dictam cõfessionem suam. ¶ Et præmitto formalia verba apposita in dicto testamẽto,reliquit iure legati Nicolosiæ,Camillæ & Diamãti sororibus& filiabus magistri Stephani. Et hoc pro meritis,seruitijs,beneficijs, ac expensis factis per dictum magistrũ Stephanum eidem testatrici tempore pestis : quia dicta testatrix vnà cum filiis suis erat infirma(vt asseruit)morbo pestifero & voluit dictas libras ducẽtas post eius mortem omni iuris, & facti except.remota ibidem præsente dicto magistro Stephano stipulante & acceptante vice & nomine omnium dictarum eius filiarum & filij,& se tacitum vocante ex dictis libris ducẽtis Bonon.ista sunt formalia verba testamenti. Est modò diligenter ponderãdum,quòd illa verba,præsente ma.Stepha.acceptãte & stipulante & se tacitum vocante ex dictis ducẽtis libris,ponunt gladium ad radicem huius dubitationis.Primò præsupponunt illam testatricem obligatam & debitricem ad dictas ducentas libras,quia cum ipsa præsente ille magister Stephanus vocet se tacitum, sequitur ꝙ clamare & aperire os poterat ad petendũ d.cc.libras ab ipsa testatrice propter expensas & seruitia receptas, & recepta ab ipso mag. Stepha. quasi videatur illam absoluere,p illis 200. libris ab expensis, seruitijs & beneficijs receptis ab eo:quia absolutio præsupponit obligationem.l.decem.de verbor.obliga.c.ad dissoluendũ. de despon. impub. potuit enim contractus fieri in vltima volũtate spectans ad vltimam voluntatẽ: vt l.1.§.assignare.& l.assignare.& l.fina.ff.de assig.lib.l.vxori §.1.in versi. contensisse. ff.de fal.l. etiam. ff. de inoffi.testa. l.hæredes palam.§.fi.ff.de testament.scribentes in l. stipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.obli.Lud. Roma.consil.170. & 290. Cyn.in l.generaliter.C.de non nu. pec. ergo huiusmodi relictum fuit translatum:quia cum dicta testatrice præsente & audiente

& patiente

& patiente dictus mag. Stepha. respondit, ꝙ acceptabat & stipulabat & vocabat se tacitum, videtur tale relictum transiuisse contractum, & non stetisse in viribus vltimæ voluntatis: ergo perinde est, ac si esset contractus inter viuos, quo casu, non habet locum reuocatio, nec pœnitentia: vt l. sicut. C. de act. oblig. l. in commodato. §. sicut. ff. cõmo. ex quo sequitur, ꝙ non obstat, si dicatur, ꝙ vltima voluntas est ambulatoria vsq; ad mortem. l. ꝙ si iterum. ff. de adi. lega. ꝙ procedit in vltima voluntate stante in terminis vltimæ voluntatis, secus si transit in contractum inter viuos. ¶ Et si opponatur, vt iam opponitur, ꝙ donatio causa mortis fit per stipulationem, & tamen remanet donatio, vt l. 2. C. de dona. causa mortis, cum similibus: quia illud est de natura donationis causa mortis, vt fiat per stipulationem, & tamen habeat effectum vltimæ voluntatis, vt l. fi. C. de dona. causa mortis, sed non est sic in legatis: quia vbi legata fiũt per stipulationem desinunt esse legata, & transeunt in contractum. Et hoc decidit illud verbum appositum in dicto testamento, quod non est ꝯsideratum per aduocatos: quia dicitur in dicto testamento, legauit pro expẽsis factis eidem testatrici per eundem magist. Steph. quo casu illa verba importãt causam immediatam, quasi dicat aliàs non factura. Ita deci-
2 dit Bald. in terminis in c. placuit, de testi. vbi dicit † ꝙ hæc dictio, pro significat causam immediatam, vt l. dominus sticho. ff. de pec. lega. quasi dicat, aliàs non facturus: cum ergo ista testatrix dixerit, ꝙ iure legati legabat. d. 200. libras pro expensis factis eidem per dictum M. Stephan. sequitur, ꝙ importat causam immediatam, & finalem, & sic aliàs non factura: ergo non est causa impulsiua: imo est finalis: & cum ille Stephanus præsens per stipulationem acceptauerit, sequitur, ꝙ transiuit in contractum, & desinit esse vltima voluntas, & per consequens nõ potuit reuocari: nam Imperator & Papa ligantur ex contractu, vt c. 1. de natura feudi. & c. 1. de probat. licet sint supra legẽ: vt l. princeps legibus solutus. ff. de ll. ergo multofortius priuatus homo ligabatur in suo testamen-
3 to per suam confessionem † acceptatam per stipulationem, ab eo, in cuius fauorem emanauit, ergo &c. Et ad hoc adduco Bar. in l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. de legat. 3. vbi ponit quæstionem, quidam cõfitetur habuisse de bonis alicuius, vel vsuras tantum in testamento, ꝙ si reconualescat, potest conueniri per illam suam ꝯfessionem, vt latè ibi per eum, qui dicit, ꝙ si fuisset confessus notario stipulanti, & recipienti pro alio, vel confiteretur parte præsente; tunc habet vim confessionis inter viuos, & præiudicat, nec potest reuocari: & ita dicit procedere, quod voluit Petrus & Cyn. in d. l. generaliter, & quod voluit Bar. in l. rationes. C. de proba. vbi distinguit, aut talis confessio emanat ad obligandum, & tunc notarius accepit illam pro absente, tanquam actũ inter viuos, & tunc non põt mutari: cum in testamento possit ꝯhi, vt l. hęredes palam. §. fi. ff. de testa. & idẽ dicit ibi Bal. multofortius si pars fuit ibi præsens, & acceptauit, aut neutrum istorum interuenit, & tunc ꝯfessio habet vim relicti, non speciem ꝯtus, & tunc potest reuocari. Ita formaliter ibi Bal. modò ista decisio determinat nostram quęstionem ex eo: quia ille magister Stepha. fuit præsens & acceptans, & vocans se tacitum per stipulationem, idem voluit Bal. in d. l. generaliter. & idem voluit Bar. in l. Lucius. §. quisquis. ff. de leg. 2. vbi dicit idẽ, si interueniat pars vel nuntius, & idem voluit Salyc. in d. l. generaliter, vbi in decimatertia qõ. dicit se intelligere parte pręsente. i. acceptante & recipiente, & idem dixit in lege, iubemus. C. de lib. causa, & in l. 1. C. de ꝯfess. præsentia partis, vt dicatur ea acceptãte, & adduco Bal.

in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & posthu. vbi dicit singularem practicam colligi, vt confessio non possit reuocari, vt dicatur parte præsente, & acceptãte: sed in casu nostro plus interuenit: quia dictum fuit dicto magistro Stephano præsente, stipulante, & acceptante nomine dictarũ suarum filiarum, & filij, & vocante se tacitum, & plus dixit Saly. in d. l. generaliter, in decimaterria quæstione, ꝙ ꝯfessio emanat propter se, non propter causam legati, & videat D. iudicans Saly. ibi distinguentem singulariter circa istum passum. ¶ Et si dicatur contra istas pauperes virgines ætatis nubilis, ꝙ Bart. & docto. loquuntur eo casu, quo testator confitetur debitũ, sed non fuit cõfessa dicta testatrix se recepisse seruitia pro ducentis libris, ergo sumus extra casum consideratum ab ipsis doctoribus, pro certo istud est falsum in casu nostro, ꝙ non fuit confessa, ꝙ probatur ex verbis suis dicentis, pro seruitijs, benemeritis beneficij, ac expensis factis per ipsum magistrum Stepha. eidem testatrici tẽpore pestis: quia ipse testatrix, & filij sui erãt infirmi, modò si confitetur ipsum mag. Stepha. fecisse expẽsas eidẽ tpe pestis: & accumulat vltra expensas, seruitia, beneficia & benemerita exhibita tẽpore pestifero sibi existenti infirmę, cũ suis filijs morbo pestifero, ipsa videtur pp illam suam confessionem taxasse huiusmodi expensas, & seruitia, & similia ad valorem ducentarum librarum: & præfatus mag. Stepha. taxationem expensarum, seruitiorum, & benemeritorum, & beneficiorum factam per illam debitricem in suo testamento, & per stipulationem acceptasset: taxauit enim testatrix illas expensas, & seruitia sibi exhibita ad summam ducẽtarum librarum: quia verisimile est, ꝙ tota familia istius M. Stepha. subiecit se periculo mortis in seruiendo dictæ testatrici, & suis filijs infirmis peste, quia (vt docet experientia) ad seruiendum vni infirmo est necessaria opera plurium personarum: multofortius quando sunt plures infirmi: & maximè quãdo sunt infirmi morbo pestifero: qa nos videmus peste proxima præterita, patres relinquere filios, ne inciderẽt in eundem morbum contagiosum, facit l. casus. C. de testa. quod voluit Gul. de Cu. in l. null⁹. C. de sum. tri. & quod habetur in c. communis filius. 23. q. & in c. quisquis. 22. q. 4. & quod voluit glo. in cap. si verò, de iureiur. glo. in c. ad supplicationem, de renunt. & plus dicunt sacrosanctæ Ro. ecclesiæ doctores, vt habetur in c. negociatorem clericum, sicut pestem fuge. 88. distin. mandant ergo nos fugere homines patientes pestem: facit glo. in c. fi. de cleri. non resident. & quod voluit Barto. in l. naturaliter. ff. de vsucap. & quod habetur in l. ætate. ff. ad Trebell. Seruitium ergo impensum a tot personis cum periculo vitæ eorum, ergo illam miseram testatricem, & filios infirmos peste, & expensas eidem testatrici præstitas per dictũ pauperem M. Stepha. merito & necessariò appreciatur, & extimatur li. 200. & ad hoc adduco tex. in l. si pater. §. j. ff. de dona. vbi dicitur, si quis aliquem a latrũculis, vel hostibus captum eripuit, & aliquid ꝑ eo ab ipso accipiat hæc donatio irreuocabilis est. Merces enim eximij laborijs appellanda est, quam ꝯtemplatione salutis certo modo æstimarij non placuit, & per illum tex. dicebat Bal. in l. 1. C. manda. in
4 fin. verbis † ꝙ si quis est aduocatus pro aliquo in casu vitæ, & nullum est a iure taxatum salariũ, & ideo dicit, ꝙ illi, qui sunt aduocati episcoporum, vel abbatum pro statu diguitatis ipsorum, possunt recipere magnum salariũ, allegat in arg. d. l. si pater. §. 1. dicens ita tenere ibi Ray. de Forli. ergo ista mulier certo mõ non potuit appretiare ista seruitia, & benemerita, istas expẽsas exercitas circa personam suam, & filiorum infirmorum tẽpore pestis a personis: quia

vxor, filiæ, & filius, & ipse M. Stepha. exercuerunt se & subiecerunt se periculo mortis erga illam testatricem, & filios eius, si æxtimauit ducentis libris, videtur se obligasse ad d. 200. lib. ¶ Nec ob. cum opponitur, ꝙ istud relictũ fuit donatio causa mortis: quia respondeo, ꝙ in dicto testamento testatrix non stetit in viribus legati, nec in viribꝰ donationis cã mortis, sed transiuit in contractu inter viuos confitendo se habuisse expensas, seruitia, beneficia, & benemerita ab ipsis magist. Stepha. & vxore, filio, & filiabus; quia per stipulationem & acceptationem ipsius M. Stepha. licet enim dixerit iure legati; tamen trãsiuit in stipulationem, quæ est firmior contractus, qui in iure reperiatur, vt no. in l. 1. ff. de verb. obli. vnde per stipulationẽ obligauit se ad dictas 200. libras, quas prima facie legabat iure legati, & sic nõ stetit in meris terminis legati, aut donationis causa mor. Et dato, ꝙ est falsum, ꝙ fuerit donatio causa mortis, tamẽ
5 fuit donatio remuneratoria, † quæ nullo modo potest reuocari: vt est casus singularis in d. l. si pater. §. j. ergo nõ potuit dicta testatrix reuocare talem donationem causa mortis, licet re vera potius fuerit contractus inter viuos, transiens in stipulationem, vt apparet ex verbis ipsius testamenti. ¶ Nec obstat, cum dicitur, ꝙ legatũ fit ob benemeritũ. l. nec adiecit. ff. pro socio. text. ibi vtitur, verbo fortassis: vnde denotat quãdam dubitationem. vnde dicitur, ibi fortasse propter aliquod meritum: quia istud non obstat casui nostro, ex eo quia transiuit in casu nostro in contractum inter viuos; quia ista testatrix confessa est se habuisse a dicto M. Stepha. & ob causam illam finalem: quia receperat seruitia, expensas, & benemerita tempore pestis in sua infirmitate, & filiorũ, & aliter non relictura, quia non legasset. d. li. 200. nisi quia recepisset expensas, & seruitia, & per stipulationem & sic per firmiorem contractum, qui possit reperiri, obligauit se illi magistro Stephan. ad d. 200. lib. ergo non stetit in viribus legati: ergo satis iniustè, contra notoriam iustitiam iudicauit ille iudex in præiudicium istorum pauperum. facit simile, quod habetur in l. fi. de allu. & pa. in ver. ne doleant diligentes operam suam dedisse, nec diligẽtiam suam sibi damno
6 sam intelligant. Præterea facit † quod illa tam geminata seruitia, alterant omnem iuris dispositionem, vt sapienter dicebat Bal. in auth. sed cum testator. C. ad l. fal. vbi voluit, ꝙ si testator dicit, volo solui plena, & integra legata, ꝙ illa talis geminatio satisfacit dispositioni, auth. de hęre. & fal. §. si. verò expressim, ꝙ non faceret duntaxat verbum, integra, & idẽ Bal. in l. 1. consti. ff. dixit, ꝙ illa verba insimul prolata alterant iuris dispositionem & importãt verũ actum, puta forensis habeatur & sit ciuis, ad hoc allegat. l. j. §. fi. in ver. pro nullo habetur, nec est. ff. quod quisq; iuris, & idem idem Bald. in c. vnico, de lit. contest. dixit, ꝙ illa verba, intelligatur, & sit cõtumax, operantur, ꝙ non requiratur sententia. Et ꝙ voluit do. Ant. in c. per venerabilem, qui filij sint legi. vbi loquitur, quando apponuntur illa verba geminatè in substitutione; quia dicitur, si decesserit institutus sine filijs veris & naturaliter descendentibus; quia tunc inducunt efficaciorem dispositionem. Ita est in casu nostro: quia ista testatrix apponit causam finalem, & non impulsiuam huius legati transeuntis in contractum inter viuos, dicendo pro seruitijs, benemeritis, beneficijs, ac expẽsis eidem præstitis, inducũt enim maiorem efficaciam obligationis, ar. eius, quod voluit gl. in l. 2. §. ætas. ff. de excu. tut. & sic sumus extra casum. d. l. nec adiecit. ff. pro soc. quæ loquit̃ in præsumpto benemerito; quia ista recepit expensas, & pp istas expẽsas, & seruitia fecit illud legatum, quod fuit deductum in stipulationem: deduxerunt enim tam recipiens illa seruitia, & expensas, quàm præstãs illas ducentas libras ad stipulationem, & obligationem: seruet ergo conuenta. c. 1. de pac. ait enim prę-
7 tor, pacta seruabo. Prçterea facit ad prædicta † causatum non diuiditur a sua causa, arg. eius, quod habetur in c. cum cessante, de appel. & l. generaliter. C. de epis. & cle. cum si. Cum ergo causa finalis huius relicti transeuntis in contractum, fuerint expensæ, seruitia, & obsequia, sequitur, ꝙ confitendo causam, videtur confiteri causatum: eo enim ipso, ꝙ confitetur se habuisse expensas, seruitia, & alia beneficia, videtur confiteri illa ascendisse ad summam 200. librarum: ergo non potest separari summa 200. lib. a confessione expensarum & seruitiorum. facit, quod habetur in c. cum olim, de censibus, & in l. Publia. §. fi. ff. depositi. vbi non potest diuidi confessio apposita in scriptura. Cum ergo ꝯfiteatur se recepisse expensas, & obsequia, pro quibus legat. 200. lib. non potest fieri separatio, vt oneretur iste pauper ad probandũ expensas & obsequia, quanti æstimarentur: sufficit enim, ꝙ illa mulier, cui pstita fuerũt, talẽ æstimationem fecerit. Præterea facit, quod voluit glo. quæ reputatur singul. in c. prouidendum. 83. dist. quæ dicit
8 † ꝙ si quis curauit infirmum renitentem & repugnãtem suis expensis, ꝙ nihilominus poterit ab illo inuito repetere per id, quod habetur in l. fi. C. neg. gest. sed in casu nostro iste ma. Stepha. fecit illas expensas & seruitia dictæ mulieri acceptanti & petenti, quæ postea ex debito legauit. 200. li. & per stipulationem se obligauit, vt illas consequerentur post mortem sine aliqua exceptione iuris aut facti: sequitur, ꝙ non potuit reuocari. ¶ Nec obstat, cum dicitur, quando legatur alicui ex eo: quia gessit negotia mea; qa non facit ad propositum: quia in casu isto iste magister Steph. & familia sua curarunt personam ipsius mulieris & filiorum subijciendo se periculo mortis, & expendẽdo proprium patrimonium, & sic plus est, quàm gerere negotia, & sic aliud est debita perdere, & lucra non capere. l. fi. C. de codicil. Et sic concludo, malè fuisse iudicatũ, & bene fuisse appellatum. Andreas Barbat.

EPITOME.

¶ Mater filii & filiæ, quos in dimidia instituit, & eorum amitæ alteram reliquit, quam vita excedẽs alterutri eorum restitueret, si filiæ sine liberis decedenti substituit, quæ post fratrem antequam amita iam cum ea certis bonis diuisis mortua est, ad idem ius vocasse ex filia nepotes videtur, vt a relicto ad vitam hæredes sororis excludant: qui etiam pauperibus potiores sunt: neq; ei exceptio diuisioni a matre celebratæ incognito tenore testamenti oberit, cum renuntiatio transactione mulieris læsæ etiam iurata in irritum deducatur.

SVMMARIVM.

Voluntas testatoris seruanda etiam coniectura. nu. 1.
Testator in dubio videtur velle nõ solùm quod ius commune, sed quod ius municipale statuit. nu. 2.
Legata & fideicommissa ad vitam tantùm dari possunt. nu. 3.
Filij positi in conditione censetur positi & in dispositione. nu. 4. vnde filij filiæ excludunt pauperes. nu. 8.
Iudicis decretum facit, ne de dolo aut metu excipiatur. nu. 12.
Conuentio, quę fit super testamentis inspectis & cognitis verbis testamenti fiat. nu. 13. maximè facta ex falsa causa non tenet. nume. 16.
Legitimæ specialiter renuntiandum, aliàs gesta non valent. numero 14.
Iuramentum non supplet vim clausulæ specificatæ, vbi eam lex expressè requirit. nu. 18. nec mulierem, rusticum, aut minorem obligat, vbi enormissimè læduntur. nu. 17.

CON-

CONSILIVM LV.

IN propoſito Videtͣ mihi de iure dicẽdum, ꝙ filius maximè inuitetur ad ſuccedẽdum in portione illius Antoniæ. Et præmitto pro fundamento potiſſimo
1 huius hæſitationis† ꝙ ſeruanda eſt voluntas teſtatoris non ſolùm expreſſa, ſed etiam coniecturata & veriſimilis, arg.l.cũ auus.ff.de condi.& demon.l.cum acutiſſimi. C.de fideicom.l.generaliter.§.cum autem.C.de inſti.& ſubſti.l.in conditionibus primum locum.ff.de condit.& demon.l.ſi quis filium.C.de libe.præte.vbi enim manifeſtiſſimus eſt ſenſus teſtatoris, nunquã interpretatio tantum valet vt melior ſenſu exiſtat, vt ibi exprimit tex.melior de iure.l.Labeo.§.idem Tubero.in ver.niſi demonſtrauerit voluntatem.ff.de ſup.legat. facit l.ex facto proponebatur.ver.facit,quidem totum volũtas defuncti.ff.de hære.inſti.l.cum quidam.ver.quia teſtator hoc voluit.C.de neceſ.ſeruis.l.qm̃ indignum.C.de teſta.l.pr̃ Seuerinam.§.conditionum verba.ff.de condi.& demon.c.vltima voluntas.12 q.2.dicimus nanq; , teſtatoris voluntatem vt legem ſeruandam eſſe, in auth.de nup.§.diſponat, vnde pulchrè dixit Bal.in l.1.C.de ſac.ſan.ecc.ꝙ voluntas teſtatoris præſumitur eſſe talis,qualis,de iure eſſe debet,& dixit ẽt idem Bal.in l.precibus.C.de impu.& alijs ſubſtitu.ꝙ teſtator præſumitur velle & cogitare illud, quod ius diſponit,& facit,qđ voluit Dyn.Bar.Ang.& alij in l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad trebel.vbi dicunt, ꝙ ẽt teſtator in dubio vr̃ velle non ſolùm,quod diſponit ius cõe:ſed etiam illud, quod diſponit ſtatutum ſui municipij:& idem voluit Bar.in l.vt iuriſiurandi.§.ſi liberi.ff.de ope.lib.dixit,ꝙ teſtator præſumitur velle illud quod vult conſuetudo ſui municipij:& non ſolùm teſtator,ſed etiam cõtrahentes,& ita conſuluit apud Lucam do.meus Io.de Imol. vt ipſe refert in commento.c.potuit,de loc.& idem voluit in l.fi.ff.de ↄdi.& demon.& ita refert etiam ſe conſuluiſſe do.Pet.de Ancha.vt ipſe refert in ſuis reportatis in l.tres fratres.ff.de pact.& quod voluit idem domi.Pe.conſilio ſuo 413.Stat modò ex prædictis vera cõcluſio, ꝙ ſequenda eſt voluntas teſtatoris expreſſa & veriſimilis. ¶ Sed ſi quiſpiã dixerit,quæ eſt volũtas huius teſtatoris quoad portionem illius Antoniæ ſuæ ſororis videtur fuiſſe, ꝙ quoad vitam ſuam dũtaxat dicta do.Antonia haberet dictam portionem ſibi relictam,& poſt mortem ſuam deueniret ad filium dictæ Maximæ,ſi filiũ haberet,ꝙ probo ex apertis verbis ipſius teſtatoris: vocauit enim dictã Antoniam ad dimidiam in vita ſua duntaxat, & poſt mortem dictæ Antoniæ voluit deuenire ad dictã Maximam, & ipſi Maximè decedẽti ſine liberis ſuſtituit dictam Antoniam in vita ſua tantùm, & ſic tam in portione deuenta ad dictam Antoniam propter mortem Seueri filij ipſius teſtantis,quàm in portione ventura ad eandẽ Antoniã pp mortẽ maximè filiæ ipſius teſtantis, voluit teſtator, ꝙ in vita ſua duntaxat habeat illas portiones,& ſic æquiparauit illas duas portiones,quoad hoc, vt illas habeat in vita ſua duntaxat: ſicut enim in vna propter exiſtentiam filiorum ipſius Maximè excluſit illam Antoniam ĩ portione Maximè:quia inuitauit filios Maximæ ad ſuccedendum Maximæ & ad excludẽdum ipſam Antoniam. Item & eodem modo videtur inuitaſſe filium ipſius Maximæ ad ſuccedẽdum poſt mortem Antoniæ in portione relicta eidem Anto.propter mortem Seueri.Sicut ergo voluit teſtator filios Maximæ excludere Antoniam in portione Maximæ,ita voluit excludere hr̃des dictæ Antoniæ propter exiſtentiam filiorum dictæ Maximæ:quia cum teſtator voluit dictam portionem tranſire ad hæredes dictæ Antoniæ videtur voluiſſe tranſire ad filiũ dictæ Maximæ:quia magis dilexit Maximam filiam ſuam & filios Maximæ, quàm ipſam Antoniam,ꝙ apparet: quia voluit illã Antoniam habere portiones illas in vita ſua duntaxat,ꝙ non ita diſpoſuit reſpectu Maximæ, & eſt ratio:quia Maxima erat filia & filij Maximæ erant nepotes dicti teſtatoris,ad quos præſumitͣ habere maiorem dilectionem.vt l.pronũtiatio.& l.liberorum.ff.de verb.ſig.& l.cum auus,de ↄdi.& demon.l.cum acutiſſimi. C.de fideicom.iuxta illud Virgilianum. Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parẽtis.l.patrem, & l.ſi debitorem.ff.quæ in fraud.credi.l.nec in ea.§.fin.ff.de adul.Cy.in l.propter inſidias.C.qui accuſa.non poſſ.& qđ ſcribitur tertio libro regum,& quod habetur.in l.3.C.de pac.poteſ.Et ideo videtur de iure aperto dicẽdum, ꝙ ſicut voluit illam Antoniam habere dictam portionem poſt obitum ipſius Antoniæ,ꝙ eodem modo voluit, ꝙ hæredes ipſius Antoniæ haberent dictam portionem poſt mortem dictæ Antoniæ:quia ſi Antoniam,quam præſentem videbat,non dilexit ergo multominus filios ipſius Antoniæ:quia adhuc non erant in rerum natura,ar.eius, quod habetur in l.qui filiabus.ff.de leg.j.& quod voluit Bar.in l.Lucius.ff.de hær.inſti.Et eodem modo eſt dicendũ, ꝙ nõ vocauerit hæredes Antoniæ iuxta illud,quod ſcribitur in paſſione Dominica,ſi in viridi ligno hoc ſit, qđ fiet in arido.authẽ.multomagis.C.de ſac.ſan.ecc.c.non æſtimemus.13.q.2.c.cum in cunctis,de ele.& eodem modo eſt dicẽdum, ꝙ ſicut dilexit dictam Maximam,& eam vocauit ad portionem dictæ Antoniæ:quia noluit dictam Antoniam habere illam portionem, niſi ad vitam ſuam duntaxat,ꝙ ita dilexerit filium ipſius Maximæ,vt probatur in d.l.cum auus.ff.de condi.& demon.ſicut ergo vocauit Maximam,ita videtur vocaſſe filium Maximæ ad portionem Antoniæ, vt probatur in d.l.acutiſſimi.C.de fideicom.d.l.generaliter.§.cum autem.C.de inſti.& ſubſt.& ex iſtis tollitur illud,quod iam opponitur,ꝙ dies fideicommiſſi cedit a morte grauati,ſi legatum,aut fideicommiſſum eſt purum: ſed ſi ↄditionale vel in diem incertum, non cedit niſi adueniente ↄditione,vel die incerta.Et ſi interim decedat legatarius,vel fideicommiſſarius non tranſmittit,ita probatur in l.vnica.§.ſin autem.C.de cad.tol.voluit glo.in l.1.C.de his qui ante aper.tab.iſtud ſequitur ibi Bald.qui idem voluit in l.ſi in perſonam.C.de fideicommiſ.& in d.l.vnica.§.ſin autem.& in c.1.in tit.qui ſucce.ten.do.Pe.de Ancha.conſilio 210.Bal.in l.is cui.ff.de acti.& obli.ſcribentes omnes in l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebellianum.Ang.in d.l.is cui.nam legata & fideicommiſ.quoad diei ceſſionem & tranſmiſſionem æquiparantur,vt d.l.vnica.§.ſin autem ſub conditio.& l.3.§.1.ff.de adimen.lega.ſed legatum factum Titio poſt mortẽ Sempronij non tranſmittitur per Titium ad hæredem,ſi ante mortem Sempronij decedat,vt l.hæres meus.§.1.ff.de cond.& demõſt.& l.ſi cum hæres.& l.huiuſmodi.verſic.nam tale.ff.quãdo dies lega.ced.ergo ita videtur dicendum in ſubſtitutione fideicommiſſaria: & ad hoc facit, quod voluit Lu.Ro.in conſil.17.incip.Viſo pũcto mihi propoſito,& quod voluit idem Lu.conſilio 162.incip.Super puncto præmiſſo.cum ergo iſtud fideicommiſſum fuerit conditionale,ſeu in diem incertam,ſequitur,ꝙ ante aduentũ diei,vel conditionis non tranſmittitur:quia iſta procedunt, quando quis venit ex tranſmiſſione eius,qui fuit vocatus ſub cõditione,vel ſub die incerta,non autem quando videtur vocatus tacito iudicio teſtantis, & non ex iure ſibi tranſmiſſo ex perſona Maximæ,quæ deceſſit ante dictam Antoniam, ſed in caſu noſtro

teſtator

testator videtur vocasse omnes succedētes illi Seuero filio suo mortua dicta Antonia, cum disposuit, ꝙ vita sua duntaxat succedat dicta Antonia in illa portione, videtur mortua Antonia vocasse hæredes dicti Seueri, & per consequens filius Maximę venit vocatus iudicio testantis: quia quæ voluit rem peruenire ad dictam Maximam, & ea mortua, videtur vocasse filium Maximę: & sic ad aliquem pertinere ad tempus, videtur velle, ꝙ post tēpus redeat ad suum hæredem, & ad hæredem hæredis, ita probatur formaliter in l. Titia. ff. de lega. 2. vnde non videtur habuisse respectum ad personam, sed magis ad ius hæreditarium, arg. l. si ita. ff. de statulibe. & ideo debebitur hæredi hæredis, facit l. in annalibus. C. de leg. ita formaliter voluit Bart. Et adduco rationem, quam adduxi superius, videlicet quia non venit iste filius Maximæ ex iure transmissionis ex persona illius Maximæ; quia ipsa non potuit transmittere, cū ius non sit radicatum in persona sui: cum fideicommissum sit cōditionale, & vt voluit Aristoteles in 2. libro de anima, actus, inquit, actiuorum sunt in patiente bene disposito. Cum ergo nō sit capax huius iuris conditionalis, & illud non transmittat in filium illa Maxima, ergo nō potest illud transmittere; quia nemo dat illud, quod non habet: vt c. gratia. 1. q. 1. & q. 7. c. Diabertum, cum si. Sed istud accidit ex natura temporalitatis adiunctæ & vnitæ dictæ portioni relictæ dictæ Antoniæ ab ipso testatore, quæ portio finitur tempore, vt l. fi. C. de legib. Et adduco Baldum, qui in indiuiduo decidit hāc dubitationem in d. l. Titia testamento. §. Titia. ff. de lega. 2. vbi dicit in vltima q. ꝙ quando testator legauit alicui ad vitam, & prius moriatur hæres, quàm moriatur legatarius, quòd transmittitur ad hæredem hæredis mortui, non propriè ex natura transmissionis, sed ex natura temporalitatis iniunctæ primo legato, quod tempore finitur, allegat. d. l. fi. C. de legi. Et subdit, ꝙ hæres hæredis premortui poterit illud vendicare, & dicit notandum esse hunc passum, & facit, quod voluit prestans doctor Rapha. Cuma. in d. §. Titia. vbi referens Bar. dicit, quòd istud fideicommissum ex mente testatoris non solùm ipsi filiæ videtur relictum, sed etiam videtur relictum omnibus descēdentibus ex ipsa filia, ꝙ colligitur ex dictione taxatiua: & ita est in casu nostro; quia apposita est dictio taxatiua, duntaxat, ergo videtur vocasse omnes descendētes ex ipsa Maxima: & postea idem Rapha. allegat ibi Bald. dicentem, ꝙ hodie tale legatum finitur morte illius Antoniæ. d. l. fin. C. de lega. sicut legatum, quod finitur, remanet apud hæredes, ita hoc casu remanet legatum apud hæredes hæredis; & istud dicit ibi Rapha. Cuma. videtur iustius, allegat. l. codicillis. in princip. ff. de annu. lega. & hanc partem sequitur Io. de Imo. in d. §. Titia. Et si rectè ponderetur tex. ibi, dum testatrix dixit, post mortem eius erunt tua, & filiorū tuorum, quia vtitur isto verbo, erunt enim tua, sunt verba expositiua, & declaratoria verborum præcedentium: vnde non oportet, ꝙ dicatur post mortem legatarij erunt hæredis & heredum suorum: imo hoc important illa verba, in vita duntaxat, ideo per modum rationis dicit, erunt enim tua & filiorum tuorum, & ista videtur verissima interpretatio illorum verborum, ex quo tex. sequitur, ꝙ cum testator legat alicui ad vitam dūtaxat, ꝙ videtur disponere, quòd post mortem legatarij sit hæredis, & filiorum suorum. Ergo cum voluit testator, ꝙ dicta Antonia habeat dictam portionem in vita tantum, videtur velle, ꝙ post eius mortem sit Maximæ & filij; quia sunt hæredes hæredis dicti testatoris, & habet rationem in se, quia illam dilectionem, quam habuit ad Maximam filiam, videtur habuisse ad filium Maximæ, vt d. l. cum acutissimi. & d. l. cum auus; & probatur in d. §. Titia. dū reddendo & tradendo significationem illorum verborum, vt in vita duntaxat habeat, intelligitur, ꝙ sit sua & suorū filiorum, ita videtur in proposito nostro vocasse Maximam & filium Maximę. Si ergo Maxima prædecessit, tamen sufficit, ꝙ extet filius Maximæ, ergo filius Maximæ videtur vocatus iudicio ipsius testantis: & per consequens excludit hæredes ipsius Antonię, & etiam excludit pauperes, vt inferius demonstrabo. Et ex istis tollitur illud, quod voluit Bald. in l. si quis filium. C. de inoffic. testam. & Bart. in l. fin. ff. ad Tertul. quia non venit filius Maximæ per transmissionem iuris ipsius Maximæ. Sicut ergo substituit filios Maximę in portione relicta ipsi Maximæ, ita & eodem modo substituit filios ipsius Maximæ in portione relicta illi Antonię, mortua dicta Antonia, cum in vita tantùm voluit, ꝙ haberet dictam portionem, & non vltra. Item facit ad prędictā, quod habetur in d. l. 1. §. si autem. C. de caduc. tol. vbi dicitur, ꝙ legata vel fideicōmissa relicta sub conditione, vel ad diem incertam; si efficiantur caduca, vadunt ad substitutos, vel cōiunctos, aut remanent apud hæredes, a quibus relicta sunt, vel apud hæredes hæredis: ergo remanebit dicta portio apud filiū dictæ Maximæ hæredis dicti Seueri. ¶ Et si quispiam opponat de eo, quod habetur in l. hæreditas ex die. ff. de hær. inst. & l. miles. ita. §. & quia diximus. ff. de testa. milit. & quod habetur in l. extraneum. C. de hære. insti. vbi hæreditas non potest dari ad tempus: Respondeo, nos non loquimur in hæreditate, sed loquimur in fideicommisso: nam legata † & fideicommissa possunt dari ad vitam, vt probatur in d. l. Titia. §. fi. & voluit Bar. in l. liberti. el 1. in prin. ff. de ali. & ciba. lega. vbi refert Iac. de Areti. dicere per d. l. Titia testamento. §. Titia. de leg. 2. ꝙ si relinquitur ad tempus vitę, quòd non durat post mortem legatarij, sed remanebit penes hæredem, & sic sentit ibi Iac. de Aret. ꝙ legatum & fideicommissum dari possint vsque ad tempus vitæ: & per consequēs non est opus intrare illum conflictum disputandi, quando possit hæreditas dari vsque ad tempus, vel ad vitam, & plenè disputat Bald. in d. l. extraneum, vt in l. id quod pauperibus. C. de episcopis & cleri. in l. 1. C. de sacrosanctis eccles. & in l. eam quam. C. de fideicom. & in d. l. miles. ita Pe. de Ancha. in fi. de pigno. Ioan. Cal. in duobus suis con. in tit. de testa. & Io. de Imo. in l. si seruus. §. fin. ff. de vulg. & pup. Io. Andr. in addit. in tit. de pig. §. 1. ver. porrò. Fede. de Sen. consi. suo 156. Lud. Ro. consi. 69. Ange. in l. certi iuris. C. de testa. mili. & in d. l. si miles. & in consi. suo 156. incip. Donatas. & Io. de Imo. in l. filius a patre. ff. de libe. & posthu. & in l. hæreditas ex die. & in d. c. fi. de pign. ff. de hæredi. instit. Et sic ex istis concludo, filium dictæ Maximæ excludere hæredes dictæ Antoniæ, a portione relicta dictę Antonię quò ad vitam suam duntaxat. ¶ Restat modò accuratè videre, si filij dictæ Maximæ excludant pauperes: & ꝙ de iure isti liberi † videātur vocati tacito iudicio defuncti ad dictam portionem, apparet ex l. Lucius. ff. de hære. instit. vbi testator grauās fratrem restituere hæreditatem sub conditione, si decesserit sine filijs, a contrario sensu colligitur, ꝙ si decesserit cum filijs, cēsetur illos prætulisse substituto, & sic iure fideicommissi veniunt ad hæreditatē testatoris, probatur er tex. illo in ver. prudens ɔsilium testantis animaduertitur, nō enim fratrem solùm prætulit substitutio, sed etiam eius liberos. idem probatur in l. ex facto. ff. ad Trebell. ad idem adduco. l. filiusfa. §. cum quis. ff. de leg. 1. vbi liberi extantes veniunt iure fideicommissi. Idem probatur in l. vnum ex familia. §. fi. ff. de le. 2. & in l. fideicommissa. §. hæc verba. ff. de leg. 3. & in l. Pamphilo. in prin.

in princip.eod.tit. Facit ad hoc.d.l.cum auus.& d.l. cum acutissimi.vbi dicitur,filium grauatum simpliciter restituere,intelligi sub tacita conditione,si sine liberis decesserit;ergo liberi extantes videntur vocati ad succedẽdum tacito iudicio ipsius testantis.adduco, quod voluit Salyc.in l.1.C.de condi.inser.vbi dicit,quòd ad hunc finem liberi excludunt substitutum, vt ipsi sibi habeant illam hæreditatem.& mouetur etiam ibi Salyce.per d.l.cum acutissimi.& dicit esse istud indubitatum,quando testator instituit filium,& grauauit,si sine liberis decesserit, vt videatur vocasse illos liberos,non solùm ad excludẽdum substitutum, sed etiam ad includendum ipsos liberos:& mouetur etiam Saly.ad sic dicendum per d.l. Lucius.& damnat glos.ibi dicentem,quòd veniunt ab intestato. ad hoc allegat l.2.§.si duo.ff.de col.bo. & l.peto.in princ.ff.de lega.2.& dicit hanc opi.fuisse originaliter Oldr.Lauden.vt liberi videantur vocati. Facit etiã: quia a contrario sensu conditionis tacitæ, vel expressæ resultat dispositio legati seu fideicommissi.istud decidit text.in l. patri nubenti filiæ. ff.de colla.do.Istud etiam probatur in dicta l.1.C.de condit.inser.vbi illa conditio, si sine liberis decesserit,defecit propter nepotem,ad quem hæreditas testatoris fuit deuoluta,& hoc non sit tacitè: quia ex tacita voluntate testantis volentis nepotem ad hæreditatem suam peruenire. ad idem adduco.l.1. C. de pac.Facit etiam.d.l.generaliter.§.cum autem.C. de institutio.& substitut. versicu.non esset verisimile, patrem , si de nepotibus cogitasset, talem fecisse substitutionem: si ergo vbi pater non facit mentionem de nepotibus : includuntur nepotes, vt excludant substitutum , ergo multofortius excludũt substitutum , quando de eis est facta expressa mentio . Accedat.d.l.Lucius.vbi illa verba, si sine liberis decesserit,appellat lex prouidentiam testatoris,si non venirent ex testamento:quia videretur lex imposita verbis,& non rebus,quòd esse non debet.l.secunda. C.commu.de le.cap.commissa,de elect.libro sexto. Et etiam facit.d.l.Lucius.vbi dicitur, prætulit liberos substituto;:sed substitutus vocatur ex testamento,ergo liberi vocantur ex testamento, aliàs non diceretur prætulisse. Facit etiam ad prædicta.l.si quis ita hæres instituatur,si legitimus non vendicauerit. ff.de hæredi.institut.vbi illa verba inducunt institutionem : ergo sequitur,quòd multo fortius inducitur institutio,si dicatur , si sine liberis decesserit. Et adduco casum sing.in l.Titia Seio.§.Seia libertis.ff. de legat.2.vbi testator rogauit,vt ille,qui ex hæredibus vltimus decederet, restitueret fundum,quòd in illo fundo tacitè videtur substituisse omnes hæredes. Ita in casu nostro, quando dixit, si sine liberis decesserit.Facit simile,quod voluit Barto.in l.2.§.vi-
5 dendum.ff.ad Tertulia. vbi dicit † statuto cauetur, quòd stantibus agnatis fœmina non succedat,quòd illud, quod aufertur fœminæ, applicatur agnatis; quia fauore agnatorum tale statutum emanauit:& quod voluit idem Bart.in l. si duo emancipati. ff.de colla.bo.& in l.prima.§.si pater.ff.de coniungen.cũ emancip.libe.& est text.melior de iure in l.si defunctus.C.de suis & legi.secundùm Bald.ibi, qui dicit, quòd tale statutum habet vim inclusiuam,& idem voluit Baldus.in l.maximum vitium.C.de lib.prçte. in l.1.C.de secun.nupt.& in l.quod verò.ff.de legib. & in l. si verò.§.de viro.ff.soluto matrimo. & in suo consilio incipient.Martinus Ioannis de Flor.posito inter consilia Ange.consilio 67.& quod voluit Ioannes Andr.in addi. Specu.in rub.de success.ab intest. Ita dicatur in proposito; quia cum illa exclusio, scilicet pauperum, sit facta fauore liberorum, sequitur, quòd illi pauperes sunt vocati ab ipso testatore ad succedendum.& istam partem voluit Bald.in lectura antiqua. in l.prima.C.de condit.inser.& secundùm hanc partem consuluit domi.Petr.de Anchar.consilio incipiente contra Philippum.faciunt scripta per Bartol. & Bald.in quo consilio idem dominus Pet.primo arguit de glossa,in dicta l.Lucius. vbi patet, quòd substitutio facta, si sine liberis decesserit, non facit, nec operatur inclusionem ipsorum liberorum:quia nõ per modum dispositionis, sed per modum conditionis de ipsis liberis est facta mentio:& verba conditionaliter prolata non inducunt dispositionem : vt l.si quis sub conditione.ff.si quis omissa causa testamenti.postea domi.Petr.decidit contrarium;& mouetur : quia ista sic ad corticem intellecta infringunt mentem ipsius testantis, & satis sonant in absurdum, quæ absurditas debet euitari tam in legibus, quàm in testamentis, & in alijs dispositionibus,& circumscriptis verbis, mens testatoris est sequenda l. scire oportet. §. si maximè. ff.de excusa.tuto.l.3.C.de libe. præteri.ergo intentio testatoris non ita reducitur ad absonũ intellectum: dicit,non absurdum dici posse, quòd liberi ex filijs præmorientibus admittantur vigore substitut.licet conditionaliter facta sit mentio de ipsis. Et mouetur:quia iura quandoque liberos interpretantur venire exclusis substitutis,etiam si de ipsis non sit facta mentio : vt dicta l.cum auus. si igitur ibi non est facta mentio de liberis, lex supplet & subintelligit:ergo multo fortius admittentur liberi,vbi de eis facta est mentio, licet conditionaliter: debet enim accipi illa specificatio de liberis, tanquam purè,ne successio testatoris liberis exclusis ad illos deuoluatur contra eius mentem, & dicit istud optimè probari, in dicta l.Lucius. & glossa ibi, quæ dicit, tacitè ab intestato, nimis restringit, & nimis offendit verba iurisconsulti, qui clarè loquitur, & ex intellectu illius gloss. sequeretur contra mentem testatoris. adducit etiam dominum Petrum,illam doctrinam Bartol. in dicta l.secunda.§.videndum.ff.ad Tertul. quam adduxi superius, & sic domi.Petr.formaliter consuluit contra illam gloss. Et si ponderetur rectè dictum Bar.in l.generaliter.sentit contrarium eius, quod voluit glos.in dicta l.Lucius.dicit enim,quòd si testator dixit. Si nauis ex Asia venerit, aut Titius consul fuerit, aut imperator venerit in Italiam, talem substituo,quòd vbicunque inter istas conditiones alternatiuas est illa, si decesserit sine liberis, ꝙ resoluitur in coniunctam,quod apparet:quia testator voluit præferre liberos substitutis,& ad sic dicendum mouetur per dicta l.Lucius. secus dicit, si illa conditio sine liberis,non apponeretur, & sic Bartol. voluit liberos præferri substituto ex voluntate testantis:ergo sentit Bartol.liberos fore vocatos in testamento. Et adduco, quod voluit Bartol. in l. si fuerit.ff.de legatis tertio . vbi Bartol. dicit, quòd filius videtur grauatus restituere eius liberis sub conditione comprehensis. Ecce nunc qualiter idem Bartol. videtur damnare gloss. in l.Lucius. & tenet contrarium eius, quod ipse voluit in dicta l. Lucius. Et plus dico, quòd gloss. illa non dicit illud, ad quod communiter allegatur : nam referendo illam gloss. ad text. loquitur in substitutione vulgari, non autem loquitur in substitutione fideicommissaria : text. enim ibi loquitur, quando frater institutus morte præuentus non adiuit hæreditatem, gloss.ibi dicit, quòd illo casu liberi veniunt ab intestato : & sic loquitur, quando hæreditas non fuit adita, & communiter docto. ponunt exemplum, quando institutus adiuit,& moritur liberis relictis,

quòd excluditur ſubſtitutus,& illi liberi non vocan-
tur ex teſtamento : & ideo malè allegatur gloſſ. illa
loquens in ſubſtitutione vulgari ad ſubſtitutionem
fideicommiſſariam. Quinimo plus dico, quòd Bar-
tolus in commento.l.Centurio. in penultima quę-
ſtione. tenet contra illam gloſſam . in l.ſi quis eum.
ff.de vulgar.& pupillar.& in l.Gallus. in principio.
ff.de liberis & poſthumis. & vidi quandam apoſtil-
lam ſcriptam manu Ioannis de Anania archidiaco
ni Bononien.dicentis,quòd cum legiſſet Florentiæ,
audiuit, quòd antiqui aduocati Florentiæ tenue-
runt contra gloſſ. dictæ l.Lucius . Et adduco ad hoc
textum dicta l.Lucius.aliter inducendo, quàm fece
rint doctores:nam textus ibi dicit,quòd ſi frater in-
ſtitutus adiuit,excluditur ſubſtitutus. Si vero frater
inſtitutus priuſquàm hæreditatem adiret, deceſſiſ-
ſet liberis relictis, prudens conſilium teſtantis ani-
maduertitur,non enim fratrem ſolùm prætulit ſub
ſtituto , ſed & liberos : nam regulam habemus ,
6 † quòd vbicunque hæc dictio,ſed, adiungitur cum
hac dictione,&,aduerſatur præcedentibus in facto:
ſed non in iure.Ita dixit gloſſ.in l.ſecunda.ff.ne quis
eum , qui in ius vocatur . & in l.ſed ſi.l.ff.de petitio-
ne hæreditate.Bartolus in l.hoc amplius.ff.de dam-
no infecto.& in dicta l.ſecunda . dominus Cardina-
lis in capitulo requiſiſti,de teſtamentis.quia ad hoc
allegat gloſſam , quam reputat ſingularem in capi-
tul.maiores.§.cæterùm , de baptiſmo. ſi ergo per il-
lam dictionem, ſed, importatur diuerſitas in facto,
& identitas in iure . ſequitur , quòd ſicut ille frater
inſtituit fratrem ſuum , & illo fratre non adeunte ,
vel moriente ante aditionem , ita videtur inſtituiſ-
ſe liberos illius fratris . Cum ergo textu ibi dicat, ita
quòd inſtituit fratrem , & prætulit eum ſubſtituto ,
etiam inſtituit filios fratris & illos prætulit ſubſtitu-
to : ergo ſequitur, quòd eodem modo vocauit ex
teſtamento illos liberos,fratre ſuo hærede inſtituto
non adeunte : nam ſi prætulit liberos ſubſtituto , &
ſubſtitutum vocauit ex teſtamento,ergo multo for
tius vocauit liberos fratris ex teſtamẽto:quia ſi præ-
tulit,ſequitur,quòd in honore & commodo,& per
conſequens titulo honorabili inſtitutionis.Item fa
cit , iſti liberi naſcituri per prius erant in diſpoſitio-
ne , cum mortuis parentibus ſuccederent eis.l.2.C.
quorum bonorum.cum ſimi.ergo illa verba prola-
ta a teſtatore conditionaliter non veniunt ad dimi-
nutionem fauoris liberorum,ſed potius augent , &
ſic vt opulentius ſuccedant, fuit facta illa conditio,
ideo niſi ſuccedant ex teſtamẽto,ceſſabit iſte fauor.
l.cum auus . & l.generaliter.C.de ſecundis nuptijs.
7 ¶ Præterea facit ad hoc , † ablatiuus abſolutè poſi-
tus reſoluitur in cõditionem.l.a teſtatore.ff.de con-
ditio.& demonſtratio. ſed Bar.in d.l.2.§.videndum.
dixit,quod illa verba,ſtantibus agnatis,ſtant diſpoſi
tiuè,& ſic ſentit,quod verba conditionaliter poſita
inducunt diſpoſitionem:vt illa verba , ſi ſine liberis
deceſſerit. Facit etiam , ſi teſtator non expreſſiſſet
verba ſine liberis,tamen viderentur expreſſa a iure:
vt d.l.cum acutiſſimi.ergo ſequitur,quod expreſſio
debet aliquid vltra operari , argument.l.ſi quando.
C.de inofficioſo teſtamento.ca.ſi Papa , de priuileg.
libro ſexto , & per conſequẽs operatur vocationem
ex teſtamẽto , & ideo iſta pars videtur de iure verior
& æquior. Et etiam probatur melioribus rationi-
bus,& motiuis,quo caſu ſtatur opinioni,quę habet
meliores rationes,vt c.capellanus,de ferijs. Et licet
Ioan.de Imola in dicta l.Lucius dicat,quod contra-
ria opinio eſt communis:tamen ſalua pace ſua dixe
rim , quod imo iſta videtur verior , & communior
opinio,quam tenuit Bartolus in pluribus locis,quæ
allegaui ſuperius licet ipſe Bartolus aliter dixerit in
dicta l.Lucius.& maximè quia ratio , ex qua Bartol.
ſe mouet in dicta l. Lucius . non videtur vera : dicit
enim , quod non præſumitur auus habere affectio-
nem ad nepotes,qui adhuc non ſunt in rerum natu
ra:quia iſta ratio confunditur per d.l.cum auus.vbi
auus videtur habere affectionẽ ad nepotes,qui tem
pore teſtamenti non erant in rerum natura , idem
probatur in dicta l.cum acutiſſimi. & in dicta l.gene
raliter.§.cum autem.tum quia Bartolus in pluribus
locis tenet contrarium , ergo videtur cum meliori
deliberatione ita tenuiſſe,argumen.l.diui fratres.ff.
de iurepatrona.tum quia hanc opinio.tenuit Oldr.
Bald.Salyc.& refert Ioannes de Imola in d.l.Lucius.
vidiſſe conſilia multa pro hac parte,ego infinitis vi-
cibus vidi ita conſuli per valentiores docto.Italię,&
ego ſecundùm ingenij paruitatem mihi datã a deo,
ita conſului , & ita vidi iudicari : & per conſequens
videtur vera concluſio , quod filius illius Maximæ
videtur vocatus ad ſuccedendum. ¶ Et ſi quiſpiam
dixerit,quod non præfertur pauperibus. Ad hoc re-
ſpondeo,quod imo præfertur pauperibus , & quod
voluntas teſtantis fuerit potius vocaſſe filium Maxi
mę,quàm pauperes Chriſti,demonſtro ad oculum.
Et præmitto prius,quod filij appellatione venit ne-
pos,& quod ita nepotem diligimus vt filium ; quia
per nepotem acquirimus quandam æternitatis me
moriam in æuum. Ita dixit text.in l.liberorum.ff.de
verbo.ſignificatio.facit.l.pronũtiatio.ff.eo. Et addu
co elegantem doctrinam Ricar.Malumbrę,& Bald.
quæ probat vtrumque dictum , videlicet , quod ne-
pos ita ſit dilectus ab auo ſuo ſicut & filius,& quod
nepos excludat eccleſiam , & per conſequens piam
cauſam,& ſic pauperes,nam Bald.in l.cum acutiſſi-
mi.C.de fideicom.refert Ricardum decidere,quod
ſi pater inſtituit filium , & poſt mortẽ filij iuſſit con-
ſtrui quoddam monaſterium,decidit,quod ſi naſci
tur nepos,excludetur monaſterium,& quod illo ca
ſu mona.non habetur loco filij;cum non ſit hæres;
quia ratio naturalis potentior eſt,quàm fictio.l.filio
quem pater.ff.de libe.& poſthu.ita formaliter deci-
dunt Ricardus & Bald.licet Pet.de Anchara.in c.in
præſentia,de probatio.tetigerit hunc paſſum,& du-
bitans reliquit cogitandum . Sed non vidit Ricard.
nec Bal.decidentes hunc paſſum.Ecce modo,quod
decidunt duo,quod ita pater diligat nepotem ex fi-
lio,ſicut ipſum filium:& quod filius filij tacitus , &
non expreſſus excludat monaſterium : ergo multo
8 fortius † excludit pauperes, quando exprimitur ne-
pos:quia potentius eſt expręſſum,quàm ſit tacitum
vt l.fina.C.de pact.conuent.& etiam quia pauperes
ſemper inueniunt benefactores,& benefaciẽtes eis,
vt dicitur in paſſione Dominica , Pauperes ſemper
vobiſcum habebitis , &c. vnde poterunt pauperes
Chriſti reperire benefaciẽtes : ſed nõ ſic liberi iſtius
Maximæ:ideo potius eſt deferẽda portio ex prę ſum
pta charitate aui ad nepotes , quàm ad pauperes .
Pondero rationem Ricard. & Bald.in d.l. cum acu-
tiſſimi.cum dicunt , quòd ratio naturalis potentior
eſt, quàm fictio , & ſic ex ratione naturali eſt ſecun-
dum eos , vt nepotes veniant ad bona aui potius,
quàm monaſterium , vel quàm pauperes , & addu-
co , quod voluit idem Bald.in l.iubemus.C.de teſta.
vbi dixit , quòd hæres non poteſt inſtitui nutu ,
etiam ſi eſſet filius : ergo multo minus eccleſia po-
teſt inſtitui nutu,ꝙ dicit eſſe magis apud naturalem
rationem,& apud ius canonicum & ciuile,quaſi ſit
extraneus hæres etiã eccleſia , vel pauperes Chriſti,
allegat.l.Gallus.& l.in ſuis.ff.de liber.& poſthu.non
obſtant.capitulo relatum,& capitulo cum eſſes,de
teſtamen.

testament. quia ibi voluntas erat clara: sed non solennis. & sentit ibi Bald. chariores esse nobis filios & sic nepotes, argument. dicta l. liberorum. & dicta l. cum auus, quàm ecclesiam, vel pauperes Christi, tam apud rationem naturalem, quàm apud ius canonicum, & etiam sentit, quòd in dubio potior est causa filiorum, vel nepotum, quàm ecclesiæ aut pauperum Christi. & idem voluit Bald. in l. in epistola. C. de fideicomm. vbi dixit, quòd si pauperes essent instituti filio præterito, filius præteritus diceret testamentum nullum, & pauperes institutos nihil consequi; allegat authentic. ex causa. C. de libe. præteritis. Ecce qualiter chariores sunt apud leges liberi. & idem voluit idem Bald. in repetitione. l. in suis. ff. de libe. & posthumis. & in repetitione. l. 1. C. de sacrosanct. eccles. domi. Petr. de Anchara. consilio 13. & in capitulo secundo, de testamen. & domi. Ioannes de Imola, in capitul. fina. de donatio. Ita dicamus in casu nostro, vt iste auus maternus potius vocauerit ad illam portionē filium Maximæ, quàm pauperes. & posset formari ratio modo isto, naturale votum parentum vocat liberos ad successionem. l. scripto. ff. vnde li. l. nihil. §. facilior. ff. de bo. liber. l. nam & si parentibus. ff. de inofficio. testamen. sed vt quis relinquat pauperibus mouetur voluntate, & non natura, argument. capitul. animæ defunctorum. decimatertia quæstio. secūda ergo potentiori vinculo astringitur pater ad liberos, quàm ad piam causam, arg. authent. itaque. C. commun. de successio. capitulo primo, de treuga & pace. Præterea facit, si pater relinquat liberis suis, dicitur esse pietas, vt dicta l. nam & si parentibus. dicitur etiam pietas per id, quod voluit gloss. quæ reputatur singula. in l. si quis Titio. ff. de lega. secundo, & probatur in authent. vt cum de appella. cogno. aliàs in authent. de eccle. tit. §. si autem. versi. animæ pijssimæ, & quod voluit ibi Ange. & quod voluit Bald. in l. prima. ff. de lega. secundo, & sic vtrunque legatum reperitur priuilegiatum. Sed vbicunq; duo priuilegiati concurrunt adinuicem, & vnus tractat de damno euitando, vel tractat de perdendo quasi debitum, & alter tractat acquirere lucrum, primus priuilegiatus præfertur secundo priuilegiato. Ita dicunt omnes scribentes in authen. quas actiones. C. de sacrosanc. eccle. & in l. iubemus. C. ad Trebel. capitul. in præsentia, de probatio. Aliud enim est lucra non capere, & debita perdere. l. prima. C. de codicil. sed filius, nepos & similes personę dicuntur capere debitum, vel quasi debitum in bonis aui. l. in suis. ff. de libe. & posthu. & quod ibi voluit Bald. & Angel. & quod habetur in l. prima, & ibi Bartol. C. de imponen. lucra. descrip. libro 10. ergo sequitur, quòd filius Maximæ præfertur ipsis pauperibus. Præterea facit, facilius abdicatur a nobis ius quærendum, quàm ius quæsitum, vt probatur in l. quod autem. ff. quæ in fraudem credito. voluit Federic. de Senis, consil. 9. & Innocent. in capitulo admonet, de renunt. Bald. in authē. si qua mulier. C. ad Velleia. sed certum est, quòd donatum & translatum in ecclesiarum reuocatur natiuitate liberorum, vt probatur in l. si vnquam. C. de reuocandis donatio. & 17. q. 4. capit. quicunque. Si ergo excluditur ecclesia a iure sic quæsito, sequitur, quòd multo fortius excludetur a iure quærendo natiuitate liberorum. Præterea facit, potentius est pactum, quàm sit testamentum. l. prima. ff. de pactis. l. si quis in principio testamenti. ff. de legat. 3. sed natiuitate liberorum reuocatur pactum, vt dicta l. si vnquam. ergo sequitur, quòd si ibi excluditur ecclesia ab eo, quod acquisiuit, quòd multo fortius excluditur ab eo, quod nondum acquisiuit, sed ve-nit acquirendum. Facit etiam ad prædicta, quod voluit gloss. in l. si quis ad declinandam. C. de episcopis & clericis. & in l. Papinianus. §. si imperator. ff. de inofficioso testam. quæ dicunt, liberos præferendos ecclesiæ in bonis paternis, vel auitis. Et adduco, quod voluit Bartol. in l. filio præterito. ff. de iniusto testamento, vbi dicit, pone aliquem non habentem filios fecisse magna legata consanguineis, & ecclesijs, quæ non est verisimile fecisse, si de liberis cogitasset, quòd extraneos prætulisset suæ soboli, allegat ibi Bartol. dictam l. cum acutissimi. & dicta l. cum auus. & gl. in dicta l. si quis ad declinandam, & sic voluit aperto ore Bartol. quòd potius videatur testator inuitasse suos liberos, quàm ecclesiam, & idem voluit etiam Bartol. in authent. ex causa. C. de liberis præterit. Et idem voluit Bald. in dicta l. filio præterito. & in dicta authent. ex causa. & vtrobique sequitur Angel. sed idem Angel. in dicta l. filio præterito. limitauit præfatam doctrinā, nisi testator legasset ecclesiæ, vel pauperibus pro sua conscientia exoneranda; quia tunc conscientia testatoris esset præferenda filijs, iuxta illud, quod scribitur apud Iob virum patientissimum, circa princip. pellem, inquit, pro pelle, & omnia quæ habet homo donat pro anima sua. Et sic ex istis elicitur clara & vera conclusio, quòd filius Maximæ excludit pauperes quò ad portionem dictæ Antoniæ. ¶ Et si quispiam opponat de eo, quod habetur in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellia. vbi fideicommissum relictum a pluribus, & sub nomine collectiuo, debetur pro rata vltimi decedentis, in cuius persona euenit conditio: sed in persona dictæ Antoniæ, quæ vltimo loco decessit, euenit conditio: quia decessit sine liberis, ergo pro rata ipsius debetur fideicommissum relictum pauperibus. Circa hunc passum est aduertendum ad verba dictę substitutionis: quia dicitur in dicto testamento, voluit & mādauit post mortem dictorum Seueri & Maximę decedentium sine liberis, & dictæ dominæ Antoniæ &c. vendi & dari pauperibus, ex quibus apparet est oculū, quòd illa verba, sine liberis, non sunt relata ad ipsos Seuerum & Maximam, ergo ipsis decedentibus cum liberis, vel altero ipsorum Seueri & Maximæ, excluduntur pauperes: quia testator habuit maiorem affectionem ad filios filiorum, quàm ad filios sororis, quòd apparet ex eo: quia vocauit illam Antoniam ad certam portionem ad vitam suam duntaxat, vnde licet in l. Lucius. §. Caio. ff. ad Trebel. dixerit Dyn. quem ibi sequitur Barto. duo, inquit, obtulerunt se monasterio, vt monasterium post mortem eorum habeat bona sua, quòd si vnus ex eis decesserit, statim bona illius mortui acquiruntur monasterio. Et istud sequitur Cyn. in l. pen. C. de impub. & alijs substi. quem etiam sequitur ibi Bald. & Ioannes de Imola, in dicta l. hæredes mei. §. cum ita. & in l. fina. §. pe. ff. de legat. secundo, & quod voluit Angel. in l. quidam testamento. ff. de vulga. & pupilla. & in l. hæredes mei. §. cum testament. Ad ista respondeo, quòd procedūt, nisi affectio & charitas personarum aliud importet, testatorem voluisse alium venire ad bona, quàm substitutum, argument. dicta l. cum acutissimi. & dicta l. cum auus. & dicta l. generaliter. §. cum autem. & glossa in dicta l. si quis ad declinandam. & glossa in dicta l. Papinianus. §. si Imperator, quia tunc ex coniectura mente defuncti receditur a vi & a natura coniunctionis verbalis, ita sapienter dixit Bald. in dicta lege penult. C. de impube. & alijs substitut. Et facit tex. d. l. quidam testamen. & quod voluit ibi Barto. vbi dixit, quòd duobus filijs institutis testator dixit, & si sine liberis decedant, quòd hæ-

reditas sua veniat ad pauperes, quòd vno ipsorum decedente sine liberis, quòd hęreditas pro illius portione non vadit ad substitutum, sed ad cohæredem superstitem: ex eo, quia est talis persona, quæ ex præsumpta mente testantis excludit substitutum: mouetur ex dicta l. quidam testamento, & ideo dicebat Bald. in d. l. penult. quòd quandoque possumus esse certi de mente testantis per illius declarationem, vt l. cum proponebatur. ff. de lega. 2. vel per iuris interpretationem, vt d. l. hæredes mei. §. cum ita. vel per vrgentem dispositionem, & ibi dixit etiam Baldus, quòd licet omnes intelligant illam. l. in substitutione pupillari, tamen habet locum in compendiosa. Et facit, quod voluit Angelus in d. l. hæredes mei. §. cum. ita. † quòd vbicunque superest aliquis de institutis, quem verisimile est testatorem voluisse præferri substituto, quòd tunc excluditur substitutus. Et etiam dixit ibi dominus meus Ioan. de Imola, quòd si instituti essent tales, quorum vnus posset succedere alteri, quòd tunc excluderetur substitutus, vel de iure communi, vel de iure municipali: quia tunc non resoluitur in singularitates talis institutio, sed expectatur euentus cōditionis in persona omnium institutorum, & hoc voluit Barto. & Ange. ibi: secus dicit, si essent extranei, quorum vnus alteri succedere non posset; quia primo decedente, licet supersit alter, non superest persona, quæ verisimiliter ex mēte testantis excludat substitutum: & ideo tunc vocatur substitutus, & ita dicit, quòd propriè loquitur. d. l. Lucius §. Caio. ff. ad Trebel. & d. l. final. §. filium. ff. de leg. 2. Et per hoc videtur dicendum secundum eum, quòd si maritus & vxor sunt instituti, & rogati de restituendo post mortem, quòd si vnus decedat altero superstite, quòd non venit substitutus ad portionem illius mortui per id, quod habetur in l. 1. C. vnde vir & vxor. & facit, quod voluit Ricar. Malum. & Bald. in dicta l. cum acutissimi. quos superius retulit. Et facit simile, quod dixit Barto. in d. l. generaliter. in princip. C. de institu. & substit. quòd vbicunque inter dictiones alternatiuas est persona, quæ verisimiliter ex mente testantis excludit substitutum, quòd tunc resoluitur in coniunctam, & sic impropriatur verbum ad hoc, vt saluemus mentem testantis. ¶ Modo iudicio meo ista apponunt gladium ad radicem huius dubitationis, multifariè, multisq; modis, superest persona, quæ ex mente testantis verisimiliter excludit pauperes: vt iam superius dixi, nō est ergo admiratione dignum, vt dicamus, quòd in persona illius Antoniæ non videtur repetita illa conditio, si sine liberis dicta Antonia decesserit: vnde illud, quod non dixit testator, non dicemus nos; vt l. si seruum. versicul. non dixit prætor. ff. de acquirenda hæreditate. Item & posito, non tamen concesso, quòd testator apposuisset illam conditionem, si sine liberis decesserit, in persona illius Antoniæ, & decesserit, sine liberis, tamen sufficit, quòd non est adimpleta in persona illius Maximæ: vnde extat persona, quæ ex præsumpta mente testantis excludat pauperes. Item istud coniecturamus ex verbis ipsius testatoris: quia voluit, quòd dicta Antonia haberet portionem illam in vita duntaxat, vnde si minus dilexit dictam Antoniam sororem, ergo multominus dilexit filios ipsius Antoniæ suæ sororis, argument. d. l. cum auus. ff. de conditio. & demonstratio. & dicta l. cum acutissimi. Item sunt tales, quorum vnus succedit alteri, vt in authen. de hære. ab intesta. ergo sequitur, quòd requiritur concursus, quòd decedant sine liberis omnes, & per consequens non sufficit ad inuitandum pauperes, quòd illa Antonia decesserit sine liberis: quia potius voluit testator, quòd filius Maximæ veniat ad portionem Antoniæ, quam pauperes, & sic non obstat, cum opponebatur de d. l. hæredes mei. §. cum ita. & de dicta l. Lucius. §. Caio. & de eo, quod voluit ibi Dyn. & quod voluit Cyn. in dicta l. penult. ¶ Præterea: facit ad prædicta, vbicunque pluralitas per plures terminos singulares respicit ad vnū, & eundem finalem effectum inducendum, requiritur concursus omnium: l. quamuis. & l. penulti. C. de impub. & alijs substitut. Sed in casu nostro, posito, non tamen concesso, quòd ista Antonia fuisset expressa in substitutione, si sine liberis decesserit, nihilominus requiritur concursus omnium, quòd decedant sine liberis. Sed dicta Maxima decessit cum liberis, ergo non videtur euenisse conditio substitutionis; quia defectus † vnius impedit dispositionem. Vnde dicebat Bald. in l. 1. C. de his quæ pœn. no. quòd si testator mandauit hæredi sub pœna, quòd daret Titio centum infra certum terminum, & dedit præter vnum, quòd incidit in pœnam, ex quo non concurrit cursus omnium centum. Et facit, quod voluit idem Bald. in l. & ideo. C. de his qui. vt indl. vbi dixit, quòd si custos villæ denuntiauit omnes malefactores excepto vno, q̄ punietur pœna statuti punientis non denunciantem malefactores. Et facit, quod voluit Angel. in l. Meuius. & in l. qui hæredi. ff. de condit. & demonstrat. & Bal. in l. 1. ad Silla. Modo in casu nostro licet ille Seuerus decesserit sine liberis, & illa Anto. nihilominus ex quo illa Maxima decessit relicto filio, non videtur extitisse conditio, & sic videtur, quòd ille filius excludat pauperes: quia eo casu, quo auus fecit mentionem de liberis, videtur habuisse respectum ad suam posteritatem, quam voluit esse præferendam extraneis, quòd apparet, quia vltimo loco vocauit pauperes; quandiu ergo extat aliquis de nepotibus, exclusi sunt pauperes. Et vidi hanc quæstio. versari in contingentia facti in quodam testamento, in quo testator substituerat fabricam ecclesiæ. Consului, quòd requirebatur concursus omnium, quòd omnes decederent sine liberis, ad hoc vt esset locus substitutioni de illa fabrica: & adduco ad prædicta elegans consil. Ludouicus Romanus incipient. Prima dubitatio resultans, vbi in terminis nostris consuluit, quòd requiritur concursus omnium, ad hoc allegat, l. si hæredi plures. ff. de condi. insti. & allegat, quod habetur in d. l. penul. C. de impuberum & alijs substit. Et quod habetur in l. pater filium. §. fina. ff. ad l. Falci. & quod voluit Bart. in dicta l. hæredes mei. §. cum ita. & respondet ad illum. §. ex nota. per glo. ibi in vltima solutione, quam Barto. & omnes ibi approbant, & est in ordine illud consilium 129. ¶ Et si quispiam opponat de eo, quod voluit Bartol. in dicta l. penult. vbi dicit, quòd quando substitutio fieret simpliciter hoc modo, si filij mei decesserint, non dico vterque, vel omnes: tunc est differentia inter directam & fideicommissariam: nam directa non habet locum, nisi in persona vtriusque conditio extiterit, vt dicta l. quamuis. eod. titul. sed fideicommissaria habet locum in persona eius, cuius conditio primò euenerit, vt l. Lucius. §. Caio. ff. ad Trebel. l. fina. ff. de lega. secundo, ratio huius est secundùm eum: quia † quando pluralitas respicit vnum finalem effectum non resoluitur in singularitates, vt in dicta l. fina. sed in substitutione vulgari inspicitur vnus finalis effectus. s. defuncti hæreditas: quia per vulgarem solùm defuncto succeditur, & a defuncto solùm capietur; sed vbi pluralitas respicit diuersos effectus, tunc resoluitur in singularitates: & ideo istud contingit in fideicommissaria: quia in persona cuiuslibet est fideicommissum singulariter

Marginal numbers: 9 (left column, at "tutis, quem verisimile est"); 10 (right column, at "defectus † vnius"); 11 (right column, at "ius est secundùm eum").

gulariter per se, & a quocunque hærede capitur per se, & non ab vno defuncto, meritò in persona cuiuslibet continetur: quia quilibet per se videtur grauatus, ita residet Barto. in d. l. penult. ex quo videtur inferri ad casum nostrum, quòd cum ista substitutio sit fideicommissaria, videtur, quòd resoluatur in plures singularitates: & per consequens, sequitur; quòdquò ad filium Maximę excludentur pauperes Christi quò ad portionem deuentam ad illam Maximam, sed quò ad illam Antoniam, ex qno extitit conditio; quia sine liberis decessit, sequitur, quod venient pauperes, quo ad portionem deuentam ad illam Antoniam: & cum hac doctrina transiuit dominus Paul. de Castro in consilio 352. incip. Si contingat dictam dominam Lisam. Ad hāc doctrinam responderi potest. Primo adduco Barto. in d. l. hæredes mei. §. cum ita. vbi copiosius & plenius loquitur, quàm in d. l. penu. & tamen loquitur aliter: & sic est sibi contrarius, & potius videtur standum ei, quod voluit in d. §. cum ita. arg. eius, quod habetur in l. diui fratres. ff. de iurepatro. Secundo Barto. in d. l. pen. remittit ad dicta per se in d. §. cum ita. Item non est in casu nostro necessarium insistere, an rectius Bart. dixerit in d. l. penul. an in d. §. cum ita: quia casus noster est alienus a dicto suo, ex eo quia testator semper limitauit dictam substitutionem factam, de dicta Antonia sorore sua ad vitam suam duntaxat: voluit enim, quod portionem illam deficientem ob mortē Seueri dicta Antonia haberet in vita sua duntaxat, & idem esse voluit de portione Maximæ, si decesserit sine liberis, deuētura ad dictam Antoniam; quod illam eodem modo haberet duntaxat in vita. Modo iura volunt, quod illam affectionem præsumitur habere testator ad nepotes, quàm habuit testator ad filium in portione Antoniæ prædicta, vt non haberet post mortem suam: sicut enim eam exclusit, eodem modo exclusit liberos ipsius Antoniæ: & hoc ideo, quia maiorem affectionem habuit testator ad filios suos, & ad nepotes, quàm ad sororem & filios sororis: ideo cū testator dixit, post mortem Seueri & Maximæ decedentium sine liberis, & dictæ Antoniæ, sub illa copulatiua, & non potest, subaudiri sine liberis: quia actus actiuorum sunt in patiēte bene disposito, vt dixit philosophorum princeps Aristoteles in secundo libro de anima, quia cū testator voluerit illam Antoniam habere dictam portionem, in sua vita duntaxat: ex eo quia ex præsumpta mente testantis verisimiliter deberēt admitti nepotes ex filio, & filia, ideo non potest repeti illa conditio, si sine liberis, in persona dictæ Antoniæ: quia testator ad portionem Antoniæ videtur inuitasse filios dictorum suorum filiorum: ideo non potest subaudiri illa conditio, si sine liberis decesserit dicta Antonia: quia non est eadem ratio in liberis sororis, & in liberis filiorum. Ideo non est opus insistere, vtrum rectius dixerit Barto. in d. l. penult. an in d. §. cum ita, nec etiam dominus Paul. de Castro in dicto suo consilio loquitur contra casum nostrum, & licet in dicto consilio reducat do. Barto. ad quoddam ridiculum: quia sequeretur secundùm eum, quod d. l. cum acutissimi. & d. l. cum auus. & d. l. generaliter. §. cum autem. haberet locum in fratre, & filio fratris, ista sua doctrina facit in fauorem filij Maximę: quia testator nō videtur habuisse affectionem ad liberos Antoniæ, ergo sequitur necessario, quod dicta copulatiua, &, nullo modo potest repetere illam conditionem, si sine liberis. Et ex istis videtur elici conclusio vera & indubitata, quod filius Maximæ excludat pauperes, & ita concludo. ¶ Capio modo aliam dubitationem in qua quæritur, mortuo dicto Seuero, dicta Maxima, & do. Antonia diuiserunt ad inuicem hæreditatem prædictam, & quælibet earum habuit dimidiam: sed re vera dictæ Maximæ debebatur dos sibi relicta a dicto testatore eius patre, item ex persona Seueri sui fratris debebatur legitima competens dicto Seuero suo fratri, debebatur etiam Trebellianica ex persona dicti sui fratris, vt habetur in capitulo Raynutius, de testamen. dubitatur modo, si talis diuisio rescindi possit: quia cum dicta Maxima esset vera hæres, & do. Antonia erat fideicommissaria pro dimidia dicti residui, stat dubitatio quid iuris. Et opponitur, quod non possit rescindi: quia cum facta fuerit coram iudice, præsumitur legitima. l. cum putarem. ff. famil. ercisc undę. vnde cessat dolus, vbi actus celebratur coram iudice, vt est text. elegans in l. 1. C. de prædi. cur. libro 10.
12 vnde dixit Barto. quod† decretum iudicis operatur, vt quis non possit conqueri de dolo, vel metu, & quod voluit ibi Bartol. in l. transact. C. de transact. & idem etiam dixit Barto. quod decretum iudicis operatur, vt quis non possit dicere se deceptum vltra dimidiam iusti pretij, voluit ibi Ange. in l. si quis cum aliter. ff. de verborum obligatione, & Bald. in d. l. 1. C. de rescind. vendi. facit quod voluit domi. Anto. in capitul. cum pridem, de pact. vbi dixit, quod factum coram superiore præsumitur iustum, & ideo dixit Bald. in capitulo primo, qui feu. da. poss. in princip. quod in contractu rei ecclesiasticæ, si interuenerit forma, & decretum superioris, videtur celebratus ad vtilitatem ecclesiæ. facit, quod voluit idem dom. Anton. in capitulo accepta, de restitutio. spoliato. & ideo dixit Bald. in l. fina. C. de contrahen. emptio. quod si consiliarius principis emit rem a subdito in præsentia principis, non præsumitur venditor, deceptus, & quod voluit Bal. in l. iubemus. C. ad Trebel. vbi dat cautelam, quod actus fiat coram iudice, ex quo sequitur, quod cum ista diuisio fuerit facta auctore prætore, præsumitur iustè facta: vt l. iustè possidet. ff. de acquirend. possessi. & per consequens non poterit rescindi. Item ex alio videtur, quod non possit rescindi: quia interuenit iuramentum, quo casu iuramentum, quod potest seruari sine interitu salutis æternæ est seruandum capitulo cum contingat, de iureiurand. c. licet mulieris, eod. titu. libro sexto. Item dicitur, quod in huiusmodi diuisione fuit seruata forma statuti, ergo sequitur, quod ista diuisio non potest rescindi. Sed licet ista sint colorata & apparentia; tamen casum nostrum non attingūt. Ideo videtur veritas in contrarium, quod huiusmodi diuisio rescindi possit, quod sic demōstro ad oculum: nam in dicto testamento dicitur, quod portio, ad quam est substituta & vocata dicta Anto. possit stare, & durare penes dictam Antoniam, donec durauerit vita sua, ergo huiusmodi diuisio debuit regulari secundùm dispositionem dicti testamenti, & regulari secundùm verba contenta in dicto testamento, & ita probatur in l. 1. ff. quemadmo. testa. ape. & ibi dixit Angel. quod cauti debent esse paciscentes, vt in instrumento conuentionis dicant esse deuentum ad illam conuentionem, inspectis prius & cognitis verbis ipsius testamenti: dicit etiam ibidem, se semel de facto vidisse transactionem, in qua dicebatur, sororem transegisse cum fratre, & dicta fuerunt illa verba, inspectis & cognitis verbis testamenti, & etiam vltra illa verba fuerunt addita hæc verba, videlicet, quam transactionem soror fecit sciens se ex dicto testamento non posse plus petere, vel consequi, & habere, & tamen testamentum dicebat oppositum: refert se consuluisse dictam transactionem fuisse nullam; quia non est verum, quòd illa soror habuerit notitiam testamenti; cum non intellexerit illud, vt apparet ex tenore, & verbis di-

ctæ transactionis. facit lex scire leges. ff. de leg. & cum hac doctrina Angel. transiuit D. meus Ioannes de Imola. in d. l. j. in princip. ff. quemadmo. test. aper. & facit, quod habetur in l. de his. ff. de transac. vbi dicitur,
13 † quod conuentio, quæ fit super testamento, fit inspectis & cognitis prius verbis testamenti. & ibi colligit Ang. quòd conuentio habens originem ex testamento fit cognitis, & inspectis verbis testamenti. l. non est. eodem titul. Sint ergo cauti paciscentes secundùm Angel. ibi, vt semper in contractu faciant apponi hæc verba, inspectis & cognitis verbis dictæ vltimæ voluntatis per iurisperitos, si sunt ignari literatum, & eorum mandato, & in eorum notitiam insinuatis plenariè, & vulgari sermone, ad eorum plenam intelligentiam: vt l. 1. §. fina. ff. de verbo. obligatio. dicit tamen ibi Ange. quòd si dicta verba non essent apposita, & nihilominus partes asserant se habere plenam notitiam, istud sufficeret, allegat. leg. si optio. versi. cum sciret. ff. de optio. legat. vbi est casus coniuncta. l. inciuile. ff. de legib. non autem sufficit partes legisse: quia legere, & non habere significatum, non est aliud, nisi negligere. allegat illud Catonicum. Modò ista decidunt hanc dubitationem: quia cum ista conuentio fuerit facta super contentis in dicto testamento, sequitur, quòd debuit fieri cognitis & inspectis verbis testamenti per se, si literas sciebat, vel per alios ad hoc instructos: ideo dicimus, quòd vel dicta conuentio sit nulla; quia non fuit facta visis & cognitis verbis testamēti, vel quòd debet regulari secūdùm verba ipsius testamenti, & per consequens mortua dicta Antonia portio ad eā deuenta est finita, & remanere debet penes filium dictæ Maximę, per ea quę dicta sunt in superioribus dubijs. Et iudicio meo videtur veritas, & ex istis videtur, non esse insistendum super detractione Trebellianicæ, aut falcidiæ. Præterea facit, quod voluit Angel. in d. l. de his. ff. de transactio. ad finem. vbi refert Guliel. de Cun. dicere, fuit aliquid relictum filię pro dote in testamento paterno, & ipsa refutauit, & vocauit se tacitam & contentam dicto relicto, deinde videt se non habere legitimam, quod non obstante quietatione poterit petere supplementum: docet ergo ibi Ange. cautos debere esse fratres, vt faciant apponi, quòd asserunt se contentos pro omni sua legitima dicto relicto: & ibi dicit Ange. esse optimum textum in l. si quando. §. & generaliter. C. de inof. testa. & ad hoc adduco Bald. & Salyc. in d. §. & generaliter, vbi per illum text. dant eandem doctrinam. & probat ille text. formaliter in ver. specialiter. & facit simile, quod habetur in l. fina. §. omnem. C. de administ. tuto. per quem textum dicit ibi Bartol. se fecisse cassari infinita instrumenta tutelarum: quia in illo text. ponitur forma, quod tutor specialiter debet promittere agere vtilia pro pupillo, & inutilia relinquere: decidit ibi Barto. quia specialiter non sunt apposita illa verba, non videtur seruata solennitas illius. l. hoc decidit ibi text. in ver. specialiter. & illum text. ad hoc allegant ibi sing. Bald. & Angel. & sic videtur in casu nostro, quod cum ille. §. & generaliter. requi-
14 rat † quod specialiter renuntietur iuri petendi legitimam, sequitur ergo in casu nostro, quod non videtur dicta Maxima per huiusmodi diuisionem renūtiasse iuri petēdi legitimam ex persona Seueri: quia debuit illam specificare. ¶ Et si quispiam dixerit, quod posito, quod non fecisset specialem mentionem de testamento; tamen sufficit, quod iurauit non venire contra talem diuisionem; quia iuramentum habet vim clausulæ specificatæ, vt voluit gloss. quæ reputatur singu. in l. cùm pater. § filius matrem. ff. de legat. 2. & probatur in capitu. ex rescripto, de iureiurand. Ad hoc respondeo duobus modis, quod illud est verum, nisi lex requirat pro forma actum specificari; quia tunc iuramentum nō supplet illam formam. vñ dicebat Nicol. de Neap. in l. legitimos. ff. de legib. tut. vbi est gl. elegans, quòd quatuor debet facere tutor ad hoc, vt possit administrare, sed ipse addit quintum, quod debet iurare agere vtilia, & ad hoc allegat. dicta l. fina. §. omnem. & allegat Ricar. Malum. Iacob. Butr. Raynald. de Forli. ex quo dicto sequitur
15 vnum mirabile † quod iuramentū non supplet vim clausulæ specificatæ, vbi specificatio in specie requiritur pro forma, quod est mirabile ad hanc dubitationem: quia cum text. d. l. si quando. §. & generaliter. disponat pro forma, quod specialiter fiat mentio de legitima, sequitur, quod non sufficit diuisio iurata, & iudicio meo est nouum ad hāc materiam, & ista est prima responsio. Potest dari secunda responsio, vt dicamus, quod illud procedat, quando non est defectus consensus, sed adest consensus, sed deberet interuenire specialiter, & non interuenit: tunc iuramentum operatur effectum clausulæ specificatæ, ita procedat, quod habetur in d. §. filius matrem. & d. §. ex rescripto. Ita pulchrè voluit Cyn. l. 1. C. commo. ita ibi voluit Bald. ver. 2. quæritur. Ita voluit Ioan. de Imo. in capitulo primo, de commoda. qui ad hoc allegat Bald. in d. l. 1. Et sic vbi consensus debuit esse in specie, & tamen fuit in genere: tunc operatur iurm effectū clausulæ specificatę. Ita procedant iura præfata. Sed vbi non interuenit consensus in genere: tunc iurm non potest operari interuētum consensus: quia actus actiuorum sunt in patiente bene disposito, teste philosophorum longè principe Aristotele in 2. de anima. Cum ergo in casu nostro non interuenit consensus in genere, vt dicta Maxima renuntiauerit iuri petendi legitimam, & Trebellianicam, sequitur, quod illud iuramentum non potest operari interuentum, quod autem non interuenerit consensus, apparet: quia non fuit facta dicta conuentio inspectis & cognitis verbis testamenti, ergo non apparet de consensu: eoque ma-
16 gis: quia fuit facta dicta conuentio, seu diuisio, † ex falsa causa, quo casu non tenuit. l. si ex falsis. C. de transac. & quod plenè voluit Barto. & Bald. ibi, nam falsum peccat in iure naturæ, vt dixit Bald. in commento. l. falsus. C. de furt. ergo non tenuit talis diuisio, sicut dicimus in simili, quod non tenet sententia lata ex fal. causa, vt l. qui testamento. ff. de excusa tuto. & quod not. in l. si prætor. §. Marcel. ff. de iudic. & quod not. in l. is ad quem. ff. de acquirend. hæredi tat. & in capitulo quoniam contra, de probatio. in capitulo cum Bertoldus, & in cap. inter cæteras, de re iudica. & in l. Seiæ egressæ. & l. tutor si petitus. ff. de tuto. & cura. da. ab his, & l. cum vero. §. subuentum. ff. de fideicomm. liber. fuit enim facta diuisio cum dicta Antonia, credens dicta Maxima dictam Anton. esse hæredem, & reuera non erat, sed fideicommissaria: ergo ex hoc capite redditur nulla dicta diuisio: tum etiam quia dicta Maxima credidit dictam Anton. debere perpetuo consequi dictam portionem, cum illam non deberet habere, nisi donec durauerit vita duntaxat. Ecce nunc, quod ex causa falsa fuit interposita dicta diuisio, ergo non tenuit d. l. si ex falsis, cum ibi not. & per consequens non firmatur iuramento: quia iuramentum non est vinculum iniquitatis, vt capitulo non est obligatorium, de regulis iuris, libro sexto, & sic non ob. dic. capitul. cum contingat, tum etiam quia iuramentum debet habere tres comites, veritatem, iudicium, & iustitiam, vt in authent. quod eis. C. de secund. nupt. & capitul. & si Christus, de iureiurand. sed illud iuramentum non est fundatum sub veritate, ergo est nullius efficaciæ, & maximæ, quia ista domina Maxima

Maxima erat mulier, quo casu multum egregiè dixit Bal. in l. 2. C. de rescin. ven. in ver. quarto quæro. il le qui scienter vendit rem minus dimidia iusti pretij; non consequitur beneficium d. l. 2. per text. l. 1. in fine. ff. de act. empt. l. quæritur. §. venditor. ff. de ædil. edi. quē tex. ꝙ quis pōt renunciare beneficio illius. l. 2. tacitè & expressè, allegant Odof. & Ni. de Matta. & refert, eos limitare hoc dictū, nisi personæ simplicitas, vel rusticitas, quę arbitrio iudicis remittitur, suadeat potius esse processum ex facilitate, quàm liberalitate, vt l. cum de indebito. §. 1. ff. de proba. Et ponit ibi Bald. exemplum in muliere, & in minore, & in rustico, qui verè est rusticus opere, & in conuersatione. l. fina. C. de testa. istud sequitur ibi Salyc. idem voluit Ioan. de Imo. in repetitione. d. c. cum contingat, de iureiurand. allegans Bald. in d. l. 2. & adduco, quod voluit idem Bald. in rubr. C. de rerum permuta. vbi dicit, si mulier, aut minor, aut rusticus promittunt sine causa, & iurant, quòd non obligatur tali iuramento. & facit, quod pulchrè vult Ioan. And. in c. plerique, de pact. Ita dicamus modo in proposi
17 to nostro, ꝙ † siue ista sit mulier, siue sit minor, siue sit rustica persona, non obligatur ex tali iuramento cum enormissimè lædatur, & ex causa falsa, ergo nō obligatur ex tali iuramento. Quinimo si ex vera causa se obligasset seruare hanc diuisionem, & fuisset enormiter læsa videtur ex falsitate & simplicitate se obligasse, ideo non obligaretur secundùm Odofr. & sequaces in casu nostro; quia præsumeretur dolo inducta ad sic diuidendum ex magna læsione: vt singulariter dixit Bald. in c. 1. §. hæc sacramenta, de pace iur. fir. in vsib. feu. Et ex istis apparet responsio ad iura allegata superius, cum dicebatur de præsentia iudicis, vel decreti: quia illud non procedit, quando interuenit falsa causa non enim dicitur præsens iudex, quando ex causa falsa conuentio facta est iudici incognita, quo casu non videtur, quòd iudex fuerit præsens. Ita formaliter refert Bald. se in facto dixisse in rub. C. qui admitti ad bo. poss. pos. ad hoc allegat glo. in l. tuto. ff. de bo. pos. ti. generali. quam doctrinam refert & sequitur do. Cardi. in c. fina. de maio. & obe. & ex hoc tolluntur omnia illa pulchra iura loquentia de præsentia superioris. Item illa iura loquuntur præsumptiuè, sed quando apparet de læsione re ipsa, tunc cessat præsumptio, & ita mus certo. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. l. si certis. C. de pact. l. certa forma. C. de iure fi. lib. 10. Nec obstat, cum dicitur, quòd seruata fuit forma statuti; qa istud tollitur ex eo: quia interuenit falsa causa, vt apparet ex verbis ipsius statuti. Et sic ex istis non videtur esse insistendum; vtrum possit præfatæ Maximæ detrahere Trebellianicam contra dictos pauperes Christi: quia vt ex superioribus dictis apparet, pauperes non sont vocati ad illam portionē superstite filio Maximæ prædictæ. Ideo non est opus insistere circa illud, quod dicit dom. aduocatus. de quo dicunt scribentes in l. filiæ. §. a Titia. ff. de condit. & demonstrat. Andreas Barbatias.

EPITOME.

¶ Commune dolo inductum ad pecuniam fodinario promittēdam, quo casu aluminis vel argenti venam, quam iam repercerat, inueniret, conuentus stare non tenetur, maximè cum statutis præscripta forma minimè obseruata sit. Item electio inueniendi loci non amplianda, sed finibus conuentis concludenda est.

SVMMARIVM.

Dolus permittitur ad dolum excludendum, numero 2. aliàs non.

Dolus aut dat causam contractui, aut incidit in contractum. numero 4.

Mentitus in auditorio Principis puniendus. nu. 6.

Falsum committitur verum dicendo & simulando. nu. 8.

Doli definitio. nu. 10.

Conuentio gratiosa, quæ contra statuta est obtenta, nulla est ipso iure. nu. 11.

Contractu læso principi aut communitati æquè ac priuato succurritur. nu. 15.

Constitutioni prohibitoriæ renuntiari non potest. nu. 18.

Vtilitatem publicam respiciens actus validus à partibus infringi non potest. nu. 19.

Contractus interpretatur contra stantem pro contractu. numero 22.

Gratia in dubijs explicatur contra concedentem. nu. 24.

Optio restringenda est. nu. 25.

CONSILIVM LIX.

PRædicto Pūcto solēni aīaduersione pensato, mihi videtur, ꝙ præfatus contractus sit nullus, ꝙ sic demonstro. Et præmitto illud, quod in capitulis conuentionis dicitur, valet, che de tutte le ditte minere, quali se trouassino, sia tenuto il Commune de pagare lire 100. l'anno. ex quibus apparet, quòd non possit iste Titius pro certo & pro firmo, quod reperta fuisset illa minera aluminis, vel argenti, vel similis, & tamen antequàm porrigeret præfatus Titius dictam suam petitionem dominis seu communitati Vulteranę, fecerat pluries & pluries experientiam in diuersis locis de dictis lapidibus, & erat certificatus de dictis lapidibus, quo casu videtur dolo induxisse dictum commune ad locandum dictam mineriam pro centum libris: quia si commune sciuisset, quòd dicta mineria esset vera, & experientia, & perfectio facta fuisset, nullo modo locasset pro tam vili
1 pensione dictam mineriam. † Est enim experientia efficax rerum magistra. ita dixit text. elegans in cap. quàm sit, de elect. libro 6. Facit. c. cupientes, in princi. eodem titu. & lib. & c. statutum, de rescrip. eo. lib. optimo dicente philosopho. Natura potentem, ars facilem, vsus promptum reddit artificem: nam & cuilibet artificio præstat experientia incrementum, vt probatur in l. legatis seruis. §. ornatricibus. ff. de lega. 3. Ita voluit glo. in d. c. quam sit. Fuit ergo per experientiam certus dictus Titius de qualitate & perfectione mineriæ: vnde commune Vulteranū ignorans huiusmodi experientiæ, facile credidit mineriā inueniri nō posse, maximè si alij alias quæsierint mineras in illis locis, & illas cum expēsis & laboribus non inuenerunt, quo casu non debet iste Titius de dolo suo commodum reportare, vt dixit tex. in c. tenore literarum, & in c. sedes apostolica, de rescript.
2 tunc enim dolus † nobis permittitur, cum volumus dolum aduersarij excludere, aliàs non, vt est tex. elegans. l. cum pater. §. Titio fratri. vers. dolum dolo excludi. ff. de leg. 2. glo. in c. dominus noster. 22. q. 2. glo. in c. cupientes. versi. malignantium. de elect. libro 6. ideo dicebat Bal. in l. veluti. ff. de iustitia & iur. quòd licitum est nobis fraudare illicitas gabellas, vt d. §.
3 Titio fratri. & sic non est † nobis licitum dolo alios allicere ad cōtrahendum nobiscum: quinimo plus dixit gloss. valde singula. in l. semper. ff. de regu. iur. quam gloss. magnifacit Bald. in authenti. ad hæc. C. de vsur. & in c. si proponente, de rescr. & in c. cum causam, de testi. quæ gloss. voluit, quòd non est licitum honesto viro circunuenire, aliquem in pretio. Vnde debebit fieri articulus per syndicum communis Vulterani, in quo quæratur, si iste Titius est honestus vir, qui respondebit sit, quòd tunc incidit

in Syllam, quia non debuit circunuenire dictum commune in locatione siue concessione dictæ mineriæ. Et sic apparet ex prædictis non esse licitum nobis dolosè inducere alios ad contrahendum pro minori pretio, aut pensione, quàm natura rei patiatur. Et adduco singula. dictum Bartol. in lege, contra iura.ff.de legib. vbi dicit post Guliel. de Cur. Ego eram magnus ciuis in communi, & sciebam, ꝙ consilium & commune huius ciuitatis debebat tassare corbē frumenti,& mensuram, ita ꝙ non posset vendi corbes vel mensura nisi decem, antequam hoc esset cognitum omnibus, vendidi tibi magnam quantitatem frumenti pro valde maiori pretio, & non notificaui tibi illud, quod erat statutum, quæro, an tibi tenor in aliquo? Guliel. de Cu. tenet ꝙ sic; quia debui te certiorare.l.j.in fin.ff.de actio.empt.l.3.§.si minor.ff.de mi. Ita concludunt Gul.& Bar.ibi, quę doctrina apponit securim ad arborē huius dubitationis: quia cū iste Titius sciuisset de dictis lapidibus aluminis inuentis esse a se in bona dispositione & vera,& experientiam sæpenumero de illa fecerat, debuit certiorare & notificare in specie veram mineriam, saltē in genere, nō specificando locum, ne forte velit se excusare, vt dicat, ideo non certioraui, ne perderem labores & diligentiā, quos & quam impenderam circa inuentionem dictæ mineriæ, iuxta illud, quod dixit elegans textus.in l.fi.C.de allu.& palu.in versic.ne doleant diligentiam suam impendisse in agris colendis, debuit profecto in genere notificare dicto communi: quia tunc fideliter fecisset, nec habuisset causam conquerēdi dictum commune Vulteranum de dicto Titio dolosè inducente dictum commune ad sic locandum. facit simile, quod dicit glo.singula.c.nerui.13.distin.quæ dicit, licet iuraæerim tenere secretam tuam credentiam, tamen si est nocitura proximo, possum illam reuelare in genere, dicendo Amice caueas, paratur tibi mori, de qua gloss.singu. clamat And.de Iser.in vsib.feud. Ita potuit & debuit Titius certiorare in genere, ꝙ experiētiam fecerat,& inuenerat veram mineriam, sed non venire ad indiuidua; quia illa scientia in genere dicitur confusa, vaga,& incerta, vt dixit philosophorum longè princeps Aristoteles in principio physicorum. tunc, inquit, opinamur vnumquodq; cognoscere, cum causas cognoscimus primas, principia prima vsque ad elementa: nam pueri a principio appellant omnes viros patres, & omnes fœminas matres, posterius determinant vnumquodque, & sic per istam scientiam in genere,& in ꝯfuso non recipiebat futurum præiudicium dictus inuentor, & euitasset nomen & effectum dolosi viri. & sic ex doctrina Gul.& Bartol. videtur hæc consultatio decisa, & de illa doctrina fecit festum Ludouicus Roma.in suis singula.circa princip. Et vlterius adduco glo.magistram in c.cum dilecti, de emptio.& vendi. 4 in glo.fin.que dicit † quòd interdum dolus dat causam contractui, interdum incidit in contractum,& ponit Ioan. And.ibi exemplum, ꝙ dolus dat causam cōtractui, vt quia forte quis habeat pulcherrimum corpus iuris, & emptor volens emerè dolosè suasit compillationem esse mutatam, & sic postea modicum valerēt libri scriptante compilationem, & per hoc induxit illud ad vendendū libros, qui ante non erat paratus vendere, dicitur autem secūdo casu dolus incidere in contractum, quando quis erat paratus vendere, sed non vendidisset pro illo pretio, pro quo vendidit, nisi ad hoc fuisset inductus dolo emptoris. puta quia aliquis habebat aliquam mercantiam venalem,& fuit sibi suasum vendere ab eo, qui dicebat se habere literas, & multæ mercantiæ similes debebant portari ad locum, propter quod illud, quod valebat tunc 10. non valebit postea quinque, & ita dolosè induxit illum ad vendēdum, cum non esset verum, quod allegauerat, & per consequens succurritur decepto, vt ibi voluit glo.& Ioan. Andr. & doct.& iste secūdus casus decidit casum nostrum: quia commune Vulteranum erat paratum locare mineritas, sed non locasset pro tali pensione, si dixisset se inuenisse mineriam veram & lucrosam: vnde induxit commune ad ita locandum ponendo dubiam inuentionem veræ & lucrosæ mineriæ: quia sic dixit de minerijs, se trouasseno,& iam inuenerat veram & lucrosam mineriam, ergo dolo induxit dictum commune ad sic locandum. Et vlterius adduco peregrinam glos.in l.item si pretium.§.fina.ff.locat.quæ voluit, quòd † eo ipso, quòd quis asseruit aliquid per mendacium, videtur esse in dolo. Cum ergo asseruit mendacium, vt est dictum, ergo pręsumitur dolus,& sic non debet locupletari cum aliena iactura.c.locupletari cum aliena iactura.c.locupletari, de regul.iur.l.nam hoc natura.ff.de condictio.indebit. nec debet lucrari ex suo dolo, vt c.sedes, de rescript. sicut dicimus, quòd mendax precator caret impetratris. Ita mendax contrahens caret cōtractis, vt c.sedes,& c.super literis, de rescript.& per consequens sumus in illo passu, quòd vbi dolus dat causam contractui, non tenet, vt per glo.in d.c.cum dilecti,& in l.eleganter.ff.de dolo.per omnes in l.2.C. de rescin.ven. ergo si commune nō erat locaturum dictam mineriam, vel erat locaturum: sed non pro tam vili pensione, debet succurri idemnitati ipsius communis. Et vlterius adduco, quòd sapienter voluit Spec.in tit. de emptio.& venditio.§.nunc videndum, versi.quid si venditor dixit, vendo tibi equum cum suis superossibus,& cęteris defectibus, cum pacto, quòd pro nullo illorum defectuum volo teneri, ꝙ nihilominus tenetur emptori ratione doli, si ipse venditor sciuit defectum equi, & non manifestauit emptori, forte non empturo, arg.l.quęro.ff.de actio. emptio.& l.quæritur.§.venditor.ff.de ædil.edic.& l.cum hæreditate.ff.de hære.vel actio.ven.refert & sequitur Ang.ꝙ alij in l.si quis cum aliter.ff.de verbo. obligat.& facit, quod ipse Spec.voluit in eo.titu.ver. quid si vendens quidam habebat equum dolentem in spatulis, saluo quando erat calefactus,& in emendo dixit, vendo tibi equum pro strabo, claudo, scabioso,& pro dolente in spatulis,& pro habente omnes mangagnias, nec volo pro aliquo teneri,& quòd nihilominus tenebitur venditor; quia emptor videtur deceptus; quia vendente narrante aliqua falsa, credit emptor verisimiliter esse fallum, ꝙ doleret in spatulis, facit, quod habetur in l.ea quæ commendandi causa.§.si.coniuncta sua glo.ff.de contrahen. emptio. sequitur Ange.& alij in l.si quis cum aliter.& facit, quod voluit Bal.in l.j.C.de edil.acti.& quod voluit Angel.in l.pacisci.ff.de pact. Ego dico in d.c. cum dilecti, sed in casu nostro, ille Titius non potuit pro certo inuenisse dictas minerias, sed dixit, liquali se trouassino,& sub conditione apposuit. Ideo commune Vulteranum cupiens vt reperiretur, locauit illas pro tam parua pēsione. Pręterea facit.l.dolum.C.de peric.& commo.rei vend.vbi dolus venditoris non debet nocere domino, facit.l. Iulianus.§.quid tamen.ff.de actio.emptio.l.si vina.ff.de peri.& commo.rei vend.vbi est casus, quòd si venditor vini constantiam vini affirmauerit, vel sciens eius inconstantiam tacuerit, periculum spectat ad venditorem, falsa enim asseueratio ascribitur culpæ. Ita dixit glo.in d.l.si vina. Ita dicamus in proposito nostro, vt ille Titius conductor debuerit dicere dicto communi Vulterano, vel regētibus commune, quòd iam inuenerat mineriam, sed ipse non dixit, & sciebat & experientiam

rientiam fecerat, imò plus fecit; qa posuit in conditione, si reperiretur, & sic tacuit veritatē, & asseruit mēdaciū, ergo videtur esse in culpa: tenetur ergo dicto communi ad interesse. Et ad prædicta facit: quia sic dicēdo, lequali minere se trouasseno, videtur asserere se adhuc non inuenisse, sed iam inuenerat, & expertus fuerat, sequitur ergo, quòd falsum asseruit, & videtur mentius in auditorio magnificorum dominorum communis Vulterani.
6 †quo casu debet puniri qui mentitur in auditorio principis, vt sapienter dixit Innocen. in c. ex parte decani. de rescript. refert Bal. in commento. l. falsus. C. de furt. & ita videtur asseruisse, ne commune Vulteranum cognosceret illam mineriam lucrosam, & inuentam, quo casu succedit regula tradita in l. j. §. fi. ff. de acti. empt. vbi dicitur, sed si id egit, ne cognosceret emptor aliquā seruitutem deberi, opinor eum ex empto teneri. Et generaliter dicimus, si improbato more versatus est in celanda seruitute, debere eum teneri. vbi probatur formaliter istum Titium dolo fuisse versatum, & iudicio meo videtur intelligendus ille tex. inquantum dicit, improbato more, ꝙ loquatur de improbato more naturali; quia sunt quidam boni mores naturales, & sunt quidam boni mores ciuiles, vt not. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obligat. in l. pactum dotali. C. de coll. & in c. cum contingat. de iureiuran. & in l. j. ff. ad Macedo. & videtur iurislator ibi loqui de more improbato a iuregentium, de quo loquitur tex. valde singu. in l. quidam in iure. ff. de dona. dum dicit, aduersus bonos mores: quia cū asseruisset mineriam adhuc non fuisse inuētam: sed, sub conditione posuit, dicitur venisse contra bonos mores naturales: ergo multo fortius conuincitur in dolo: & maximè quia videtur illusisse populo Vulterano contra illud, quod habetur in l. vnica. C. de lati.
7 libe. tol. vbi populus non †est illudendus. Et ibi Bald. per illum textum arguit contra dominos Cardinales olim illudentes populo Christiano, se elegisse Papam simulatè: quia non debet illudi populus. Vnde iste Titius inuentor minerię videtur illusisse populo Vulterano, quo casu videt͠ puniri: vnde dixit Bal. in c. tenor. de re iudi. quòd illudens iudici potest excommunicari. facit c. j. vt lit. non contest. & c. bonę. de postul. præla. & quod habetur in cle. cum illusio. de renuntiatio. Et ideo grauiter fuerunt ab ecclesia reprehensi perfidi Iudæi illudentes supremo Deo & Saluatori nostro Iesu Christo, vt dicitur in passione Dominica in ver. postquam illuserunt ei. Ita fuit iste Titius, accessit ad territorium Vulteranum, & quæsiuit minerias veras & lucrosas, & inuenit & experiētiam fecit, & postea illusit populo, illi dicendo, liquali se trouassino. Pro certo ex hoc capite non solùm venit puniēdus ad interesse pręfato com. sed etiam venit puniendus iudicis arbitrio; quia illusit populo Vulterano, per dicta iura. & licet text. d. l. j. §. fina. ff. de actio. empt. loquatur in eo, qui celat conditionē rei, per quam res efficitur deterior, ita dicamus, quādo celat conditionem rei per quam res efficeretur melior, quia vtroque casu tendit ad decipiendum contrahentem secum: quia in casu nostro asseruit conditionem, per quam res efficiebatur deterior, & in cōditione ponebat, si inueniretur, & tacuit illud, per quod conditio mineriæ efficiebatur melior. & ibi collegit Barto. ex illo tex. quòd de omnibus, quæ dolosè fiunt, potest agi illa actione: & per consequēs videtur mihi aperto iure dicendum, quòd punietur ad interesse, & punietur iudicis officio, propter talē illusionem factam populo Vulterano. ar. eius, quod habetur in text. valde singu. in l. tui nomine. ff. de fal.
8 Item facit ad prædicta † quòd falsum committitur in dicendo verum, vel simulando. ita probatur in d. l. quę commendandi causa. ideo dixit Bartolus ibi, quòd testis, qui omittit verum, vel qui loquitur maliosè & obscurè. illud, quod dicit, tenetur tanquā falsarius, de quo in l. presbyteri. C. de episcop. & cler. facit, quod voluit Iaco. Butr. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtili. publicam. Cum ergo in casu nostro iste Titius malitiosè & dolosè loquutus est obscurè, & conditionaliter dicendo, liquali se trouasseno, sequitur, quòd fuit in dolo. Et ad hoc adduco. l. cum venditor. ff. de dolo. vbi licet commendatio generalis non obliget commendantem. Nihilominus si descendit ad speciem & mētitur, tenetur de dolo, ita probatur, vt est gl. magistra, & melior de corpore iuris secundùm Bart. ibi, ergo iste Titius tenetur de dolo. facit, quod voluit Bald. in lectura in dicta l. ea quæ. ff. de contrahen. emptio. vbi dicit, ꝙ dolus & falsitas committitur in dicendo verum, quod inducit ad testem. Ita dicamus in proposito, quòd cum Titius præfatus tacuerit verum, quòd commisit dolū, & multofortius, quia commisit exprimendo conditionaliter illud, quod erat purum. & adduco, quod voluit Bal. in suis recollectis in dicta lege prima. §. finali. ff. de actio. empti. vbi colligit ex illo textu, quomodo committitur fraus tacendo, mētiendo, & cautelosè loquendo, quòd dicit facere contra venditores equorum, qui quando vendunt, asserunt equum sanum, & dicunt, quòd si contrarium appareret, non sunt teneri de vitijs & morbis: nam ista clausula nō excusat a dolo, vt ibi, & in l. quero. & in l. Iulianus. §. idem Iulianus. ff. de actio. empti. & in Specul. de emptio. & venditio. §. nunc dicendum. versicu. quid si venditor equi. cum versicu. sequen. Item dicit facere contra impetrantem, qui patitur defectum natalium, & impetrat cum clausula, non obstante si pateretur defectum natalium, quia videt obrepsisse, secus dicit si apponeret verba assertiua, puta nō obstante, quòd patiatur defectum natalium: quia non videtur obrepsisse. Et ad hoc allegat. D. Recuperiū de sancto Miniate, qui ita consuluit per d. l. j. §. finali. allegat, quod habetur in Spe. de loc. §. nunc aliqua. versicu. 82. Pro certo hęc ponunt gladium ad radicē huius dubitationis: quia iste Titius loquutus est cautelosè & conditionaliter, vt est dictum. Ista ergo cautela sibi non debet prodesse. Item quia si impetrans loquitur conditionaliter, si patiatur defectum, non prodest dispensatio; quia obripuit superiori: & de ista obreptione, de qua loquitur dom. Recuperius, & Bald. loquitur Innocent. in c. cum dilecti. de rescr.
9 † vbi facit differentiam inter obripere & subripere, & sic inter obreptionem & subreptionem: qa obreptio est quędam cautelosa verborū inuolutio, vt fecit ille Titius dicendo. liquali se trouasseno, & indubitanter videtur per decisionem domini Recuperij decisa hęc dubitatio. & ideo dixit text. elegans in dicta l. quæro. quòd exceptio cauillosa & obscura non patrocinatur excipienti: quia ille, qui scit, debet specialiter & clarè loqui, non sub verbis generalibus & confusis, & facit. cap. auditis. de præscript. in versicu. obscuro priuilegio, vt non valeat secundum Bal. vbi facit textus. 4. distinc. c. erit autem lex. in versicu. non obscuritatem. & in versicu. captione. vbi lex non debet esse captiosa, nec obscura in suo dictamine. & facit. §. aliàs, capitu. demum. 25. distinc. vbi dicitur, qđ positio si est obscura, vel inuoluta, quòd responsio ad illam videtur erronea, aliter non, non probando errorem. ita sapiēter dixit ibi dominus Dominicus. Cum ergo in casu nostro iste Titius fuerit locutus obscurè, captiosè, & inuolutè, sequitur, quòd non est obligatum Commune Vulteranum ad obseruātiam pactorum. facit c. de simoniacę. de simon. & ibi do. Cardin. per illum text. arguit contra litigantes,

qui

qui in suis positionibus vtuntur verbis obscuris, vel locutionibus intricatis: quia videntur dolose ita loqui, facit quod voluit Bar. in dicta lege, quicquid astringendę. ff. de verborum obligationibus. cum ergo iste Titius fuerit locutus intricatè, sequitur, ꝙ videtur fuisse in dolo, & per consequens tenetur de dolo. Et adduco ad prędicta; quod sapienter retulit Bald. in rubrica. C. de rescind. vend. ad fi. vbi dixit, ꝙ sicut metus excusat confitentem, ita & eodem modo excusat dolus: ideo dixit, sicut metus debet esse talis, qui cadat in cōstantem, ita & dolus, qui cadat in prudentem. Ex quo sequitur, quòd sicut quis excusatur, cùm metu inducitur ad cōtrahendum, ita excusatur, cum inducitur dolo ad contrahendū: & clarum est, ꝙ dolo iste Titius induxit Commune ad ita componendum, ergo sequitur, quòd non tenet talis compositio. & ad hoc adduco, quod voluit Ioan. de Imo. in consil. 109. ¶ Item dicitur in dictis capitulis huius compositionis, ꝙ ex gratia, quo casu vbicunque quis impetrat gratiam, non sortitur gratia effectum, nisi tota series facti narretur, ita probatur in c. super. de coha. mulieri. & cle. vbi dicitur, quòd tota series facti est narranda. probatur in c. cū dilecta. de rescrip. Et quod voluit Bal. in l. præscriptione. C. si contra ius vel uti. publi. vnde dixit Inno. in c. cum ecclesiasticæ. de exceptio. quem refert & sequitur Baldus in l. 1. ff. de consti. princ. & in dicta l. præscrip. ꝙ rescripta recipiunt vires ex mente rescribentis: ad hoc facit glo. in c. super eo. de offi. delega. & tex. in capitulo, cum adeo. & in dicto capitu. cum dilecta. de rescri. vnde dicit textus in l. si quis obrepsit præsidi, nihil agit. ff. de fal. Cum ergo iste impetrauit istam concessionem gratiosam non narrando seriem facti expeditè, sed cautelosè & dolosè, effugiendo deliberatam mentem concedentis, sequitur, ꝙ stamus in illa conclusione, quòd mendax precator penitus careat impetratis, vt in dicto capitulo super literis. & dicto capitul. sedes. de rescrip. Et sic multifariè, multisque modis demonstraui Commune Vulteranum non teneri ad obseruantiam dictę conuentionis gratiosæ. Et ita concludo: & plus videtur de iure aperto dicendum, ꝙ in dictis capitulis dicitur, omnia præsentia capitula intelligantur & sint pura, & ad bonam fidem, & sanum intellectum, & durent perpetuo, quo casu videtur, quòd illa verba excludant dolum & fraudem illius Titii: quia bona fides non patitur dolum. Ideo non bene conueniunt, nec in vno domicilio morantur, vt verbis Bal. vtar, in c. primo. vt lit.

10 non contesta. dolus & bona fides † dolus enim est abscondita machinatio mentis ad fallendum: vt habetur in l. fina. C. de liti. & in l. 1. ff. de dolo. ergo sequitur, ꝙ videntur contrahentes correpsisse ab illo dolo occulto, & per consequens reducenda sunt ad bonam fidem, quæ bona fides excludit omnem dolum: vt l. bona fides. ff. depositi. l. quintus. ff. man. l. fideiussor. §. quædam. eo. ti. & quod voluit Bald. in l. si pro ea. C. man. & quod habetur in c. dilecti. de iudi. ergo reducenda est illa conuentio dolosa, vt soluat ille Titius Communi Vulterano centum libras ad bonam fidem, & sanum intellectum: ideo debet reduci, vt soluat illud, quod de bona fide erit iustum, & ita cōcludo. Et procedunt ista eo casu, quo huiusmodi mentio non fuisset contra statuta Communis Vulterani: ergo erit nullius vigoris. ¶ Et assumo modo hanc prouinciam, & videtur de aperto iure dicen-

11 dum, † quòd huiusmodi gratiosa conuentio est ipso iure nulla; quia non fuit obtenta ita, vt disponunt statuta, quæ sunt lex in populo, vt l. omnes populi. ff. de iust. & iur. c. ius ciuile. j. di. c. vt animarum, de constitutionibus, libro sexto, & licet non fuerit conuentio, tamen innititur gratiæ, & videtur esse gratiosa ꝓ id, quod habetur in l. Aristot. ff. de don. & per quod voluit ibi Bal. vbi dicit, Papa concessit abbati, ꝙ possit vendere de bonis monasterij ex certa causa, abbas vendit rem pro certo pretio, & etiam pro quodā petio terræ, decidit ibi, quòd censetur esse venditio, & non permutatio. Idem voluit Bartolus in leg. si emptionem. in prin. ff. de contrahenda emptio. & in le. prima. C. de rerum permutat. & in leg. sicut. §. venditionis. ff. quibus mo. pign. vel hypot. solui. do. Abb. in consilio 15. Item voluit do. Pet. de Anchara. in c. quanto. de iudi. Idem voluit Baldus in prælu dijs feudorum. Idem volunt scribentes in capitulo ad quæstiones. de rerum permutatione. ita vr̄ recto iudicio dicendum in casu nostro; vt dicamus, ꝙ licet quoad solutionem dictarum centum librarum vsque ad quatuor annos sit conuentio, tamen est principaliter gratia; quia de gratia habuit iste Titius a pręfato communi Vulterano, vt posset inuenire dictas minerias, & illas lucrifacere, & in hoc principaliter est gratia; quia non erat obligatum commune ad concedendum sibi, vt inueniret minerias, & sic gratia dicitur. facit, quod habetur in l. i. §. si quis vltro. ff. de q̄stio. in ver. præses decreti gratiam tibi faciet, & in l. fi. ff. de sent. pass. & facit, quod habetur in c. sedes. de

12 rescri. vbi dicitur fieri gratia † quando conceduntur literæ ad lites, ergo multo fortius in casu nostro dicitur esse gratia. & adduco elegantem textum in c. j. §. hæc autem sacramenta. de pace iur. fir. in vsib. feu-

13 do. in versi. per gratiam ecclesiæ, † vbi probatur, ꝙ illud dicitur fieri de gratia, ad quod quis tenetur de naturali ratione, ita firmat ibi Bald. qui ad allegat. l. Titius. ff. de obseq. Et facit text. elegans in titu. de pace Constan. in vsib. feud. in prin. in versicu. ad plenitudinem gratiæ, quòd ille dicitur recipi ad gratiam, qui recipitur ad fauores, quod summè nota. ibi Bal. facit ad prædicta. c. nonnulli. de rescript. vbi dicitur fieri gratia, quando conceditur rescriptum ad lites. facit, quod habetur in cap. primo. de commo. vbi dicitur gratia, quando aliquid accommodatur. facit, quod voluit ibi domi. Cardina. facit, quod habetur in cap. eam te. in versic. gratia. de rescrip. facit, quod voluit Cyn. Salice. & alij in l. fina. C. de sent. pass. Et ideo videtur, quòd ista compositio magis accedat ad naturam gratiæ, quàm contractus, & conuentionis: ergo sumus in terminis statuti Vulterani. Cum ergo non fuit seruata forma statutorum dicti municipij, sequitur, quòd talis concessio fuit nullius efficaciæ. ¶ Et si quispiam opponat, quòd communitas Vulterana obligatur ex suo contractu, vt probatur in c. j. de probatio. & in c. j. de natura feu. vbi pulchrè dixit Bald. quòd licet Deus subiecerit Imperatori leges, & Papæ canones, nō tamen sibi subiecit obligationes, & contractus; quia ex illis obligatur vt priuatus homo: & ideo si Imperator, inquit, fecerit commune Papiæ comitem in multis castris, non posset illud postea deuestire. & arguit ibidem Bald. contra Celestinum, qui de mane cōferebat vni gratiam, & desero auferebat, & alteri cōferebat. facit, quod voluit Bal. in l. princeps legibus solutus. ff. de legib. vbi dixit, ꝙ si princeps non ligaretur ex conuentione. l. ꝯtractus, sequeretur, ꝙ non posset contrahere: quia cum contractus sit vltro citroque obligatorius, vt l. Labeo. ff. de verbo. signifi. sequeretur, ꝙ si ipse obligaretur alteri, quòd alter nō obligaretur sibi, & per consequens non posset contrahere, & per cōsequēs esset deterioris conditionis, quàm inferior, quod esset absurdum dicere: quia cum sit omnium præsul, videretur esse omnium exul, quod non est dicendū. facit, quod voluit idem Bald. in commento l. 2. C. de serui. vbi dicit, ꝙ licet Imperator sit legibus solutus: tamen non est solutus a dictamine rationis: quia est animal

animal rationale politicum. & idem Bal. in conclusionibus iuris canonici dixit, ꝙ licet Imperator sit dominus legum; non tamen est do. morum. facit, quod voluit Bal. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure.
14 vbi dicit, † ꝙ quoties statutum transit in quasi contractum cum aliquo forensi, nō potest reuocari, puta cauetur, ꝙ quicunq; venerit ad habitandum, sit exemptus, & forensis venit ad habitandū, ꝙ non potest reuocari tale statutum in preiudicium eius, qui venerit ad habitandum: quia trāsiuit tale statutum in contractum. Idem voluit Io. And. in addit. Specu. in tit. de censi. §. nunc dicendum. versi. sed pone vniuersitas. & in titu. de instrumē. edit. §. nunc vero aliqua. Bar. in l. eum qui. ff. de excu. mu. & in l. quod semel. ff. de decre. ab ordi. faci. Inno. in c. nouit. de iud. & in c. cum dilectus. de tempo. ordi. & in l. in nostra. de iniur. & dam. dato. do. Anto. in c. quæ in ecclesiarum. de constit. & in d. c. nouit. & in d. c. in nostra. & in d. c. cum dilectus. Cy. in l. digna vox. C. de legi. Bal. ibidem & in l. si cum mihi. ff. de dolo. & in l. non nuptæ. ff. de senato. & facit. l. priuilegi. C. de sacrosan. eccle. Et quod voluit do. meus Abb. in c. 1. de constitutio. Cum ergo in casu nostro commune Vulteranū celebrauerit hanc compositionem cum isto Titio non subdito, posito ꝙ per viam statuti emanasset, non posset resilire a tali conuentione, nec contrauenire; quia quod semel placuit, amplius displicere nō debet. c. quod semel. de reg. iur. lib. 6. iuxta illud Oratij. Euolat emissum semel irreuocabile verbum: contractus enim ab ipso initio sunt voluntatis, ex postfacto sunt necessitatis, vt l. sicut. C. de actio. & oblig. facit illud, quod dixit prætor, pacta seruabo. cap. j. de pactis. cum simi. ergo non potest recedere ab ista cōuentione cōmunitas Vulterana. Ad ista respondeo: primò, ꝙ licet princeps, cōitas, vniuersitas, & similia ligentur ex suo contractu; tamen illud est verum, nisi dolo secum contrahentis inducantur: quia tunc sicut succurritur priuato homini ad illum dolū &
15 illum contractum dolosè initum, ita & eodem † modo succurritur principi, & communitati dolosè inductę ad contrahendum; quia non debet esse peioris conditionis, quàm priuatus, vt dixit Bald. in d. l. princeps. facit arg. l. fi. C. de fruct. & lit. expē. & sic nō obstant allegata in contrarium. Secundò respondetur, quòd ista non fuit cōuentio, sed fuit gratia, & in figura gratiæ fuit petita, & in figura gratiæ fuit concessa. Istud apparet ex verbis prolatis in petitione & porrectione precum facta per illum Titium: quo casu illud voluit, quod verbis expressit, optimè dicente philosopho in primo Perihermenias, voces, inquit, sunt earum, quę sunt in anima passionū notæ. Ideo dixit Bal. in c. mandatum. de rescri. ꝙ imperator linguæ cor est. Et idem Bald. in tractatu scismatis, quē posuit in rubrica. C. si quis aliq. test. prohib. dixit cordis preco lingua est. Et ideo dixit idem Bald. in cap. 1. aliàs in rubrica. de testi. allegans Cassiodorum oratorem egregiū. Nullum, inquit, maius mentis nostræ testimonium est, quàm qualitas inspecta verborū. & allegat vulgus dicere, loquere & te cognoscam. l. is qui. ff. de tuto. & cura. da. ab his. c. legimus. 93. dist. & ideo dixit idem Bald. in l. voluntatis. C. de fideicō. ꝙ non credimus hominē velle, nisi illud, quod dicit. c. ad audientiam. de deci. l. 1. §. loquitur. ff. de magi. conue. Cum ergo in figura gratiæ fuerit petita, & in figura gratiæ fuerit concessa, ergo sequitur, ꝙ non fuit compositio, nec contractus, sed mera gratia, & misericordia, iuxta illud quod habetur in c. quod in te. in versicul. de gratia. de peni. & remis. c. 2. de pœn. c. cum olim. de priuile. c. 1. de eo qui fur. ordi. susce. & in c. 1. de cle. per saltum prom. c. 1. de cle. non ord. mi. c. cum olim. de dolo & cōtu. c. exhibita. & c. tua. de homici. c. latoris. & c. si Iudæos. in vers. pro gratia. de Iudę. & facit illud, quod voluit Inno. in c. veniēs. de renuntia. de eo, qui submittit se gratię, aut misericordiæ arbitri, de quo per Ludo. Roma. in repetitione rubri. ff. de arbit. Cum ergo clara sint verba huius petitionis, & huius cōcessionis, ꝙ de gratia: ergo standū erit verbis. l. ille aut ille. §. cum. in verbis. l. nō aliter. ff. de legat. 3. l. nominis & rei. §. verbum ex legibus. ff. de verborum significa. ergo cum sit gratia, nō est compositio, nec contractus, ergo potest reuocari, cum non sit cōtractus. c. ex multiplici. de decimis. c. penul. de cleri. non residen. Item cum sit gratia, facilius tollitur gratia, quàm tollatur conuentio, & cum fuerit impetrata dolosè, non solùm tacendo veritatem, sed asserendo falsum, etiam loquendo cautelosè, & sub inuolutione verborum, vt plenissimè dixi superius. Ideo non obstant iura, quę dicunt, cōtractus esse necessitatis, non enim debet reportare commodum de suo dolo. ¶ Et si quispiam opponeret, ꝙ surreptio præsumitur expressa per simplicitatem, & non per dolum, vt est glossa valde singu. in c. super literis. de rescrip. ad hoc respōdeo, ꝙ illud est in dubio: quia capimus in dubio viam, vt excludamus dolum, iuxta illud, quod voluit Inno. in ca. dudum. de electi. vbi dixit, ꝙ si probatum est, prælatū alienare ecclesiastica sub annuo censu, intelligitur temporalia, & nō spiritualia, ad hoc vt excludamus symoniacam prauitatem: & quod voluit Barto. in l. non solùm. §. sed vt probari. ff. de operis noui nunti. Ideo dicimus, ꝙ qui allegat dolum, illum debet probare vt l. quoties. §. qui dolo. ff. de probatio. & facit, quod voluit Cyn. in l. matrem. C. de prob. & sic procedit illa gloss. in dubio. Sed vbi apparet euidenter & manifestè dolus, tunc stamus certo, & non coniecturis, vt l. si certis annis. C. de pact. l. certa forma. C. de iure fis. lib. 10. l. continuus. §. cū ita. ff. de verb. obliga. Cum ergo in casu nostro appareat de dolo, & versutia illius Titii, qui inuenerat illam mineriam, & de ea periculum & experientiam fecerat, & illud tacuit, vt superius est dictum: ergo ista interpretatio fuit dolosa, & per consequens non debet opitulari frauduloso. Pręterea iste Titius non seruauit solennitatem statutorum, vt apparet ex serie dictorū statutorum. ¶ Et si quispiam opponat, quòd iste Titius erat forēsis, & ignorabat statuta Vulterana, ergo excusandus est, quinimo plus videtur dicendum, ꝙ si dictus Titius fuisset effectus nouus ciuis, adhuc excusaretur, si ignoraret statuta illius municipij. Istud probatur, argu. eius quod habetur in l. 3. §. si plures. versi. tyronibus parcendum. & probat in l. qui vno. §. fi. in ver. tyroni parcēdum est ignoranti disciplinā militarem, & l. qui commeatus. §. arma. in versic. tyroni. ff. de re milita. vbi probatur, ꝙ sicut parcitur nouo milita ignoranti disciplinam militarem, ita par-
16 citur † nouo ciui ignoranti statuta municipij. Istud voluit Bald. in l. cunctos populos. C. de summa trini. ergo multo magis excusatur iste Titius, cum non esset ciuis Vulteranus nouus, nec antiqu⁹, vnde posset adduci illud Virgilianum. Ignari hominumue loco rum, & ita posset excusari. Ad ista facile datur respōsum, vt dicamus, qui cum alio negotiatur, scire debet conditionem eius, cum quo negotiatur, aut contrahit. l. qui cum alio. ff. de regu. iu. Et ideo lex habet & reputat eum scientem & informatum. Iste est tex. elegans in cap. innotuit. de elect. & facit illud, quod dixit Bald. multum sapienter in Liuris ignorantia. C. qui admitti. statuto cauetur, ꝙ non valeat concordia, nisi producatur intra octauam diem, modo quidam rusticus per errorem aduocati non produxit in termino, an excusatur, decidit ꝙ non; quia illud, quod pertinet ad formam, ligat rusticum, nec excusatur

ſatur ruſticus:dicit etiam ibidē, ꝙ naturalis motus ſibi dictat inquirere,quod ignorat: quia omnes homines natura ſcire deſiderant, vt dixit Philoſophus in primo Metaphyſ. & ſicut ruſtici vadunt ad ſiluas pro lignis, & ad ciuitatem pro indulgentijs, ita debent ire pro conſilijs:quia iſtud nō eſt multum difficile. Ita dicamus in forenſibus negotiantibus in aliquo municipio, vt ſcire debeant iura municipij, & informēt ſe de iuribus municipij:qa iſte Titiꝰ bñ ſciuit q̄rere illā mineriā de lapidibus aluminis,& de illa ſciuit pluries,& pluries facere experientiā, & periculum,& eodem modo debuit & potuit inueſtigare, & ſcire diſpoſitionem ſtatutorū cōis Vulterani: imputetur ergo ſibi ſi nō inueſtigauit. lex enim hēt eum pro inueſtigante: qa vt magnus dixit Apoſtolus,quem refert gl.in c.fi.de conſue. ignorans ignorabitur:qa ſi ruſticus† tenet ſcire ſtatuta municipij,

17 qa debet quærere a peritis:ergo eodem modo forenſis debet quærere & inueſtigare ſtatuta municipij: cum aliquid agit cū communi illius municipij,aliàs dicitur ſupina & craſſa ignorantia. ¶ Et ſi dixerit q̄ſpiam fuiſſe derogatum ipſis ſtatutis:qa in dicta cōceſſione adeſt clauſula derogatoria non obſtan.ſtatutis generalibus, aut ſpecialibus, Et ſic cum ſit derogatum præfatis ſtatutis, ſequitur, ꝙ dicta ſtatuta nō obſtant,iuxta no.in c.j.de exceſſ.præla.li. 6. & in extrauag.ad reprimen.in ver.nō obſtātibus.& in l.ſi quis,in prin.teſtamenti.ff.de leg.3. Circa iſtum paſſum eſt aduertendum,quòd in puncto dicitur,ꝙ dicta ſtatuta dicūt,nō ſi poſſano, quo caſu regula eſt, ꝙ vbi negatiua præponitur verbo pōt,tunc inducit neceſſitatem præciſam, ita probatur in l. Gallus.in prin.ff.de libe.& poſth.gl.in c.beneficiū.de regu.iu. li.6.gl.in cle.diſpēdioſam.de iudi. Et idem dixit do. Cardin.in commento.c.teſtimonium.de teſti.ſi pręponatur verbū debet,qñ præponitur negatiua: tūc enim inducitur neceſſitas præciſa,allegat.c.non debet.de teſti.facit l.nemo poteſt.ff.de le.j.& l. ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de verb.obli. Modò in hoc ſtatuto præponitur negatiua huic verbo poteſt,ergo ſequit̄ ꝙ inducitur neceſſitas præciſa:ergo ſequitur, ꝙ nō potuerunt venire ꝯ diſpoſitionem dictorum ſtatu-

18 torum iſti concedentes:†quia vbicunque conſtitutio eſt prohibitoria: tunc nō poteſt tali conſtitutioni renuntiari.Ita voluit Bal.in l.quos prohibet.ff.de poſtu.allegat Cyn.in l.j.C.ne fideiuſſ.dot. dentur. & in l.ſi mulier.C.ad Velleia.& adduco gl. valdè ſing. in l.a diuo Pio.ff.de re iudic.de qua glo.facit feſtum Bal.in l.non dubium.C.de legi.& in l.ſi mulier. ff.ſo lu.ma.& in c.lator.de re iudi.& in l.ea quæ.C.de do nat.ante nupt. & ideo dicit Ioan.de Imol. poſt alios in c.cum dilecti.de empt. & vendit. ꝙ ſi dolus dedit cauſam ꝯtui,& lex reprobat illum contractum, ꝙ non poteſt approbari a partibus. Et ad hoc allegat glo.d.l.a diuo Pio.facit,qđ voluit Bald.in l.2.C. vt in poſ.leg.& in tractatu ſciſmatis & quod voluit ſolennis doc.do.Pau.de Ca.in conſ.346. incipiente, Viſa quadam ſecuritate,vbi conſuluit, ꝙ quādo diſpoſitio ſtatuti eſt prohibitoria, non poteſt renūtiari tali ſtatuto,allegat,qđ voluit gl.in d.l.j.C.ne fideiuſ. dō, den.& qa cenſetur facta propter pub.vtilitatē,iō nō poteſt renuntiari. Ita dicamus in propoſito noſtro: cum diſpoſitio iſtorum ſtatutorum emanauerit ꝑpter publicam vtilitatem,ergo non poteſt renuntiari,niſi in ipſo ſtatuto permitteretur,vt eſt caſus multum ſingularis in c.nonnulli.de reſcrip.vbi apponitur conſtitutio concilij generalis prohibitoria,quæ emanauit ad fauorem priua. tamē poteſt renuntiari: qa ſtatutum illius canonis hoc permittit, vt ibi habetur. Et ideo dixit Franc.Tigrini de Piſis in quodam ſuo conſilio incipiente, Bernardinus Bannuli,

19 poſito inter conſilia Bar.in ordine eſt 27. † ꝙ quando actus reſpicit publicam vtilitatem,& eſt validus, non poteſt a partibus infringi,facit l.ius publicum. ff.de pact.& in l.cum hi. §.ſi prætor.ff. de tranſac. & quod habetur in capitul.ſi diligenti. de fo.comper. & in l.Seius & Augerius.ff.ad l.Falc. Ita dicamus in caſu noſtro; cum huiuſmodi ſtatuta emanauerint ad publicum bonum, ſequitur, ꝙ non potuerunt Anciani & collegia derogare dictis ſtatutis.Et oſtendo iſtud ratione euidenti habente neruum, iſti non potuerunt celebrare iſtam cōceſſionem ſpreta forma ſtatuti,vt eſt dictum:quia conſtitutioni prohibitoriæ renuntiari non poteſt,ex quo ſequitur, quòd ſicut non poteſt diſponere cōtra diſpoſitionem ſtatutorum,ita non poſſunt derogare ipſis ſtatutis: qa prohibito vno videtur prohibitum omne id,per qđ deuenitur ad illud.l.oratio.ff.de ſponſa.c.cum quid vna via.de reg.iur. libro, ſexto cum ſimilib. ergo ſequitur,quòd non potuerunt apponere illam clauſulam derogatoriam:quia tunc aperiretur via ad prohibita,quod eſſe non debet, ergo illa clauſula derogatoria nihil operatur:quia non fuit derogatum ſtatutis ab his, qui poterant ſolenniter & validè derogare:debuit ergo interuenire auctoritas totius conſilij Communis ad tollendum huiuſmodi ſtatuta: quia eius tollere,cuius eſt condere.l.omni nouatione.C.de ſacroſanct.eccleſ.ergo cum non interuenerint,qui ſufficerent ad diſponēdum ſuper illo actu, ſequitur,quòd illi tales non potuerunt derogare ſtatutis præfatis:quia actus actiuorum ſunt in patiente bene diſpoſito,vt dixit Ariſtotel.in 2.l. de anima, & habetur in c.venerabilem.de elec.ergo ſequitur, quòd talis conceſſio fuit nullius efficaciæ. Et maximè,quia illa clauſula derogatoria non fuit appoſita serioſe, & data opera, ad derogandum ſtatutis diſponentibus circa hūc actum:ſed emanauit ex quadam generali conſuetudine,ita conſueta fieri, quæ ſeruatur in omnibus conſilijs ſuis;& maximè in caſu noſtro, cum ita conceſſio emanauerit ad dolum & fraudem illius impetrātis,vt eodem modo videatur emanaſſe omnis clauſula appoſita in dicta conceſſione.Ita dixit gloſſ.ſingula.in l.ſi patronus.§.patronum.ff.ſi quid in frau.pa. allegat illam gloſſ. pro aurea Bald. in quodam ſuo conſilio incipien. Filia inſtituta.& quod voluit Bal.in l.ſi ex cautione. C.de non numera.pecun.& quod voluit domi. Abba.cōſilio 72.Ita videtur dicendum in propoſito noſtro, quòd omnis clauſula appoſita in dicta conceſſione ſubreptitia, ſit inualida,ſicut ipſum principale. Et etiam facit,quòd illa clauſula derogatoria ita cōceꝑta non tollit diſpoſitionem ſtatutorum,contrariū diſponentium:quia ſpecialiter non nominat ſtatuta contraria, argum. eius,quod habetur in l.ſi quis in princi.teſtam.& plus decidit text. valde ſingula.in capit. literis.de dolo & contuma.quòd omnino deberet fieri mentio de eleganti clauſula appoſita in dicto ſtatuto.Item licet apponatur derogatoria ſta-

20 tutorum in genere & in ſpecie, nihilominus † non comprehendit ſtatuta introducta ob publicum fauorem:quia in quacunque diſpoſitione videtur ſēper excepta publica vtilitas, ita probatur in l. iubemus.C.de ſacroſanc.eccl.ita colligit ibi Bal.ita probatur in l.nullus.C.de curſu public.libr.12.& in l.ſi quis in graui.§.ij quoque.ff. ad ſila. vbi eſt text. melior de iure ſecundùm Bald. ibi, quem text. allegat pro ſingulari Saly.in commento.l.2.C. de noxali.& facit l.in prouinciali.§.fina.cum ſequent.ff.de oper. noui nuntia.& in l.j.C.ne lic.ſe in empt.ſpe.excu.libro 10.& l.ſi venditor.§.conſtat.ff.communi.prædij & quod habetur in capi.nouimus.de immu. eccle. & per conſequens debuit fieri ſpecifica, & expreſſa mentio

mentio de huiusmodi statutis, cum emanauerint propter publicam vtilitatem. Præterea adduco ad prædicta, quod voluit glossa valde singul. in l. decurionibus. C. de silẽ. libro sexto, quę voluit, quòd vbicunque emanauit aliqua dispositio in fauorem alicuius, per derogationem postea generaliter factam, vel specialiter, non videtur derogatum tali dispositioni fauorabili, nisi de ea fiat specialis, & specifica, & expressa derogatio, de qua glo. facit festum Bal. in c. j. §. sancimus. in ti. quo temp. mi. inuesti. petere debet. & in l. non plures. C. de sacrosan. eccle. & in l. j. C. de Iustini. codi. compo. & in auth. habita, in prin. C. ne fil. pro pat. & in l. si cum mihi. ff. de dolo. & in l. dotalem. ff. de testa. mili. & in l. j. ff. de constitu. princ. & in capitu. primo, de rescript. & in c. graue, de off. ordi. & in c. veniens. de rescri. Ludo. Roma. in l. hac consultissima. C. qui testamen. fac. poss. vbi allegat illam gloss. qui idem voluit in l. si verò. §. de viro. ff. sol. matri. Cum ergo in casu istorum statutorum appareat, quòd huiusmodi statuta emanauerint ad fauorem publicæ vtilitatis, ergo sequitur, quòd per illa verba ita generalia non fuit sufficienter derogatum publico fauori: & est pro certo ratio habens neruum, ergo &c. ¶ Et si quispiam dixerit, doce, quod ad publicum fauorẽ emanauerit. Respondeo, istud colligi ex procmio statuti; quia dicitur in procmio, per obseruare, resistere, & obuiare &c. Et clarũ est
21 † quòd causa procemialis ostendit finem legis, aut statuti, vt decidit tex. in l. regula. §. licet. ver. initium consti. demonstrat. ff. de iur. & fac. ignoran. ibi Bart. & Bald. probatur in l. fi. ff. de hæred. insti. vbi est text. melior de iure. & ibi Bar. & Bal. probatur in l. j. ff. ad Mace. & ibi Bart. qui idem voluit in l. cum quid. ff. si cert. peta. & in l. demonstratio. ff. de condi. & demõ. probatur in l. cum hi. ff. de transac. ibi Bart. & Bald. probatur in l. 1. ff. de origi. iur. & ibi Bald. & Petr. de Ancha. probatur in c. ex multa. de voto. & ibi domi. Abb. probatur in l. Titia. §. idem respondit. ff. de verbo. oblig. & in l. item quia. §. idem Iuliano. ff. de pac. istud voluit Bal. in prima const. C. §. quibus. & in l. vt liberis. C. de coll. bo. & in l. hæc verba. C. de fal. cau. adiec. lega. Istud decidit gl. quam Ange. reputat sin. in l. j. ff. de iudi. & istud voluit do. Car. in c. pe. de cle. coniuga. vbi dixit, ita in facto apud Senas cõsuluisse Franciscum Albergotum & Lap. istud probatur in c. 2. requiris, de appel. & in l. j. ff. sol. matri. & in proę. feu. idem voluit Io. de Imo. in l. quoties. §. si cum. ff. de hęredi. institu. & in consilio 127. & habetur apud Liuium, in li. de secundo bello punico, in prima parte, inquit, operis mei licet mihi prefari. Cum ergo dicatur in proę. statutorum, ad obuiandum his, quæ generant, vt vulgaribus verbis statuti vtar, affanni al ditto Commune. & sic ad publicum fauorem emanauerant præfata statuta, sequitur, quòd debuit fieri expressa, specifica, & specialis mẽtio in dicta derogatione de illis statutis introductis speciali fauore pro publica vtilitate. Et ex supradictis multifariè, multisque modis demonstraui, huiusmodi concessionem, licentiam, & compositionem, conuentionem, & gratiam huiusmodi fuisse nullam, & nullius efficaciæ, & illum Titium dolo fuisse versatum, & improbato more. Et ita concludo in fauorem Communis Vulterani. ¶ Nec obstat, cum dicitur, quòd iste Titius soluit vnam pagam depositario dicti Cõmunis: quia ille camerarius statim voluit restituere tanquam malè receptam, & eam deposuit nomine dicti Titij, tum etiam quia eo errore, quo emanauit dicta gratia, eodem errore camerarius illam recepit, non enim potuit præiudicare dicto communi Vulterano. c. j. vt lit. non contest. l. 3. §. si procurator. ff. quod quisque iuris, cum si. & ita concludo. ¶ Capio modò secundam dubitationem, in qua dicitur, quòd ad electionem duorum vel trium locorum dictus Titius pro primo loco elegit circuitum mille passuum, pro secundo, totam curiam eiusdem castri cum omnibus suis pertinentijs. Item pro tertio loco aliam curiam; quæ continet plura & plura miliaria, quòd Communis negat posse fieri; quia vnus locus debet intelligi tantum, quantum continet intra illos lapides: puta sunt tres campi contigui, primus continet lapides, secundus nõ, tertius verò sic, dicitur, quòd totum hoc nõ potest dici vnus locus
22 solus. Et circa hoc est aduertendum † quòd contractus debet intelligi & interpretari in dubio contra eum, qui stat pro contractu, vt l. veteribus. ff. de pac. l. quicquid astringendæ. ff. de verbo. oblig. c. contra eum, de reg. iur. lib. 6. Ideo dixit Arc. in si quis suadẽte. 17. q. 4. quòd licet genus masculinum concipiat fœmininum, vt l. quicunque. C. de ser. fugi. & in l. si quis in tantam. C. vnde vi. cle. j. de elec. cum simi. ni-
23 hilominus † in contractu masculinum concipit fœmininum, vnde si quis accepit emphyteusim pro se & suis filijs, non comprehenditur filia fœmina, & allegat doct. suum Guido. de Suza. quia fit interpretatio contra eum, qui stat pro cõtractu. facit, quod voluit Bar. in l. liberorum. ff. de verb. sig. Et sic in dubio non aliter specificãdo, ista duo vel tria loca, debet fieri interpretatio cõtra eum. ¶ Item præmitto, quod sermones nostri debẽt adaptari rebus, sensatis, & intellectu fruentibus, & verificari secundùm communem opi. hominum habentium intellectum, ita maximi voluerunt Aristoteles, & Auerrois. quos refert Bal. in rub. C. de probat. & in l. j. C. de ser. fugi. & idem voluit Bal. in l. fi. C. de edic. diui Adri. & in tractatu scismatis, quem posuit in rub. C. si quis aliquẽ testa. prohi. & in l. testium. C. de testib. & in c. afferte mihi gladium. de præsump. & allegatur ad hoc. l. si ita quis. ff. de euic. vbi dicit, quod nemo sanus diceret. & refert idem Bald. in d. l. j. quod de facto apud Franciam fuit cãcellata quędam inquisitio, in qua dicebatur, quòd famulus mandauerat domino, vt committeret delictum, tanquam non verisimilis, & contra cõmunem opi. Ex qua doctrina sequitur, quòd illa verba apposita in dicta concessione, valet potendo però pigliare doi ò tre lochi, debẽt intelligi secũdùm communem opi. hominum fruentium intellectu. ¶ Si dixerit quispiam, amice. Ista fuit gratia, & non contractus, vt iam plenè demonstraui in præcedẽti
24 dubio, † sed clarum est, quòd gratia in dubio interpretatur contra concedentem. l. beneficium. ff. de consti. prin. ergo ista cum sit gratia, debet intelligi contra concedentem, & sic contra ipsum Commune, vt c. cum dilecti. de dona. ad hoc respõdeo, quod istud nõ militat in casu nostro: quia ista gratia fuit surreptitia dolo & fraude ipsius Titij, vt superius est dictũ: ergo potius debet intelligi contra ipsum Titiũ, quo casu, ideo Commune Vulteranum dedit electionẽ duorum, vel trium locorum; quia ignorauerat istũ inuenisse veram mineriam lapidum: quia si sciuisset istum inuenisse, & fecisse experientiam, non dedisset sibi optionem tot locorum: & sic rescindetur optio tot locorum per dicta iura, quæ allegaui superius in precedenti dubio. & per consequens non po-
25 terit eligere tot locat. † maximè, quia optio est restringenda, vt dixit Bal. in l. j. C. de verb. sig. testator, inquit, armabat equum suum diuersimodè; quia quando ibat ad torneamentum, ponebat ornamẽta cum perlis & auro; sed quando ibat ad prælium, ornamenta erant de corio: testator legauit equum armatum, de quibus armis intelligitur, decidit, quod venient ornamenta de corio, vel mediocra; quia tenere medium est viri sapientis. l. qui lãcem. ff. de auro &

rō & arg.leg. & l.legato generaliter.ff.de leg.j.iuxta
illud. Vitam orbe tene medio, habetur in glo. c.du-
dum.de elec. ergo sequitur, ꝙ iste Titius non potest
eligere tot loca: tum quia interpretatio fit contra
eū: tum quia optio debet restringi: tum quia actus
nostri debent regulari secūdùm communem opi.
hominum fruetium intellectu. Modò ad dubium,
de quo quæritur, mihi videtur, quòd locus termina
bitur. vbi primo inuenti sunt lapides mineriæ, quia
si in isto loco reperiūtur lapides aluminis, vel in isto
campo, iste dicitur locus mineriæ, & durat donec
durant lapides, si postea non sunt lapides, & intra-
mus alium campum durantem longo spacio, & in
illo loco non sunt lapides, iam finitus est primus lo
cus minerię lapidum, & ex eo, quia habet principiū
& finem, dicitur esse primus: sed si postea incipit ter
tius campus, & in illo inueniuntur lapides, iste dici-
tur esse secundus locus, & isto modo videtur elegis-
se duo loca: & moueor ad sic dicendum, per l.pe.ff.
de iusti.& iure. vbi text. loquitur de loco causarum
iudicialium, vbi Potestas reddit ius, & per tex.in l.si
locus.ff.de iud. vbi eodem modo dicitur, & per l. in
rem.§.loca sacra.ff.de rei vendi. vbi deciditur, quæ
sint loca sacra: vt dicantur, donec durant sacra. Ita
dicamus in proposito nostro, vt loca lapidum dicā-
tur, donec durāt loca, in quibus sunt lapides, habēt
enim talia loca principium & finem: vnde nos ha-
bemus simile, quòd officium Potestatis diuiditur,
eodem modo diuiditur annus, & illud dicitur totū,
quod habet suas partes vniformes, de quo per Bart.
in l.2.ff.de furt. de quo per Bald.in l.j. ff. de origi. iu-
ris.& in c.fi.de dolo & contum.domi.Pet.de Anch.
in c.super quæstionum, de offic. deleg. & in ca.1.de
iuram.calum.& in capitu.2.de fer.& facit, quod ha-
betur in l.j.ff. si quis ius di. non obtem. Ita dicamus
in proposito nostro, quòd locus ille est mineriæ; qa
habet principium & finem: sed in casu proposito
primus locus hēt principium & finem: ergo nō extē
detur vltra: & si diceremus contrarium, sequeretur,
quòd iste Titius haberet infinita loca eligēdo, & ca
piendo tam amplum, & longum territorium, & vi-
deretur facere fraudem contractui, quòd esse non
debet. simile dixit gloss. in l.quoties.C. de priuileg.
schola.libro 12. si quis prohibetur esse potestas, &
facit se fieri defensorem. Simile dixit Baldus, in l.
non dubium.C.de legi. de tabernario, qui non po-
test vendere bochale vini vltra vnum solidum, &
ipse vendit vltra cum vna castanea. Simile habetur,
in c.plerique.& in c.putant quidam.14.qō.3.de vsu-
rario, qui non accipit pecuniam, sed bene accipit
aliàs res; quia videtur facere fraudem legi. Simile di
xit ibi glo.de eo, qui non potest donare, & fingit ven
dere. Et ibi gl.alia exēpla.facit l.fraus.ff.de leg. Simi-
le dicimus de eo, qui nō potest extrahere frumentū
de territorio; & in fraudem statuti extrahit farinā,
vt dixit Bal.in d.l.non dubium. Ita dicamus in pro-
posito nostro: quia in fraudem contractus iste Ti-
tius elegit infinita loca, quod esse non dēt. Et ex istis
ↄcludo in fauorem Cōmunis Vulterani. And.Barb.

EPITOME.

¶ Regula cancellariæ Pauli.II.P.M. in expecta-
tiuis præferens ignobilibus eos, qui ex Ducum,
Marchionum, Comitum, Baronum, nobiliūq; fami
liarū genere descendunt, natis ex illarum filia mini
mè fauet, multoq; minus si concurrens cū eis ex ad
uerso familiaris Papæ sit, & lr̄atus, doctorue iuris.

SVMMARIVM.

De genere dicuntur esse, qui de agnatione sunt.nu.1. est autem nouum generis homonimum. numero 2. ex quo licet dicantur, qui descendunt ex fœmina, vsus loquendi spectandus est. nume.28. qui dat verbis proprium significatum. nu.29.

Dictio, de, propriè & strictè causam immediatā denotat: nu.4.

Nobilium appellatio multis etiam genere ignobilibus cōuenit. nu.5.restrictius tamen ex subiecta materia, Comites, Barones, & similes complectitur.nu.6. & aliquando inferioris. nu.8. & ad hoc vt quis sit nobilis, quę requirantur: numero 10.scientiam tamen nobilitat.n.19.& nobilitas, quæ a ple be differre facit, est dignitas.numero 24.

Regula cancellariæ papalis, est pontificia cōstitutio. numero 9.

Masculinum in priuilegijs non continet fœmininum. nume.13. & in sententijs.nu.15.nec in contractibus.nu.17.

Consuetudo idem disponens, quod ius commune, adijcit vinculū specialius.nu.22.

CONSILIVM LVII.

Excussis Tam facto quàm regu-
la cancellariæ sanctissi-
mi domini nostri Pauli Papę secun-
di, mihi videtur dicendum, quòd il-
le D. Suerus non dicatur esse de ge-
nere Regum, aut Ducum, Marchio-
num, aut Comitum, adeo ꝙ gaudeat commodo &
ṗrogatiua præfatę regulæ cancellarię, ꝙ ad oculum
euidenter demonstrabo. Et pro fundamento potis-
1 simo & formali præmitto † quòd illi dicuntur esse
de genere alicuius, qui sūt de agnatione illius, idest,
qui sunt consanguinei ex latere patris, ita pulchrè
dixit Bald.in repet.c.si pater. de testa. libr. 6. ad hoc
allegat.l.j.2.& 3.ff.de libe.causa.& ego adduco.l.j.ff.
de iure immun. vbi probatur, quòd illi dicuntur de
genere alicuius, qui ex linea masculina descendūt,
fallit fauore libertatis, quo casu nati ex fœmina cō-
prehenduntur.l.j.ff.de libe.causa. Ita dixit Ludoui.
Roma.in rubri. ff. ad silla. & etiam generis appella-
tione continetur frater.l.cum qui. ff. de interdic. &
per hoc intelligitur illud, quod Virgilio nostro ve-
nit in ore in 10. Eneidos. Generis infamia nostri.
Et adduco gl.in l.j.ff. de probat. quæ exponit verbū
genus, idest agnationem. & per hoc intelligitur &
declaratur illud, quod scribitur in primo Eneidos
dum dicit. Et genus inuisum, & ꝙ apud eundem.
Genus à Ioue sumo. & qđ scribitur apud Iuuenalē.
Et genus & formam regina pecunia donat.& quod
voluit Greg. a Gratiano relatus in c.nos presumus.
40.di.in ver.vel generis dignitate. Et adduco, quod
2 voluit Paul.de Ca.in l.j.ff.de probat. vbi dicit † ꝙ il-
lud verbum genus capitur duobus modis: primo
large ꝙ tota parentela, vnde congruè dr̄, iste est de
gn̄e talium, licet non sit descendens; secundo modo
strictè pro agnatione, vt ille dicatur de genere, qui
est consanguineus ex genere masculino: ꝙ dicit esse
notandum propter statuta loquentia de genere: qa
si sunt exorbitantia, sunt intelligenda strictè, & secū
do mō. Et ex hac doctrina datur præcipuū lumē ad
gl.& Ang.in auth.de incestis nup.in prin.quæ dicit,
ꝙ omnes illi dicuntur esse de genere, qui sunt con-
sanguinei.& per hoc dicit ibi Ang. patere, ꝙ si filio
meo ego substitui oēs de genere meo, si decesserit si
ne filijs, ꝙ virtute huius substitutionis vocant̄ oēs
consanguinei: nā de genere sunt omnes, qui consan
guinei sunt: qa hęc doctrina dēt intelligi in materia
larga, non aūt in materia stricta & exorbitanti: qa
cū genus significet causam naturalē; qa dicitur a ge
nerando, & sic omnes, qui geniti sunt, continentur,
siue cognati, siue agnati sint, ideo dixit Bal.in d.l.j.ff.
de ṗba. ꝙ illud verbum genus, accipitur pro agna-
tione. allegat gl. ibi. dicit tamen, ꝙ illa gl. in sui prin-
cipio. loquitur largius; quia sentit, ꝙ dicunt̄ de gn̄e
illi, qui sunt de agnatione, & de cognatione, allegat
ad hoc, qđ habetur in d.auth.de incestis nup. §. san-
cimus. Et sic rectè dixi ego superius, ꝙ d.auth.de in
cestis nup. loquitur large de genere. allegat etiam
ibi

ibi Barto. quod habetur in authen.de man. prin.§. hoc autem.& facit, qđ voluit Bar.in d.l.j.vbi dicit, ꝙ largius accipitur istud verbum, gens, quàm accipiatur istud verbum genus: quia genus accipitur pro agnatione duntaxat, & verbum gens accipitur pro agnatione & cognatione.& idē sentit Sal.in d.l.j.& ita intelligatur, qđ hr̄ in l.liberorū.ff.de verb.sign.in ver.eodem genere nati.& quod habetur in l.vniuersis.C.de vesti.holober.lib.11.Et ex istis datur ꝑcipuū lumen ad cap.nouit.de iudi.in ver.de cuius genere. dicitur descendisse. vbi ille dicitur de genere, qui est ex stirpe. Et exponit do.Cardi.ibidem super expositione tex. forsan ex persona matris descendit: nam aliàs, vt dicit ibi Hos.Papa ignorauit originem illius Regis, quam ibi narrat, sed de eo potest videri in Speculo historiali libr.17.cap.4. & dicit do.Cardin. ibi in 7.notabili, videtur, istud procedere, ēt si descēdat ex persona matris: sed dicit istud nō procedere, ex eo: qa filij denominantur ex agnatione patris, allegat l.eos.ff.de decur.& l.exemplo.C.eo.libr.10.ita residet ibi dom.Card.& sic videtur decidere hāc dubitationem: qa licet videatur descendere ex genere matris, qui descēdit ex linea materna, non tñ denominatur a genere materno, sed denominatur a genere paterno.Item posset etiā dici, ꝙ dicatur largo modo quis esse de genere matris, vt voluit glo. in d. auth.de incestis nup.§.sancimus.& voluit gl.in d.l.j. ff.de proba.& voluit ibi Pau.de Cas.vt superius retuli.& ita posset intelligi tex.d.c.nouit.¶ Et ex istis datur celebris intellectus ad dictam regulam cancellariç, quæ dicit de Ducum Marchionum, Comitum genere, vt intelligatur, ꝙ ille dicitur de genere Ducū Marchionum & Comitum, qui descendit ex patre

3 Duce, vel Marchione, vel Comite: † qa cum illa regula sit exorbitans a communibus regulis iuris, vt præferat in expectatiuis eos, qui sunt de genere Ducum, & similium, quòd intelligatur strictè, & propriè, qui denominātur ex gn̄e paterno, & nō materno; qa stricte debet intelligi, arg.l. quicquid astringēdæ, de verb.obl.& c.susceptum. de rescr.lib.6.& c.in nostra.de iniur. qa dicta regula quoad istos tales est quædam dispensatio, per id, quod voluit tex.melior de iure in c.de multa.de præben.vbi Papa dispensat cum nobilibus, & cum viris literatis, recedendo a communibus regulis sanctorum canonum: ergo dispensatio respectu dispensati debet strictè intelligi: vt probatur in c.j.& 2.de filijs presby.lib.6. & not.in c.per venerabilem.qui filij sint legi. vbi est pręcipuū & speciale, vt extendatur dispensatio: quia ibi dicit, si possumus dispensare in spiritualibus, ergo multo fortius in temporalibus.& facit, quod habetur in c. qa in tantū.de præben.& c.non potest.eod.tit.lib.6. & sic respectu eorum qui sunt de genere Ducū huiusmodi regula debet restringi, vt comprehēdat eos qui sunt de genere Ducum, Marchionum, & Comitū propriè & strictè, ex linea paterna: & ista indubitāter videt, pura & indubitata veritas. Quinimo plus dico, & credo dicere veritatem, ꝙ dicta cancellaria vtitur illo verbo, de genere Ducum, Marchio-

4 num, † quo casu dictio de, propriè & strictè importat causam immediatam, largè autē & impropriè denotat causam remotam. Istud bellissimè decidit Bart.in l.j.§.ex incēdio.ff.de incen.rui.nau.& in l.nō dubiū.C.de legib.& ꝓbatur in l.j.§.nunc videamus. ff.de coniugen. cum eman.lib.facit l.de pecoribus. & qđ voluit ibi Bal.ff.ad l.Aquil.& l.si de interpretatione.& qđ voluit ibi Bald. ff. de legib. & qđ voluit Bar.in l.ait prætor.§.ꝙ de fructibus.ff.de bon. auth. iud.poss.simile dicimus de dictione, ex, vt l. eo tempore.ff.de pecu.l.j.C.si seruus exte.& in l.cum oportet.C.de bo.quæ li.c.presbyterū. cū c.seq. de homici.Io. An.in c.qualiter.de elec.glos.in c.pe.de offi.de leg. facit c.j.de cle. pug.in duel.& ibi domi. Anto.& D.Dominicus in c.pro humani.de homi.lib.6.c. de certo.de homic.Bal.in l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iur. Moderni in l.quā actione.§.Celsus.ff. ad l. Aquil.& qđ hr̄ in c.auditis.in glo.de procur.& qđ voluit Bal. in l.3.C.de act.emp.Ex istis apparet euidenter, ꝙ cū d.regula sit exorbitās, & loquatur cum illa dictione de, quia de, Ducum & Comitum genere, videtur importare causam immediatam & per ꝯsequēs iste D.Suerus non est in d. regula comprehensus: qa nō est immediate natus de genere Ducū, aut Marchionum, aut Comitum.¶ Præmitto etiam pro funda-

5 mento † ꝙ.sed istud verbum nobiles, sit verbum latum, & amplum, congruens ēt multis, qui non sunt nobiles ex genere, vt est tex.in l.prouidendū. in ver. quos meritum vitæ nobilissimos fecit. C. de postu. iuxta illud, quod habetur in prima Tragedia. Nobiles, inquit, aui, nō sunt mihi, sed clara virtus, qui genus iactat suum, aliena laudat. & facit, quod habetur in l.nobiliores.C.de commer.& merca.vbi dicitur, ꝙ nobilis dicitur respectu nataliū, respectu honorum, & respectu diuitiarū. facit, quod habetur in c.fundamenta.§.proinde.de elec.lib.6.vbi primò apponitur nomen Imperatoris, deinde Regum, Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum, & deinde nobilium. & sic distinguitur ibi nobilis ab illis talibus.facit, qđ voluit And.de Yser. in c. j. de pace iur. fir.& in c.j.in tit.quis dicatur Dux aut Comes. & sic nobilis est inferior Comite, Barone, & similibus. & ita nūc intelligitur glo. quę reputatur sing. in ca.illud.40.dist.quæ dicit, ꝙ præsumitur ꝓ nobilibus in his, quę sunt nobilitatis.& ideo dicimus, ꝙ regimina ciuitatē debent esse apud nobiles.ita decidit tex. in auth.de defen.ciui.in prin.& in §.j.in auth.vt oēs obedi.iudic.prouinci. circa prin.l.honores.ff.de decur.l.ad subeunda.C.eod.lib. 10. & etiam boni mores ꝓferuntur nobilitati: vt est text.in l.pro nūtiatio. §.j.ff.de ver.sig.quem tex.allegat pro singulari Bald. in c.pe.de prob. Item licet istud verbum nobiles, sit

6 largum & latum, tamen restringitur † vt comprehēdat Comites, Barones, & similes. Et adduco.c.grādi. de sup.neg.præla.lib.6. & ibi dom. Dominicus colligit, ꝙ appellatione nobilium veniunt Comites & similes, ꝙ inducit ad priuilegia dispensationum, & adducit.c.constitutus.el 2.de test. Et adduco ad prædicta, qđ voluit Paul.de Ca.in consi.239.incip.quantùm ad primum. vbi in priuilegio indulto Comiti Palatino ad legitimandum fuit facta mentio de nobilibus, decidit, ꝙ intelligitur, de nobilibus, qui ꝟm communem æstimationem appellantur nobiles, iuxta ea, quę habentur in c.j.de consue.lib.6.per Archi.& Bar.in repe.l.j.C.de digni.li.12.& sic in priuilegio imperiali indulto alicui, vt possit legitimare filios nobilium, capitur de nobilibus ꝟm cōmunem æstimationem. Modò in casu nostro non est sic: qa regula cancellariæ dictat, restringēdo illud verbum nobiles, de Ducum, Marchionum, & Comitū genere, qui illustres reputantur: vnde non loquitur do. Papa de nobilibus ꝟm communem ęstimationem, vt dixit Paul.de Ca. sed restringit se ad eos nobiles, qui ex Ducibus & Comitibus descēdentes reputantur illustres, & sic vendicat sibi locum tex. d.ca.grādi.& qđ ibi voluit Dominicus; licet ergo illud verbū nobiles, importet eos, qui ꝟm cōem æstimationē appellantur nobiles; tamē illud procedit, nisi aliter ex verbis colligeret: sed ita est in casu nostro: qa Papa tradidit hanc prælationem illis nobilibus, qui sunt illustres, cum sint de genere Ducum & Comitum: ergo sequitur, ꝙ huic do.Suero dici possit, amice, tu non es inuitatus ad nuptias vigore dictæ regulæ cācellarię:

cellariæ: qa ad eum casum adaptatur dispositio legis, ad quem adaptantur verba legis: vt l.j.§. loquit. ff.de magistr.conuen.c.ad audientiam. de decimis. l.4.§.toties.ff.de dam.infec. & probatur in l. ita aut. ff.de admini.tuto.Idem voluit ibi Bart. probatur in l.quod constitutum.ff.de testamen.milit.Idē voluit ibi Angel. probatur in l.hos accusare.§.omnibus.ff. de accusa.& in c.indemnitatibus.§.sed cum eas. de elec.lib.6. Idem voluit ibi Dominicus.facit c.ex parte Astensis.de concess.præben.& quod voluit dom. Anto.in c.licet,de deci.Cum ergo verba illius regulæ non adaptentur casui nostro,ergo sequitur,ꝙ nō habebit locū eius dispositio;quia verba regulæ sunt concepta in his nobilibus,qui sunt illustres de genere Comitum.¶ Et si quispiam dixerit,ꝙ verba dictę regulę debent intelligi de his nobilibus qui ſm cōmunem ęstimationem reputātur nobiles, vt voluit glo.in c.nonnulli,de rescri.c.cupientes, de elect.lib. 6.gl.in l.2.de origi.iur.& in l.stipulatio ista.§.ij quoque.ff.de verborum oblig.& in l.quoties. C.fam.er. & habetur in l.item si prætor.ff.de suis & legiti.& in c.præsenti.§.loca.de pben.li.6.ergo dicta regula loqtur de nobilibus,& intelligitur de nobilitate,pūt capitur ſm cōmunem æstimationem ipsorum vulgariū,per id qđ voluit Bar.in rubrica.ff.de ope.no.nū. & qđ habetur per gl.in l.notionē.§.instrumentorū. ff.de verbo.sig.& quod voluit Io.An.in c.fundamē-
7 ta, de elec.li.6.Ad ista respondeo facile †.ꝙ aut verba proferuntur a doctis & peritis,& tūc interpretantur ſm morem loquēdi ipsorum peritorum.Ita decidit glo.quæ reputatur sing. in l. quid si nepotes.ff. de testa.tutel.& in l.j.C.de vsur.& probatur in l.si dictū.ff.de euic.in versi.non ita vt vulgus opinat. Aut verba proferuntur ab indoctis,& imperitis, & tunc illa interpretamur ſm morem loquendi ipsorum imperitorum,ita procedant gloss. allegatę superius in contrarium.& ita intelligatur hęc materia.Cum ergo in casu nostro huiusmodi regula cancellariæ sit fabricata a supremo iurislatore,vt est Rom.Pon. ergo sequitur,ꝙ illa verba debent intelligi ſm communem modum loquendi ipsorū Iurisconsultorū: nisi aliter appareret ex verbis ipsius Papæ condētis, vt est tex.in d.c.nonnulli,cum simili. Modò in proposito nostro concurrunt duo:vnum est, ꝙ illa verba sunt expressa a Papa,ſm est, ꝙ expresse loquunt de his nobilibus, qui sunt illustres,ergo sequitur, ꝙ stabimus expresso, & non recurremus ad coniecturas.l.continuus.§.cum ita.de verb.obl.l.si certis annis.C.de pac.l.certa forma.C.de iure fisci.libr.10.li-
8 cet † ergo illud verbum,nobiles,si ęquiuocū;qa sūt quidam nobiles qui sunt Duces,Marchiones,Comites,vt d.c.grandi.& iam videmus in bullis apostolicis directis Ducibus, Marchionibus & similibus, in quibus Ro.Ponti.consueuerunt dicere, nobili viro Philippo Mariæ Duci Mediolani. Et etiam comprehendit nobiles inferiores, quos secundùm communem modum loquendi vulgarium appellamus no-
9 biles,vt est dictum: † & regula cācellarię Papalis est constitutio Papalis,si loquitur de nobilibus, debet intelligi ſm ꝙ capitur ex dispositione iuris, iuxta illud, quod scribitur de illo patre Ioseph ab Arimathia, qui in passione Dominica appellatur nobilis
10 decurio, & diues.† Et plus dico, ꝙ ad hoc: vt quis dicatur nobilis, requiruntur tria, quæ ad inuicem concurrant, videlicet ꝙ sit nobilis natalibus, honorum luce conspicuus,& diues in patrimonio.Ita accumulat ista tria simul text.q aureis literis esset scribēdus in d.l.nobiliores.C.de commerc. & merc. de quo tex. non fuit memor Bart. supremus doctor in tractatu nobilitatis,quem posuit in l.j. C. de dignit. li.12.Item qa Papa in dicta sua regula loquit de istis nobilibus,qui sunt illustres de genere Ducum,Marchionum, & Comitum. Cum ergo iste talis non sit nobilis de illustri genere Comitum, & Ducum, & similium,sequitur ꝙ non est comprehensus in dicta regula cācellarię:ergo nō præfertur in expectatiuis:
11 † quia is præfertur, qui est diligentior,& magis solicitus, vt c.si duobus,de rescri.lib.6.quo casu,ista regula cancellariæ exorbitans a iure cōi,vt d.c.si duobus. restringetur ad casum in ea expressum. ¶ Et si quispiam opponat.d.c.Raynutius,de testa.vbi filius denominatur a matre, ergo multofortius denominabitur a genere matris,vt habetur in d.l. liberorū. in ver.genere. ergo cum in dicta regula apponatur illud verbum,de genere, sequitur ꝙ comprehendit illum, qui descendit ex fœmina, quæ est de genere Ducum,aut Marchionū.Ad hoc respōdeo, ꝙ licet ibi dicatur Raynutius de Clera;tamen nō sic debuit nominari,imo debuit nominari a patre. Ita probatur in capitul.Raynal.eod.titu.quod filius sequitur agnationem patris,& cognationem matris, capitu. 2.de conuersio.infid.Instit.de legi.agna.tu.§.j.sequitur etiam patrem quoad curialem conditionem. l. eos.& l.nullus.C.de decu.libro 10.vbi redditur ratio habens succum,videlicet mulierum infirmitas nunquam huiusmodi functionibus reddit obnoxios, a quibus ipsa habetur immunis. & ibi glo.dicit, quod ille, qui non est curialis, non facit aliquem curialem, & etiam quoad originem, filius sequitur patrem, vt inde dicatur oriūdus filius, vnde est pater.l. cum legitimę.ff. de statu homi. in versicu. liberi patrem sequantur.l.liberos. & l.filia.ff.de senato. facit c.dicat aliquis, & ibi gloss.magistra.& c.liberi.32.q. 4. Et ideo Bald.in d.l.liberos. allegat illam l. contra milites dicentes se habuisse nobilem matrem; quia nobilitas non procedit ex genere materno. Ecce, ꝙ Bal.ibi ponit gladium ad radicem huius dubitationis.& ad c.Raynutius.respondetur, ꝙ de facto non de iure vocabatur de Clera,vel dicit Hostien.ꝙ propter fastum superbiæ; quia forte mater erat nobilior patre,vel qa diu decesserat pater, & Raynutius fuerat nutritus apud matrē,vel dicit ibi Bald.ꝙ hoc accidit ex vsu & cōsuetudine. Sed ista responsio nō est bona & confunditur per l.exemplo.C. de decur.
12 li.10.per quē tex.dicit ibi Bar.†ꝙ rescriptū principis specialiter concessum, vt quis sequatur conditionē matris,nō valet,secus dicit si generaliter concedat, allegat.l.eos.eo.ti.& l.j.ff. ad municip. Et subdit ibi Bart.illum text.probare, ꝙ non valet consuetudo, ꝙ quis censeatur nobilis, vel ignobilis ex progenie materna,reprobat enim ibi tex.morē & cōsuetudinē procuratorum,quæ contrarium diceret, ꝙ dicit esse perpetuò mēti tenendum.Pro certo hęc doctrina ponit securim ad arborē huius dubitationis, vt de iure cōi filius non sequatur cōditionem matris, nec de consuetudine,ex hoc videtur,ꝙ nō teneat cōsuetudo, quę est ī regno nostro.s.vbi si filius matris, quæ est ex stirpe regia appellatur don, sicut appellātur incliti infantes regum;qa confunditur illa consuetudo per d.l.exēplo.ꝙ est bene no.Prꝫterea facit, ille filius consequitur conditionem matris, & denominatur a matre,qui non sequitur conditionē matris,istud probatur in l.eos.C.de decur.li.10.Sed nos habemus regulā, ꝙ quilibet sequitur conditionem patris,vt in iuribus allegatis superius.ergo sequitur, ꝙ iste Suerus non sequitur conditionem matris: qa stabimus in regula, vt filius sequatur cōditionē matris.Prꝫterea est magnopere aduertendū,ꝙ in dicta regula dr̃,de Ducum,Marchionum & Comitum genere,quo casu verba huius regulæ sunt concepta in genere masculino, quo casu non videntur comprehendi Ducissæ, aut Marchionissæ, aut Comitissæ. vnde

vnde dixit Archi.in c.si quis suadente.17.quæstio.4.
13 quòd † quando genus masculinum exprimitur in priuilegijs, puta quia concessum est priuilegium tibi & filijs tuis, decidit ibi, quòd nõ continẽtur fœminæ, per l.fina.ff.de const.princip. sed dominus meus Ioan.de Imo.in l.si ita scriptum. ff.de le.2.reprehendit Arch.per l.j.ff.de iure immu.& per.l.spadonem, in §.libertis.ff.de excu.tu. Nec obstat.dicta l.fina.illa
14 loquitur in beneficijs, in quibus † fit largissima interpretatio, vt ibi, & in cap.cum dilecti, de dona. sed nos loquitur in priuilegijs, quæ sunt contra ius. vt no.per Ioan.And.in c.olim. de verborum significa. sed ego pondero Archi.in dicto ca.si quis suadente: quia ipse videtur sentire illud esse verum, & intelligẽdum secundùm not.in c.quòd dilectio, de consangui.& affi.& per Compostel.in c.causam quæ.de rescrip.quasi velit dicere illud esse verum, quando nõ agitur de preiudicio: quia tunc strictè interpretatur, & secundùm hoc non bene Io.de Imo. reprehendit Are.quia ipse loquitur eo casu, quo agitur de præiudicio ipsius concedentis: quia contra ipsum priuilegiantem fit latissima interpretatio: vt dicto capitul. cum dilecti.& dicta l.beneficium, de constitu.princ. secus dicit. vbi agitur de præiudicio tertij: quia tunc fit stricta interpretatio, argumen.capitu.super eo.de officio delega.quia tunc non videtur esse mens principis velle præiudicare iuri tertij.l.2.§.meritò, & §.si quis a principe. ff.ne quid in loco pub.non enim videtur fuisse mẽs principis inferre alteri præiudiciũ, imo est contra morem ipsius principis, vt dixit singularis text.licet sit vulgaris, in l.nec auus.C.de eman. lib.c.quàmuis.de rescrip.libro sexto.cap.ex tuarum, de auctori.& vsu pal. Quinimo plus dico, quòd ipsemet Archid.in dicto capitulo. si quis suadente.17. quæstione 4.dicit fallere in casu d.l.prima.ff.de iure immu. Et sic aperto ore voluit Archid.ibi, quòd si in priuilegio exprimitur genus masculinum, & agitur de præiudicio tertij, tunc non comprehendit fœmininum: secus si agatur de præiudicio ipsius concedentis; quia tunc bene comprehenditur fœmininum, & ita etiam voluit Ioan.de Imo.in dicta l.si ita
15 scriptum, de le.2.& eodem† modo si profertur a iudice sententiando; quia tunc est stricti iuris, & non comprehenditur fœmininum sub masculino. facit, quod not.Cy.in l.si libertinum.C.de interdi.ma.Modò in proposito nostro, ista regula cancellariæ est quoddam priuilegium; quia priuilegiat nobiles illustres, vt præferantur alijs diligentioribus in expectatiuis: vnde videtur esse contra omnem rationem ciuilem; quia text.valde elegans in l.fi.C.de allu.& palu.multum molestè & egrè fert, quod quis defleat & ploret diligentiam suam impẽdisse in agris colẽdis. Ideo disponit, quòd quis non debet priuari sua diligentia. Et ibi Angel.arguit contra insatiabiles præ-
16 latos. Quinimo plus dico, quòd † negligentes sunt puniendi.& dixit Ioan.And.in capitu.possessor malefidei.de regulis iuris. libro sexto.in mercuri. quòd naturale est, vt negligentes puniantur. facit capitul. nos quidam, de testa.cap.quia diuersitatem.de con cess.præben.facit cap.vigilanti studio, d e præscrip.facit l.generali.C.de tabu.lib.x.in versic. scientiam nõ ignorantiam cupimus allegari.facit.capi.si.de elec. Et multum sapienter refert Bald.ibi, se vidisse in camera Regis Roberti, quòd in porta suæ camerę erãt descripti literis aureis isti versus. Negligentia par di damno, anchò farò, doman farò, cauerà altru de guadagno.facit glos.elegans in cap.ea quæ, de offic. Arch.quę dicit, quòd negligẽtia est peccatum mortale, & pulchrè dicitur in l.si.ver.illud. ibi.tarditatẽ iudicis incusante &c.vbi negligentia iudicis incusatur coram superiore: & ideo dicimus, quòd iudex negligens punitur. l.si quis in conscribendo. C.de pact.& præclarè scribitur apud Liuium de secundo bello Punico.satis, inquit, creditur saluti fuisse imperio mora vnius diei. meritò ergo est quoddam priuilegium talis regula, quia præmit negligentem cum præiudicio diligentis, quòd esse non debet, vt dicto capitulo, si duobus. ergo strictè debet intelligi in casu, quo loquitur. Cum ergo loquatur in genere masculino, ergo non comprehendit fœmininum; quia ex significato interpretatiuo comprehendit fœmininum: vt not.in l.prima. ff.de verborum signifi-
17 catione.nam si in materia contractus† genus masculinum non comprehendit fœmininum, vt voluit Gui.de Suza.quem refert & sequitur Arch.in dicto capitulo si quis suadente. Et ita consuluit apud Lucam dominus meus Ioan. de Imol.vt ibi refert in commento.capitu.potuit.de loca.ad fin. ergo sequitur, quòd multominus comprehenditur fœmininũ in priuilegio, quando agitur de præiudicio tertij: vnde dicunt Gul.Arch.& Ioan.de Imo.quòd si quis accepit emphyteusim pro se & suis filijs, quòd non veniant filiæ fœminæ. & idem voluit Ioan.de Imo.in dicta l.si ita scriptum. Et licet Barto.in l.prima. ff.de verborum significatione. dicat contra: dicit enim, quòd idem est in contractu, quòd in testamento, quando masculinum exprimitur a testatore, sed verius est dictum Archi.secundùm Ioan. de Imol.in dicta l.si ita scriptum. Et adduco Barto.in simili in l.liberorum.ff.de verborum sign.vbi dicit singulariter, quòd licet appellatione liberorum in materia testamenti, quando exprimitur a testatore, veniat nepos, tamen quando exprimitur in contractu, non venit nepos. & ratio esse potest: quia in contractu fit interpretatio contra eum, qui stat pro contractu, vt l.veteribus.ff.de pac.l.quicquid astringendæ.ff.de verborum obligatione.capitul.contra eum, de regulis iuris, libro sexto. & ideo dixit Bald.in suo consilio incipiente, De filio scriptum est, quòd si ratione dignitatis masculinum concipit fœmininum, dicitur extensio, quæ in statutis, & priuilegijs non habet locum: vnde multominus fiet talis extensio in priuilegio tendente ad præiudicium tertij. & adduco Bal. in l.tres fratres.ff.de pac.vbi dicit esse concessum priuilegium fratribus minoribus, ac fratribus prædicatoribus, quòd non comprehenduntur sorores: quia non est vniformis ratio inclusorum: & loquitur ibi Bald.quando agitur de præiudicio tertij, vt est casus noster, & sic iudicio meo doctrina Archi.declarat istam regulam cancellariæ, vt non comprehendat descendentes ex Ducissa, aut Marchionissa, aut Comitissa, quando agitur de præiudicio tertij: secus quando agitur de præiudicio concedentis, & vt verbis vtar Barto.in l.Gallus, in princip.ff.de liberis, & posthumis. melius locutus est Archidia.in dicto capitul.si quis suadente.quàm aliquis alius in illa materia. Cum ergo agatur de præiudicio huius diligentis, non debet extendi contra mentem Papæ: quia illud voluit Papa, quod verbis expressit. l.Labeo.§.idem Tubero. ff.de sub.lega. Nullum, inquit Cassiodorus, maius mentis nostræ testimonium est, quàm qualitas inspecta verborum. refert Bald.in rubric.de testi.voces enim sunt earum, quæ sunt in anima passionum notæ, dicente Philosophorum principe in primo perihermenias. & ideo dixit Bald.in l. voluntatis.C.de fideicommis.quòd non creditur aliquis voluisse aliud, quàm quod dicit.capitul.ad audientiam, de deci.l.prima.§.loquitur.ff.de mag.conuen.Cum ergo loquatur de Ducibus &c.non extendetur ad ducissas in regula tam exorbitanti a regulis iuris, cum in dicta regula dicatur non obstante quacunque diligentia: nam & imperator molestè

fert, quòd leges tot vigilijs introductæ tollantur, vt l. si quando. C. de inoffic. testa. Quanto ergo fortius deberent dolere priuati homines impendentes vigilias & diligentiam maximam circa obtinenda beneficia, argumen. dicta l. fi. C. de allu. & palu. ergo debet restringi dicta regula. Præterea pondero dictam regulam inquantum dicit, præferantur non nobilibus, quantuncunque qualificatis, quod talia verba non adaptantur ad non nobiles literatos, ex eo quia literati & docti dicuntur nobilissimi. Ita dixit tex. in l. prouidendum. C. de postul. in verbo, quos meritum vitæ nobilissimos fecit. & ideo tex. dicto capitulo. de multa, æquiparat nobiles & literatos circa dispensationem beneficiorum cōtra ius commune. & facit glo. valde sing. in l. societatem. ff. pro soc. quæ dicit, quòd literati ita assumuntur in canonicos, sicut nobiles; & plus dixit Bal. in l. nemini. C. de

18 aduo. diuer. iudic. quòd si doctor est † valens & plebeius, præfertur doctori nobili minus valenti: dicit tamen ibi Bald. quòd si sunt æqualis scientiæ, præfertur ille, qui est de meliori sanguine. Et mihi videtur dicendum salua honorificētia Bal. quòd data æquali sciētia præferatur ille, qui est plebeius. Et moueor ad sic dicendum per id, quod voluit gloss. valde singu. in capitu. nunquam 56. distinctione, quæ dicit, q̄ natus a parentibus prorsus alienis a virtutibus, dum tamen ipse sit virtuosus, præferri debet illi, qui natus est ex bonis parentibus, licet etiam sit virtuosus. facit ad hoc simile, quod voluit gloss. valde singu. in capitul. fidelior. 50. distinctio. quæ dicit, quòd peccator emendatus est præferendus in promotionibus illi, qui nunquam deliquit, & semper fuit innocens. Ita dicamus in proposito, quòd data æquali scientia plebeius præfertur nobili: per ista ergo sequitur, quòd in casu nostro cum iste familiaris domini nostri Papæ, sit licentiatus, seu doctor, quòd est præferendus isti nobili, qui non est doctor, seu licentiatus: & per consequens. dicta regula loquens, vt illustris ex sanguine præferratur nō nobili, nō intelligatur de non nobili, qui est literatus & licentiatus in iure, aut do-

19 ctor, ex eo † quia per scientiam efficitur nobilis. vnde text. valde singu. in l. 2. §. final. ff. de excu. tuto. dicit nobilissimus Vlpianus. vbi summus imperator appellat doctorem nobilissimum, & sic per scientiam quis dicitur nobilissimus. Cum ergo ista regula dicat, quòd nobilis præferatur non nobili, non intelligitur de literato & docto, qui non solùm est nobilis, sed nobilissimus. facit text. valde elegans in l. diui fratres. ff. de iure patro. in versicu. cum ipso Metiano & alijs amicis nostris, vbi imperator cum omnes appellat subditos, tamen doctorem appellat amicum. & facit solennis. l. ex diui. C. locat. vbi probatur in versic. Vlpianum parentem nostrum. vbi Imperator appellat doctorem patrem, & ideo non præfertur nobilis indoctus ignobili doctori, nam eoipso quòd quis efficitur doctor, dicitur impleri sole, ita probatur in l. si arborem. §. communem. ff. de ser. vrba. prædi. in versicul. locus opacus quondam solis cępit esse plenus, de quo facit testum ibi Ange dicens se vidisse Bartol. allegare illum text. in conuentu cuiusdā assumentis gradum doctoratus, & sic impletur scientia & virtute, iuxta illud, quod scripsit Isaias, & gloss. in l. fina. C. de ser. Surge illuminare Hyerusalem. & ideo doctor dicitur esse Propheta, ita probatur in capitul. sic rector 44. distinctione. in versicul. Prophetæ nonnunquam doctores vocantur. & ideo dixit Seneca in suis epistolis. Si magnus & arbores, si leuis & lepores, si fortis, & leones, si sapiens, tu solus Deus, humano corpore latitas. ¶ Modò in casu nostro, si iste familiaris domini nostri Papæ sit doctor, non debet sibi preferri ille nobilis, si non est doctor. Et posito quòd esset doctor, tamen non posset præferri doctori: & ideo dicta regula restringitur, vt non comprehendat doctorem. Papa enim fecisset mentionem de doctoribus, si voluisset nobilem præferri in expectatiuis doctori, argumen. c. ad audientiam. de deci. & capit. maiores, de baptis. & l. prima. ff. si mens. fal. mo. dixi. & l. prima. §. final. C. de cadu. tol. vnde non est verisimile, Papā, qui est summus iuris interpres

20 voluisset præferri nobilem docto. † quia ecclesia sancta Dei vult impleri viris literatis, & non asinis ferratis. vt dixit Ioan. mo. in capitu. cum ex eo, de elec. lib. sexto. facit ibi text. in versicul. literarum studio insistentes. vnde præclarè refert Angel. in l. cum salutatus. C. de sen. pass. quòd cum Papa recipiat omnes ad osculum pedis, tamē Vrbanus eū recepit ad osculum pacis: licet ergo in dicta regula dicatur, quòd præferantur non nobilibus qualitercunque qualificatis, tamen non intelligitur de qualitate scientiæ; quia scientia est donum dei, iuxta illud Psalmistę, bonitatem, disciplinam, & scientiam doce me domine, & Ecclesiastes. capitulo secundo, homini bono in conspectu suo dedit Deus sapientiam, scientiam, & lętitiam. & Sapientiæ septimo dicitur. Optaui, & mihi datus est sensus, inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ: ideo scribitur tertio Regum. ca. 3. Ecce, inquit, dedi tibi cor sapiens, & intelligēs: & sic non intelligitur illa regula de tali qualitate, quæ est nobilitas, maius enim est donum sapientiæ, quàm nobilitas: ideo dicimus, quòd non ex genere, sed ex virtutibus innotescere debemus. vt habetur in capi. quanto. xl. distinctione. vnde dixit in sacratissima visione Prophera Daniel, quem refert summus doctor Hieronymus, vides quantùm ista inter se distāt alij cęlo, alij stellis comparātur, ita dixit in prologo Bibliæ, doctos fulgere vt stellas, si sancti sint: non ergo est verisimile, quòd Roma. Ponti. intelligat per illud verbum, qualitercūque qualificatos, doctos clericos, ex eo quia percuteret se & ecclesiam suam cū ligone suo. Et adduco elegantem text. in capit. cum ex iniuncto. de hæreti. vbi dicit, literatis enim ecclesia Dei noscitur indigere. Sunt enim doctores candelæ luminosæ ardentes, super candelabrum positæ, quæ in vniuersum corpus orbis, errorum tenebris profligatis, velut sidus iradiant matutinum. Ita pulchrè dixit. capit. gloriosus Deus in sanctis suis. de reliqui. & vene. san. nam & alibi dicitur, quòd docto. fulgent velut splendor firmamenti, & velut stellæ sunt in æternitates perpetuas permansuri. Ita sapienter habetur in capit. super specula. de magistris. & plus dixit elegans text. in capitul. multi. de pœni. distin. 1. quòd sunt radij solis: ideo non videtur esse de mente domini nostri Papæ velle præferre nobiles doctoribus: nam & antiqui referunt historici, magnum Alexandrum dixisse, mallem singulari scientia quā singulari potestate præstare: monet enim nos Rom. Ponti. statuta canonum non ignorare, vt capitul. primo. de consangui. & affini. Cum ergo Papa præferat nobiles non nobilibus, & per sciētiam quis efficitur nobilissimus, vt est dictum, ergo sequitur, quòd non loquitur de viris literatis & doctis. facit, quod not. in capitul. venerabilis, de præbend. & iudicio meo ista

21 videtur pura veritas † quòd generalitas illius verbi, qualitercunque, restringatur per alia iura, vt in simili dicimus in l. 1. C. de sacrosanct. eccle. & in cap. 1. de consti. & per glo. in l. inter omnes. ff. qui satis. cogan. glo. in c. si verò, de senten. excom. gl. & Bald. in l. 1. C. cominu. de le. glo. in §. sanè. in proœ. Grego. in c. nemo. de simo. gloss. in ca. si quis omnem. 1. quæstio. 7. Bar. in l. j. §. nuntiatio. ff. de oper. no. nun. Bald. in l. 1. §. huius studij. ff. de iustitia, & iure, & in l. omnes. C. sine cens. vel reliq. & sic per dictam glos. & iura limitatur

tatur dicta regula, & reſtringitur, vt non præferantur doctoribus & literatis, licet illa verba ſint generalia, qualitercunque, & per conſequens iſte do. Suerus non eſt præferendus huic do. familiari Papali. ¶Præterea etiam mihi videtur de iure dicendum, quòd dicta regula debeat reſtringi, vt nobiles, qui reputantur illuſtres, non prȩferātur non nobilibus, qui ſtant in curia Romana, & ſeruiunt Papæ, ſi illi nobiles, qui reputantur illuſtres, nō ſeruiunt Papȩ; & ſic erit ſummopere aduertendum in caſu noſtro, vtrum iſte Suerus ſteterit in curia, & ſeruierit eccleſiæ Roma. & dom. Papæ: quia ſi fuit abſens a curia, & iſte D. familiaris apoſtolicus ſtetit in curia, & ſeruiuit domi. noſtro Papæ, dicendum eſt, quòd non præferatur ille Suerus, poſito non tamen conceſſo, quòd eſſet nobilis tali nobilitate, qui reputaretur illuſtris. Et ad ſic dicendum moueor ex text. ad hoc ſtupendo. l. prima. in verſicu. quos lateris noſtri decus illuſtrat. C. de præpoſi. laborum. libro duodecimo. vbi omnis ordo recipit ſplendorem a principe, ſed non æqualiter: quia non ita reſplendet ille, qui abeſt a curia, & latere principis, ſicut ille, qui eſt in prȩſentia principis. ſingularis tex. eſt ibi, & ad hoc adduco, quod egregiè voluit Bald. in rubrica. de offic. proconſul. vbi dicit, quòd ipſa principis præſentia Cardinales præſentes illuſtrat. allegat. dicta lege prima: quia licet omnis ordo accipiat ſplendorem a principe, non tamen æqualiter reſplendet illȩ, qui abeſt a curia, quòd eſt bene no. propter multos Cardinales ſtantes extra curiam Roma. & adduco, quod habetur in l. bene a Zenone. C. de quadrien. præſcri. ad fin. in verſicul. qui enim. in ſuis conſilijs ſuiſque laboribus pro toto orbe terrarum die noctuque laborant, quare non habeant dignam ſua prærogatiua fortunam: vbi eſt tex. mirabilis, quòd illi, qui ſtāt in ſeruitio curiæ Papalis, debent eſſe magis præmiati, quam non ſtantes. ¶Et ſi quiſpiam dixerit, quòd ille text. loquitur de Imperatrice, & ſic in perſona ita digniſſima, vnde non eſt trahendus ad conſequentiam. l. ius ſingulare. l. quod vero. ff. de legi. ergo ſecus eſt in priuatis perſonis. Ad iſtud reſponſum facile dari poteſt, vt dicamus, quòd dicta lege. diſponat de Imperatrice, tamen ratio, quare mouetur ad diſponendum, eſt generalior diſpoſito & dicto legis, ergo diſpoſitum. l. ampliatur ad amplitudinem rationis legis. Ita voluit gloſſ. quæ reputatur ſingu. in dicto capitulo primo. de elec. & probatur in l. pater filium. §. fundum. ff. de leg. 3. & in l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2. cum ergo ratio illius. l. comprehendat omnes, qui in ſeruitio principis ſe exercent, ſequitur, quòd omnes debent habere dignam ſua prȩrogatiua fortunam: vnde melioris conditionis debet eſſe ſeruiens, quàm non ſeruiens. Nam dicimus de pijſſimo Saluatore noſtro, vt ſacroſancta dicit eccleſia, factus eſt obediens vſque ad mortem, mortē autem crucis, propter quod exaltauit illum Deus. Ita magis debent exaltari a Papa illi, qui ſeruiunt Papæ, & continue aſſiſtunt in curia Papæ, quàm alij non aſſiſtentes: & ideo debet reſtringi dicta regula. ¶Et ſi quiſpiam dixerit, quòd exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis: vt l. nam quod liquidæ. ff. de pȩn. lega. l. in his. ff. de leg. l. 1. ff. de regulis iuris. Sed iſta regula excipit officiales apoſtolicē ſedis, vel pronotarios participantes, ergo ſequitur, quòd in cæteris exiſtentibus in curia Papæ, ſi non ſint officiales, vel prothonotarijs participantes, ſtabimus in regula, quòd nobiles, qui reputantur illuſtres, præferantur talibus exiſtentibus in curia, per id quod habetur in capitul. in noſtra, de ſepul. capitul. dominus. 32. quȩſtione ſeptima. Ad hoc reſpon. quòd ego fateor, quòd licet iſta exceptio firmet regulam in alijs non exceptis, nihilominus intelligitur de nobilibus, qui reputantur illuſtres, exiſtentibus in curia, & non de abſentibus: quia non eſt veriſimile, quòd Papa voluerit ſuffocare diligentiam eorum, qui cōtinuè ſtant in curia, & expendunt ſuū patrimoniū & honorant curiam, & priuilegiare nobiles illuſtres, qui curiæ non ſeruiunt, qui curiam Papæ non honorant, vt præferantur illis: non enim, vt ſacro ſcribitur euangelio, debemus auferre panem filiorum, & dare canibus. Nec eſt præſumendum, quòd Roma. Ponti. qui eſt paſtor, ita diſponeret: nam & Apoſtoli, vt ſacro ſcribitur euangelio, qui reliquerāt retia, vt dixit gloſſ. in l. pen. C. qui bo. ced. poſ. quæ dicit, quòd Petrus reliquit omnia, & tamen ſolam nauiculam dimiſit, dixerunt, ecce reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid erit nobis: & ſic petierunt præmium ſeruitiorum, qui eis pollicitus eſt præmiare: & ſcribitur Lucæ in paſſione Dominica, vt edatis & bibatis in menſa mea in regno meo, & ſedebitis ſuper thronos iudicantes duodecim tribus Iſrael. Si Chriſtus præmiauit aſſiſtentes ſibi, ergo & Papa id facere debet: quia omnis Chriſti actio, eſt noſtra inſtructio, vt dixit Hieronym⁹ in prologo Bibliæ, & habetur in capitu. ſignificaſti. de electio. & ideo non eſt præſumendum quòd Papa voluerit abſentes prȩferre: nec enim eſt ligandum os bouis triturantis, vt celebris dixit Propheta. & ideo dicebat tex. elegans, præmia virtutis alijs damnorum occaſionem fieri non oportet. Ita dixit valde ſingu. text. in l. & ſi virtutum. C. de his qui ad ſta. confugi. ita eſſet in caſu noſtro: Quòd ſi diceremus, quòd Papa intellexerit de nobilibus illuſtribus abſentibus, tunc daret occaſionem damnorum merentibus præmiari: vnde deploraret ſuam diligentiam & moram factam circa honorandam curiam ſedis Apoſtolicæ, quòd non eſt ſentiendum de Romano Pontifice: cum debeat eſſe prudens diſpēſator. & ita mihi videtur, quòd debeat intelligi dicta regula cancellariæ, & iſta fuerit mens domini Papæ noſtri. ¶Præterea ſunt etiam ponderāda verba ipſius regulæ, dum dicunt, qui reputantur illuſtres, quo caſu videntur reſtringi illa verba, nobiles de genere Ducum & Comitum, vt ita demum præferantur, ſi reputentur illuſtres. Sed in caſu noſtro dicitur in puncto, quòd illi, qui deſcendunt ex ſtirpe Regia per lineam fœmininam, non reputantur illuſtres; quia ex conſuetudine regni Caſtellȩ, nō nominantur illuſtres, ſed recipiūt nobilitatem a patre: ſi enim pater eſt illuſtris, ſunt illuſtres, ſi pater nō eſt illuſtris non dicuntur illuſtres ex parte matris: & iſtam dicunt eſſe conſuetudinem in regno Caſtellæ & Regionis: quo caſu redditur efficacior effectus, cum concurrit ius commune, & conſuetudo, quin-
22 imo dico † quòd conſuetudo diſponens illud, quod ius commune, addit vinculum ſpecialius. Ita decidit text. ſolennis. in capitulo ſecundo. de præben. libro ſexto. in verſi. ſpecialius conſuetudo. per quem text. confunditur dictum gloſſ. quæ reputatur ſingu. in capitulo primo. de conſti. libro ſexto. & non allegatur per aliquem in dicto capitulo primo. nec in capitulo primo. de reſcrip. vbi tangitur materia per Ioan. de Ligna. & alios. facit capitu. venerabilem. de elec. capitu. ſopitæ. de cenſi. capit. cum veniſſent. de inſtitu. ergo multofortius iſte domi. Suerus non gaudebit priuilegio dictæ regulæ, cum non reputetur illuſtris: ideo dicitur in puncto, quòd illi, qui ſunt de ſtirpe Ducali, & ſimili appellantur Don, in regno Caſtellæ, & Regionis, & dicit Donnus, quaſi dn̄s, vt Italis Donna, ꝓ dn̄a: modò ſi iſte Suerus fuiſſet reputatus de genere Ducū, & reputatus illuſtris fuiſſet appellatus Don, ergo nō eſt nobilis ea nobilitate, qua reputatur illuſtris. ¶Et eſt accuratè ponde-

randum: quia si quispiam dixerit, amice, iste Suerus est curialis, & residet in curia, & expendit patrimonium in honorando curiam domini nostri Papæ, ergo intelligitur præfata regula præferre eundem Suerum dicto Apostolico familiari. Ad hoc respondeo primò oportet eum probare esse de genere illustri: quia non sufficit asserere: sed opus est probare, vt voluit gl. in l. 1. ff. si quadr. pau. feci. dica. quę supplet, vt probetur. facit, quod voluit Bartol. in l. 2. §. primo. ff. qui satisda. cogan. vbi dicit, statuto caueatur, quòd sententia arbitri mandetur executioni, quòd constare debet illum fuisse arbitrum, voluit domi. Cardi. in clementina prima. de seque. pos. & fruc. ideo dixit Barto. in l. prima. §. & parui. ff. quod vi

23 aut clam † statuto cauetur, quòd nihil possit opponi contra pub. instrumentum, quòd prius cõstare dēt, illud esse pub. instrumentū. facit. l. prima. §. item illud. ff. ad Sila. & quod voluit domi. Anto. in capitu. item cum quis. de restitutione spoliato. & in capit. licet. de elect. debet ergo probare, quòd est nobilis de genere Ducum, & Comitum, qui reputetur illustris: sed hoc non probauit, nec probare potest; quia pater eius fuit miles, & non fuit Dux, nec Marchio, nec comes: ergo non potest allegare dictam regulam cancellariæ pro se. Item posito, quòd esset curialis, tamen iste Apostolicus familiaris est antiquus curialis, & per longa tempora stetit in curia honorando curiam, ideo recurremus ad illud, quod bellissimè scribitur in l. nemo. in versi. vt is gradu cæteros antecedat, quem stipēdia meliora, & labor prolixior fecerint anteire. C. de offic. magi. mili. Cum ergo iste sit antiquior curialis, & per longa tpa steterit in curia, quàm ille Suerus, posito quòd sit curialis; tamen is est præferendus, quem labor prolixior comitatur. Item plus dico, quòd circa nobilem, de quo dicitur in dicta regula, debent concurrere, vltra quòd sit de genere Comitum, quòd sit honore conspicuus, & ditior in patrimonio. Ita dixit tex. in dicta l. nobiliores. & dicta regula recipit interpretationem a iure communi: vt l. si serui vestri. C. de noxal. capitu. cum dilectus. de consue. capitu. ex parte. & capitul. dilecto. de verborum significatione. ergo &c.

24 Præterea facit ad prædicta, quòd nobilitas † de qua loquitur d. regula cancellariæ, est dignitas. Ita dicit Barto. in commento. l. 1. C. de dignita. libro 12. in secunda quæstione. vbi dicit, quòd nobilitas, quæ facit quem differre a plebe, est dignitas. & ita dicit videri in nostro casu; quia denominamus a dignitate illa, a qua procedit nobilitas. Dicimus enim Regales, Ducales, Præfectorios, Marchiones, Comites & & similes, quosdam verò vocamus nobiles simpliciter. Et tunc non est idem, quòd dignitas: videtur ergo pro isto dicto Bartol. text. in dicto capitu. grandi. & in dicto capitu. fundamenta. allegato superius. ergo dicta regula loquitur de nobilitate, quę est dignitas, puta Ducalis Marchionalis, Comitissa: modò ista nobilitas non cadit in istum Suerum, sed huiusmodi dignitatem nos non consequimur a matre, vt superius dictum est, ergo &c. ¶ Et si quispiam dixerit, quòd nobilitas regulatur secundum consuetudinem patriæ: dicuntur enim nobiles illi, qui sunt negotiatores: vt videmus in Venetis & Florentinis, plenè per Barto. in dicta lege prima. C. de dignita. libro 12. Ita dicamus in proposito, quòd vsus Regni constituit quem nobilem ex parte matris. Respõ. quòd licet Bartol. in dicta lege prima. doceat formare articulos super probanda dignitate. & adducat vsum populi, & communem modum loquendi, dicta lege prima. attamen non dicit ibi Bartol. quòd consuetudo sit, vt dicantur Comites & Duces ex parte matris; vnde posito quòd non nobilis dicatur esse nobilis constitutus in aliquo gradu: vt quia esset de consilio, vt sunt nobiles Veneti; quia statim, quòd sunt de consilio, sunt effecti nobiles, vt in sacro scribitur euangelio, Ioseph ab Arimatia nobilis Decurio, non tamen quis dicitur Comes a matre. vnde text. multum singu. in dicta l. exemplo. C. de decur. libro decimo. disponit, non valere consuetudinem, vt quis sequatur conditionem matris. hoc firmat ibi Barto. & alij, ex quo datur limitatio ad not. in dicta lege prima. quòd licet quis dicatur nobilis ex communi vsu reipublicę, non tamen sequitur conditionem matris: quia talis consuetudo non tenet, vt l. exemplo. & eo magis, quia in regno Castellæ nõ est talis consuetudo, imo est consuetudo contraria. Et vltra prædicta pondero. l. prima. §. fina. in versicu. generi & posteris, vbi text. æquiparat illa duo verba generi & posteris, quo casu probatur ex illo text. quòd si conceditur posteris immunitas generis alicuius, non comprehenditur natus ex fœmina. Et sic illa duo vocabula æquiparantur. ibi Barto. dicit, pri-

25 uilegia data si sunt tibi, tuisque posteris † quod non extenduntur ad natos ex muliere, quod dicit esse bene not. allegat Dyn. in capitu. priuilegium, de regulis iuris. libro sexto. non tamen Bartol. ibi facit mentionem de illo verbo, generi, ibi posito: vnde videtur dicere; quia cum illa duo apponantur ibi a pari, illud quod dicitur de vno, habet locum in reliquo, per id quod voluit gloss. valde singu. in capitul. si postquam §. final. de electio. libro sexto. & sic pro-

26 batur ibi, † quòd in materia odiosa, & exorbitanti appellatione posterorum non veniunt nati ex fœmina, vt probatur in l. neque Dorotheum. C. de decur. libro decimo. & probatur in capitulo secundo. de feud. march. & in l. quarta. ff. de iure immu. & in capitul. vbicunque. de pœn. libro sexto. & ibi est gl. magist. quæ dicit, quòd vbi immunitas conceditur alicui & suis posteris, non comprehendit fœminas, nec natos ex fœmina, allegat. l. vacatio. ff. de mu. & ho. & idem voluit Bald. in repetitione. dicto capitulo si pater. vbi allegat gloss. in l. his verbis. ff. de leg. 3. & allegat. dicto capitulo. vbicunque, & allegat. capitul. in quibusdam. §. ad sacra. versicul. vsque ad quartam generationem talium posteritatis, de pœn. vbi probatur, quòd quando apponitur pœna alicui & suæ posteritati, quòd non veniunt nati ex fœmina. & idem voluit Gartia & moderni, in dicto capit. vbicunque. & adduco text. in l. cum satis. §. final. in versicul. posteritas, cum sua gloss. C. de agri. & censi. libro 11. quæ sentit, quòd appellatione posterorum in materia stricta non veniunt nati ex fęmina. Cum ergo in dicta lege prima. §. fin. de iure immuni. a pari ponantur illa duo, genus & posteritas, quo ad casum exorbitantem, ergo sicut verbum posteritas, non comprehendit natum ex fœmina, sequitur, quòd eodem modo immunitas concessa generi nõ comprehendit natos ex fœmina. ¶ Et si opponatur de eo, quod habetur in l. cum acutissimi. C. de fidei-

27 com. † vbi verbum posteri, adaptatur ad masculos & fœminas, vt l. si venditor. ff. de reli. & sump. fu. & in l. vel quòd paterfamilias. §. exhæredatis. versicu. posteritatem. ff. eodem titulo. vbi veniunt masculi & feminę. Respondeo, quòd loquuntur iura illa in materia fauorabili, vbi non agitur de præiudicio tertij: ideo appellatione posterorum veniunt masculi & fœminæ. Sed in casu nostro, nos loquimur in materia exorbitanti, & priuilegitiua in præiudicium tertij, ergo sequitur, quòd non obstant: & si rectè ponderetur. d. l. 1. §. fin. de iure immu. coniunctis iuribus prędictis, adductis a me, probatur illa distinctio data in l. 1. ff. de proba. ad gl. ibi inquantum fuit dictum, aut loquimur in materia stricta, & tunc propriè illud

illud verbum genus, capitur pro agnatione, & sic de masculis & descendentibus per masculos. Aut loquimur in materia larga, & tunc capitur pro agnatione, & cognatione. Sed nos sumus in priuilegijs, ergo sequitur, quòd non comprehenditur natus ex fœmina Ducissa, vel Comitissa, & per consequens iste Suerus non comprehenditur in d.regula.& ideo gloss. elegans in dicto capitulo vbicunque, dicit, quòd filius sequitur conditionem patris. Ad hoc allegat dictam legem cum legitimæ. ff.de statu hominum. quòd dicit procedere in dignitatibus & honoribus,& in pœnarum immunitatibus. dicta l. eos. & dicta lege exemplo. & dicta lege nullus. & l.si ille.C.de decur.libro decimo.l.moris. ff.de pœn. lege secunda. §.filijs. ff.de decur.l.decurionum. C. de pœn. & dicit esse rationem: quia filij sequuntur patris agnationem, & non matris, & nobilitantur radijs patrum,sicut vxores nobilitantur radijs maritorum, allegat, quod habetur in authentico, de Consulibus.& lege prima,& lege,fœminæ. & l.liberos.ff.de senator. & lege prima.§.finali. ff.de ven.inspi.& refert se dixisse in c.statutum.de hæreti.lib.sexto.Ita formaliter dixit gloss.in dicto capitulo vbicunque,ponderet modò iudicans:quia ista gloss.in indiuiduo decidit hanc quæstionem, quòd in dignitatibus,honoribus,& similibus filij resplendent ex nobilitate & dignitate paterna, sicut vxores ex dignitate maritorum, ergo sequitur, quòd non dicitur illustris,posito quòd mater illius Sueri esset illustris. facit,quod voluit domi.Petr.de Anchara.in dicto capitulo vbicunque. vbi quærit, quid veniat appellatione generis.Et decidit,quòd genus idem sit,quòd agnatio,& veniunt consanguinei ex parte patris. ad hoc allegat.l.1.2.& 3.ff.de libe.causa.& sic domi.Pe. decidit hanc dubitationem, vt ille dicatur de genere ducum, aut Comitum, qui ex parte patris Comitis. Facit etiam, quod voluit Dominicus post Ioan.Andre. vbi quærit, quid si damnetur posteritas simpliciter, sine connumeratione quotæ, an includantur descendentes ex fœmina, & decidit quòd non. Et sic quocunque se vertat iste Suerus non comprehenditur in hac regula cancellariæ. ¶Præterea in puncto dicitur, quòd consuetudo est in regno Castellæ & Regionis, quòd non dicantur nobiles ex parte matris, licet quis nasceretur ex filia regis,quo casu vires consuetudinis magnæ sunt:vnde dixit text.in capitul.cum consuetudinis, de consuetu.in versicul.non leuis auctoritas. capitul.final. eodem titulo.vndecima distinctione. capitul.in his.
28 & capitul.catholica.quo casu sequitur † quòd licet descendens ex linea materna dicatur largo modo descendere ex genere matris,vt in dicto capitulo nouit.tamen stabimus communi vsui loquendi: quia si communis vsus loquendi se habet, vt non dicatur de illo genere filius, stabimus communi vsui loquendi. Et adduco illud, quod voluit Iacob.Butr.in prima constit. ff.quòd in materia stricta recedimus a proprio significato vocabuli, propter communem vsum loquendi. & quod voluit idem Iacob.in authentic.sacramenta puberum. C.si aduersus ven.
29 vbi dicit, quòd communis † vsus loquendi dat verbis proprium significatum. & idem etiam voluit in l.prima.ff.de fide instrumentorum. & ista tria dicta Iacob.Butr.refert domi.Anto.in procœ.grego.Facit, quod voluit Barto.in l.prima. C.de iura.cal.vbi dicit, quòd statuta sunt intelligenda secundùm communem vsum loquendi,etiam quò ad proprium significatum. & sic voluit, quòd proprium significatum vocabuli dicitur illud, quod dat communis vsus loquendi. Et adduco, quod eleganter voluit Bald.in titul.de pace Constan. §.sententiæ. vbi dicit,quòd omnis intellectus, qui non consonat auribus vulgi, dicitur extraneus.allegat ad hoc.capitul. ex literis, de sponsa.Facit, quod voluit Barto.in rubrica.ff.de operis noui nuntiatione. vbi dixit, quòd statutum loquens de offendente aliquem in domo sua, intelligitur secundùm communem vsum loquendi;vt intelligatur etiam in domo locata. facit, quod voluit Ioan.Andre.in capitul.fundamenta,de electio.libro sexto. vbi dicit,quòd statutum loquens de nepote intelligitur secũdùm communem vsum loquendi.facit, quod voluit Bartol.in l.prima. ff.de suis & legi.& in consilio incip. In quæstione ista. vbi dicit,statutum disponẽs de intestato verificari secũdùm communem vsum loquendi. & facit gloss.singula.in l.stipulatio ista.§.hi quoque,de verbo.oblig. Innocen.in c.clamor,& in c.cum causam,de testi.& quod voluit Barto.in l.quod Labeo.ff.de supel.lega. Et facit,quod voluit domi.Anto.in procœmio decretalium,quòd statutum loquens de studente intelligitur secundùm communem vsum loquendi: & sic intelligitur,de scholare,& non de doctore,licet doc. sit studens,& in talibus attenditur etiam in materia stricta contra proprium significatum. Ita eleganter ibi dixit dom.Anto.& plus singulariter ibidem dixit domi.Anto.quòd si statutum disponeret,quòd verba statutorum debeant intelligi,prout iacent,quòd debent intelligi secundùm communẽ vsum loquendi. Et ista sunt pulchra dicta illustrium doctorum: ergo sequitur, ꝙ cum communis vsus loquendi apud regnum Castellæ & Regionis non appellet istos tales ex parte matris illustres,stabimus communi vsui loquendi,qui dicitur esse proprium significatum vocabuli:ergo iste Suerus non dicitur esse illustris, nec dicitur nobilis ea nobilitate,quæ eũ facit illustrem: licet enim.D.Papa voluit deferre in expectatiuis, vt præferantur nobiles,qui reputantur illustres;nihilo minus illustris nõ dicitur ille,quem communis vsus loquendi non reputat illustrem:& sic cõmunis vsus loquendi dat proprium significatum vocabulo: ergo literæ Papæ debent intelligi secundùm istum cõmunem vsum loquendi:vnde non videntur impropriari verba dictæ regulæ,si intelligantur secundùm communem vsum loquendi: cum sit proprium significatum vocabuli.¶Et si quispiam diceret,quòd communis vsus loquendi non potest istud facere,vt reputetur nobilis,vel non nobilis,dico istud confundi per text.& doctrinam Bartol.in l.1. C. de dignita. libro 12.& ibi Barto.dat practicam deducendi in iudicium communem vsum loquendi, vt quis dicatur nobilis; nam consuetudinis grandis est auctoritas. Ideo dicebat Bald.in capitulo primo, qui feud. da.poss.quòd consuetudo habet vim iustitiæ. Idem in simili dixit Bald.in l.quicunque.C.de ser.fugi. Innocen.in capitulo nouit,de iudic.& ego in dicto capitulo cum consuetudinis,in lectura mea adduxi dicta elegantissima ad ostendendum celebrem auctoritatem consuetudinis,quæ nũquam ab aliquo alio docẽte fuerunt adducta.Cum ergo, vt iam superius dixi,concurrat ius commune,& consuetudo patriæ Castellæ,& Legionis, vt iste Suerus non dicatur nobilis ea nobilitate,quæ reputatur illustris, sequitur, quòd non gaudet prærogatiua huius regulæ cancellariæ: & sic multa concurrunt circa hanc consultationem,de quibus superius est dictum,vt dictus Suerus non præferatur in ista spectatiua vigore dictæ regulæ.Et facit de isto genere, quod habetur in l.eum qui, in ver.in hoc genere. ff.de interdi.& in l.cõem, circa medium,in ver.eius genere.C.de natura.lib.& quod hr apud Ciceronem in primo officiorũ. Principio,

cipio, inquit, generis, & habetur apud Virgilium in primo Eneidos, quod genus hoc hominum. & ad. dicto capitulo nouit. Potest etiam responderi, quòd licet ibi dicat tex. de cuius genere dicitur descendisse, illud non obstat ex eo: quia posito quòd dicatur descendere ex illius genere, non tamen nominatur de illo genere: quia denominatio fit a patre, non autem a matre, vt est dictum: posito ergo quòd dicatur descendere de regio genere, non tamen recipit nobilitatem ab illo genere materno, sed paterno: quia radijs patris nobilitatur, & non radijs maternis, vt voluit gloss. superius allegata in dicto capitulo vbicunque: quantæ auctoritatis sit gloss. in iudicando, apparet ex doctrina Iacob. But. in l. prima. C. qui pro sua iurisdictio. & Bald. in l. hæreditas. C. deposi. & Bartol. in consilio suo incipiente, Andriolus, quod est quintum. & Bald. in l. fina. §. necessitate. C. de bonis quæ liber. & gloss. & Salyce. in l. traditionibus. C. de pact. & gloss. in l. omnis diffinitio. ff. de regulis iuris. & sic ex supradictis multifariè, multisque modis demonstraui, Suerum non gaudere prærogatiua dictæ regulæ papalis, & ita concludo. Et etiam facit, inquantum superius dixi, quòd iste familiaris Apostolicus est doctor, ideo præferēdus, quòd dixit Dominicus, in capitulo Isidorus. 16. distinctio. per
30 id, quod ibi habetur, quòd si duo † sunt episcopi, & vnus fuit creatus ante alium, quòd si ille, qui fuit creatus posterior, sit doctor, vel nobilis, debet præferri, licet sit posterior in episcopatu: & sic æquiparat doctorem & nobilem: ergo sequitur, quòd præferretur iste Apostolicus familiaris dicto Suero.

EPITOME.

¶Natus ex fœmina viuo eius & coeunte marito, & si tacitis sermonibus filius sacerdotis dicatur, impune eius testamento præteritur: licet vt sacerdotis si fuisset naturalis filius, se legitimum fieri idem natus ab Imperatore curauerit, maximè vbi legitimatio irrita ex multiplici capite conspicitur. Item quanuis statutum continuet possessionem a decessore in successorem, vestigia quædam exiguntur ab hærede acquisitæ possessionis: quam, qui nullo tempore adeptus est, reintegrandæ remedio non aget, aut libello generali & obscuro proposito non audietur.

SVMMARIVM.

Præsumitur potius possibile quàm inhonestum. numero 1. & præsumptio iuris est pro liquida probatione. numero 4.

Filius præsumitur mariti, licet circa tempus conceptionis adulterium commissum ab vxore constet. nu. 2.

Legitimatio illius, qui ex ijs natus est, quorum iustæ nuptiæ non essent, dispensatio est, non propriè legitimatio. numero 6.

Inferior principis superioris factum non impedit. numero 12.

Statutum, quo a moriente continuatio possessionis inducitur, non impedit remedium. l. vltimæ. de edi. diui Adria. nume. 15. nec ex statuto transfertur possessio sine aliquali apprehensione. nume. 17. & 18.

Consuetudo ipso facto transferre potest possessionem. numero 16.

Possessorium reintegrandæ competit ei, qui aliquando aliquomodo possedit, non ei qui nunquam. nu. 20.

Libellus generalis tenet, nisi opponatur. numero 21. tunc enim declarandus est ante omnia. numero 22. & si iudex sine specificatione procedat, grauare partes videtur. numero 23.

CONSILIVM LVIII.

VErissimum hoc est, quod Angel. Simon potuit preteriri in testamento dicti domini Ioannis; sed protestor ante omnia, quòd intendo in aliqua parte huius consilij tenere, quòd comes palatinus, si in suo priuilegio non fiat mentio, quòd possit legitimare infantes, quòd non possit illos legitimare, vt tenuit domin. Anto. de Rosellis in suo tractatu legitimationis, quem allegat do. aduocatus, ex eo quòd superioribus diebus in causa illorum de Baldachinis de Parma tenui contrarium, quòd imo possit legitimare infantes, & quòd illi infantes de Baldac. potuerunt legitimari ab illo Comite legitimante, vt in dicto consilio continetur. Et videtur mihi, quòd potuerit præteriri. Et primò moueor, quòd iste Ange. Simon præsumitur esse filius mariti illius Agnesinæ, & non domini Ioannis presbyteri: quòd demonstro ad oculum hoc modo: non est bona consequentia, vxor alicuius est adulterata, ergo natus filius ex ea est spurius, iste est text. valde singu. in l. miles. §. defuncto. ff. de adulte. vbi text. dicit, nam non vtique crimen adulterij, quod mulieri obijcitur, infanti præiudicat, cum possit & illa adultera esse, & impubes defunctum patrem habuisse. & istud tenet Ang. ibi. & istud voluit Bald. in l. filium. ff. de his qui sunt
1 sui vel alieni iur. vbi dicit † quòd potius præsumitur possibile, quam inhonestum; vt probatur ibi in tertio responso, & in dicta l. miles. §. defuncto. & ideo probatio filiationis non eliditur per probationem adulterij, quòd dicit esse notabile. ¶Et si quispiam dixerit, quòd ille text. §. defuncto. militat. quando vxor commitens adulterium habitabat in domo mariti, sed si habitaret seorsum a marito, tunc videretur secus. & ad hoc adducitur Bald. in l. si vicinis. C. de nupt. vbi quærit, quid si apparet, quòd vxor in domo viri stabat, & cum alio se immiscebat, nunquid præsumatur legitimus, dicit quòd sic, per dicto §. defuncto. & sic Bald. restringit illum text. quando vxor habitabat cum marito: sed in casu nostro non habitabat cum marito, sed habitabat cum illo domino Ioanne in domo illius domin. Ioannis, ergo sumus extra casum. dicto §. defuncto. & idem voluit Domin. Abb. in capitul. per tuas, de probatio. vbi
2 dicit † quòd licet probetur, vxorem fuisse adulteratam tempore conceptionis filij, ex quo etiam illo tempore iacebat cum marito, præsumitur potius filius mariti: & sic restringit illum text. eo casu, quo vxor habitabat cum marito. & idem voluit in capitul. transmissæ, qui filij sint legi. & idem dixit in capitul. penul. de adulte. vbi dicit, quid si in domo mariti peperisset. Cum ergo ista habitabat in domo dicti sacerdotis, & in domo sacerdotis vlterius pepit, & non in domo mariti, sequitur, quòd licet habuisset tunc temporis maritum; tamen non sequitur, quòd esset præsumptio, quòd fuit procreatus ex marito. Ad ista respondeo, & præmitto pro fundamento potissimo huius dubitationis, quod in puncto dicitur, quòd licet dicta Agnesina staret in domo dicti sacerdotis, & cum eo cohabitaret; tamen dicitur, quòd marito suo patebat accessus ad eam, ad omnē liberam voluntatem eiusdē sui mariti. Modò adduco,

duco, quod sapienter commemorat Cyn. in dicta l. si vicinis. vbi dicit, quidam habebat vxorem adulteram, & eam repulit a se sine iudicio ecclesiæ, ista mulier sic repulsa vadit ad lupanar, & in processu accidit, ꝙ ista mulier peperit, nunquid partus iudicabitur legitimus, decidit quòd sic; quia possibile est, esse natum de matrimonio, & præsumptio est pro filio, ex quo possibile est, eum esse quæsitum ex matrimonio. & allegat Iacob. Butr. ista tenere, vt præsumatur pro filio, vt sit legitimus: secus dicit, si iudicio ecclesiæ reiecit illam, & infert, quòd quidam Rex fuit fatuus, qui ad dictum matris renuntiauit regno, vtpote non filius regis: quia quondam regina mater sua dixit sibi, quòd non erat filius regis, quapropter renuntiauit regno, quòd fatuus fuit: quia non debuit credere matri, nec patri, ita ibi dicit Cyn. & plus dico, quòd doctores, qui scripserunt in dicta lege si vicinis. referunt & sequuntur illam doctrinam, licet Bald. & dominus Abb. dicant de vxore cohabitante cum marito; tamen non videntur illud dicere seriosè, & appensatè, sed iudicio meo illud dicunt in transcursu lecturæ, nec etiam dicunt contrarium eius, quod voluit ibi Cyn. ecce nunc qualiter Cyn. ponit gladium ad radicem huius dubitationis: quia si dicto suo marito patebat liber accessus ad dictam suam vxorem ad omnem liberam suam voluntatem, sequitur, quòd licet cohabitaret cum illo sacerdote, nihilominus præsumitur conceptus ex matrimonio, & ex marito suo: quia stat illa regula, quòd potius præsumitur honestum possibile, quàm possibile inhonestum. ideo text. dicto §. defuncto. fundat se, quòd licet vxor fuerit adultera; tamen potuit filius concipi ex marito, & sic fundat se super possibili honesto. & idem videtur probare. dicta lege filium diffinimus. vbi dicit, fingamus maritum absentem per decennium, postea reuersum inuenisse anniculum, ergo sequitur, quòd si maritus fuit præsens, & coire potuit cum vxore, quòd fauore matrimonij præsumitur natus ex marito: lex enim habet reuerentiam ad matrimonium. vnde gloss. in capitulo pastoralis. de iudic. loquitur de muliere luxuriosè viuente, & Bald. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iud. loquitur de muliere turpiter & luxuriosè viuente, vt possit carcerari. tamen Ioan. Andre.
3 in additio. Specul. in titul. de iure. † limitat hoc, nisi mulier esset maritata, quod licet turpiter & luxuriosè viuat, tamen habetur reuerentiam ad matrimonium, vt non possit carcerari, mouetur ad sic dicendum, per l. si vxor. §. diuus. ff. de adulte. inquantum text. ibi dicit, qualecunque matrimonium. & sic lex defert matrimonio, non obstante turpitudine vitæ vxoris. Cum ergo iste maritus fuisset præsens in ciuitate, & habuisset accessum ad vxorem ad suam liberam voluntatem, sequitur, quod licet puer ille fuisset natus, matre habitante cum ipso clerico, potuit esse filius maritus, ergo data possibilitate præsumitur natus ex viro; quia dicta lege filium. & dicto §. defuncto. fundant se super possibili, ergo dato possibili, præsumitur potius honestum propter reuerentiam matrimonij, & propter fauorem legitimationis: & licet doctores ponant exemplum, quando vxor habitabat cum viro; tamen non negant, si habitasset cum alio, si tamen maritus habebat liberum accessum ad vxorem; non tamen contradicunt Cyn. imo omnes transeunt cum dicto suo. Et ex isto capite videtur non esse insistendum, si iste filius potuit præteriri a dicto sacerdote: quia re vera non præsumitur fuisse
4 filius sacerdotis † & præsumptio iuris habetur pro liquida probatione. vt dixit gloss. elegans in lege, si tutor. C. de pericu. tuto. probatur in l. prima. C. de testa. mili. frustra ergo quæritur, si ista legitimatio valuit. ¶ Capio modo secundam dubitationem, vtrũ iste Angel. Simon possit vt præteritus dicere testamentum nullum, & clarum est, quod filius naturalis non legitimatus non potest, si a patre fuit præteritus, aut exhæredatus nullum, neque inofficiosum dicere testamentum, vt est gloss. ordina. in l. prima. in principio super verbo naturales. ff. de contratab. & in l. si qua illustris. C. ad Orficia pro quibus est tex. in l. humanitatis. C. de natura lib. ¶ Et si quispiam opponat, illud procedit, quando non est legitimatus, sed vbicunque est legitimatus ad instantiam pa-
5 tris, tunc potest dicere † testamentum nullum, vnde poterit dicere testamentum nullum, & illud contratabulare, vt l. prima. ff. de contratab. ad instar legitimi præteriti. l. prima. & l. filio præterito. ff. de iniusto test. cum naturalis filius si legitimetur nihil a legitimè natis differat, vt in authenti. quibus mo. natu. effic. legi. §. & quoniam. in versiculo nihil dissimiles a legitimis. & in §. reliqui. versiculo. semel enim eos efficientes legitimos, & in l. qui in prouincia. §. diuus, in versicul. perinde ac si legitimè concepti fuissent. ff. de ritu nup. & ita consuluit Ludo. Roma. in consilio xxxiij. nam cum in eo reperiantur omnia iura legitimorum potest dici legitimus: & sic debuit institui vel exhæredari, sicut si fuisset legitimè natus, & sic videmus in adoptiuo filio secundùm antiqua iura, licet hodie secus. C. de adopti. l. cum in adoptiuis. §. sed ne. illud voluit Iacob. de Bel. in authentic. quibus mod. natu. effic. sui. tum etiam quia filius factus sine aliquo vinculo naturali rumpit testamentum; vt not. in l. filio quem pater. ff. de liberis, & posthumis. in capitul. in præsentia, de proba. & in authent. si qua mulier. C. de sacrosanct. ecclesię. vbi loquuntur iura de monasterio, quòd habetur loco filij, de quo plenè scripsi in repetitio. capituli. Raynaldus. de testament. ergo multofortius iste, qui est filius, in quo concurrit vinculum naturale, rumpet tale testamentum. & ita in facto consuluit solennis doctor dominus Paulus in consilio ccxxix. incipient. super puncto isto plura. Et per consequens cum fuerit legitimatus ad instantiam patris, non debuit præteriri, ergo præteritus rumpit testamentum dicti sui patris. Ad ista facile potest dari responsum, quòd dicta iura procedunt, & etiam dicta consilia, quando legitimatio fuit valida: sed vbi fuit inualida, erit secus: & quòd sit inualida ista legitimatio, demonstro ad oculum. Et præmitto, quòd iste Comes Palatinus non potuit legitimare filium presbyteri, quia ad hoc non habuit potestatem, quòd sic probo, qualis sit potestas huius comitis pendet ex tenore sui priuilegi. capitul. tenor. & capitul. recepimus. de priuile. Innocen. in capitulo primo, ne sede vacante. in capitul. si cui. de extraordi. capitul. Corrad. in versicul. vim verborum & tenorem inspicientes. quem text. summè allegat Bald. in procemio Feudorum. facit capitulo primo. in titul. de duo. fratri. a capi. inuesti. facit text. in l. ad probala j. C. de proba. in versi. quem tenor ostendit. quem text. ad hoc allegat Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure. vbi dicit, quòd quale sit priuilegium, tenor priuilegij ostendit, facit l. sancimus. C. de fide. in versicul. placiti tenor. & l. fideiussores magistratuum. §. pro Aurelio, in versiculo lecta subscriptione. ff. de fideiusso. & l. si quis stipulatus sit sticum, in uersicul. quærentibus inspiciendus est sermo. ff. de verborum obligationibus, facit capitulo, tenor. de re iudicata. capitulo ex tenore. de foro competen. & c. ex tenore literarum. de rescrip. quale ergo sit priuilegium, rescriptum, pactum, feudum,

& similia ostendit tenor eorum. Ita dicamus in proposito nostro, quale sit priuilegium concessum huic Comiti pendet ex priuilegii tenore: Et sic quam habet potestatem legitimandi, ostēdit tenor priuilegij: sed ex tenore priuilegij: si subtiliter ponderetur, non habet potestatem legitimandi spurios sacerdotum, dicitur enim in suo priuilegio, ꝙ possit bastardos &c. ad omnia iura legitima restituere, reducere, & omnem maculam penitus abolere, restituendo ipsos ad omnia iura, non obstantibus legibus &c. Ista sunt formalia verba dicti priuilegij, & sic Imperator concessit potestatem legitimandi, & restituendi ad omnia iura succedendi. Modò arguo
6 sic† legitimatio facta de illo, qui natus fuit ex illis, inter quos non poterat esse matrimonium, lege diuina prohibente, illa propriè non est legitimatio, nec restitutio natalium, sed est dispensatio: quia cum ibi nō potuerit a principio inter illos esse matrimoniū, seu veritas matrimonij, nec imago potest fingi. l. j. C. de lati. lib. tol. & ita tenent canonistè. in c. per venerabilem, qui fi. sint legi. Ita fuit aliàs consultum per collegium Bononien. in quæstione valde ardua. etiā consuluit Bald. & do. Pet. frater eius in ciuitate Perusij, & ita etiam refert do. Pau. de Castr. consilio 229. incipiente. Super puncto isto plura sunt. Cum ergo istud priuilegum concipiat verba sua, quòd possit legitimare & restituere natalibus, nō militat in eo, qui natus est ex illis, inter quos non poterat esse matrimonium. l. diuina prohibente: vnde non potuit esse veritas matrimonij, inter istum sacerdotem & dictam Agnesinam: ergo non videtur, quòd potuerit fingi imago matrimonij, & per consequens non videtur Imperator per illa verba dedisse potestatem dicto comiti, vt legitimet filium sacerdotis: quia sicut non potest esse veritas matrimonii, ita non potest fingi imago matrimonij, dicta lege prima. C. de lati. lib. tollen. cum priuilegium sit stricti iuris, vt tertia distinctio. priuilegia. sequitur, quòd debet intelligi solùm & dūtaxat ad casum, in quo loquitur, ergo non potuit legitimare istum Simonem Ange. quia ad eum casum adaptatur dispositio priuilegij, ad quem adaptantur verba eius: vt l. 4. §. toties. ff. de dam. infec. & ibi Barto in cap. indemnitatibus. §. sed cum eas. de elec. lib. 6. l. quod constitutum. ff. de test. mili. Et sic ex isto capite iste Comes non potuit legitimare istum spurium. Item ex alio videtur, quòd non potuit legitimare filium sacerdotis: quia priuilegia, rescripta, & similia recipiunt vires ex mente rescribentis, ita probatur per Innocen. in capit. cum ecclesiasticæ, de excep. allegat illud dictum Bald. in l. præscriptione. C. si contra ius, vel vti. pub. & in l. 1. ff. de consti. princi. facit capit. cum dilecta. & capitu. cum adeo, de rescript. & gloss. in capitu. super eo. de officio delegat. Sed mens Imperatoris concedentis potestatem legitimandi non fuit, quòd legitimaret filios sacerdotis, quòd apparet euidenter: quia in dicto priuilegio excepit filios Principum, Ducum, Comitum, & Baronū, quo casu sequitur, quòd multofortius videtur excepisse filios sacerdotum, nam, sacerdotes sunt dij, vt habetur in capi. cum ex iniuncto. de hære. & ibi domi. Anto. arguit contra laycos, qui volunt præferri clericis, præferuntur enim sacerdotes Imperatori, vt probatur in capit. nouit. de iudic. Facit, quod habetur in capitu. sacerdotibus. 11. quæstione prima. vbi dicitur, dijs non detrahes. Et ad hoc facit, quod habetur in capitulo, duo sunt genera. duodecima, quæstione prima, vbi sacerdotes dicuntur reges, vt apparet in versicu. sunt enim reges. & in veteri testamento scribitur. Sacerdotium est genus regale: si ergo Imperator excipit filios Baronum, ergo multo fortius filios sacerdotum: quia sunt dij, & dicuntur reges, & dicuntur habere dignitatem, eo ipso quòd sunt sacerdotes, vt habetur. 4. distinctione. denique. facit, quod scribitur in euangelio. Ioan. 4. capitul. quo inquit. dixit: quia dij estis. facit elegans text. l. secunda. C. vt nemo priua. titu. vbi dicitur, si plebeius vltimo afficiatur supplicio, si clarissimus, vel curialis: vel miles, vel clericus deportetur. Ecce modò, quòd ibi est text. elegans, quòd clericus connumeratur inter clarissimos, & sic inter Barones. Item vbi lex imperialis vult clericum comprehendere eo casu, quo potest, illum expressis verbis connumerat. Ita ergo dicamus in casu nostro, quòd non videatur princeps loqui de filijs sacerdotum legitimandis, cum illos non expresserit. & multofortius: quia in specie illos comprehendere non potuit, ergo non videtur de illis disposuisse: quia illud, quod disponens in specie comprehendere non posset, non videtur in genere de illo disposuisse. capitul. tua. de deci. & ibi Hostien. & domi. Anto. Bald. in l. fina. §. in computatione. C. de iure delibe. Ioan. mona. in capitulo secundo. de constitu. libro sexto Domi. Anto. in capitul. ecclesia. de constitu. & in capitul. quòd clericis, de foro competen. domi. Abb. in capitul. a nobis. de senten. excommun. ergo non videtur Roma. Impe. loqui de filijs sacerdotum in dicto priuilegio legitimationis fiendæ. Et adduco simile, quod dixit Bald. in l. si quando. in princi. C. de in-
7 offi. testa. vbi dicit† quòd si Papa concedit potestatē testandi monaco, intelligitur secundum ius canonicum, & si princeps concedit alicui potestatem testandi, intelligitur secundum ius ciuile. Et idem Bald. in l. si nondum. C. de fur. dixit, quod si statutū laicorum loquitur de sacrilegio, intelligitur de sacrilegio, prout capitur a lege ciuili, sed si constitutio ecclesiæ punit sacrilegium, intelligitur, prout punitur a lege canonica. Et idem Baldus. in l. secunda. C. de successo. edic. dixit, quòd si statutum laicorum facit mentionem de gradu, intelligitur prout disponit lex ciuilis, si autem constitutio ecclesiastica loquitur de gradu, intelligitur, prout gradus capitur in iure canonico. & voluit Barto. in suo consilio incipienti. Quæritur, vtrum gradus indeterminate prolatus. & voluit domi. Petr. de Anchara. in rep. capitul. canonum statuta. de constitu. Et facit, quod voluit Baldus. in l. prima. C. de cess. bo. vbi dixit, iura dicunt, quòd statutum debet reduci ad terminos iuris communis, vt l. si serui. C. de noxa. l. final. §. in computatione. C. de iure deliberan. in gloss. pone, inquit, quod statutum editur a populo laico temporaliter subiecto ecclesiæ, secundùm quod ius commune intelligitur, decidit secundum ius canonicum commune & non secundum ius commune ciuile. Facit, quod voluit domi. Anto. in capitul. ex literis. debet constitu. Apparet ergo ex prædictis, quod priuilegium editum intelligitur secundum mentem ipsius priuilegiantis, quo casu ex prædictis colligitur, quòd illa exceptio de filijs Baronum multo fortius comprehendit filios sacerdotum, qui reuera dicuntur esse dij: & sic in plus se habent quam filij Baronum, dicuntur enim reges: & sic in plus se habent, quam Barones: & clarum est, quod exceptio a regula, licet firmet casus non exceptos sub regula, vt in l. in his. ff. de legi. l. nam quod liquidæ. ff. de penu lega. cum simili. tamen extēditur exceptio ad casus similes, habentes eandem rationem, vt est casus, quem doctor. reputant meliorem de corpore iuris, in l. his solis. C. de reuoca. dona. & text. capitulo, cum dilecta, de confirmat. vtili. & quod ibi voluit dominus Abbas. & quod voluit Baldus. in dicta lege. his solis. & quod habetur in l. ob es. C. de prædi. minor. & facit elegans text. in l. si tamen. §. in edilitijs

litijs actionibus.in versi.cęteris similibus. ff.de ędil. edict.& habetur in l.ita pudor.C.de adulte.& quod ibi voluit Iaco.But.& Bald.& quod voluit Barto.in l.j.§.& parui.ff.quod vi aut clam.& Bald.in authen. pręsente.C.de fideiu.& in l.j.C.de interdi.post alios. & ideo dixit dom.Abb.in cap.iurauit, de proba.referens Io.Cal.in cap. series.de testi. vbi ponitur exceptio in causa matrimoniali,ꝙ illa exceptio extenditur ad sponsalia, si eadem ratio est in vtroque, & voluit Angel.in l.si per imprudentiam.ff.de euic.& in l.Paulus respondit. §.hæres.ff.de vsur. & in auth. hoc ita.C.de duo.re.& in consilio 229. Ita dicamus in proposito nostro, ꝙ licet apponatur in dicto priuilegio exceptio de filijs Baronum, extenditur ad filios sacerdotum, vt illos legitimare non possit.Secundò sequitur,ꝙ illud priuilegium, de legitimandis spurjis,& incestuosis, producit ad eos incestuosos, quos Imperator verisimile putauit natos ex subiectis suo sacro imperio,non autem videtur cōsiderasse natos ex sacerdotibus; quia videtur inesse quædam qualitas satis detestabilis,& sic extenditur ad natos ex laicis, non autem ad natos ex sacerdotibus: vnde videtur dicendum, quòd debuisset exprimi in illo priuilegio:quia† iura loquentia de delicto non habent locum in delicto qualificato, vt dixit Pet.in capitu. cum non ab homine, de iudi.& in cap.j.de homici.& in capit.ea quæ,de regulis iuris.libro sexto.& dominus Abbas in capitu.atsi clerici,de iudi.dom.Dominicus in capit.nec licuit.27. di.ideo pulchrè dixit Iaco.But.ꝙ statutum loquens de homicidio non vendicat sibi locum in homicidio qualificato: puta si quis occidit aliquem cum veneno, quo casu appellatur homicidium qualificatum, ita dixit Nico.in l.j.C.de malefi. & mat. sequitur Bald.in l.nemo.C.de summa tri.& in d.l.j.& in auth.Item nulla communitas. C.de episc.& cler. & in capit.j.quibus mo.feu.amit.Modò in casu nostro est quædam incestuositas qualificata;quia natus ex coniugata & ex sacerdote, quo casu dicitur esse incestuosus;vt voluit glo.in l.omnes. C.de epis. & cle quam tenet ibi Bartolus; & eam sequitur ibi Bald.dicens ita fuisse in facto determinatum: & sic videtur esse qualificata incestuositas,quo casu non venit in generali priuilegio indulto Comiti ad legitimandum incestuosos: vnde videtur, ꝙ in priuilegio legitimandi collato illi Comiti debuit exprimi, ꝙ posset legitimare filios sacerdotum, ꝙ tamen credo,ꝙ Imperator non potuisset,vt superius infertur, nec curo disputare de potētia principis, sufficit isto casu, ꝙ princeps non concessit hanc potestatē huic Comiti: nam dixerunt quidam, licet eorum nomina non tenuerim, superioribus diebus in causa illorum de Baldachinis, quòd si in priuilegio Comitis non exprimitur,ꝙ possit legitimare infantes, ꝙ non poterit illos legitimare, quod mihi videtur nō esse verum dictū,vt in illo cōsilio demōstraui: ergo sequitur,ꝙ multofortius non poterit legitimare filios,sacerdotum, si in priuilegio suo non est expressum, & sic ex isto capite hæc legitimatio redditur nulla. Istud etiam probatur clarius ex verbis pręfati priuilegij, in quo dicitur, ac si essent de legitimo matrimonio procreati: vnde voluit princeps,ꝙ sint tales, in quibus potuisset matrimonium contrahi, & sic videtur restringere princeps ad eos spurios, & incestuosus, qui nati sunt ex eis, inter quos potuit esse matrimoniū, sed inter sacerdotem & vxorem alterius non potuit esse matrimonium, ergo sequitur,ꝙ non potuit legitimare istum Simonang.ergo non potest dicere se pręteritum.Item fortius etiam istud comprehenditur: ex eo quia in dicto priuilegio dicitur, dummodo non pręiudicent filijs legitimis,& per consequens restingit istam potestatem legitimandi ad eos,qui possunt habere filios legitimos,sed huiusmodi nō sunt sacerdotes, ergo sequitur,ꝙ princeps non dedit huic Comiti Palatino potestatem legitimandi filios sacerdotum facit totus titulus de coha.mul.& cle.& cap.lator.i.q.7.& cap. Maximianus.81.di. & sic limitata causa limitatum parit effectum l.in agris.ff.de acquien. rerum. dom.

¶ Et si quispiam opponit, ꝙ præfatum priuilegium loquitur de incestuosis,ergo loquitur de his,qui nō possunt contrahere matrimonium. Respondeo ad hoc, loquitur tamen de incestuosis, qui nascuntur ab illis,qui possunt cum alijs contrahere matrimonium,& sic apparet ad oculum, quòd nō loquitur de sacerdotibus, qui nullo modo possunt contrahere matrimonium: licet enim non possit contrahere cum his, cum quibus committunt incestum; tamen possunt cum alijs contrahere matrimoniū, & sic non loquitur de natis ex sacerdote,& sic rectè & canonicè intelligendo dictum priuilegium non confert Comiti potestatem legitimandi filios sacerdotum. Item pondero etiam dictum priuilegium in ver.spurij bastardi, incestuosi, copulatiuè vel disiunctiuè, vel alij quicunq; de illicito coitu procreati,vel procreandi,non possint, vel valeant sine consensu & voluntate filiorū naturalium, & legitimorum &c.quæ clausula importat, ꝙ possit legitimare filios incestuosos illius,qui habet filios legitimos & naturales,& huiusmodi non sunt filij sacerdotū: ergo ex mente principis & ex verbis principis concedentis est, vt non possit dictus Comes legitimare filios sacerdotum. Præterea etiam est attēdendum, ꝙ si nos diceremus,quòd princeps concesserit huic Comiti potestatem legitimandi filios incestuosos, & spurios sacerdotum, sequeretur vnum absurdū; quia præiudicasset ecclesiæ, quę est successura clerico, vel sacerdoti suo, vt habetur in capitu.j.de succes.ab intesta. quo casu videtur, ꝙ Imperator, qui est filius ecclesiæ,nullo modo voluerit præiudicare sanctæ matri ecclesię: & etiam per illa verba ita generalia non videtur ita voluisse; cum illud facere non potuisset,vt iuribus allegatis superius: quia nō videtur illud fecisse in genere,quod in specie facere non potuit: & ideo iste Comes præsumptuosè & temerariè ausus fuit legitimare filiū sacerdotis; licet reuera nō esset filius sacerdotis,vt superius demonstraui:ideo nō erat opus,quod legitimetur. & ideo non nisi ex iustissimis causis decreuit ille Ducum omnium splendor & gloria Philippus Maria Dux Mediolani,ꝙ non possint huiusmodi Comites legitimare aliquem nisi habita licentia ipsius domini Ducis: & hoc propter imperitiam & temeritatem talium Comitum: & iudicio meo ista ad plenum ostendunt hanc legitimationem esse nullius efficaciæ, etiam si licentiam habuisset a domino Duce petens illum legitimari; quia defectus erat in capite,quia ille Comes non poterat legitimare sacerdotis filios, ergo &c. ¶ Capio modo illud,in quo laborauit do.aduocatus: ille videtur præsupponere adesse potestatem legitimandi filios sacerdotum illi comiti,sed quia non fuit petita licentia legitimandi a domino Duce,non valuit legitimatio. Ego pręsuppono † ꝙ vbi in aliquo actu conficiendo requiritur licentia,debet licentia præcedere ipsum actū, aliàs actus non tenet,ita habet in c.licet. de regula. in 6. auth.licentiam.C.de episco.& cle.Bartol.in l.si quis mihi bona.§.iussum.ff.de acqui.hæred. & in l. sinautem.ff.de aqua plu. arcen. & ideo dixit text. in capitu.cum venerabilis,de consue. in ver.nec habita, nec petita, quòd licentia debet peti & obtineri, ad hoc vt actus teneat. Idem voluit Bald.in l.fin.§. necessi-

necessitate.C.de bo.quæ libe. allegat not.in l.magis puto.§.si es.ff.de reb.eorum.& Bar.in d.l.finautem. & plus dixit Ioan. And.in cap. si Abbatem. de elec. 10 lib.6.† ꝙ quando in aliquo actu requiritur licentia alicuius,requiritur,quòd interueniat verbis expressis, quod dictum sequitur Lap.in suis allegationibus,alleg.86.refert & sequitur Ludo. Rom.in l.2.§. fi.ff.solu. matri. & adduco Bal.in l.obseruare.§.fi.ff. de offi.proconsul.licet Bal.aliter sentiat in l.si filius. C.de peti. hære.& sic illud verbum licentia, importat duo.vnum est,quòd interponatur verbis expressis,secundum est,quòd est de substantia: ergo actus est nullus, cum deficiat substantia actus: qa ex non ente non fit ens, dicente philosophorū longè principe Aristo. in primo physicorum, iuxta illud beati philosophi, ex nihilo, inquit, nihil existere vera sententia. l.non dubium. C.de legi.l.cum lex. ff.de fideiussor.l.si non sortem.ff.de condition.indeb. Et fortius ostenditur ex decreto domini Ducis Francisci, dum dicit, non volumus eo prætextu infringi, ꝙ non fuerit habita licentia, de qua in eo decreto fit mētio: exceptio enim fit à regula: cum ergo excipiat illum casum, vt legitimatio nō possit infringi; qa non fuit petita licentia,vt in decreto Ducis Philippi exprimitur, ergo sequitur, ꝙ in ceteris alijs casibus poterit infringi: quia exceptio firmat regulam in casibus non exceptis,capitu.in nostra.de sepul.in ver.exceptis armis & equis.facit,quod voluit ibi do. Anto.l.nam quod liquidæ. ff. de penu lega. quem text.allegat pro singulari Ioan.de Imo.in l.filio præterito.ff. de iniusto test.facit l.j.ff. de regu.iu.§.vt autem. in auth. de non alie.l.in his. ff.de legi.& ibi di-
11 xit Bal.ꝙ † exceptio firmat regulam in casibus non exceptis,sed illam non ampliat, vt veniant, quæ sui natura non veniunt.l.quæsitum.§.deniq;.ff.de fun. instru.le.generali.§.vxori.ff.de vsu.legat.facit l.pediculis.§.idem cum quæreret.ff. de auro & argen.leg. cap.dominus.32.q.7.facit, quod voluit Bal.in l.j.C. de condi.indebi.vbi dicit,ꝙ exceptio firmat regulā, non tamen ampliat ad alias exceptiones. facit cap. 2.de coniug.lepro. & quod voluit Angel. in l.j.ff.de regu.iur.vbi dicit, ꝙ exceptio firmat regulam: non tamen illam ampliat ad alias exceptiones, dicit esse casum meliorem de iure in l.Lucius. §.si pluribus. ff.ad Tre.facit, quod voluit consiculus Abb.in suo consilio 115.& sic sequitur,ꝙ non petita, & non habita licentia Ducis, ꝙ non tenuerit talis legitimatio,& infringi potuit, & mihi vr̄ (vt dixi superius) ꝙ est nulla ipso iure; quia licentia obtenta & petita est substantia ipsius legitimationis,ergo sublato fundamento corruit ædificium: vt probatur in l.j. C.de lati.lib.tol.& ibi dixit Bal. colligens ex illo tex. quòd sublatis principijs tolluntur omnes reformationes statutorum:& ideo dixit Auerrois in lib.de substantia orbis, quem refert commentator super modis significandi. magnam, inquit, solicitudinem circa principia oportet nos habere: sunt enim minima quantitate,sed maxima potestate,quod volunt scribentes in cap.j.de lit contest. vbi dixi,& quod habetur in cap.principatus.& in capit. cum Paulus.j.q.j. posito ergo principio, stant firma a principiata, sed nullo posito fundamento, nullum potest superesse
12 edificium, ergo &c. ¶ Et si quispiam dixerit † ꝙ inferior,vt est dom.Dux,non potuit impedire factum supremi Principis. capitu.cum inferior.de maio. & obe.l.nam magistratus. ff.de arbi.l.ille a quo.§.tempestiuum.ff.ad Trebel.vnde dixit Esaias.40.capitu. num gloriabitur securis contra dominum secantē, habetur in ca.inferior.21.dist.ideo dixit Dominica veritas, nō erit seruus maior domino suo,nec Apostolus maior eo qui me misit, facit, quod sapienter

voluit Bart. in l.Seius & Augerius. ff.ad legem Falc. & Bald.in l.j.C.de his, quæ pe.no.vnde illud, quod inferior non potest facere via directa, non poterit via obliqua.capitu.cum quid vna via. de regu. iur. libr.6.Bald. in l.eam quam. C.de fideicomm. & in l.2.C.de iure anu.au.& in l.non dubium.C.de legi. ergo non potuit domin. Dux impedire legitimationem fiendam a Comite Palatino, cum videatur facta ab Imperatore, vt in regula,qui per alium.lib. 6.iuxta illud,quod voluit Dominica veritas,qui vos recipit,me recepit, & qui vos contēnit, me cōtemnit.Ad hoc facile datur rn̄sum,ꝙ D. Dux non tollit Comiti Palatino potestatem datam eidem a principe;sed quia dicti Comites abutuntur concessa eis potestate, & inducunt scandalum in territorio do. Ducis,ideo introduxit hoc temperamentum, vt in legitimatione fienda petens quem legitimari, petat licentiam a principe, vt tollantur futura scandala. cap.nihil cum scandalo,de præscrip. cap.cum adeo. eo.tit.vbi non paretur Papæ, si ex suo mandato oritur scandalum.facit,quod voluit Innocen. in capit. inquisitioni,de sen.excomm.vbi idem dicit. & ideo dixit glo.valde singu.in cap.per principalem. 9.q.4. ꝙ Papa non potest facere actum, per quem turbatur vniuersalis ecclesia,& sapienter dixit glos. fin.in cap.si Papa.40.dist.& facit,quod voluit Innocen.in capitu quanto.de consue.facit.cap.sunt qui.& cap. quæ ad perpetuam.25.q.2.& quod voluit glo. sing. in capitu.apostolica.8.q.1.& quod voluit Innocen. in cap.nisi cum pridem.§.pro graui scandalo,de renunc.facit,quod singulariter voluit Innocen.in ca. olim.de resti.spol.vbi dixit, ꝙ si mihi non fiat,iusticia de rebus mihi subtractis, ꝙ possum illas recuperare propria auctoritate,voluit glos. elegans in cap. ius militare.j.di.al.2.di.temperat illum suum dictū Innoc.nisi oriretur scandalum; quia tunc non posset.facit,quod habetur in capit.cum teneamur, de preben.vbi propter euitandum scandalum, eligibilis fit ineligibilis.facit.capit.tua nos. de coha.cle.& mu. & iuxta illud, vhe homini per quem scandala venient.facit. cap.qui scandalizauerit, de regu.iu.l. qui cedem.ff.de sica.vbi detrahitur solennitati iure propter scandalum,iuxta illud, si oculus tuus scandalizat te &c.facit.cap.2.de ope.no.nun. cap.super eo,de cogna.spū.& quod voluit Dominicus in cap. j.de consti. lib.6.Cum ergo in casu nostro illud decretum emanauerit ab illo iustissimo Principe Philippo Maria propter euitandum scandalum,quod sequebatur ex legitimationibus factis imperitè & temere ab illis Comitibus Palatinis,non enim tollit illud decretum potestatem datam Comiti ab Imperatore,scilicet temperat legitimationem fiendam, apponendo pœnam suis subditis, ne faciant legitimare aliquem, nisi prius petant licētiam,quo casu infringit legitimationem, potest enim ciuitas statuere, ꝙ qs nō portet mercantias in alieno territorio,vt l.fi.ff.de decre. ab ordi. faci. nam si propter euitandum scandalum potest detrahi iuris dispositioni, sequitur ꝙ multofortius potuit infringi legitimatio fienda, si petens quem legitimari, non petat,& non obtineat licentiam; cum non agatur de commodo ipsius Imperatoris, ne oriatur scandalū in populo suo pro cuius quiete & commodo semper vigilat: vt in auth.de hered. & falc. in princip.in ver.semper.& in l.bene a Zenone.C. de quadri. præscrip.& sic valuit tale decretum propter publicum bonum. Quinimo plus dico,& credo dicere veritatem,ꝙ in illo priuilegio indulto Comiti, videtur excepta publica vtilitas, ne tendat ad pernicem publici boni, vt l.iubemus.& quod ibi voluit Bald.C. de sac.san.eccl. l.nullus. C.de cursu publico.lib.10. l.1.vt

l.1.vt ne.lice. in emp.spec. exime. lib.10.l.si quis in graui.§.hi quoque.ff.ad Sila.& quod voluit Gul. de Cu.in l.j.in princi.ff.de iusti.& iur.cum ergo tendat illa potestas data Comiti circa legitimationem ad scandalum subditorum, sequitur, ꝙ ex mente Imperatoris est, ꝙ nō possit fieri legitimatio spuriorū, & similium,non petita prius & obtenta licentia domini Ducis,qui iam habuit & sui habuerunt canonicum titulum principatus, & dominij sui a sacris Imperatoribus Romanis. Modò demonstro ad oculum præsuppositis supradictis pro fundamento potissimo huius hęsitationis,ꝙ illa Ducalis confirmatio nō valuit: vbicunq; enim actus ad sui essentiam requirit licentiā; tunc confirmatio non firmat actū sine licentia, ista fuit elegans & singularis doctrina Iac. de Bel. in quodam solemni suo consilio incip. Ia.Petri.posito inter consilia Barto.in ordine est.18.
13 & mouetur hac ratione † quoties ad substantiam alicuius actus requiritur licentia alicuius; tūc confirmatio,aut ratihabitio superueniens ex post facto non cōualidat ipsum actum,nec facit valere, quod actum est, allegat d.l.si quis mihi bona.§.iussum.ff. de acq. hære. & no.in l.nec quicquam.§.vbi decretum.ff.de offi.proconsul.& subdit in dicto consilio, quòd cum requiratur ex forma statuti licentia patris expressa, ergo si non interuenit a principio, ex postfacto nihil operatur: & sapienter & per optima iura mouetur præfatus in dicto consilio,ꝙ non confirmetur ex postfacto,poterit dom. iudicans videre illud consilium, & motiua sua. Cum ergo in casu nostro requiratur licentia do.Ducis ad validitatem legitimationis fiendæ,ergo sequitur,ꝙ cum non interuenerit a principio, ꝙ non ꝯualidatur,licet confirmetur ex postfacto: & indubitanter illa doctrina ponit gladium ad hanc dubitationem, nec potest adduci melius:ergo sicut fuit inualida a principio, ita est inualida ex postfacto, licet interuenerit confirmatio Ducalis, & adduco elegantem doctrinam Ioan.Andr.in capit.ratum, de regu.iur.lib.6.vbi dicit, ꝙ vbi requiritur a principio consensus alicuius in aliquo contractu, ꝙ non sufficit ex postfacto confirmatio: aut ratificatio: cum ergo in casu nostro requiratur a principio legitimationis fiendæ licentia Ducis, ergo ex postfacto non conualidatur. ¶ Et si quispiam dixerit mihi, quo pergis audax, tu ponis os in cœlum,vt dixit tex.in capit. in tantum. 21.di.derogas enim potestati do.Ducis.Respondeo non derogo,immo seruo voluntatem principis: qa intelligitur dicta cōfirmatio saluo iure tertij.l.cum auus.C.de emanc.lib.ca.super eo.de offi. dele. cum sim.& quod pulchrè voluit Bald.in l.j.in princ.ff.de consti.princ.ideo de mente Ducis est, ꝙ non valeat talis confirmatio; quia tendit ad pręiudicium tertij;non enim fuit de mente Ducis auferre ius competens tertio per dicta iura,ideo si quis dat, vel con firmat,semper intelligitur saluo iure alterius.l.meminerint.C.vnde vi.ita dixit Bal.in l.j.in princ. ff.de consti.prin.& adduco,quod sapienter voluit Bal.in l.obseruare.§.post hoc.in ver. circa quintum articulum, an ratificatio operetur ad pręiudicium tertij, & dicit ꝙ non, si tertio est quæsitum ius facto, vel negligentia ipsius petentis conualidationem actus: cum ergo in casu nostro fuerit ius quæsitum tertio; quia acquisita fuit hæreditas, opera & facto eius, qui nō petit istam legitimationem fieri, cum licentia principis prius petita & obtenta,ergo &c.&, qđ plus est: quia in puncto præsupponitur extare decretum Ducis,ꝙ non tollatur per literas suas ius alteri quæsitum,nisi exprimatur: dicitur enim in dicto decreto, quòd non fuit, nec est intentio nostra, alicui ius quæsitū sublatū esse per quascunq; donationes, remissiones, absolutiones, vel alias quasuis concessiones, quæ verba comprehendunt maiora expressis,vt est glo.in clem.j.de re iudicata, & glo.in clem.ne Romani,de electione,cum ergo talis hære ditas esset iam quęsita venienti ex secūdo testamento illius sacerdotis, ergo sequitur, ꝙ posito(non tñ concesso) ꝙ talis legitimatio valuisset, tamen non tendit ad præiudicium eius,cui acquisita erat hęreditas, rescriptū enim principis recipit vires ex mente rescribentis,vt voluit Innoc.in d.cap. cum ecclesiasticę,de excep.vnde posito(non tamen concesso) ꝙ dicta confirmatio traheretur retro: tamen non trahitur retro ad præiudicium eius,cui erat talis hęreditas acquisita: debuit enim instare erga domin. Ducem,quòd exprimeret specialiter & expresè de tollendo ius acquisitum tertio: & sic concurrit duplex dispositio ad conseruandum ius tertio, videlicet dispositio iuris communis, vt l.2.§.meritò.& §.si quis a principe.ff.ne quid in loco pub. cap. ex tuarum.de aucto.& vsu pal.cap.quāuis, de rescrip.lib. 6.& etiam concurrit dispositio decreti Ducalis,quo casu imprimit vinculum specialius. Ita dixit tex.singu.in cap. 2.de præben.libr.6.in ver.specialius consuetudo.vbi consuetudo addit specialius vinculum ad ius commune,adeo ꝙ glo.illa ducit in profundū glo.cap.j.de consti. lib.6.facit.capitu. venerabilem, de elect. ergo multominus est sublatum ius tertio quæsitum per huiusmodi confirmationem legitimationis. ¶ Et si quispiam dixerit, amice, iste erat sacerdos,qui petijt filium suum legitimari,qui non subijcitur decretis & constitutionis editis a laicis, vt cap.ecclesia sanctę Mariæ. de consti. cap. bene quidem.96.dist.nec ex mente Ducis condentis decretū fuit per illa verba generalia cōprehendere clericos; quia illud nō videmur velle facere in genere, quod in specie facere non possumus.ita dixit Ioan.Andr. in cap.eos.de immu.eccl.lib.6.ita dixit Ioan.monacus,in capit.vt animarum.de consti.lib.6.probatur in cap.a nobis.de senten.excomm.ergo sequitur,ꝙ non infringitur ista legitimatio ex eo: quia petens legitimationem fieri a Comite, nō petijt licentiam a Duce. Ad hoc respondeo, ꝙ in superioribus demonstraui illum Comitem palatinū non habuisse potestatem legitimandi filios sacerdotum, quo casu sicut Imperator non intellexit, ꝙ filius sacerdotis legitimaretur a suo comite, Ita & eodem modo intellexit dom.Dux, ꝙ non comprehenderetur clericus, vt petat licentiam legitimandi filium suū incestuosum a Comite palatino, & isto modo ista legitimatio fuit inefficax ex defectu legitimantis: aut dicimus, ꝙ Comes potuerit legitimare filios incestuosos sacerdotum,quod tamen falsum est: & tūc tenebatur sacerdos petere licentiam a Duce, quia multo plus generatur scandalum, vt filij sacerdotū succedant parentibus cum præiudicio ecclesiæ, & cum præiudicio venientiū ab intestato: est pro certo proles damnata,infidelis,degenerans, ad ignobiliora vergens, Deo odibilis, vt est sing.text.in cap. si gens.56.dist.quo casu vbicunq; decretum laici principis loquitur in genere, & est fundatum super honestate & publico bono comprehenditur clericus: vt sing.dixit Bartol. in l.cunctos populos.C.de summa trin.ad hoc allegat,cap.constitutus.de in integ. resti.cap.cum venissent, de eo qui mit. in poss.cap. cum causa.de re iudi.fuit originaliter dictum Host. volunt scribentes in d.capit. ecclesia sanctæ Marię. de cōsti.vbi plenissimè dixi in lectura mea. & etiam plenius dixi in repet.rub.de reb.ecclesi. non alie. & facit.l.nullus.C.de cursu pub.lib.12.cum ergo istud decretū sit fundatum super bono honesto, & reipublicæ vtili; & generaliter concipiat verba sua, ergo

ergo cōprehendit clericos. Et adhuc dico, ꝙ in supplicatione dicitur pro parte Simonis Angeli pupilli filij naturalis do. Ioannis, in hoc est surreptitia ista ratificatio; ex eo quia iste erat incestuosus; qa filius sacerdotis, vt dixit glossa in l.2.C.de episc.& cleri. & non narrat facti seriem, vt dicit tex.in cap. super eo. de coha.mu.& cle.in ver.facti seriem. vnde dicebat Bal. per illum tex. in l.præscriptione.C.si contra ius vel vtil. publi. ꝙ si quis fuit condemnatus in mille propter homicidiū, & impetrat remissionem illius condemnationis a principe, ꝙ non valet illa remissio, ex quo non expressit causam illius condemnationis: quia si princeps sciuisset, ꝙ fuit cōdemnatus propter homicidium, non remisisset, allegat.d.cap. super eo, & cap.ad audientiam, de rescrip. Ita in casu nostro, iste asseruit se naturalem filium sacerdotis, & debuit asserere se esse natū a sacerdote in sacerdotio, quo casu erat incestuosus, dicendo enim ꝙ non erat naturalis, videtur asserere se esse natum naturaliter ante sacerdotium, & sic nō narrauit seriem facti: ergo non valet eidem talis confirmatio legitimationis: quia princeps non confirmasset illā, si seriem facti sibi narrasset. Item facit tex. valde singu.in cap. postulasti.de rescrip. vbi probatur mirabiliter, ꝙ non valet rescriptum, si non fuit expressa causa impulsiua, quæ si fuisset narrata, princeps cōcessisset, sed non sic de facili, quo casu videtur esse surreptitia, quāto magis in casu nostro videtur esse surreptitia: quia non narrauit ius quæsitum tertio, quo casu videtur abesse voluntas principis: vt dicitur in dicto decreto, ꝙ suæ non fuit voluntatis præiudicandi iuri quæsito alteri, nisi specialiter exprimat: ergo talis confirmatio de iure non tenuit, nec præiudicauit iuri quæsito tertio, posito (non tamen concesso) ꝙ tenuisset. Item facit, ista confirmatio eo casu, quo fuisset valida, operatur effectum legitimationis, quo casu videtur, ꝙ requiratur citatio eorū, quibus acquisita fuit hæreditas, vt voluit Bald. in proœmio. C. & in l.nā ita diuus. ff. de adop. & quod voluit glo.ibi & Barto.& alij in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de libe.& posthu.Bald.in l.2.C.de iuris & facti igno.& in ca.j.vt lite pendente. & quod voluit Ioan.Calda.consil.3.& consi.5.in titulo qui filij sint legi. Ange.consilio suo. 84.quia ius mihi quæsitum sine facto meo mihi tolli non potest.l.fin.ff.de pact. cum sim.¶ Et si quispiam opponat, ꝙ Comes Palatinus potuit legitimare filium sacerdotis, & adducat Bald.in l.& si contra.C.de nup. vbi dixit in fina-
14 libus verbis, vtrum Imperator † possit legitimare filium sacerdotis, vel alium incestuosum, vř ꝙ non: quia nō pertinet successio hoc casu ad iudiciū Imperatoris: subdit tamen ibi Bald.text. habes in contrarium in l.qui in prouincia.§.diuus.ff.de ritu nup. & ibi per Cyn.ita ibi residet Bald. sed idem Bald. in d.§.diuus.in suis recollectis refert quosdam canonistas, in cap.per venerabilem, qui filij sint legiti.dicere, ꝙ quando est impedimentum iuris canonici, ne filij sint legitimi, ꝙ Imperator non potest propriè legitimare: sed potest conferre quædam iura legitimorū, puta ius succedendi, & honores ciuiles; non tamen sunt legitimi quò ad beneficia, & aliud nō dicit ibi Bald. Ad istud respondeo. Bald. loquitur in Imperatore, nos loquimur in Comite Palatino, quo casu non est eadem prærogatiua in Comite Palatino quò ad legitimandū, quæ est in Imperatore: vnde multum egregiè dixit Bald.in commento. l.2. C.de serui.ꝙ licet Imperator possit auferre ius quæsitum alteri, legitimando spurium: tamen non potest illud facere Comes Palatinus: quia vnum & idē obiectum inhæret diuersis, secundùm nām subiectorum, & allegat illud dictum Lud. Ro.consil.117. cum ergo loquamur in Comite Palatino, non extendemus illud, quod est præcipuum in Imperatore ad ipsum Comitem, & etiam quò ad Imperatorem posset dici intrepidè, ꝙ licet d.§.diuus. loquatur de incestuoso; tamen non loquitur in filio sacerdotis: & ideo Barto.in d.§.diuus.dicit, ꝙ Imperator non legitimat quò ad temporalia non subditos, & clarum est, ꝙ filij sacerdotum sunt serui ecclesiæ: vt habetur.15.q.vlt.cap.cum multæ. Item non potest eos legitimare ad præiudicium ecclesiæ, quæ succedit suo sacerdoti, vt est dictū. Item quia Imperator restrinxit in dicto priuilegio concesso Comiti, quod possit legitimare natos ex his, qui possunt legitima matrimonia contrahere, vt superius demonstraui, ergo &c. Et sic ex prædictis apparet clara conclusio, ꝙ cum in vita patris asserti iste Simonange.nō fuerit legitimè & canonicè legitimatus, quòd non habet ius dicendi se præteritum. Non obstat illa confirmatio domin.Ducis; quia fuit surreptitia, & effugit deliberatam mentem domin. Du. vt capit. cum dilecta.& cap.cum adeo.de rescrip.& l.fin.C.de his qui a non do.manu. in ver. mentem nostram fefellit. item fuit nulla, item nō præiudicauit iuri acquisito alteri, vt est dictū: nec est necesse insistere circa clausulam codicillarem; quia testator prædictus reuocauit primum testamentum, in quo instituerat dictum assertum filium. & fecit aliud testamentum, in quo instituit matrem propriam dictus testator, quo casu nulla præsumpta voluntas potest assumi ipsius sacerdotis erga illum assertum filium ex clausula codicillari, putauit equidem dictus sacerdos, ꝙ ille Simonang. esset potius filius mariti illius Agnesinæ, quàm ipsius sacerdotis, & sic habuit illam considerationē, vt potius præsumamus possibile honestum, quàm possibile inhonestum; vt amplè dixi in primo dubio, ergo non potest dici præteritus: non enim potest in eum cadere præteritio; cū non sit filius illius sacerdotis: quia actus actiuorum sunt in patiente bene disposito, & sic multifariè, multisque modis demonstraui, hanc legitimationē inefficacem, inutilem, vacuam, & inanem: & ita cōcludo quò ad primam huius consultationis hæsitationem.¶ Capio aliam dubitationem circa processum, & præsupponitur in facto, vigere statutum & decretum, ꝙ licet de iure communi possessio defuncti non continuetur in hæredes, vt l.cum hæredes. ff.de acqui.poss. tamen ne possessio dicatur vacans, statutum & decretum est, ꝙ cōtinetur in hæredem quò ad omnes effectus, quod statutum non est introductum, vt tollat hæredibus beneficia, & remedia, quæ competerent, si possessio non esset adepta, adducitur per aduocatum, quod voluit Bald. in rubrica, de cau.poss.& propriè.vbi Bald.decidit, statuto cauetur, ꝙ hæredi continuetur possessio testatoris, quæritur, quæ possessio sit illa, respondet, quòd si loquimur de possessione legali, illa potest continuari, si loquimur de corporali, est impossibile, nisi per fictionem: nunquid ergo hæres poterit petere se mitti in possessionem ex edicto diui Adriani. re-
15 spondet, ꝙ sic, in † executione statuti: & ita dicit, ꝙ practicat Mediolani, vt qui est in possessione ficta, sit in vera, adducit etiam, ꝙ voluit idem Bal. in l.ea. l.C.de condit.ob cau.& sic Bald. voluit, ꝙ licet continuetur possessio in hæredem, non tamen propter hoc tollitur remedium.d.l.fi. C.de edic.diui Adria. ego adduco text. valde elegantem in l.j.C.de dona. quæ sub mo.vbi rei vendicatio, quæ competit de iure speciali, non excludit remedium ordinariū conditionis ob causam: vt ibi.& probatur.ff.de dona. cau.mor. l.qui mortis. Ita dicamus in casu nostro, licet continuetur possessio defuncti in hæredē: non tamen

tamen pp hoc tolluntur remedia ordinaria competentia hæredi. & adduco Saly. referentem Pet. vltramontanum ponentem quæstionem hanc in indiuiduo, & miror vehementer, ꝙ Bal. in d. rubri. non faciat mentionem de Pe. nam ita Pe. in d. l. j. de dona. quę sub modo, inducit illam l. ad quæstionem statuti, quo cauetur, vt hæres defuncti sine alia apprehensione intelligatur possidere omnia bona, quæ possidebat defunctus tempore mortis suę, ꝙ tali statuto non obstante, hæres poterit intentare interdictum quorum bono. & beneficium l. fin. C. de edic. diui Adri. quia licet fingatur possessor, non tamen plenè possidet, cum alius possideat, vt de domino ibi dicitur. Et sic non obstat, si dicatur, quòd illa remedia non dantur possessori: vt l. j. ff. quorum bo. mouetur etiam, quia quod introductum est ad fauorem, non debet nocere. l. quod fauore. C. de legi. cap. quod ob gratiam. de reg. iur. & ita etiam refert & sequitur Saly. in d. l. j. cum ergo ad fauorem emanauerit dictum statutũ, ergo non debet hæredi nocere: arg. l. legata inutiliter. ff. de lega. j. Et maximè in casu nostro; quia emanauit statutũ & ipsum decretum ad hunc finem, ne pos. dicatur vacans, ergo sequitur, ꝙ eo casu, quo possessio non vacat, & per alium est apprehensa, huius cõtinuatio impeditur, & cessat ratio ipsius statuti, ergo cessabit eius dispositio. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. Et adduco in terminis do. meum Ioan. de Imo. in consi. 16. incip. Viso casu transmisso. vbi consuluit, statuto cauebatur, ꝙ possessio personæ defunctæ intelligatur continuata in hæredes absq; corporali apprehensione, dicit, ꝙ dictum statutum est exorbitans a iure communi, vt l. cum hæredes. ff. de acqui. poss. ideo debet restringi & limitari, ne quis patiatur indebitè damnum, vt no. in l. 2. C. de noxa. & in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. per Bartol. in 6. q. principali. & ideo dicit, ꝙ debet restringi tale statutum, quando alius non erat, qui haberet possessionem. Et plus dicit, ꝙ si penes defunctum erat naturalis possessio; vt quia habebat vsumfructum, & penes alium erat ciuilis possessio: vt illa naturalis non continuabitur in hæredem: quia non est verisimile, statutum ita voluisse: vnde cõsulit, ꝙ stante dicto statuto, potuit ille, qui habebat possessionem ciuilem, acquirere naturalem propria sua auctoritate: quia illa naturalis non continuabatur in hæredem, allegat, quod not. in l. clam possidere. §. fi. ff. de acq. poss. & in cap. olim causam. de restitu. spol. nec propter hoc dicit, ꝙ incidit in pœnam. l. si quis in tantam. C. vnde vi. Ergo multo fortius in casu nostro: cum ex verbis ipsius statuti colligatur, ꝙ non continuetur, quando est penes alium, mihi videtur, ꝙ istud consilium Ioan. de Imol. decidat istam dubitationem: quia cũ hęres instituta a tempore conditi testamenti citra, & sic tempore mortis domini Ioannis testantis fuerit in possessione hæreditatis, & continuo steterit vsque ad eius mortem, & post eam eius hęredes, & legatariæ, quo casu possessio nõ potuit dici vacans: ergo non sumus in dispositione statuti disponentis, ne possessio dicatur vacans: cum nõ vacauerit dicta possessio; cum esset penes ipsam hęredem institutã, quæ hæres perseuerauit in dicta possessione facto ipsius testatoris, qui ipsam instituit, & in domo, & in possessione reliquit, & tempore mortis illius domin. Ioannis non fuisset pro legitimo confirmatus ille Simonang. ideo posito (non tamen concesso) quòd possessio fuisset vacans, non potuisset in eum continuari, cum tunc non esset hęres, & actus actiuorum sunt in patiente bene disposito: & ideo potius dispositio dicti statuti porrexisset suum effectũ in ipsam hęredem institutam, & continuasset possessionem defuncti in eam. Et adduco, quod voluit

16 Bald. in rubrica, de consue. vbi dicit † consuetudo potest transferre possessionem ipso facto, pro quo dicto alle. tex. valde singu. in l. raptores. C. de epis. & cle. vbi transfert possessio sine corporali apprehensione, & voluit ibi Bart. & subdit. Bal. in dicta rubrica, de consue. ꝙ talis possessio ficta non impedit beneficium d. l. fi. C. de edic. diui Adri. quod datur hæredi, allegat in argu. l. apud Iulianum. §. j. ff. ad Treb. & dicit, ꝙ veritas & fictio circa idem bene concurrunt, & qui est tutus fictione, potest veritatem implorare, non econtra, vt ibi no. Ita formaliter dicit Bal. in d. rubrica: & adduco, quod voluit idem Bal. in cap. contingit, de dolo & contu. inquantum tex. ibi dicit, verus possessor. Bal. ibi dicit, mirabile est, ꝙ vera possessio quæritur sine actu corporeo, sed illud ideo est, inquit, quia canon fingit actum corporeũ in possessione continuatum, aliàs esset impossibile, ꝙ substãtia possessionis transferatur, vt lege deniq;. ff. ex quibus causis maiores in integ. resti. & induxit ibi Baldus ad quęstionem statuti Papiensis, quo cauetur, ꝙ hęredi acquiratur vera possessio, quę fuit defuncti tempore mortis sine aliqua corporali apprehensione: nam præfatum statutum est ęquum, & ideo validum saltem quo ad effectum, allegat in argumen. cap. ex parte. de consuetudin. melius allegasset. capitul. ex literis, eo. titul. Et allegat doctores iuris ciuilis, vtrum fictio fingat circa factum quò ad veritatem inducendam, & dicit, ꝙ non fingit cum alterius iniuria, vt dicta lege denique. voluit allegare doctores in lege si is qui pro emptore. ff. de vsuc. quo casu videtur decidi casus noster, vt non possit continuari poss. in istum Simonem Angelum: qa fieret cũ iactura illius hęredis institutæ, quę apprehendit corporalem possessionem. Et sic satis imperitè iste petit se reintegrari ad illud, quod nunquam habuit. Et plus dixit solen. doct. dom. Petr. de Anch. in dicto cap. ex literis. de consuetu. ꝙ si in casu illius capit. interuenit aliquis actus corporalis, puta modicum terræ positum in altari, non posset transferri poss. etiam stante consuetudine, aut aliquo statuto sine aliqua apprehensione, & sic interueniat actus fictus. Et subdit ibi dom. Pet. ꝙ poss. quæ acquiritur secundùm dispositionem illius cap. est ciuilis, & nõ naturalis: quia naturalis possessio non acquirit sine corpore, vnde credit, ꝙ ille talis, cui per illum actũ ciuilem acquiritur poss. non possit expellere naturaliter possidentem sine pœna. l. si quis in tantam. C. vnde vi. licet possit agere contra eum vti possíde. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquiren.

17 possess. Et sic do. Pet. firmat aperto ore, † quòd licet statutum disponat, ꝙ possess. transeat in alium sine corporali apprehensione; tamen non transfertur pos. nec continuatur sine aliquali apprehensione. Bald. tamen in l. fi. C. de sacrosanc. eccle. dicit, quòd vbicunque statutum, vel consuetudo transfert sine apprehensione poss. vocatur ciuilissima pos. nec reperitur tex. in iure, nisi in d. cap. ex literis. & idem voluit Bald. in l. traditionibus. C. de pac. & idem Bald. in l. sancimus. §. cum autem. C. ad Trebel. ad finem. vbi tangit, ꝙ nõ transfertur poss. sine apprehensione. dicit ẽt, ꝙ quędam decretalis videtur dicere, ꝙ ecclesię acquiritur ipso iure poss. & allegat d. capit. ex literis. & idem Bald. in l. j. C. commu. de leg. dicit, ꝙ poss. sine apprehensione nõ transit, subaudi vera vel ficta. & ad hoc allegat d. cap. ex literis. Et sic Bal. aperto ore tenet illud, quod tenuit Pet. de Ancha. ꝙ licet consuetudo, vel statuta transferant poss. sine corporali apprehensione: tamen requiritur aliquis actus loco traditionis aut verus, aut fictus: & ita practicatur apud nobilem ciuitatem Messanę, mihi

patriam

patriam inclitam, ꝙ datur vna petra, vel vna festuca paleæ in signum translatæ possessionis, licet Ludo. Rom. in lege prima, in principio. ff. de acquirenda possessione, aliter videatur loqui: non tamen vidit ea, quæ superius ego adduxi: fuerunt enim sibi incognita. Ideo temperari potest d.l. raptores. vt licet dicat plenam possessionem; tamen loquitur fauore ecclesiæ, seu monasterij, cui illata est iniuria, & sic loquitur in casu speciali: vnde non est trahendus in consequentiam ille casus. Licet ergo statutũ Papię disponat, ꝙ continuetur possessio; tamen requiritur aliquod signum continuationis, quòd non affuit erga istum Simonemangel. Item adduco celebrem doctrinam Bald. in d. capit. ex literis. in suis apostilis. nam fecit lecturam ad capitulum, ex literis, & etiam fecit apostilas separatas de per se: vbi apostilans. d. capit. ex literis. dicit, ꝙ consuetudo est tantæ potentiæ, ꝙ sine aliqua apprehensione corporali, consentiente tamen possessore, facit alium verum possessorem, quod dictum ponit gladium ad hanc dubitationem: quia aperto ore sentit Bal. quòd tunc statutum continuat possess. de defuncto in hęredem, quando non est penes alium, sed quando est penes alium, tunc non transfert poss. sine corporali apprehensione, nisi ille possessor consentiat. ista adduxi festinanter cum modico discursu chartarum, licet dominus aduocatus alleget Bal. in d. rubrica, de cau. poss. & proprie. & modernos in lege Pomponius. in principio. ff. de acquirenda possessione. vbi Ioannes de Imola, Ludo. Rom. & Ang. nihil dicunt, bene tamen dicit vnum verbum Ludouic. Roma. in d.l.j. in prin. ff. de acquirenda possessione, quem superius adduxi, nec etiam aliquid de huiusmodi statuto dicunt in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. ego tetigi istum passum multum luculenter in commento. d. cap. ex literis. de consue. quem examinatum ibi videre poterit domin. iudicans.

¶ Modò aggrediendo libellum huius Simonisang. in quo petit se reintegrari remedio canonis, legis, vel decreti, & omnis alterius iuris sibi melius competentis, vel competituri: & sic petit se reintegrari ad poss. beneficio statuti continuantis pos. defuncti in hęredem: primò tunc continuatur pos. in hęredem, quando non est apprehensa per alium: quia tunc stante huiusmodi statuto requiritur consensus veri possessoris, ita singu. dixit Bald. in suis apostilis in d. capit. ex literis. ergo non potest intentare beneficium dicti statuti: quia prefatum statutum restringitur, nisi alius possideat. Item ad illum casum non adaptãtur dispositio statuti, ad quem casum non adaptãtur verba eius l. 4. §. toties. ff. de dãno infecto. c. indemnitatibus. §. sed cum eas. de elec. lib. 6. sed verba statuti non adaptãtur ad casum nostrum; ex eo quia statutum loquitur, ne vacet poss. ergo sequitur, ꝙ cum poss. nõ vacet; ꝙ non adaptabitur dispositio eius. Et per consequens non potest petere se reintegrari ad illud, quod nunquã habuit.

18 † Item statutum illud restringitur & limitatur, vt poss. continuetur in hęredem, quãdo aliquem actũ apprehensionis fecit, vt voluit dom. Pet. de Ancha. & Bald. in locis allegatis superius, & ita intelligitur dictum statutum, vt in d. capitu. ex literis. de consue. sed iste Simonangel. nullum actum fecit translatæ poss. ergo sequitur, ꝙ in ipsum non fuit continuata poss. & per consequens non competit sibi remediũ reintegrandæ. Item quod continuetur poss. in hęredem a defuncta persona est fictio; vt volunt scribentes in d.l. si is qui pro emptore, & in d.l. denique. sed fictio succumbit veritati: vt l. filio quem. ff. de liberis & posthu. sed ista hæres instituta est verè possidens, & ille Simonange. dato (non tamen concesso) ꝙ in eum continuaretur poss. est fictus possessor, ergo stabimus veritati. Nam veritas semper prçualet, vincit, & in æternum conualescit, vt pulchrè scribitur apud Esdram. 2.3.9. & 10. & cap. habetur in cap. consuetudo. 8. distin. Item ista fictio non debet fieri coniectura alterius, vt probatur in d.l. denique. voluit Bald. in d. capit. contingit. & doct. in dicta l. si is qui pro emptore. ergo sequitur, ꝙ non fingitur possessor iste Simonangel. cum præiudicio illius hæredis institutæ, ergo, cum in eum non sit continuata possessio in præiudicium illius dominæ hæredis institutę, sequitur, quòd poterit intentare remedium reintegrandæ. & ad hoc adduco consilium Ioannis de Imola allegatum superius. Item ista continuatio poss. stante dicto statuto continuatur in hęredem, ergo debet intelligi de eo hærede, qui tẽpore mortis defuncti reperitur habilis ad suscipiendũ illam continuationem: huiusmodi non fuit ille Simonang. tam ex voluntate illius domi. Ioannis, qui vltimo loco instituendo matrem suam, habuit pro certo, ꝙ ille Simonange. non erat filius eius, ideo non fuit heres; ergo non potuit continuari possessio; q̃a ex quo statutum continuat in hæredem, fuit opus probare, ꝙ erat heres, iuxta illud, quod dicimus, ꝙ statutum loquens de publico instrumẽto exequendo: presupponit illud publicum instrumentum, vt per Bart. in l. j. §. & parui. ff. quod vi aut clam. & l. 2. §. j. ff. qui satisda. cog. do. Cardi. in clem. j. de seq. ꝗst. poss. & fruc. sed dicta mater instituta reperitur hæres, ergo si continuatio esset fienda, fieret in ipsam matrem heredem institutam, & non in istum Simonemange. non canonicè legitimatum: ergo frustra intentat beneficium dicti statuti, aut beneficiũ. cap. reintegranda. 3. q. 1. Quinimo plus dico, & credo dicere veritatem, ꝙ cum dictus domin. Ioannes petens illum Simonemange. legitimari, non petendo prius licentiam a dom. Duce, vt illam obtineret, videtur fecisse fieri actum minus solennem, & scienter; quia scire debuit dispositionem illius decreti Ducalis, argum. eius, quod habetur in cap. cognoscentes, de consti. c. propositi. 82. di. & capit. quod dicitis. 16. dist. cum simi. videtur voluisse seruire de verbis, & non de effectu, vt rectè decidit text. l. non solùm. ff. de action. & obligatio. facit. l. an inutilis. ff. de accepti. & quod voluit Ioannes de Imola in l. 1. ff. de condi. instit. & per consequens videtur dicendum, quòd dictus Simonange. non fuit hæres dicti quondam Ioannis, nec ex mente ipsius dom. Ioannis, nec ex dispositione iuris, cũ legitimatio sua non valuerit, & sic eo casu quo cõtinuanda esset possessio defuncti, ne remaneret vacua, continuaretur in ipsam heredem, & non in ipsum Simonemange. Et ex istis sublatũ est illud, quod posset opponi, quòd ista sit vera possessio, quæ continuatur, vt videtur sentire Bartol. in l. ab emptione. ff. de pac. & in l. certe. ff. de preca. vbi damnãdo Gulielmum de Cuneo

19 dicit, ꝙ licet sit ficta † traditio, quando cõstituo me precario tuo nomine possidere, tamen est vera possessio; quia in casu nostro nulla est facta continuatio in illum Simonem ange. & etiam licet Barto. ita dixerit, tamen Ange. in d.l. si is qui pro emptore, tenuit contra Bartol. in l. j. §. per procuratorem. C. de acquirenda possessione: & ideo tenuit Ioannes de Imola in d.l. si is qui pro emptore. licet ipse aliter dixerit in l. 1. §. per procuratorem. ff. de acquirẽda possessione. & facit, quod voluit Bartol. in simili lege prima. C. per quas personas nob. acq. vbi in simili tenet cum Gulielmo de Cuneo, in dicta lege ab emptione. Et ita consului anno superiori apud Cremonam, & ita fuit obtentum, ꝙ esset ficta possessio, & idem voluit Bald. in locis allegatis superius, & sic multis

multis modis pro parte ipsius Simonisange. demõstraui fuisse malè libellatum, intentando beneficiũ dicti decreti, seu statuti. ¶ Sed si quispiam dixerit, ꝙ etiam intentauit beneficium d. cap. reintegranda. ad hoc respondeo, ꝙ etiam multominus potest intentare remedium illius canonis; quia illud est re-
20 medium possessorium, & competit illi; quia † aliquando possedit, sed ei qui nunquam possedit, non competit istud colligitur ex text. illo ita, voluerunt domini de Rota in antiquis suis decisionibus. 312. vbi dicunt, ꝙ intentans illud remedium est necesse, ꝙ possederit naturaliter, vel ciuiliter, sed iste Simõange. nõ possedit vnquam ciuiliter, nec naturaliter, ergo sequitur, quòd sibi non competit remedium. d. cap. reintegranda. ¶ Et si dicatur, ꝙ Bald. & alij in locis allegatis superius dicunt, ꝙ possessio acquisita ex dicto statuto est ciuilissima possessio, & sic ciuiliter possidet, ergo competit sibi illud remedium. Ad hoc respondeo, ꝙ istud procedit, nisi possessio reperiretur penes alium, vt consuluit Ioan. de Imo. sed hic reperitur penes illam hæredem ab initio. ergo non possedit ciuiliter dictus Simon. cum ergo nunquam possederit, sequitur, ꝙ sibi non competit illud remedium. ¶ Item illud dictum Bald. quòd sit ciuilissima possessio, debet intelligi secũdùm legem quam allegat, sed ipse allegat d. capitu. ex literis. sed text. ibi loquitur, quando interuenit aliquis actus apprehensiuus in signum translatæ possessionis, sed in casu nostro nullum signum interuenit translatę possessionis, ergo sequitur, ꝙ ciuiliter non possedit, ergo non competit illud remedium. Præterea iste Simonange. debet deducere, ꝙ ex iniusta causa res ipsas perdiderit. ita formaliter decidit tex. d. capitu. reintegranda. in ver. per quascunque iniustas causas res proprias perdidisse noscuntur. & sic apparet ad oculum, quòd debet probare perdidisse res proprias ex causa iniusta, sed clarum est primò, ꝙ nunquam ista bona fuerunt sua propria, ergo non potest intentare remedium illius canonis. Item ipse non perdidit ex iniusta causa; quia ille do. Ioannes, cuius dicta bona fuerunt, transtulit illa bona in matrem suam hæredem institutam iusto titulo institutionis, ergo ex hoc capite, non potest intentare remedium d. cap. reintegranda. ¶ Et si quispiam dixerit, ꝙ poterit adiuuari remedio adipiscendæ, istud repugnat suæ petitione: quia ex ea petit restitui, & reintegrari. Præsupponit ergo se habuisse, & possedisse dicta bona, quod est falsum, ergo non videtur intentare remedium adipiscendæ, iuxta illud, quod scribitur in illo Ouidiano. Votoque tuo tua forma repugnat: si enim petit se reintegrari, & restitui, ista verba repugnant remedio adipiscendæ, & eodem modo repugnant remedio retinendæ possessionis: ergo sequitur, ꝙ non competat sibi remedium d. c. reintegranda. maximè quia si rectè ponderetur dictum capit. reintegranda. inquantum dicit, res proprias perdidisse, videtur inferre, quòd possessionem veram perdiderit, dum dicit, proprias res, sed vigore dicti statuti acquiritur ficta possessio: vt est dictum, ergo sumus extra casum d. capit. reintegranda. Præterea facit: qa libellus iste est generalis & obscurus: quia petit se restitui, & integrari. vigore iuris sibi melius competentis, & competituri, quo casu dicitur in puncto, ꝙ fuit opposita exceptio circa istam
21 accumulationem remediorum, vt declaretur ista generalitas, licet enim libellus † generalis & obscurus valeat, & teneat: quia illa generalitas in processu liquidabitur, vt voluit glo. in l. j. §. si quis argentũ. ff. depositi. tamen si opponitur de generalitate, non procedit libellus, vt habetur in l. fi. C. de anna. excep. Innocen. in cap. cum dilectus. de ordi. cog. Bart. in l. edita. C. de eden. do. Cardi. in c. examinata, de iudi. do. Abb. in cap. dilecti. eo. tit. Barto. in l. j. ff. de eden. & in extrauaganti, ad reprimẽdam. in ver. sine figura, glo. & Innocen. in capitu. 2. de libel. obl. Et dixit
22 Ang. in l. si in rem. ff. de rei vendi. † ꝙ cum apponit de generalitate libelli, vel obscuritate, oportet, ꝙ fiat declaratio, ergo antequam declaretur, non est procedendum in causa, imo stultus est iudex, qui talem libellum acceptauit cap. cum dilectus. de ordi. cogni. & idem voluit Specu. in titu. de offi. iudi. §. fina. ver. quid si libellus. & idem voluit Bald. in d. l. si
23 in rem. & plus dicit ibi Bald. in suis apostillis, † ꝙ si est exceptum de generalitate contra talem libellũ; ꝙ si iudex procedat sine vlla specificatione, videtur grauare. & facit, quod voluit Ange. in l. j. ff. de eden. vbi dicit, ꝙ factus est iudex, qui admittit libellum generalem. & docet cautum debere esse reum, vt opponat de generalitate. & idem voluit dom. Ant. in cap. 2. de iudi. Sed in casu nostro fuit oppositum de generalitate illius libelli, & non fuit facta declaratio, ideo non est procedendum in causa, vt voluit Ange. in d. l. si in rem. & plus etiam decidit tex. in capit. j. de libel. obl. ꝙ in serie libelli petitio debet esse clara; cum ergo iste libellus in sui serie non est clarus, & stante oppositione de generalitate, & obscuritate, non est declaratus, ergo sequitur, ꝙ non est procedendum super eo. facit, quod voluit dñs Car. in c. examinata, de iudi. do. Abb. in c. ex parte. B. de foro competenti. & in c. dilecti, de iudi. & in capi. 2. de lib. obl. Bartol. in l. j. ff. de eden. & in l. edita actio. C. eo. Bald. in sua repetitione. Pręterea etiam facit: quia posito (non tamen concesso) quòd ille Simon Angel. habuisset possessionem beneficio statuti, & decreti, de quo est superius dictũ; tamen suo facto, & sua opera desijt possidere, quo casu cessat remedium d. cap. reintegranda. ꝙ autem facto suo desierit possidere, apparet ad oculum: quia illa mater. domi. Ioannis hæres instituta a dicto domi. Ioan. in vltimo suo testamento fecit testamentum, in quo fecit legata istis, qui nunc tenent, & possident ista bona, quæ fuerunt dicti do. Ioan. de quibus ad præsens est contentio: & dicta mater asserta auia dicti, Simonisange. quæ reuera non est auia eius, instituit dictum Simonem sibi hæredem, qui cum auctoritate legitimæ tutricis adiuit hæreditatem dictæ suæ assertæ auiæ. Et per consequens approbauit testm̃ dictæ suæ assertæ auię & contenta in eo testamẽto, vt in l. possessionem pupillum. ff. de acquiren. poss. ¶ Nec obstat, si dicatur, ꝙ dicta tutrix non fecerat adhuc inuentarium: quia ex quo hæreditas erat lucrosa, & rem vtilem dicto pupillo gessit, videtur potuisse adire pręfatam hęreditatem, licet ea quę concernunt pręiudicium pupilli, nõ possit tutor facere ante confectionem inuentarij: vt no. in l. tutor qui repertorium. de admi. tuto. & ad hoc facit. quod voluit glo. sing. in l. 2. C. de accepti. & per illam gl. dicit ibi Angelus se vidisse de facto apud Florentiam, ꝙ statuto cauebatur, ꝙ pupillus non posset contrahere sine consensu Mundualdi, & contractus est vtilis pupillo, ꝙ nihilominus poterit fieri contractus sine consensu Mundualdi. & idem consuluit idem Ang. in ciuitate Anconæ, consi. 316. incipien. statutum, ꝙ mulier. & facit, quod voluit Bal. in l. contra iuris. in prin. ff. de pac. & quod voluit Guil. de Cu. in l. cum hi. §. si causa. ff. de transa. ergo potuit ista tutrix adire hęreditatem lucrosam, adhuc inuentario non confecto, cum dicto pupillo ius nullum competebat in hęreditate illius do. Ioannis ex primo testamento. vt iam superius demonstraui. Et ex istis concludo in fauorem dictorum legatariorum. Andreas Barbatia.

Epito-

EPITOME.

¶Factum patrui, qui tardi loquum ex fratre nepotem cum se suisq; bonis, vxoreque & illius orationibus participaturus Augustinianorũ cœnobio dedicauit. si idem nepos non cõtradicens ingressui religionis, diu regulam professus est, ex eo eius omnia bona ad conuentum deuoluta videntur: Sicut & omnia coniungum bona præsentia, & quæ quomodocunque & qualitercunque ad eos pertinerẽt in futurum. Adeo vt quæ patruus vxori superstes ex statuto de rebus vxoris habere deberet, nihil consequatur, minusque ei de rebus propriis. Ficta minoris pretii venditio testamẽtaria confessio reliquorum aut rei pupillaris nepoti prosit: fides tamen confessioni in vxoris gratiam aut, suorum, maximeque iuratæ donationi habenda.

SVMMARIVM.

Habitus delatio annalis professionem inducit, nisi contrarium protestetur deferens. num. 1. quia protestatio ex iusta causa iuuat. nu. 2. maximè vbi factum est multiplicis intellectus. nu. 3. quotuplex autem sit habitus nouitiorum, professorũ, & conuersorum. nu. 5.

Profiteri homo non sanę mentis non potest. nu. 6. verba verò docent, sitne quis sanus, an insanus. nu. 9.

Mutus contrahit matrimonium carnale & spirituale. nu. 10.

Pubes ab alio, nisi patiens, religioni non addicitur. nu. 11.

Oblatio de se, & suis bonis, pręsentibus & futuris valet. n. 14

Geminata verba efficaciora sunt. nu. 15.

Venditionis appellatione vera non simulata exaudienda. n. 16. & pretij nomine iustum intelligendum. nu. 17.

Verba, pro libito suę voluntatis, important voluntatem a iure minimè regulatam. nu. 19.

Tutor confitens rem inuentam in bonis pupilli de ea consignanda tenetur. nu. 21. & ita confessio tenet, ne in contrariũ vlla probatio valeat. nu. 22.

Confessio in testamento facta pręiudicat. nu. 23.

Donatio inter virum & vxorem confirmatur iuramẽto. nu. 24.

CONSILIVM LIX.

VTrum Gerardus videatur professus, aut oblatus religioni illuminatissimi doctoris apud omnes celebrati Augustini, mihi videt̃ dicendum, ꝙ sic, quod isto modo demonstro: facto datur intelligi voluntas. l. reprehendenda. C. de insti. & substi. glos. in l. de quibus. ff. de ll. iuxta illud Poeticũ, & facta loquuntur. glo. in l. dolum. C. de dolo. glo. in l. apud Celsum in princ. ff. de do. excep. ex istis sequitur, ꝙ posito, ꝙ iste Gerardus non loqueretur explicitè, & articulatè, & sic videretur mutaster; quia tardè loqueretur, vt voluit glo. singu. j. q. j. ca. detrahe. Simile dicimus de surdastro, vt est glo. in l. fi. ff. de legi. tu. quam reputat sin. Angel. in l. j. in princ. ff. de verbo. obl. & in l. j. §. mutum. ff. de actio. & obli. Ludo. Rom. in l. mutum ff. de acqui. hæred. & in l. discretis. C. qui testa. fac. poss. tamen ego allego aliam in l. sexum. versic. minus audiens. ff. de mu. & ho. quę loquitur in surdastro. & aliam in l. ob quę vitia. ff. de ędil. edict. tamen ex gestis suis & perseuerantia tam longa liquido comprehend tur eius animus, & voluntas. l. Fulcinius. §. quid sit latitare versic. hæc autem animus. ff. ex quibus cau. in poss. eatur, in glo. & quod habetur in l. quæro. §. fi. ff. de ędil. edic. & in l. cum proponas. C. de bono. auctorita. iudi. poss. in glo. vt scribitur in Euangelio, A fructibus eorũ cognoscetis eos. Si dicatur modò, qui sunt actus gesti ab ipso Gerardo continuati tam longo tempore, dicitur in puncto, quòd patruus suus, cum dictus Gerardus esset prope. 20. annos constitutus in præsentia archiepiscopi Pisani: & suæ curiæ auctoritatem interponentis, dixit, ꝙ dictus Gerardus antea pluribus annis habitum deferri consuetum per fratres sancti Augustini gesserat, & portauerat, & religionem pręditã ingressus fuerat, & in ea degebat, & morabatur, cõsiderans ipsum mentis non satis sanæ existere, sed tamen libentissimè, prout ex quibusdam euidentibus signis comprehendi potuit, in ipsam religionẽ & monasterium persistere, degere, & morari vellet: licet propter eius linguæ implicationem non apertissimè prædicta comprehendi possent, & ad hoc vt bona & substantia eius nequaquam lapidarentur, sed in pios vsus conuertantur motus dictis rationibus dictus Baldasar patruus, ex deuotione, quam ipse, Baldasar & ipse Gerardus, ex multis euidentibus signis, & non dubijs argumentis verisimiliter comprehendi potuit, habebat & gerebat erga dictũ monasterium, & conuentum, vt Deus misereatur sui, & dicti Gerardi. & prædecessorum suorum purè, liberè, simpliciter, appensatè, & deliberatè, & irreuocabiliter inter viuos, ita ꝙ ex causa ingratitudinis, vel alia causa. dicta commissio, oblatio, & donatio reuocari non possit, dedit, obtulit, & donauit dictum fratrem Gerardum eius nepotem in perpetuum commissum, & oblatum &c. qui frater Gerardus a dicto tempore citra continuè stetit in dicto monasterio, & habitum professorum continuè portauit, & portat, & seruitia, quæ faciunt monaci in monasterio, fecit, & facit, pulsando campanas, ferendo torques, & candelas, pręparando lumen in altari, claudendo ecclesiam, & similia, licet nesciat articulatè loqui: tñ ea, quę sibi iniunguntur a maioribus, & prelatis ore, vel nutu facit, ista sunt, quæ in puncto posita sunt. Modo ex istis apparet, ꝙ pluribus annis ante istam oblationẽ iste Gerardus stetit in præfato monasterio, habens habitum fratrũ, quo casu præsumitur animus profitendi religionẽ, & sequuto tẽpore habili ad professionem videtur facta professio, vt est glos. in cap. ex parte, de regula:
1 quæ dicit † ꝙ delatio habitus annalis inducit professionem, nisi fiat protestatio in oppositum, & ibi domi. Anto. summè no. illam glossam, ꝙ in dependentibus a voluntate protestatio contraria actui facta tollit præsumptionẽ iuris, & de iure, nec admittitur probatio in contrarium, per actum protestationis, refert dixisse in commento. capit. cum M. de constit. & in cle. gratiæ, de rescrip. facit, quod voluit idem dom. Anto. in c. ad nostram. & in c. 2. eodem titulo, & Ioannes Andreas in d. ca. ex parte. & idem Ioannes Andreas in capit. j. de regula lib. 6. quærit, quid si permanens per totum annum portauit habitum professionis, an dicat̃ professus tacitè, & concludit ꝙ sic, sed an possit probari contrarium, videtur ꝙ non: quia est præsumptio iuris & de iure, contra quam non admittitur probatio, vt cap. is qui. de sponsa. tenuit Hostien. qui remittit se ad summam de præsump. §. 2. versic. alia est iuris & de iure. & idẽ posuit Ioannes monacus. & Archi. ipse verò limitat ibi hanc doctrinam, nisi quando protestatus fuisset, ꝙ non intendebat obligari, de quo remittit ad no. in d. ca. 2. & ad c. ex parte, super vltima glossa, de regula. sed Lap. Abbas in d. c. j. allegat ad idem, quod notat glossa fin. in cle eos. eodem titulo, sed dicit, ꝙ non vr̃, ꝙ talis protestatio iuuet protestantem, cum sit facto contraria, nisi fieret ex causa, vt cap. j. quod metus causa. & d. c cum M. & ca. solicitudinem, de appel. & cap. cum olim, de censi. & sic requirit Lap. ꝙ talis protestatio sit interposita ex causa, & idem dicit

2 dicit Ioãnes de Ligna. † ꝙ protestatio iuuat protestantẽ, si fiat ex iusta causa, aliàs reprobatur per cõtrarium factum. ad hoc allegat illud dictum Lapi. Abb. sed Ioan. de Imo. in d.c.j. de regula. lib. 6. quem ibi sequitur, dñs Dominicus dicit, dictum Lapi procedere, qñ protestatio est contraria facto, sed in casu isto, quo loquitur Ioan. Andreas protestatio fuit declaratoria. allegat, quod notatur in d.c. cum M. & in c.j. de lit. contesta. ideo dicebat ibi dñs Domi-
3 nicus, † ꝙ vbicunq; factum est multipliciter intelligibile, & agens protestatur, ꝙ non facit actum ad finem vnius ex intellectibus, sed tendit ad aliã intellectum, iuuat protestantem, ita no. in dictis iuribus, sed recipere habitum, potest intelligi dupliciter, vel ꝙ facit animo profitẽdi, vel animo probandi, & sic protestatio non est ꝯria facto. & istud in simili tenet glo. in versi. protestatione, in cle.j. de procur. & hoc ẽt tenet Inno. in c.j. qđ metus causa, & facit, qđ not. Pau. de Cast. in d. cle. eos. de statu regula. vbi dicit, ꝙ protestatio prodest, allegat d.c.j. qđ me. cau. & d. c. ex parte. & istud dicit velle gl. ibi. protestatio enim tuetur protestantem, qñ est super eo, qđ põt se habere ad vtrũque, allegat d.c.j. de lit. cõte. ¶ Et si opponatur, ꝙ protestatio est ꝯria facto, ideo nõ iuuat, vt in d.c. cũ M. soluit Pau. ꝙ in casu isto non est contraria facto: immo cõpatit cũ facto: põt enim esse longa delatio habitus sine professione. 16.q.2. ca. si quis incognitis. 19.q.3. monasterijs, in qbus statuit ad professionem tps longius anno: ad ꝯrium rñdet
4 † ꝙ nõ semper tollitur protestatio ꝯria facto, immo quandoq; rumpit factũ: vt in c. fi. de condi. appo. ꝙ semper contingit, qñ protestatio habet sua formalia substantialia, secus si non habet, vt in ꝯrijs: & ita eum refert & sequitur do. Car. in d. cle. eos. & sequit ibi Pet. de Ancha. & etiam Io. de Imo. & facit ẽt, qđ voluit do. Ant. in c.j. quod metus causa. in ver. concludẽ ergo tria. Modò in proposito nostro ista decidunt casum nostrum, cum in puncto dicatur, ꝙ ille Gerardus tam longo tpe portauerit habitum solitũ deferri per fratres sancti Augustini, & nulla interuenit protestatio ꝯria illi delationi, ergo sequitur, ꝙ est professus: nec dr̃ in puncto, ꝙ portauerit ordinẽ
5 nouiciorum, qa quidam † est habitus distinctus nouiciorum, & professorum: quidam est indistinctus: primo modo habitus distinctus dr̃, qñ nouicij habẽt habitũ distinctũ a professis, & etiam habent habitũ distinctum a conuersis, indistinctus habitus dr̃ qñ professi, & nouicij eodem habitu vtunt̃, & conuersi habent habitũ diuersum. Indistinctissimus vero dr̃, qñ professi, nouicij, & conuersi eodẽ habitu vtunt̃. ita probatur in c.j. in prin. & in. §. fina. de regu. lib. 6. & posuit Guil. de monte Lauduno in cle. eos. eo. ti. & ibi est glos. magistra. & melior de iure. & ibi per do. Card. do. Pet. de Ancha. & Ioã. de Imo. & per do. Ant. & do. Abb. in c. ex parte. eo. ti. per Dominicum in d.c.j. in prin. & in. §. fi. & etiam habitus distinctus subdiuiditur: quia est quidam habitus distinctione latenti, & obscura, & est quidam habitus, qui benedicitur, qñ dat̃ professis: & ita consueuit fieri in fratribus prędicatoribus, qui habent distinctũ habitũ nouiciorũ, & professorũ per benedictionẽ, ita dicit do. Dñicus in d.c.j. §. fi. in vlti. notabili, de regula. li. 6. quidã est habitus distinctus distinctione apparenti & manifesta, puta in colore, scissura, vel forma, iste est tex. in d. cle. eos. & do. Dñicus in d.c.j. §. fi. ponit exẽplum in fratribus minoribus, qui dant dissimilem vestem professio a nouicio: habent enim distinctũ habitũ nouicij a professis distinctione manifesta, & apparenti: & ideo dicebat Abb. antiquus in d.c. ex parte. ꝙ si per 20. annos portasset quis talem habitũ distinctũ, ꝙ nõ censeret professus: & dicit se in facto vidisse literas absolutorias a Papa; qa talis habitus dr̃ esse habitus probationis: & ibi dicit Inn. ꝙ non obligatur ad religionẽ in genere, nec in specie. & istud sequitur ibi do. Anto. Cum ergo in casu nostro non dicatur, ꝙ iste Gerardus portauit habitũ nouiciorum distinctũ a professis distinctione apparenti, sed præsupponitur, ꝙ portauit habitum solitum portari per ipsos fratres, & sic præsupponit, ꝙ habitum professorum portauerit, tam longo tpe seruiendo ecclesiæ gloriosi Augustini, obediendo & parendo maioribus, & superioribus dictæ ecclesiæ, circa seruitia ecclesiæ, & diuinorũ, sequitur, ꝙ ex hmõi delatione vr̃ inducta professio, secutis & exercitatis gestis, conuenientibus religiosis, & oblatis & commissis dicto cõuentui B. A. ¶ Et si quispiã dixerit, amice, iste Gerardus erat mentis non sanæ, mẽtecaptus, balbutiens, & mutaster, quo casu non potuit profiteri religionẽ, nec facere expresse professionẽ, quo casu si expresse non potest facere professionẽ, sequit̃ ꝙ multominus præsumetur tacita professio; qa, vt philosophorũ lõgè princeps Aristoteles dixit in 2. lib. de anima, actus actiuorũ sunt in patiente bene disposito. c. venerabilẽ. de elec. sed ho-
6 mo † mentis non sanę nõ potest expresse profiteri, ergo sequitur, ꝙ multominus tacitè pręsumet̃ professus, hoc decidit text. elegãs in c. sicut tenor, de regulari. c. cũ dilectus, de succe. ab intest. c. Grisaldus. 17.q.j. vbi in effectu probatur, ꝙ etiã benefaciendo non pręsumitur, ꝙ furiosus sit sanæ mentis, ex quo multũ egregiè infert consiculus meus in d. ca. sicut tenor, ꝙ licet furiosus faciat testm̃ tanq̃ quilibet sanæ mentis; tñ non valebit testm̃: & idem etiam ibi dicit, si donaret bona sua pro anima sua, ad hoc allegat d.c. cum dilectus, de succe. ab intest. licet ergo iste vir non sanæ mentis fecerit illos actus, & gesta congruentes, & congruentia sanis & sapientibus; non tñ propter hoc reputatur fecisse professionem: nam hmõi personæ reputantur mortuæ. l. diuus. ff. de offi. Præsid. l. furiosum. C. qui testa. fac. poss. ergo sequitur, ꝙ in eis non potest cadere professio: nam & altissimus Deus ad obligandum sibi aliquem animum & cor respicit. 14.q.5. ca. si quid inuenisti. sed alienatus mente nõ habet animũ, neq; cor, ergo sequitur, ꝙ profiteri nõ potest. facit etiam, qđ voluit Ioan. And. in ca. literarum. de voto, vbi refert beatũ
7 Thomã dicere † ꝙ in voto requiruntur tria, ad hoc vt obligetur quis ex voto. s. deliberatio, propositũ, & promissio: Deus enim voluntarium militem sibi eligit: sed in homine furioso, aut non sanæ mentis deficiunt substantialia voti: qa in eo non cadit deliberatio, nec propositum, nec promissio, ergo nõ potest cadere votum intrandi religionem: quia sublatis principijs tolluntur principiata, vt dixit text. elegans in l.j. C. de lati. liber. tollen. & ibi sapienter dixit Bal. ꝙ si tolluntur statuta, tollũtur eorum reformationes: qa sublatis principijs tollũtur principiata. facit. c. cũ Paulus. & c. principatus. j.q.j. ideo magnus dicebat Aueroys in libro de substantia orbis, maximam solicitudinẽ circa principia oportet nos habere; sunt enim minima quãtitate, sed maxima potestate: ergo cũ non adsint substantialia voti, sequitur ꝙ non põt adesse votum professionis: quia furiosi aut mẽtecapti nulla est voluntas c. maiores. de baptis. Ad hoc respon. negando illud assumptũ, ꝙ iste sit furiosus: quia nullum effectũ furoris facit, nec exercet, ideo non vendicant sibi locũ dicta iura c. Grisaldus. c. sicut tenor. & c. cũ dilectus. & ideo nõ opus est insistere, si furiosus faciat actum congruentem homini sanæ mentis, ꝙ actus ille non teneat: nec etiam dixit verum do. Abb. in quantum voluit
8 † ꝙ furiosus si testetur, ita vti testatur, homo sanæ mentis,

mentis, ꝙ tunc non valeat testm̄: quia contra illud dictū adduco, qđ narrat Ioā. Andr. accidisse in facto tpe senatus Romani, refert enim accidisse, ꝙ quidā fatuus fecit testm̄ ita, vt si esset integræ mentis, fuit dubitatum, an valeret tale testm̄, & per senatū populi Romani fuit decretum, ꝙ valeret, & teneret tale testm̄, refert, & sequitur Bald. in cap. j. in titu. per quos fiat inuesti. in vsi. feu. vbi refert Valerium dicere, ꝙ testm̄ cuiusdam furiosi per senatores fuit approbatum: quia sapienter fuerat testatus, allegat Ioan. And. in d. c. cum dilectus. & ratio est: quia præsumitur, ꝙ tunc sit sanę mens, qñ sic sapienter fuit testatus: quia ex dictis & factis, qualis sit mens hoīs sana, aut insana, presumit, vt probat. in ca. legimus,
44 distin. l. si is qui. ff. de tuto. & cura. dat. ab his, glo. multum singu. l. ob quæ vitia. ff. de edil. edicto. & sic apparet, ꝙ Do. Abb. non rectè loquitur, & vr̄ defecisse, quia non vidit Io. And. & Bal. & adduco, quod commemorat Host. in c. ad nostram, de consue. vbi refert, latam fuisse quādam sententiam a quodam fatuo Parisiensi: quia cū quidam mendicus, & famelicus transiret per tabernam, & ad odorem carnium, quæ coquebantur fuisset pransus, & pane expulisset famem, tabernarius exigebat pecunias ab illo famelico, tandem conuenerunt ad inuicem de stando iudicio cuiusdam fatui Parisiensis, qui auditis partibus, & intellecta earum controuersia: fecit apportari vnum bacile, & tot quatrinos fecit sonare in bacili, vt sicut ille famelicus saturatus fuerat de odore carnium, ita & eodem modo tabernarius esset solutus de sono denariorū; dicit ibi Hostiꝫ ꝙ si Gratianus fuisset interpellatus ad decidendum illam dubitationem, non potuisset iustius decidere: vnde presumitur ꝙ tūc tpis cum illam sñiam tulit, presumeretur esse sanæ mentis. Ita dicamus in proposito. & ideo refert Pet. de Anch. in cle. si furiosus. de homi. fuisse quæstionē de facto: quidam modò furiosus, post statim verbis & factis extrinsecis videbatur sanæ mentis, fecit ɔ̄ctum, in quo se obligauit in mille, & mortuo eo cōtra dictam promissionem hæres se defendebat ratione furoris; & probatum fuit, qūo habebat dilucidia interualla, sed non fuit de tpe furoris probatum, quærebatur, an presumeretur facta tpe sanę mentis, & videt ꝙ tpe furoris, ex quo semel fuit furiosus, ꝙ dicit esse notandum, si concurrerent duo, videlicet si antea fuerat furiosus, & postea se obligauerat, sed in casu illo nō fuit probatū, ꝙ antea esset furiosus, & sic loquitur do. Petr. eo casu, quo quis fecit pactum obligatorium ad sui præiudicium: secus sit tenderet ad suū cōmodum, vt si testatus fuisset ita, vt solent sapientes testari: & sic apparet ex istis, ꝙ non bene dixit D. Abb. Modò in casu nostro non præsupponitur, istum Gerardū fuisse furiosum tpe oblationis, nec præsupponitur ex post facto esse furiosum: ideo non vendicant sibi locū iura allegata superius in contrarium, nec etiā præsupponitur in facto fuisse non sanæ mentis, & sic fuisse mente captum ex eo: quia in puncto dicit, ipsum mentis nō satis sanæ existere: vnde ista stant simul, ꝙ aliquis non sit furiosus, non sit mentecaptus, & sit sanę mentis, licet non satis: sufficit enim, ꝙ non sit fatuus tpe assumptionis habitus, & tpe factæ oblationis coram archiepiscopo: & curia sua auctorante: vnde non præsumitur, ꝙ do. archiepiscopus permisisset illam oblationem fieri de fatuo, & insano, imo excludit omnem sinistrā suspicionē presentia superioris, vt est elegās tex. in l. j. C. de prędi. curi. lib. 10. voluit ibi Bar. voluit Ang. in l. si qs cū aliter. ff. de verb. ob. Bal. in l. 2. C. de rescin. vendi. dicunt enim, ꝙ presentia consanguineorū, vel iudicis excludunt metum adesse menti oblati ad volendū se offerre: vnde non presumitur insana mens, qa nō fuisset passus do. archiepiscopus fatuū offerri ecclesiæ. facit c. cum pridem. de pac. vbi actus gestus coram superiori presumitur iustus, probatur in c. accepta. de restit. spo. vbi purgatur oīs metus propter præsentiā superioris, & sic presumitur adesse mens renuntiantis ad sui præiudiciū: ergo multo fortius præsumitur ad esse mens patiētis, se offerri seruitio Dei, qñ talis oblatio fit coram suo archiepiscopo auctorante. facit, quod voluit Bal. in l. fi. C. de ɔ̄hen. emp. facit. c. quoties. de pac. & quod voluit do. Ant. & sic ex isto capite nō presumit iste Gerardus fuisse fatuus tpe talis oblationis factæ coram archiepiscopo auctorante: item nec præsumitur dicta oblatio facta fuisse de fatuo, & insano ab illo Baldasare patruo: imo fecit, vt bona non dilapidarentur, & sic non est præsumendum, ꝙ ille patruus obtulisset illum suum nepotem, si fuisset fatuus, arg. eius, quod voluit Bar. in l. transa. C. de transact. & in d. l. j. cessat enim oīs sinistra suspicio propter præsentiam coniunctorum. & amicorum. Item nec est presumptio, ꝙ religiosi, & obseruantissimi viri voluissent acceptare fatuum pro oblato: quia cum renūciauerint seculo, cessat omnis sinistra suspicio fallēdi, aut decipiendi. Ita bellissimè arguit Papa in cap. 2. de ope. nou. nun. & facit, qđ voluit Host. in c. finem. litibus. de dolo & contu. allegando d. c. 2. & facit, qđ voluit do. Anto. in c. postremò. de appel. & quod habetur in l. si a bonæ fidei. & quod ibi voluit Angel. ff. de rei vendi. & sic tria concurrunt, ex quibus hmōi oblatio præsumitur fuisse facta de oblato sanæ mentis: concurrit & quartum, videlicet actus gestio, & continuatio plusquam longo tpe, quo casu presumitur qualis sit mens aut sana aut insana: vnde dicebat gl.
9 in d. l. is qui. ff. de tut. & cura. da. ab his, ꝙ ex † verbis presumitur, qualis sit mens, an sana, an insana, allegat tex. in l. de minore. §. tormēta, de quæsti. & l. quidam in suo. ff. de condi. instit. subdit etiā, ꝙ ex gestis & factis præsumitur, qualis sit mēs sana aut insana, non solùm in hominibus, sed etiam in animalibus allegat Instit. de re. diui. §. pauonum. & facit, qđ habetur in l. Titia. ff. de inoffi. testa. & in d. patronus. §. fi. ff. de lega. 3. ideo dicimus, ꝙ fatuus fatuè loquitur, & fatua facit d. c. legimus. iuxta illud, quod voluit Dominica veritas: vt sacro suo dr̄ Euangelio, si mihi non creditis, operibus credite: alibi dr̄, opera enim illorum sequenter illos. & sapienter dixit philosophorum longe princeps Aristo. in secūdo Metha. accidentia, inquit, magnam partem conferunt ad cognoscendum, ꝙ quid est. refert Bald. in l. non nudis. C. de probat. & in l. j. ff. de re. diui. & facit qđ magnanimus dixit Apostolus, primo ad Romanos. inuisibilia Dei per ea, quę facta sunt intellecta, conspicimus, modò in proposito, ex verbis apparet, si mens loquētis est sana, vel insana, ad quod adduco illud, quod Cassiodoro venit in ore, nullum maius mentis nostrę testimonium, ꝗ̄ qualitas inspecta verborū, refert Bal. in rubrica, alias in c. j. de testi. ergo multo fortius colligitur mēs sana ex factis & gestis: quia omnis fęlicitas humana consistit in operatione virtutum, vt scribitur apud philosophum in secundo Ethicorum. ideo sanctissimus pater Iacobus Iustus apostolorū sanctior, in sua canonica dicebat, estote factores verbi, & nō auditores. & moralis ille Seneca in suis epistolis, ni fallor. 15. interrogabis, inquit, qđ prodest mihi phylosophia, si fatuus est, si fatuus imperat: phylosophia, inquit, non est popu-lare artificiū, nec ostentationi paratum. non in verbis, sed in rebus consistit phylosophia, & sacro scribitur Euangelio. Cœpit Iesus facere, & Romanus orator in lib. de senectute, præponebat Catonem magno

magno Socrati: dicit enim illius dicta, huius dicta, & facta, laudantur: & ideo sapientissimus Ecclesiastes in c.j.dicebat, quod oĩa erat vanitas, pręterquã famulari altissimo optimo maximo, & supremo Deo principi: Modò in isto Gerardo non probatur, nec pręsupponitur adesse furor, nec dr̃ esse mentecaptus, sed dr̃ esse mentis non satis sanæ: modò videamus facta & gesta ipsius, an sint fatua, aut fatuo cõgruenti: nam omni suo spiritu, omni suo studio famulatur Deo, seruiendo ecclesiæ, & iam superius est dictũ, quis tam iniustus rerũ existimator diceret, istum Gerardũ humili habitu religiosorũ vestitum, longo valde, vt ita dixerim, tp̃e seruijsse Deo, & suæ ecclesiæ, parendo maioribus suis prelatis, vti faciũt alij fratres professi, & ipsum fatuũ & mentecaptũ. Certè nullus: imo ista sunt signa magnæ sapientiæ, q̃a seruire Deo est regnare: nam ita veritas dicebat. Maria aũt optimam partem eligit, quæ non auferetur ab ea: si optimam & securã vitam eligit iste Gerardus Deo nostro famulari, vr̃ pro certo reputari sapientissimus, & inter sapientissimos cõnumerandus, & probatur ex istis sua oblatio esse, & fuisse vera, & legitima, & probat̃ sua indubitata professio, quo casu sequit̃, ꝙ ex oĩbus pręd ictis simul iunctis oritur probatio professionis plenissima, vt voluit gl. in l.2.§.ętas.ff.de excus.tuto.in l.instrumenta. C.de prob.& in l.3.§.eiusdẽ.ff.de testi. & in c.cũ causam. & c.tertio loco, de proba.& ca.accedens, el 2.vt lit. non cõtest.& in c.illud. de pręsump. & c.cũ Bertoldus, de re iudi.& in c.cum dilectus.de succe. ab intesta.quæ glo.voluit, ꝙ ex pluribus præsumptionibus ad idem concurrentibus inducitur plena probatio: vt voluit Bal. in rub.C.de probationibus, & in cap. auditis, de præscript. & in l.3.C.ad legem Iul. maie. & in l.j.C.qui pro nu. tutel. & in l.sciant. C. de probationibus, & ideo dicebat idem Bal. in d.c.cũ causam.ꝙ sicut ex pluribus membris insimul cõiunctis resultat indiuiduũ, puta Titius, ita & eodẽ modo ex pluribus præsumptionibus resultat plena probatio.& sicut ex pluribus cordulis fit perfecta harmonia, ita & eodem modo resultat plena probatio, voluit Bart.in l.j.§.item Cornelio.ff.de quęstio.& in l. admonendi.ff.de iureiur. Saly. in lege in bonęfidei. C.de iureiur.Lud. Rom.consilio 7.& 9. & consilio 52.Albe.de Rosa.in d.l.instrumẽta. C.de probationibus, in l.spadonem.§.qui iura multa.ff.de execu. tut.isto ergo casu probata est plenè hęc oblatio, & professio; quia cõcurrit assumptio habitus per plures annos præambula, concurrit oblatio facta per patruum auctoritate archiepiscopi, concurrit præsentia & taciturnitas illius Gerardi, cõcurrunt actus gesti plusquã longo tp̃e, obedientia, castitas, & paupertas huius Gerardi: ex istis ergo coniunctis adinuicem resultat plena probatio professionis, iuxta illud Ouidij. Quę nõ prosunt singula, multa iuuant. c.illo vos.de pign.c.ad nostrã.de emp.& ven.c.cũ in dioecesi.de vsu.ergo sequit̃, ꝙ iste frater Gerardus est professus canonicè, & legitimè & ẽt est probata eius professio: & sic non põt opponi de illo, qđ dictũ est, actus actiuorũ sunt in patiente bene disposito: quia optimè est dispositũ subiectũ ad recipiẽdum oblationẽ & professionẽ, vt ex supradictis est probatũ. ¶Nec obstat, cũ dicebatur, ꝙ furiosus nõ põt, ẽt ad piam causam largiri: q̃a fateor, sed iste nõ est furiosus, ergo &c. Et adduco, qđ voluit Bald. in d.l.furiosum.vbi refert se ad qualitatẽ dispositionis, vt præsumat̃, ꝙ testator nõ fuerit in furore, puta instituendo filios, vel piã causam.& facit, qđ voluit ibi Ang. qui dicit, ꝙ si verba, aut facta cõgruunt hoĩ sanę mẽtis, tũc pręsumit̃ esse sanę mẽtis: & dicit esse casum, in l.fi.C.de hęt.insti.quæ hoc probat rectè intuenti.

& facit, qđ voluit Bar. in l.j.ff.de bo. poss. infan.furi. dela.& facit, qđ voluit Sal.ĩ d.l.furiosum, vbi sequit̃ doctrinã Io.And.in d.c.fi.Et ad illud dictũ do.Abb. in d.c.sicut.põt rñderi facile, vt procedat, qñ q̃s est in furore, nõ possit donare in piã causam, & iste nõ est casus noster: ergo sequit̃, ꝙ valuit & tenuit professio: & ad prędicta allego gl. in c.cum dilectus.de suc.ab intesta.quę dicit, ꝙ oblatio & assumptio habitus inducit professionẽ.ergo sequit̃, ꝙ multo fortius in casu nostro pręsumit̃ facta professio; cũ interuenerit oblatio, assumptio habitus, & exercitiũ & perseuerantia in religione, & actus congruentes sancto & sapienti viro: ergo sequit̃, ꝙ nulla dubitatio esse põt, quin interuenerit canonica professio. ¶Et si dicat̃, ꝙ iste erat balbutiẽs, seu articulatè nõ loquebatur: ego rñdeo, ꝙ nihilominus profiteri poterat, ex quo habebat sensum capacẽ ad hoc. Vnde Ang. in l.ex facto.ff.de vulgari & pupil.dicit se de facto vidisse dubitari, vtrũ mutus possit religionẽ pro-
10 fiteri, ita ꝙ probet̃ eius professio: † nam põt ꝯhere matrimoniũ: vt d.l.ex facto. & l.mutum.ff.de acq. hęre.c.tuæ.& ca.apud.de spon. sicut põt ꝯhere matrimonium tp̃ale, & ꝙ possit spirituale, & sic ingredi religionem, & illam profiteri, ita tenuit Cy.ibi in addi.& ibi Bal.Ang.& Io.de Imo.idem tenuit Dyn. in l.vbi non voce.ff.de reg.iur.& in hoc oẽs concordant.dicit tñ Ang.in d.l.ex facto.se vidisse magnum dubium, qualiter probari possit, quẽ velle profiteri, & dicit fuisse decisum per theoricã Bart.in l.mutũ. ff.de acq.hære. quia ex signis hoc poterit perpendi. facit, qđ no.glo.in l.j.in prin.ff.de verb.obli.& glo.l. item quia.ff.de pact.facit, qđ voluit Ang.in l.in negotijs.ff.de reg.iuris.ergo multo fortius in casu nostro: cum iste frater Gerardus non sit omnino mutus, sed mutaster, & sic ex signis, & gestis, & continuatis longo tp̃e actibus, præsumitur animus & voluntas, maximè quia debemus capere viam, quę fauet religioni.vt l.sunt & personæ.ff.de relig.& sum. fune.sicut in dubio fauemus testamẽto. vt l.si pars. ff.de inoffic.test. ergo multo fortius fauebimus religioni. arg.auth.multo magis.C.de sacrosanctis eccle.nã fauemus in dubio matrimonio carnali: vt c. fi.de re iud.ergo sequit̃, ꝙ multo fortius fauebimus matrimonio spirituali. Ex istis cessant illa cõtraria; cum dicebatur, ꝙ in voto requirit̃ deliberatio; quia satis interuenit deliberatio, propositũ, & promissio ex his, quæ in facto sequuta sunt. Præterea facit ad prædicta, qđ voluit glo.27.q.2.c. vt lex continentiæ. & qđ habetur in d.c.cum dilecto.de succ.ab intesta. de eo q̃ obtulit se & sua monasterio.¶Et si quispiã
11 dixerit † ꝙ pater non potest offerre monasterio filiũ adultum: q̃a vsq; ad puberem ętatem põt illũ offerre, sed non vltra pubertatem: vt plenè per Innoc.& alios in c.2.de regula.Ergo multo minus potuit iste patruus offerre istum Gerardũ nepotem dicto monasterio; cũ esset iam adultus. Quia ad hoc rñdeo, ꝙ sufficit, ꝙ ille adultus non ꝯdixit; quia sponte sua vr̃ fuisse oblatus; cum enim antea assumpserit habitum, & post illam assertam oblationem steterit in religione, vt religiosus vr̃ professus: q̃a dicit glo.20. q.2.c.monacum, aliàs in c.sequenti, ꝙ pręiudicatur alicui per factũ, sicut per dictum: & ꝙ non refert, an dictis, an factis quis declaret suam voluntatẽ: vt in c.dilecti.de appella. & c.caueant.22.q.5.& c.vidua. de regula.27. distinctio. c.ꝙ interrogasti. ergo licet pater, mater, & tutor possint offerre monasterio impuberes: vt sing.dixit Innoc.in dicto capitu. 2.de regul.& non possint offerre adultos, & sic non potuerit iste patruus offerre dicto monasterio dictum Gerardum; tamẽ satis est, ꝙ respectu illius oblationis in monasterio cum habitu professorum dictus

Gerardus vixerit, perseuerauerit, & deguerit tā longo tpe: qa habetur perinde, ac si verbis & dictis professionem fecisset: vt voluit glo. præfata. & ad hoc adduco stupendū tex. 20. q. 2. ca. firma. vbi dr̄, firma aūt tunc erit professio, ex quo adulta iam ętas esse cepit, per quem text. vr̄ singulariter probari, ꝙ cum iste Gerardus assumpserit habitum pluribus annis ante oblationem factam per illum patruum, vr̄ ꝙ firma manet illa tacita professio. Et sic videtur ibi elegans tex. pro hac dubitatione. Et ex istis vr̄, ꝙ iste Gerardus fuerit professus ordinē dicti monasterij, & ad ipsum monasterium transiuerint bona sua. facit, quod habetur in auth. ingressi. & in auth. si qua mulier. C. de sacrosanctis ecclesijs, & ita concludo circa hanc dubitationē primam & magistrā in hac cōsultatione. ¶ Capio modo aliam dubitationem, vtrum dicta commissione & oblatione personę, & bonorū, pręsentium & futurorū, facta per ipsos virum & vxorem, existente valida, videatur maritus abdicasse a se lucrū dotis sibi delatum a statuto Lucano, vxore prędecedente in matrimonio, adeo ꝙ dicta sua vxore nō alienāte bona sua fuerint deuoluta ad ipsum monasteriū: ita & taliter, ꝙ dict⁹ maritus nec possit deducere illud lucrum competens vigore statuti Lucani. Et præmitto pro substantiali fundamento huius consultationis, ꝙ facilius abdicatur a nobis ius quęrendum, q̄ ius quęsitū, text. est elegās in l. quod aūt. ff. quæ in frau. credi. vbi potest debitor in quęrendis pręiudicare suis creditoribus: quia non dicitur facere in fraudem. Et adduco, qđ consuluit Feder. de Senis suo cons. 9. vbi consuluit, ꝙ potest prelatus in quęrēdis pręiudicare ecclesiæ. & ad hoc allegat singulare dictum Innoc. in ca. admonet. de renunt. vbi voluit, ꝙ potest quis inconsulto suo superiore renuntiare ius quęrendū in beneficio: licet non possit ius quæsitū. facit, qđ voluit Bal. in l. si pupillorum. C. de repu. hęr. & in l. contra iuris. §. fi. ff. de pact. & in l. magis puto. §. fundū. ff. de rebus eorum. & ideo dixit idem Bald. in auth. si qua mulier. C. de sacrosanct. ecclesijs, ꝙ licet per ingressum acquirantur oīa bona ipsius ingressi monasterio, quod ingreditur: tū potest prælatus monasterij illa bona dimittere cōsanguineis ipsius ingressi: ex eo quia agitur de quęrendo iure. & facit, quod voluit do. Antonius & do. Abb. in c. j. de dolo & cōtumacia. & Lap. in suis allegationib⁹ allegatione. 16. Et facit, quod voluit do. Cardi. in c. potuit. de loca.
12 vbi dicit † ꝙ si prelatus recipit canonem præteritorum annorum, vr̄ remittere ius expellendi emphyteutam: & si dicatur ꝙ ex hoc præiudicetur ecclesiæ, respondet, ꝙ non est curandum: quia agitur de iure quęrēdo, quo casu potest pręlatus pręiudicare ecclesiæ in iure quærendo. Facit, quod voluit Bald. in c. clerici. de iudi. & in quodam suo cōsilio posito inter consilia dom. Petr. de Ancha. in ordine est. 11.
13 vbi dicit † ꝙ potest ciuitas per suum statutum præiudicare ecclesiæ in iure quęrendo. facit, qđ voluit Bal. in l. bonorum. C. qui admit. ad bon. possess. facit, quod voluit in l. pactum curatoris. C. de pactis. vbi dicit, ꝙ potest curator pręiudicare suo minori in iure quęrendo. & quod voluit Innoc. & alij in cap. verum. de cōdi. appo. & Lap. allegatione. 95. ex istis sequitur, ꝙ non erit admiratione dignum, si maritus iste priuetur, cōsentiendo ꝙ vxor sua offerat cū effectu illud, qđ ipse poterat lucrari ex dispositione statuti, adueniente casu, quo lucraretur dotē. facit, qđ habetur in l. si sponsus. §. si maritus. ff. de donat. inter virum & vxorem, vbi dr̄, ꝙ valet donatio inter virum & vxorem in quærendis: ergo multo fortius valebit donatio facta ecclesiæ de bonis vxoris quærendis marito ex dispositione statuti. ¶ Præmitto etiam pro fundamento potissimo huius dubitatio-
14 nis, † ꝙ hmōi oblatio facta de se & suis bonis præsentibus & futuris valet, vt habet in auth. ingressi. & in auth. si qua mulier. C. de sacrosanctis ecclesijs. vbi valet donatio, & talis oblatio; quia si trāsfertur persona, multo fortius bona, quę sunt accessoria ad personam: vt voluit Cyn. in dicta authen. ingressi. & ad hoc adduco elegantem tex. in c. cum dilectus. de suc. ab intesta. in vers. obtulit se, & sua ad participationem orationū. Nota nouum modum offerendi sm̄ do. Anto. ibi, vt tales personæ videantur oblati, qui propriè nō sunt professi. c. cum priuilegia. & c. cum & plantare de priuileg. quo casu veniūt bona præsentia & futura: & multo fortius, qa in casu nostro obtulerūt se & bona sua præsentia & futura, vt ex tenore oblationis apparet: quo casu valet talis oblatio. facit, quod voluit do. Cardinalis in d. capitulo, cum dilectus. & in d. capitulo, vt lex continentiæ. 27. q. 2. Et plus bellissimè dixit Bart. in l. fin. C. de pac. ꝙ si quis donaret ecclesiæ oīa bona sua pręsentia & futura, valeret & teneret talis donatio: sed si donaret alicui priuatæ personæ, non valeret: ergo sequitur, ꝙ multo fortius valebit & tenebit, quādo expressè qs offert se & sua bona, ar. d. auth. ingressi. licet Lud. Rom. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obl. reprehendat illam doctrinā, sed non est necesse in casu nostro insistere, quis eorū iustius dixerit: quia in casu nostro dedicarunt se & sua pręsentia & futura, quo casu vendicant sibi locū dicta iura. c. cum dilectus. & d. auth. ingressi. & similia iura, sed in casu nostro dr̄ in dicto instrumento oblationis, ꝙ vir & vxor consentientes vnus alteri obtulerunt se, dedicauerunt se, & personas eorum dicto monasterio, & similiter dicto monasterio obtulerūt bona mobilia, & immobilia, iura quælibet, nomina debitorū, cōpetentia, & cōpetitura, & quæ in futurū ad eos, & quęlibet eorū spectabunt, & pertinebunt, & spectare & pertinere poterunt in futurū, & tam præsentia, q̄ futura: ergo sequitur, ꝙ obtulerūt bona præsentia & futura: & potuerūt hoc facere: vt in d. c. vt priuilegia. & d. c. cum dilectus. cum si quo casu concurrit potestas & voluntas, quæ sunt principia humanorū actuū, vt probatur in l. omne verbum. in versi. legitima voluntas. & voluit ibi Bal. C. cōmu. de leg. & probatur in c. cū super abbatia. de offi. de leg. & voluit ibi do. Pet. de Anch. q post alios allegat Boetiū supra librū Topico. & qđ voluit Bal. in l. cum testm̄. C. de iur. & fac. ign. & adduco tex. in c. super inordinata. de pręben. vbi tex. dicit, qui possit & velit: cum ergo potuerit & voluerit offerre se & sua bona, præsentia, & futura, sequitur, ꝙ in dictū monasteriū transiuerunt oīa bona, pręsentia, & futura ipsorū offerentiū: qa actus actiuorū sunt in patiente bene disposito, vt philosophorū longè princeps voluit Aristoteles in secundo libro de anima. ¶ Præmitto ēt pro formali fundamēto huius dubitationis illud, quod in dicto instrumēto oblationis dr̄, & etiam obtulerunt & cōmiserunt bona & iura dotalia ipsius Helisabetæ, & ipsas dotes, & alia quæcunque bona ad Baldasarem ipsum maritū, & ad dictā Elisabetam vxorē, & ad quemlibet eorū, tam coniunctim quàm diuisim, & cuilibet vel alteri eorum de per se, qūocunq; & qualitercunq; pertinentia, & spectantia, ad præsens, & in futurū. & postea dr̄, ponētes dictos fratres in locū, ius & priuilegium ipsorū &c. quæ verba, si rectè ponderent, inferūt, ꝙ dotes & ius lucrandi dotē in totū, vel in parte, fuit translatū in ipsum monasteriū. Ex quibus verbis vr̄, ꝙ præfatus Baldasar abdicauit a se illud ius lucrandi dotem in futurum sibi competens in ipsam Elisabetam: nam si dictus Baldasar consensit, ꝙ dicta Elisabe-

Elisabeta offerret se, & dotem suam, tam diuisim, q̄ coniunctim spectantem ad eos, qūocunq; & qualitercunque, sequitur, ꝙ illud lucrum, qđ ad ipsum spectabat in futurū, cōsensit, ꝙ dicta sua vxor transferret in ipsum monasteriū: quia illa verba ita pinguia, & ita larga ita important. Facit: q̄a dr̄ in dicto instrumento, tam ad pręsens quàm in futurum: & illud, qđ in futurum spectabat ad ipsum virū de dote, erat illud lucrū, qđ sibi deferebatur a statuto Lucano: vnde pondero illum modū loquendi, ita geminatū, qūocunq; & qualitercunq; in futurū spe-
15 ctaret primo † illa verba ita geminata importāt efficaciorem translationem: vnde pulchrè dixit Bal. in auth. sed cum testator. C. ad legem Falcidiam. ꝙ doctores dubitant, si testator dicit, volo, ꝙ integra legata soluantur, vtrum important prohibitionem Falcidiæ, iuxta no. in auth. de hęre. & Falc. §. si verò expressim. tñ si testator duplicat illa verba, q̄a dicit, plena & integra, vr̄ prohibere facidiam. Et facit, qđ voluit idem Bald. in prima consti. ff. vbi dixit, ꝙ illa verba, habeatur pro ciue, nō important dispositionem veritatis, vt quis gaudeat priuilegio verorum ciuium: tñ si adiungatur verbum, & sit, q̄a dicatur, habeatur & sit, tunc illa duplicatio verborū importat verum effectum rei. & ad hoc allegat text. valde sing. in l. j. §. fin. in vers. pro nullo habetur, nec est. ff. qđ quisq; iuris. Et ad hoc adduco, qđ voluit do. Ant. in commento. c. per venerabilem. qui filij sint legi. vbi ponit ad quęstionē dubitabilem, de qua habet̄ in cap. in presentia. de prob. si testator dixit, si filius meus decesserit sine filijs legitimè natis ab eo, substituo Titium, vtrū si ingrediatur monasteriū institutus, habeat̄ loco filij, ipse dicit, ꝙ si testator geminat verba dicendo, sine filijs veris, & nāliter descendentibus, importat maiorē efficaciā: vt excludatur monasterium. Et adduco sing. text. in c. vnico. de lit. contest. vbi illa verba, habeat̄ & sit, sunt canon latæ sniæ. vt l. in criminali. C. de iurisd. om. iudi. Et adduco c. si. de his quæ fi. a ma. par. ca. vbi dr̄; cōiter & pariter, & adduco, qđ voluit Io. de Imo. consi. 145. vbi ꝯsuluit, qñ q̄s promittit soluere & satisfacere. & qđ voluit Lud. Rom. suo consil. 53. qñ partes compromittunt & apponunt illa verba, prout videbitur & placuerit; quia important maiorem efficaciam. Et quod habetur in c. eam te. de rescript. vbi dr̄, mandatum dedimus & pręceptum, & in c. pe. de proba. in 6. volumus & mandamus. Et qđ sing. voluit Bal. in l. neque natales. C. de probat. vbi dicit, ꝙ illa verba, constet & sit doctus, important conditionem, & sic maiorem effectum: cum ergo in casu nostro dixerit ille Baldasar, ꝙ consentiebat, ꝙ illa mulier sua vxor transferret dotem, & omne ius, qualitercunq; & quomodocunque in futurum competens dicto Baldasari, vr̄ voluisse, ꝙ illa sua vxor transferret in monasteriū dotem, & illud, quod posset lucrari in futurum de dote, sicut dixit Bal. in dicta authen. sed cum testator. q̄a vr̄ per illa verba, plena & integra, translatū ius, qđ poterunt lucrari rōne Falcidiæ, illud operant̄ illa duo verba geminata. Facit ad hoc, qđ voluit gl. in cle. ne Romani. de elec. & qđ voluit glo. in cle. j. de iudi. in versi. quibuscunque personis, vbi veniunt per illa verba ita pinguia personę seculares, & ecclesiasticæ, imperiales, ducales, & similes, & sic sunt ampliatiuę. Et adduco ad hoc, qđ voluit Ang. in l. ꝙ si nolite. §. si quid ita. ff. de ędil. edic. vbi dixit, ꝙ si quis promittit pręsentare aliquem in iudicio toties, quoties opus erit, intelligitur vsq; ad sententiā: sed si dicat, & qñcunque, intelligit̄ etiā post sniam, illud enim operatur generalitas illius verbi. Et adduco glo. vald. sing. in l. cum pœna. ff. de arbit. quæ dicit, ꝙ illa verba, qualitercunque res vendita euincatur, important etiam, si euincatur per sniam arbitri: illud enim operat̄ illa dictio, qualitercunq;, ita & multo fortius operatur in casu nostro, cū sit lucrum quærendum, & non lucrū quæsitum: quia facilius abdicatur a nobis ius quęrendū, quàm ius quæsitū, vt est dictum. ¶ Pręmitto etiā, ꝙ in statuto Lucano cauetur hoc modo, volumus enim, ꝙ in præiudiciū dicti lucri deferēdi viro, vxor talis testari vel disponere non possit, nisi ipsius mariti cōsensus expressus, vel pręsumptus accedat, ex quo statuto apparet ad oculū, ꝙ possit vxor testari vel disponere, expresso ꝯsensu, vel tacito ipsius mariti: q̄ verba decidūt nostrā dubitationē: q̄a cū iste Baldasar maritus consenserit, ꝙ dicta sua vxor offerret, dedicaret, & cōmitteret personam, & dotem, &, quodcunque, qūocunq;, & qualitercunque spectaret ad ipsos maritū, & vxorē, & per consequens vr̄ consensisse, ꝙ dicto monasterio dicta sua vxor dedicaret suā dotem, & lucrū percipiendū ex ipsa dote stante statuto præfato: ergo sequitur, ꝙ tam dotē q̄ lucrū ex ea percipiendum, vr̄ dictus Baldasar refutasse, ex quo dictū statutū disponit, ꝙ sufficiat tacitus cōsensus ipsius mariti. Præterea facit illud, qđ habetur in l. j. §. magistrū. ff. de exerci. & in l. si filius. ff. ad maced. ¶ Et etiā pręmitto illud, qđ dr̄ in eodem instrumento, in quo dr̄, volentes prouidere saluti eorū animę, ēt dum sunt in bono statu, & ēt bonis tpalibus eorū prouidere, quo casu certū est, ꝙ ex proęmio colligitur mens condentis, aut disponentis, vt probat̄ in l. fi. ff. de hęre. instit. & in l. j. ff. ad maced. & vtrobique per Bar. in l. 1. C. de impo. lucra. descrip. li. 12. versi. a primordio tituli posterior formatur euen. & in l. regula. §. licet, vers. initium cōstitutionis demōstrat. & qđ ibi voluit Bar. & Bald. facit. l. Titia. §. idē rñdit. ff. de verb. obli. & l. item quia. §. idem Iuli. ff. de pac. & qđ habetur in l. j. ff. de ori. iur. & qđ voluit ibi Bal. & Pet. Anch. in l. cum hi. ff. de transa. & quod ibi voluit Bar. & Bal. & quod voluit Bart. in l. cum quid. ff. si cert. peta. & in l. demonstratio. ff. de condit. & demonst. & qđ voluit Bal. in ca. 2. requiris. de appell. & quod voluit glo. in l. j. ff. de iudic. & ibi Ange. ex hoc enim proęmio apparet ad oculū, ꝙ tota ista dispositio emanauit ad fauorē aīæ: ergo sequitur, ꝙ debet intelligi largè: vnde dixit gl. valde sing. in auth. sacramenta puberū. C. si aduer. vendi. ꝙ dispositio correctoria emanans ad fauorem aīę extenditur de proprio significato ad improprium. & ideo multū sapienter dixit Io. And. in c. j. de homi. lib. 6. ꝙ cōstitutio pœnalis loquens de principe non habet locū in principe maximi gradus, nisi emanasset in fauorem animæ, quo casu cōprehendit principem maximi gradus: & sic extenditur ad impropriū significatum. & adduco, qđ voluit glo. sing. in c. quanquā. de vsur. lib. 6. quę voluit, ꝙ cōstitutio pęnalis disponens fauore animæ, loquens in testamento, habet locum in donatione causa mortis. Ita dicamus in casu nostro; cum emanauerit ista dispositio fauore aīæ, sequitur, ꝙ cū voluerit, ꝙ dos transiret in dictū monasteriū, & quodcunq; ius cōpetens, & cōpetiturū dicto Baldasari marito, vr̄ voluisse, ꝙ transiret lucrū futurū dotis in ipsum monasteriū: & sic sicut voluit, ꝙ dicta sua vxor offerret dotē, ita & eodē modo ꝙ trāsiret lucrū dotis, maximè cōcurrente dispositione statuti, quo cauet̄, ꝙ vxor possit disponere de lucro debito ipsi viro super dote, ipso marito exprefsè, vel tacitè cōsentiente: & ex quo istud ius hēt spē fundatā de pręsenti, potuit refutari: q̄a iam erat contractum matrimonium, & statutum disponebat de lucro dotis: habebat ergo fundatam spem de præsenti ad lucrū dotis, ergo sequitur, ꝙ potuit illud separatū lucrū de pręsenti remittere dictæ suę vxori,

vxori, vt illud possset offerre. d.monasterio. vt pulchrè voluit Bart. in l.post emancipationē.§.j.ff.de lib.lega.& ēt probo istud incōuincibiliter: qa cum in dicto instrumēto dicatur, ꝙ pp salutē animæ ipsorum iugaliū, sequitur, ꝙ necessariò refertur ad illud lucrū debendū in futurum dicto Baldasari ex dispositione statuti,quo casu rō proœmialis cōplectitur omnem partem dispositionis; qa aliter non tenderet ad fauorem animæ ipsius Baldasaris.& sic stat firma conclusio, ꝙ dictus Baldasar voluit & disposuit, ꝙ dicta sua vxor offerret se,& suam dotē,& lucrum, qđ erat consecuturus ex dote. ¶ Præmitto etiam,ꝙ dr̄ in disto instrumento professionis, videlicet,ꝙ licet dicta oblatio facta sit; tñ dicti offerētes reseruauerunt sibi, & quilibet eorū reseruauit sibi dñium dictorum bonorū,solùm ad hunc finem, vt ipsa bona vendere possint pro ipsorum iugaliū libito voluntatis, & de ipsorum pretio disponere, prout voluerint,dictis fratrib.inscijs,& irrequisitis. ¶ Præsupponitur etiā in puncto, ꝙ dicta vxor nihil alienauit de dote, & de bonis suis,& mortua est: & sic illa exceptio reseruationis quoad ipsam Elisabetam nihil operatur,quo casu dos sua integra,& alia sua bona transiuerunt in ipsum monasteriū.Sed dictus Baldasar vendidit vili pretio,& minus dimidia iusti pretij,& in foro cōscientiæ fuit cōfessus nō habuisse nisi vigintiducatos, & comprehendi potest liquido & euidēter istud; qa fructus dictorū bonorum venditorū per ipsum Baldasarē ipse Baldasar habuit, & percepit,donec iuxta conuentiones ei satisfieret,quo casu apparet, ꝙ pretiū non soluit ille assertus emptor, & illa venditio vr̄ facta potius in fraudem, & fuit fictitia & simulata, quo casu non dr̄ esse venditio, nec nomen, nec effectū vēditionis vr̄ habere, iuxta illud, quod voluit gl.in c.admone. 33.q.2.quæ dicit, si re priueris &c. Modò illa exceptio,ꝙ possint vendere,intelligitur de vera vēditio-
16 ne,& non de simulata venditione: † qa appellatione venditionis intelligit̄ de vera venditione, & non de simulata venditione,istud probat̄ in l.si nō verū imo simulatū.C.de dona.inter virum & vxor.Et ad hoc adduco, qđ voluit Bal.in l.fi.§.in cōputatione. C.de iure delib.ad fi.vbi dicit,ꝙ instrumentū simulatum non dr̄ esse instrumentum; cum non faciat fidē simulatione probata:vnde licet superficialiter appareat esse instrumentū; tñ substantialiter & intellectualiter non est instrumentum:nec enim propriè dr̄,qđ abusiuè est, vt.ff.de suis & legi.l.itē prætor.& ideo dicit,ꝙ instrumentum dr̄,qđ est efficax: vt l.2.§.j.ff.quemadm.testa.ape.nam illud,qđ caret effectu, etiam nomine caret: vt l.cū precibus.C.de prob.Et facit,qđ voluit Bald.in l.fraus.ff.de legi. vbi dicit, & nota, ꝙ simulatus titulus non est titulus,& simulata traditio non præiudicat possessori.l.cū ea. C.de transa.l.sicut.§.superuacuū.ff.qui. mo.pig.vel hypo.sol.Et etiam dicit ibi Bald. ꝙ emancipatio, si diu stetit occulta,præsumitur simulata.l.filiæ meæ ægrę.ff.sol.ma.per Iac.de Aret.dicit etiam ibi Bald. ꝙ dr̄ fraus ex vna magna alienatione:vt l.omnes.§. Lucius.ff quæ in fraud.credit.& plus dixit Bal.in d. l.si non verum.ꝙ largo modo instrumentū simulatum dr̄ falsum. Et adduco, qđ sapienter dixit Ang. in l.nuper.C.de natura.li.vbi dicit, ꝙ si quis in articulo mortis ꝯhit matrimonium cum sua amasia, ad hoc vt legitimet filios, ꝙ talis legitimatio vr̄ facta in fraudem: quia tale matrimonium fit eo tpe, quo non est spes filiorū habendorū:ideo non præiudicat filijs primi matrimonij.facit,qđ habetur in d. l.filiæ meæ ægrę.Modò in proposito nostro,ista exceptio firmat regulā in casibus non exceptis:vt l.in his.ff.de leg.cap.in nostra.in vers. exceptis armis & equis.de sepul.& qđ ibi voluit do.Ant.facit l.j.ff.de reg.iu.& l.Lucius.§.si pluribus.ff.ad Treb. ideo exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, sed non ampliat exceptionem: vt voluit Bal.in l.j.C.de condi.indeb.Modo in proposito nostro,isti viuētes fecerunt illā exceptionē, ꝙ possint vēdere dicta bona, & de ipsorū pretio disponere, prout voluerint,
17 quo casu illud verbū pro pretio† adaptatur ad eam venditionē, quæ fit pro iusto pretio.ita dicit gl.valde elegans,in l.j.§.qui superficiē.ff.de superfic.& facit,qđ no.gl.& Bal.in l.cum dotē.C.de iure do. Bal. in l.per diuersas.C.mand.Bal. in l.j.& in l.cū inter. & in l.j.in 8.q.C.pro soc.& in l.ex cōuentione. C.de pac.facit l.fi.C.de prędi.cur.lib.10.sed in proposito nostro agitur ꝯ monasteriū sancti Augustini, & reseruauit sibi ille Baldasar pretiū venditionis dictorum bonorum,vt de illo disponat pro suo velle, sequitur,ꝙ intelligitur de vera venditione, & non de simulata,& de vero & canonico pretio,& nō de vili pretio,ꝙ non est dicendū pretiū:vt voluit gl.in d. §.qui superficiē.& sic nō intellexerunt de simulato titulo,& de simulato pretio, quo casu effectualiter intelligendo,non dr̄ venditio ista,sed dr̄ donatio:& sic facta fuit fraus de ꝯctu ad ꝯctum:quia cum non posset donare,finxit se vendere:vt voluit glos.in ca. plerique. 13.q.1.quæ dicit, ꝙ cū mulier non possit donare suo marito,fingit vendere,& facit fraudem de ꝯctu ad ꝯctum.l.si sponsus.§.circa.de dona.inter vir.& vxo.15.q.3.c.si sacerdotes.Ita formaliter accidit in casu nostro. ¶ Modo ex istis præsuppositis, vr̄ ista dubitatio verè decisa: primò quoad istud vltimū,ꝙ dicta asserta venditio simulata,& fraudolosa non preiudicat dicto monasterio: quia non potuit vēdere bona sua propria,ita simulatè,& pro pretio tam vilissimo,& ad hoc adduco elegantē tex.in c.j. §.fin.in tit.qualiter olim feu.po.alie.in vers.fraudulenter alienatio,vt dicatur venditio.in versi. sub vilissima pensione. vbi non dr̄ venditio, quæ fit sub vilissimo pretio,nec dr̄ locatio,quæ fit sub vilissima pensione. imo dr̄ esse fraudolosa venditio, & locatio: ergo nō potuit ille Baldasar sub pretio ita vilissimo vendere dicta bona in fraudē dicti monasterij, & dictæ suæ oblationis. Posset etiam adduci,qđ voluit in simili do.Pet.de Anch.in c.iudicāte. de testa.
18 vbi dicit, † ꝙ si relinquit aliquid ad pias causas generaliter,debetur id,qđ est melius,allegat l.Titia.§. Seia.ff.de aur.& argē.leg.& Bar.ibi dicentē,testator legauit ecclesiæ calicem, ꝙ debetur de argento, & non de plumbo,aut ęre:& si aliquis legauit planetam ecclesiæ, intelligit̄ de serico.& dicit ibi do. Pet. ꝙ si testator habebat scutellam de argēto, & aliam de peltro,& legauit ecclesiæ scutellā, ꝙ intelligit̄ de argento, secus dicit si legasset scutellam causæ non piæ;qa tunc veniret illa de peltro: & ideo dicit, ꝙ si Venetus legasset alicui cētum libras,intelligeret de marchetis,& non de libris grossorum,& cum dicto transeunt do.Abb.& do.Ioā.de Imo.ibidē.facit,qđ voluit Nicol.de Neapo.in d.§.Seia.imo dixit Bal.in l.nondū. C.de fur.ꝙ si testator legauit ecclesiæ calicem,ꝙ intelligitur de calice honorabili. & idē Bal. in proœmio decretaliū,dixit,ꝙ honor debetur Deo pp magnam suam gloriā, ad hoc allegat. d.l.Titia. §.Seia.vbi dr̄,ꝙ pp honorem Dei augetur interpretatio testamēti, & dicit illum textum esse valde notabilem. Modo in proposito nostro: cū isti fecerint oblationem Deo,& prefato monasterio sancti Augustini,& obtulerūt dotem,& illud, qđ quomodocunque & qualitercunq; eis competeret de præsenti,vel in futurum,vr̄,ꝙ pinguis sit fienda interpretatio, ꝙ videat̄ cōsensisse, ꝙ dicta Elisabeta sua vxor offerret illam suam dotem,plenam & integrā, & ꝙ ipse

ipse Baldasar nihil ex ea detraheret in futurũ:& sic ab eo tpe abdicauit a se illud futurũ lucrũ intuitu ecclesiæ:qa plenior & pinguior est fienda interpretatio ob fauorem ecclesiæ.Item facit:qa ex dicto instrumento professionis, seu obligationis habemus regulam, vt oĩa sint & spectent ad ipsum monasterium,saluo nisi vendiderint, & pro libito suę volun
19 tatis:† licet enim illa verba,pro libito suę volũtatis, importent voluntatẽ non regulatam a iure, vt probatur in c.ex parte.de consuet.in vers.pro libito voluntatis,& in c.dilectus.de sequestra.poss.& fruct.in versi.pro libito volũtatis.& facit,qđ voluit do. Abb. cõsiculus meus vtrobiq;. & qđ habetur in l.3.§.j.in versic.voluntas est potestas libera & absoluta. ff.de arbit.facit ca.de eulogijs.18.dist.c. Nicena sinodus. 31.dist.l.fideicommissa. §.quanquam.ff.de legat.3. quia ista verba, pro libito voluntatis, sapiunt hunc intellectũ, videlicet,ꝙ non sit opus, ꝙ ex necessitate vendat dicta bona oblata:vnde quilibet eorum potest bona oblata vendere pro sua voluntate: quia licet non haberent necessitatẽ vendendi, nihilominus possint vendere,sed nõ vendidit dña Elisabeta, ergo dos & bona sua remanent sub regula, vt sint oblata, collata,& translata in ipsum monasteriũ.& sic quoad dictã Elisabetam nulla est dubitatio,quò verò ad illum Baldasarẽ etiam nulla est dubitatio: quia ipse reuera non vendidit:qa nec interuenit verum,& cõgruens pretiũ,nec interuenit vera numeratio, quo casu illi misero emptori possit adduci illud,quod Stephano Papę venit in ore. 12.q.2.c.qui Christi pecunias & ecclesiæ aufert,fraudat, aut surripit,vt homicida in conspectu iudicis deputabitur: & sic apud tribunal Iesu Christi stabit vt homicida, iuxta illud, qđ magnanimus dixit Apostolus, vnusquisque,inquit, stabit coram Iesu Christo cum eo, quod gessit in corpore: & per ꝯñs non est fauendũ dolo, & fraudi suæ ꝯ ecclesiam sanctam ipsius Dei: stabimus ergo in regula oblationis, vt nõ possit rescindi,nisi per vẽditionẽ, & de pretio disponere pro sua voluntate:sed non vendidit realiter & effectualiter, ergo fraus non debet sibi opitulari, vt voluit tex.in c.ex tenore.& in c.sedes, de rescript. & ex istis concludo in illis duobus dubijs:primò,ꝙ ex cõsensu dicti Baldasaris præfata Elisabeta vxor eius transtulit dotem, & lucrum inde percipiendũ a marito suo,& sic maritus abdicauit a se illud lucrũ,& translatum fuit in ipsum monasterium, vnà cũ bonis ipsius Elisabetę. Secũdò,ꝙ nõ obstãte illa simulata & ficta vẽditione illius Baldasaris, oĩa sua bona trãslata,& acquisita sunt monasterio magni doctoris Augustini.¶Et etiam est summopere aduertendũ,ꝙ si ponderentur diligẽter verba instrumenti venditio-
20 nis,apparet ad oculum, ꝙ fuit simulata † venditio: primò vendidit oĩa bona sua,& aliena, quæ fuerũt dictæ suæ vxoris,& quæ fuerunt dicti Gerardi nepotis sui,quo casu est pręsumptio fraudis: & etiam ex verbis ipsius ꝯctus apparet,ꝙ nullum pretium recepit:sed duntaxat confitetur recepisse pretium:quia nõ est verisimile, ꝙ emptor soluisset pretium verũ: & ꝙ duntaxat cõsensisset, ꝙ ille cõfiteret̃ recepisse, argu.l.cum de indebito.ff.de proba. & c.super hoc. de renun. eoq; magis in pretio tã magno mille ducentorum florenorũ: vnde illud, quod non est verisimile,est quędam falsitatis imago, vt probatur in l. milites.§.oportet.C.de quęsti.voluit Bal. in l.j.C.de ser.fug. sermones enim hominũ debẽt adaptari rebus sensatis,& verisimilibus.ita dixit Bal.in rubrica. C.de probat. ad hoc allegat Auer.& Aristo. probat̃ in l.si ita qs.ff.de euic.in vers.ꝙ nemo sanus diceret. voluit Bald. in c.afferte. de pręsumpt. & in tractatu scismatis quẽ posuit in rub.C.si quis aliquem testa.

prohi.idem voluit in l.fi.C.de edic.diui Adri.Ita dicamus in proposito,ꝙ nõ est verisimile,ꝙ si verum pretium recepisset, ꝙ in instrumento nõ fuisset expressum,qualiter in pecunia aurea,vel argentea coram notario & testibus numerata recepisset;& ideo arguitur simulata venditio. Itẽ apparet ẽt ex verbis appositis in instrumẽto: qa apponuntur quędã verba insolita,quę nõ consueuerunt apponi in instrumento venditionis,quo casu apparet de simulatione,vt dixit gl.sing.in l.si qs sub cõditione.ff. de cõdi. insti.& multofortius etiã appareret de fraude, si dictus Baldasar stetisset in possessione dictorũ bonorũ,& percepisse fructus ex eis: qa tũc eodem modo pręsumeret̃ fraudolosa venditio,arg.eius, qđ habet̃ in l.sicut.§.superuacuũ.ff.qui.mo. pig.vel hypo.sol. & l.post ꝯctum.ff.de donat.& qđ scribit̃ per docentes in c.illo vos.de pign.& in c.ad nostram.de emp. & vendi.& Bart.consilio incip.Factũ est tale,Petrus Nicol.& quod voluit idem Bart.consi. 126.Ioan.de Imo.consi.56.& cõsil.136.D.consiculus meus Abb. consi.107.& Lud.Ro.consi.c.incipiente, Super eo. & Bar.consi.179.incip.Viso libello.& ex istis cõcludo,dictã venditionem in nullo afferre pręiudicium monasterio magni Augustini. ¶Capio modò aliã dubitationẽ, iste Baldasar tutor confitetur se inuenisse bona descripta inuentario,fuisse,& esse pro dimidia dicti pupilli, vtrũ talis confessio facta coram iudice in dicto inuentario præiudicet dicto Baldasari,& faciat fidem ꝯ eũ. Dico ꝙ sic, & hoc decidit tex.in l.tutor, qui repertorium.ff.de admin.tut.vbi vř,ꝙ tutor debet scribere se inuenisse in bonis pupilli.secundùm ꝙ gl.intelligit in l.tutores. C.de admi. tut.& voluit ibi Bar.referens non bene dixisse Spec. in tit.de instru.edit.§.edicto.vbi dicit, talis tutor dixit, & asseruit in bonis dicti pupilli talem rem &c. quia secundùm istam formã non dicit se inuenisse, sed dicit esse,ꝙ potest intelligi etiam de re existente apud alium,cuius habemus petitionem: vt l.rem in bonis.ff.de acq.re.do.& sic ex hoc inuentario tutor non posset conueniri ad reassignandũ rẽ,cũ eam se
21 inuenisse non asserat.& sic Bart. concludit † ꝙ vbicunq; tutor asserit se inuenisse in hęreditate delata pupillo, & in bonis pupilli talem & talem rem &c. ex illa cõfessione potest conueniri ad consignandã dictã rem.Modò in casu nostro ex tenore inuentarij dř, ꝙ dictus tutor dixit se inuenisse infrascripta bona pro indiuiso esse ipsius pupilli, & ipsius Baldasaris tutoris:ergo sequitur, ꝙ ex tali cõfessione potest cõpelli ad reassignandum dicta bona: & per consequens nõ indigemus alia probatione iuxta illud,qđ scribitur in passione Dñica, nosipsi ex ore eius audiuimus.c.per tuas.de probat.l.generaliter.C. de non nu.pe.non enim est dare clariorem probationẽ ea, quę resultat proprio ore: vt l.j.C.de cõfes. c.fi.eo.ti.
22 & ideo tex.valde elegans in l.fi.C.arbit.tut.dicit † ꝙ cõfessio tutoris facta in inuentario adeo pręiudicat tutori,vt non admittatur probatio in ꝯrium:& maximè cum dicta confessio videatur facta quasi in iudicio,ex quo est facta coram iudice,& plus cõsuluit subtilissimus doctor do.Ricar.de Saly. quem refert Bald.in d.l.fi.C.arbit.tut. ꝙ non põt probari ꝯrium per testes:quia inuentariũ celebratur in scriptis: vt d.l.tutor qui repertoriũ. & d.l.fin. ergo nõ põt probari contrarium per testes: vt l.testĩu.C.de test. ergo sequitur, ꝙ ista cõfessio tutoris facta coram iudice habetur, ac si facta fuisset in iudicio, vt est dictum: ergo sequitur, ꝙ stabitur huic confessioni intantum, ꝙ non potest probari contrarium. & ad hoc facit quod habetur in l.cum precum. C.de lib.cau. vbi cõtenta in libello probant contra libellantem; quia illd videt̃ asserere & profiteri, & tex.in l.2.C.de

insti.& substitu.& quod voluit ibi Cynus & Baldus, dñs Card.in cap. examinata.de iudi.& qđ sapienter in simili voluit Ioannes Andr. in capit.fi.de iureiurando.libr.6.vbi dicit, ꝙ quis videtur fateri omnia, quę cōtinentur in rescripto a se impetrato,& quod voluit Inno.in c.cum venerabilis. de except.& in c. cum olim.de censi.vbi dicit,ꝙ quis vr̄ confiteri omnia,quę continentur in sua exceptione,& qđ voluit Bal.in l.post legatū.ff.de his qui. vt indig. & Bal.in l. alia.C.eo.& Bal.in l.scripturę.C.de fide instru.facit, qđ voluit Bar.in l.j.ff.de his quæ pę. no.& in l.certū. §.si quis absente.ff.de confess.& qđ voluit idem Bal. in l.2.C.de erro.aduoc.& quod voluit glo.vald.sing. in l.rura.C.de omni agr.deser. lib.11.& text. in c.cū super abbatia.de offi.deleg.& facit tex.in l.Gallus.§. quidā rectè.vers.ex verbis concipi.ff.de lib. & posth. & quod ibi voluit Bal.vbi allegat glos.in d.l.rura. & adduco,qđ voluit Lud.Rom.in consi. 22.incipiēte. Nescio quid dubitationis . cum ergo in proposito nostro dictus Baldasar tutor faciens inuentarium dicat se inuenisse prefata bona cōia pro indiuiso dicti pupilli,& ipsius Baldasaris, sequitur,ꝙ stabimus tali confessioni in pręiudicium ipsius tutoris,& (qđ plus est)non admittetur probatio in contrarium.& ita concludo.¶Capio aliam dubitationē,videlicet, vtrū confessio facta per dictū Baldasarem in eius testamēto,in quo pro manifestatione veritatis, & exoneratione suę conscientiæ dixit & cōfessus fuit, se habuisse a dicta dña Elisabeta sua vxore plura bona immobilia, vtrū talis cōfessio teneat, & pręiudicet dicto Baldasari,attento maximè iuramento,per eum præstito,& præsentia vxoris acceptantis, & re-
23 cipiētis.Et mihi vr̄ de iure dicendū, ꝙ † pręiudicet, & adduco,qđ voluit Bar. in l.cum quis decedens.§. Titia.ff.de leg.3.vbi dicit, testator in suo testamēto confitetur se habuisse ab vxore sua,& iurauit,[decidit,ꝙ si maritus est mortuus, tunc cū donatio inter virū & vxorem,per mortē cōfirmetur, hęres mariti non poterit reuocare talem confessionē, & tūc habebit locū dispositio dictæ.l.cū quis decedens.§.codicillis.iste est casus noster formalis:qa licet ista cōfessio potuisset reuocari a dicto Baldasare viuente; tñ ex quo mortuus est,nō potest reuocari a suo hærede, & sic ab habēte causam ab eo.facit, qđ voluit Bar.in l.j.C.de dona.ante nup.& in l.si creditoris.C. de fideicom.Bar.in l.si constante.ff.solu.mat.& in l. Aurelius.§.quidam ita.ff.de lib.leg. & ff.de verbor. obli.l.diuortio.& quod plenè volunt ibi moderni: sed vnum est,quod obstat casui nostro: quia doctrina Bart. procedit eo casu, quo maritus præmoritur suæ vxori.Ita vr̄ procedere illa doctrina Bart.Sed eo casu , quo premoritur vxor marito,tunc erit secus, per id,quod habetur in l.cū hic status.§.ꝙ si ambo. ff.de dona.inter virum & vxorem.& plus dixit Cyn. in l.j.C.de sacrosanctis ecclesijs.ad fin. ꝙ talis cōfessio receptæ dotis inter virū & vxorem emanans iuramento non firmatur & ita voluit Bart.in §.Titia, preallegato. Et voluit Baldus in lectura antiqua in dicta l.si creditoris . Cum ergo in proposito nostro iste maritus prædecesserit, ergo illa donatio inducta ex confessione mariti nō confirmat̄ iuramēto; & istud vr̄ obstare huic dubitationi.¶Sed si quispiā
24 dixerit,† Amice, donatio inter virū & vxorem confirmatur iuramento: vt voluit Bal. in l.Seius & Augerius.ff.ad legem Falc.& in l.si quis pro eo.ff.de fideiuss.Bal.in l.cū multæ.C.de dona. ante nup. & in l.si quis inquilinos.§.fi. ff.de leg.j.& in l.j.ff.de don. inter virum & vxo.& idem consuluit Feder.de Sen. consi.143.& idem voluit Gul.de Cun.in l.sed si possessori.§.item iuraueto.ff.de iureiuran. & idem voluit do.Ant.in commento. c.cum contingat.de iureiurando. & idem voluit Lud.Ro.in consil. 403.& licet Bart.aliter dixerit in l.j.ff.de dona. inter virū & vxorem.& Ang.in d.l.si quis pro eo.& plenè per Io. de Imo.in repetitione. c.cū contingat.de iureiurando.vbi refert opiniones,& tenet hanc partem, ꝙ firmatur iuramento.Et etiam obligatur iurans ad obseruantiam iuramenti.Modò non obstat,qđ voluit Cyn. in d.l.j.C.de sacrosanct.eccl.& Bart. in dicto §. Titia.& Ludo.in d.suo consil.43.vbi etiam dixit, ꝙ cōis opi. est, ꝙ confirmetur iuramento donatio inter virum & vxorem.sed dicit,ꝙ illud habet locum, quando propriè fit donatio inter virum & vxorem. & firmatur iuramento,vt iurans teneatur obseruare iuramentum, sed non habet locum, quando est impropria donatio: vt in casu Cy.& Bar.ad hoc posset responderi, vt bellissimè dicit dñs meus Ioan.de Imo.in repetitione.d.c.cum contingat. in versi.circa tertium , an donatio inter virū & vxorem firmetur iuramento.in versic.attende tñ, ꝙ posset attentari,ꝙ inquantum Bart. dicit, ꝙ iuramentum assertoriū non operatur, vbi posset esse suscipio fraudis, seu ꝙ in fraudem iuris sit prestitum: vt d.§.Titia,qa illud procedit,qñ persona esset omnino incapax,ita ꝙ non posset ēt sibi cum iuramento aliquid quęri, secus qñ non est omnino incapax,& isto casu videt̄ standum iuramento testatoris,ne redarguamus ipsum de periurio in dubio,arg.l.sancimus.C.ad legē Iulia.repet. dicit tñ esse istud cū aliquali dubitatione; tñ hanc partem sequitur ibi Ioan.de Imol.ecce qualiter indiuiduo determinat dubitationem nostram:quia licet Bar.& Cy.in d.l.j.& in d.§.Titia. & Lud.Roma.in d.suo consil.43.dicant, ꝙ illa iura & illa doctrina,ꝙ donatio inter virū & vxorem firmet̄ iuramento, procedat in iuramēto promissorio; nō tñ in iuramento assertorio, vt est casus noster; quia iste Baldasar asseruit cum iuramento illam suam vxorem dedisse eidem dicta descripta in dicto testamento;tñ ꝙ non agatur de fraude alicuius, & vxor non sit omnino incapax, per tale iuramētum vr̄ affirmari veritas rei gestæ; cum vxor non sit omnino incapax, & non debemus pręsumere virum fuisse periurum.& facit,quia iuramentum operatur effectū,vt actus valeat eo modo,quo valere pōt: vt no. in l.cum pater.§.filius matrem. ff.de legat.2.& c.ex rescrip. de iureiuran.& ideo firmabitur actus iuramento,etiam in casu, quo loquitur Bar. in d.l.cum quis decedens. §.Titia. ff. de legatis 3.& per consequens pręiudicauit marito , ipsa vxore præsente & acceptante : & sic stat conclusio, ꝙ dicta confessio iurata pręiudicauit marito , vt sapienter decidit Ioann.de Imo.

EPITOME.

¶Testamētū,cui clausula codicillaris aptata est a tabulario, posthumi a testatore insperati agnatione ita rumpitur in totum , vt nihil ex eo deberi possit,minusq; instituto vt fideicōmissaria hæreditas a posthumo restituenda sit,eo magis ꝙ cōtraria voluntate & perfecta testator a priore recessit.

SVMMARIVM.

Clausula codicillaris testamento a notario inserta nihil operatur, eius vires inscio testatore. nume. 1.cum in testamento non notarij, sed voluntas testantis spectanda sit.nu.2.vnde ex clausula codic.non inducitur scientia in genere de posthumo futuro.nume.7.neque eius aliquis effectus est agnatione posthumi rupto testamento.nu.8.Ideoque claus.codicil. non inducit grauamen posthumo agnoscenti. nume.9.& quare, nume.10.an autem eius virtute restitutio hæreditatis petatur, disputandum.nu.11.

Actum

Actum fieri nullum, & cassari, paria sunt. nu. 13.
Institutio reuocatur, si uoluntate testatoris destituitur. num. 15.
ex cuius defectu testamentum ad causam intestati deducitur. numero 16.
l. sancimus. C. de testam. explic. nu. 18.

CONSILIVM LX.

INstitutum consulendi campum aggredior, & videtur mihi de iure dicendum, ꝙ clausula codicillaris apposita in dicto testamento non operetur fideicommissum. Et præmitto pro fundamento potissimo illud, quod Bart. nostro venit in ore. in
1 l. 1. in 6. q. ff. de iure codicil. vbi dixit,† ꝙ clausula codicillaris ponitur hodie in testamentis per notarios absque quòd testator deliberet, quid importet, & sic videtur sentire, quòd nō importat effectum, ad quē de iure talis clausula destinatur. Et adduco, quod voluit Bald. in l. quoties. C. de hære. insti. vbi dixit, ꝙ testator instituit Titium filium hæredem suum vniuersalem, & fratri suo legauit mille, & ecclesiā quandam instituit in quinque libris, modò hæres vniuersalis abstinuit ab hæreditate, fuit dubitatum, cui accrescat hæreditas, decidit Bar. quòd legatario in mille, & non ecclesiæ: quia magis videtur dilexisse testator fratrem, cui legauit mille, quàm ecclesiam, quā honorauit in quinque: & si dicatur ecclesia fuit instituta, dicit ibi Bald. quòd potius videtur factum ab ipso notario, quàm ex voluntate testatoris: & sic sentit, quòd ex stylo notarij fuit instituta, sed non ex voluntate testantis. Et adduco, quod voluit dominus Antonius. in c. cum contingat. de iureiurand. vbi dixit, quòd licet notarius in instrumento refutationis apponat illa verba, refutauit omne ius suum, licet enormiter & enomissimè, etiam si maxima læsione læderetur, quòd nihilominus si enormissimè lædit, potest restitutionem petere; quia illa verba vidētur potius apposita ab ipso notario, quàm a parte refutante, & dicit se ita tenere. & idem sequitur consiculus meus Abb. ibi. Et facit, quod voluit idem domi. Anto. in repetitione cap. Quintauallis. de iureiurādo, vbi dat similem doctrinam, quando compromittitur in arbitrum, & datur sibi potestas lædendi in magna, maiori, & maxima & enormissima læsione, vt videantur illa verba prolata potius ex stylo notarij, & ex quadam confidentia, quàm vt compromittens velit ita enormissimè lædi. Et eodem modo dicemus in clausula codicillari apposita ab ipso notario: quia non ponitur de mente ipsius testātis, nec deliberat testator, quid importēt illa verba, ergo nō videtur fienda tanta vis in hac clausula, cum apposita fuerit extra omnem deliberationē testatoris, ma-
2 ximè in testamentis,† in quibus debet attendi volūtas ipsius testantis: vt l. ex facto. in versic. facit quidē totum voluntas ipsius testantis. ff. de hære. insti. & l. 4. versi. quia testator voluit. C. de necess. ser. & in l. in conditionibus. & l. pater Seuerinam. §. conditionū verba. ff. de conditio. & demonst. Cum ergo non appareat testatorem deliberasse quid importet dicta clausula codicillaris, ergo nihil operabitur: maximè quia testator iste intendebat testari & non codicillari. ¶ Secūdò præmitto: quia licet dicatur, quòd
3 illud operatur scientia in genere † quod operatur scientia in specie, vt est casus elegans & singularis in l. qui iure militari. ff. de testa. milit. & ibi illud voluit Ang. qui idem voluit in l. tres fratres. ff. de pact. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verborum obl. & in l. si vt certi. C. de testa. mili. & in auth. ex causa. C. de lib. præter. & in l. filio præterito. ff. de iniusto testamē to. & in l. manifestissimi. §. si autem nescius, vel dubitans. C. de fur. & in suo consi. 106. & quod voluit Pet. Cy. Bar. & alij in l. sub prætextu. C. de transac. & ad hoc allegant illam legem, qui iure militari: quia istud procedit, quando scientia in genere oriri & nasci potest, & ex coniecturis comprehendere possumus testatorem habuisse scientiam in genere, vel ex verbis ab eo prolatis. ideo dixit Ang. in d. l. tres fra
4 tres.† quòd præsumitur scientia in genere propter generalitatem verborum, nisi per coniecturas probaretur contrarium, quæ operantur liquidæ probationes: vt l. imperator. ff. de legatis 1. & l. si tutor. C. de peric. tu. est autem euidens cōiectura, si dixerint trāsigentes tempore transactionis, generaliter transigimus: quia inter nos non est, nec esse potest controuersia, nisi de talibus rebus, & sic habetur scientia in genere: & sic non habet locum. dicta l. qui iure. & ideo Angel. in dicta l. si vt certi. C. de testamen. milita. dicit, quòd miles in casu dicta l. qui iure. Habebat animum prætereundi omnem filium nasciturum: ideo dicitur haberi notitia in genere. & ideo idem Ang. in dicta auth. ex causa. dicit, quòd quādo testator suum animum applicauit, quòd nec filium haberet, nec susceptūrus esset, & sic tam in posthumo, quàm in iam nato: & tunc aut testator erat in proposito saltem in confuso omnem filium præterire, quem haberet, vel habiturus esset, & constat, & tunc illud operatur talis præteritio, quod operatur præteritio a sciente facta, text. dicit esse sing. in d. l. q iure. & sic Ang. aperto ore dicit, quòd cōstare debet de ista scientia in genere. & istud sequitur Lud. Ro-
5 ma. in dicta l. si vt certi. vbi dicit† quòd cautela est ad hoc, vt quietatio & absolutio extendatur ad ignorata, quòd dicat, quòd remittit omne ius, & facit generalem quietationem, quæ extendatur etiam ad id, quod per partem ignoratur, si hoc reperiri posset ad hoc, vt dicatur habuisse notitiam in genere, licet nō in specie: & ad hoc allegat Ange. in dicta l. qui Romæ. §. duo fratres. & in d. l. tres fratres. & sic expresse sentit esse opus, quòd ex verbis expressis in dispositione appareat de scientia in genere. & adduco, qđ voluit idem Ang. in dicta l. qui Romæ. vbi summat illum text. natiuitate posthumi non rumpitur testamētum militis, qui animo destinauit, vt nullus nasciturus ei hæres sit, & subdit ibi Ange. quòd ignorans ius suum in specie liberare potest debitorem, si hoc agitur, vt liberatio etiam ad ignorata porrigatur, & sic Ang. vult, quòd hoc agatur; vt extēdatur ad ignorata, & per ista stat firma doctrina, quòd tunc dicitur renuntiatum esse iu. in genere, quando nasci potest. & hoc agitur, & ex coniecturis illud comprehendi potest: & formaliter hoc decidit text. d. l. qui Ro-
6 mæ. inquantum dicit, & sic animi fuit, † & clarum est, ꝙ animus est declarandus, vt habetur in l. potuit. C. de iure delibe. & in l. gerit. ff. de acquirenda hære. & l. Fulcinius. §. quid sit latitare. in versi. hic animus. ff. ex quibus cau. in poss. ea. l. cū proponas. C. de bo. aucto. iudi. poss. aliter enim nos non possumus iudicare de animo, qui est notus soli Deo, iuxta illud, qđ scribitur in Apocalipsi, Ego sum scrutās renes, & corda. facit, quod habetur in c. statutum. §. assessorē. de rescript. lib. 6. & instit. de actio. §. aliæ. Stat ergo veritas, ꝙ ex verbis ipsius testātis debet apparere de animo suo, vt voluerit comprehendere posthumum nasciturum ex vxore, quæ non erat sua vxor tunc tēporis, & sic ex verbis eius debet coniecturari mentē eius, iuxta illud philosophi in 2. Metaph. accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum, ꝙ quid est, voluit Bal. in l. non nudis. C. de proba. & in l. 1. ff. de re. diui. & adduco Ang. in d. suo cōsi. 106. inci. Ista quæstio habet principaliter duo puncta, vbi in tertio dubio illius consilij dicit, si apparere potest p indicia,

indicia, ꝙ testator voluerit cum eodem testamento decedere, puta quia dixit, iam feci tale testamētum: quod volo valere, vel alia verba æquipollentia protulit, & sic de hoc apparet, ꝙ in genere de posthumo cogitauit, opus est probare illam scientiam in genere. Modo in casu nostro non apparet, nec apparere potest, nec etiam cōiecturare possumus, quòd testator iste cogitauerit in genere de posthumo nascituro ex ea muliere, quam nesciebat sibi futuram vxorē: instituit enim vētrem ex vxore, quam habebat: vnde non potest cadere ista institutio, nec ista cogitatio ad posthumum nasciturum ex vxore, quam in futurū esset accepturus: quia, vt dixit philosophorū princeps Aristoteles in secūdo de anima, actus actiuorum sunt in patiente bene disposito, nec mens, nec verba testatoris ad hoc adaptari possunt: quia opus esset, quòd testator considerasset mortem vxoris, quam tunc habebat: quo casu non est consideranda aduersa fortuna: vt l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verborum obligat. quinimo vera præsumptio est, quòd sicut fecit de posthumo nascituro ex ventre suæ vxoris viuentis tempore testamenti, quòd eodem modo fecisset de posthumo nascituro ex futura vxore: quia præteriti ratio scire futura facit, vt præclarus dixit poeta. & c. semel. de regu. iur. lib. 6. sicut ergo non grauauit posthumum nasciturum ex vxore, quam tunc habebat, eodem modo est præsumendum, quòd non grauasset posthumum nasciturum ex futura vxore: quia vbi non est dare rationē diuersitatis, expressi & taciti eadem est ratio: vt l. cū quid. ff. si certum peta. & etiam quia vt voluit Arist. & magnus dixit Auer. experimentum verorum sermonum est, vt concordent rebus sensatis, & intellectu fruentibus, refert & sequitur Bald. in rubrica. C. de proba. & in l. testium. C. de testi. & in l. 1. C. de ser. fugi. & in l. fi. C. de edic. di. & in tractatu scismatis. & in c. afferte. de pręsumptio. & probat in l. si ita quis. ff. de euic. in versi. quod nemo sanus diceret. Modò in proposito nostro, quis sanę mentis diceret, quòd testator instituit posthumum nasciturum ex vxore viuente, & non grauauit eum de restituendo, quòd si instituisset alium posthumum nasciturum ex futura vxore, quòd illum grauasset de restituēdo? pro certo istud non est verisimile: ideo illud, quod non est verisimile, est quædam falsitatis imago. l. milites. §. oportet. C. de quæsti. l. si est verisimile, quod metus causa. cum sim. Et pro certo videtur mihi calumnia non mediocris dicere, quòd testator in genere cogitauerit de grauādo posthumum ex insperata vxore, quæ adhuc non erat: vt in simili dixit Barto. in l. Lucius. la 2. ff. de hære. insti. ꝙ testator non præsumitur habere affectionem ad eum, qui adhuc non est in rerum natura. ¶ Ex istis præsuppositis tanquam ex potissimo fundamento, dico hanc quęstionem fore decisam per glo. relatam ad text. in l. 1. C. de codicil. quæ decidit, quòd si in testamēto est apposita clausula codicillaris, si non valet, vel valebit &c. quòd si testamentum rumpitur agnatione posthumi, quem testator ignorauit, licet posthumus nascatur viuo testatore, & tanto tempore superuiuat, quòd habebat plenissimam potestatem faciendi nouum testamentum, tamen illa clausula iam rupta, vel a principio nulla propter illam præteritionem, ita ignoranter factam, nullas vires reassumit ex simplici scientia testatoris: sed est necesse, ꝙ nouo iudicio cōfirmetur.

7 & sic apparet † ꝙ per clausulā codicillarem non dicitur testator habuisse scientiam in genere de posthumo futuro: vnde Angel. multum scienter in d. l. 1. dicit, tene fixum menti; quia habui de facto in vrbe Veteri: & maxima fuit controuersia, & tamen ita fuit determinatum per collegium Perusinum: sed illa gloss. adhuc non fuit per aliquem allegata, pro qua dicit optimè facere. l. 1. §. 1. & §. si quis. ff. de leg. 3. & sic gloss. & Angel. ponunt gladium ad radicē huius dubitationis. & sic cōcludit expresè Ang. ꝙ non inducitur scientia in genere ꝑ clausulā codicillarem, & mirum est, ꝙ Ang. in d. l. qui iure. ff. de testa. mi. dicat, collegium Perusinum consuluisse, & tamē de glo. d. l. j. nullam facit mentionem Ang. ibi, vbi etiam dicit per illam l. probari expresè, quòd si testator præterit posthumū ignoranter, ꝙ natiuitate posthumi rumpitur testamentum, & licet testator superuiuat magno tempore, & ipsum non mutet, tamen non conseruatur ex clausula codicillari, quæ nō operatur pręterito posthumo per ignorantem, allegat Bart. in l. j. in 6. q. ff. de iure codicil. oportet ergo, ꝙ testator superuiuens saltem corā quinque testibus declaret, se velle cum eadē voluntate decedere, sicut contingit in milite, qui præterijt posthumum ignoranter, & eo viuo est natus posthumus, & eius natiuitate est ruptum testamentum: vt l. si vt certi. & l. si cum vel in vtero. C. de testa. milit. quia non reconualescit ex sola natiuitate, nisi miles voluntatem suā exprimat nouiter: casum dicit esse ibi, in principio illius. l. & refert ita consuluisse collegiū Perusinum: sed illam legem ad hoc non allegasse. & sic Angel. in indiuiduo tenet istā opi. ꝙ propter clausulā codicillarē non inducitur scientia in genere de posthumo nascituro. Et adduco, quod voluit idem Angel. in consilio allegato superius, in secundo du-

8 bio illius consilij: vbi consuluit † ꝙ clausula codicillaris nihil operaī rupto testamento agnatione posthumi, de quo testator nō cogitauit, sicut nec habet locum, auth. ex causa, non enim inquit ibi Ang. est verisimile testatorē voluisse filios suos priuare successione, si eos cogitasset se habiturū. & ideo omnia, quæ testator verisimiliter non reliquisset, nec dispo suisset, si sciuisset, sibi filios nasciturōs, sunt irrita; allegat. l. militis codicillis. §. j. ff. de testam. mil. & l. Titius. in princ. ff. de liber. & posthu. & l. si vt certi. & l. si cum vel in vtero. C. de testa. mili. & allegat. l. pen. in princ. & §. fi. ff. de iure codic. & l. cum accutissimi. C. de fideicom. l. generaliter. §. cum autē. C. de instit. & substi. sub condi. factis. & adduco eundē Angel. in d. auth. ex causa. vbi dicit, ꝙ quando testator ignorat se filium habiturum, non certitudinarie ad hoc applicat animum suū, sed dubitat, an filius sit sibi nasciturus, vel non, & postea nascitur, decidit opinionem Bart. nō esse verā: ideo debentur legata & fideicommissa; quia ex quo testator ita erat in dubio, debuit prouidere. ¶ Nec obstat, quòd dubitans æquiparaī ignoranti: vt l. manifestissimi. §. sin autē nescius. C. de fur. quia casus est diuersus ab isto, & de hoc dicit esse glo. ordinariam in l. vxori ff. de manu. testa. dicit etiam, quòd si testator suum animum applicabat, ꝙ non esset suscepturus filium, & tunc aut testator erat in proposito, saltē in cōfuso, omnē filium præterire, quem haberet, vel habiturus esset, & de hoc constat: tunc illud idem operaī talis præteritio facta a sciente, ad hoc allegat d. l. qui iure. & dicit, ꝙ regulariter legata non debentur, nec institutio tenet, etiam si esset miles, allegat. d. l. si vt certi. & d. l. si cum vel in vtero. sed si præteritio fit ab ignorante, sequitur opin. Bart. quia nihil debetur ex illo testamento. ita dicit ibi Ange. Cum ergo non constet in casu nostro, quod testator habuerit notitiam in genere de posthumo nascituro, ex incogitata vxore, sequitur, ꝙ illa clausula codicillaris nihil operaī & per consequens non operatur scientiam in genere. & adduco quod voluit idem Ang. in l. tale pactū. §. fin. ff. de pactis, vbi refert per illum text. Barto. fundare intentionē, ꝙ legata relicta a patre prætereūte filium

filium ignoranter, non conseruantur per authen. ex causa. cuius opi. dicit sibi placere cum distinctione, vt quando non est verisimile ipsum talia legata relicturum. l. pe. ff. de iure codicil. l. fi. ff. de hære. insti. vel si constat, ꝙ intendebat filium præterire, vel posthumum, etiã si sciuisset filium habere, vel habiturum: vt d. l. qui iure. vbi non constat, an sit vera opin. Bar. allegat. d. l. si vt certi. & d. l. si cum vel in vtero. & sic Ange. formaliter ibi decidit, ꝙ clausula codicillaris
9 non operatur scientiam in genere, & sic † non inducit grauamen, vt videatur de restituendo grauatus. Et adduco, quod voluit idem Ange. in auth. vt cum de app. cogn. §. aliud quoq; capitulum. in finalibus verbis. vbi dicit, ꝙ si testator præterijt posthumum scienter, & apposuit clausulam codicillarem: quia dixit, si non valet, vel valebit, ꝙ tunc vigore clausulę codicillaris tenetur restituere hæreditatem instituto, & sic tunc clausula codicillaris operatur fideicõmissum, quando scienter testator præterijt posthumum. & sic vult Ang. ibi expresè, ꝙ per clausulam codicillarem non inducitur scientia de posthumo nascituro in genere. & idem etiam voluit idem Angel. in l. 1. ff. de iure codicil. & in l. idemq;. ff. de testa. milit. & facit, quod ipse voluit, in l. cum alienam. C. de lega. & sic in tot locis Ang. consulendo & allegando tenuit hanc partem, ergo satis deliberatè ita tenuit, ar. l. diui fratres. ff. de iure patron. Scđò ego adduco rõnem inconuincibilem hoc modo, sicut inserit cł̃a codicillaris per testatorem paganum, si nõ valet, vel valebit, ita & in testamento militis. l. 3. ff. de testa. milit. sed in testamento militis apposita dicta clausula non extẽditur ad casum, quo nascitur posthumus, de quo testator cogitauit: vt d. l. si vt certi. & d. l. si cum vel in vtero. ergo ita erit in testamento pagani: & sic clausula codicillaris non inducit scientiã in genere. Tertiò facit, si de quo minus videtur inesse, & tamen inest, ergo fortius & de quo magis. cap. cum in cunctis. de elec. & ibi, in glo. sunt concor. sed multo minus videtur inesse, ꝙ donatio iam perfecta reuocetur propter natiuitatem filii, vt est casus singularis, in l. si vnquam. C. de reuoc. donat. ergo fortius reuocabitur legatum, fideicommissum, & similia, argu. auth. multomais. C. de sacrosanctis eccle. Quartò facit. l. ex facto. ff. de vulgari & pupillari. vbi dicit, ꝙ non est verisimile principem, vel testatorẽ de hoc casu cogitasse, nisi voluerit nascituros hæreditate priuare, quòd non est dicendum; quia voto parentum congruit filio omnia parari. l. scripto. ff. vnde lib. l. nihil. §. facilior. ff. de bon. lib. l. 3. C. de inof. testa. l. contra voluntatem. in versi. iura pietatis violare. C. de testa. manu. l. si debitorem. & l. patrem. ff. quæ in frau. credito. l. in testamento. ff. de fideicommiss. lib. l. nec in ea. §. fi. ff. de adulte. l. diuus. ff. de parrici. & quod scribitur apud Virg. in primo Eneidos. Omnis in Ascanio chari stat cura parentis. & tertio regum. c. 3. commota, inquit, sunt viscera mea. c. afferte. de præsumpt. & quod voluit Cynus in l. ꝑpter insidias. C. qui accu. non poss. vbi commemorat Dauid regem planxisse Absolonem filium tribus diebus. facit. l. isti quidem. ff. quod metus causa. & quod voluit philosophorũ facile princeps Arist. in 8. Ethico. ideo nullo modo est præsumendum, quòd voluerit pater grauare posthumum nasciturum fideicommisso, de quo non constat aliquo modo cogitasse, nec in specie, nec in genere. Quintò facit. l. penultima. ff. de iure codic. vbi probatur formaliter hæc doctrina. & adduco Bar. in suo consilio incip. Quidam nomine Lapus, & est in ordine 106. vbi ponit quæstionem nostram in terminis, & decidit non deberi fideicommissum subtilibus, & validis rationibus, & iuribus. & facit, quod idem Bar. voluit in consi. 142. incip. do. Iacobus viso testamento. & consi. 44. incip. do. Iacobus. & consi. 114. incip. quidam Andreas. & quod voluit idem Bart. in l. pe. ff. de iure codic. & in d. auth. ex causa. & adduco, quod voluit Bal. in l. si totas. C. de inoffi. dona. quem allegauit D. consulens. Bal. enim ibi dicit illam. l. esse in arg. ꝙ clausula codicillaris, si non valet, vel valebit, apposita in fauorem liberorum natorum, operetur etiam posthumo postea nato, siue ex eadem vxore, siue ex alia vxore, q̃d dictum est perpetua recẽsendum memoria ad propositum nostrum, inquantum loquitur de posthumo nato ex futura vxore, postea dicit se consuluisse contrarium, sequendo Bart. in l. 1. ff. de iure codicil. Non obstat illa l. si vnquam. quia loquitur in cõtractu, qui summit esse inter viuos consensu duorum, & ideo non ita subiacet rupturæ, sicut vltima voluntas, quæ est in pendentia. & dicit ista esse verba Gul. de Cu. in simili in l. 1. eo. titu. & sic ponderanda pro certo est hæc doctrina; quia si clausula codicillaris non operatur pro filijs iam natis, vt grauetur posthumus futurus, ergo multo minus operabitur pro collateralibus, vt pro fratre, & filiis fratris ipsius testatoris, arg. auth. multomagis. C. de sacrosanctis ec-
10 clesijs. Præterea facit, † illa clausula codicillaris non operatur in hæreditate: quia reperiretur tale fideicommissum relictum a præterito: sed lege cauetur, ꝙ tale relictum non tenet: vt l. 2. ff. de leg. 3. ergo &c. ¶ Non obstat, si quispiam opponat, ꝙ propter talẽ clausulam codicillarem videtur testator cogitasse de ruptura testamenti, quæ fit propter præteritionẽ posthumi, & videtur testator voluisse dictum fideicommissum deberi, etiam si contingat in futurum testamentum non valere propter natiuitatem posthumi, & sentit Baldus, in authentica ex causa & dominus Paulus de Castro dicit, se aliàs ita consuluisse: quia istud non militat in casu nostro: quia testator in casu isto instituit posthumum nasciturum ex illa prima sua vxore, & sic illa clausula codicillaris operatur talẽ effectum respectu posthumi nascituri ex vxore, quam adhuc testator non cogitauerat se habiturum, & sic illud, quod ibi dicit Pau. de Cast. & Bar. non militat in casu nostro, nec loquitur in terminis nostris. ¶ Et si quispiam adducat illud, quod voluit Bar. in quodam suo consilio incip. Nobilis & sapiẽs do. Landus, & est decimum in ordine, vbi accidit, ꝙ quidam exhæredauit vnum filium suum, & alium filium instituit, & apposuit clausulam codicillarẽ, quo casu testamentum non tenuit propter exhæredationem: vt in auth. ex causa. præalleg. dubitatum fuit, vtrum filius exhæredatus vigore clausulæ codicillaris teneretur virilẽ partẽ suã restituere fratri suo instituto, deducta sibi legitima, dicit in passu difficili; quia gl. in d. auth. ex causa. tenet, ꝙ illa clausula codicillaris non operatur, nisi qñ testamentum nõ tenet, nisi propter defectum solennitatis, secus si non teneret ex defectu exhæredationis; creditur enim testatorem insanisse, qui naturalem omisit erga filiũ charitatẽ: qa ex quo exhæredabat eum, non poterat illũ per fideicommissum grauare. l. ex filio. ff. de leg. 3. & hanc opin. tenent doctores antiqui & moderni Oldr. de Lau. Ricar. Malum. Gul. de Cu. in l. fin. C. de codic. cum enim. l. vocet vitium in testatore parum distans a furore, illud quod est testatori vna via denegatum alia via non debet permitti: sed postea Bald. ibi refert Dyn. Iac. But. & Bart. tenere contrarium, ꝙ imo vigore clausulæ codicillaris ille filius exhæredatus succedit ab intestato, & restituit hæreditatem ꝑ sua portione fratribus institutis, deducta sua legitima ex causa fideicommissi, & hoc per l. posthumus. §. si paganus. ff. de iniusto testa. & not. in l. eam quã. C. de fideicõ. & idem etiam voluit idẽ Bal. cõsi. 206. incip.

incipiente, Quædam mulier fecit testamentum . & hanc dicit ibi Bal.esse puram veritatem: reuera non obstat: quia loquitur eo casu, quo expresse exhæredauit, & in odium apposuit clausulam codicillarem, sed in casu nostro instituit posthumum eo casu,quo nasceretur, & nihil reliquit fratri suo nec nepotibus suis:& sic facto ostenditur voluntas dispone̅tis:vt dixit gl.in l.de quibus.ff.de legi.text.in l.reprehendenda. C.de insti.& substi.iuxta illud poeticum, & facta loquuntur : ergo voluntas testantis fuit, vt nascente posthumo nihil haberent dicti fratres & nepotes,sic Bal.consuluit, & tunc operatur clausula codicillaris fideicommissum,quando testator scienter habuerit considerationem ad filium natum,aut nasciturũ,& sic dicta consilia Bal.potius faciunt pro nobis,maximè quia ita refert se consuluisse, in d.l.si totas.& adduco, quod voluit Bal.in l.filio præterito. ff.de iniusto testa.vbi dixit, ꝙ si pater haberet filium quem instituit,& haberet alium,quem nesciret,& illũ præterijt,vbi idem dicit in posthumo,qui nesciret ꝙ legata debentur pro parte instituti, quem sciebat se habere , & non pro parte præteriti quem testator nesciebat,ad hoc allegat.d.l.pen.ff.de iure codicil.& ide̅ Bal.in l.Titius.ff.de lib.& posth.in gl. oporreret. allegat illã glo.ꝓ singulari,& ẽt ibi Ang.ꝙ dispositio generalis in dubio non trahitur ad ignorata, seu nõ cogitata,& istud.no.facit secundum eum . An auct. ex causa.inquantum conseruat legata,habeat locũ, quando testamentum rumpitur natiuitate posthumi preteriti,quem testator ignorabat esse in ventre. quia illa glo.facit ꝙ non ergo multo fortius in casu nostro, cum testator nullam habuerit cogitatione̅ ad posthumum nasciturum ex futura vxore. ¶Nec

11 obstat,si quispiam dixerit,ꝙ lex dicit,ꝙ omnia,quæ relinquuntur in defectum testamenti , videntur relicta a venientibus ab intestato.l.Lucius.§.filiam.ff. de legatis 2.vnde cũ testator dicit,si non valet &c.videtur rogasse venientes ab intestato, vt restituãt bona hæredi scripto, declaratur enim voluntas testatoris quoquo modo valere volentis, ar.l.si cui serui.in prin. ff.de leg.1.l.si mancipia.in prin.ff.de fundo instruct.& ita tenuit Albertus Papien.in d.auth.ex causa.& Vsbertus de Cremona,vt refert Alberi.de Rosate ibi,vbi quærit, vtrum virtute dictæ clausulæ possit peti restitui hæreditas,& decidit quòd sic, dicens ita fuisse decisum per Iaco.de Balduinis in ciuitate Bononiæ: & ide̅ dicit, quando rumpitur testamentum agnatione posthumi: qa tunc poterit peti hr̃ditas restitui per fideicommissum,vt refert ibi Alb. ita seruatum fuisse in testamento cuiusdam Vltramont. & facit,quod voluit Bal.in l.fi.C.de codici. vbi dicit, ꝙ clausula codicillaris operatur, quando testamentũ rumpitur præteritione posthumi; quia in dubio debemus recurrere ad voluntatem legis, quæ est,vt sequamur verba testamẽti, postquã mens testatoris in contrarium fuisse non probatur,ar.l.licet imperator. ff.de leg.1.quia in dubio standum est verbis . l.si alij.ff.de vsufruc.le.ibi,plus valet scriptura. Nec obstat.d.l.si cum vel in vtero. quia testator non prospexit casum rumpendi testamenti. Sic ꝑ clausulã codicillarem.& idem dicit ad.l.si vnquam . quia testatur non prospexit ad casum, quo donatio rumperetur.& sic etiam respondet ad d.l.is qui. ff.de iure codic.& licet Nico.de Matta.& Bar.moueantur æqtate:tñ hoc non sufficit, nisi verba testamenti possint in illam æquitatem (on)tre.l.ab omnibus. in princi. ff.de leg.1.& l.talem.ad fi.ff.de hęredi.instit. Ita residet Bal.& idem etiã tenuit Sal.in d.l.fi. Sed nihil allegat.vltra iura Bal.& sic Bal.tenet illud,qđ tenuit in d.auth.ex causa.Bal.in l.militis codicillis.§.miles. ff. de testa.mili.referens collegium Mediolanense cõsuluisse,dicit tot sunt sententiæ, quot sunt capita,& sic licet ita dixerit in d.l.fin.& in d.auth. tñ vr̃ dicere rem esse dubiam . Quia ad ista potest facile responderi. Primò cum Bal.ita dixerit , tamen mirandum est de tãto doctore,quia idem Bal.in l.fi. C.de codic. vr̃ tenere contrarium aperto ore dicit enim ibidem. Secundò quæro , testator posthumum præterijt, & extraneum hæredem instituit , & adiecit clausulam codicillarem,si non valet &c.Natus est posthumus, & decessit postea viuo testatore,an dicta clausula aliquid operetur,& dicit ꝙ non;quia conditio est falsa in prin.& in fi.vnde nõ potest agi ex clausula codicillari,& si agatur ex ea,agitur ineptè , & sic Bal.in terminis tenet contrarium eius, quod ibi voluit in seq. qõne.Ite̅ ide̅ Bal.in pluribus locis allegatis superius a me tenuit contrarium, & consuluit secũdùm hãc partem.Et sic videt̃ cum maiori deliberatione istud tenuisse,arg.l.diui fratres . ff.de iure patro.Item Bal. non infringit illam rationem,quam assignat Barto. in l.1.de iure codic. vbi dicit, quòd notarij apponunt illam clausulam codicillare̅ ex suo capite,non ꝙ testator deliberet,quid importet illa clausula,& licet Bal.in d.auth.ex causa. dicat, ꝙ communiter in testamentis apponitur clausula codicillaris,per quã clausulam testator cogitat de ruptura testamenti,& prospicit causis rumpendi , ergo publicè cogitat de posthumo: quia est vnus de causis rumpendi : quia qui cogitat de fratre, cogitat de modo ad fine̅ , ideo vbi est illa clausula , non procedit distinctio cogitauit,necne;sufficit enim generaliter,& implicitè cogitare ei,qui aliqua parte facit mentionem de posthumo expresse,vel tacitè,vel vbi est dubium, ꝙ cogitauerit de ipso, capitur sensus vt de ipso videatur cogitasse.ita ibi dicit Bal.pro certo istud non tollit dictũ Bart.quia posito , ꝙ notarij apponant communiter illam clausulam codicillarem,tamen non sequitur, ergo testator scit , quid importet illa clausula , imo sequitur,ꝙ non videtur cogitasse de posthumo in genere;quia non vtitur illa cl̃a ad finem,ad quem inducitur,iuxta illud, quod alibi dixit gl.de notorio loquitur,& quid sit notoriũ ignoramus: & sic non infert necessariò doctrina Bal.ꝙ testator vtat̃ illa cl̃a , vt habeat notitiam in genere de posthumo nascituro,quinimo doctrina Bal.est pro nobis:quia dicit,ꝙ sequimur volũtatem legis,quæ est,vt sequamur, verba testatoris, postquam mens testatoris non probat̃ in contrarium,quia casu,quo instituit posthumum nasciturum,& nihil reliquit fratri, aut nepotibus,illa clausula codicillaris non potest operari eo casu, quo nasceretur posthumus,si istud voluit in expsso, ergo idem voluit in tacito nascituro ex alia vxore, & per ꝯñs verba testatoris & mens sunt in contrariũ, ergo cessat prouisio legis, vbi habemus mentem testatoris:ideo dixit tex.in l.si quis filiũ . C.de lib.præt. ꝙ vbi manifestissimus est sensus testatoris, nusquã interpretatio verborum tantum valet,vt melior sensu existat.quinimo testator præsumitur velle, & cogitare illud, quod lex disponit.ita pulchrè dixit Bal. in l.ꝓcibus . C.de impub.& alijs substi.allegat, qđ hr̃ in l.si duo.ff.de acqui.hæred.sed lex cogitat pro filijs & non pro extraneis:vt d.l.si vt certi.ergo &c.& ideo dixit Bal.in l.1.C.de sacrosanctis ecclesijs. ꝙ mens testatoris præsumitur esse talis, qualis de iure esse debet:ita est dicendum in proposito, ꝙ testator vr̃ in expresso vocasse posthumum nasciturum ex vxore. quam habebat,& in nullo vocauit fratrem, & nepotes,ergo idem in tacito,arg.l.cum quid. ff.si certum peta.& ideo cessat ratio Bal.in d.l.fi.C.de iure codic. ¶Nec obstat, qđ voluit Alber.Pap.& Vsber.& Alb. in d.auth.ex causa quia ipsi loquuntur in filio exhæredato, vbi apparet de expressa scientia patris erga

filium,

filium,sed in casu nostro non est sic. Item quia possunt cadere demerita in filio iã nato, sed in posthumo secus: vt l.si quis in suo. C.de inoff.testa.& sic nõ loquitur in nño casu. ¶Nec obstat cũ Albericus dicat,idem fuisse determinatum in testamento cuiusdam Vltramontani in præteritione posthumi:quia Albericus ibi non loquitur in casu nño;quia cũ testator instituit posthumum,non vocauit suos nepotes, vt in casu nostro:itẽ quia cõiter doc. Moder.tenuerunt ꝯrium consulendo: vt Bar.Bal.& alij,quos retuli superius; quia illa clã non operatur scientiam in genere in eo, qui ignorat se posthumum habiturũ: & maximè in casu nostro: quia testator ex post facto nato sibi posthumo reuocauit dictum testamentũ. Et sic apparet de mẽte sua, ꝙ nullo modo voluit fratre suum & filios fratris venire ad suam hæreditatẽ post natiuitatẽ posthumi: & per ꝯñs cessat illud, qđ dixit Bal.in d.l.fi.de præsumpta mẽte testatoris, quã lex colligit ex clausula codicillari;quia in incertis & non certis locus est coniecturis: vt l.continuus.§.cũ ita.ff.de verbo.obliga.cum enim testator in casu nostro cassauit huiusmodi testamẽtũ,& omnia disposita, apparet ergo de expressa mente ipsius testatoris; quia nullo modo voluit fratrẽ,& filios fratris venire ad suam hæreditatem:prætulit enim ipsis suũ posthumum: facto enim datur intelligi voluntas testantis: vt l.reprehendenda.C.de instit.& substi.seu restitutionibus sub conditione factis.glo.in l.de quibus. ff.de testi.cum similibus. Audiui sæpe numero excellentem in iure virum dicere, ꝙ cum legeret Florentiæ vidit quendam sapientem Florentinum dicere,
12 quòd pater†nunquam facit testamentum, nisi cum præiudicio filij,ideo si nolit præiudicare filio, aut filijs, non faciat testm̃: ita videtur fecisse testator in casu nostro,quo casu cessat omnis obiectio ꝯ istum posthumum, & sic cessat omnis doctrina data per Baldum in ꝯrium. Item istam opi.firmat gl.in d.l.1. C.de codic.& clarũ est, ꝙ auctoritas gl.omnes alios antecellit.& ideo Bal.in l.cum hæreditas. C.deposi. & in l.fi.§.necessitate.C.de bon.quæ lib.dixit, adhæreas Odofredo veritatis,idest gl.& in perpetuum nõ errabis.& ideo dixit idem Bal.in l.precibus. C.de im pub.& alijs substit. ꝙ in consulendo non põt adhærere meliori opi.quàm gl.idem dixit in l.1.ff.de vul. & pup.& in auth.cessante. C.de legi.hære.ideo Bart. in suo consi.5.incip. Andriolus,sequere inquit gl.ordinariam,quæ præ cæteris melius intellexit. & pulchrè dixit Saly.in l.traditionibus. C.de pac.& ita debemus adhærere opi.gl.sicut Bononienses adhærẽt Carrocio:vt dicit gl.sing.in l.oĩs diffinitio. ff.de reg. iur.& sapienter dixit idem Saly.in l.2. C.de senten.q̃ sine cer.quanti.ꝙ qui nescit ęquitare,teneat se ad arzonem.Ita debet facere iudicans in sequendo opin. gl.& quod voluit Iac.But.in l.1. C.qui ꝓ sua iurisdic. facit,quod voluit Bal.in l.fi.C.de pœna iudi.qui malè iudi.& idem Bald.in c.cum contingat.de dolo & cont.dixit Bar.in certo passu somniasse, ꝙ dicit contingere doctoribus volentibus infringere opi.glo.& idem Baldus in c.1.§.iudices.de pace iura.fir.dicit, ꝙ propter opin.docto.non debemus recedere ab opinionibus approbatis.ad hoc allegat.Io.mo.in ca.cupientes. de elec.facit, quod voluit idem Bald.in l.2. C.de senten.quæ sine cer.quanti.& in ca.1.de gradi. succe.in feu.dixit, ꝙ in consulendo multum sequit̃ opin.glo.quia non potest adhærere meliori. & plus idem Bal.in suo peculio allegans Cyn.in l.non moriturum. C.de ꝯmenda & commit.stipu.¦dicit, ꝙ gl. est idolum aduocatorum.idem voluit Cynus in l.1. C.de actio.& obli. vbi dicit gl.esse idolum iureconsf. & facit,quod voluit Bart.in ꝯsi.suo inci. Andriolus. vbi dicit sequere gl.ordi.q̃ præ cæteris melius intellexit,& quod voluit Io.de Imo. in c.cum contingat. de iureiurando. vbi dicit alleg.Iaco.de Aret.in d.l.1. sequendam esse gl.nisi consuetudo seruaret contra. vt habet̃ in l.dos a patre profecta.C.sol.matr.& in l. assiduis.C.qui po.in pig.habe.nemo ergo est qui nesciat,quãta sit auctoritas gl.quam Bal.in c.j.de constit.appellauit vberrimum iuris fontem. Cum ergo gl.hanc partem teneat,non erit tutum iudici iudicare contra opi.gl.Item ista est communis opin.secundùm quam fuit cõsultum per magnos in iure deos, & per collegium Perusinum,& per Bartolum, Bald. & Ange.Et ego consului Veronæ in ardua quæstione,& fuit consultum per alios ergo non est recedendum a communi opi.vt l.1.ff.de sena.l.athletæ.ff.de his qui no. infam.l.1.ff.de offic.quæsto. in vers.crebrior apud veteres opi.can.in canonicis.19.dist.Iudicium enium plurium videtur verius c.prudentiam. de offi.deleg.iuxta illud Catonicum.Iudicium populi nunquam contempseris vnus,c.ne innitaris.de cõstit.voluit Bartolus in l.fi. C.de pœna iudi. qui malè iudi.in quæstione incip.A sententia iudicis. Bald.in l.obseruare.§.proficisci. ff.de offic.proconsf.gl.in c.1. de postul.præla.Host.in cap.capellanus. de fer.Ioannes And.in c.1.de consti.& Ange.in l.cum prolatis. de re iudic.Item ista opinio mouetur melioribus rationibus & subtilioribus motiuis,vt apparet ex iuribus,& rationibus superius adductis. Ergo standum est opin.quæ mouetur melioribus rationibus. vt ꝓbatur in c.capellanus.de fer.Item ista opinio nititur maiori æquitate,ergo magis est sequenda,¦ca.fin.de transac.l.placuit. C.de iudic.l.benignius. ff.de legi. quanto ergo fortius in casu nostro, cum ista omnia concurrant adinuicem:quia est opin.gloss.est opin. communis,est opin.verior,est opi.æquior, ergo fortius est sequenda,argum.eius, qđ voluit gl.singu.in l.2.§.1.de excusat.tutor.quia quæ non prosunt singula,multa iuuant.l.instrumenta.C.de prob.¶Et si qs allegaret,quod voluit Bartolus in l.qui filiabus.ff.de legatis 1.vbi dicit,ꝙ licet testator non faciat mentionem de posthumo;tamen sufficit,ꝙ apponat clausulam codicillarem,& sic sensit, ꝙ clausula codicillaris inducit scientiam in genere, & sic Bar.videtur sibi contrarius,salua honorificentia Ioannis de Imo. in d.l.qui filiabus. qui dicit Barto. fuisse sibi contrarium in eo, quod voluit in l.1.ff.de iure codicil.Respon.si rectè ponderetur Barto.ibi non loquitur assertiuè,nec stat in illa doctrina, nec deliberatè illud dicit,nec illud examinat:licet enim ibi arguat,ꝙ nõ videtur habuisse considerationem ad posthumũ:qa de eo in testõ non fecit mentionem,soluit, ꝙ apposuit clãm codicillarem,& nihil ad hoc allegat,& loquitur,ꝙ legata debeantur ab intestato, postea subdit,vel dic, ꝙ instituendo filias videt̃ instituere posthumos.l.placet.ff.de liberis & posthu.& sic Bar.non stat in illa solutione, ꝙ clausula codicillaris operet̃ scientiam in genere,& ideo non perseuerat in illa solutione; quia Bar.examinans ad plenum istam dubitationẽ in d.l.1.ff.de iure codic. tenuit contrarium, & sæpenumero ita cõsuluit, & eodem modo etiam tenet Bald.in d.l.qui filiabus.ꝙ clausula codicillaris non operetur scientiam in genere, & sic falsum est dicere,ꝙ Bar.sit sibi contrarius, cum in illa solutione non persistat:ideo standum est ei,¦quod tam studiosè examinauit,¦vt fecit in consilio incipiente,Lapus,dixit, ꝙ illud quod docuit scholares suos legendo,reducit ad scripturam consulendo, & sic studiosè ita tenuit,ergo tali doctrinæ standum est:vt l.diui fratres.ff.de iure patr.Item Bar.in d.l.qui filiabus.loquitur in legatis,sed non loquitur in fideicommisso vniuersali, vt est casus noster:& licet dñs meus Io.de Imo.in repetitione.l.filio ꝑterito.dicat,ꝙ si occurreret

ret quæstio in facto, consuleret, ꝙ legata deberētur, non loquitur in fideicommisso vniuersali. Item ipse consuleret contra omnem iuris prudētiam modernam, vt superius ad oculum demonstraui. Item consuleret ꝯ æquitatem, ꝙ esse non debet: vt l. placuit. C. de iudic. Item consuleret contra communem opinionem, & contra veritatem: & sic non obstat opin. sua. Ex istis concludo, istam clausulam codicillarē non operari fideicommissum, nec inducere scientiā in genere de posthumo: & ita cōcludo. ¶ Capio modo secundam dubitationem, videlicet, an testamentum sit reuocatum in totum, an saltem sit reuocatū quoad fideicōmissum. Et iudicio meo vr̄ reuocatū in totum. Et præmitto pro fundamento potissimo huius dubitationis illud, quod pulchrè voluit Bal. in l. 2. q. ad ciuilia. C. de appellationibus. vbi colligit, ꝙ duplex est causa cassationis, nullitas, & iniquitas, vel alia ratio, per quam etiam id, quod valet cassatur, qđ inducit ad quæstionem statuti dicentis, ꝙ statutum non insinuatum infra certum tempus non valeat, & alio statuto cauetur, ꝙ possit insinuari, nisi sit petitū cassari. Pone, inqt, petitū est declarari nullū, nunquid intelligatur petitum cassari; decidit, ꝙ si est petitum declarari nullum, satis vr̄ petitum cassari: licet enim referatur ad illud, quod de iure tenet: tamen refertur etiam ad illud, quod ipso iure est nullum. facit ad hoc, quod hr̄ in tex. & gl. c. accedens. el 1. in versi. cassauimus. vt lit. non contest. & in c. multis. 18. dist. in ver. cassabitis. & in c. ad approbandū. in ver. cassata. de re iud. & per gl. in c. venerabili. de offi. deleg. & in auth. cassa. C. de sacros. eccl. ex hac doctri
13 na Bal. elicitur hæc conclusio† ꝙ paria sunt, annullari actum, & cassari actum: quia qđ nullum declarat, vr̄ cassatum, cum non debeat occupare membranas. Cum ergo testator illud suum testm̄ annullauerit, perinde est, acsi cassauerit, & istud sit primū præsuppositum, fundans reuocationem testamenti, & fideicommissi validam. ¶ Præmitto etiā, ꝙ in pūcto dr̄, ꝙ testator habens plenam notitiam & certitudinem de omnibus, & singulis in ipso testō contentis, ex certa scientia, nullo iuris, vel facti errore ductus, & omni iure, via, modo, & forma, quibus melius, & validius potuit, & potest, testm̄ ante dictum, & oīa, & singula in eo contenta, etiam si talia forent, de qbus ibidē esset facta mētio specialis, & expssa, et expssè in totum reuocauit, & annullauit &c. & expressè pœnituit, & penitet; disponens, & mandans illud, & oīa in eo contenta pro non factis haberi, acsi nunquā factæ, & facta fuissent, reseruans sibi facultatem testandi, si & pro vt sibi videbitur, & placuerit &c. & de dictis oībus mandauit fieri publicum instrm̄ corā septē testibus. Ista sunt formalia verba dicti Vincentij reuocantis d. testm̄: vt in puncto præsupponitur: & sic apparet ex isto præsupposito, ꝙ iste Vincētius erat sanus mente, corpore, & etiam non stetit in nudis verbis circa reuocationem præfati testamēti: quo casu non vr̄ mortis cogitatione turbatus ad re-
14 uocandū testamentum præfatum: ex hoc datur† intellectus præcipuus ad l. militis codicillis. §. veteranus. ff. de testa. mil. inquantum dicit, hæredum institutiones in eodem statū mansisse: qa loquitur eo casu, quo miles moriens voluit testm̄ tpe militiæ factū esse irritum, & intestatus esse maluit: quo casu videtur mortis cogitatione turbatus, voluisse decedere intestatū, arg. l. hac consultissima. §. at cum humana fragilitas. C. qui testa. fa. poss. ꝙ sanè colligitur ex suis verbis, dicendo ꝙ volebat mori intestatus, ꝙ nemo sani capitis diceret, faciendo testamētum, & postea nulla legitima causa superueniente, quę appareat, reuocet illud: licet etiā dicat, velle magis intestatū decedere, & ideo nō est admiratione dignum, si tale

testamentum non videatur reuocatum quoad institutionem & substitutionem hæredum, arg. eius, qđ hr̄ in c. legitimus. 93. dist. & l. ijs qui. ff. de tuto. & curat. da. ab ijs. & l. quidam in suo. ff. de condit. insti. l. nam hoc colore. ff. de inoffic. testa. & adduco simile, qđ hr̄ in l. codicillis. §. fin. ff. de leg. 2. & ibi dixit gl. audi stultum testatorem, non tamen sibi prodest stultitia sua. & ista est ratio formalis. d. §. veteranus. quare non reuocatur testamentum quoad institutionem, & substitutionem; quia præsumitur mortis cogitatione turbatus, & non recto proposito irritasse testamētū, & maluisse intestatus decedere, expedit enim reipublic. vt testati decedamus. l. vel negare. ff. quēadmodum testa. ape. & etiam est pium, vt dixit text. in authentico, de hæred. & fal. §. si verò expressim. quem allegat pro singu. Bart. in l. nemo potest. ff. de legatis 1. & ꝙ hr̄ in c. si hęredes. & in c. si tua. de testa. & ex hoc dico, ꝙ credo dicere purā veritatē, ꝙ licet Oldra. quem refert Bal. in d. §. veteranus. in versi. voluit. dicat, non procedendo tn̄ ad actum facti, sed ad actū verbi: vt no. in l. nostram. C. de testa. & sic ꝑ simplicem pœnitentiam non tollitur hęredis institutio; qa hæredis institutio est testm̄; qa pro certo non vr̄ bene dictum, ex eo, qa posito ꝙ in casu illius. §. testator venisset ad actū facti, tamen nō fuisset reuocata īstitutio & substitutio, ex quo mori ita dicebat, malle intestatū esse, ex quo mortis cogitatione perturbatū, præsumendum ita dicit esse, & ita fecisse: & sic ratio Oldr. & Bal. non militat in casu illius. §. & ex hoc datur ꝑcipuus intellectus ad illum tex. ꝙ imo nō reuocetur testm̄; qa moriens sic dixit, sequit, ꝙ si in sanitate & valetudine corporis testator reuocauerit testm̄, ꝙ valet talis reuocatio: qa ambulatoria est voluntas testatoris vsq; ad mortem: & istud ad d. §. veteranus. est nouum, & noua inuentio: quinimo plus dico, ꝙ tenendo illud, quòd ibi tenuit Oldra. ꝙ si testator venisset ad actum facti, esset reuocatum testamentum, non faciendo aliud testamentum, qđ seqt̄ ibi Bal. Possumus rectè dicere, in casu nostro interuenit cancellatio facti, ex eo quia dicendo, ꝙ annullabat, reuocabat, & tollebat illud testamentū, & volebat illud haberi ꝓ infecto, perinde erat, ac si illud de facto cancellaret, & reuocaret, vt dixit Bal. in d. l. hi qui ad ciuilia. cum ergo ambulatoria sit volūtas vsque ad extremum extitum vitæ, vt l. 4. ff. de adim. lega. sequitur, ꝙ valuit talis reuocatio, quinimo plus dico, ꝙ tenēdo illud, quod tenet Bart. in d. §. veteranus. vbi dicit, se credere, ꝙ si aliquis diceret illa verba coram quinque testibus, & in illo testamento essent instituti extranei, ꝙ teneret talis reuocatio, allegat l. hac consultissima. §. si quis autem. C. de testa. l. 2. ff. de iniusto testa. ¶ Modò in proposito nostro ita est, ꝙ testator nullum filium masculū habebat, nec vxorem prægnantem habebat, & instituerat in illo testō fratrem, & filios fratrum etiam habebat filias, & erat in bona valetudine, & reuocauit illud testm̄, valet reuocatio, ex quo erant instituti extranei: præsumendū est enim, ꝙ potius voluerit suā hæreditatē peruenire ad filias suas, quàm ad fratrem, vel filios fratris, & sic Bart. intelligit illum text. d. §. veteranus non habere locum, quando in illo testō essent instituti extranei, & sic fuit in casu nostro: & per ꝯñs apparet ad oculū, ꝙ d. §. veteranus. non obstat huic reuocationi, imo potius est ibi casus pro hac parte, ex quo loquitur de eo, qui erat morte cogitatione turbatus, non ergo potest aduersa pars facere fundm̄ super illo. §. veteranus. &c. Præterea adduco casum in indiuiduo: deciditur ista quæstio in l. 1. §. pen. ff. si tab. testa. nul. exta. vbi dr̄, si hæres institutus nō hēat voluntatē, vel qa vitiosæ sunt tabulæ, vel qa cācellatæ, vel alia rōne volūtatē mutauit testator, voluitq;

venientes

venientes ab intestato habituros, qui bonorũ poss. acceperunt, ecce nunc, ꝙ sufficit, ꝙ hæres scriptus non habeat pro se voluntatẽ testatoris tribus modis. vel quia incidit testamentum, vel quia cancellauit, vel q̃a mutauit aliter testator voluntatem: & sic nõ requirit, ꝙ faciat testator aliud testm̃. & per ꝯñs vr̃ ibi casus in terminis decidens hanc dubitationẽ. Cũ ergo in casu nostro testator mutauerit voluntatẽ, reuocando, & annullando illud testm̃, dicens, ꝙ volebat facere testm̃, prout videbitur sibi pro libito voluntatis, iuxta illud, ꝙ hr̃ in cap. ex parte nostra. in ver. pro libito voluntatis, de consue. & in c. dilectus. in versi. pro libito voluntatis, de seq. pos. & fruc. & in c. nimis. de exces. præla. ergo sequitur, ꝙ sufficiat reuocasse illud testm̃, vel alia ratione mutasse suã voluntatẽ. & adduco ad hoc, q̃d voluit do. Io. de Imo. in l. proximè. ff. de his quæ in testa. delen. vbi distinguit. aut testator voluit decedere intestatus, ideo cãcellauit testm̃. aut constat, ꝙ testamentum cancellauit reputans oẽs hæredes indignos, aut dubitatur, primo casu non est dubiũ. ꝙ reuocatũ est testm̃. al. d. l. 1. §. pe. & reuera ille tex. fundatur sub regula generali: q̃a dicit, tunc reuocatur institutio, q̃n institutus hæres non habet voluntatẽ testatoris: & sic fundat se sub illa generalitate, & meritò: q̃a testm̃ est nostrę voluntatis iusta sententia: vt l. 1. ff. de testa. postea ponit ille tex. exẽpla, puta q̃a incidit tabulas, vel cãcellauit tabulas, vel alia ratione voluntatẽ mutauit. simile habetur in c. fi. de re iudi. vbi dicit text. nisi in causa fauorabili, puta matrimonio, libertate, dote, siue testõ: & sic fundat se sub regula fauorabili: postea ponit exẽpla, quæ non restringunt regulã, vt dixit gl. in l. 1. §. q̃d vulgò. ff. de vi & vi arma. & in c. 1. ne cleri. vel mo. quas glo. reputat singu. do. Car. in c. cũ in iure. de offi. de leg. probatur in l. damni infecti stipulatio, ad finẽ. ff. de dam. infec. & l. actionũ. §. 1. ff. de act. & obl. & in l. scire oportet. §. nõ iustè. ff. de excu. tut. & in c. si canonici. de offi. ordinarij, lib. 6. & in c. si plures. de offi. dele. eo. lib. & in c. si Papa. de priuileg. lib. 6. Ita formaliter vr̃ text. in d. l. 1. §. pe. fundat enim se, si hæres institutus non habeat voluntatem testatoris, postea ponit exempla. puta, si incidit tabulas, si cancellauit, vel alia ratione mutauit voluntatẽ: &
15 sic stat regula firma & indubitata, † q̃a reuocat̃ institutio, cũ hæres institutus nõ habeat voluntatẽ testãtis. Modo ita est formaliter in casu nostro; q̃a dicti frater & nepotes testatoris non habent voluntatẽ testatoris, per illam reuocationẽ ita latam, & ꝑgnantẽ. & sic ab initio seculi. d. l. 1. §. pe. decidit q̃ōnẽ nostrã: subdit postea Io. de Imo. in dicta sua distinctione, ponendo plures casus, & inculcando multa verba: videlicet, ꝙ sine dubio, aut constat, ꝙ cancellauit tabulas testamenti, reputans oẽs indignos, tunc nõ est dubiũ, quòd perdunt hæreditatẽ: vt l. hæreditas. C. de his qui. vt indig. Tertiò casu, quãdo dubitat̃, quare cancellauit. & tunc videtur cãcellasse, vt decedat intestatus: non etiã tunc põt attendi fauor legatorũ ex quo legata sunt cancellata, & totum testm̃. Item dicit, ꝙ hoc vltimum membrum videtur procedere, etiam si sunt instituti venientes ab intestato; quia hoc casu non potest perpendi, quare magis cancellauerit testm̃, aut propter hæredes, aut propter legatarios, & non est verisimile, ꝙ omnes voluerit reputare indignos, cum de facili non contingat plures sic delinquere. l. sed si ex dolo. ff. de dolo. & ideo in dubio videtur potius fecisse, vt decederet intestatus, ita sapienter dixit dominus meus Io. de Imo. in d. l. ꝓximè. & est ponderandum diligenter. quia ipse fundat se super vno ex exemplis positis in d. l. 1. §. pe. quia dicit ibi, testator cancellauit tabulas, & tunc aut ꝯstat, ꝙ voluit intestatus decedere, & tunc valida est reuocatio, & intestatus decedit, aut constat, ꝙ ideo cancellauit; q̃a reputat omnes hæredes indignos, & tũc aufertur eis hæreditas, aut est dubium, & tunc in dubio vr̃ voluisse decedere intestatus, etiam si sunt instituti venientes ab intestato, & ita ibi residet: & sic videtur decidere istam quęstionẽ in terminis. ¶ Et si quispiam dixerit in casu nostro non cãcellauit, nec incidit tabulas: q̃a tales concernunt factum, ergo sumus extra casum consideratum a Ioãne de Imo. Ad respõdeo & adduco illud, quod superius adduxi, q̃d voluit Bal. in d. l. hi qui ad ciuilia. vbi dixit, idem est declarare nullum & cassare. & sic Io. de Imo. loquit̃ in casu nostro. Itẽ Io. de Imo. assumit exemplum ex d. l. 1. §. pe. sed ego dicebam, ꝙ ibi primò ponitur regula, ꝙ reuocatur institutio, quando institutus non habet voluntatem testantis: si ergo hæres institutus non habeat voluntatem testatoris ex eo: quia cancellauit tabulas, vel incidit tabulas, vel aliter reuocauit suam voluntatem, sufficit, vt institutus non hẽat hr̃ditatem, vel vt videatur reuocata institutio. & sic illa distinctio Io. de Imo. l. licet sit concepta in exemplo, tamen recipit amplitudinem a regula: sufficit enim ꝙ non habeat voluntatem testantis: vnde posset sic argui, vbicunq; institutus nõ habet voluntatẽ testantis, reuocatur institutio, iste est casus in d. l. 1. §. pe. sed in casu nostro isti hæredes non habẽt voluntatem testatoris, ergo reuocata est talis institutio. Et q̃a testator reuocauit testm̃, & omnia in eo cõtenta, & voluit haberi pro infectis, sequitur, ꝙ nullius sunt efficaciæ, vt voluit gl. sing. in cle. 1. de immu. eccle. & ex d. l. 1. §. pe. datur precipuũ lumẽ ad d. l. militis codicillis. §. veteranus. vt restringatur, q̃n quis voluit esse intestatus moriens: quia tũc lex reputat eum reuocare suum testm̃ mortis cogitatione turbatus, vt dixi superius. Et ex istis apparet responsio ad illud, q̃d dubitatiuè voluit Bar. in l. si iure. ff. de leg. 3. & ad id, quod voluit Alber. relator aliorum in l. nostram. C. de testa. Et indubitanter ista ponunt gladium ad radicem huius dubitationis, nec fuerunt allegata, nec ponderata ista per dominum consulentem. ¶ Præterea adduco ad prędicta, q̃d sapienter voluit Bal. in d. l. nostram. C. de testa. vbi dixit loquendo de cancellatione testamenti, & pro certo vehementer admiror, ꝙ non considerauit illum. §. pe. qui fundat se super r̃a, q̃n hæres scriptus non habet voluntatẽ testantis, & illud verbũ, cãcellauit, vel incidit, ponitur gratia exẽpli, sequendo exẽplũ, ꝙ cancellauit testm̃, dicit ibi Bal. ꝙ si appareat cã cancellationis, tũc ex cã intelligimus effectum, vt l. cancellauerat. ff. de his quæ in testa. delen. l. fi. ff. de hære. insti. ideo verba, q̃ dicuntur ratiocinando, enũtiatiuè demonstrant voluntatem testantis, & finalem causam dispositionis, pro quo dicto facit. l. regula. §. licet. versi. initium cõstitutionis demonstrat. ff. de iur. & fac. igno. si autem non apparet de causa cancellationis: tunc aut testator destruxit solennitatem, aut partẽ voluntatis, aut totam voluntatẽ, si solennitatem, aut partem voluntatis, non est casus noster; si autẽ totam voluntatẽ, & iste est casus noster; tunc dicit Bal. totum vitiari, & rem ad causam intestati præcisè redigi; quia a tota voluntate recessisse videtur, & ita residet ibi Bal. mirandum est pro certo, ꝙ non allegauerit text. d. l. 1. §. penulti. & sic Bald. in indiuiduo decidit casum no-
16 strum; vt res † videatur deducta ad causam intestati, & præcisè, & in totum videtur reuocatum præfatum testamẽtum, & omnes clausulæ in eo appositę, iuxta illud, quod voluit Bal. in l. 1. C. de Lati. lib. tol. vbi in principio colligit, quòd sublato principio, tolluntur omnia principiata, seu quòd post principia sunt reuocatæ omnes reformationes, quæ sunt factæ circa ipsa statuta. & adduco quod voluit Bald. in

17 in l.si absentis. C.si cer.pe.vbi dicit † ꝙ annullato instrumento annullatur confessio apposita in eo, allegat tex.quem dicit esse sing.in l.fina. ff.de consti.pecu.facit, qđ voluit Bartol.in l.post legatum. ff.de his qui.vt indig.Inno.in c.cum venerabilis, de excep.& in cap.cum olim, de censi.& facit, qđ vult gl.sing.in l.cum patronus.§.patronū. ff.si quid in frau.patro. multo fortius in casu nostro vbi testator reuocauit, & annullauit testamentum, & omnia contenta in illo, & pro infectis haberi voluit. Ex prædictis apparet sufficere, quòd ex postfacto hæres scriptus non habeat voluntatem testantis.¶ Et si quispiam adducat in contrarium, quod voluit Angel.in d.l.nostram. quòd cum testator non venit ad actum, sed dixit, nolle suum testamentum valere; tunc illa verba nihil operantur quo ad reuocationem; quia iste non est casus noster: quia testator iste non dixit, se nolle illud testamentum valere, sed dixit, quòd reuocabat & annullabat, & expresse pœnitebat, & sic non stetit testator in illis nudis verbis, vt dixit Ang.sed vltra processit, pœnitendo se ita fuisse testatum. & sic Angelus non loquitur in casu nostro: vnde formaliter deciditur ista quæstio per dictam legē primam.§.penultimo.& adduco, quod voluit Bal.in l.sancimus. C.de testa.vbi dicit testator, facto testamento ex interuallo dixit hæc verba coram septem testibus rogatis, vos sitis testes, ꝙ ego reuoco omne testm̄, qđ feci, nunquid per ista verba primum testamentum sit sublatum, refert Bar.dicere ꝙ nō, in l.si iure.ff.de lega.2.qa ex istis verbis non potest adiri hæreditas ab aliquo de iure ciuili, ergo non tollitur testamentum, iuxta no.in l.cum in secundo.ff.de iniust.testa. nec enim valent dicta verba, quòd non possit confirmari per aditionem hæreditatis, & ideo si testator faceret secundum testm̄, & non valeret institutio hæredis facta, cum ipsa clausula, Cassans & irritās, quā ponunt tabelliones, nihil operaretur, & secundum hoc testm̄ nucupatiuum, de quo nō est facta scriptura, quæ cancellaretur re, nec verbo, verbalis actus non sufficit, ut l.nostram.C.de testa.quòd dictum est ualde iniquum. Vnde fauore venientium ab intestato dicēdum est, ꝙ si testator voluit decedere intestatus, talia verba valent iure intestari, arg.l. hac consultissima.§.pen. C.de testa.sicut enim testator potest conferre, ita & priuare, quæ priuatio trāsit in suum effectum, & confirmari potest adita hæreditate ab intestato, vt d.§.pen.& dicit ꝙ ratio naturalis ita dictat, & ita tenet damnato dicto Bar.ibi, & sic Bald.in terminis decidit hanc dubitationem; vt tale testm̄ videatur reuocatum in totū. Et licet Saly.in d.l.sancimus.reliquerit cogitandum; tamen videtur transire cum dicto Bald. Modò stat difficultas, quis iustius dixerit Bal.an Bar.circa istum passum. Re uera Bar. in d.l.si iure, arguit, ꝙ non uideatur testamentum reuocatum, & ad hoc allegat Insti.qui.mo.test.infir. §.pe.Postea subdit, dicerem sic, salua ueritate.si testator dicat coram septem testibus nolo testm̄ primū ualere: quia uolo decedere intestatus: tunc uidebitur instituere uenientes ab intestato, & per aditionem uenientium ab intestato talis ademptio confirmabitur: sed si simpliciter dixisset, uolo testamentū nō ualere, non esset reuocatum, nisi cursu x.annorum, allegat d.l.sancimus. & d.§.pe.Inst.qui.mo.testa.infir.& ita ibi residet. Modò si studiose ponderetur dictum Bar.ipse uidetur loqui dubitatiuè, dum dixit, salua ueritate, unde nō uidetur loqui decisiuè, & sic non potest allegari pro certo, ꝙ ita teneat. Secundò pondero, ꝙ Bart.allegat pro suo dicto l.sancimus.ergo debet intelligi secundùm l.quam allegat, ut idē Barto.dixit in l.non solùm.§.si liberationis. ff.de lib. lega. sed idem Barto.in dicta l.sancimus, summat

18 † illam legem hoc modo, testamentum perfectum non tollitur per imperfectum, nisi cursu decennij, ergo ad tollendum testamentum perfectum oportet ꝙ interueniat aliud testamentum perfectum: & habet rationem in se, ꝙ illud, quod est ualidum, non tollatur per inualidum, nisi concurrat aliud adminiculum, ut est cursus decennij, sed in casu nostro non interuenit aliud testamentum, ergo sufficit sola reuocatio & præsentia: ergo sumus extra casum Bar.ideo cum ipse dicit, quādo dixit, reuoco coram septem testibus, intelligitur faciendo aliud testamētum, & sic Barr.loquitur extra terminos nostræ q̄ōnis. Item illa distinctio Bar.est indubitanter captiosa ex eo, quòd non cōgruit imperitis: quia nescit reuocans testamentum dicere; quia volo intestatus decedere, arg.eius, quod voluit gl.in l.quoties.C.fami.ercis.& sic cautela videtur esse captiosa, ergo non est sequenda.4.dist.§. erit autē lex.& sic apparet ex istis, ꝙ d.l.sancimus. loquitur de alia vltima volūtate imperfecta, quod apparet ex titulo, in quo posita est, argu.l.imperatores.ff.de in diem addic.tūc enim reqritur cursus decem annorum, & eodem modo loquitur.d.l. si iure.loquitur enim, quando præcesserat testamentum inualidum: & est ratio: quia testator vr̄ velle reuocare primum testamentum validum per secundum, si secundum valet, arg.l.3.ff.de testamento mili.vbi nemo præsumitur eligere viam, per quā impugnetur sua volūtas, nemo enim dicitur esse oppugnator suorum iudiciorum: sed vbi testator pœnitet disposuisse, ita vt fecit in primo suo testamēto, & illud reuocat expresse, & illud, & contenta in eo, dicit haberi pro infectis, tunc est secus: sufficit enim coram septem testibus, & notario publico reuocare & sic loquitur, vbi nuda voluntate tollitur testamentum, vel per testamētum minus validum, & eodem modo loquitur text.Insti.qui. mo.testa. infir.§.pen. versicul.ex nuda voce.& in versicu.ex vlla scriptura. nam illud verbum nuda, intelligitur nuda a solennitate, sicut † dicimus in simili de cautione nuda, quæ
19 non debet esse nuda a validitate, ita dicit gl.elegans, in l.hmōi.in princ.ff.de leg.1. Simile dixit Bart.in l.si prius.ff.de ope.no.nū. ꝙ cautio nuda non debet esse nuda obligatione bonorum. & sic ille text.intelligit de nuda voce, non a validitate; quia debet fieri corā septem testibus, & ita intelligitur dicta lex militis codicillis.§.veteranus, in versiculo nuda voluntate. cū ergo in casu nostro fuerit talis reuocatio facta corā septem testibus, sequitur quòd valuit talis reuocatio. Quinimo plus mihi videtur de iure dicendum, ꝙ in d.§.pe.& in d.l.si iure.& in d.§.veteranus. est casus formalis a contrario sensu pro ista parte ex eo: quia disponunt, ꝙ testamentum non possit reuocari nuda voce, vel nuda voluntate: ergo sequitur a cōtrario sensu, ꝙ poterit reuocari voluntate vestita, argu.l.1.§.huius rei.argum. ff.de offi. eius cui man.ergo sequitur, ꝙ cum sit vestita a ualiditate huiusmodi reuocatio: cum facta fuerit coram septē testibus in forma solenni, quòd poterit reuocare tale testm̄ ita, ut reuocatū extitit: & sic in illis iuribus uidetur casus pro ista quæstione, nec est credendum, quòd iurislator uoluerit alligare testatorem, ut non possit reuocare testamentum prius factum, nisi ex tali reuocatione adeatur hæreditas ab intestato, ut dixit Barto.cum semper ultima uolūtas sit ambulatoria vsq; ad extremum uitæ, ut est dictum, ergo &c. Nec obstat.l.hæredes palam.§.si quid post testm̄ factum mutari placuit, omnia ex integro.ff.de testa.quia nō facit ad propositū: primò loquitur, quando aliquid mutari placuit, tunc requiritur eadē solennitas, quę interuenit, quando fit testm̄; quia in casu nostro testator nō mutauit aliqd ex dicto testō, imo illud ex toto

toto reuocauit, ideo non potest interuenire eadem solennitas ex eo: quia rõ formalis illius tex. est iõ: quia illud, quod mutat, videtur nouum testm̃, sequitur ergo, quod debet interuenire eadem solẽnitas, & per consequens non est admiratione dignũ, si tex. ibi dicat, ex integro. sed vbi fit reuocatio, non fit aliud testm̃, iõ non requiritur eadẽ solennitas; quia actus actiuorũ sunt in patiẽte bene disposito, vt dixit philosophus in secundo de anima, & sic tex. ille nõ meretur allegari contra hanc consultationem. Est etiã ponderãdũ, quod testator fecit illud testamẽtum de anno 1453. de mense Maij. & de anno 1467. illud reuocauit de mense Februarij: sic deinde superuixit pluribus annis, & sic fuit elapsum decennium: licet enim. dict. l. sancimus. vtatur illis verbis, decennium, plus erit & post transcursionem decennij, & si requirat, quod sit elapsum decennium: tamen ex quo voluntas testãtis semper loquitur, sicut enim l. semper loquitur. vt l. arrian. C. de here. ita & voluntas testãtis semper loquitur, vt in auten. de nupt. §. disponat. quo casu vr̃, quod cum post decenniũ testator perseuerauerit in illa reuocatione, quòd satis vr̃ cõcurrere reuocatio post decenniũ: vnde si rectè ponderetur tex. d. l. sancimus. loquitur eo casu, quo medio tpe contraria voluntas ostenditur, vt apparet in ver. medio tpe contraria voluntas: ergo si appareat cõtria voluntas, incepto ipso decennio & durat contraria volũtas elapso ipso decennio, videtur, quòd sufficit: quia ostẽditur contraria voluntas fluxo decennio. Itẽ est etiã ponderandum, quod ad illam distinctionem Bartol. in dicta l. si iure. inquantùm requirit ad hoc, vt valeat ademptio, quod testator dicat, quòd vult intestãtus decedere. Respondeo, quod licet expressè nõ dicat: tamẽ tacitè satis videtur dicere, quod intestatus vult decedere. Ita probatur in l. j. §. penulti. ff. si tabul. nul. exta. ita dixit Ioan. de Imo. in l. proximè. ff. de his quæ in testa. delen. multo ergo fortius in casu nostro videtur iste testator tacitè dicere, quod intestatus vult decedere, ex quo in illa reuocatione dixit, reseruans sibi facultatẽ decetero, si & prout sibi videbitur & placuerit, testandi, & de bonis suis disponendi pro libito suæ voluntatis, quæ verba important liberã volũtatem, vt in d. c. ex parte. cum si. allegatis superius: & sic perinde habetur, acsi dixisset, volo intestatus decedere secuto euentu: quia testamentum non fecit, cum facere potuisset: & per cõs tale testm̃ rectè & iustè videtur reuocatum & in totũ. Ex istis absolutũ est istud secundum dubium: ergo partes domini iudicantis sunt in pronuntiando & declarando testamentum præfatum iure & rite fuisse reuocatum. Et ita concludo. Andreas Barbat.

EPITOME.

¶ Sibi ipsi breue & apertum responsum est.

SVMMARIVM.

Tenor priuilegij ius ex eo concessum docet. nu. 1.

Imperator ex iure potestatis licet spurium legitimare possit in præiudicium legitimi filij. nu. 2. & 4. idem tamen Comes Palatinus non potest, nisi Imperator concesserit.

CONSILIVM LXI.

Quod Legitimatio facta de dicto Petro tã prima quàm secũda valuerint & præiudicatũ sit filiæ legitimę & naturali dicti quondã Ludouici, demonstro ad oculũ. Et præmitto quoad primã legitimationẽ prætem collatã Comiti legitimandi a Serenissimo Imperatore, & iudicio meo tota difficultas huius hesitationis pẽdet ex priuilegio Comitis, dr̃ in eo, nõ obstãtibus aliquibus legibus, quibus cauet̃, quod nãles bastardi, spurij &c. & non possint, vel debeãt legitimari sine cõsensu & volũtate filiorũ naturaliũ & legitimorũ quibus legibus & cuilibet ipsarũ volumus exp̃ssè & ex certa scientia derogari: & ẽt nõ obstãtibus in pdictis aliquibus legibus & alijs, ẽt si tales essent, quàm deberẽt exprimi, & de eis fieri mentio specialis & c. & in dicta prima legitimatione facta a dicto Comite dr̃, nõ obstãtibus aliquibus legibus, quibus cauet̃, quod nãles, spurij &c. non possint, vel debeant legitimari sine consensu, & voluntate filiorum legitimorum & nãlium, seu quod debeant ad legitimationes ipsas citari, vel requiri, quorũ interest, vel intersit &c. Mihi vr̃, quod decisio huius dubitationis pẽdeat ab istis verbis.

1 Et præmitto, quòd † qualis & quanta sit potestas istius Comitis pendet ex tenore sui priuilegij. c. porrò. & capit. recepimus. de priuileg. Innoc. in capitu. primo, ne sede vacan. & ideo dixit Bald. in præludijs feudorum, quod quale sit feudum, demõstrat tenor inuestituræ: vt in capitu. si cui. in ver. sermonem tamẽ inuestituræ, vim verborum, & sensum cõhentiũ intuentes, in tit. de extraordi. capit. Cor. & capitu. primo, de duo. frat. a capitu. inuestit. facit, quod voluit Baldus ibidem. Facit. l. ad probationẽ. in ver. quẽ tenor adiuuat. C. de proba. per quem tex. dixit Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. quod quale sit feudum regni Apulię, habetur ex tenore inuestituræ. Facit, quod voluit idem Bal. in lege prima. C. de lati. lib. tol. in lege quotiens. C. de suis & legitimis, & in autent. cessante. C. de legi. hære. facit, capitu. tenor. de re iudic. & l. sancimus. in ver. placiti tenor. C. de fideiusso. & l. si quis stipulatus sit Stichum aut Pãphilũ. in versi. quęrentibus inspiciendus est sermo. ff. de verb. obligationibus, & in l. fideiussores magistratuum. §. pro Aurel. ver. lecta subscriptione. ff. de fideiussor. & sic apparet ex istis, quod qualis sit potestas huius Comitis circa legitimationem fiendam comprehenditur ex tenore sui priuilegij. Præmitto ẽt illud, quod voluit

2 Bal. in commento l. 2. C. de ser. vbi dicit † quod licet Imperator de plenitudine potestatis possit præiudicare filijs legitimis, vel in iure acquisito, & radicato alteri: tamen Comes Palatinus constitutus ab eo hoc non posset, nisi specialiter Imperator istud sibi concesserit, in l. 2. ff. de nata. restit. l. ex facto. ff. de vulgari & pupillari. not. in l. Gallus. §. & quid si tm̃. ff. de lib. & posthu. solius, inquit, principis priuilegiũ est, iura vnius auferre, & alteri dare de plenitudine potestatis: est autem arbitrij plenitudo nulli necessitati subiecta, nulliusque iuris publici regulis limitata

3 tribus enim modis dicit̃ aliquid † esse liberum, primò, quod non cogit̃. l. 3. §. i. ff. de arbi. secundò, quod cogitur. l. fideicommissa. §. quaq̃. ff. de legat. 3. tertio modo dicitur liberum, quod æqua legis libertate fertur. l. item si vnus. §. si in duos. & §. principaliter. ff. de arbi. potest enim præferre minus æquũ magis ęquo, & minus bonum magis bono. & istã doctrinã Bald. refert & sequit̃ Ludouicus Romanus ĩ suo cõsi. 191. & adduco, quod voluit idẽ Bal. in capitu. filij. in titu. si de feud. defunct. fue. contro. in vsib. feudorũ. vbi di-

4 cit † quod Imperator potest legitimare spurium in pręiudicium filij legitimi: ad hoc allegat, quod no. per docto. in dicto §. & quid si tantùm. dicit. n. pone, quod accipio in vxorẽ quandã nobilẽ, quę dedit decẽ milia florenorũ in dotẽ, sperans filios suos mihi successuros, & aliter non nuptura. suscepi ex ea vnũ filiũ, & ex quadã meretrice plures spurios, quos feci ab Imperatore legitimari, ita vt succederẽt pro virili cũ legitimo, hęc inquit ibi Bal. est magna iniquitas, & magna circunuentio nubentiũ: & non põt negari, quin Imperator, qui hoc facit, videtur esse vnum pecus, nec habet præ oculis iustitiam honestatis, nec cõsiderat, quod per solas nuptias conseruatur elegans genus humanum, vt in authẽt. de nup. in prin. vbi dicit, quod in-

ducitur immortalitas quędā humano generi ex nuptijs, inquit.l.j.ff.so.ma.& adduco, qđ voluit Ioann. And.in addi.Spec.in tit.de success.ab intesta.ad fin. in addi. quæ incipit. Item scias, ꝙ per Vbertum de Bobio tractatum inuenio hunc casum, spurius impetrat a principe, ꝙ esset legitimus patri suo, ita ꝙ vt legitimus cognatis & agnatis suis succedere possit, non obstante aliqua lege, primò q̄rebatur, cū pater tunc iam esset mortuus, & id tacuit, an partē a legitimis petere possit, & dicit ꝙ non: quia celauit patrē habere legitimos, ꝙ si expressisset, non est verisimile, ꝙ illud rescriptum obtinuisset: tñ in defectum legitimæ prolis talia soleant fieri, & verisimile est etiam, ꝙ si princeps sciuisset, illos citasset. secūdùm l.nam ita diuus.ff.de adopt. secūdò: quia bona erāt filijs acquisita per successionem, vnde ius iam quæsitum per rescriptū aboleri non debuit. l. quoties. C.de preci.imp.offe.l.nec auus.C.de eman.lib.dicit ēt, ꝙ princeps per suas constitutiones generales dat & aufert cæteris personis tales successiones, fortius in vna persona id potuit dare, & auferre.l.j.ff.de cōsti.princ.l.j.2.& 3.ff.de peti. hæredi. Itē nonne posse tales statuere succedere patri, sicut & matri, vel sim plr succederēt, potissime cū natura & generatione sint filij, & consanguinei, licet ad comprimendum illicitos coitus illos concluserit sua lege, in auth. q. mo.na.effi.sui.§.oportet.si igitur ad primordium naturæ reducitur, cessat causa querelandi.l.j.C.de impo.lucra.describ.lib.10.c.ab exordio.35. dist.

EPITOME.

¶ Rationes tutoris intentionem eius & ab eo expensa non probant, quæ in eis continentur, si magni intersit: sed subtilitas in eis reddendis remissa vr̄ illi, quē testator analogiston esse voluit, negotii verò totius explicatio iudicis arbitrio continetur.

SVMMARIVM.

Tutor ex officio rationes conficere & reddere debet.nu.1. quāuis eum testator fecerit analogistam.nu.2.eius verò rōnibus ex arbitrio iudicantis statur. nu. 3. qui magnas impensas a minutis discernit.nu.5.Et alimentorum, quæ tutor exhibuisse presumitur.nu.6.item & expensarum litis causa. si modò causam habuit iustam litigandi, nu.7.aliàs improbarum tutoris impensarum nulla consideratio est.nu.9.

Tutori salarium petenti an debeatur, in iudicis cognitione est, numero 10.

CONSILIVM LXII.

Ro euidentia sequētium est, ꝙ tutor etiam testamētarius ex officio sibi iniuncto tenetur conficere inuentarium omnium bonorū, mobilium, & immobilium, iurium, & actionum, quæ reperta per eum sunt in bonis pupilli, aliter dolo fecisse videtur, nisi causam demonstraret, quare id non fecerit, vt l.tutor q̄ repertorium.ff.de admi.tut.& l.tutores.eo.ti.qđ inuētarium est caput rationum, & si omiserit aliquas res pupilli in inuentario ponere, similiter dolo facere vr̄; cum omnes res ponere debeat, vt d.l.tutores. nisi aliqua iusta ex causa omiserit, forte q̄a sibi sint occultæ & ignoratæ, vt no.Bar.in d.l.tutor, q̄ reper-
1 torium. Item sciendum est † ꝙ officio tutoris incūbit rationes actus sui conficere, & pupillo reddere: vt l.j.§.officio.ff.de tute.& ratio.distra.de admi.tu.l. Lucius.§.tutelę.Ita ꝙ dēt tutor fideliter & ordinatè librum conficere rationū, in quo nocet clarè & distinctè introitus, & exitus bonorum pupilli, & recepta, & data vel duos codices, quorū vnus contineat introitus, & alter exitus, secundùm Bald.in l.j.C.de confess. quem vel quos demum finita tutela debet pupillo, vel suis hęredibus reddere, & exhibere.Q̄m rationes reddere impossibile est, nisi ostendatur volumina librorum, in quibus descriptæ sunt rationes ipsæ legendæ primùm, demum computandæ, vt explorare valeant imputātes, probè, an improbè referantur accepta, & data, tex.est optimus. ff.de cōdi.& demon.l.cum seruus.ff.de manu. testa. l. si ita fuerit.& l.non solùm.§. is qui rationes. de lib. lega. Cum enim edi rationes a capite sit necesse, vt ff. de edē.l.argētarius.§.edi.quomodo principiū, aut medium, aut finis rationibus non compositis, vel inuolutè positis poterit sciri, certè nullo modo: vnde in culpa esset, si librum rationum nō confecisset, imo in dolo præsumpto, arg.eius, qui non confecit inuētariū, vt l.tutor qui repertorium.& in d.l.j.§.officio.
2 de tu.& rat.distr. Et aduertēdum, † quantumcunq; testator fidem tutoris elegerit, eumque analogistā fecerit, idest a ratione reddēda liberauerit, & liberā administrandi potestatem tribuerit: tamen inuentarium conficere tenetur, nisi expresè confectio inuentarij sit remissa, quo casu forte teneretur inuentarium conficere, vt l. vltima. C. arbitrium tute. & est rō: quia analogistam reddere rōnem, & reliqua oportet, cū nō intelligatur ei remissa, nisi subtilis indagatio, & scrupulosa inq̄sitio, nō aūt doli, fraudis, & latæ culpæ, & reliquorū redditio: q̄a liberatio ab administratione futura non porrigit ad administrationē, q̄ dolo fit, nec ad restitutionē reliquorū, tex. est in l.q̄dam decedēs.ff.de admi.tu.& in l.fi.§.inter cætera.ff.de lib.le.facit etiā.l.Aurelius.§ licina.eod. tit. vetita nanque administrationis futurę rationis redditio id operatur, vt sola scrupulosa, & subtilis inq̄sitio remissa videat, nō aūt dolus, vel fraus, aut lata culpa, quæ sīlis est dolo, ar. ff.de leg.j.l.si seruus vetitus.de condi.& dem.l.cū tale.§.j.de nego.gest.l. Pomponius.& est casus in d. l. quidā decedens. Itē sciendum est, ꝙ tutor non dēt plus impendere, q̄ facultates, & redditus annuales pupilli supportēt: nō enim administrantur tutelæ, vt mergantur pupilli, sed cum pupillo expediret plus expendi, hoc tutor consequi debet, ꝯsistit itaque in iudicis ꝯsideratione, an expēsa, q̄ excedit introitus, & facultates pupilli, vtilis sit, & cōputanda tutori, necne, tex.est notabilis in l.q̄d ergo.in prin ff.de ꝯrio iudi.tute. Porrò: q̄a dictū est supra, tutorē codicē rōnis ꝯficere dēre, ī dubiū venit, an ei fides adhibeat, tam de introitibus, q̄ de exitibus, & tam de impensis grossis, q̄ minutis, saltim adhibito iur̄o ipsius tutoris. Et breuiter vr̄ dđm ꝙ pro ipso tutore, vel in sui fauorem nulla sit adhibenda fides; quia priuatis scripturis non adhibetur fides ꝑ scribente, sed ꝯ se sic: vt l. rationes. l. exēplo. & l.instrumenta.C.de prob.& l.nuda ratio.ff. de dona.vbi plenè per Barto.& per eundem in auth.& si. contractus.C.de fide instru.Sed in ꝯrium videtur ꝙ lex non dēt esse captiosa: vnde cum iniungit sibi vt codicē faciat rōnum, foret ei officium periculosū, & esset captiosum, nisi & ꝑ se fides adhiberetur, ꝑpterea dicūt doctores, ꝙ de expēsis minutis creditur eorū codici rationis cum sacro: q̄a difficile foret ꝙ administratores de qualibet libra carniū, casei, vel olei possent testibus comprobare, ideo statur eius libro cū sacro, vt no.dicit gl.in l. sancimus. §.in computatione.sub verbo approbauerunt.C. de iure delib.& ibi per docto.allegant l.non oēs.§. a barbaris. ff.de re milita.vbi ex qualitate personæ & difficultate ꝓbationis admittit probatio per adminicula, & verisimiles coniecturas, sicut in materia filiationis. in l.filium.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.& in l.si vicinis.C.de nup.nam, vt inquit Bal.in l.j.C.de confes.versi.quid ergo est in codicibus mercatorū. Respon. officium & æquitas iudicantis in talibus dēt esse

3 esse circunspecta: † nam si sit persona notabilis, & fide digna, & quantitas sit parua, credendum est ipsi libro rationum, habito sacramento: vt l. si quis pro redemptione. C. de don. & ita fuit de mente glo. in l. diuus. ff. si cui plusquam per l. Fal. Pet. & Cyn. in l. id quod pauperibus. C. de epis. & cle. Bar. in l. j. ff. de tutel. & rat. distr. idem Bald. in l. nulli. & in d. l. id quod pauperibus. C. de epis. & cler. inquit, quòd libro rationum cum iuramento statur, quando tutor, vel alius administrator non potuit sibi parare alias probationes; vt quia erant expensæ valde minutę: sed si quilibet diligens homo sibi parasset probationes; vt quia erant impensæ, & distributiones magnæ: tunc non statur suo simplici iuramento, ſm Iac. de Rau.
4 † nam qñ ex liquido probari potest, ex liquido probandum est; quia solùm propter difficultatem probationum defertur sacramentum, dicit etiam, ꝙ codex rationum cum sacramento sufficit in distributionibus minutis, secus autem in his, quę continent aliquam quantitatem maiorem, de qua consueuerunt fieri instra: nam codex rationũ est priuata scriptura, ideo non creditur ei pro scribente, nec sufficit sacr̃m ad plenam probationem, nec est deferẽdum in supplemẽtum probationis, quia nec etiam semiplenè probat talis priuata scriptura, quanuis rationum, vt no. in l. in bonæfidei. C. de iureiu. & l. admonendi. ff. eod. ti. ſm Bar. & Sal. d. §. in computatione.
5 † Quæ autem sit magna, vel minuta impensa, dicit Bal. l. j. C. de confes. ꝙ est in arbitrio iudicis, consideratis maximè dictis viribus patrimonij, vt C. de col. auct. ꝙ locum. nec sunt coaceruandæ vel accumulandæ minutæ quantitates, vt sic dicat̃, ꝙ multa modica faciant vnum satis, sed singulatim singulæ contemplandæ sunt per doctores, scilicet ꝙ in arbitrio iudicis impensas contemplari est, gl. not. in l. hactenus. super verbo, pertinet. ff. de vsuf. quãquam alibi dicat gl. ꝙ expensę minutæ dñr expensæ castanearũ, & lactis. in l. si quis a liberis. ff. de libe. agno. Et est aduertẽdum ſm Bar. in d. §. in computatione. ꝙ etiam de impensa maiori fiet probatio, ex præsumptione, necessitate naturæ, prout habetur in l. 2. C. de alim. pupil. præstan. quia non præsumitur pupil. vt lupus vento viuere, nec aliæ personæ, quibus cum pupillo necesse est vt debitum, seu consuetudinariũ alimenta præstari: confert enim valde consuetudo in talibus, vt dicit Bal. in d. l. j. de confes. Itaq; si bonus vir, aut innocens tutor arbitrio suo aluit pupillum, Iudex merito iuxta qualitatem personarum, patrimonij quantitatem æstimabit, eum decernere alimen-
6 torum impensam. Et præsumitur † pupillus a tutore educatus, nisi ab alio educatus probetur, vt in l. 2. de alim. pu. præ. Item in d. §. in computatione. dicit Bart. ꝙ ex qualitate causæ potest & debet impensas metiri, puta dicit Bal. in d. l. id quod pauperibus. impensa ædificiorum, quæ sunt euidẽtia, ex qualitate, quantitate operis, pñt impensa declarari per arbitros, seu magistros ad id declarandum adhibendos. Idem censendum est de impensis, quæ fiunt in liti-
7 gijs: † debet enim iudex congruenter eas taxare, si bonam causam fouebat pupillus: nam cum vnum de substantialibus tutelæ sit, pupillum indefensum non relinquere, vt in l. fi. & ibi no. C. de cur. fur. & est tex. in l. fi. §. defensionem. C. de admi. tu. pòt tutor in defensando causam ꝑ pupillo oẽs opportunas impensas tãquam debitas & vtiles imputare: quia adimplet id, ad quod ex officio est obligatus, & hoc si pupillus bonam & iustam causam fouebat, quo casu ẽt si ꝯriam sñiam reportauerit, tenetur app. solennia adimplere, aliter si cessaret, iudicio tutelę tenet̃, vt l. quoties. §. sicut. ff. de admi. tut. & est tex. optim⁹. in l. si bonam. C. de admi. tu. secus si malam causam instituerit: quia non debet talis impensa acceptari, nec pupillo imputari; vt in d. §. sicut. & est text. expſsus in l. non est ignotum. C. de admi. tu. & no. Cy. in l. fi. eod. ti. Sumptus enim litis & viatica reputabit tutor in ratione pupilli: vt l. j. §. pupillus. ff. de tutel. & ratio. Qñ autem dicatur hr̃e bonam, vel malã causam gl. in l. Herennius. ff. de euict. in fi. dicit, ꝙ in dubio qñ est condemnatus, præsumitur hr̃e malã causam: & est verũ in dubio; quia præsumitur pro sñia; si tñ ex euidẽtia facti aliud apparet, & omnis doctorum sñia ꝯ res prius iudicatas militaret: tunc aliud esset: quia diceretur hr̃e bonam causam, quantumcunq; contrariam primam sñiam reportauerit, forte ex imperitia alterius iudicantis motu. Et hoc est, quod voluit tex. in d. l. si bonam cãm. C. de admi. tu.
8 quæ tutorem instruit, vt appellet: † nam proborum & eminentiorum doctorũ opinio cõis est iusta causa litigandi, & excusat alios a calumnia presumpta, ſm Innoc. in c. ne innitaris. de consti. & tenet Bal. in auth. generali. C. de epis. & cler. vbi expresè dicunt, ꝙ quis excusatur ex probabili cã litigandi: probabiles autem causæ etiam in iure pñt contingere, scilicet ꝑꝑ iuris incertitudinem; vt quia super pũcto, de quo quæritur, plena veritas ignoratur ꝑꝑ doctorũ varias sñias, vt in Spe. de expensis. §. nũc videndum. ver. quidam autem. pro hoc facit, quod no. in l. C. de pena iudi. qui malè iudi. ꝑ doc. & Ang. sufficit enim tutori, ꝙ probabiliter, & diligenter gerat, licet euentus contingat euersus: vt l. quid ergo. §. sufficit. ff. de
9 ꝯrio iudic. tute. Item est sciendũ † ꝙ non debent admitti improbæ tutorum reputationes, sed pro iuris facultate, nec est tutori reputandum quantum dedit, si plus ęquo dedit, tex. est ad literam & optimus. ff. vbi pup. educa. debe. l. officio. & l. se. §. j. eo. ti. Item
10 quia petitur a tutore sibi salarium constitui, † dicendum est salarium ei non deberi, immo gratis tutelã subire tenetur, vt est tex. in l. in eos. & ibi gl. notabilis. ff. de tute. presertim in casu nostro, vbi ex affectione & amicitia videtur per testatorem electus tutor ex magna confidentia, argu. l. j. & l. officio. C. de neg. gest. licet aliud sit in procuratore, vt dicit d. gl. in l. in eos. & sic soluitur contrarium multarum legũ, quæ loquuntur de salario procuratoris. Posset tñ iudex, si sibi videretur, ex causa salarium tutori constituere, ſm gl. in l. a tutoribus. in fin. ff. de admi. tu. & no. Bar. in d. l. in eos. & d. l. a tutoribus. in fin. & ita soluitur contrarium. d. l. a tutoribus. quia debet intelligi, ꝙ iudex posset salarium tutori constituere ex causa, non autem ꝙ de ordine, & natura tutelæ sit habere salarium; quia debet esse gratuita, vt notabiliter declarat. d. gl. in l. in eos. Item sciendum, ꝙ tutore non probante id, quod est causa & fundamẽtum suæ intentionis reus debet absolui, vt l. actor, qđ asseuerat. C. de prob. & l. qui accusare. de eden. Modo attentis iuribus & rationibus prætensis, & diligẽter per nos ruminato ꝓcessu dictæ causæ, & oĩbus hincinde adductis, & productis, dicimus, & ꝯsulimus, ꝙ ꝑdicti ciues electi viam arbitratorum, & bonorũ iudicum & virorum imitantes & eligẽtes, declarent & arbitrentur, vt infra, videlicet, quia liberent & absoluant d. dñas sororẽ Franchiscã, & Vrsolinam, & Margaritã, & Dorotheam a petitis per d. Bartholomeum in dicto processu; quia agendo ꝯrio iudicio tutelæ in eo, qđ se expendisse plus dixit, & vltra introitus pupilli non probauit decenter, & opportunè sibi incũbentia: nã fundamentum probationis suæ plurimũ cõsistit in quodam quaterno per eum producto expẽsarum, & aliquorum introituũ, ex quo vult inferre, se plenè probasse, maximè cũ iuro ex iuribus supra allegatis, ex cuius quaternelli inspectione nõ censemus omnia ibi descripta sufficienter probata, ẽt cũ iura-

iuramẽto, nec etiam viriliter erogata, præsertim cũ expensa excedat introitus, & hoc pluribus de causis, quæ animũ nostrum mouent: quoniam in talibus multum debet esse circunspecta æquitas, & officiũ iudicantis: vt ex prædictis plenè dictis, & allegatis, ac ꝓcessu, & forma, & qualitate dicti quaternelli rõnum cuilibet discreto & circunspecto iudici videri potest. Itẽ dicimus & consulimus, ꝙ prædicti domini arbitri liberent & absoluant prædictũ Bartholomeum a petitis in dicto processu per dictas dominas, seu Petrum de Piuianis earum nominibus: q̃a similiter non probauerunt opportunè, & sufficienter sibi incumbentia, & maximè aliqua reliqua fore, vel esse penes dictum Bartholo. cum enim fuerit analogista, saltem scrupulosa & subtilis rationum indagatio intelligitur remissa, neque tenetur de neglectis, quæ ex dolo non proueniunt, vt satis supra dictum est: qui enim plus dicit de bonis pupilli ad tutorem peruenisse, id apertis argumentis, & probationibus docere debet. Nec obstat, si dicat, ꝙ quia in instrumento acceptationis tutelę se obligauit ad debitam rationem reddendam, meritò renuntiasse videtur priuilegio sibi competenti tanquam analogistæ: quia rectè intueamur, non renunciauit, imo se obligauit tanquam tutor testamentarius, ad testamentum se referendo, ad debitam rationem reddendam: vnde sic intelligẽdum est, debitam, scilicet ad quam tenentur analogistæ, & sic vt analogista. Itaque videtur tolli dictum fundamentum. Et prædicta quanquam latè & profusè ad saturitatem partium dicta sint, vt sibi non persuadeant, & credant, quicquid in suis scripturis asserunt, vt verum reputandum, sed iuribus & rationibus adhęrendum, cognoscant veritatem in ijs, quæ scripturis & actis concipi possunt. Ita quòd neque dolus, neque reliqua superesse dicto Bartholomeo tutori argui, vel comprehendi possit ex dicto processu.

EPITOME.

¶ Nepotes, qui ex aui testamento instituti de hæreditate perceptis alimentis, de reliquo nuribus eiusdem debent exhibere, sibi ipsis vt auo fuerunt chariores, rectè videntur. Itaque ex hæreditate legitimam, æs alienum, legata, emphyteuticaria bona detrahent, & de residuo quò ad redituum facultatem alimenta nuribus præstabunt, quæ vt viuo, quo consueuerant in familia operabuntur, & præstabunt donec dotem penes se hæredes habuerint, sueuit enim viduę alimẽtorum legatum dotis exactione terminari.

SVMMARIVM.

Alimenta videntur relicta consideratis facultatibus testat. nu. 1. ex reditu scilicet. nu. 5. neque enim vendenda proprietas, si alendus soli dominus futurus non sit. nu. 4. nuribus ex reb. emphyteuticarijs soluentur alimenta. nu. 13.

Nepotibus prouidere voluisse magis, quàm extraneis auus testamento videtur. nu. 7.

Legitima nepotum onere alendi nurus aui prędmi non potest. nu. 9. Ideoque ea & ęs alienum deducitur, deinde ex residuo alimenta debentur. nu. 11.

Clausula assueta apponi testamento & contractibus etsi deficiat pro apposita habetur. nu. 15.

CONSILIVM LXIII.

AD primum articulum huius cõsultationis, an filij dicti B. nepotes dicti Titij hr̃des instituti primò deducere debeant alimenta pro seipsis, & de residuo pręstare alimenta dictis nuribus testatoris, indubitanter videtur dicendum ꝙ sic: & ad hoc allego casum coniuncta sua gl. quę in terminis decidit hãc qõnem, in l. cum alimenta. ff. de alimen. & ciba. lega. vbi dicitur, legata sunt alimenta nõ adiecta qualitate, ante omnia inspiciendum est, quę defunctus fuerat solitus pręstare, deinde quid cęteris eiusdem ordinis reliquerit, si neutrum apparuerit, tũc ex facultatibus defuncti, & charitate eius, cui fideicom. datũ erit, modus statui debebit, & ibi gl. in ver. debebit, supplet, ex testamento Titij, qui fratrẽ habuit hæredem: vbi est casus

1 † ꝙ in dubio alimẽta videntur relicta habita cõsideratione ad facultates, & substantiã testantis, & ad charitatẽ eius, qui est fideicommissarius, quasi velit, ꝙ minus debebitur, q̃n frater testatoris institutus hæres tenetur pręstare alimenta alicui: q̃a ab eo testator legauit alimenta, & non specificauit quãtitatẽ alimentorũ, tunc habet respectus ad charitatẽ eius, a quo relinquuntur. In proposito nostro relinquuntur alimenta nuribus testatoris a nepotibus ipsius testatoris institutis hęredibus, quis modus erit alimentorũ? bellissimè dicit ibi tex. ꝙ statuetur modus alimentorum secundũ facultatem defuncti, charitatem, a quo reliquit, & cui reliquit: si ergo facultates defuncti non sufficiunt pro alimentandis nepotibus, & pro alimentandis ipsis nuribus, sequitur quòd habebitur consideratio charitatis ad ipsos nepotes, quos testator prędilexit, q̃a eos instituit hæredes, & sunt posteritas ipsius testantis: q̃a nurus sunt extraneę ipsi defuncto, cũ iam finita & extincta fuerit affinitas morte filiorum, vt l. cui eorũ. §. affinitatis. ff. de postu. & ideo glo. ibi ponit exemplũ, quando testator instituit suũ fratrẽ hęredem, a quo relinquit alimẽta alicui, si ergo habetur respectus ad substantiam defuncti, & ad charitatẽ personæ a qua relinquit, & personę cui relinq̃tur, seq̃tur, ꝙ per prius erit prouidendũ ipsis nepotibus vt coniunctis, & ad quos magna charitatẽ testator

2 videtur habere ex naturali affectione † continentur enim appellatione filiorũ, & vt filios amamus, & diligimus, vt l. liberorũ. ff. de verb. sig. & vocant posteritas ipsorũ auorũ, vt pulchrè dixit tex. in l. cum acutissimi. C. de fideicom. adeo ꝙ pręfertur filio testatoris in portione sui patris, ex præsumpta mente aui, vt dixit tex. sing. in l. cum auus. ff. de condi. & dem. & qđ hr̃ in l. generaliter. §. cũ autem. C. de inst. & subst. & in d. l. cũ acutissimi. & sic ab initio seculi vr̃ casus in indiuiduo apponens gladiũ ad radicẽ huius dubitationis, in d. l. cum alimẽta, & ideo pulchrè dixit tex. ne videatur iura pietatis violare, in l. contra voluntatem. C. de manu. testa. & facit l. patrem. & l. si debitorem. ff. quæ in frau. credi. l. nec in ea. §. fi. ff. de adul. hoc colore. ff. de inoffi. testa. l. pe. ff. de obseq. li. l. 3. C. de pa. do. l. in testamento. ff. de fideicom. lib. & l. 3. C. de inoffi. testa. quę iura oĩa p̃sumunt summã pietatẽ inter tales personas. Et est bene põderandũ: q̃a gl. in d. l. cum alimenta. ponit exemplũ in fratre testatoris instituto hærede, ergo multofortius erit charitas, & affectio in nepotibus, & sic in personis sũmè dilectis ab ipso testatore, ergo p̃sumptio est, ꝙ potius voluerit auus alimentari nepotes suos ex facultatibus ipsius, q̃ nurus, quæ sunt extraneę personę dicto testatori: voto enim patris cõgruit filio oĩa parari. l. scripto. ff. vnde liberi. l. nihil. §. faciliori. ff. de bo. lib. nam prudẽtum omnium responsa, & ipsius naturæ lex, fecit filios & patẽtum successores, ita eleganter dixit tex. in l. fi. C. quorũ bonorũ, & certũ est, ꝙ appellatione filiorũ veniũt nepotes, vt in d. l. liberorũ. pp illã ergo affectionẽ quã lex præsumit patrẽ hr̃e ad filiũ, sequit̃, ꝙ potius voluit nepotes alimẽtari de facultatibus suis, q̃ illas nurus: & adduco elegans & pulchrũ si se, qđ voluerũt duæ gl. valde solennes. in c. filij qui parẽtes. 30. di. & in c. nõ satis. 86. di.

† quærunt

3 †querunt enim, si filius habet patrē hęreticum, pau perē, ꝙ tenetur potius præstare alimenta suo patri licet hæretico, q̃ viro sancto pauperi facto, ita decidūt gl. ibi. & certū est, ꝙ pater tenetur ad alimēta filijs ex iure naturali, sed filius tenetur patri ad alimēta ex ratione naturali, quæ est iurisgentiū, vt benefacienti benefaciamus: vt l. sed si lege. §. ꝯsuluit. ff. de peti. hęre. de rōne. n. naturali est, vt filij alant parētes, vt habetur in l. si quis a liberis. ff. de libe. agno. Mō si filius tenetur alimentare potius patrē suum hæreticum, quàm virum sanctū catholicū, multo fortius vr̄, ꝙ auus potius voluerit alimentari de bonis suis nepotes suos, quos filiorum dulci noīe appellari ab auis consueuit: vt rectè decidit tex. in d. l. liberorū. q̃ nurus suas. Pro certo nulla videtur esse dubitatio. ¶ Et si quispiam dixerit, amice, ex facultatibus debentur alimēta, vt probatur in d. l. cū alimenta. iō vendant bona, & de pretio nutriant nepotes, & nurus: q̄a tūc sufficiēt pro oībus. Ad hoc dđm, ꝙ istud repugnat primò omni iuris dispositioni; secundò repugnat verbis & menti ipsius aui testantis, ꝙ aūt repugnet dispositioni iuris cōis, sic ostendo: vbicunq;
4 is † qui non est dominus futurus bonorū, est alimētandus de illis bonis, debet alimentari ex accessionibus & fructibus illorū bonorū, non est de ipsis corporibus bonorū, ideo non dēnt vendi bona, vt ille talis alatur, ita probat in l. Imperator. ff. ad Trebel. in versi. ex accessionibus hæreditarijs emolumentū pręstari. hoc voluit ibi Ang. referens se in q. facti. ita cōsuluisse vnà cum germano suo Bal. idē refert idē Ang. in l. diuus. ff. de peti. hęre. & in l. qui bonis. ff. de cess. bono. & facit l. j. §. mulier. ff. de vētre in poss. mit. sed istæ nurus non sunt futuræ dn̄æ dictæ hæreditatis, ergo non debēt vendi corpora hereditaria, vt ex pretio illorū alantur: debent ergo alimentari ex reditibus, si ad hoc sufficiāt, sed pręsupponitur, ꝙ nō sufficient ad alimentandū nepotes, ergo non auferentur alimenta nepotibus, vt dentur nuribus, & sic extraneis: non enim est bonū auferre panē filiorū, & dare extraneis: q̄a omnis ordinata charitas incipit a seipsa, vt habetur in l. pręses. C. de seruitu. iuxta illud Terentianum. Omnes malle sibi quā alteri. Et sic stat firma conclusio, ꝙ ex dispositione iuris communis non sunt vendenda, aut distrahēda bona hæreditaria, vt ex eis alantur istæ nurus. Item repugnat menti & verbis ipsius testātis: voluit. n. dictus testōr, ꝙ dictę suæ nurus donec vitā vidualē seruauerint, habeant victū, vestitum, & habitationem, secundū possibilitatem suæ hæreditatis, non enim reliquit alimenta nuribus simpliciter, sed limitatè & restrictè secundum possibilitatem, & vlterius prohibuit alienationem bonorū suæ hæreditatis: concurrunt ergo adinuicem ista dispositio iuris communis, & qn̄ relicta sunt ex bonis immobilibus alimenta, debētur ex reditibus & accessionibus, vt dixi superius, & adduco ad hoc, quod voluit Ang. in auth. contra rogatus. C. ad Treb. vbi dicit alibi non haberi ita clarè. vt ibi, & in corpore vnde sumitur, pro istis alimētis posse poni manus ad proprium, & rationē dicit esse; quia specialiter per illam legem prouidetur, vt fiat alienatio in hanc causam per grauatum, secus dicit esse in simplici legatario alimentorum, cui debentur secundum patrimonij quantitatem, allegat d. l. qui bonis. & dicit se ita consuluisse. Et facit, quod voluit idem Ang. in l. 1. C. de lega. vbi dicit, ꝙ alimenta debent præstari secundùm conditionem personæ legatarij, & patrimonij quantitatē, vt l. pe.
5 & l. fi. ff. de alim. & cib. leg. & † quantitas patrimonij non consideratur secundùm valorē verum, sed redditiuum: vnde non præstitis alimentis, non fiet venditio proprij, & ita dicit se consuluisse vna cum Bal. in ciuitate Arimini per casum, quem reputat singularem, in d. l. qui bonis. dum dicit, ex quantitate, nō ex qualitate, & facit, qđ pulchrè voluit Bal. in l. volūtas. C. de fideicom. vbi dixit, ꝙ si testator dixit, ego lego alimēta, ꝙ interpretatur, ex redditibus patrimonij, allegat Iac. de Are. colligere ex d. l. Imperator. debere ex redditibus, ꝙ dicit esse bene not. Et adduco ad hoc elegantem text. in l. si quis ad declinandū. C. de epis. & cle. coniuncto dicto Sal. ibi, qui colligit ibi ex tex. ꝙ mobilia venduntur, & ex eis immobilia emuntur, vt ex redditibus pauperes in hospitali positi alimententur, ex quo colligit Sali. ibi, ꝙ immobilia xenodochijs relicta non debent, nec possunt per eorum administratores vēdi: & sic colligit, ꝙ bona, ex quibus quis est alimentandus, non possunt vendi, sed ex eorum redditibus præstanda sunt alimenta, allegat ad hoc l. 3. §. modum. ff. de alim. & cib. lega. & Bar. in l. pe. ff. de ali. lega. vbi dixit ex accessionibus deberi alimenta, & non vendi proprietatē: concurrit expressa dispositio testatoris volētis bona nō vendi, & volentis alimenta præstanda esse secūdùm possibilitatem suæ hæreditatis, quo casu concurrit duplex prohibitio legis, adeo ꝙ non poterit proprietas alienari, etiam in casu a lege permisso per id, qđ habetur in l. 2. C. de vsuca. pro empt. & per id, quod voluit Bar. in l. filiusfa. §. diui. ff. de lega. 1. vbi colligit ex dictis Bar. ꝙ † vbi concurrit prohibitio testatoris
6 cum prohibitione legis, fortificatur & augetur prohibitio legis, adeo ꝙ non poterit res alienari etiā in casu permisso per legem. facit gl. circa fi. l. fi. C. de re. alie. non alie. & quod no. Inn. in c. Raynaldus. de testa. & ideo si legatur res ecclesiæ per testatorem, & prohibetur alienari, illa non poterit alienari, etiā in casu aliàs permisso, per auth. hoc ius porrectum. C. de sac. san. ecc. & c. sine exceptione. 12. q. 2. voluit Io. de Im. in d. §. diui. Modo in casu nostro ex dispositione iuris cōis non possunt alienari bona hæreditaria pro alimentando legatario, nec ex dispositione testantis pn̄t alienari, & secundum possibilitatem hæreditatis debent præstari ista alimenta, ergo remanemus in illa conclusione, ꝙ alimenta sunt pręstanda attēta prius charitate instituti hæredis, sed hæredes instituti sunt maxima affectione, & charitate cōiuncti testatori ipsi, vt est dictum, ergo debētur prius alimenta ipsis nepotibus, & de superfluo erunt alimētandæ nurus ipsius defuncti: quia si noluit bona sua alienari, vr̄ voluisse ipsos nepotes alendos ex fructibus rerum hæreditatis, & per ꝯn̄s cum nō sufficiant pro vtrisque, debent alimentari illi, qui maiori charitate & affectione coniuncti sunt dicto testatori: nā testatoris volūtas præsumitur esse talis, qualis de iure esse debet. Ita pulchrè dixit Bal. in l. j. C. de sac. san. eccl. & facit, quod egregiè voluit idem Bal. in commento. l. precibus. C. de impu. & alijs subst. vbi dixit, ꝙ testator fingitur idē cogitare, quod lex disponit, ad hoc allegatur. l. si duo. ff. de acq. hær. & rationabile est s̄m eum, ꝙ verba referantur ad cogitatum. l. si quis ita. ff. de testa. tut. & in tali cogitatu habet locū statutum legis, arg. l. codicillis. §. fi. ff. de leg. 3. & ideo dixit Bar. in l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. ꝙ testator vr̄ voluisse illud, quod disponit lex sui municipij, idem voluit ibi Ang. & Moderni. idem voluit ibi Pet. de Anch. in suis reportatis. in l. tres fratres. ff. de pac. vbi refert se in facto consuluisse, ꝙ si ex dispositione statuti fœminæ non succedunt, sed debēt esse dote contentæ, & pater instituit filios hæredes vl̄es, ꝙ videtur intellexisse ita vt disponit statutum; vt filij masculi sint hæredes, & filiæ sint dotatæ. & facit, qđ voluit Io. de Imo. in l. fi. ff. de condi. & dem. vbi dixit, ꝙ testator præsumitur velle illud, qđ vult statutum sui municipij. & iō Bal. in l. fideicōmissa. §. si seruo.

ff.de lega.3.dixit, ꝙ testator præsumitur velle illud, qđ est ꝯsuetū fieri, per l.generaliter.C.de fideicō.iō multofortius in proposito nostro testator videtur voluisse illud, quod lex disponit, sed lex disponit, ꝙ testator potius prouideat suis, quā alienis, ideo lex supplet, ꝙ testator dixerit illud, quod non dixit, sed verisimiliter illud dicere debuisset, vt rectè decidit tex. valde singu. in d.l.cum auus. in versi. plus dictū, quā sctiptū.ff.de cond.& demonst.nam, vt scribitur apud Virgilium in primo Eneidos, *Omnis in Ascanio chari stat cura parentis*: ergo sequitur, quòd potius prouiderit suis nepotibus: vnde multum pulchrè dicebat Bal.in l.j.C.de seruis fugi. ꝙ illud, quod nō est verisimile, est quædam falsitatis imago. l.milites.§. oportet.C.de quæstionibus cum simi.ergo &c. Sed ex supradictis verisile est, ꝙ testator ꝓuiderit nepotes suos alimētādos, ergo seqtur, ꝙ potius voluerit illos dēre alimētari, ꝗ̄ nurus suas, si nō sufficeret redditus alimētare vtrosq;: & apparet viua rōne, & nāli ꝗ̄ in causis decidēdis allegāt rōnalis: vt l. scire oportet.§.sufficit.ff.de excusa.tu.& ele.cū rationi nāli, de de elec. & l.cum ratio.ff.de bo.dam.cum si. Sed si testator prohibuit alienationem rerum hæreditatis, ergo videtur voluisse nepotes alēdos ex accessionibus rerum hæreditatis, aliàs videretur voluisse eos necare: quia si noluit eos alienare, & voluit eos alimentari, sequitur, ꝙ voluit eos necare, vt in c.pasce famę morientem.86.dist. ꝙ non est verisimile; quia nunquam quis suam carnem odio habuit: ergo se-
7 quitur, ꝙ † ex mente tacita ipsius est prius voluisse prouidere nepotibus sibi maiori charitate coniunctis. facit l.suggestionem.C.de verb.sig.& text. valde elegans in l.cum ita.§.in fideicommisso. in ver.proximo gradu procreati sunt.ff.de leg.2. vbi prius testator videtur vocasse eos, qui sunt in proximiori gradu.& quod voluit Ang. in d.l.suggestionē. vbi dicit se consuluisse, quòd testator instituēdo cippum suæ agnationis, videtur prius instituisse proximiores, vt voluit do.Pet.de Ancha.consil.25.aliàs 26.& facit l. peto.§.fratre.& l.cum pater.§.pen.ff.de leg.2.& l.hęredes mei.§.fina.ff.ad Treb. ergo potius videtur vocasse ad huiusmodi alimenta suos nepotes. Facit simile, quod habetur in l.quoties.C.de fideicom.vbi Bal.colligit ex illo text.quòd ex qualitate rei præsumitur tacitum fideicomissum; ponit exemplum: qa testator voluit rem manere in sua agnatione, quia ex hoc præsumitur tacitum fideicommissum; quia cum vna sola ratio possit coniecturari, illa habetur pro expressa, vt l.quāuis.C.de fideicom. & est glos. in l.codicillis, in §.instituto filio.ff.de leg.2.Ita dicamus in casu isto, vt ex eo ꝙ testator voluit illas nurus habere alimenta secundum possibilitatem suæ hæreditatis, videtur voluisse suos nepotes prius alimentari, ex quo erant hæredes, & magis honorati ab ipso testatore: ideo videbantur magis dilecti, & ex quo voluit ipsos hęredes non posse alienare bona hęreditatis, videtur voluisse eos nutriri ex accessionibus bonorum; sicut enim in simili videtur tacitum fideicommissum relinquere, eodem modo tacitè videtur voluisse eos alimentari ex illis redditibus: tum quia maiori charitate sunt coniuncti ipsi defuncto quàm nurus: secundò quia sunt magis honorati ab ipso testatore per institutionem hæredis, quàm ipsę nurus: ideo potiores erunt in consequendis alimentis. & adduco simile, quod voluit Bal.in l.quoties.C.de hęredibus instituen. vbi dixit, testator instituit hæredem vniuersalem, & fatri suo legauit mille, & ecclesiam instituit in quinque solidis, & repudiat hæreditatem, hæres vniuersalis decidit, ꝙ ex pręsumpta mente testatoris videtur, ꝙ hæreditas debeat peruenire ad ipsum fratrē, & non ad ecclesiam licet institutam; ex eo quia magis vr dilexisse fratrem, ꝗ̄ ecclesiam, ꝙ dicit apparere ex eo: qa magis illum honorauit, relinquendo mille. Ita dicamus in proposito, ꝙ vltra charitatem naturalē magis dilexit nepotes, ex quo eos instituit hæredes. Prę-
8 terea facit, † prouisio concepta per testatorem extenditur ad casum, de quo si fuisset cogitatum, idē prouidisset. Ita dixit gl. quæ cōiter reputatur sing. in l. tale pactum.§.fi.ff.de pact. Idem voluit gl. in clemen.j. de rescrip.& in c.2.de concess.præb.lib.6. & ibi Dominicus, & in c.diaconi.27.distinct.& ibi do.Dominicus.& glo. in l.j.C.de ijs qui ad eccles.confug.& in l.j.C.de raptu virginum. & in authen.cassa.C.de sacros.eccle.cum similibus. Quinimo plus dixit Ioan. Andr.in additio.Specu.in tit.de loca.§.j.prope principio. vbi refert fuisse dubitatum in facto: Quidā conuenerūt ad inuicem, ꝙ de vineis, quas rusticus plantabit, quartam partem dabit domino. Modo rusticus plantauit vineas, & plantauit arbores, fuit dubitatum si deberet soluere de arboribus, dicebatur ꝙ non, quia non fuit expressum in pacto: contrarium decidit, & mouetur per id, quod habetur in d.l.tale pactum.§.fi.quasi velit, quòd casus expressus in conuentione partium extenditur ad tacitum, quem si partes cogitassent, idem disposuissent: & ideo pulchre dicebat Bal.in l. precibus.C.de impube. & alijs substitut. quòd si testator fuisset interrogatus idem disposuisset, per d.l.tale pactum. §.fina. ergo multo fortius in casu nostro, cum tacitè prouiderit instituendo nepotes hæredes, & prohibendo alienationem bonorum, & relinquendo alimenta dictis suis nuribus, non simpliciter, sed limitatè ac restrictiuè, vt superius induxi: ideo potius videtur voluisse alimentari nepotes. Facit, quod habetur in capitulo primo, de cohabitatione mulierum & clericor. vbi possunt clerici alimentare suos coniunctos de redditibus ecclesiæ: ergo sequitur, ꝙ multo fortius laici possunt & debent prouidere suis coniunctis de alimentis: cum ergo testator videatur velle & cogitare id, quod lex disponit, & lex disponit alimenta deberi ex ordine charitatis, vt est dictum, ergo sequitur, quòd eodem modo videtur voluisse testator.

¶ Et si quispiam opponat de eo, quod habetur in dicta.l.penulti.ff.de alimen.lega. vbi dicitur, quòd alimenta debentur ex facultatibus defuncti, ergo ex corporibus debentur. Respon. quòd illa. l. intelligitur & restringitur per alias legibus. vt intelligatur de accessionibus & redditibus, per d. l. Imperator. & d.l.3.§.modum. aliàs hęreditas de facili reduceretur ad modicum, vt d. l. si quis ad declinandam. C.de episcop.& cler. ita bellissimè dixit Salyc. in l.prima. C.de fideicommiss. qui dicit illam l. penulti. vt generaliter loquentem secundùm prædicta iura restringi, & limitari secundùm eum. Et ex prædictis concludo in fauorem dictorum nepotum institutorū.

¶ Capio secundum articulum huius hæsitationis, videlicet vtrum hęredes dicti Titij debeāt prius detrahere suam legitimam de bonis hæreditatis prædictæ, & de fructibus residui præstare alimenta. Et pro certo nulla dubitatio videtur esse circa istum articulum; ex eo quia legitima debetur omni sublato grauamine, & omni sublata dilatione, vt probatur in l.quoniam in prioribus.C.de inoffi.testam.& l.scimus.§.cum autem. eod. titul. posito ergo quòd hæreditas auita esset grauata onere præstandi ali-
9 menta illis nuribus; tamen non † debentur de legitima: quia est debita omni remoto grauamine, & istā dubitationē decidit in terminis Sal. in auth. hoc locum.C.si secūdo nups. Quæro modo, qn̄ de oībus bonis dēt alimētari, an filius suam legitimam prius deducere possit, & decidit ꝙ sic, & de residuo debētur ei

tur ei alimenta, & remittit ad dicta per se, in l. j. C. de fideicōmiss. vbi dixit, ꝙ huiusmodi alimēta debeāt præstari ex fructibus & accessionibus, & non ex corporibus rerum, allegat. d. l. Imperator. ff. ad Trebel. faciunt ea, quæ plenè dixi in præcedēti dubio. & adduco, qđ voluit Bal. in l. iubemus. C. ad trebel. vbi dixit, ꝙ filius potest impetrare separationem suæ legi-
10 timæ, & petere † assignationem sibi fieri in re certa arbitrio boni viri, allegat. l. libertus patrono. §. quid ergo. ff. de bo. libe. & citabuntur secundum eum illi, quorū interest, vt contradicant, si quā rōnabilem causam habēt. l. j. §. denūtiari. ff. de ven. inspi. & sufficit requiri eos, ad quos pertinet prima contradictio: & sic sequitur, ꝙ legitima non subijcitur oneri alimentandi legatariū. ¶ Et si dicatur, ꝙ testator voluit nurus alimētari de bonis suæ hæreditatis, & sic de omnibus bonis: Ad hoc rn̄detur, ꝙ gn̄alia verba testatoris non adaptantur ad impossibilia ipsi testatori, vt probatur in c. tua. de deci. & voluit in simili Bar. in l. fi. §. in computatione. C. de iure deliber. vbi dixit, ꝙ generalia verba statuti non adaptantur ad impossibilia ipsi statuenti, c. 3. de const. c. a nobis. de sen. excom. l. si quis sub conditione. ff. de condi. insti. sed testator non potest grauare filium in legitima; vt in d. l. scimus. §. cum autē. & d. l. qm̄ in prioribus. ergo sequitur, ꝙ si in specie non potuit grauare nepotes in legitima eis debita, ꝙ non præsumitur voluisse eos grauare in genere: & fortius hoc probatur ex verbis ipsius testatoris, dum dixit, ꝙ haberent alimenta secundùm possibilitatem suæ hæreditatis: ergo sequitur, ꝙ voluit, ꝙ alerentur ex legitima nepotum eis debita ex iuris dispositione: quia ad eum casum adaptatur dispositio testatoris, ad quē adaptantur verba testatoris. l. 4. §. toties. ff. de dam. infe. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accus. l. quod constitutū. ff. de test. mili. l. j. §. loquitur. ff. de magi. conuen. c. ad audientiam. de deci. sed verba testantis nō adaptantur ad legitimam debitam nepotibus; quia cum dixit, ꝙ volebat, ꝙ haberent victum, vestitum, & habitationem f'm possibilitatem suæ hæreditatis, sed legitima debita nepotibus ingrediētibus locum suorum patrum est subsidium bonorum, & non est hæreditas aui, ergo sequitur, ꝙ nō adaptabitur dispositio ipsius testantis: & per ꝯn̄s nō poterunt dictæ nurus petere alimenta de legitima. d. nepotū. ¶ Capio tertium articulum, vtrum debeat deduci æs alienū, scilicet legata, & onera hęreditaria de substantia bonorum hæreditatis, & de fructibus residui alimenta præstari. Et indubitanter vr̄, ꝙ sint deducenda, & de
11 residuo † sint alimenta præstanda: & allego tex. qui iudicio meo in terminis decidit hanc dubitationē, in l. vsufructu bonorum legato æs alienum ex omnibus rebus deducendum est. ff. ad l. Falc. vbi est casus, ꝙ si relinquitur vsusfructus omnium bonorum Titio, & in illa hæreditate erat æs alienum, dicit ibi tex. ꝙ deducendum est æs alienum ex omnibus bonis hæreditarijs: & sic in casu nostro istę nurus de residuo habebunt alimenta. Pro certo est ibi casus ponens gladium ad hanc dubitationem, & confundit ille tex. dictum Bar. in l. fi. ff. de vsuf. lega. & sic quilibet participat in solutione æris alieni, & onerum hęreditatis, tam hæres quàm alimētandus. Et vlterius dico fore casum in indiuiduo in l. fin. §. sinautem æs alienum. C. de bo. quæ lib. vbi probatur, ꝙ si hæreditas aduentitia deuoluitur filiosa. vsusfructus debet patri, dubitatur, illa hæreditas habet onera, de quo soluentur illa onera? tex. ibi dicit, de rebus hæreditarijs mobilibus prius, & per posterius de immobilibus, & de residuo habebit pater vsumfructum: ecce nunc qualiter ille tex. decidit hanc quæstionem: istę ergo nurus habebunt alimenta, deducto prius ære alieno, & oneribus hæreditarijs: & sic habebunt alimenta de residuo. Et plus dicit ibi tex. ꝙ pater si fuerit in mora vendendi, vt soluat æs alienum, cogitur de suo soluere vsuras, legata vero, & fideicommissa annalia ex reditibus, si sint sufficientes, debent solui, aliàs vendētur bona minoris reditus, licet sint pretiosiora, & mancipia hęreditaria per ipsum patrem debent ali: & sic plus vr̄ dicendum, ꝙ ex reditibus, quibus istæ nurus debent nutriri, deberent solui legata, ꝙ tn̄ non pono pro constanti: & sic ponderet do. iudicans tex. d. §. sinautem ęs alienum: quia probat, ꝙ substantia alicuius intelligitur ære alieno, & oneribus deductis. Cum ergo alimenta debeātur ex facultatibus defuncti, vt dixit tex. in d. l. cum alimenta. in ver. facultatibus. ff. de ali. & ciba. lega. distinguēdo illam. l. vt voluit Salyc. in l. j. C. de fideicom. vt dixi superius in præcedentibus dubijs: ergo sequitur, ꝙ alimenta debentur istis nuribus deducto ære alieno, & oneribus hęreditarijs. Et plus dixit Saly. in d. §.
12 sinautem æs alienū. ꝙ legata † annalia ex reditibus sunt soluenda, vt ibi est tex. Salyc. ibi dicit, illum tex. esse optimum ar. vt si testator reliquit alicui vsumfructum omnium bonorum, ꝙ potest, vt l. omniū. ff. de vsufru. ꝙ ad illa soluenda teneatur vsufructuarius. Bar. in l. fi. ff. de vsufru. lega. dicit, ꝙ æs alienum debebit deduci ex fructibus tantum, vt totum onus & æs alienum soluēdi spectet ad vsumfructuarium: sed non bene dicit, vt alias cōsului ꝯ Bar. & pulchre consuluit ꝯ illud dictum Bar. solēnis doc. D. Pau. de Castr. in consi. 383. incipiente. In causa quæ vertitur Bononiæ. & dicit se legendo & consulendo ita tenuisse, per tex. d. §. sinautem æs alienum. non tamen facit mentionem de Saly. ibi, qui dicit, quòd vsufructuarius omnium bonorum tenetur soluere legata annalia: & per cōsequens minorem dubitationem habet iste articulus, vt istæ nurus debeant habere alimenta de residuo: & circa hoc nō solùm concurrit dispositio iuris communis, sed ēt concurrit volūtas testantis, qui voluit, ꝙ hēat alimenta f'm possibilitatem suę hęreditatis, & hr̄ditas dr̄ esse ære alieno deducto, & deductis oneribus hæreditarijs: qa ea dicimur posse, quæ honestè, & iustè possumus, vt in c. faciat homo. 22. q. j. & in l. filius. ff. de condi. insti. & l. nepos Proculo. ff. de verb. sign. & lex dicit, alimēta p̄stāda ex facultatibus. & facit tex. valde sing. in l. mediterraneę. C. de anno. & tribu. li. 10. vbi habēdus est respectus ad onus rei, vt ꝯsideremus eius valorē: vnde si fundus esset magnus, & tamen plus expēderet in colligendus fructibus, q̄ essent fructus, diceretur paruus fundus. Ita si plus expenderetur in faciendo fieri inuentariū, q̄ valeret hęreditas, vel causa, vt ibi voluit Bar. Ita dicamus in proposito nostro, vt possibilitas hęreditatis cōsideretur deductis oneribus hęreditarijs. Deducet ergo æs alienū, & alia onera, & bene facit ad prædicta, qđ voluit Bal. in cōsi. suo incip. Super primo puncto. vbi cōsuluit, ꝙ ille, cui est relictus vsusfructus omniū bonorū, habebit illū deducto ære alieno, & oneribus hæreditarijs. Et pro certo dico fore casum, ad quē mūdus non posset respondere, in d. l. vsufructu omnium bonorū legato. ff. ad le. Fal. & maximè: quia ex facultatibus & charitate personæ debent alimenta, vt d. l. cū alimenta. & maiorē charitatem habuit auus ad nepotes, q̄ ad nurus. Et ex istis concludo, prius debere detrahi æs alienū, & alia onera hæreditaria, & de residuo debere p̄stari respectu reditus alimēta, vt superius dictū fuit p d. l. Imperator. ad Treb. & ita ꝯcludo. ¶ Venio ad quartū articulū, vtrū dicta alimēta veniāt p̄stāda ex fructibus bonorū emphyteuticorū. Et circa hoc est cōsiderandū: qa testator dixit, alimēta esse p̄standa f'm possibilitatē suæ hæreditatis, voluit enim di-

cta alimēta esse præstanda de bonis hæreditarijs, nā illud voluit testator, qđ verbis expressit.l. Labeo.§. idem Tubero.ff.de sup. lega. voces enim sunt signa earum quæ sūt in anima passionū notæ, vt dixit philosophus in primo Periher. est enim lingua cordis preco, vt dixit Bal.in tractatu scismaticis, & imperator linguæ est cor, vt pulchrè voluit Bal.in c.mandatū, de rescri.cum ergo testator disposuerit, ꝙ huiusmodi alimenta præstentur secundū possibilitatem hęreditatis: ergo non sunt præstanda ex rebus non hæreditarijs.¶ Stat difficultas, an bona emphyteutica dicantur esse hęreditaria. Et licet Bald.in auth.si quas ruinas.C.de sacrosan.eccle. arguat pro & ꝯ, q̄rendo, filij repudiarūt hęreditatem paternam, dubitatur, vtrum stante dicta repudiatione possint acq̄rere bona emphyteutica, decidit ꝙ sic: quia licet nolint esse hęredes patris; tamen non perdūt istud ius emphyteuticum, allegat ad hoc in arg.l.fi.ff.de pac. & l.si post mortē.§.fi.ff.de ꝯtra tabu.& facit, qđ voluit Bal.in auth.vnde si parens.C.de inoffi. testamē. vbi dicit, ꝙ filius repudiando hæreditatem patris potest acquirere emphyteusim: quia illa venit iure contractus, & non iure hæreditario, & plus dixit idē Bald.in l.penul.C.de hære.act. quòd si filia prætēdit ius emphyteuticum non vt hęres, sed vt filia, ꝙ licet repudiet hæreditatem paternam, non tamen ꝓpter hoc videtur renunciasse bona emphyteutica: vnde non nocet talis renūciatio in bonis emphyteuticis, voluit Bart.in l.vt iusiurandi.§.si liberi.ff.de oper.liber. Facit, quod voluit domin. Petr. de Anchara. in cap.potuit.de loca. vbi dicit, pater accepit emphyteusim pro se, & suis filijs, & nepotibus, qui postea repudiant hæreditatem paternā, ꝙ nihilominus nō videntur exclusi a bonis emphyteuticis.facit, qđ voluit idem Bal.in l.itē videndū.§.item veniunt. ff.de peti.hęre. vbi idem firmat. & idem voluit Angel.in consi.181.Et facit ratio inconuincibilis: nam illa bona emphyteutica competūt filijs, aut nepotibus extra omnem hęreditatē paternam: quia vbi quis accepit emphyteusim pro se, & filijs suis, eo mortuo filij, aut nepotes dicuntur capere illā emphyteusim a primo domino, non a patre suo. Ita dixit Barto.in l. mortis causa capitur.ff.de dona. causa mort. per illū text.& sic nec iure successorio, nec iure hęreditario filius capit illā emphyteusim: & facit, qđ voluit do.Pe.de Anch.in cle.si plures.de iurepatro.vbi hāc quæstionem decidit, & allegat Fede.de Senis.in suis consilijs. & etiam secundū istam partem consuluit domi.Petr.de Ancha.in consilio 310. vbi consuluit, pater voluit, ꝙ filia esset tacita & contenta, & plus non posset petere in bonis paternis, quòd nihilominus non videtur exclusa a bonis emphyteuticis petētis. Facit etiam, vbicunque pater contrahit nomine filij, aut nepotis, & eo nomine recepit possessionē alicuius rei, ex istis duobus inducit̄ tacita donatio in filium.l.filiæ.C.fam.er.l.pe.§.auia.ff.de dona. Sed clarū est, ꝙ licet filius repudiet hęreditatem paternam: non tamen perdit donationem, text. est in d.auth.vnde si parens, quam allegat pro casu Spec. in titu.de loca.§.nunc aliqua.vers.154. Item ista bona emphyteutica descendunt a patre, vel ab auo in filiū, aut nepotē ex ꝯtu paterno, ergo est profectitium.l.cū oportet.C.de bo.quæ libe.l. illud.§.fin.C. de colla. ergo descendunt per modum donationis, & non per modū hęreditarium.¶ Pręterea facit l.si quis Titio.ff.de vsufru.accre. nam videtur, ꝙ nepotibus sit quæsitum ius tempore contractus, saltē spe, vnde istud ius non debet perdere, licet nō sit hęres. l.fi.ff.de pact.facit, qđ voluit Bar.in l.qđ dr̄.ff.de verbo.obliga.ergo sequitur, ꝙ ista bona emphyteutica sunt extra oēm hæreditatē ipsius Titij testantis: cū ergo voluerit, ꝙ dicta alimenta pręstentur s̄m possibilitatem suæ hæreditatis, videtur exclusisse bona, quæ non sunt hæreditaria: q̄a limitata cā limitatū parit effectum.l.in agris.ff.de acqui.re.do. l. age. C.
13 de transact. & per consequens dicta bona † emphyteutica nō subiacent oneri alimentandi has nurus. ¶ Et si quispiā ingentis spiritus doctor diceret, ꝙ in contrarium videtur tex.in l.quidā testamento.ff. de leg.j.vbi dr̄.testator legauit mille Titio, & voluit de tali loco consequi decē, & de alio loco cētum, & sic de singulis, si postea testator solui sibi fecit, ꝙ nihilominus nō vr̄ reuocatū legatū: q̄a potius videtur demonstrasse locum, vnde illa mille soluerētur, voluit tamen omnino solui de alijs locis. Ita videretur dicendū in proposito nostro, vt videatur testator demonstrare, vnde fieret executio ipsius legati alimētorū, vnde videtur voluisse omnino deberi. Pro certo istud non ob.q̄a in casu.l.quidam testamento. testator retulit se ad executionē, demonstrauit enim locū, vnde solui deberent: sed in casu nostro retulit se ad ipsius legati substantiam: voluit enim ita deberi legatū alimentorū, si ad hoc sua hęreditas sit sufficiens; nec voluit aliter teneri ad hmōi legatū: vn̄ nō retulit se ad locū, vnde soluerentur: q̄a dixit in d.l.q̄dam testamēto. Anilio Aurelio tot in castris, vbi habeo centū, soluant̄ centū: ideo nō sic fuit in casu nostro: imo reliquit secundùm possibilitatē suæ hæreditatis, & sic hæreditatem suam ad hoc grauauit, ergo sequit̄, ꝙ bona emphyteutica non sunt subiecta huic oneri alimentandi dictas nurus. & ita ꝯcludo. ¶ Venio ad quintum articulū, in quo quęritur, vtrū alimenta peti possint ex eo: quia illa dn̄a, quæ erat alimentanda, non stetit in domo hæredum. Circa istum articulum est aduertendum: quia testator voluit, ꝙ haberent dictę nurus victū in domo ipsius testatoris, cū hæredibus testatoris, & si cōmodè non possent habitare cum hęredibus suis vniuersalibus, ꝙ vnaqueq; ipsarū possit habitare in dicta domo, q̄libet in camera sua, in qua stabat tpe, quo mariti viuebant, videt̄, ꝙ dicta alimentanda debuit stare in domo hęredum, & operari, & laborare ad cōmodū ipsorū heredū: q̄a posset dici. Qui non laborat, non manducat. vnde glo. quæ reputatur singu. in l.sicut. ff.de oper.liber. voluit, ꝙ si mulier alatur ab hæredibus viri, dēt operari ad cōmodum ipsorum hęredū. & voluit Ang.in consi.139.¶ Et si opponatur de eo, qđ voluit Bart.in l.diuortio, in prin.ff.so.mat.vbi di-
14 cit, ꝙ licet glo.in d.l.sicut.dicat † vxorem, q̄ nutritur ab hęredibus viri debeat operari ad cōmodū ipsorū hęredū, quando ex dispositione legis est alimentanda: sed quando venit alimentanda ex prouisione hominis: quia testator legauit alimenta, tunc nō tenetur operari hæredibus mariti. & idē voluit in l. Caio.§.j.ff.de ali.lega.& sequitur Sal.in l.j.§.exactio. C.de rei vxo.acti. Posset ad hoc responderi: q̄a non loquitur Bartol.quando testator mandauit, ꝙ deberet habere alimenta in domo hæredū, & cum illis deberet commorari, quo casu videtur habuisse respectū ad cōmodū ipsorum hæredum: vel saltē dicēdū est, ꝙ tenetur operari operas fabriles, vel artificiales, vt facere lectum coquinam, & portare aquam, si talia facere cōsueuit, non enim dēt stare in domo sicut corpus mortuum. Idcirco testator eam grauauit de stādo in domo, vt aliquid operaretur, vnde si non laborat, nō māducet, argu.ff.commoda.l.in rebus.§.posuīt.& l.Seio.§.fi.ff.de annu.le. Ita dixit pulchrè.Bal.in l.j.C.de le. Facit, qđ voluit Ang. in l.assiduis.C.q pot.in pigno.habe. vbi dixit, ꝙ vxor mortuo viro dēt opari in domo filiorū, vel hęredū, nec potest facere pānos lineos pro se, aut aliqua alia manualia, q̄ intra domū viri exercent̄, ꝙ dicit esse not. quia

9 cut titulus† acquisitus post mortem defuncti nō impedit missionem, ita non impediat petitionem hæreditatis:& sic apparet,quòd non est vera solutio data per glo. in d.l.fi.quòd debeat intelligi in illis casibus,in quibus petitio hæreditatis datur contra titulo possidentem, qui not.in l.hæreditatem.C.in quibus cau. non ob.long.tempo.præscript.quia ista responsio nimis restringeret tex.d.l fin. Et cum postea adducitur, quod voluit Paul.de Cast.in d.l.fi.vbi reuera approbata respōsionem datam a me ad istam obiectionem,dicens ꝙ dicere,ꝙ d.l.fina.intelligatur de his casibus specialibus,in qbus datur petitio hæreditatis contra titulo possidentē,esset nimis restringere illum text.& refert ibi Bald.dicere singulariter, & perpetuò fore tenendum menti dictum eius, & dicit se mirari, a nullo fuisse aniaduersum,ꝙ ibi loquitur,quando titulus fuit acquisitus post mortem defuncti,quo casu non excluditur petitio hæreditatis:&

tis:& omnes docentes, petitionem hæreditatis non dari contra titulo possidentem, intelliguntur de titulo acquisito in vita defuncti: secus si post mortem defuncti: casus est ibi, subdit ibi Paul. de Castr. istud dictum esse singulare, si esset verum: tamē videtur, ꝙ non sit verum: quia video, ꝙ contra ementem totam hæreditatem, vel magnam partem datur petitio hęreditatis: quia tunc titulus habetur pro non titulo, secus quando non emerat magnam partem, vt l. nec vllam §. si quis sciens. ff. de petitio. hæredita. cum præcedentibus. & tamen illi tex. loquuntur de titulo acquisito post mortem defuncti ab eo, contra quem poterat dari, & nata erat petitio hæreditatis: & tunc procedat dictum Bald. quia non potuit ille transferendo in alio cum titulo, tollere petitionem hæreditatis iam natam, aut fuit ille titulus acquisitus ab alio, contra quem petitio hęreditatis ante dari poterat, & tunc nec nunc dabitur, ne fiat deterioris conditionis successor, quàm auctor: & pro ista distinctione remittit se ad Bar. in d. l. cogi. in fin. vbi secundùm eum sentit contrarium eius, quod voluit Bald. in d. l. fi. dum format quæstionem de tit. acquisito post motam litem super petitione hæreditatis, an habeat eam tollere, & distinguit hoc modo prædicto: & sic innuit, ꝙ si ante litem motam haberet, eam tollere indistinctè: & ista sunt verba do. Pau. in d. l. fin. reuera ego superius respondi ad illa iura allegata per eum, inquantum allegaui. l. ꝙ si in diem. §. fina. & l. etiam. §. si quis sciens. in quibus non potest esse casus, nisi ꝙ titulus superuenit post mortem defuncti, & non datur petitio hæreditatis contra tales intitulatos: tamen rideo, quia illę leges loquuntur, qn̄ titulus fuit habitus post mortē defuncti ab illo, qui dicebat se hæredē, & tenebatur petitione hæreditatis, & venditio fuit facta de quota hęreditatis, & modico pretio, vt patet in dictis locis. Sed iste reus, contra quem agitur petitione hęreditatis, non emit ab eo, qui dicebat se hæredem, nec emit sub nomine quotę hęreditatis, ergo non obstat motiuum do. Pau. & videtur esse quędam ingenij infirmitas reprehendere doctrinam tam magni doctoris, vt fuit Bal. per motiuum debile, & generale, non habens neruum: nec vidit domi. Pet. de Anchar. qui in contingentia facti practicauit secundùm doctrinam Bald.

¶ Præterea facio vnum motiuum, quod pro certo mihi videtur esse insolubile hoc modo, vbicunque duo a iure æquiparantur, ius exorbitans loquens de vno habet locum in reliquo gl. est in c. si postquam. §. fin. de elect. lib. 6. quam do. Pet. de Anchara. ibi reputat singu. simile dicimus in Falcidia & Trebellianica, de quo in auth. de hæred. & Falcid. §. si verò expressim. & in authen. sed cum testator. C. ad l. Falci. & in c. si pater, de testa. lib. 6. & in c. Raynal. eod. titu. Sed petitio hæreditatis & missio in possessionē æquiparantur, vt est text. iudicio meo melior de corpore iuris in d. l. fi. C. de edic. diui Adria. tollen. vbi tex. arguit de vno ad reliquum: ergo multo fortius possumus arguere nos: sed titulus acquisitus post mortē defuncti non excludit missionem in possessio. vt voluit glo. sing. in d. l. fi. quam omnes ibi sequuntur, ergo sequitur necessario, ꝙ non impedit petitionem hæreditatis: vt probat tex. d. l. fin. coniuncta glo. pręfata. ergo iste libellus est aptus, congruus, & rectè concludens petitionem hæreditatis motam contra habentem titulum emptionis post mortem defuncti. Et sic iuribus, rationibus, argumentis, & magnorum virorum auctoritate, & obseruātia est hæc pars verior: & per consequens partes do. iudicantis sunt, & esse debēt in condemnādo istum reum in petitis per actorem. Et si rectè ponderetur distinctio Bar. in dicta l. cogi. decidit quæstionem nostram in terminis: dicit enim in sua distinctione circa illū passum: si superueniat titulus pendente iudicio, an repellat agentem petitione hæreditatis: & dicit, ꝙ si acquirerem mihi aliquem titulum ab aliquo, qui nullum ius haberet, haberet locū determinatio, de qua ibi vbi fuit decisum, ꝙ titulus non excusaret: & sic non excluderet petitionem hæreditatis: & ita est formaliter in casu nostro: & sic sumus in casibus, in quibus datur petitio hęreditatis contra titulo possidentem, quando alienatio non tenuit. Et ad hanc distinctionem datam per Paulum in d. l. fi. dico, ꝙ formaliter concludit pro victoria nostra: dicit enim, ꝙ aut iste, contra quem agitur petitione hæreditatis, habuit causam ab eo, cōtra quem nata erat petitio hęreditatis; vt quia habuit titulum ab eo, qui possidebat sine titulo, & tunc sit vera opinio Bal. quia non potuit plus iuris transferre in alium, quàm ipse haberet, istud decidit casum nostrum: quia ille Stephanus habuit causam ab illis, qui poterant conueniri petitione hæreditatis; cum titulus eorū esset nullus: quia res minoris sine solennitate debita emerūt, & sic do. Paul. formaliter decidit pro nobis: non enim potuerunt transferre in Stephanum ius, quod in dictis bonis ipsi non habebant. Quinimo plus videtur dicendum, quòd illi de Serna emerunt ab eo, qui poterat ꝯueniri petitione hæreditatis quò ad dimidiam spectantem ad illum minorem: quia nullum titulum habebat, quò ad bona spectantia ad illum minorem coheredem, & sic primum membrum distinctionis d. Pau. firmat causam nostram: subdit postea, aut habuit titulum ad eo, ꝯ quem non erat nata petitio hæreditatis; & quia habuit reus titulum a possidente cum titulo, & tunc non procedit petitio hæreditatis contra eum, allegat, quod voluit Bar. in simili in d. l. cogi. ad fi. & licet aduersa pars faciat fundamentum super hac distinctione D. Pauli: tamen pro certo se ipsum percutit cum ligone suo: quia iste Stephanus habuit titulum ab eo, contra quem nata erat petitio hæreditatis. quia rem inalienabilem emerunt, non interueniente debita solennitate, & per cōsequens sumus in casu, in quo agitur petitione hæreditatis contra titulo possidentem, vt no. in d. l. etiam. §. 1. & sic siue consideremus, ꝙ ista bona alienata pro dimidia spectant ad minorem, & talis titulus est nullus, siue consideremus, ꝙ huiusmodi titulus & pos. adepti fuerunt post mortem defuncti, sumus in casu victoriæ: & per consequens rectè potuit actor agere contra illum reum petitione hæreditatis: tū quia titulus sibi acquisitus fuit post mortem defuncti, vt voluit Bal. cuius opi. est noua & singularis habens maximam æquitatem, quam sequitur do. Pe. de Anch. & eam summè notat doc. Io. de Anania in quadā apostilla manu sua propria. in l. 2. C. de petitio. hæredita. tum etiam quia iste Stephanus habuit causam ab illis, qui poterant conueniri petitione hæreditatis, cū titulus eorum esset nullus: quia res minoris minus solenniter emerūt, vt supra dixi. Et ita circa hunc passum concludo singulariter & melius quàm aliquis docentium. Andr. Barb.

EPITOME.

¶ Testamento fructus pecunię legatus, quia non debetur si hęredi legatarii executores dare, aut sūmam pręscriptam, aut eius fructum iussi fuerint, ab electione rectè cessabunt, nec nisi sors ab hærede legatarii exigi poterit.

SVMMARIVM.

Pecuniam fructificare est contra naturam. nu. 1.

Vsura est cōtra iura diuina & humana. nu. 2. prohibita et iure ciuili. nu. 5. & dicitur lucrū ex mutuo pacto debitum & exactū. nu. 6. eius verò natura est multiplicatio obligationis. n. 8.

CON-

CONSILIVM LXVI.

Ex facto cōsultationis mihi magis videtur, ꝙ dicta domina Magdalena non possit petere dictos florenos mille pro fructu quingentorum flo. vigore dicti legati & donationis factæ. Et præmitto verba dicti testamenti, quæ dicunt, ꝙ quādocunq; dictus Franciscus decesserit, tunc stet in electione infrascriptorum executorum dare hæredibus dicti Francisci dictos florenos 500. aut quolibet anno eius hæredibus respondere, & dare florenos 40. auri, de dictis florenis quingentis pro eorū fructu, q̄ verba sunt summopere ponderanda, vt pecunia germinet fructum: quo casu istud legatum videtur formaliter esse contra naturam: quia vsus pecuniæ est consumptio, & est inducta ad commutationes faciendas, vt habetur 4. lib. Ethi. & primò Politicorum, vt habet̄ in c. eijciens. 88. dist. & in l. 1. ff. de contrahen. emptio. Ideo cum testator alterat vsum pecuniæ volendo lucrum & fructum afferre ex pecunia dicto legatario, sequitur † ꝙ disponit ꝯ naturā rei: vt placuit beato Thomę de Aquino scda secūdæ. q. 78. argumen. 2. & ideo dicebat Bald. in l. 2. C. de summa trinit. ꝙ pecunia est figura sine substātia, & pulchrè dixit Philosophus primo Politicorum, vt artificialia germinent, est contra naturam: & huiusmodi est pecunia: quia ex artificio est, vt habetur in d. l. 1. ff. de contrahē. empt. & ex hoc dixit Io. mo. in c. 1. de vsur. lib. 6. ꝙ ecclesia habet iurisdictionem in laicos: quia qui abutuntur nā vnr peccare in ipsum Deū, & ꝯ nām, de quo per Inn. in c. ꝙ super his. de voto. & ideo dr̄ in cle. 1. de vsur. † ꝙ vsura est ꝯ iura diuina & humana: ergo videtur esse contra ius naturale, argu. c. humanum genus. 1. dist. est enim ꝯ Vetus & nouum testm̄, vt dr̄ apud psalmistam, quis ascēdet in montē dn̄i, aut quis stabit in loco sancto eius? qui nō dedit pecunias suas ad vsurā. & in nouo testō Matth. 6. dr̄, mutuum dantes nihil inde sperantes, probat̄ in c. super eo. de vsur. non ergo potuit testator disponere, ꝙ pecunia germinet pecuniam ꝯ naturam rei † quia nulla auctoritas potest disponere contra ius naturale, vt l. 1. ff. de vsufru. ea rei quæ vsu consumūtur. l. eos. & l. legatum. ff. de capi. dimi. nec etiam auctoritas Imperialis vel Apostolica contra verba Iesu Christi, vt c. Iulianus. 1. dist. c. dominus. c. is qui resistit. & c. is qui præest. 11. q. 3. ergo sequitur, ꝙ multominus testator potuit legare 40. florenos ꝓ fructu pecuniæ annuatim soluendos pro quingentis florenis. ideo rectè dixit Bartolus in l. secunda. ff. de his quæ pœnæ not. ꝙ testator non potest permittere vsuras in testamento: quia si testator non poterat permittere vsuras prohibitas de iure ciuili vltra certum modum, ita nō potest permittere hodie, cū in totum sint prohibitæ: & istud probatur in l. 3. §. fi. ff. de annuis legatis. & ideo dicit † quòd quando pœna adijcitur dationi quātitatis vltra legitimum modum vsurarum de iure ciuili non valet: vt l. Iulianus. §. idem Papinianus. ff. de actio. empti. l. cum alle gas. C. de vsur. coniuncta l. 3. in fin. ff. de annuis legatis. & ita concludit ibi Bartolus, ꝙ hodie non potest testator in suo testamēto permittere vsuras. & facit, quod voluit idem Bartol. in dicta l. tertia. §. fina. vbi dicit, hodie autem putarem, quòd de iure canonico nullo modo posset permitti vsura in vltimis voluntatibus, ibi enim dicitur, quòd vsura nō excedit debitum modum in vltima voluntate: sed de iure canonico nullo modo est permissa, ergo nullo modo potest permitti in vltima voluntate. Et plus dico, ꝙ salua reuerentia Bartol. imo hodie vsura est etiam prohibita de iure ciuili, vt habetur in authentico, de eccle. titu. in princípi. † vbi Imperator approbat concilium prohibens vsuras, & sic videtur, quòd de iure ciuili sint prohibitæ, & probatur apertius in clementina prima, de vsur. in versiculo iura humana, vbi vsuræ sunt contra iura humana, & per consequens contra iura ciuilia: vt capitul. filius, de testamentis. capitulo primo. de re iudicata. cum similibus, & per consequens testator non potest permittere vsuras in testamento suo de iure ciuili. Et ratio apparet in promptu: quia cum sit contra naturam & contra vetus & nouum testamentum & contra iura humana, ergo non poterit illas permittere in suo testamento. ¶ Et si quispiam opponat fatendo planè, quòd testator non possit permittere vsuras in suo testamento: tamen ista non est vsura ex eo: quia Innocent. in capitulo primo. de vsur. dicit † quòd vsura est lucrum ex mutuo pacto intentū debitum vel exactum, sed non interuenit mutuum, ergo non dicitur esse vsura: quia cui non competit diffinitio competit diffinitum. l. omnis diffinitio. de regulis iuris. l. prima. ff. de dolo. sed in casu nostro non interuenit mutuum, ergo non committitur vsura: quia actus actiuorum sunt in patiente bene disposito: & dicebat Hostien. in summa de vsur. quòd quicquid accedit sorti, vsura est, & quod voluit Ioan. Andre. in regula peccatum. libro sexto. vbi dicit, quòd mutuum ponitur pro materia in diffinitione, lucrum ponitur pro forma, istud sequitur dominus Cardinalis & dominus Abbas in rubrica de vsur. & quod voluit dominus Petrus de Anchar. in sua disputatione incipien. Antiquis & modernis temporibus. vbi sępenumero arguit, non præcessit mutuum, ergo sequitur, quòd vsura non committitur. Cum ergo in casu nostro nullum præcesserit mutuum, ergo nulla committitur vsura. Ita posset quispiam argumentari, reuera non obstat in casu nostro: quia videtur. d. quingenti floreni legati dicto legatario breui manu dati a dicto legatario hæredi ipsius testatoris: & per consequens videntur mutuati, argumen. l. 3. §. sciendum. & l. mulier. ff. de donationibus inter uirum & vxorem. & l. singularia. ff. si certum petat̄. & sic videtur quodammodo pręcessisse mutuum & lucrum cōuentum ex illo mutuo, & per consequens in rei veritate videt̄ vsura: quia dicit̄ vsura, quicquid accedit sorti. 14. q. 3. c. plerique. Et licet doctores dicant, ꝙ est lucrum ex mutuo intentum. Et Christus dixit, mutuum dantes, tamen illud est regulare, & cōsiderauit Christus, & doctores quandam facti frequētiā; q̄a magis frequētat̄ in mutuo. quàm in alijs, argumento eius, ꝙ dixit gl. in cle. 1. de rescriptis. & in clement. j. de suppl. negligen. prælato. in c. ij. de cōfessis. lib. 6. & in c. vno. de rerum permuta. lib. 6. & in ca. diaconi. 27. distin. & gloss. l. tale pactum. §. fi. ff. de pac. glo. in auth. cassa. C. de sacrosanctis eccle. & in l. j. C. de his qui ad ecclesiā confu. & glo. in l. j. C. de raptu virgi. & ideo elegāter dixit D. Car. in c. abbatē. de rescri. factū narrat, idem est in alijs collatoribus, & idem D. Car. in c. præterea. el primo, de transac. in ver. religioso, dicit idem alijs. & ideo de religiosis dicit: quia ita accidit, & idem D. Car. in c. plerique. de pac. Ita dicamus in proposito, ꝙ doctores dicunt, quòd vsura nascitur ex mutuo, & ita dixit Gofre. & quasi oēs docentes: tamē illud est regulare, quia nos videmus, ꝙ in vltimis casibus auctoritate legis debētur vsuræ, vt in c. conquestus. de vsur. l. curabit. C. de actio. empt. cū simi. & tamē nullū pręcessit mutuū. Ita singu. dicit Hostien. in summa de vsur. in prin. & qđ voluit idē Hos. ibi in §. quibus. & §. ex quibus. sed regulariter & frequēter nō pręstant̄ vsurę. nisi in mutuo. Et sic tolluntur illa contraria duobus modis: primò, vt videatur breui manu factum mutuum.

Et adduco simile, quod dicit Baldus in lege prima, Codice de his quæ pœnæ no. versiculo quinto quæro, testator mandauit quibusdam moniabilis, ꝙ reciperent filiam in sororem, & pro eius ingressu reliquit monasterio mille, pro anima testatoris, alioqn priuauit monasterium legato, decidit Bal. ꝙ illa mille videntur breui manu data illi puellæ, arg. d. l. 3. §. sciendum, cum si. alle. superius. & per consequens reuera videtur mutuum. Item tolluntur alio modo, ꝙ extra mutuum committitur vsura, vt voluit Host. Cum ergo hic percipiatur fructus ex pecunia pacto & dispositione testãtis, ergo vsura est; cũ illud, qđ accedit sorti, sit vsura. & in casu nostro octo pro cētenario accedunt sorti, ergo sunt vsuræ & multo fortius videtur esse vsura, quia dantur pro pecunia, in qua facilius præsumitur mutuum: cum ergo in casu præcedat datio pecuniæ legatæ, cuius dominium trãsit a morte testatoris in legatariũ: vt l. a Titio. ff. de fur. & sic videtur data pecunia dicto legatario, & sic videtur præcedere datio pecuniæ: quia aliàs non posset nasci fructus illi legatario ex pecunia, & interuenit conuentio, ꝙ soluantur dicti 40. floreni, vt lucrũ, sequitur, quòd videtur esse vsura. simile dicimus in c. ad decorem. de insti. vbi ex sequenti implemento præsumitur præcessisse promissio, & sapienter dicit Bal. in l. 1. §. bestias. ff. de postula. colligendo arg. ex il-

7 lo tex. †ꝙ vsurarius dicitur etiam ille, qui sine pactio ne recipit vsuras pro seruitio facto. sicut ille qui exigit. Cũ ergo in casu nostro præcedat datio pecuniæ, quæ videtur esse quoddam mutuũ breui manu datum, & conuentio de capiendo lucrum ex illo mutuo, sequitur, ꝙ talis promissio est vsuraria. Preterea

8 facit ratio iudicio meo inconuincibilis, †natura vsuræ est multiplicatio obligationis & ideo dicimus, quòd quicquid accedit sorti, est vsura; quia percipit lucrũ sorte stante firma. 14. q. 3. c. plerique, & cap. vsura. sed in casu nostro dantur 40. floreni stantibus firmis quingentis florenis, ergo sequitur, quòd est vsura: quia remanet multiplicatio obligationis tam respectu sortis, q̃ respectu lucri prouenientis ex sorte prædicta, & iudicio meo videtur non posse dari responsum ad hoc, & adduco ad hoc elegans consiliũ Oldra. 206. quod incipit, vniuersis præsentes literas inspecturis, vbi accidit in facto, ꝙ monasterium pro mille sibi datis, obligauit se dare certam pensionem cuidam archiepiscopo ad vitam suam, & dictus archiepiscopus vixit tãto tempore, ꝙ habuit sortem, & vltra, fuit dubitatum, si talis ꝯctus esset vsurarius, & videtur ꝙ non: quia nullum lucrum in eo versat; quia lucrum est id, quod sorte manente ei accedit: vt l. Mutius. ff. pro socio. sed in casu illo a principio tota sors consumitur, ergo nõ est vsura. Item nõ est mutuum; quia datur animo recipiendi nõ idem in specie, sed in genere: vt l. 2. ff. si cer. peta. sed in casu illo nunquam debet recipi, qđ est datum, saltem totum, ergo nõ est mutuum: sic ergo deficit, quod est materiale in vsurarum lucrum accedens sorti: item si diceremus contrarium, istud non esset aliud, q̃ cõqueri, ꝙ archiepiscopus vltra vixerit, quàm Abbas & monaci credebant, quod non esset aliud, q̃ accusare naturam, quod esse non debet: vt l. maximum vitium. C. de libe. præte. & l. lege. 12. tabularũ. C. de legi. hære. & ad tale allegationē nullus admittitur, etiam persona restituibilis, nec enim euentus damni restitutionem indulget, sed inconsulta facilitas. l. verum. §. sciēdum. & §. seq. ff. de mino. & ideo reprehensi sunt antiq. qui naturam accusabant. Ideo scribitur apud Ciceronem in li. de senectute, in hoc sumus sapientes, ꝙ nãm tanquam Deũ, ducemq; sequmur: & Aristoteles in scđo physicorũ inquit, ars imitatur nãm inquantum potest, & probatur in l. adoptio. ff. de adoptio. Erubescant ergo contrahētes, volentes hũc ꝯctũ rescindere; ex eo quia ille archieps aliquo tpe plus vixerit, q̃ illi credebant, q ꝓ certo voluissent ꝯctũ sibi seruari, si sequenti die ille archieps diem clausisset extremum: facit etiam dubia duratio emptæ perceptionis, quę debebat cũ ipsius emētis vita finiri, sicut dr̃ de donatione annuę perceptionis collata in aliquem, dum vixerit, quæ libera est a monumētorum obseruatione, & subdit tex. rationē assignans, incertus fortunæ exitus hoc nobis suggessit, vt possibile sit vnius anni tantummodo, vel amplioris, vel breuioris tēporis metas superuiuere donatorem, vel eum, qui donationem accepit. l. sancimus. §. pen. C. de dona. hoc etiam probatur sic, sicut canones prohibent vsuras, sic leges prohibent excessiuas vsuras, puta centesimas rei datæ pignori, vt fructus in vicem vsurarum cedant, licet fructus vsuras legitimas excedant, non per hoc tñ talis perceptio dr̃ illicita, propter dubium euentum fructuũ, & hoc est qđ dicit lex, obtentu maioris perceptionis emolumenti, propter incertũ fructuum euentum rescindi placita non possunt, vt C. de vsu. ca. l. si ea. l. pro hoc facit expresse. capi. nauiganti. §. 1. de vsuris. ¶ Nec obstat principium illius. c. quia loquit̃ in mutuo, in quo mutuans ex intentione semper agit sortem integram vnà cũ lucro ad se redire, & ideo illud est illicitum, licet creditor periculũ subeat, in casu autem illo est totum oppositum: quia ille archiepiscopus nunquam egit, ꝙ in aliquo casu sors integra redderetur, & istud voluit Hostiēsis in c. in ciuitate. de vsuris. & in summa, de vsuris. §. in alijs aũt casibus, versiculo quid de his qui emunt. Idem voluit Goffredus in d. c. in ciuitate. Ber. in d. c. nauigãti. qui om-

9 nes tenent, ꝙ †talis cõtractus ratione incertitudinis est licitus, & ratione incertitudinis tollitur præsumptio vsurarũ. & etiam facit generalis cõsuetudo mũdi, ſm quam talis contractus cõtinuè celebratur, ar. ff. de contrahen. emp. l. si emptione. §. 1. l. venditor. §. si constat. ff. communia prædi. & sic ex istis stat conclusio vera & firma, ꝙ vbi non est multiplicatio obligationis, ibi cessat vsuraria prauitas: qa sors non debet, nec est spes aliqua illã habendi, sed in casu nr̃o est multiplicatio obligationis, videlicet sortis & lucri; quia habebitur lucrum & sors; qa ille legatarius durante vita sua habebit, & eo mortuo hæredibus suis debebitur sors, vel lucrum, secundùm ꝙ executores elegerint, & sic non sunt sine spe consequendi sortem, & sic stat ratio. d. c. nauigãti. in prin. vbi habetur sors integra cum lucro, licet sit dubium, vt nõ habeat sortem, quod pendet ex arbitrio executorũ. Et facit, quod voluit Ludo. Roma. in consi. 298. inci. Ego hunc contractum. vbi de facto consuluit secundùm hanc doctrinam Oldrad. & aliorum. allegat, quod voluit Bald. in d. l. si ea lege. C. de vsur. & sic apparet in casu nostro, ꝙ sit dare multiplicationē obligationis sortis & lucri, ergo est vsura. Et ad prædicta adduco, quod voluit do. Laurentius de Florentia in suo tractatu de vsuris. quem posuit in ca. consuluit. de vsur. in 18. q. quæ incipit, de tali quæstione, vbi cõmemorat talem quæstionem, quidam dederãt cuidam monasterio cum pacto, ꝙ ad vitam suam, & cuiuscunq; ex eis det quolibet anno 16. dictaq; centũ sua sint, hoc addito, ꝙ si durante vita talium ecclesia voluit contractum rescindere, & dicta centum restituere, optionem habeat, & tunc a dicta annua solutione 16. liberetur, & propter hoc omnia & singula sua bona monasterium obligauit, est ne licitus talis contractus, quid iuris videtur? Et arguit, quòd sit licitus: ad hoc allegat, quod voluit Innoc. Hosti. Ioan. Andre. in d. ca. in ciuitate. & adducit illud consilium Oldra. allegatum superius: nihilominus credit, ꝙ in

hac

hac ſua quæſtione contractus ſit illicitus, & eo caſu quo vltra illa centum aliquid habuerit, ſit reſtitutioni obnoxium: & mouetur; quia vt vides
10 † reditus nõ conſtituitur in re, nec ad rem fit relatio, ſed ad perſonam contrahentis, licet bona pro obſeruatione contractus obligetur, & ſic ius de nouo oritur ex venditione rei, quæ eſt vendibilis; quia in illa nulla eſt rerum æxtimatio, vt l. ſi ita. ff. de fideiuſ. & vr̃ eſſe quidam ꝯctus innominatus celebratus, do vt facias, in quo fraus vr̃ interuenire de contractu ad cõtractũ. Maximè attenta incrementi magna quantitate, & adiectione pacti de reſcindendo, cum voluerit, ex quibus perinde habetur, ac ſi mutuum contraxiſſet in effectu, nec eſt veriſimile, ꝙ in breui omnes moriantur, & etiam quia in paucis annis totum capitale rehabebit, & adducit, quod ſcripſit in 12. q. cum 5. immediate ſequentibus. & ſic dicit non obſtare, qđ no. ꝑ Inn. Hoſt. & alios in d. c. in ciuitate. quia loquũtur in alio caſu: & quia loquũtur eo caſu, quo nõ interuenit fraus, quæ maniteſtè præſumit̃ in caſu iſto, quo loquitur do. Lau. & plus etiam in 15. q. ꝙ debet haberi reſpectus ad tempus, quo viuere poſſit, aliter enim ſi ſenex, & aliter ſi iuuenis homo eſſet, allegat Bald. in l. ſi pater puellæ. C. de inoffi. teſta. & eundem cũ Petro Vltramontano in d. l. fi. C. de vſur. vbi dicũt debere inſpici qualitatem & ætatem perſonarum, & tunc arbitrabitur, an iuſtus, an iniuſtus ſit talis ꝯctus. & adducit Archi. in c. qcunq;. 13. q. 3. & Io. And. in addi. Spec. in tit. de vſur. Modò ſi rectè ponderentur iſta, videntur decidere heſitationẽ. l. habito reſpectu ætatis, qua veriſimiliter viuet, iſtud legatum eſſe vſurarium, & abſorbet decies iſtud capitale, qa teſtator voluit, ꝙ legatarius nõ poſſet conſequi capitale, quia teſtator voluit, ꝙ legatarius nõ poſſet conſequi capitale, ſed donec vixerit, habeat quinq; pro centenario, quo mortuo ſtet in electione executorũ dare ſortem, vel quinq; pro centenario hæredibus dicti legatarij, nec aſtringit ſe ad primum hæredem, ſed loquitur de hæredibus dicti Franciſci: & ſic veriſimile eſt, ꝙ hæredes illius Franciſci habendo pro fructu 40. florenos, cõſequẽtur decies capitale quingentorum flor. Et ſic eſt multiplicatio obligationis: qui primus legatarius habebit lucrũ & hæres eius habebit ſortem, & ſic eſt multiplicata obligatio circa eoſdem; quia perſona hæredis vr̃ eſſe perſona teſtatoris, & ſermo hæredis vr̃ eſſe propriè ſermo teſtatoris, vt hr̃ in auth. de iureiur. a mor. præſti. in princ. in ver. vnam eſſe hæredis perſonam. & in ver. ꝯ proprios reluctari ſermones. & ibi dixit gl. legem fingere vnã eſſe perſonam teſtatoris, & hæredis. & quod voluit Ang. in l. poſtulante. ff. ad Trebel. & in l. 2. C. ſi vnus ex hære. credi. & in l. 3. C. de pig. Saly. in l. fi. §. in computatione. C. de iure delibe. & quod no. in c. ſignificauit. de reſcri. in gl. & qđ ibi voluit do. Card. & ſic apparet hmõi legatum illicitum eſſe, & in fraudẽ vſurarum, & multiplicatio obligationis tam reſpectu lucri, quàm reſpectu ſortis. Et iudicio meo vr̃ fieri fraus de perſona ad perſonam: quia cum ille legatarius non poſſit conſequi quingentos florenos annuatim pro lucro, hæres eius cõſequetur ſortem, & ipſe legatarius cõſequetur fructum, vel lucrum, vel hr̃s eius cõſequetur decies capitale: quia in electione executorum erit dare ſortem, vel lucrum. Cũ ergo illud lucrũ debeatur hæredi, ſtat, quòd hæres hæredis, teſtatoris primi eſt hæres, vt l. paterfa. primis tabu. ff. de vulg. & pup. l. 4. ff. de peti. hæredi. & ſic appa-
11 ret fraus; quia fit fraus† de perſona ad perſonam: qa cũ non poſſet concurrere lucrũ ſortis & vſurarum in perſona vnius factus eſt tranſitus in perſona duorum, qui cenſetur vna & eadem perſona. ſimile dixit gloſſ. in ca. plerique. 14 q. 3. quod ſit fraus de perſona ad perſonam, allegat c. ſicut non ſuo 46. diſt. & ſimilia iura. Simile dicit de marito, qui cum nõ poſſet donare vxori, ſupponit aliam perſonam nomine vxoris. Simile dixit Bal. in lege, non dubium. C. de legi. vbi dixit, ſtatuto cauetur, ꝙ Magnas non poſſit emere bona immobilia, & ipſe interponit aliam ꝑſonam. puta famulum, ad emendum, quod vr̃ factũ in fraudem legis. Simile dicimus in prælato, qui ad hoc vt res empta non acquiratur eccleſiæ, facit apponi nomen alterius in inſtrumento emptionis, ne quæratur eccleſiæ, ſed ꝯ ſuam doloſitatem lex prouidet: quia eccleſiæ quæritur. vt lege, vxor marito. ff. de dona. inter vi. & vxo. Inn. in c. cum officijs. de teſtam. voluit Bal. in lege, mãcipia. C. ſi quis alteri vel ſibi. & in lege, ſi vt proponis. C. de rei ven. & in c. vigilanti. de præſcrip. & in c. 1. infra. qui feud. da. poſ. & in l. 1. C. ſi ſeruus exte. & habetur in c. 1. de pecul. clericor. & ibi Domi. & in c. 1. de teſtamẽ. Ita eſt formaliter in facto noſtro: & per ꝯñs in fraudem vſurarũ emanauit tale legatum, maximè cõſiderata qualitate lo-
12 ci, vt eſt ciuitas Florentina: † quæ licet ſit ſplendida & celebris: tamen eſt archa vſurariæ prauitatis. Ideo attenditur cõſuetudo loci, vbi actus geritur, ar. eius, qđ habetur in tex. valde ſing. l. fin. C. de fideicommiſ. & qđ ibi voluit Bal. & per conſequens tale legatum ſapit vſurariam prauitatem: & multofortius arguit̃ illicitum legatum, ſi teſtator conſueuit facere contractus vſurarios: qa ex conſuetudine patrisfami. arguimus, qualis ſit ꝯctus, ar. eius, qđ habetur in l. qui ſemiſſes. ff. de vſur. & in l. vel vniuerſorũ. ff. de pigno. acti. & maximè quia eſt inſolita cautela apponi in legatis. Ita ideo præſumitur fraus, vt dixit gl. ſing. in l. ſi quis ſub conditione. ff. de condi. inſtit. & qđ nota. in l. ſi vt allegas. C. de vſur. Et ad prædicta adduco, qđ voluit idem do. Lau. in d. repetit. 18. qõ. in verſi. autẽ ad manus meas venit quoddam conſilium dominorum meorum Io. de Lig. & Lau. de Pinu. cuius tale eſt thema. Abbas, capitulum, & conuentus monaſterij ſanctæ Mariæ a conuentu ſancti Gerardi ordinis mendicantium recepit donationis titulo, irreuocabiliter, & inter viuos ducatos ducẽtos cum pactis & conuentionibus, alias cõditionibus infraſcriptis, debetq; Abbas & conuentus monaſterij ſanctæ Mariæ, & tenetur dare, & ſoluere ipſi conuentui ſancti Gerardi integram ſummam ducẽtorũ ducatorum primò receptorum, quam ſummam idem conuentus ſancti Gerardi recipere tenetur quandocunque monaſterium ſanctæ Mariæ reſtituere voluerit, qua reſtitutione facta ipſum monaſterium ſanctę Marię ipſi conuẽtui ſancti Gerardi in nullo amplius teneatur: concludit, ꝙ ſi ex ſui forma non ſit contractus vſurarius directò; quia eſt donatio irreuocabilis inter viuos, & non mutuum, ꝙ eſt verum abiectis vſuris: tamẽ dicendum eſt, cum ſit confectus in fraudẽ vſurarum, & factus cum fraude de contractu ad cõtractum. vt c. pleriq;, 14. q. 3. l. qui contra. ff. de leg. ꝙ probat euidenter relatio pacti incontinenti appoſiti ad contractus præcedentes, ex qua relatione oritur contractus innominatus, do vt facias, & naſcitur actio poſt obſeruantiam, iuxta not. in l. petens. C. de pac. exponendo, ſcilicet, ꝯctus iſte formaliter erit talis, videlicet, dono tibi ducenta: vt perpetuò ſingulis annis præſtes 5. pro c. aut ergo iſta pręſtatio deducta in pacto, ſi licita diceretur, diceret licita aut pp fructus pecuniæ donatæ, aut propter vſum pecuniæ donatæ, qua vtitur donatarius: ſed neutrum dici põt: non primum ex eo: quia repugnat naturæ pecuniæ germinare fructum, & ſic principijs nãlibus rerum propter qđ reprobatur ꝯctus vt vſurarius, non ſecundum: qa ſimiliter eſſet contra naturam & principia rerum: nam paciſcendo pro vſu pecuniæ donatæ ſibi dari

bi dari pecuniam, nil aliud est, quàm contra vsum pecuniæ inseparabilem a pecunia, cum vsus pecuniæ sit cōsumptio.l.rogasti.ff.si cer.pet.& no.in regula peccatum. libr.6.separata ab ea: non enim pecunia sine eius vsu, nec ipsius vsus sine ipsa pecunia cōsumi potest: quia vna consumptione vtrunq; cōsumitur, ꝙ non euenit in alijs non cōsistentibus in numero, pondere, vel mensura, in quibus vsus habet distinctū valorem a re ipsa, & potest alienari solus vsus & etiam sola proprietas vsu retento, vt in fundo, vel vinea, quæ sunt species fructuum germinatiuè.l.qsquis.C.de dona.quia inde trahitur pensio, vt in domo, & similibus, in quibus secus est ddm, si debetur sub pacto, de quo in quæstione proposita. Demonstrat in super hanc fraudem secundùm eos pactum, quo ꝯceditur donatario facultas resoluendi obligationem annuæ præstationis, soluendo illa ducenta integraliter donata non computatis annuis præstationibus: repugnat enim naturæ perfectæ donationis irreuocabilis.l.perfecta. C.de donatio. quæ sub modo nō enim pōt reuocari pfecta donatio, nisi in casibus a iure expssis, vt c.fi.de donatio.infert ēm, ꝙ pactum ibi appositū resolutionis ex parte donatarij cum pacto annuæ præstationis necessariò infert donationem illam factam fuisse in fraudem vsurarū.faciunt no.in c.illos vos.de pignoribus. & in ca.ad nostram.de empt.& vendi.c.in ciuitate.& c.consuluit. de vsur. 14.q.3.c.plerique, hæc dicit esse verba ipsorū: sed hic nulla per donationem fit reuocatio: sed dat facultas & actio donatario: & istud nō repugnat naturæ donationis. Itē ista non est propriè donatio, de cuius natura est, ꝙ sit gratuita, imo contractus do vt facias: vnde videt esse satis conclusum per iura prius allegata cum ratione facultatis resoluendi & liberationis ab annua præstatione pensionis videantur esfecti contractus mutui, licet in sui figura, & in fraudem fuerit celebratus contractus donationis, & sic facta est fraus de contractu ad cōtractum: & per ista patet intentio prædictorum: quia ponūt in hac fraude illa similia, quæ ponit gl.in d.c.plerique. ideo concludunt præfati docto. talem donationem præsumi factam in fraudem vsurarum, maximè cum per pactum secundum sit concessa facultas donatario resoluendi obligationem annuæ pensionis, soluta tota summa integraliter, nulla computatione facta illius annuæ pensionis solutæ, & maximè in religiosis talia pacta reprobanda sunt, qui debent esse prædicatores verbi & facti, iuxta illud Iacobi: estote factores verbi & nō auditores, iuxta illud Euangelicum, cepit Iesus facere, & docere. Et sic concludunt præfati consulentes, quòd talis contractus non est licitus. secundò, ꝙ per talem contractū non est abbas, seu monasteriū efficaciter obligatus. tertiò; quia successor pōt petere rescisionē talis contractus, & prędicta præstatio annua soluta computatur in sortem. Ita cōcludunt Io.de Ligna.& Lau.de Pinu in dictis suis consilijs. Modò in casu nostro istud consilium decidit casum nostrum; vt videatur hmōi legatum factū in fraudem vsurarum: quia vt non computentur illa xl. annuatim soluta in sortem, videtur sapere vsurariā prauitatem; quia videtur lucrari sortem & vsuras: idem cum fuerit data optio illis executoribus soluendi sortem vel lucrum, seu fructum pecuniarium, sequitur, ꝙ præsumit legatum fęneratitiū, cū disposuerit dictus testator, ꝙ pecunia, quam asserebat se donasse dicto Francisco, germinaret fructum quod est alienum ab omni censura naturali, & diuina, & humana. Ideo posset argui sic, iudicio meo incōuincibiliter, talis præsumit esse ꝯtus, qualis apparet in prima sui figura, ita probatur in c.illo vos.de pignor.& in c.ad nostram.de emp.& vendi. & in ca. cum in dioecesi.de vsur.& in l.3. C.plus valere quod agitur.& facit, qđ dixit Bal.in c.1.de notis feu.& in lege, cum precibus. C.de proba.& in c.1.de feu.da. in uicem.leg.commis.& quod voluit dominus Abbas consi.5.& 15.& 67.Bal.in l.3.C.plus val.quod agitur, quia illud præsumendum est voluisse disponentes, quod verbis expresserunt.l.Labeo.§.idem Tubero. ff.de supel.lega. voces enim sunt signa earum, quæ sunt in anima passionum notæ: est enim cor linguæ imperator, Bal.in c.mandatum, de rescrip.ergo sequitur, quòd quale sit istud legatum, apparet ex prima sui figura: quia (vt dixit sapienter Cassiodorus) quē refert Bal.in c.1.de testi. nullum maius mētis nostræ testimonium, quàm qualitas inspecta verborū: sed ex sui figura istud legatum videtur vsurarium, & in fraudem vsurarum factum, quod apparet: quia accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum, quod quid est, vt scribitur in secūdo Meta. Bal. in lege, non nudis. C.de probat.& in l.1. ff.de re.diui. Sed cum istud legatum disponat, quod pecunia germinet fructum, apparet vsurarium, ergo tale est, quale apparet in sui figura. Item videtur vsurarium; cū multiplicat obligationem in sorte & in lucro, assignando 8. pro centenario: ista sapiunt vsuram. Item ex coniunctione personarum: quia sunt legatarius & hæredes eius, in quibus apparet obligata sors, & obligatū lucrum sortis: ergo est tale legatum vsurarium. ¶ Et si quis dixerit, amice. Bald. in commento leg. primæ. C.de his quæ pę.no.ponit.q.nostram in terminis: quærit enim in ver.3.quæritur, testator mādauit hæredi suo, ꝙ daret mihi mille, vel centū quolibet mense in vita mea, nunquid ego potero petere ista centum in vita mea quolibet mense, & videtur quòd non: quia testator in suo testamento non potest vsuras ꝑmittere, vt no.in l.2.ff.quę pę.no. postea Bal.ibi dicit, vel dic, quòd contrarium est verius; qa ista non est vsura, sed legatum alternatiuum; cū non possit peti cum mille insimul, natura enim vsurę est multiplicatio obligationis, non alternatio: & hæc dicit facere ad.q. quæ frequenter accidit in ciuitate Astensi, ita residet ibi Bal.& aliter non decidit: modò Bald. loquitur dubitando, si nos tenemus primā decisionem suam, sumus in casu victoriæ, quòd sit vsura: & sic res est sine dubitatione. Et istam partem in dubio deberemus sequi: ex eo qa est securior animæ, ergo sequenda.c.iuuenis.de sponsa. c.1.de scruti.c.ad audiētiam, de homici.si autem tenemus secundam decisionem Bal.dico, quòd non est contra casum nostrum, imo est aliena a casu nostro: quia Bal.loquitur eo casu, quo consideratur vna persona dūtaxat, & obiectum est vnicum dumtaxat, nec etiā Bal.aperit, si ille, ad cuius vitā relinquitur, erat verisimiliter lōgè victurus, puta quia erat iuuenis, aut senex; quia si senex, non erat longè victurus, vt est textus elegans in l.is q.in ver.a sene potiusquā a iuuene admitti.ff.de fideicommis.liber.ideo posito (non tamen concesso) quod Bald.diceret verum, tamen deberet distingui eius dictum, vtrum esse verisimiliter moriturus in breui, aut non, vt voluit idem Baldus, Petrus, & alij, quos superius recitaui, referendo dominum Laurentium in dicto suo tractatu, qui ita distinguit post alios. Istud modò est ita in casu nr̄o; quia non solùm fuit factum istud legatum, donec vixerit ille Franciscus legatarius, sed fuit factum etiā post mortem ipsius Francisci hæredibus eius, & sic ad tempus longissimū verisimiliter: & sic Baldus nō loqt in casu, quo testator legasset fructū pecunię; vt fuit casus noster, sed loqtur, qn̄ legauit mille, vel centum soluenda in quolibet mense, donec vixerit legatarius, & sic possibile erat, quòd ille legatarius non vixisset vltra decem menses, donec durasset sors relicta

relicta: sed in casu nostro testator legauit fructus pecuniç, donec durauerit vita legatarij & sic prima sui figura sonat in vsurariam prauitatē, vt est dictū, & attendi debet primus tenor, & prima facie ipsius testamenti, vt est text. valde singul. in lege, finali. C. de edicto diui Adriani tollendo. in ver. prima figura. de quo textu ad hoc propositum facit festum Bal. in c. per tuas. de proba. & probatur in c. fi. in ver. in nulla sui parte, de fide instrumento. & in c. cum venerabilis. de excep. in ver. prima facie. & in cap. per tuas. in ver. prima facie. de probationibus. & sic prima sui figura sonat in malum istud legatum: qa disponit, ꝙ ex pecunia saluo capitali recipiatur fructus, quo casu non loquitur Bal. item Bald. formaliter decidit ꝓ nobis dubitationem nostrā, ex ratione sua istud colligitur, cum dicit, ꝙ natura vsuræ est multiplicatio obligationis, sed in casu nr̄o est multiplicatio obligationis; quia legatario est obligata, & relicta vsura, quasi fructus ex pecunia, & hæredi suo, qui censent esse vna & eadem persona cum defuncto, vt in d. auth. de iureiu. a mor. præsti. & maximè si erat filius illius legatarij, quia censetur una & eadem persona cum suo patre, vt in l. fina. C. de impube. & alijs substi. adeo ꝙ æstimum patris videtur esse æstimum filij, etiam ipso patre viuente: quia quod vnus habet, alter dr̄ habere, vt l. sancimus. C. de agri. & censi. lib. 11. l. 2. C. qui ętate se excusant. lib. x. voluit Barto. in d. l. cum scimus. Bal. in. l. fin. & in l. scire debemus. ff. de verbo. oblig. & in l. non plures. C. de sacrosanctis ecclesijs. & in addi. Specu. in titu. de censi. & in l. 1. in prin. ff. ad Silania. facit gl. in c. super eo. de testi. & qđ habet in l. in suis. ff. de lib. & posth. & sic est multiplicatio sortis & vsuræ in hmōi legato: quia in legatario nō est legatum lucrum proueniens ex pecunia, & hæredi suo, seu filio suo vr̄ relicta sors, seu lucrum sortis perpetuò, ex quo loquitur de hærede simpliciter, & sic quò ad eos, qui cēsentur vna & eadem persona, adest multiplicatio obligationis sortis & usurę; ergo est usura: ergo est infallibile, ꝙ ibi est vsura, vbi est multiplicatio obligationis, vt voluit Bald. in d. l. j. & probatur in c. vsura. xiiij. q. iij. sed in isto legato est multiplicatio obligationis sortis & vsurę; qa legatarius percipit vsuras capitalis, & filius recipit sortem istam: qa in optione executoris fuit soluere sortem, vel vsuras, ergo est obligata sors & vsura sortis.

¶ Et si dicatur, ꝙ est multiplicata respectu diuersarum personarum. Respondeo ꝙ tales personæ hn̄t pro vna & eadem, vt est dictū, & fuit ita expressum in dicto legato ad paliandum fraudem, qđ esse non debet: vt l. fraus. ff. de legi. & l. nō dubium. C. eo. & c. putant quidam. & c. plerique. 14. q. 3. Itē multo fortius erit pręsumenda fraus, si iste Florentinus exercebat usuras velatè: vt faciūt, sunt enim vsurarij nequā hominū genus, vt dixit Host. refert Io. And. in d. c. ad nostrā. & in d. c. illo vos. Itē Bal. loquitur, quando legatum fuit ab ipso initio, & sp̄ alternatiuū, sed in casu nr̄o ab ipso initio fuit vnicum & purum; qa fuit relictus fructus pecuniæ, & iudicio meo deberet iudex lacerare dentibus libellum huius mulieris petentis fructum pecunię; qa si iudex debet lacerare libellū calumniosum: vt voluit Inn. in c. 1. de officio vicarij. & probatur in l. sicut. C. de paga. multo fortius dēret
13 lacerare libellum, † qui est cōceptus contra naturā, & contra Deum, & contra euangelium & prophetas, & contra iura humana, & maximè in loco vsuris exercendis deditissimo, & aduersus publicū bonū: & sic doctrina Bal. in d. l. 1. C. de his quæ pę. no. cum ratione decidit hanc dubitationem pro nobis. Facit simile, quod dixit Bald. in l. 1. ff. de constitut. principum. vbi dicit, ꝙ non potest imperator disponere, quòd mulier bāniti possit impune adulterari, & sic disponere cōtra legem diuinam. & quod voluit idē Bal. in l. fi. C. si contra ius vel vtilitatem publicam. & quod voluit Bar. in l. Seius. & Augerius. ff. ad legem Falci. ergo sequitur, quòd multo minus testator poterit in suo testamento disponere contra naturam, & iura diuina, & humana. Prętерea dr̄ in dicto testō, & q̄ncunq; dictus Frāci. decesserit; tūc stet in electione executorū, & fideicōmissariorū infrascriptorū dare hæredibus dicti Franci. dictos florenos quingentos, aut quolibet anno respondere & dare eius hæredibus Florenos 40. auri pro dictis florenis quingentis pro fructu pecuniæ: modo dr̄ in puncto, ꝙ dicti executores mortuo dicto Franc. legatario, qui percepit vltra 20. annos 40. flo. auri annuatim pro fructu pecuniæ, non elegerunt soluere hæredibus dicti Frāci. aut totam sortem quingentorum floren. aut annuatim soluere pro fructu dictos 40. flo. stat dubitatio modò, quid dicēdum, poterit ne ista mulier cessionaria nomine hęredis dicti legatarij petere dictos fructus pecuniæ præfatę. Et quidem est aduertendū, ꝙ tex. in l. si quis duobus. §. 1. C. commu. de lega. decidit, ꝙ si relinquitur res eligenda per tertium, illo non eligente, vel negligente per annum, transfertur
14 electio † in legatarium, non tamen eligit meliorem, sed mediocrem, vt est ibi tex. secundum Bar. singu. non enim debet declinare ad dextram, vel sinistrā: vt l. rem non nouam. C. de iudic. & sic seruandū est medium, vt scribit apud Lucanum: orbe tene medio: & iuxta illud, media semper gaudebam ludere forma: & ideo dici solet, ꝙ si multū disceditur a medio, corrūpitur virtus in suo actu, ita dixit Aristo. in secūdo Ethi. voluit Ioan. Calde. in c. cū ex iniuncto. de hære. ita habetur. 23. q. 4. c. cum in lege. & in c. quidam. & 23. q. 8. c. occidit. & 45. di. c. sunt nonnulli. & ideo pulchrè dixit Bart. in l. fina. ff. de præto. stipulatio. quòd magnus excessus pręsupponit dolum, & voluit Bald. in c. j. §. hæc sacramenta. de pace iur. fir. in vsibus feudo. & Ludo. Roma. cōsil. 52. & sapiēter dixit Bal. in l. quicūq;. C. de seruis fugitiuis. quòd qui parum transgredit, non vituperat, nec flagellabitur, & ideo debet legatarius eligere mediocrem; cū ergo in casu nostro isti executores non elegerint, aut morte, aut negligentia fuerit deuoluta electio hæredi ipsius Franc. ergo debuit hæres Franci. eligere, & per consequens debuit eligere mediocrem, & non meliorem de dictis quingentis florenis, & de dicto fructu pecuniæ, qui sunt xl. floreni annuatim soluendi: ergo dicta mulier cessionaria debet duntaxat petere quingentos florenos, & non vsuras tot annorum, quibus debuerant solui. xl. floreni, & sic petere mille aureos: quia, vt superius demonstraui, nullo iure potuit peti legatum xl. flo. pro fructu pecuniæ. Quinimo esset inuestigandum, vt dicamus, hæredi ipsius Francis. illud quod scribitur in quinta Tragedia, qđ petis, intus habes. l. j. C. de exec. rei iud. vt dicamus, ꝙ hæres iste dolo petit; quia cum Francius pater auctor vixerit 25. annis, seu 20. & perceperit fructū ex pecunia, ꝙ est cōtra ius naturæ, & videt̄ peruertere omnia iura humana & diuina, vt in cle. j. de vsur. ꝙ tales fructus percepti extenuant sortē, & computant̄ in sortem. l. j. & ij. C. de pigno. act. nec potuit testator permittere in suo testamento vsuras, & hæres tenet̄ exonerare cōscientiam defuncti: vt in ca. parochiano, de sepul. ꝙ tenebit computare in sortem dictos assertos fructus perceptos, licet re vera nō fuerint fructus, sed fuerit sors ipsa: & ideo posset sibi recto iudicio dici a me, qđ petis, intus habes: ego istud non pono hic pro constanti: ex eo quia in puncto nō ponitur, ideo ego nō sum requisitus circa hoc ideo cōsultatio mea redditur, circa ea quæ sunt mihi proposita. Et sic stat vera conclusio.

sio, ꝙ iste hæres potuit eligere non soluere istas vsuras; quia illas teneretur restituere tur; qa dolo facit quis petere illud, quod restituere tur tenetur.; l. dolo. ff. de reg. iur. qa cum in eis versetur peccatū, vt in c. 1. eo. tit. lib. 6. cum si. non admittitur petitio nutriēs peccatum, ergo cum dictus hæres legatarij non elegerit, sequitur, ꝙ remansit in obligatione sors dūtaxat, videlicet quingenti flo. quia ius declarādi nō trāsit in heredem; vt voluit gl. in l. Pomponius. §. si. ff. de rei vendi. & quod hr̄ in l. si quis intētione ambigua. ff. de iudic. & in l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verbo. obl. facit, qđ voluit Bar. & doc. in dictis locis eo casu, quo non computarentur in sortē dicti 40. flore. annuatim percepti per illum. Fran. dico ꝙ huic cessionariæ non debentur, nisi duntaxat illi quingenti flo. Et licet, vt superius dixi, dicant doc. ꝙ vsura est lucrū ex mutuo intentum, tamen iudicio meo melius loquitur gl. in rub. ff. de vsur. quæ dicit, ꝙ vsuræ veniūt ex pecunia: & sic largius loquit̄, nec restringit se ad mutuum: vnde posito in casu nostro, ꝙ istud non fuisset mutuum: tamen vsura potest committi ex tali pecunia, cū testator voluerit dictam pecuniam legatam germinare fructus. Elicitur conclusio, ꝙ dictum legatum sapit vsurariam prauitatem, & nō debetur, nisi sors eo casu, quo non computarentur in sortem fructus recepti per illum Fran. sed si computarentur in sortem, nihil deberetur huic dn̄æ Magdalenæ: vtrum autem debeant computari, non est propositum in puncto, ideo nihil dico quo ad illum casum. Et ita concludo.

EPITOME.

¶Fatales & præscripti a lege, vel a iudice nō currunt ei, qui interea compromittit siue in prima instantia, siue in causa appellationis.

SVMMARIVM.

Tempus fatale non currit compromittenti. num. 1. quia colorata causa excusat. nu. 4.

Auth. si tamen. de temporibus appellat explicatur. nu. 3.

CONSILIVM LXVII.

Circa Hæsitationem istam, vtrum dispositio auth. si tamen. C. de tempo. app. & tex. in corpore vnde sumitur, habeant locū in instantia causæ principalis, licet doctores sint varij & diuersi, nec est admiratione dignum: quia (vt dixit philosophus in 3. de anima) propter diuersa fantasmata quotidie generantur in nobis diuersæ intellectiones: tamen mihi videtur de iure verior opinio, quod habeat locum dicta authen. in vtraque causa, & principali, & appellationis: quod sic demonstro: vbicūq; ratio legis est amplior dicto, & disposito legis, tunc dictum & dispositum legis ampliatur, & extenditur ad amplitudinem rationis legis, ista est glo. quam omnes reputant singu. in cle. 1. de elec. quam vno ore omnes docentes ibi sequuntur, pro qua est textus formalis in lege, pater filium. §. fundum. ff. de le. 3. & in l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. 2. sed ratio, qua fundatur dispositio dictę authenti. si tamen. & tex. in corpore in authen. de appel. fundant se coniunctis gl. vtrobiq;; quia in autē de app. §. sancimus. dicitur, nihil ex cursu temporis lædi, & gl. ibi colligit no. inquit, non lædi ex tēporis cursu, qui negligens nō fuit, ad hoc allegat authē. de his qui ingredi. ad app. §. 1. & auth. vt cum de appel. cogno. §. 1. & ff. de minor. l. intra vtile. & C. de inoffi. testa. l. contra maiorem. & idem voluit glo. in d. auth. si tamen. quę dicit, quod non currit tempus ei, qui semper litigat, allegat d. l. ꝯ maiorem. & etiā istud voluit Bar. in d. auth. si tn̄. vbi summando illū
¶Preterea facit, ꝙ dolus, calũnia, fraus, & similia probantur † ex perspicuis indicijs, vt est gl. sing. in l. dolũ. C. de dolo tex. c. 2. de renun. li. 6. l. post ꝯtũ. ff. de don. l. oẽs. §. Lucius. ff. quæ in frau. credi. c. plerique. & c. putãt quidã. 14. q. 3. apparet dolus istius agẽtis: q̃a tã longo tp̃e tacuit, nõ petẽdo rõnẽ administrationis sibi reddi &c. quo casu p̃sumit esse in dolo. & ad hoc adduco, q̃d sapienter voluit Bal. in l. fraus. ff. de leg. vbi dixit q̃rendo: an emancipatio possit fieri simulatè, & deducit ꝙ sic. l. 1. §. is quoque. ff. de col. bo. & subdit, quòd præsumitur fraus, si steterit diu occulta, allegat Iaco. de Aret. in l. si filiæ. ff. solu. matr. cum ergo iste actor fraudulenter dissimulauit non petere redditionem rationis administrationis: ergo sequitur, ꝙ non debet audiri in hac sua calumnia, & fraude: quia obuiandum est calumnijs, vt dixit tex. in cle. vt calumnijs, de re iudi. l. vbi pactum. C. de transact. l. sicut. C. de paga. pro certo est suffocare & strangulare filium tutoris, vt nesciat reddere rationem administrationis ex lapsu tanti temporis, quasi facta & gesta tutoris longis temporibus mortui sint deducta in obliuionem, vt l. peregere. ff. de acquirẽ. poss. l. j. in glo. de seruis fugi. iuxta illud, quod scribitur apud Lucanum in primo, dedicit iam pace ducem, ex tempore enim res traduntur obliuioni, maximè in factis prædecessoris, vt in cap. cura. de iure patrona. ergo non debet reportare lucrum de dolo suo iste agens, vt in cap. ex tenore literarum. & cap. sedes. de rescrip. ¶Preterea adduco elegans & peregrinum dictum Ang. in auth. nuper. C. de natur. lib. vbi dicit, q̃s in mortis articulo constitutus ꝯhit matrimoniũ cum sua amasia; quia tunc deficiebat spes nouæ sobolis, & sic distulit contrahere matrimoniũ cum illa vsque ad extremũ, vtrum tales filij videantur effecti legitimi, si per talem legitimationẽ fraudabantur filij primi matrimonij, qui supererant decidit bellissimè, ꝙ illa legitimatio non præiudicat filijs primi matrimonij: quia videtur facta in fraudẽ, cum illa amasiam non desponsauerit, dum esset sanus, sed destulit vsque ad extremum vitæ, quo tempore non erat spes nouæ prolis. Ita videtur recto iudicio dicendum in casu nostro, quòd in fraudem videtur iste actor reseruasse huiusmodi petitionẽ rationis reddendæ ad præiudicandũ filio huius quondam Gidioli. facit tex. l. filiæ meæ egregiæ. ff. sol. ma. de cuius vtero emanauit. cap. 2. de renun. lib. 6. secũdum Bal. ibi, vbi habetur simile. Ita dicamus in casu nostro: maximè q̃a dr̃ in pũcto, ꝙ diligenter & vtiliter ille tutor administrauit bona pupilli, & fideliter, meliorãdo res pupillares, & modò iste actor facit vt fecit mus in pera, serpens in gremio, ignis in sinu, vt tritũ est antiquitate prouerbiũ, vt in c. & si Iudæos, de Iude. pro pręmio vult dare venenũ, ꝙ non est faciẽdũ, vt ibi. & sic multifariè, multisq; modis demõstraui ad oculũ, illũ tutorẽ per illã acceptationẽ tutelæ cũ illa promissione pręstita, & cũ illa cautione deiussoria nõ renũciasse priuilegio tutori analogistæ ꝯcesso a iure: & licet dicat̃ in illa acceptatione, renũciando iuri quo posset aliquo modo ꝯfacere, vel venire, restringunt̃ quò ad ea, quę dolosè essent gerenda per illũ tutorem. Et sic ex istis cõcludo, nõ renunciasse priuilegio cõcesso tutori analogistæ. & per cõsequens gaudebit priuilegio tutoris analogistæ: & seruabitur voluntas testatoris, vt oẽs clamãt seruandã, vt dicto c. vltima voluntas. Et ita ꝯcludo.

EPITOME.

¶Cõfessio in iudicio licet sine cã facta valet, ita vt ex ea præceptũ de soluẽdo rectè ĩtercedat, vt eo casu fideiussor ante datus ex iuris ordine agi possit.

SVM-

SVMMARIVM.

Confessus facta in iudicio etiam sine causa obligat confitentem nu. 1. non item extra iudicium. nu. 3. nisi esset iurata. nu. 4.

CONSILIVM LXIX.

IN casu occurrenti, mihi videtur dicendum. illam confessionem valuisse & tenuisse, & eodem modo preceptũ, posito ꝙ essent sine
1 causa: ꝙ sic ostendo † confessio facta in iudicio sine causa obligat cõfitentem, & vniformiter cõfessus in iudicio habetur pro condemnato, casus est valde elegans in l. sicut. C. de repu. here. hoc colligit ex illo tex. ibi Bal. & dicit esse argum. ꝙ in instrumento guarentigię nõ requiritur causa, cum ibi sit præceptum iudicis Cartularij factum in confessum in iudicio, allegat Cy. in l. 1. C. de confess. & adduco, quod voluit idem Bald. in l. sed & si quis. §. fi. ff. si quis cautio. vbi dicit, ꝙ cõfessio facta in iudicio sine cã valet, & tenet, secus si esset extraiudicialis: allegat, quod no. in l. j. ff. de interro. actio. reuera est glo. ibi, quæ reputatur ad hoc singu. idem consuluit Ludo. Roma. in consil. incip. in casu proposito visis allegationibus, quod in ordine est 364.
2 in vltimo dubio illius consilij, vbi dicit † ꝙ cõfessio iurata sine causa obligat confitentem, sicut eũ obligat confessio sine causa facta in iudicio, alleg. dicta l. sicut. & Bald. ibi & glos. dicta l. j. idem voluit idem Ludo. in l. generaliter. ff. de verb. oblig. idem voluit Bart. in l. triticum. ff. de verb. oblig. scribentes in cap. si cautio. de fide instru. & est ratio: quia vestitur calore iudicij, sicut in simili dicimus in l. cum ostendimus. §. fina. de fideiuss. tut. & in l. manumissio per lictores. ff. de manu. vindic. & l. eum pro quo. ff. de in ius vocan. & in l. si quis vxori. §. si seruum fugitiuũ. ff. de fur. & est tex. valde sing. secundùm lec. nouam a me datam in cap. j. de iudi. de isto calore iudicij. Et est sapienter ponderandum illud dictum Bal. in d. l. sicut. inquantum voluit, ꝙ præceptum sine causa factum in instrumento guarentigiæ valet, & tenet, ex eo quia videtur factum in iudicio, ex quo fit a notario, qui secundùm dispositionem statutorum dicitur Iudex Cartularius, vt voluit glo. valde elegans in l. j. ff. de iudic. & habetur in l. fi. C. vbi & apud quem, & iudicio meo apponit securim ad arborem huius dubitationis: quia cum istud pręceptum factum sit in iudicio, non requirit causam, ergo partes iudicis
3 sunt in exequendo. † Miror pro certo vehemẽter, ꝙ disertissimi do. aduocati faciant trabem de pilo, & apponant nõdum vbi est omnis solutio. ¶ Nec obstat, cum opponitur respondendo per aduocatum partis aduersæ, dicit se fateri, ꝙ confessio sine causa obligat, istud est contra legem, cum de indebito. §. fin. ff. de proba. & cap. si cautio, de fide instrumen. & contra omnem sanctionem ciuilem & põtificiam, dicit postea, ꝙ nihilominus præceptum sine causa est nullius efficacię. Nec obstat, ꝙ sit accessorium ad cõfessionem sine causa: quia est res inter alios acta: ideo alijs non præiudicat: vt per totum titulum. C. res inter alios acta: quia pro certo nõ est bene dictũ: & adduco in medium gl. quæ iudicio meo deberet scribi literis plusquam humanis, in auth. de hære. & Falc. §. si verò expressim. in ver. receptionis. quæ glo. opponit, ꝙ res inter alios acta alijs non præiudicat. l. sępe, de re iudi. cum similib. Soluit multum egregiè, ꝙ ibi factum omnino trahebat originem ex eo-
4 dem fonte, secus si ex diuerso, dicit ibi Ang. † ex illa glo. collige limitationem ad illam regulam, Res inter alios acta. quia tunc habet locum cum facta sint diuersa, quæ alias non procedunt ex eodem fonte, secus autem si vnum ex eodem fonte descendet: & ex hoc infert ibi Ang. ꝙ licet confessio, quę emanauit absente parte, non præiudicet confitenti, vt l. certum. §. si quis absente. ff. de confes. l. vnica. C. e. l. fi. ff. de intero. actio. hoc est verum, quando confessio tẽdit directè ad obligandum confitentem ei, in cuius fauorem emanauit confessio, sed si non tendit ad hoc principaliter, sed ad probãdum aliquid, ex qua probatione absenti queritur obligatio; tunc dicit, ꝙ illa cõfessio bene pręiudicat: & ita sit ibi casus: vnde si filius præteritus approbat testamentum absente instituto, vel etiam aliquis approbat aliquod instrumentum tanquam verum, vigore talis approbationis omnes, quorum interest, poterunt agere: licet non fuerint præsentes tempore approbationis, ita ibi residet Angel. ¶ Modò in proposito istud præceptum factum illi fideiussori venit ex vno fonte: quia venit vigore confessionis, quam fecit ille debitor: si ergo illa confessio facta per illum debitorem valet, & tenet sine causa, ex quo facta est in iudicio, sequitur, ꝙ eodem modo valebit illud pręceptũ sine causa: quia pendet & exordium habet ex illa confessione, & sic ab vno & eodẽ fonte effectualiter emanasse videtur: & propter hoc non obstat, cum opponebatur, res inter alios acta alijs nõ pręiudicat, ex quo ista fideiussio habet esse ab alia cõfessione illius debitoris principalis. ¶ Nec obstat, cum opponitur, ꝙ illa confessio sit incerta: quia aut dicimus, ꝙ est incerta respectu quantitatis, & istud est falsum: quia imo est certa: qa pro nonaginta libris erat debitor: aut erat incerta; qa non erat apposita causa, & tunc non obstant, ex quo fuit iudicialis, & eodem modo est iudiciale illud pręceptum, vt dixit Bal. in dicta l. sicut. & maximè est certa, si in actis fuit productum instrumentum debiti: qa sententia refertur ad acta: vt l. ait pretor. §. j. ff. de re iudi. l. in summa. eod. tit. & etiam si se non referat expresè ad acta. vt l. 3. C. de senten. quæ sine certa quãt. proferun. vbi paria sunt, aliquid esse expressum in sentẽtia, vel in actis: & per se consequens huiusmodi confessio non dicitur incerta, habito respectu ad quantitatem. & sic non obstat dicta l. certum. ff. de confess. & eodem modo præceptum illud regulatur ab illa cõfessione: quia respectu illius confessionis emanauit: ergo dicitur esse satis certum ex causa, cum fuerit iudiciale, & vestitum calore iudicij, per iura allegata superius: simile dicimus, quòd iuramentum est accessorium ad contractum, super quo apponitur, vt nota. in capitu. cum contingat, de iureiuran. & tamen promissio sine causa, si habeat iuramentũ sine causa valet, & tenet illud iuramentũ, licet sit accessorium: nec dicitur tale iuramentum esse indiscretum, ita sing. dixit dom. m. Ioann. de Imol. in repetitione. d. capit. cum contingat, in trigesima carta, in ver. item vlterius potest dubitari. Cum ergo in proposito nostro istud pręceptum emanauerit respectu confessionis, certè sequitur, quòd ipsum præceptum certum est respectu qualitatis, & respectu causæ satis est certũ: cum sit iudiciale: nam si emanasset coram iudice Cartulario valuisset tale præceptum sine causa, ergo sequitur, quòd multofortius valebit, quando fit a iudice ordinario habente iurisdictionem vniuersalem in loco: ergo partes dom. iudicis sunt in exequendo sententiam præcepti, & plus videtur mihi de iure dicendum, quòd deberet condemnari in expensis: quia non habuit iustam causam litigandi, & sic temere litigauit. capi. finem litibus. de dolo & contum. cum similibus.

EPITOME.

¶ Reus in causa reintegrandæ, qui confessus est tum libello, tum responsione, actorem duodecẽnio posse-

possedisse, qui se turbatum in possessione conqueritur, ita ex geminata confessione sibi præiudicat, vt probet plenè actorẽ tempore turbatæ possessionis, de qualis instituta est, possedisse, licet idem se possessorem & dominũ ex aliis causis liquidò edoceat. Quare non sine dolo de turbante possessionẽ legis municipalis reus idem pœnas debuit.

SVMMARIVM.

Confessio partis in iudicio summario in plenario fidẽ facit quoad easdem personas. nu. 1. non quoad alias. nu. 6. idem si facta sit coram arbitro. nu. 7.

Libello insertis standũ. nu. 9. maxima si geminatam confessionem contineat. nu. 10.

Possessionis initium probare sufficit. nu. 11. nec opus est præsentem possessionem allegare. nu. 12.

Fructuum perceptio index possessionis est, si vt dominus eos quis percipiat. nu. 13.

Testis varietas in accidentalibus non refert, nisi substantialia concernat. num. 16. & falsus in vno videtur falsus in omnibus. nu. 17.

Dictio, saluo, est modificans & restringens. nu. 18.

CONSILIVM LXX.

Dixerim secundum ea, quę proponuntur, ꝙ Franciscus Brunatus veniat condemnatus, & malè fuisse appellatũ pro parte ipsius Frã. & bene fuisse iudicatum pro Ioanne Isepi; quia effectus huius cõsultationis pendet ex hoc fundamẽto, ꝙ tpe turbationis & tpe litis motæ ille Ioannes Isepi possidebat dictam petiam terræ, & si hoc probatũ est, vt probat, Insti. de interdic. §. hodie. Bar. in l. j. §. fi. cũ l. seq. ff. vti possi. Vnde necesse fuit probare istud. Item si probata fuit ipsa turbatio, modò capio primum incumbens dicto Ioan. Isepi, ꝙ probauerit suam possessionem. Et præmitto pro fundamento potissimo huius consultationis, ꝙ ex multo præsumptionibus simul iũctis elicitur probatio plena, & sufficiens, hoc decidit gl. in l. 2. §. j. ff. de excu. tut. cum si. per me alibi accumulatis. Secundò pręmitto illud, qđ Inno. nostro venit
1 in ore. in c. cum dilectus. de ordi. cogni. vbi † dicit, ꝙ licet probatio facta in iudicio summario nõ faciat fidem in iudicio plenario & ordinario; tamen non habet locũ in confessione; quia confessio, quæ emanauit in iudicio summario, facit fidẽ in iudicio plenario inter easdem personas. Et indubitanter istud apponit gladium ad radicem huius dubitationis: vt confessio facta per illum Franciscum in vna instantia noceat sibi in alia instantia inter easdem personas, voluit idem Inno. in c. per inquisitionẽ, de elec. Et adduco, qđ voluit Spec. in titu. de petitio. & poss. §. super actionibus. ver. quid si reus. voluit Compostel. & Ioan. Andr. in c. mandatum. de rescript. quos refert & sequitur dom. Anto. in cap. causam quę, de testi. vbi dicit, ꝙ si agitur de beneficio, & non cõstat de iure agentis, & apparet per confessionem, ꝙ est inhabilis ad illud beneficiũ, ꝙ tunc iudex absoluet reum ab illo iudicio, & postea ex suo officio incipiet aliud iudicium contra ipsum reum, & eundem priuabit beneficio vigore illius cõfessionis factæ in alio iudicio: ecce nunc qualiter confessio facta in vno iudicio facit fidem & præiudicat in alio iudicio. Et ratio est: quia confessio nõ requirit telam iudicij. Vnde multùm sapienter dixit Bald. in l. properandum. in princ. in fi. verbis, de iudicijs, quòd licet sit elapsa instantia; tamen si reus est confessus, tunc poterit iudex vigore illius confessionis condemnare confessum; quia non requirit telam iudicij. Dicit etiam ibi
2 Bal. vnum, † ꝙ accusatus, vel inquisitus si esset confessus maleficium, ꝙ etiam perempta instantia posset condemnari tanquam ex notorio; cum non pereat confessio, quę facit notorium, allegat. c. Romana. §. cum autem. de appel. lib. 6. meritò inquit, posset reus cõdemnari; quia in notorijs non requiritur ordo iudiciorum, allegat, quod no. Innocen. in cap. per inquisitionem. de elec. & in cap. cum super. de confess. vbi dicit, si tempus sit prefixum instantiæ a consuetudine, vel statuto, vt cõfessus possit condemnari, si est confessus in alia instantia inter easdem personas: quia ita est notorium in secunda, sicut in prima, ex quo acta transeunt in notorium, vt voluit Innoc. in cap. ex insinuatione. de appell. & probatur in cap. cum olim. de verbo. signifi. & habetur in cap. significarunt. de testi. Et adduco, quod voluit Bald.
3 in l. clarum. C. de aucto. pręstan. vbi dixit † ꝙ quis est confessus crimen coram iudice incompetenti, vbi non est iudicium, si orta est suspicio de tali crimine propter illam confessionem, ꝙ tenetur perseuerare in tali confessione coram alio iudice, qui esset competens: ergo sentit, ꝙ si facta est coram iudice competenti, quòd facit fidem in suo iudicio. Et adduco, quod voluit Ange. in l. vnica. C. de confess. vbi dixit, se obtinuisse. & licet Guli. de Cu. in l. magistratibus. ff. de iurisdic. omn. iudi. dixerit, ꝙ confessio facta coram potestate non habente iurisdictionem sanguinis, quòd non facit fidem coram præside, nihilominus Innocen. voluit contrarium in dicto cap. per inquisitionem. & in dicto cap. cum super. & ideo dixit
4 Bald. in l. vnica. C. de confess. ꝙ † confessio facta expressè non requirit talem iudicij, secus dicit in tacita, allegat cap. causam, aliàs, cum causa, de confess. lib. 6. Et adduco, quod voluit Ioan. And. in ca. qua-
5 liter. el 2. de accusat. vbi dixit † ꝙ ex quocunque inordinato processu si de crimine constat per confessionem, potest imponi pęna grauior. & in cap. examinata. de iudi. dicit, ꝙ si quis rem actione cõmodati petijt in iudicio, & per confessionem rei cõstat de deposito post litem contest. ꝙ rõne illius cõfessionis poterit iudex condemnare ex deposito. & mouetur ex dicto Inno. in d. c. qualiter. & adduco Bal. in l. 2. C. de re iudi. vbi dixit, ꝙ cõfessus non põt opponere de ineptitudine libelli, vel de aliquo inordinato ꝓcessu, & dicit esse casum singularem de hoc. in l. ait pretor. §. permittit. ff. de mino. ergo sequitur, ꝙ multominus erit curandum de diuersa instantia. & adduco, qđ voluit Bald. in repetitione. l. edita actio. C. de eden. vbi dixit, non esse curandũ de ineptitudine libelli, si qs confessus est crimẽ. & adduco eundẽ Bal. in l. j. C. de iudi. vbi dixit, ꝙ in confessum crimen nõ attenditur ordo iudicij. ad hoc allegat Inno. in d. c. per inquisitionẽ, & in c. Pisanis. de resti. spol. & adduco, qđ voluit Bal. in l. j. ff. de iurisdi. om. iudi. vbi dixit, ꝙ si libellus est ineptus, iudex poterit pronunciare pro actore, supplendo ex confessione rei. & ad hoc allegat Abbatem antiquũ. in d. c. Pisanis. de rest. spo. & adduco, qđ voluit idẽ Bal. in l. mercalẽ. C. de cõdi. ob turpem causam. facit, qđ voluit Ang. in l. denunciasse. §. quid tñ. ff. de adul. vbi dixit, ꝙ ad quãcunq; pœnam grauissimã imponendam sufficit apparere de crimine per confessionẽ, etiam super inordinato processu. & idem Ang. in consilio 26. incip. Pro decisione quæstionis, consuluit, ꝙ licet accusator non seruauerit solennia ex parte sua in accusatione; tñ si accusatus fuit confessus crimen, vigore illius confessionis ex quocunque inordinato processu poterit iudex pęnam infligere. facit gl. valde sing. in c. ex penitentibus. 50. dist. & qđ voluit Bar. in l. si cõfessus. ff. de custo. reo. & adduco, quod voluit idem Bal. in d. c. per inquisitionem. ibi post Inno. dicit, ꝙ confessus crimen proprium coram incompetenti cogitur per iudicem competentem perseuerare: quia iudex nõ

debet

debet pati se derideri.& ita ſm eum ſeruat practica aſſeſſorũ,ꝙ intellige verum, niſi cõfeſſio ſit facta in vetito examine:quia tũc nullũ fieret præiudicium, allegat.d.c.atſi clerici.de iudi. Et adduco quartũ intellectum,quem voluit Compoſtel.in d.c.per inquiſitionē.quem tacitè ibi ſentit Inno.dicit enim,ꝙ ille Maſcharon productus in vna cã vt teſtis, confeſſus fuit ſe criminoſum, fuit formata inquiſitio contra eum,& ſua cõfeſſio facta ab eo vt teſte, fuit adducta in cauſa inquiſitionis ad probandum crimē ſuum, ideo fuit priuatus, ecce modò, ꝙ confeſſio facta in vno iudicio nocet confitenti in alio iudicio, vt confitens directè puniatur de illo crimine:& ſi opponit de eo,qđ habetur in ca.inter dilectos, de fide inſtru. vbi acta facta in vno iudicio non faciunt fidē in alio iudicio. Soluit Inno. ꝙ ɔ̄rium procedit in probatione,quæ fit per teſtes,ſecus in probatione,quę fit per confeſſionē:& reddit rõnem Innoc.quia quod quis dilucida voce confeſſus eſt,nõ poteſt amplius denegare, vt c.per tuas.de proba.l.generaliter. C.de non nu.pecu.& plus dicit Inno.in d.c.qualiter. ꝙ ſi cum ageretur ɔ̄ clericum ciuiliter, vbi crimen fuit confeſſus,ꝙ ſuus epiſcopus poterit nouam inquiſitionē facere,& pro probatione adducere acta illius primi iudicij, in quo agebatur ciuiliter, & non ſolùm poterit producere actionem, ſed acta ēt faciunt fidem in alio iudicio,in quo agit criminaliter: & adduco, quod voluit do. Card. in d.c.per inquiſitionem. vbi
6 dixit † ꝙ confeſſio facta in vno iudicio non facit fidem in alio iudicio, quò ad aliàs perſonas l.fin.ff.de interro.acti. ſecus quò ad eaſdem perſonas.faciunt etiam,inquit,fidem alię probationes in alio iudicio inter eaſdem perſonas c.cauſam quę.de teſti.& etiã ibi dicit do.Card.ꝙ ſi clericus confitetur crimen coram iudice ſeculari, ꝙ cõpellitur perſeuerare in illa confeſſione coram iudice eccleſiaſtico:& ita ſecundùm eum obſeruatur.facit,quod voluit Bald.in l.ſi is apud quem.C.de eden.vbi quærit, vtrũ acta vnius inſtantiæ prẹiudicent in alia,& decidit, ꝙ ſi eſt confeſſio,valet etiam in quocunq; alio iudicio: vt l.pe. C.de arbi.& c.preſentata.de teſti.Et adduco, qđ voluit do.Ant. in cõmento.c.veſtra.de cohabita.mul. & cleri.in verſi.ſed eſt dubiũ,quid de confeſſione facta in iudicio ſummario.refert Inn. tenere in c.2.de ordi. cog. ꝙ tranſeat in notorium.idem nota.in c.j. de excep.& in c.j de confeſ.& in c.qualiter.de accuſationibus, in glo.magna, & mouetur quia cõfeſſio ad ſui eſſe non exigit talem iudicij, cum poſſit fieri ex abrupto,& habet ſuas vires,& executionem paratam: vt nota.in cap.dudum.de electionibus. & in l.ſi reus paratus.ff.de procura.ſufficit enim,ꝙ fiat corã iudice, vt habeat omnem effectum, etiã dato ꝙ fiat in iudicio nullo.c.j.& c.2.de accuſa.libr.6.c.piſanis. de reſti.ſpol. Adduco etiam text. meliorem de corpore iuris in l.penul.§.fin. C.de arbi. † vbi confeſſio 7
facta coram arbitro facit fidem coram iudice ordinario,voluit Innoc.in d.c.præſentata.de teſti.& latè ſequitur hoc do.Abba.ibi,licet aliter dixerit Cyn.in l.j.C.de confeſſ.& ſi quis allegare in contrariũ,quod voluit glo.in l.quid ergo.§.ex compromiſſo.ff.de his qui nota.infa.poteſt reſponderi,vt voluit Bald.in d. §.ex cõpromiſſo.vbi dicit,ꝙ confeſſio facta corã arbitro valet coram iudice ordinario, vt d.l.pe.§.fi.qđ dicit verum quò ad probandũ: ſed non quò ad inducendum infamiam: & ita procedat glo.ibi,ergo multofortius confeſſio facta in vno iudicio probabit in alio iudicio inter eaſdem perſonas. Et ex iſto præſuppoſito elicitur concluſio vera, & indubitata ex iuribus,& illuſtrum virorum auctoritate, ꝙ confeſſio facta in vno iudicio facit fidem, & habet effectũ in alio iudicio inter eaſdem perſonas: & etiam ſecundùm Inno.aliæ probationes factę in vno iudicio faciũt fidē in alio iudicio,ex quo ſequit, ꝙ ſi iſte Franciſcus accuſatus de vi turbatiua fuit cõfeſſus in alio iudicio illũ Io. Iſepi poſſidere dictã petiã terræ, ꝙ poterit illa cõfeſſio produci in alio iudicio intentato de vi turbatiua. & habebit in iſto alio iudicio oēm effectũ confeſſionis: ſimile fecerunt illi perfidi Iudęi in paſſione Dominica,dicebant enim,nos ipſi ex ore eius audiuimus:& poſtea petebãt ipſum condemnari in iudicio agitato corã Præſide. ¶ Tertiò prẽmitto, ꝙ ſi quis ſciat aliquē agere cauſam ſuã vt procuratorem nomine eius, & nõ contradicit, ꝙ vr̃ illum conſtituere ſibi procuratorē,& contra ipſum dominum mandabitur ſententia executioni. iſtud fuit elegans dictũ Inn.in c. ex parte decani.de reſcri. & in c.cum in iureperitus.de offi.deleg.& in c.in noſtra.de proc.quē ſequit do. Card.in d.c.ex parte decani.per l.ſępe.ff.de re iudi.& l.2.C.de filioſa.lib.10. & refert do.Ant. in d.c.ex parte.ita tenere doctores in c.qui ad agendum.de procu.lib.6.voluit allegare Archi.& Io.And.in d.c.qui ad agendum. refert etiã idem tenere Dominos de rota deciſione.10.400.44. & 43.vbi dicunt, ꝙ ſi me præſente aliquis vt meus procurator appellat, valet talis appellatio,acſi man datũ habuiſſet,allegant illud dictũ Inno.& plus etiã
8 ijdem dicunt,ꝙ ſi procurator dñs † litis effectus permittat aliquem agere tanq̃ ſubſtitutum,& pluribus actis agitatis illum ſubſtituat,ꝙ valent illa geſta.vnde idem operatur patientia ipſius procuratoris, ꝙ operatur patientia ipſius dñi, & ſequitur do. Abba. conſiculus meus in d.c.ex parte.decani. & idem voluit ibi Bal.allegans ad hoc gl.l.quo enim.§.j.ff.rem ra.ha.& idem voluit in l.2.§.fi.ff.ſol.ma.& in l.2.C.ſi ex fal.inſtru.& illam gl.allegauit idem Bal.in l.ſi abſentis.C.ſi cer.pe.idem voluit do.Card. in c.cũ olim. Abb.de offi.deleg.idem ſequitur Bald.in l.Iulianus. ff.qui ſatiſda.cog. allegat Inno.in d.c.ex parte decani.idem voluit in commento.l.falſus.C.de fal.idem voluit idem Bal.in apoſtillis, quas fecit in primo cõmento decreta.in d.ca.ex parte decani. idem voluit dom.Pet.de Ancha. in ſuis reportatis in l.licet.C.de procura.allegat iſtud dictum Innoc. dicens illud teneri per Archi. in d.c.qui ad agendũ. & in l.filiusfa. §.inuitus.ff.de procura. idem do.Pet. ſequitur dictũ Inno.idem voluit Saly.in d.l.licet.C.de procu.idem voluit Ang.in l.ſępe.ff.de re iudi.vbi dicit dictũ Bar. ibi volentis ɔ̄rium,confundi per iſtud dictũ Inno.& per glo.d.l.quo enim.§.j.ff.rem ra.habe.& per l.2.C. de fi.fa.lib.10.& per l.2.ff.ad munici. & hãc partem refert ſequutos fuiſſe Dominos de rota incõtingentia facti, & ſic iudicando ſequuntur illud dictũ Inn. & moti fuerunt per c.ſi.de iureiu.lib.6.quem tex.ad hoc allegat do.Card. do.Abb. & alij in d.c. cũ olim abbas,& ita dicit ibi Lud.Rom. ſe pronunciaſſe, ſecundùm hanc partem etiam vlterius ipſe cõſuluit, vt apparet conſilio ſuo 159.& idem voluit in l.quæ dotis.ff.ſol.mat.¶Si dicatur mihi,amice, Cy.in l.pecuniam.C.de neg.geſt.tenuit contrarium.& Bart.in d.l.ſępe.& aliter loquitur Bal.in auctẽ.qua in prouincia.C.vbi de cri.agi.opor.& in l.licet.C.de procura. & in l.ſi tutor. C.in quib.cau.reſtit.in integ. non eſt neceſſ.vbi diſtinguit inter procuratorē actoris,& rei,& opi.Cy.& Bar.ſequitur do.Ant. in d.c.ex parte decani.diſtinguit tñ idem do.Ant.in cle.j.de procu. vbi dixit,ꝙ ſi interuenit procurator ex parte rei ipſo reo ſciente & patiente,ꝙ vr̃ dare mandatũ: ſecus ex parte actoris,& voluit Bald. in d.l.licet.& in d.auth. qua in prouincia & in l.in cauſæ.§.j.ff.de procur. & Ioan.de Imo.in d.c.cum olim. Abb.dicit,ꝙ propter varietatem docto. non poteſt haberi veritas de hoc paſſu:& idem Ioã.de Imol.in d.l.ſępe.dicit,ꝙ cõmunis opi.

nis opi.tenet contra Innoc.in d.c.ex parte decani.& in d.cle.j.de procura. sequitur illam distinctionem do.Anto.ibi,an sit procurator rei an actoris.Modò, vt ex superius relatis apparet,ꝙ Ioã.de Imo. errauit vehementer dicens,ꝙ cõis opi.doctorum est contra Innoc. quia imo illustres doctores sequuntur Inno. ꝗa illud voluit Archi.& Ioan. And.idem voluit glo. in d.l.quo enim.§.j.secũdùm illam doctrinam pronunciarunt Dñi de rota in antiquis & nouis decisi. & ita pronunciauit Lud.Rom.& etiam cõsuluit: & minimè mutanda sunt, quæ certam interpretationem habuerunt.l.minimè.ff.de legi.Item hanc partem sequitur Bald.in pluribus locis,quo casu præsumitur, ꝙ cum maiori deliberatione istud voluerit, arg.l.diui fratres.ff.de iure patro.idem voluit Ange. Salyc.do.Card.do.Abb. & idem voluit dom.Pet.de Anch.in reportatis iuris ciuilis, qui etiam idem voluit in d.c.ex parte decani.vbi ad hoc allegat Io.An. in c.cũ in iure.de offi.dele.& sic plures numero & illustriores pondere,& mensura sequuntur hanc partem:malè ergo dixit Ioan.de Imol.ꝙ cõis opin.erat contra dictũ Inno.imo cõiter doc. sequũtur dictum Inno.& etiam malè dicit,inquantum voluit,ꝙ non apparebat veritas huius passus propter varietatem doctorum; quia in hoc fuerunt incogniti doctores, qui sequuntur Inno.item quia ista pars seruatur iudicando,vt superius est dictũ:& sic illud,qđ est consuetudinarium,non est arbitrariũ,vt voluit Bal.in l. quicunq;.C.de ser.fug.Item ista opi. est verior; quia fortificatur melioribus & subtilioribus rationibus, vt apparet ex rõnibus Ang. quas posuit in l.quæ dotis. quo casu statur opi. quæ fortificatur melioribus rõnibus,vt probatur in c.capellanus.de fer.nõ data cõi opi.sed data cõi opi.iudicatur ſm cõem opi.l.j. in ver.crebrior apud veteres opi.ff.de offi.quæsto.l.j. ff.de sena.l.athletæ.§.j.ff.de his qui no. infa.c.ne innitaris.de consti.sed ista est cõis opi. quam sequunt̃ cõiter doctores antiqui & moderni, vt superius demonstraui,ergo &c. & ista vr̃ vera conclusio in casu nostro,ꝙ videatur constituisse ille Franciscus in suũ procuratorẽ illũ,qui egit vt procurator ipsius Fran. ipso Fran.sciente,patiente,& non ꝯdicente, & maximè procedit hoc, si ipse Fran.erat reus: quia tunc cõiter scribentes concordant in hoc, vt videatur cõstituisse illũ in suũ procuratorem,ex quo rñdebat vt procurator ipsius Frã.ipso Frã. sciẽte, & nõ ꝯdicẽte.

¶Modò istis præsuppositis pro fundamẽto formali & potissimo huius cõsultationis, aggredior consultationem hanc.Præsupponitur in facto,ꝙ ille Fran. conuentus respondens ad positiones ipsius Ioann. Isepi factas in causam reintegrandæ possessionis dictæ petiæ terræ, confessus est dictũ Ioannẽ possedisse dictam petiam terræ per annos duodecim,proximè preteritos, & sic confitetur dictum Ioan. possedisse dictam petiam terræ: ergo sibi præiudicat dicta sua confessio.¶Et si dicatur,ꝙ fuit facta in alio iudicio, & ad aliũ finem.Respondeo,ꝙ ex secũdo præsupposito ad plenum demonstraui illam cõfessionem facere fidem,& preiudicare confitenti in alio iudicio, siue sit ciuile,siue sit criminale.Item geminatur hęc sua confessio in suo libello,dũ enim intentat remedium,c.reintegranda.dicit, ꝙ possessio dictæ petiæ terræ peruenit ad dictũ Ioã.ideo petit reintegrari in sua possessione,& compelli dictũ Ioan.ad restituen-
9 dum,† & sic standũ est ei, qđ quis asserit in libello,vt probat̃ in l.cum precũ.C.de lib.causa.facit gl.quam do.Car.dicit esse sing.in c.j.de iudi.facit l.2.C.de insti.& substi.& quod ibi voluit Bal.simile dicimus in reo,ꝙ videatur fateri contenta in exceptione, vt per Bar.in l.j.ff.de his quæ pę.no. & in l.certũ.§.si qs ab-
10 sente.ff.de cõfes.† & eo magis cũ talis cõfessio fuerit geminata, quo casu probat, etiam si non fuerit apposita causa; vt voluit gl.in l.cũ scimus.C.de agri.& censi.lib.11. Facit l.si mulier.& l.fi.& in auth.siue a me.C.ad senatusconsultũ Velleianũ.& l.in ꝯtibus. §.de illo.C.de non nume.pec.simile dicimus in verbis enũciatiuis geminatis, vt est textus melior de iure in l.j.C.de plus peti.Simile dicimus de interlocutoria geminata vt non possit reuocari,vt est glo.quę reputatur sing.in cle.cũ a repulsione,de appel.Ideo dicimus,ꝙ pactũ nudum geminatũ inducit efficacẽ obligationem.l.j.§.debitũ.ff.de consti.pecu. Insti.de actio.§.de constituta.Item dicimus,ꝙ obligatio naturalis geminata est efficax ad agendum.l.fi.C.ad le. Falc.Et dicunt scribentes in c.j.& c.& si Christus.de iureiurã.ꝙ sermo duplicatus videtur prolatus cum maiori deliberatione.Hinc dicimus,ꝙ geminata patientia inducit fideiussionem: vt est text.sing.in l.cũ ostendimus.§.fin.ff.de fideius.tuto.Hinc dicimus,ꝙ idem verbũ geminatum inducit industriæ personæ electionem,ita dixit Bal.in c.fi.de offi.dele. sequitur ibi do.Card.& alij moderni.ad hoc ibi Bal.allegat.l. balista.ff.ad Treb. Ita dicamus in proposito nostro, ꝙ geminata cõfessio illius Francisci inducat efficacem probationem,ꝙ ille Io.Isepi possidebat tẽpore turbationis,& tpe litis motæ; ꝗa possessio semel posita præsumitur durare:vnde dixit Bar.in l.Celsus.ff.
11 de vsucap.sufficere † ꝙ probetur initiũ possessionis, & allegetur possessio de præsenti; ꝗa qui semel possedit,præsumitur possidere,ex quo allegat possessionem ad cõmodum proprium, vt probatur in l.siue possidetis.C.de proba.& adduci posset ratio habens neruum:nam perditio possessionis est quid accidẽs, cum requiratur desertio animi, & facta non præsumuntur,imo qualitas semel posita durare pręsumitur, vt no.in c.semel malus.de reg.iur.lib.6.& in c.si forte.de elec.libr.6.& in c.fi.de præsump.& adduco tex.valde elegantem ad hoc in c.olim.el 3.de restit. spol.vbi si semel possedi,presumor possidere tẽpore spoliationis:ideo sufficit allegare,ꝙ tunc possidebã, voluit Bar.in l.admonendi. ff. de iusti.& iur.do. Pet. de Anch.in cap.fi.de præscrip.Facit glo.in cap.cum ecclesia Sutrina,de causa poss.& proprieta.& quod ibi voluit do. Abb.& adduco eundem in c.Abbatẽ. in ca.accedentibus.de priuile.vbi respondet ad glo. cap.volumus.16.q.4.quæ voluit, debere probari extrema,& ad glo. d.c.accedentibus.quia debet intelligi,ꝙ satis probantur extrema, si probetur initium, & allegetur continuatio. & ad hoc allegat Bar. in d. l.Celsus.istud voluit do.Anto.& alij in c.cum ad sedem.de resti.spol.& idem voluit in cap.accedens.de conuer.coniug.vbi allegat nota.in cap.ex parte decani.de rescript.idem voluit do. Abb.in c.olim.el 1. de resti.spo.& in d. cap.dudum.& istud voluit glo.in l.siue possidetis, quæ voluit, ꝙ debet allegare, ꝙ de præsenti possideat; ꝗa tunc præsumitur continuata possessio,idem voluit Bal.ibi.facit, quod voluit Bal. in d.l.siue possidetis.vbi dicit,ꝙ si ille,quem constat, semel possedisse,allegat se hodie possidere,ꝙ pręsumitur possidere:ꝗa possessio retinetur & continuat̃ animo.l.licet.C.de acq. poss.non enim perditur sine animo.l.3.§.in amittenda.ff.de acq. poss. ideo deberet probari contrarium a parte aduersa.istud voluit Io.de Imol.& do.Abb.in c.cum ecclesia Sutrina.de causa poss.& proprie.hanc partem sequitur Host.in c.cum ad sedem.de resti.spol.dicens, ꝙ licet facilius amittatur possessio,quàm dominum:tñ qui probat se semel possedisse,adhuc pręsumitur possidere,nisi ꝯtrium probet̃.d.l.3.§.in amittenda.& §.seq.& §.ꝙ si seruus,ibi, nam constat possidere nos,donec aut nostra voluntate discesserimus, aut deiecti fuerimus. ergo qui hoc dicit, hoc probet. l.ei qui. ff.de proba.

& istud

& istud tenet Ioan. And. maximè in facto recenti. & hanc opi. sequitur do. Card. in d. c. cum ad sedem. & mouetur: quia qualitas semel posita semper præsumitur, vt superius est dictũ. Et plus etiam dico, ꝙ posito, ꝙ non allegaret poss. de præsenti: vt voluit glo. Io. in d. l. siue possidetis. nihilominus non est opus allegare: quia iudex põt moueri ex notorio iuris non allegato a parte, ꝙ sic demonstro; est quoddam notorium resultans facto iuris; & est quoddam notorium resultans facto partis: primum non est necesse allegari, & ad hoc adduco glo. sing. in c. Raynutius, de testa. vbi iudex fuit motus ad iudicandũ ex notorio iuris non allegato a parte, istud voluit Inno. ibi, qđ habetur in c. afferte. de presum. Est quoddam notorium resultãs facto partis, & istud debet allegari: de hoc loquit gl. quæ reputat sing. in cle. appellanti, de appel. & text. l. adulteriũ cum incestu. §. idem Polioni. ff. de adul. in ver. error non allegetur. & hanc doctrinam tradidit do. Abb. in d. c. afferte. Modò ista præsumptio iuris, ꝙ possessio videatur continuata, resultat facto iuris presumẽtis, ꝙ qui olim possedit, hodie possideat: ergo non est opus, ꝙ a parte allegetur possessio de presenti. & ideo posset allegari pro hac cõi doctrina glo. valde elegans in c. si quis per triginta, in tit. si de feu. fuer. controuer. quæ dicit, ꝙ bona fides in præscriptione præsumitur, si a parte allegetur, quã sequitur ibi Bal. ego soleo illam glo. reprobare in commentis meis, ex eo quia præsumptio resultãs facto iuris, inducit notorium, qđ non est opus a parte allegari. d. c. Raynutius. ergo sequitur, ꝙ cũ bona fides a iure presumatur, non erit opus, ꝙ allegetur. Ita di
12 camus in proposito, ꝙ cũ † ius præsumat possessionem inceptam continuari, sequitur, ꝙ non est opus allegare notorium iuris, resultans facto iuris, & per consequens opi. Placentini relata per glo. in d. l. siue possidetis. est ipsa veritas, nec est necesse, vt dixit glo. Io. in d. l. siue possidetis. ꝙ allegetur posses. de presenti; quia posito ꝙ illã non alleget, tñ ex quo est notoriũ facto iuris resultãs, poterit iudex illud allegare, & ex illo iudicare, licet a parte non allegetur, vt est tex. valde sing. in d. c. Raynutius. vbi iudex condemnauit ex iure non allegato a parte; ex eo qa erat notoriũ resultans facto iuris, & non facto partis: & isto modo iudicio meo melius saluatur opi. Placẽtini, q̃ per rões Hosti. vbi supra, & per rões Petri. in d. l. siue possidetis. ergo sequitur, ꝙ præsumit possedisse tempore turbationis, & tempore litis motæ dictus Io. Isepi. & satis dr̃ hoc probatum, ex quo constat iuris præsumptione; qa iuris præsumptio dr̃ probatio liquida, vt voluit glos. quæ ad hoc reputatur sing. in l. tutor. C. de peri. tut. & est text. in l. j. C. de testa. mili. & dr̃ probari eo ipso, ꝙ non probatur contrarium: vt voluit glo. in l. creditor. C. de pig. acti. & in ca. j. qđ metus causa. & in cap. sicut. de iureiur. & in cap. pe. de excep. & in cap. proposuisti. 82. distin. & in l. si tutor. C. pericu. tut. & in l. super seruis. C. qui mili. non possunt, lib. 12. & in l. j. & in l. in testam. C. de testam. mil. & glo. in d. l. siue possidetis. glo. in cap. super eo. de testi. cog. & in l. 2. C. de erro. aduoc. & in l. 2. C. de peti. hære. & in cap. illud, de præsump. & in cap. 3. de præscript. & pro certo sum opinionis, ꝙ paucæ aliæ glo. reperientur in vtraq; censura ab istis, quas cum laboribus in medium adduxi. Et ex istis stat conclusio firma, plenè fuisse probatum, ꝙ ille Io. Isepi possidebat tempore turbationis, & tempore litis motæ, & ista sufficiunt ad condemnandum illum accusatum de poss. turbata. Quinimo plus videtur probata dicta possessio ex parte ipsius Ioannis Isepi: nam probat per testes ad hoc inductos, ꝙ demonstro ad
